BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
9 F
M49

74: 8

Digitized by Google

FRANCISCI NIGRI
CYRIACI
I. C. MANTVANI.

Et in ſua Patria Senatoris,
AC IN EADEM VNIVS EX CONSVLTORIBVS
SANCTISSIMÆ INQVISITIONIS,

CONTROVERSIARVM
FORENSIVM,
LIBER QVARTVS.

IN QVO,

FREQVENTES RERVM IVDICATARVM CASVS,
Et communes opiniones (ferè ſemper cuſtoditæ,)
digeſti ſunt, & recollecti.

CVM SVMMARIIS; ET ARGVMENTORVM, AC MATERIARVM INDICE,
ad Lectoris commodum, copioſis; & opportunis.

OPERE ANTONII MARIÆ BERTOLI I. C. &c.



VENETIIS. Apud Turrinum. MDCLXIV.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

ILLVSTRISS.MO ET COLENDISS.MO D.

IACOBO CAPYCIO GALEOTÆ,

EQVITI SANCTI IACOBI,

Et Cancellariæ Regenti meritiſsimo.

IOANNES MARIA TVRRINVS F.

SI quantum abs Te Illuſtriſsime Domine decoris, atq; ornamenti in eum, quem Tibi inſcribo eruditiſsimi auctoris commentarium, fateor accedere: tantundem ſplendoris, ac dignitatis leuidenſi huic muneri, ex ea, qua te vnicè proſequor, veneratione, & obſequio adderetur; Lætarer ſanè mecum ipſe, atque in ſpem minimè dubiam nunc profecto ingrederer, aliquod tuis non omnino impar meritis obſeruantiæ meæ tributum Tibi exhibendi. Quoniam verò nihil vnquam è mea tenuitate magnum, nihil vel etiam ex opulentiorum penu tuarum aurium peritia planè dignum, facilè proficiſci poſſe animaduerto: vehementer vereor, ne ſpe decidam mea, & audacior potius, quàm obſequentior videri non nemini poſsim. Hunc verò metum auget maximè tua, qua coruſcas, tum litterarum gloria, tum animi, ſanguiniſque præſtantia, quæ non quemcunque dumtaxat è triuio hominem, ſed quemlibet etiam, vel exaggeratæ Sapientiæ ſollicitum faceret Scriptorem. Et ſanè ſi eorum impudentiam mirari ſeſe aiebat Tullius, qui agerent in Scena geſtum inſpectante Roſcio, quanta neceſſe eſt penitioris ſapientiæ præſtantia excellat lucubratio, quæ tuo nomini ferendo non degener, tuis oculis aliquid ſubijciat non iniucundum? Terrent me inſignes beneuolentiæ ſignificationes, qui-

bus te Philippus IV. ſapientiſsimus æquè, ac potentiſsimus Hiſpaniarum Rex complexus eſt: qui in ſupremis à Proregis latere Conſiliarijs te cenſens, non ab annorum numero, ſed à meritorum amplitudine ætatem dimenſus eſt: adeo plus animi, ingenijque dotes Regio illi Conſilio in pretio ſunt; Virides annos diuturnitatis ſponſores in te optauit: inexpiabile enim eſſet Reipublicæ piaculum tam bonum curatorem non diu poſsidere. Dicam liberè, quod ſentio: Quis eſt, qui neſciat, quanta tibi decora, quàm multa comparaueris ornamenta, ſumma illa quidem, ac ſummis ſemper viris tradita, ob eam nimirum, qua fulges, virtute, ſapientia, ac nobilitate. Teſtatur id primò Neapolis, celeberrima ſemper, ac nobilis Vrbs, quæ inter cœtera ſuæ nobilitatis ornamenta, cunas ſe tibi præbuiſſe gloriatur, & ſuos inter ſupremos Magiſtratus, auctoritate, prudentia, ac meritis digniſsimum veneratur, ac diligit. Vel hanc ipſam igitur detrectarem arduam ſanè, ac viribus meis imparem tibi aliquid dicandi prouinciam, ne arrogantiæ, & temeritatis notam ſubijſſe viderer, & galeatum (quemadmodum Iuuenalis neſcio quis Poetarum loquitur) ſero duelli pęniteret. Sed vnum me dumtaxat magno, fidentique eſſe animo iubet, quia ſcilicet noui, te inſita neſcio, qua benignitatis lege commotum, tuo veluti de culmine ſæpe deſcendere, ac munuſcula etiam humillima incolumi grauitate acceptare. Qua vna fretus cogitatione, haud ita grauatè huic humeros faſci ſubijcio; licet enim tuæ ſapientiæ, ac dignitatis, tuiquè generis amplitudo ſilentium huic libello tacitè ſuadeat: humanitas tamen, quæ ſumma in te eſt, eundem blandiſsimè ad prodeundum inuitat, eo nempe ſecuriorem, quod ad eximij Scriptoris commendationem, eius addatur patroni auctoritas, cui placuiſſe ita ad ſummum gloriæ euehat culmen, vt criticorum fulmina, ne ſentiat quidem, ne dum nullatenus pertimeſcat.

INDEX

INDEX ARGVMENTORVM

Huius Quarti Voluminis.

DIſpoſitio, quæ aliàs inualida remanet, an & quando per appoſitionem pęnæ ſuſtineatur;& vnde hoc procedat. Statutum vbi eſt clarum ceſſant diſputationes,& quamuis rigoroſum eſt ſeruandum. Vidua quæ vſumfrūctum habuit in bonis mariti, dum ſuas dotes non exegit, an vbi exigere velit, tenetur ad reſtitutionem, vel compenſationem dicti vſusfructus,&quid de alimentis eodem modo perceptis. Statutum, vel pactum, quod mulieri dotes ſuas non repetenti liceat alimenta percipere an ſit vſuratium. Dos, & donatio propter nuptias, an à pari procedant; & an donatio Vxori facta, mortuo Marito, ad illam deuoluatur.etiam quoad proprietatem, ſi filij ſuperuiuant, & Mulier ad ſecundas nuptias tranſmigret, pag. 1.

An facultas cognoſcendi de Feudis Epiſcopatus Dominij Mantuæ competens Imperatori ante infeudationem Sereniſſimi Domini Ducis, competat eidem Domino Duci poſt infeudationem. Plura de origine,& forma Feudorum talis Ducatus, præcipuę Epiſcopalium, Et excluſione Papæ ab ipſis, vtpotè Laicalibus, p. 5.

Succeſſor Emphyteutę Eccleſiæ an debeat ſtare Colono. Tacita relocatio an præſumatur,& quando. De Clauſul. *Nec aliter, nec alio modo*. An ipſe ſucceſſor fructus petere poſſit rei acquiſitæ, vel ſaltem penſionem,& mercedem à Conductore, & Colono, p. 6.

De obligatione Domini ex facto inſtitoris, & factoris. De Proclamatibus, & Edictis reſpectu forenſium non obligantibus. De priuilegijs minorum tollendis per Principem. De vi verbi *Qualonque*, Ignorantia, vel ſcientia eorum Proclamatum, & Edictorum, an quando; & in quibus perſonis præſumatur & proſit. An,& per quos ea probari poſſit medio iuramento. De Priuilegijs ob merita; eorum derogatione,& Clauſulis derogantibus, p. 9.

Priuilegium Principis.quomodo.& qualiter ſit interpretandum. De varijs clauſulis ipſius. De ignorantia excuſante à delicto, culpa;& poena. Agens rei vendicatione quid debeat probare. Aliqua de probationibus;& de proceſſu per Inquiſitionem, pag 16

Contractus dicitur reſolutus, purificata conditione, ad quam vſque conſtitutus eſt, etſi parum ea conditio durauerit. De pactis ipſi contractui inſitis; eorum ambiguitate,& interpretatione. Relocatio an, & quando cenſeatur obtinere poſt relocationem ceſſantem. Et de conceſſione facta poſt primam reuocatam, à qua ius alterius dependebat, pag. 18.

Locatio in annos ſingulos eſt vnica, Idem eſt in ſtipulatione huiuſmodi, & de ipſorum effectibus, pag. 21.

De æſtimationibus iam factis reuidendis. Eæ debent fieri ſeruata potius æquitate, quam ſummo iure. Et haberi debet reſpectus in æqualitate ad ſortem ipſam,& ad fructus, ac redditus, p. 22.

Forma eſt probanda ab affirmante, niſi alius ſuſceperit onus, ex promiſſione, aut iuris diſpoſitione, vel habeat aliàs fundatam intentionem, p. 23.

De promiſſione non contraueniendi laudo, ſeu arbitrio;& quos effectus pariat. Plura de obligationibus ineundis,& initis, per hæredem adimplendis; ac ipſis interpretandis. De ſocietate omnium bonorum, ac eius effectibus, p. 24.

Manuteneri,& ſe declarari dominium, non ſe impugnant in iudicio. De citatione ad ſententiam Procuratoris,& Domini. Vſus,& habitatio, ac vſusfructus inter ſe diſtant, ſed illæ ſub hoc impropriè cōtinentur. An cedi poſſint. Aliqua de euictione; & de fundi probatione, p. 26.

Tranſactio non valet in re minoris alienanda, cum vltra decretum Iudicis, non adeſt cauſa iuſta. Plura de iuſtitia,& iniuſtitia,& iure liquido, & obſcuro. De effectibus ipſius tranſactionis. De obligatione tutoris in re pupillari. De requiſitis ad decretum alienationis interponendum. Reſolutio competit aduerſus alienationem, etiam valida tranſactione. Recuperatio bonorum ita alienatorum quomodo, pro qua parte, à quo tempore,& à quibus fieri poſſit, p. 28.

Remedium reintegrandæ poſſeſſionis datur minori, probatis extremis neceſſarijs,& dummodo non ſit facto ſuo priuatus; quo caſu poteſt agere de nullitate contractus, vel de læſione, ob quam reſtituatur in integrum. Priuatus tamen ex cauſa iniuſta, & contractu nullo, etiam ſua culpa, & facto, habet remedium Can. reintegrandæ. Plura de eo remedio reſtitutionis in integrum. Euictio quando, & à quibus debeatur,&c. p. 12.

Fructuum perceptio,& rei diſpoſitio ad inſtar Domini, non probat dominium, ſed ſolum poſſeſſionem nomine proprio. De confeſſione in iudicio facta. Aliqua de teſtium depoſitione; & de iuramento, pag. 33.

An Statutum loquens de patre, & filia reſpectiuè habeat locum in auo, & nepte. De ſuppletione orationis legis. Aliqua de collatione dotis. Et quādo Statutum dicatur factum contemplatione agnationis, vel non, p. 35.

De donatione vnius vnciæ facienda filio naturali; Probatio ad effectum recuperandi quod eſt exceſſiuum, quomodo facienda ſit. Plura de tali probatione,& intentione actoris fundanda, præcipuè per aſſertionem, circa quod plurima referuntur exem-

pla. Aliqua etiam de teſtibus diſponentibus, & atteſtationum releuantia, p.36.

Ille, ad cuius fauorem, fuit debitor ex maleficio condemnatus ob vēditionem rei inuito Domino, præfertur in concurſu alijs aſſertis creditoribus, credita probantibus ex debitoris ſolum confeſſione. Et de hypotheca in re, furto ablata, p.40.

De ſeruitute ſtillicidij auertendi; eius vſu conſtitutione, præſcriptione, & conſumptione. De clauſul. *Vendens in liberum, & expeditum allodium, & eius virtute*. Aliqua de emphyteuſi vendenda, & de re Eccleſiæ ſubiecta ſeruitutibus aggrauanda, ibid.

Exceptio auctori competens, an & quando competat ſucceſſori. De exceptionibus perſonalibus, & realibus. De clauſul. ceſſionis, & eius efficacia. Quando, & quibus caſibus liceat opponere, & allegare ius tertij. Plura de confeſſione debiti multipliciter facta per debitorem, & præcipuè in tertij præiudicium, p.42.

Interdictum poſſeſſorium retinendę, quando competat; quæ ſint probanda vtrinque, & qualiter probetur confeſſio. De coniunctione temporum poſſeſſionis. Locatio an probet poſſeſſionem. De antiquiori poſſeſſione. Et aliqua de teſtium in hoc, depoſitione, p.44.

Iuramentum quando deferri, vel delatum referri poſſit; vel recuſari. An illud ſuper dominio deferri poſſit; & quid ſuper eo iurans aſſerere debeat, pagin.46.

Inueſtitus in emphyteuſi pro ſe, & hæredibus, poteſt hæredem inſtituere in ea, niſi ſit Eccleſiaſtica. De cauſis priuationis ob alienationem, ob non ſolutum canonem, & ob renouationem non petitam, pag.47.

An ſubſtitutio compendioſa facta à pagano verbis communibus filio impuberi, defuncto in pupillari ætate, matre exiſtente in medio, ſit fideicommiſſaria, adeovt mater nō repellatur à toto, vel legitima in illis bonis. Et de coniecturis excludentibus matrem à ſucceſſione. p.48.

De reſtitutione in integrum aduerſus rem iudicatam, minori concedenda. De cauſis eam concedendi. Et de varijs læſionis ſpeciebus. Aliqua de plus petitione, & de taxatione expenſarum, p.49.

An & quando locator pro ſublocatione rei, in qua non habebat tale ius, teneatur ad damna, & intereſſe ſubconductori. De incumbentia agentis ex contractu vltro, citroque obligatorio. De probandis damnis, & intereſſe, & de teſtibus in id deponentibus, p.51.

De obligatione euacuandi foueas ad accipiendas aquas. Aliqua de tali ſeruitute, & de ea recipiendi aquas ſuperiores, ac eius effectum. Plura de alternatiua petitione, & libello. De modo producendi ſcripturas, & eius virtute, p.52.

Validè teſtatur vxör de bonis, quæ vir eius promiſit ipſi, vt quomodolibet diſponere, etiam ad excluſionem loci pij. De clauſul. *Omni meliori modo*. De donatione cauſa mortis. De ſolemnitatibus teſtamentarijs, & de alijs ad propoſitum, p.54.

Contrabannum quomodo probetur, & quem liget. De confeſſione rei cum adiuncto, & eius efficacia. De cauſis excuſantibus à pęna, & delicto De mādatis immunitatis & eorum ſpeciebus. Et de Procuratoribus propriè, & impropriè ſumptis, p.56.

Magiſtraliter diſcutitur an ſubſtitutio vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum facta à teſtatore ſuorum fratrum, & eis præmortuis, eorum deſcendentium in infinitum, aliquod producat fideicommiſſum. Plura de talium verborum interpretatione. De vi clauſul. codicillaris. De pluribus coniecturis faciendi fideicommiſſariam ſubſtitutionem, & de alijs ad rem, p.58.

De puniendis attentantibus cōtra aquam publicam. De facultate feudatarij, edendi Statuta, & proclamata in ſua iuriſdictione. De eorum concurſu cum Edictis Superioris, quod ad obſeruationem, & pœnam. Aliqua de aquarum iure, ac vſurpatione; eaque probanda. De pęna infligenda complicibus maleficij & qualiter; Et de præſumptionibus delicti, p.63.

An inueſtitus de feudo permittens alium inueſtiri in eodem, ſibi præiudicet, nec ne; An nouus inueſtiens ex eo actu acquirat aliquod ius; & de huius conceſſionis vi, interpretatione, & effectu. De cōtractu conditionali, & puro; ad effectum iuris quærendi. De ſucceſſione collata poſt mortē alicuius. De mortis cauſa capione, & eius effectu. Aliqua de laudemijs; & alia ad materiam, p.67.

Tractatur luculenter de Beneficio legis benè à Zenone, *C. de quadrienn. præſcr.* quo ad alienationem à Principe rei non ſuæ. Quæ requirantur, vt illud obtineat. De effectibus, & remedijs talis alienationis à non domino. Et de regreſſu veri domini contra alienantem vel eius hæredes, p.70.

Contrabannum ob non denunciam rei, quomodo probetur. Quid exigatur, vt pęna ſumi poſſit, eius edicti vigore. De denunciati confeſſione cum qualitate & adiuncto. De officialis fide, & pęna, pagin.74.

Pleniſsimè diſſeritur de ſubſtitutione fideicommiſſaria facta à teſtatore, de aliquo poſt plurium mortem; An inducat fideicommiſſum, ſeu reciprocam inter eos. Plures circa id examinantur concluſiones referunturque in id coniecturæ voluntatis teſtatoris; Aliqua de natalium ſucceſſione, & alijs ad materiam, p.76.

Pergitur in eadem re. & hypotheſi. Refricantur aliæ coniecturæ ad effectum fideicommiſſi inducendi. De præſumptionibus prædilectionis, & in quibus obtineat, p.83.

De tranſactione, eiuſque cauſis ſufficientibus; & de cauſa exonerandi animam patris. Quomodo ex ea poſſit prætendi læſio. De obligatione filij pro debitis patris. De obligatione venditoris, quo ad cōmonendum emptorem de impedimento contrahendi. De præſcriptione ignorantiæ Statutorum in Foreſe; Et plurima de euictione. Inſuper agitur de vſura, & quomodo, & qualiter inducatur, & præſumatur. Perplura de vſuris recompenſatorijs, ſcilicet damno, & intereſse, præcipuè in emptore, quo ad euictionem. De terrarum fructu, eiuſque liquidando intereſse. &c. p.86.

Procurator in iudicio eſse poteſt Clericus, præcipuè ſi ſubſtituat alium. Multa de Procuratore inhabili, & ratihabitione domini, p.93.

Agitur de diuidenda hæreditate materna, vigore Statuti. An & quando creditor hæres inſtitutus in portione, poſſit vltra eam, ſuum creditum conſequi. Et de imputatione in ijs bonis facienda, p.94.

De

De retentione crediti facienda à grauato, & detractionibus competentibus, vt Legitima, & Trebellianica. Quod tempus ſit attendendum in ipſis: De fructibus non computandis; Et de præſumpta ſibi ipſi ſatisfactione, &c. p. 96.

Exceptio non numeratæ pecuniæ quomodo, & quo tempore, & iudicij parte ſit opponenda. Et in quo differt ab alijs exceptionibus, p. 91.

An quando, de quibus rebus, & quomodo tutor tranſigere valeat pro Pupillo. Exagitantur iuſtæ, vel iniuſtæ cauſę ad eam faciendam; vbi præcipuè de cauſa ob tollendas inimicitias. De incumbentijs impugnantis tranſactionem; De exceptionibus de iure tertij. Plura de verbo vniuerſali, *Omnium*, eiuſque effectibus: De interpretatione contractuum. Et demum plurima de exceptione rei iudicatæ, quando ſcilicet competat, nec ne, ibid.

Contractus non excedit perſonas contrahentium. An & quomodo ſocius ex ſacto ſocij obligetur, & plura in id de ſocietate. De promiſſione facti proprij, & alieni, præcipuè in conſocio, ac eius effectibus, obligatione, & viribus. An contractus in arbitrium alterius, ex contrahentibus collatus, de iure valeat? De differentia inter eius conſtitutionem, & reſolutionem. Et an & quomodo recedi poſſit à promiſſione in contractibus nominatis, ob non adimplementum ex parte alterius contrahentis, pag. 98.

De identitate perſonę; ſit quando, & quomodo probanda: Et de iuramenti ſpeciebus, an & quando competant, &c. p. 102.

De legitima debita patri in bonis filij, renunciatione generalivè, aut ſpeciali. Exactius de refutatione feudi, ſiue reali, ſiue perſonali, ad effectum, vt illud ſit nouum, vel antiquum. In qua feudi ſpecie, & quando locum habeat; Ac in qua parte ad refutantem reuertatur deficientibus renunciatarijs. Patientia, & ſcientia per anni curſum facit perdere ius prætenſum in feudo. Verba narratiua, an & quando probent inter contrahentes. Et de reſeruationis effectibus, p. 103.

De eadem re, & quando nouum dicatur feudum, vel antiquum. Feudum nouum conceſſum in vim antiqui, valdè differt à verè antiquo; Et de effectibus vtriuſque, p. 106.

Agitur de vſufructu vxoris relicto per teſtatorem, non impediendo à filio ſi legitimam illæſam conſecutus eſt ex inſtitutione, p. 111.

Excuſſionis forma controuerti non debet poſt eius pronunciam in contradictorio emanatam. Aliqua de fide nuncij in perquiſitione bonorum debitoris, & de defectu citationis in ea, p. 110.

De ſubinueſtientis in feudo iuribus, & facultatibus, quoad ſubinueſtitum. Aliqua de alienatione feudi: Et de patientia in id domini directi, ac præſumpto conſenſu, & eius virtute, p. 111.

Plenè agitur de renunciatione iuris facta ſub prętextu cauſæ iniuſtæ, cuius plures ſpecies examinantur. De læſione in ipſa renunciatione. Erroreque, ac dolo, & fraude ob quæ reſcindatur. Quid in ea operetur iuramentum, & geminatio. Ius reſcindendi cui competat; Et de actuum correſpectiuitate. De actus validatione, per Principem facta, eiuſque effectibus, & vigore. De præſumptione aſſenſus in illum ex taciturnitate per longum tempus, & actus publici auctoritate, &c. p. 113.

Proponitur hypotheſis, & diſquiſitio ſuper probatione filiationis concludenter, vel præſumptiuè. De teſtibus, cum repetuntur, depoſitione, p. 122.

Matrimonij, & filiationis probatio quomodo, & qualiter fiat: De teſtium depoſitione ſuper hoc, eorũ variatione, ſuſpicioneque. Fama quomodo probetur, & quando aliquid releuet, p. 126.

Scriptura producta, an & quando noceat producenti, ſiue ſimpliciter, ſiue cum clauſul. reſeruatiuis, & proteſtatione, p. 129.

Agitur de probationibus admittendis poſt publicationem depoſitionum; quando id permittatur, &c. pag. 131.

De extremis in remedio, *Can. Reintegranda, &c.* comprobandis, illud non datur ex magis communi ſẽtentia, contra ſucceſſorem ſingularem, cum titulo habito à bonę fidei poſſeſſore. Teſtis an fidem faciat in alio iudicio. De venditione rei maternæ per patrem facta, conſentiente filio, & è contra. De ſcientiæ probatione ex coniecturis. De dote per patrem filiæ conſtituenda ex bonis ſuis, vel maternis, & iuris in hac præſumptione, p. 132.

Diſquiritur excellenter de comprobando adulterio. Plura de indicijs proximis, & remotis ad id probãdum; aut ad torturam inducendam; præcipuè in Clerico. Vberrimè de probatione famæ. Confeſſione extraiudiciali, eiuſque vi, & efficacia in delictis. De teſtibus ſingularibus variantibus. De auditu, & aliàs imperfectis. Ac de varijs præſumptionibus ad delictum conferentibus, nec ne, p. 135.

De alienationis prohibitione, & fideicommiſſo ex teſtatoris diſpoſitione. Quando vocatus quis dicatur diſpoſitiuè, vel conditionaliter, & de ſingulorum effectibus, Aliqua de vulgari, & reciproca ſubſtitutione, &c. p. 141.

De ſucceſſione filiæ in bonis patrui, ſimul cum fratre ipſius defuncti, iuxta Statutum, & ius commune. Et de collatione bonorum, non facienda ab extraneo; & quis ſit talis, p. 142.

De effectu ſubſtitutionis, quo ad comprehenſionem non nominatorum. De ſucceſſione tertij ſubſtituti pluribus, non vero de omnibus decedentibus, & de eius effectu: Vberius quando fideicommiſſum dicatur eſſe perpetuum non effectum, vt prohibeatur alienatio. De prohibitionibus alienandi diuerſimodè factis, &c. p. 148.

Agitur de rei furtiuæ identitate, & furto probando. De eo, qui talem rem habuit bona fide; Et de actione in eum competente, p. 147.

Renunciatio fideicommiſſi, an & quando inducatur, ac præſumatur, & de ipſius effectibus. De reſtitutione bonorum per grauatum; vbi præcipuè cum ſunt mobilia. An & quando liceat grauato alienare rem fideicommiſſariam. De cauſis neceſſarijs eas alienandi: Et de detractionibus minuentibus fideicommiſſum, p. 153.

Iniuſtum eſt grauamen fideiubendi, de præſentandis teſtibus forenſibus examinatis, ad omne mandatum Iudicis, p. 152.

De iure competente hæredi hæredis in agendo. De pecuniæ in ſpecie exſoluendæ conuentione, & obligatione. Et de actione contra poſſeſſores terræ, pro qua liuellum ſoluitur, p. 153.

De reprobando inſtrumento, vel eius fide debilitan-

da

da per teſtes. De falſitate in ipſo præſumenda, necne, erroreuè eiuſque effectu. Et de iure faciendi feneſtram in muro proprio reſpiciente in locum vicini, p. 154.

De teſtium depoſitionibus quoad ſe exonerandum, & ſuper negatiua non coarctata. De præſumptionibus pluribus ſolutionis debiti. Renunciationis iurium, ignorantiæ, & ſcientiæ reſpectiuè. Quando ex ignorantia concedatur, vel non, reſtitutio in integrum, &c. p. 155.

Agnato, qui ex Statuto excluderet fœminam, non adeunte hæreditas pertinet ad ipſam fœminam. Feudum, vel emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe, & hæredibus, & pro ipſius fratribus non dicitur conceſſum hæredibus dictorum fratrum. Titij agnatus non prouidens de tutore, an perpetuo priuetur eius hæreditate, p. 158.

Reſtitutio in integrum aduerſus tranſactionem, an & quando competat data ſcientia in tranſigente. De reſtitutione aduerſus dotem incongruam, & quando ea talis ſit. De enormi læſione. Et de teſtibus de auditu & ſingularibus; p. 162.

Ceſſio crediti eſt nulla cum non apparet de realitate crediti; & cum eſt facta in potentiorem. Plura de teſtium ſingularitate, eiuſque ſpeciebus, quoad probationem faciendam. Iuramentum ſuppletorium quando locum habeat, vel non, p. 166.

Hæreditatis aditio quando probetur, vel inducatur. De iure Principis in ferendo præiudicium tertio, quo ad credita fœneratitia. Et de præſcriptione impedienda, vel non, ob iuramentum, vel malam fidem, quò ad iſtas vſuras, p. 168.

Euictio, quando locum non habeat. De culpa patientis damnum, & euictionem. De prælatione poſterioris purè contrahentis conditionali creditori, etſi anteriori, non purificata conditione. Feuda non deuoluuntur omiſſa inueſtitura per minores, &c. p. 171.

De monetarum valore, & ſpeciebus. De augumento, vel decremento ipſarum, cui nam cedat debitori, vel creditori, ob deteriorationem intrinſecam, vel extrinſecam. Et alijs ad rem, p. 173.

Prohibitio in fideicommiſſo quando ſit perpetua, vel non. In conditione poſiti, an & quando dicantur vocati, De diſpoſitione captatoria, & quæ ea ſit, & eius effectus. Aliqua de ratione conſeruationis bonorum in familia, & eius virtute, &c. pagin. 176.

Plenè agitur de immunitate à gabellis. Quando ea ſit vel realis, vel perſonalis, quomodo præſumatur, & præſcribatur. Differentia beneficij, & priuilegij à Principe impertiti, & ipſorum interpretatione. Contrahens cum immuni, an & quando ſit exemptus etiam pro parte ſua. De conceſſione ex cauſa oneroſa, ob benemerita, &c. p. 179.

De probatione teſtium ſingularium, maximè præſente parte. De iuramento ſuppletorio, alimentorum priuilegio, &c. p. 183.

Vberrimè agitur de probationibus venationum, & inciſionibus nemorum, &c. Immunitas quando ſit realis aut perſonalis, & de ſingularum ſpecierum effectibus; quomodo ea probetur; de eius extenſione, & præſcriptione. Proclamatis pœna quando incurratur, vel euitetur; De dolo tranſgredientis, &c. p. 184.

De iure quæſito tollendo per Principem in reuiſione cauſæ conceſſa, ad detegendam patris innocentiam, p. 189.

Obligatio debet ſpecificè ab allegante probari. Eſt contra eum interpretanda. De erronea promiſſione, & facta ſine cauſa, & ſuppoſito. Aliqua de cenſus requiſitis, &c. ibid.

De iure & actione hæredis, cum beneficio legis, &c. in bonis hæreditatis pro ſuis creditis. In conditione poſiti per teſtatorem, an & quando ſint diſpoſitiuè vocati, & de coniecturis ad id. De ſolutione partis debiti per hæredem cum beneficio, &c. factam. De ignorantia ipſius in ſoluendo, & præiudicio in id, &c. p. 191.

De eadem re. Obligationes oriuntur ex facto; non ex ſuppoſito. De promiſſionibus debiti, vel nomine alterius, & quantum ſe extendant, ac quomodo obligent, vel non. De ſolutione indebiti, & an ſi ſcienter fiat, præſumatur donatio, & quando non; & de coniecturis ad id. Soluens partem debiti, an & quando cogi poſſit ad reſiduum, p. 194.

De ſocij expenſis in re communi, illiſque probandis: Interpellatio eſt neceſſaria in obligando alterum, & in re magni præiudicij, ac aliàs, &c. p. 197.

De eadem re. Et cui ex ſocijs damnum contingat. Ac de cambiorum probatione, p. 199.

De gradibus ſucceſſionum. De venditione rei alienæ & minoris abſque ſolemnibus. De donatione inter coniuges. Ceſſio non valet, niſi probetur creditum ceſſum, &c. p. 200.

Remedium *Can. Reintegrande, &c.* cui, & contra quẽ detur. De alienatione rei Eccleſiæ, præcipuè quo ad emphyteuſim, cuius forma, & pacta apponi ſolita, ac modus ſeruãdus regeruntur. De Bullæ Pontificiæ, eiuſque erroribus, & ſuſpicione falſi, ac huius effectibus. De læſione probanda: & quæ in paribus teſtium depoſitionibus attendenda ſint, pag. 201.

Confeſſio extraiudicialis, quomodo per teſtes probetur. Vnius teſtis de ea confeſſione, atque de fama, an poſſit cum alio de fama, illam releuare. Quinam teſtes præualent in dubio. Iungi quando debeant, & poſſint teſtes, vel non. De ceſſione iurium, & crediti, ac eius periculo, &c. p. 205.

De competentia fori ratione contractus, & rei. De iuriſdictionis defectu. Promiſſio, monitio, & proteſtatio exigitur, vt vſuræ, & damna peti poſſit. De atteſtationis vulgo (Fede) vigore, & probatione. Auctor erga emptorem, vel ceſſionarium ad quid teneatur. De clauſula executiua ſibi ſatisfaciendi propria auctoritate, eiuſque effectu, & forma exequendi in praxi. p. 208.

Fideicommiſſum, quando præſumatur in caſum contrauentionis, vel in caſum mortis. De effectu clauſul. *Qua vult bona perpetuo, &c.* De eo verbo *perpetuo, &c.* Filij in conditione poſiti an & quando dicantur vocati diſpoſitiuè. Nomine filiorum, an veniant maſculi ſolum, vel etiam fœminæ comprehendantur, & quando: vbi ad id plures referuntur coniecturæ, &c. p. 212.

De fideicommiſſi reſtrictione, aut ampliatione reſpectiuè. Melioramenta facta è grauato poſſunt detrahi per eum è bonis reſtituendis. Ipſe poteſt creditum cum anteceſſore retinere, ſi ſit hæres cum beneficio inuentarij. Et de hypotheca pro alimentis.

Digitized by Google

tis,&c. p.215.

Ampliſſimè diſſeritur de falſitatis crimine,an & quãdo,& ex quibus coniecturis præſumatur, vel non. Quomodo committatur. Quæ requirantur,vt puniri poſſit,& de alijs ad materiam, p.217.

Diſcutitur vberrimè, & magiſtraliter, an & quando appellatione filiorum veniant filiæ, aut appellatione deſcendentium veniant fœminæ. Afferuntur coniecturæ hinc inde. De ratione expreſſa à teſtatore conſeruandæ agnat onis. Et de coniecturis ad id expiſcandum,ſi non appareat, p.225.

Inſtrumentum inueſtituræ an probet dominium,vel poſſeſſionem inueſtientis. Præſumptiones admittuntur in ijs, quæ ſunt difficilis probationis. De præſumptionibus ſolutionis. De effectibus taciturnitatis.præcipuè in diligenti perſona. De receptione liuellorum in prætendente caducitatem. De tranſactione non adimpleta. Et de hæredis reſtitutione in integrum ob ignorantiam, p.230.

De præiudicio parato per contrahentem ex ſcientia, & taciturnitate, p.232.

Renunciare hypothecæ dotali.an quando mulieri ſit permiſſum,& quomodo id fieri præſumatur. Et de ratificatione geſtorum, p.233.

Petitonj,& poſſeſſorij iudicium, an & quando ſimul terminari debeat,vel primo ſuſpenſo, alterum decidi. Et de poſſeſſorio ſummarijſſimo, & quis in eo obtineat, p.234.

De promiſſione facta,per virum,patrem, vxorem, & eius effectus. In generali obligatione,quæ veniant. Quæ actiones competant. Et de Saluiano interdicto, p.235.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, quibus in caſibus non competat; & de præſumptionibus ſolutionis, pag.236.

Legitimam poteſt petere filius à matre exhæredatus (paruo legato relicto) quia malæ vitæ, & triremi damnatus. An qui non eſt deſcendens, & hæres defuncti,poſſit ſuccedere in emphyteuſim Eccleſiæ. An excludatur fęmina. An excluſi poſſint habere legatum, quo debent eſſe contenti, & legitimam.& adhuc ſimul bona emphyteutica, p.237.

De gabella debita pro alienatione, & dominij translatione alicuius rei. Ea non debetur pro venditione aliquarum rerum acceſſoriè & conſecutiuè deductarum in coutractu locationis, pro quo ea non ſoluitur, p,239.

De rationibus teddendis ab adminiſtratore. De exceptione non numeratæ pecuniæ. Defectns fidei, & probitatis in viro communiter reputaro probo vti caſus fortuitus non eſt imputandus eligenti. De ſolutione facta ab officiali, & obligatione domini. Non fit compenſatio creditorum diuerſi officij. Et de ſalario ſolueudo ſucceſſori, p.240.

Fideicommiſſarius an teneatur approbare contractũ, & diſpoſitionem factam à defuncto; & in ſpecie, ſtare locationi. De obligatione hæredis cum inuẽtario.& ſine eo,quo ad debita ſoluenda, p.241.

Ad agendum exigitur voluntas,& poteſtas, p.243.

Diuiſio hæreditatis quomodo præſumatur, & de coniecturis ad id, ibid.

Emphyteutica bona an veniant ſub obligatione generali bonorum,ſaltẽ fauore dotis. De mphyteuſi, eius renouatione.& licentia. Pactum tradendi omnia bona ſua poſt mortem,an quando,& quomodo valeat, p.24[?]

De prohibita contrauentione hæredis, alienatione per defunctum facta de re fideicommiſſo ſuppoſita.ſeu conditionali, ſiue cum expreſſa prohibitione alienationis. Et aliqua de euictione,&c. p.248.

Fideicommiſſum eſt ſtrictè interpretandum; Nec cẽſetur repetitum in alia diſpoſitione, ſi non exprimatur. An ex prohibitione alienationis, quia vult diſponens bona trãſire in filios maſculos,&c. oriatur fideicommiſſum abſolutum, vel ſolummodo in caſum contrauentionis. Alienans contra diſpoſitionem teſtatoris,fit indignus,& in re.& in ſpe. An & quando ſucceſſores poſſint reuocari bona alienata per anteceſſores contrauenientes fideicommiſſo. Et an filij vti hæredes patris excludãtur à beneficio recuperandi bona per patrem alienata, pagin.251

Fœmina an excludatur per maſculos à ſucceſſione patris. An ſuccedat in emphyteuſi Eccleſiaſtica. Res peruenta ad vnam lineam non tranſit ad aliã, etiam exiſtentibus ſolum fęminis. Et de ratificatione ſtipulationis pręcipuè in emphyteuſi. Et de pręſumptionibus ad id, p.254.

De appellatione ſententiæ. De communicando beneficio ex reſtitutione aduerſus eam. Non admittuntur interrogatoria ſuper re probanda per proprium capitulum,& de teſtibus credulitate, ac de ipſorum dictis, p.255.

De ſucceſſione in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & eius deuolutione. De Statutorum comprehenſione,& adimplemento. De concurſu ęſtimatorum,ſeu peritorum, & ſimplicium teſtium, & horum ex ordine Clericale cum laicis. De valore reprobando; & æſtimatione rectè facienda, p.256.

Agitur de fideicõmiſſo ob dotis reſtitutionem diminuendo.præcipuè ſi aliundè poteſt ſatisfieri,p.258.

An & quando poſt publicatas atteſtationes.& didicita teſtificata liceat examinare teſtes ſuper ijſdem capitulis, p.359.

Saluianum Interdictum in tertio ſucceſſore ob hypothecam competit pro legatis annuis præcipuè in pia cauſa; etiamſi generalis ſit hypotheca, ibid.

Hæres grauatus reſtituere rem, an poſſit teſtamento legare eius vſumfructum. De legato rei alienæ, & eius æſtimatione ſoluenda. Et de obligatione hæredis cum beneficio inuentarij, p.260.

De eadem re. Donatio, quando dicitur perfecta, vel ſolum deſignata.& deſtinata, præcipuè reſpectu acceptantis. Aeſtimatio legati rei alienæ, quando debeatur nec ne. Quando cauebat, vel non hæredi grauato probare bona eſſe defuncti. De legato rei hęredis, p.262.

Agitur plenè de renunciatione legitimæ per matrem in bonis filij. Quota ſit aſcendentium legitima; an & quomodo ei renunciari poſſit, vel præſumuntur; De renunciatione iuris futuri.& in ſpecie, & an talis ſit legitima. De vi iuramenti eidem renunciationi adiecti;& de verbis,quibus tali ſpeciei cenſeatur renunciatum. De aſſertionibus probandis;& aliqua de læſione.&c p.265.

De obligatione in ſolidum,vel pro rata. De inuentarij effectibus in hęrede,quo ad actiones. ſeparationẽ, debiti ſolutionem, repetitionẽ. &c. De promiſſione ſine cauſa,&de dote in inſtrumento confeſſata, pag.270.

Subſti-

Subſtituti per alternatiuam cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, vt omnes nominati ſuccedant alteri ex eis decedenti; non etiam filij eius. De vocatione per nomen proprium, vel collectiuum. De effectibus alternatiuæ Subſtitutio de ſuperſtitibus, vel eorum filijs expirat adeunte illo, in cuius defectum illi erant vocati, &c. p.272.

Poſterior creditor cum licentia hypothecæ in feudalibus præfertur non habenti licentiam. De reſtitutione in integrum aduerſus ſententiam, ex clauſula generali, &c. Et de reuocatione iuris quæſiti tertio, pag.274.

Ad quid teneatur ſubinueſtiens; cum dominus directus euincit vti'e dominium à ſubinueſtito De euictione venien:e in actum de ſui natura. De relatiui *Qua* effectu. Verbum, *Perpetuò*, quomodo intelligatur. Et de reſeruatione iurium, &c. p.277.

Vis quomodo committatur. De ſeruitutibus diſcontinuis; quomodo acquirãtur, probentur, & præſcribantur. Ad earum libertatem præſcribendam, quæ exigantur. De via publica eius deſtructione, & pęnis deſtruentis illicitè. p.279.

Agitur de gabella ſoluenda nec ne à contrahentibus, cum immuni: De priuilegio amittendo per non vſum, &c. p.280.

De datione in ſolutum pro dotis reſtitutione, & dominij translatione. Feudum an, & quando tranſeat in Monaſterium; & an ſaltem pretium ipſius ad eũ perueniat, & quando; De fęminæ ſucceſſione in ipſa feuda, nec ne.

De eadem re. Patiens alium inueſtiri, quomodo & intra quantum tempus ſibi præiudicet, &c. p.283.

Legitima filiæ an impinguetur ex bonis feudalibus, vel emphyteoticis, præcipuè Eccleſiæ. Ex quibus bonis ea detrahatur. De dote illinc deducenda. De feudo primogeniturę. De dotatione ſororis per fratrem facta, &c. p 284.

Intereſſe peti non poteſt pro credito illiquido. De ſimulatione contractus, & de coniecturis ad id. De expenſis in re aliena factis, repetendis, vel non. Libri rationum priuatarum, an & quando probent. De clauſul codicill. *Si non valeret, &c.* effectu, & vigore; præcipuè quo ad allegata, præterito filio in teſtamento. Et de exceſſiuitate legati probanda, pag.286.

De eadem re, & hypotheſi. De Clauſula codicillari, *Si non valeret, &c.* eiuſque effectu, & poteſtate. Filio ignoranter præterito, quid ea operetur; Et an, & quæ legata ſuſtineatur in tali teſtamento, p.290.

De immunitate, & exemptione à gabellis; eius tranſmiſſione ad hæredes, & ſucceſſores. De gabellarũ reſtrictione, vti re odioſa; earum ſpeciebus. p.291.

De litteris cambij, quando habeant executionẽ paratam, nec ne. De liquidationis iudicio. Fides quando fidem faciat. Et quid exigatur, vt abſenti quæratur actio ex pecunia ipſius numerara tertio, &c. p.293.

Prior creditor re, vel nomine debitoris conſumpto, non habet ius auocandi, & cur. Quando dicatur nomen conſumptum, & extinctum, &c. p.294.

De promiſſione facti alieni, quando obliget nec ne; præcipuè ſine interpellatione; ſaltem ad pęnam adiectam. Plura de moræ incurſu in diſpoſitionibus puris; ſed cum die incerto, vel conditionalibus. De ſcientia ætatis probanda etiam in patre reſpectu filij. De ſęuitijs in vxorem illatis à marito; Quid ipſi liceat ad correctionem eius. De malo mulierum ſexu. Diligentię in tali promiſſione, an & quando exigantur, quando præſumantur, & quid operentur. De pluribus clauſulis in huiuſmodi inſtrumento appoſitis, & earum virtute, & operatione, pag.295.

De conductione rei publicæ, valore monetarum aucto, vel diminuto, & cuius damno cedat, vel vtilitati. De æſtimatione ipſarum, facta emptionis, & taxationis cauſa: & quando id præſumatur. De diuerſis in id obligationibus, ac varijs monetarum ſpeciebus, p.305.

De eadem re. Præſcribitur ius conductionis, ſpatio triginta annorum. Plura de colonis adſcriptitijs, & ei ſimilibus, eorumque iure in prædijs, cui ſunt addicti. Reuocatio ad quod tempus facta cenſeatur. De prorogatione locationis. Sublocator ad quid tenetur ſubconductori. De intempeſtiua domini denunciatione, &c. p.306.

De fide habenda documento extracto, parte non citata. Officiali non creditur, niſi in concernentibus ſuum officium. Scriptura, vel depoſitio referens nõ operatur, niſi apparente, & producta ea, quæ refertur. Et de forma ſolutionis præſcribenda, p.308.

De proxenetico debito ex contractu; De eo non amplius per proxenetam reſtituendo, ſi diſſoluatur contractus. De venditoris obligatione in id erga emptorem, &c. p.310.

Pęnitentiæ in contractibus nominatis, quando ſit locus, præcipuè in emptione & venditione. De non adimplemento eius ex parte alterius. Plurima de mora ob id committenda, & purganda. De vſuris, & intereſſe, quæ in eo veniunt. De damno, & culpa horum contrahentium, & remiſſione tacita iuris competentis, p.311.

Retrotrasfertur dominium ad inſtar pacti legis commiſſoriæ, cum illud eſt translatum cum verbo temporalitatis, ea iam finita. An extante ſimplici pacto de retrouendendo, oblato, & ſoluto pretio transferatur ſtatim dominium ſine aliqua traditione. De tuitione ementis rem alienam à Principe. De emphyteuſi, & cenſu reſeruatiuo, & eius caducitate, p.315.

De emphyteuſi Confraternitatum, an laicalis dicatur, & quę ſint effectus. Subinfeudatio, quando permittatur, vel non; & dominus conſentire teneatur, nec ne. De translatione emphyteuſis in Monaſterium ob ingreſſum in illud, &c. p.318.

Quæ bona ſint reſtituenda in fideicommiſſo; Illud ex quibus rebus minuatur. De ſubrogatione aliorum bonorum reb. dotalibus. De perceptione fructuũ ex bonis vxoris facta per maritum. Quando præſumatur vxor contrahere de ſuo. De promiſſione facta alicui ad liberam ipſius voluntatem. Bona emphyteutica non veniunt in generali bonorum diſpoſitione, de inſtitutione in feudo hæredis non capacis, & eius effectu. An vaſallus, & hæres grauatus acquirens dominium directum, debeant illud reſtituere cum vtili De conſumptione, & conſumptione rei reſtituendæ fideicommiſſario, p.319.

De fideicommiſſo conditionali; Item de eo ex prohibitione cum cauſa reſtricta ad certas perſonas. Et quando ea dicatur eſſe perſonalis. Diſpoſitio generalis non cõprehendit bona alienari. Et de fideicõmiſſi reſtituendi diminutione, p.325.

Am-

Ampliſſimè agitur de immunitate bonorum Eccleſiæ an extendatur ad portionem colonicam, & de priuilegiorum ſpeciebus, & eorum effectibus interpretatione, ac extenſione, nec ne. De facultate Principis in rollenda præſcriptione, imo & dominio, ex cauſa, & alijs ad rem. p 327.

Magiſtraliter diſſeritur de iure aquæ, ob ſuperioritatē fundi, & ſeruitute inferioris, & de ipſa aqua per hūc auertenda, nunc de ſeruitute huius & præſcriptione, & de huius, præcipuè immemorabili probatione, inductione. Aquam eſſe publicam, vel priuatā, quomodo dignoſcatur. Damni cauſam dans an & quando ad illud teneatur, & quæ ad id requirantur, &c. p. 331.

De reſcripto Principis, præcipuè dato minori ad alienandum, eiuſq; interpretatione. Plura de forma, & cauſa finali diſpoſitionis; eorum ſignis, cognitione, adimplemento, vel non effectibus, ac vigore. Certum lucrum etſi modicū, eſt melius piagni, ſed incerto; de ratificatione actus per minorem nulliter geſti, & renunciatione iuris ſui, quando admittatur nec ne. Multa de actuum correſpectiuitate, & quomodo ea induci præſumatur; & alijs ad rem, p. 338.

De impetratione veniæ ætatis à Principe. De habilitatione minoris ad contrahendum. Aliqua de reſcriptorum obreptione, vel ſubreptione, prçcipuè quo ad ſcientiam Principis. De rerum ęſtimatione, læſione, &c. p. 346.

De interpretatione verborum, *Maſculi heredes*, & *Maſculi deſcendentes*. Et de participatione maioris in beneficio reſtitutionis aduerſus præſcriptionem minori competentis, p. 349.

Suſtinetur validitas ſub inueſtitura rei Eccleſiæ, de nullitate incuſatę ob defectum Breuis ſi in euidente, &c. quo ad ipſam. Principis auctoritas in reſcriptis, & alienationum in ſolemnitatibus ſupplendis proponitur. De emphyteuſi Eccleſiaſtica, eiuſque iure, & ſolemnitatibus. Dominium vtile penes laicum inueſtitū etiam rei Eccleſiæ eſt laicale, & ſic tranſmiſibile ſine ſolemnitatibus, & alijs ad rem, pag. 350.

De appellatione, ſupplicatione, & reuiſione De datij ſolutione, eorum libertatis præſcriptione; Et excuſatione ob id à culpa, & pęna, p. 354.

De legatario capiente legatum propria auctoritate; Et non moroſo in adimplendo onus ſibi iniunctū. Et de falcidia ab ipſis legatis detrahenda, p. 356.

Subſtitutio eſſe poteſt vulgaris etiam cum eſt facta per verbum collectiuum, *Deſcendentium*, multo magis ſi ſit facta in caſum prædecedentiæ per verbum, puta, *Premortuus*. Prohibitio alienationis etſi generalis cum cauſa reſtringitur ad præcedentem diſpoſitionem ſeu ſubſtitutionem ſpecificam. Aliqua de fama probanda. Et de pęna contrauenientis alienationi factæ à teſtatore, præcipuè ſi ſit hæres vendentis rem ſibi reſtituendam ex fideicommiſſo, &c. p 357.

De obreptione, vel ſubreptione reſcripti, p. 362.

Venditor quando teneatur nec ne, cum res eſt deteriorata Aliqua de monetæ valore. De læſione, & reſtitutione in integrum ob cauſam, p. 363.

Non fit caducum, ſed debet legatum relictū aliquib. poſt fideicommiſſariam ſubſtitutionem expiratā, etſi ſecundo vocatus prędeceſſerit primò, p. 364.

Agitur de cautionibus iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, quando, quomodo, à quibus præſtari debeant, vel non, ibid.

De fide teſtibus adhibenda præcipuè diuerſo iudicio examinatis. De probationibus ſimul vniendis, ſiue ex ipſis teſtium depoſitionibus, ſiue ex inſtrumentis. De quibus ſingulis aliqua obſeruantur. De renunciatione, eiuſq; validitate, & iuſtitia præſumenda præcipuè ob propinquorum præſentiam. De cōtraria probatione, & qualis eſſe debeat. In dubijs probationibus quid faciendum. Et de negligentia domini in iure ſuo aſſequendo, p. 365.

De teſtibus deponentibus, de fama, vel cum adiectione, ſalua veritate, aut non certitudinariè, ac aliàs de probationibus per ipſos teſtes, p. 399.

De Statuti vigore, de expenſis & intereſſe probando. Et de carceratione iniuſta, p. 172.

De teſtibus non iuratis iudicio, vel parte non citata. De Statuti Mantuę interpretatione quo ad obligationem, & cōtractum minoris ſine curatore. Quid ſi iuribus decipiat minor contrahētem? &c. p. 373.

Agitur de diuiſione prohibita per teſtatorem ad tempus minoritatis, eiuſque effectu, & obſeruantia, & diſpenſatione per Princiem. De dotibus exinde deducendis, ac ære alieno ſoluendo, &c. p. 374.

Mater binuba poteſt præteriri à filio primi matrimonij ob iniuriam inde receptam; non tamen ſi ei nō petit tutorem, ſi deceſſit poſt pubertatem. Ipſi matri non debetur legitima in bonis, in quibus non poteſt ſuccedere vti feudalibus, & emphyteuticis Eccleſiaſticis Melioramenta in his rebus, cui comtant, & de fructibus ipſorum diuidendis, cum res deuoluatur ad dominum, vel ad agnatum, p 376.

Pecunia alicui non creditur ſoluta, ex quo alternatiuè cum alio ipſi conſcribitur in cambijs. Litterę tales an faciant præſumere ſolutam eam pecuniam. De præſumptione pluralitatis excludenda; impenſis probandis, & moderandis, &c. p. 377.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota intra, vel vltra annū luctus, & alia indigna committendo, an & quando amittat dotem, legitimum legatum, & ſucceſſionē filiorum, &c. p. 378.

De inſtitutione hæredis vſque ad natiuitatem filij, vel nepotis, &c. eiuſq; vi, & effectu. Aliqua de clauſul. codicillari De iure accreſcendi. De fideicommiſſario agente contra tertium poſſeſſorem, &c. p. 379.

De actionibus cōmpetentibus fideicommiſſario. An ipſe teneatur deſſignare bona, vel aſſignare alia pro ipſis, in quæ eius preceſſor fuit inueſtitus. Aliqua de interpretatione Statuti. An & quodnam dominium trasferatur per ſubinueſtituram, & de iure canonis, quo ad primum inueſtitum. Bona emphyteutica laicalia ſunt capacia fideicommiſſi. De reſtitutione in integrum aduerſus, *leg. ſub prætextu, C. de tranſact.* Et an filius hæres ſoluens vltra quam fertur hæreditas, poſſit ſolutum repetere, p. 380.

Vberius agitur de contractu venditionis in eſſe realiter non deducto, ob collationem pretij in arbitriū emptoris. Diſcurritur de obligatione ſubiecta, fine, modo, & effectu. De huiuſcemodi conuentionibus prohibentibus coactionem, negatiuè, vel affirmatiuè conceptis, & eorum differentia. Plura de iure fructuum percipiendorum, & de dominio, quo ad hoc conſiderato, & de eius translatione neceſſaria; ſaltem formaliter in dicto contractu venditionis, &c. p. 383.

De

Digitized by Google

INDEX ARGVMENTORVM.

De eadem re. Et de ſubſtantialibus contractus deficientibus, præcipuè in venditione. De iuramento, clauſul. conſtituti. & euictionis promiſſioni contractu. & eius effectibus. Plenè, & vberrimè diſcutitur diſtinctio ex doctrina Bartol. quo ad arbitrium in contractu adiectum promiſſioni, & ſubiectæ obligationis, vel eius executioni, & de alijs ad rem, pagin. 386.

Inſiſtitur in hypotheſi, & in ſuſpenſione contractus ob promiſſionem ad arbitrium contrahentis Et de verbis, & particulis exprimentibus tale arbitrium. Refricantur ſubſtantialia venditionis. De conditionali contractu eiuſque modo, & particulis ex quibus inducitur. Magiſtraliter diſtinguantur plures caſus, quo ad plenam cognitionem contractus in alterius arbitrium collati. De dominio in venditione transferendo nec ne. Rei alienæ venditione, & alijs ad rem, p. 391.

Minor agens de nullitate alienationis pro ſe factæ, quæ reſtituere debeat, & ad quid teneatur, vt obtineat, p. 397.

De actore pro damnis illatis in pecudis. De teſtibus variantibus. Excuſatione à pœna, de commiſſo, &c. p. 398.

Statutum Ciuitatis dominantis, an & quando liget alias Ciuitates ſubditas. De Principis in hoc voluntate. De proclamatum publicatione, &c p. 399.

De Iudice competenti per Clericum eligendo. Hæres ſi tenet ab eo eunici hæreditatem, debet petere cautionem de reſtituendis legatis à legatarijs. &c. ibid.

De diuiſione bonorum, eiuſq; effectu, & virtute. De communione poſt eam, & melioramentis compenſandis, p. 400.

De proclamatibus, ſeu cridis ſuper bonis debitoris; quando ſint faciendæ, ne creditorum iuribus fiat præiudicium, p. 401.

An fœmina ſemel excluſa per maſculum ab emphyteuſi Eccleſiaſtica. Sit perpetuo excluſa, an vero ſolum exiſtente eo; Et quid præcipuè cum ea eſt inſtituta in teſtamento per maſculum vltimo defunctum, &c. ibid.

Plenius diſquiritur an filius admittatur ad feudum, abſque quo ſoluat debita hæreditaria. Id ventilatur in quauis ipſius feudi ſpecie. Quid ſi fecerit inuentarium. Satisfactio creditoribus an promittatur in ſolis fructibus an & in re ipſa. Feudum nouum, & antiquum quale dicatur; Et alijs ad rem, p. 404.

F I N I S.

CON-

CONTROVERSIARVM FORENSIVM FRANCISCI NIGRI CYRIACI I. V. D. MANTVANI,

Et in ſua Patria Senatoris.

LIBER QVARTVS:

Poſthumus.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio, quæ aliàs inualida remanet, an & quando per appoſitionem pœnæ ſuſtineatur; & vnde hoc procedat. Statutum vbi eſt clarum ceſſant diſputationes, & quamuis rigoroſum eſt ſeruandum. Vidua quæ vſumfructum habuit in bonis mariti, dum ſuas dotes non exigit, an vbi exigere velit, tenetur ad reſtitutionem, vel compenſationem dicti vſusfructus, & quid de alimentis eodem modo perceptis. Statutum, vel pactum, quod mulieri dotes ſuas non repetenti liceat alimenta percipere an ſit vſurarium. Dos, & donatio propter nuptias, an a pari procedant; & an donatio Vxori facta, mortuo Marito, ad illam deuoluatur, etiam quoad proprietatem, ſi filij ſuperuiuant, & Mulier ad ſecundas nuptias tranſmigret.

SVMMARIVM.

1 *Conſultor cuius petitur conſilium, non tenetur voti ſui reddere rationem.*

2 *Quando non cenſetur plus eſſe in legato, quam ſuperſit deducto onere impoſito Legatario; legatum compenſari debet cum grauamine illi correſpondente; & ampliari, & num. 3.*

4 *Diſpoſitio alias inualida. mox appoſita pœna ſuſtinetur.*

5 *Preceptum nudum alienationem prohibens non arctat prohibitum, quaſi alienari permittatur. Secus tamen vbi dicto precepto pœna adiungatur. num. 6. Intellige vt num. 17.*

Promiſſio facti alieni non obligat promittentem. Secus vbi promittenti pœna eſt adiecta; quia tenet promiſſio, & debetur pena, num. 8. Vide tamen, num. 17.

9 *Statutum reſtringens legata mulieri facta ad alimenta tantum, validum eſt, & ſuſtineri debet. Amplia etiam ſi pœna appoſita ſit à legante, num. 10.*

11 *Statuti verba, vbi ſunt clara, non eſt locus dubitationi, aut eius interpretationi.*

12 *Nec eſt quærenda noua ratio, aut deciſio:*

13 *Sed verbis Statuti preciſè eſt inhærendum.*

14 *Statutum vbi loquitur, ſerua Statutum.*

15 *Statuta in loco pro lege reputantur.*

16 *Statutum quamuis aſperum, & rigoroſum ſeruandum venit.*

17 *Preceptum nudum de non alienando non eſt à iure reprobatum, ſed inualidum eſt, quia eſt ſine cauſa.*

18 *Diſpoſitio à Statuto reprobata, vel à iure, neque per appoſitionem pœnæ ſuſtinetur.*

19 *Vidua, quæ vſumfructum percepit, pro tempore, quo dotem ſuam non exegit, tenetur ad reſtitutionem, vel compenſationem erga heredes, vbi dotem exigere contendat, & num. 20.*

21 *Amplia, vt etiam teneatur reſtituere alimenta ante dictam petitionem habita.*

22 *Statutum, vel diſpoſitio teſtatoris, quod alimenta dentur mulieri, dum ſuas dotes non repetat, videntur vſuram continere.*

23 *Contrarium. Diſtingue vt, num. 24. & 25.*

26 *Mulier etiam relicta vſufructuaria, vel cui factum eſt aliud legatum, de iure communi dotes ſuas repetere non prohibetur.*

27 *Mulier vbi abundè non habeat vnde viuere poſſit, niſi de ſua dote, poteſt vbi hæc non ſibi reſtituatur, annuatim aliquid percipere ab heredib. eius viri pro alimentis.*

28 *Donatio propter nuptias, ſeu augmentum dotis ſoluto matrimonio reuertitur ad donantem, aut eius heredes.*

29 *Dos, & Donatio propter nuptias à pari procedunt.*

30 *Vxor eo iure poteſt lucrari donationem propter nuptias, quo maritus dotem.*

31 *Statutum Sablonetæ*, Rubric. 73. quomodo ſuccedatur vxori per maritum, & filios, *expenditur*.

32 *Proprietas reſeruatur filijs mariti, à quo donatio propter nuptias emanauit.*

33 *Extende vbi vxor de conſuetudine remanet vſufructuaria bonorum mariti.*

34 *Donatio propter nuptias matrimonio ſoluto non reuertitur ad donantem, quando maritus promiſit illam reſtituere in omnem euentum dotis reſtituendæ.*

35 *Amplia ne dum quoad vſumfructum, ſed etiam quo ad proprietatem.*

36 *Donatio pura, & abſoluta de ſui natura tranſitiua eſt ad hæredes.*

37 *Dos vxori eſt reſtituenda in liberam ipſius diſpoſitionem.*

38 *Vxor in bonis ſibi donatis à marito, vbi ex eo filij non ſuperſint, remanet pleno iure domina, etiamſi ad ſecundas nuptias tranſiuit.*

39 *Amplia vbi etiam filij exiſtunt, ſed eſſent mortui, vel poſt ſecundas etiam vxoris nuptias morerentur, & numer. 40.*

41 *Donatio non reuertitur ad donantem, vel ad eius heredes, quando adeſt pactum, vel Statutum de illa lucranda.*

42 *Quod pactum fauore mulieris ſuſtinetur.*

43 *Dos, & donatio propter nuptias reſpectu ipſorum iugalium poſſunt inæqualiter procedere, tam quo ad ſummam, quam quo ad lucrum.*

CONTROVERSIA DLI.

DOMINA Æmilia de Rainerijs nupſit Domino q. Iacobo Martio cum conſtitutione dotis ſcutorum mille quingentorum auri vltrà nonnulla mobilia, cui in ipſo matrimonij contractu idem Dominus Iacobus minor annis vigintiquinque, ſed maior annis viginti, cum decreto, & diſpenſatione Eccellentiſſimi q. Domini Veſpaſiani Ducis Sablonetæ donauit titulo puræ, meræ, ſimplicis, & irreuocabilis donationis, quæ aliquo modo infringi, & annullari nequeat, & ſeu pro augumento dotis, ſimilem quantitatem ſcutorum millequingentorum auri, cuius donationis reſtitutionem ſupplicauit, & obtinuit debere regulari iuxta dotem ipſam principalem, Quos ſcutos mille quingtẽos aureos donauit pro augumento dotis; Nec non & prædictos ſcutos mille quingentos ſimiles pro dote promiſſos, ipſis tamen prius habitis, prædictus Dominus Iacobus per ſe, & ſuos hæredes promiſit dictæ Dominæ Æmiliæ ſtipulanti pro ſe, & ſuis hæredibus, dare, ſoluere, & cum effectu reſtituere prædictæ Dominæ Æmiliæ, vel hæredibus ſuis, aut cui, vel quibus ius, & caſus dederit, in omnem caſum, cauſam, & euentum dictæ dotis reſtituendæ ſub obligatione omnium ſuorum bonorum.

Deceſſit ipſe Dominus Iacobus nullis relictis filijs, inſtituto hærede vniuerſali Domino Antonio Martio ſuo proximiore agnato, & ſuperſtite dicta Domina Æmilia vxore, cui iure inſtitutionis, & legati reliquit, & legauit totum, & integrum vſumfructum omnium, & quorumcumque bonorum ſuorum mobilium, & immobilium, durante eius vita caſta, & viduali, toto tempore eius vitę, dum interim dotes ſuas non exegerit, & obligauit hæredem ad ſatisfaciendum omnibus legatis, & caſu quo ipſe legatariis non ſatisfeciſſet, ei ſubſtituit, vel potius eum remouendo à dicta hæreditate, inſtituit ſuos hæredes Sanctiſſimam Societatem, ſiue Rectores Sancti Roſarij, & Venerabilem Montem Pietatis.

Extat Statutum Sablonetæ, *ſub Rubric. 79. Maritus quantum poteſt relinquere vxori*, quo Maritus non poteſt relinquere de ſuo vxori dotatæ, niſi libras quinquaginta, quo ad proprietatem, & alimenta condecentia, inſpecta patrimonij quantitate, & conditione relinquentis, & ipſius mulieris, & vbi reperiatur Maritum reliquiſſe vxorem ſuam Dominam, Maſſariam, & Vſufructuariam omnium ſuorum bonorum, tunc & eo caſu diſponit, quod intelligatur reliquiſſe ſolummodo alimenta, & vltrà alimenta, quòd tale relictum vim non obtineat, & omni in caſu, quo mulier conſequitur alimenta ſuper bonis Mariti, ſeu ſuper hæreditate, non vult, quòd ipſa poſſit exigere eius dotem, nec aliquod legatum ſibi factum vltrà alimenta, & quod exigens dotem, vel legatum in totum, vel in parte, cadat, & cecidiſſe intelligatur à legato alimentorum, & vſusfructus.

Nunc ſtantibus prædictis in facto narratis, & diſpoſitione ipſius Statuti, venit in controuerſiam,

Primò, An dictum legatum vſusfructus omnium bonorum ſubſiſtat in totum, an verò reſtringatur ad alimenta tantum.

Secundò, An, vbi hæres deneget ex eo præſtare aliquid vltra alimenta, priuetur hæreditate, & fiat locus ſucceſſioni Sanctiſſimi Roſarij, & Venerabilis Montis Pietatis.

Tertiò, An, ſi contingat Dominam Æmiliam repetere ſuas dotes, vel tranſire ad ſecundas nuptias, aut decedere, poſſit etiam conſequi donationem ſibi factam à marito pro augumento dotis, & de illa, & eius proprietate diſponere ad libitum, & etiam tranſmittere ad ſuos hæredes, An verò tale augumentum dotis in vnoquoque prædictorum caſuum debeat remanere penès hæredem Mariti.

Vel ſaltem, vbi in vita poſſit eo vti frui Domina Æmilia, eadem tandem moriente reuertatur ad ipſum Mariti hærędem, vel eius hæredis hæredes.

Hæ controuerſiæ fuerunt compromiſſæ de iure tantùm in quendam nobilem non Iuriſperitum, qui pronunciare habet cum conſilio Sapientis, & ad me tranſmiſſæ ſunt pro meo voto.

In quo dando, licet me paucis expedire poſſem,
1 cum is, cuius conſilium petitur, non teneatur † reddere rationes ſui voti, ſecundum Speculat. *in titul. de requiſitione conſilij, ſub num. 11. verſ. & nota.* Socin. Iun. *conſil. 50. num. 1. & conſil. 62. numer. 2. volum. 1.* Menoch. *conſil. 121. num. 1. & conſil. 854. pariter num. 1.* Nihilominus, vt libentius, & tutius partes acquieſcere valeant meæ deciſioni, eas referre non grauabor.

Et quo ad primam difficultatem, An legatum vſusfructus relictum Dominæ Æmiliæ in totum debeatur, an verò limitari debeat ad alimenta. Videretur prima facie reſpondendum pro totali eius validitate, vel ex ſe ipſo, vel ſaltem metu pœnæ.

Primò, quia teſtator grauauit ipſam Dominam Æmiliam, ne interim poſſet petere ſuas dotes, quæ cum augumento illi facto, erant ſatis notabilis quantitatis ſcutorum 3000. auri, vltra quædam mobilia, cuius grauaminis videtur habenda ratio, & facienda compenſa-
2 tio cum ipſo legato, ex quo non cenſetur † plus eſſe in legato, quam ſuperſit deducto onere impoſito legatario, *leg. nihil amplius, 26. in princip. ff. de legat. 1.* vbi ſcribentes omnes, latè Albert. Brun. *in tractat. de rebus dubijs, in titulo de rebus dubijs, circa quãtitatem perſonæ, co-*
3 *lumn. 1. & 2.* & in propoſito noſtro † Lancellot. Gallia *in conſuetudinem*, Alexand. *in verbo viginti, quæſt. 8. n. 40. & ſub n. 140. & q. 6. n. 4.* Quod incommodum non petendi dotem, & vtilitas, quæ ex eo perciperetur, & alimenta ab ipſo Statuto permiſſa, ſi deducantur ex commodo totius vſusfructus, non ſupererit fortè aliquid lucri conſiderabilis, niſi ipſa hæreditas eſſet pluſquam opulenta.

Secundò ſaltem metu pœnæ priuationis hæreditatis, vbi legata non adimpleret, videtur obligatus hæres ad permittendum dictam Dominam Æmiliam gaudere integrali vſufructu hæreditatis prædictæ, nam diſpoſi-
4 tio aliàs inualida ſuſtinetur †. timore pœnæ appoſitæ, vt videmus in præcepto nudo de non alienando bona,
5 quod non obligat † prohibitum, quin ad libitum alięnare poſſit. *leg. filiusfamilias, 114. aliàs 118. §. Diui (il ſecondo) ff. de legat. 1.* & nihilominus, ſi dicto pręcepto
6 adijciatur pœna, veſtitur, & obligat † hæredem, aliàs pœnam incurrit; Petra, *de fideicommiſſ. quæſtione prima*

numer.

numer. 118. Peregrin. *in ſimili tractatu, artic.* 14. *ſub numer.* 3.

7 Sic etiam promiſſio facti alieni non obligat † *l. ſtipulatio iſta*, 38. *in princip. ff. de verbor. obligat. leg. ſicut reus*, 65. *in fine. ff. de fideiuſſorib.* §. *ſi quis alium, Inſtitut. de inutilib. ſtipulat.*

8 Et tamen adiecta pęna tenet, † & pęna debetur. *d. leg. ſtipulatio iſta*, 38. *in princip.* & ibi Iaſon *numer.* 10. *ff. de verbor. obligation.* §. *vice verſa, Inſtitut. de inutilibus ſtipulationibus*, dixi *controuerſ. forenſ.* 103. *num.* 4.

Prædictis tamen non obſtantibus, ſum in voto, quòd tale legatuio non debeat excedere alimenta iuxta conditionem Dominæ Æmilię, eiuſque q. Mariti, & vires patrimonij, & hoc vigore claræ diſpoſitionis Statuti Sablonetæ, quod reſtringit ſimilia legata ad alimenta, nec vult, quod vltrà illa vim obtineant, de cuius Sta-
9 tuti validitate nullatenus eſt dubitandum, † ſicuti latè differit Lancellott. Gallia *in conſuetud. Alexandr. in quarta præfatione.*

10 Quod Statutum procedit † etiam non obſtante pęna appoſita in legato à Teſtatore, quia tanquam adiecta pręcepto à dicto Statuto improbato, non obligat; & ſperni poteſt, prout omiſſis generalibus. & ſimilibus, in ſpecie obſeruant Alba *conſil.* 31. *num.* 6. & ex profeſſo, Gallia *in d. conſuetud. Alexandriæ, in verb. non poſſit, quaſt.* 15.

Et cum habeamus verba Statuti adeo clara, vt nec cauillationes excitari queant, non eſt vlterius dubitan-
11 dum; † *leg. continuus*, 137. §. *cum ita, ff. de verbor. obligation. leg. ille, aut ille*, 25. §. *cum in verbis, & l. non aliter*, 67. *aliàs* 69. *in princip. ff. de legat.* 3. Crauett. *conſil.* 85. *ſub num.* 1.

Vbi enim habemus diſpoſitionem Statuti, non de-
12 bemus † amplius inueſtigare aliam deciſionem, vel rationem; Bald. *in leg. Gallus*, 29. §. *ſi eius in ſecundo notabili, ſub num.* 1. *ff. de liber. & poſthum.* ſed illi inhę-
13 rere debemus, † nec eam aliter interpretari poſſumus, quam loquatur Statutum. Idem Bald. *in cap. ſignificante*. 69. *ſub num.* 5. *extra de appellation.* & alibi ipſe Bald. *in leg.* 1. *in fin. C. de arbitr.* dicebat, vbi Sta-
14 tutum loquitur † ſerua Statutum, Statuta enim in lo-
15 co habentur † pro lege. Alexand. *conſ.* 148. *n.* 1. *vol.* 6.

Neque hoc in caſu habenda eſt aliqua ratio compenſationis incommodi, non petendi dotem cum ipſo legato, quia Statutummet hoc conſiderauit, & nihilominus noluit legatum vſusfructus excedere alimenta, diſponens adhuc, quod vxor non poſſit petere ſuas dotes, nec aliquid aliud legatum ſibi aliàs de iure debitum, vndè, cum Statutum ſuper hoc prouiderit, ceſſat obiectum in oppoſitum conſideratum, quia Statutum,
16 quamuis aſperum, & rigoroſum † debet ſeruari. *leg. proſpexit*, 12. *ff. qui, & a quibus*, maximè in caſu iſto, in quo mulier poteſt ſpernere legatum, & petere ſuum creditum.

Sicuti nec obſtat, quòd hæres ipſe per indirectum videretur obligatus ſeruare hanc diſpoſitionem metu pęnæ, quia motiuum procedit in diſpoſitione non improbata, quale eſt præceptum nudum de non alienando, quod non inualidatur ea ratione, quia ſit reprobatum
17 † à iure, ſed tantùm, quia eſt nudum à cauſa, & ideo, ſi veſtiatur adiectione pęnæ, vocando alium, viribus ſubſiſtit, & idem dicendum eſt de promiſſione facti alieni, nam nec ipſa eſt à iure improbata, ſed alia ratione non valet, ſecus autem in diſpoſitione reprobata à iure, vel Statuto, quia nec ob pęnam appoſitam ſuſtinetur,
18 † ſed impunè ſpernitur, Surd. *dec.* 7. *num.* 1. *& per totum*, Quod facilius dicendum eſt in propoſito, quoniam pęna non eſt præcisè adiecta pro obſeruantia huius legati, quod auctoritate propria poterat percipere Domina Æmilia, ſed generaliter pro alijs, ad quę Teſtator particulariter adimplenda obligauerat hæredem.

Vnus remanet ſcrupulus, an, ſi Domina Æmilia tollet alimenta, & repeteret dotem vnà cum augumento ipſius dotis, ſeu donatione ſibi facta à Marito, teneretur reſtituere, ſeu in ea computare alimenta præterita, & ſeu vſumfructum perceptum vſquequo dotem repeteret.

19 Et videretur eam teneri † ne dum ad reſtitutionem, vel compenſationem partis vſusfructus, quæ excederet alimenta, tamquam indebitè, & Statuto reſiſtente perceptæ, ex latè deductis per Lancellottum Galliam *in conſuetudine Alexandr. in verb. (non poſſit,) quaſt.* 6.
20 Vbi, quod vxor non præſcribit † fructus perceptos rei legatæ contra prohibitionem, *& quaſtion.* 11. vbi,
21 quòd eos lucrari nequit, † nec etiam mediante retentione; Idcirco, ſi non facit eos ſuos, nec poteſt illos retinere, tenebitur eoſdem fructus vel reſtituere, vel compenſare in ſuo credito, ſed etiam videretur teneri ad reſtitutionem ipſorummet alimentorum, quia, cùm tàm per Statutum, quàm per Teſtatorem dètur, dummodo vxor interim non petat dotem, tale legatum vi-
22 detur vſurarium, † vti factum pro recompenſatione dilatæ reſtitutionis ipſius dotis, & quantitatis pecuniariæ, vt in ſpecie traduot Ancharan. *conſil.* 93. *& conſil.* 150. *num.* 4. Alexand. *conſil.* 27. *ſub numer.* 4. *volum.* 4. latè Menoch *conſ.* 440. *& conſ.* 441. *per tot.*

Ego reſpectu partis excedentis alimenta credo, ſine dubio reſtitutioni fore locum ex allegatis in contrarium, *numer.* 20. *&* 21. ſed reſpectu ipſorum alimentorum à Statuto permiſſorum, iuri magis conſentaneum exiſtimo, ne eorum debeatur reſtitutio, vel compenſatio, eo ſub prætextu, quod illud legatum ſit vſurarium, Tùm quia indiſtinctè multi tenent oppoſitum, quod in hu-
23 iuſmodi relictis non cadat † vſura, niſi aliæ concurrant coniecturæ, vt per Surdum, qui inquit hoc firmiter tenendum, *in tractat. de aliment. tit.* 9. *quaſt.* 16. *ſub num.* 53. *verſ. Mihi certè ſæpiſſimè*. Tùm etiam, quia
24 contraria opinio procedit, quando relinquitur † quid annuum correſpondens quantitati debitæ in ratione
25 tot pro centenario, ſecus, ſi relinquantur † in genere alimenta, vel vſusfructus, Surd. *loco ſuperius citato*, Menoch. *d. conſ.* 440. *ſub num.* 10. quia tunc non cenſetur relictum contemplatione dilationis, ſed imperata ipſa dilatio, ſeu non petitio, ne duplici onere grauaretur hæreditas.

Tùm, & tertio ceſſat prauitas vſuraria, quia Teſtator videtur ſe in hoc conformaſſe Statuto, quod denegat petitionem dotis, vbi vxor vult gaudere beneficio legati, & non concedit alimenta in recompenſationem dilationis, ſed impedit repetitionem dotis, ne vtrumque habeat vxor, quia licet ipſa relinquatur vſufructuaria, vel etiam aliud ei fiat legatum, per hoc tamen eo
26 acceptato, & retento, non prohibetur † de iure communi adhuc petere ſuas dotes, & vtrumque conſequi. *leg. vnica*, §. *ſciendum, C. de rei vxor. action.* Roland. *conſ.* 74. *num.* 26. *volum.* 2. Bertazzol. *conſ ciuil.* 59. *n.* 4. Surd. *de alimentis, tit.* 5. *quaſt.* 3. *num.* 11. *& titul.* 9. *quaſt.* 16. *num.* 6. Riminal. Iunior *conſ.* 393. *num.* 1. Caſtill. *de vſufruct. cap.* 46. *n.* 13. D. Coccin. *dec.* 381. *n.* 1.

Tùm quartò, & denique, quia, vbi mulier non habet, vnde aliundè viuat, niſi de ſua dote, & illa non
27 reſtituitur ab hæredibus; poteſt † aliquid conueniens pro ſuis alimentis annuatim accipere, Ancharan. *in cap. peccati venia*, 5. *in quarta quaſtione, colum. mihi*, 12. *verſ. opinio Dini, & ſequacium, de regul. iur. in* 6. Theſaur. *deciſ.* 43. *num.* 3. qui infinitos allegat; Fachin. *controuerſ. iur. libr.* 3. *cap.* 101. *& libr.* 10. *capit.* 7. Rota apud Mantic. *deciſ.* 171. & apud Ludouiſ. *deciſ.* 204. *n.* 29. & ibi Addens *num.* 33. ex quibus remanet expeditus primus, & ſecundus articulus.

Circa tertium dubium, An Domina Æmilia repetente ſuas dotes, vel tranſeunte ad ſecundas nuptias, aut decedente, hæres teneatur etiam illi reſtituere donationem prædictam, & de ea poſſit ipſa Domina diſponere, prout ſibi libuerit.

Videretur pro hærede reſpondendum, ipſum non teneri, quia donatio propter nuptias, ſeu augumentum
28 dotis ſoluto matrimonio reuertitur † ad donantem, eius hæredes, *leg.* 2. *C. de bonis, quæ liberis*, vbi Bald.

cap. final. extra, de donation. inter virum, & vxorem.
Gloſſ. *in Authent. dos data, in verb. meretur, C. de do-
nation. ante nuptias, & in §. eſt eſt aliud, in verb. exe-
quentur, Inſtitut. de donation.* Crauett. *conſ.* 185. *num.* 1.
Alba *conſ.* 68. *num.* 2. Sola *ad conſtitution. antiquas Pe-
demontan. tit. de feud, in decreto*, Blanca *in prima parte,
gloſſ. vnica, num.* 9. *fol.* 69. *in prima impreſſione, & in no-
na, fol.* 124. Bertrand. *conſ.* 41. *num.* 4. *in ſecunda parte
primi voluminis*, latè Surd. *conſ.* 164. *num.* 18. *& conſil.*
179. *num.* 23. *& conſ.* 196. *num.* 7.

Neque videtur releuare pactum Mariti de reſtituen-
da dicta donatione in omnem caſum dotis reſtituendę,
& ſic de ea lucranda, quia iſtud pactum non videtur o-
perari, niſi eo caſu, quo Maritus potuiſſet lucrari do-
tem, quia dos, & donatio propter nuptias à pari pro-
29 cedunt, † ita vt, quod ſancitum eſt in vna, in altera
quoque diſpoſitum dicatur, *leg. final. verſ. ſi igitur, C.
de donation. ante nuptias*, vbi Bald. Salicet. & Caſtrenſ.
& in Authent. de Æqualitat. dot. in princip. Gramma-
tic. *dec.* 103. *num.* 123. Burſatt. *conſ.* 120. *num.* 3. Me-
noch. *conſ.* 1124. *num.* 12. & ideo ſi Maritus poteſt lu-
crari dotem, ita quoque vxor donationem propter
30 nuptias, † & è conuerſo, *d. cap. final. in fine, extra de
donation. inter vir. & vxor.* Nicol. Bellon. *conſ.* 17. Becc.
conſ. 43. *num.* 16. *&* 17. Surd. *de aliment, tit.* 7. *quaſtion,*
16. *num.* 31.

Cum igitur per Statutum Sablonetæ *rubrica* 73. *Quo-
modò ſuccedatur vxori per Maritum, & filios*, Maritus
non lucretur dotem, ſeu non ſuccedat in ea, niſi ab in-
teſtato, vel niſi in ea inſtituatur ab vxore, Ita quoque
31 nec vxor poterit † ſuccedere, vel lucrari donationem
propter nuptias, niſi ab inteſtato, vel niſi illa ſibi re-
linquatur à Marito, quorum vtrumque deficit in pro-
poſito caſu, nam Dominus Iacobus deceſſit teſtatus,
neque hanc donationem reliquit vxori, & per conſe-
quens non videtur, quod aliquod ius in ea pretendere
poſſit, ſicuti in ſpecie arguit Natta *conſ.* 391. *num.* 1.

Et vbi etiam vigore dicti pacti ipſa Domina Æmilia
ius aliquod conſequi poſſet, iſtud videretur reſtringen-
dum ad vſumfructum tantùm, dum vixerit, reſeruata
proprietate hæredibus Mariti, ſicuti in ſimili ea reſerua-
32 tur † filijs eiuſdem Mariti, à quo proceſſit ipſa dona-
tio, retento tantùm vſufructu in vita, *Authent. in do-
nation. C. de ſecund. nupt.* quod verum eſt, ſiuè mulier
ſecundo nubat, ſiuè, maneat in viduitate. *§. Propterea
in Authent. Neque virum, quod ex dote, & leg. fœmina,*
3. *& leg. vxore, C. de ſecund. nupt.* Natta *conſ.* 391. *nu-
mer.* 11. *& conſ.* 519. *num.* 1. Alba *conſ.* 68. *num.* 4.

Et idem, vbi adeſt conſuetudo, quòd vxor remaneat
vſufructuaria, nam ea defuncta, donatio propter nu-
33 ptias reuertitur † ad hæredes Mariti, *cap. final. extrà
de donation. inter vir. & vxor.* Crauett. *conſil.* 185. *nu-
mer.* 3.

His tamen nequaquam mouentibus, concludo di-
ctam Dominam Æmiliam, ſeu eius hęredes, vbicum-
que fiat locus reſtitutioni dotis, vel per eius repetitio-
nem, vel per tranſitum ad ſecuuda vota, vel denique
per mortem, poſſe petere ſimul etiam dictum augu-
mentum dotis factum à Marito, & de eo ad libitum,
tàm quo ad vſumfructum, quàm quò ad proprietatem
diſponere poſſe, & illud quoque poſſe tranſmittere ad
ſuos hæredes.

Primò quia per promiſſionem factam à Marito ipſi
eius vxori, ſtipulanti pro ſe, & ſuis hæredibus, aut cui,
vel quibus ius, & caſus dederit dictos ſcutos mille quin-
gentos auri donatos vnà cum ipſa dote in omnem ca-
34 ſum, & euentum dictæ dotis reſtituendæ, dicitur † fa-
ctum pactum de lucranda ipſa donatione, & ob id fa-
cto loco dotis reſtitutioni, ipſa quoque donatio venit
reſtituenda ipſi Dominæ Æmiliæ, vt in ſpecie reſpon-
derunt Alba *conſ.* 68. *num.* 2. *&* 3. Natta *conſ.* 391. *per
totum*, Gozadin. *conſ.* 47. *num.* 16. Roland. *conſil.* 62.
num. 2. *&* 3. *vol.* 1. Silua nuptial. *libr.* 2. *num.* 74. Becci.
conſ. 43. *num.* 20. Surd. *conſ.* 164. *num.* 14. per text. *in
d. cap. fin. extra, de donat. inter vir. & vxor.*

Secundo ipſe Dominus Iacobus Maritus voluit reſti-
tutionem huius donationis regulari ſecundum dictam
dotem principalem, vt in precibus porrectis Eccellen-
tiſſimo Duci Sablonetæ; Igitur ſicuti dos mortuo viro
ſine liberis venit reſtituenda vxori in liberam eius diſpo-
ſitionem, tàm quò ad proprietatem, quàm quò ad
35 vſumfructum, Ita quoque hæc donatio, † vt argu-
mentantur prædicti Doctores proximè citati *num.* 34.

Tertio hæc fuit donatio pura, ſimplex, & irreuoca-
bilis, vt ſonant verba illius facta cum decreto Principis
in augumentum dotis, & in hoc tantùm alterata à ſim-
plici donatione, vt regularetur ſecundum naturam ip-
ſius dotis; Igitur non eſt agendum de donatione pro-
pter nuptias, nec ſecundum eius naturam iudicari de-
bet, ſed ſecundum naturam puræ donationis, quæ eſt
36 † tranſitoria ad hæredes, *leg. illa*, 33. *C. de donation.*
dixi *controuerſ. forenſ.* 145. *num.* 59. & ſecundum natu-
37 ram dotis, quæ, vt dixi, *num.* 35. debet reſtitui † vxo-
ri in liberam eius diſpoſitionem, quando non adſunt fi-
lij, *leg. vnica*, §. *cum autem exactio, & §. exactio, C. de
rei vxor. action.* & multum intereſt inter donationem
propter nuptias, & donationem ſimplicem in augu-
mentum dotis, vt demonſtrat Honded. *conſ.* 48. *numer.*
9. *cum ſeqq. & ſub num.* 15. *volum.* 1.

Neque in caſu iſto agendum eſt de aliqua reſeruatio-
ne proprietatis, quia omiſſo, quod hęc non fuit dona-
tio propter nuptias, ſed ſimplex, vt modò dicebam, il-
la procedit tantùm, vbi extant filij donatoris illius, vel
alterius matrimonii, nam illis reſeruatur ipſa proprie-
tas, vt in contrarijs dicebam, *num.* 32. ſecus vbi nulli ſu-
perſunt filii, & extat pactum lucri, nam tunc vxor re-
38 manet † pleno iure Domina, quamuis etiam tranſi-
ret ad ſecundas nuptias, *d. leg. fœmina*, 3. *in princ. iun-
cto, §. fin. C. de ſecund. nupt. §. hoc autem, in Authent.
de non eligend. ſecund. nubentes, §. ſi vero extent, in Auth.
de nupt.* Natta *conſ.* 519. *per totum*, Vbi etiam ſi reman-
39 ſerunt filij, † qui poſtea decedant, vxor conſequitur
plenum dominium donationis prędictæ, quamuis tran-
ſiuiſſet ad ſecundas nuptias, & ante, vel poſt filij dece-
derent, vt per eundem Nattam *ibid. ſub num.* 3. Afflict.
dec. 61. *num. fin.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 3. *tit.
de matrim. reſolut.* 3. *numer.* 8. *fol.* 330. & ante eos Bart.
in Auth. de non eligend. in princ. num. 5. *&* 6. quod be-
nè probat *d. leg. fœmina*, 3. *C. de ſecund. nupt.*

Et hoc eſt generale in quibuſcumque bonis quocum-
40 que titulo habitis à Marito, vt vxor retineat † illa
pleno iure, quando nulli ſuperſunt liberi, licet tranſeat
ad ſecundas nuptias, Gabr. *de ſecund. nupt. concluſ.* 1. *nu*
21. *&* 22. Alexand. *conſ.* 111. *num.* 1. *volum.* 2.

Et ex his ſunt etiam ſublata contraria, nam verùm
eſt, donationem reuerti ad donantem, vel eius hæredes,
41 quando non adeſt pactum, † vel ſtatutum de ea lucran-
da *d. cap. fin. de donat. inter vir. & vxor.* & tradunt Do-
ctores citati ſuperius, *num.* 34. & præſertim Natta *conſ.*
391. *ſub num.* 3. Roland. *conſ.* 62. *num.* 2. *volum.* 1. Ca-
rot. *dec.* 110. *num.* 6. Honded. *conſ.* 48. *ſub n.* 26. *vol.* 1.
42 Valet enim pactum, † quòd vxor lucretur donatio-
nem propter nuptias, Natta *conſ.* 391. *num.* 4. *& conſil.*
519. *num.* 6. Honded. *d. conſ.* 48. *ſub num.* 26. *volum.* 1.

Illud quoq; Quòd ſicuti Dominus Iacobus non po-
tuiſſet lucrari dotem vxore prædecedente teſtata, vel
inteſtata, & eam ſibi non relinquente; ita quoque è
conuerſo Domina Æmilia non potuit lucrari donatio-
nem propter nuptias, eodem modo reſoluitur, quod
procederet, vbi vere eſſet donatio propter nuptias, &
non adeſſet ſpeciale pactum, quod donatio reguletur
ſecundum reſtitutionem dotis, & ſic quòd eam habe-
ret pleno iure, eo caſu, quo dotem eodem iure habere
contingeret; quod pactum ſubſiſtit, quamuis in eo poſ-
43 ſit conſiderari aliqua inæqualitas † reſpectu ipſorum
iugalium in lucro dotis, & donationis propter nuptias,
cum ſit factum ante contractum matrimonium, vt latè
probat Natta *d. conſ.* 391. *& conſ.* 519. *ſub num.* 6. *&* 7.
& Honded. *d. conſ.* 48. *num.* 29. *volum.* 1.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An facultas cognoſcendi de Feudis Epiſcopatus Dominij Mantuæ competens Imperatori ante infeudationem Sereniſſimi Domini Ducis, competat eidem Sereniſſimo Domino Duci poſt infeudationem. Plura de origine, & forma Feudorum talis Ducatus, præcipuè Epiſcopalium. Et excluſione Papæ ab ipſis, vtpotè Laicalibus.

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua ſententia affertur in caſu propoſito.*
2 *Nemo præſumitur ſibi præiudicare in Dominio, & Superioritate.*
3 *Nec in donatione cenſetur translatum, etiam Eccleſiæ facta, non vero Eccleſiæ Romanæ.*
4 *Lata ſententia ab Epiſcopo ſuper Feudis ſibi ab Imperatore donatis, appellatio deuoluitur ad Imperatorem.*
5 *Deciſio primæ inſtantiæ pertinet ad Ducem nouiter conſtitutum à Rege Romanorum, & deciſio ſecunda ad Vicarium perpetuum ſibi antea conſtitutum.*
6 *Epiſcopus alicui diœceſi creatus ſubiacet Archiepiſcopo ſine præiudicio primæ inſtantiæ, quæ ad ipſum pertinet; vti ſecunda ad ſuperiorem.*
7 *Poteſt Imperator creare vnum alijs maiorem, ad quem in appellationibus recurratur, eius vice.*
8 *Dux Mediolani eſt in ſuis terris Princeps perpetuus cum poteſtate Imperiali.*
9 *Regalia Imperatoris tranſeunt in Ducem creatum, poſtquam Baro ab ipſo Imperatore infeudatus fuit.*
10 *Cum vniuerſitate Status, poteſt Imperator, & Baronem, & ſubditos eius Duci ſubmittere.*
11 *Nulla fit Epiſcopo iniuria ex tali infeudatione.*
12 *Dum Imperator ſibi aliquod ius reſeruauit, poteſt alijs illud concedere.*
13 *Etſi id ſibi Imperator non reſeruet expreſsè; nihilominus niſi expreſsè id fieret, non cenſeretur conceſſum.*
14 *Principes, & Duces Italiæ, ſunt perpetui Vicarij Imperiales, cum eadem auctoritate, & poteſtate, ac ipſe Imperator.*
15 *Sæculares Principes inueſtiti ab Imperatore habent ſecundam cognitionem, vtpote Imperatoris vicem ſuſtinentes.*
16 *Tribunal Ducis Mantuæ dicitur Tribunal Imperatoris.*
17 *Imperator nomine* Fiſci*, intelligit de Fiſco Feudatarij.*
18 *Cauſæ Feudales Mantuæ etiam primæ inſtantiæ, patientibus Epiſcopis deciduntur per Senatum.*
19 *Item ſubhaſtationum, & ſecundi Decreti.*
20 *Refertur Ordo antiquus Senatus.*
21 *Feuda Epiſcopi Mantuæ reputantur laicalia.*
22 *Papa non poteſt ſe intromittere in iſtis cauſis laicalibus.*
23 *Epiſcopus Mantuæ iudicat feudales cauſas vt Princeps, & Comes, non vt Epiſcopus.*
24 *Imperatores donarunt Epiſcopis Mantuanis Inſulas Reueræ, & Suzariæ; & qua forma.*
25 *Sæcularis, & Eccleſiaſtica poteſtas ſunt diſtinctæ, nec vna aliam turbare debet.*
26 *Cauſæ Feudales Epiſcopatus Mantuæ cognitæ in Curia non præiudicant iuribus Imperialibus, & cur, ibid.*
27 *Etſi Pontifex inueſtiuiſſet de Feudis, non potuiſſet ad eum recurri, niſi ob notoriam iniuſtitiam.*
28 *Tentans derogare iuribus ſui Principis, puniri debet in amiſſione cauſæ.*
29 *Feuda Mantuæ debent regi Statutis Communis Mantuæ.*
30 *Olim Præſul Mantuæ erat Epiſcopus, tamquam Caput Communis.*

CONTROVERSIA DLII.

Feuda Epiſcopatus Mantuæ originaliter ab Imperatoribus Romanis proceſſerunt, & illa Epiſcopis Mantuæ, titulo donationis conceſſerunt; In quibus quidem donationibus, & priuilegijs vſque ab Imperatore Federico Primo anno 1160 clauſula hæc inſerta fuit.

,, *Et ſi quid de rebus, aut familys nominatæ Eccleſiæ fuerit orta contentio, quam ipſe cum ſuo Vicario, aut eius ſucceſſoribus in ſua præſentia conuenienter nequeant diffinire, ſtatuimus vt ante cuiuslibet poteſtatem nullatenus finiatur niſi in Palatio noſtro.*

Et inferius, ibi (*ſalua per omnia Imperiali Iuſtitia*) & paulò infra, ibi (*ſalua noſtra Imperiali Iuſtitia.*)

Et rurſus in alia conceſſione ſeu confirmatione Imperatoris Federici Tertij anni, 1452. ſupraſcriptæ clauſulæ confirmantur, & amplius dicitur (*Noſtris tamen, & ipſius Imperij, & aliorum omnium quorumcumque iuribus in omnibus ſemper ſaluis.*)

Dubitari modo contingit, An ex quo deinde Imperatores infeudauerunt Principes Mantuæ, & ſpecialiter de omnibus feudis exiſtentibus in iſto Dominio, & Diœceſi, cum mero, & mixto Imperio, omnimoda poteſtate, & iuriſdictione, ſicuti lata ſententia à Domino Commiſſario Epiſcopatus ſuper ipſis Feudis, cauſa per deuolutionem deuolueretur ad ipſum Imperator donantem, & concedentem, ita cognoſci, & diffiniri debeat per ipſos Sereniſſimos Principes Mantuæ inde de toto Statu Mantuæ infeudatos ab ipſo Imperatore.

1 Et affirmatiuè † reſpondendum eſſe puto, quia in
ipſa conceſſione, & donatione, Imperatores noluerunt ſibi præiudicare in ſuperioritate, & alto dominio,
2 quod numquam dicitur alteri conceſſum, † niſi ex-
3 preſsè dicatur, etiam ſi donatio fiat Eccleſiæ, † dum-
modo non ſit Romana. Peregr. *conſ. 1. præcipuè numer. 22. volum. 1.* vbi plures citat, & Cacheran. *conſ. 3. ſub num. 14.* vbi in ſpecie ponderat clauſulam illam (*ſalua iuſtitia noſtra*) adducit & Iaſonem *conſ. 123. vol.* ....
4 quod vbi † Epiſcopus habuit titulo donationis Feu-
da, & Caſtra ab Imperatore, lata ſententia per Epiſcopum, appellatio ſpectat ad Imperatorem, & ibi latè Addent. Theſaur. Iunior. *q. forenſ. 15. numer. 9. in 2.* ergo, & ad Principem noſtrum, de toto Dominio, & Statu, vbi Feuda illa ſita ſunt, infeudatum; ita ſcribit
5 Bald. *conſ. 328. quæritur ſi Rex, in 1.* vbi † cum Ro-
manorum Rex ſibi Vicarium perpetuum conſtituiſſet in vna Ciuitate, inde creaſſet Ducem in Prouincia, ſub qua Ciuitas illa reperiebatur dicto Vicario conceſſa, quæſitum fuit, an ſi contingeret appellari à cauſis, & ſententijs ipſius Vicarij, deberent illę cognoſci per Ducem, & concludit, appellationes ſpectare ad ipſum, quamuis ex poſt Ducem creatum; quia ſicuti Papa
6 † creare poteſt Epiſcopum, & deinde Archiepiſco-
pum, in cuius Prouincia exiſtat Epiſcopatus, tunc Epiſcopus ſubiacet Archiepiſcopo, nec per hoc fit præiudicium Epiſcopo, quia vterque ſuas cognoſcit cauſas, vnus in prima inſtantia, alter in ſecunda, *cap. Romana, de foro competenti, in 6.* & quia in poteſtate Imperato-
7 ris † reſidet creare vnum, qui ſit maior alijs, ad quem
propter eius abſentiam recurſus habeatur, & appellari poſſit. *per leg. percipimus, C. de appellation.* & Bart. *in leg. fin. num. 4. ff. vti poſſidet.* ſequitur Natta, *conſ. 640. num. 42. 43.* idem tenet Caſtrenſ. *conſil. 34. ſuper primo dubio, ſub num. 2. & colum. fin. in 2.* vbi loquendo de
8 Duce Mediolani † dicit (& ſic factus eſt in dictis terris
Princeps perpetuus non temporalis, & cenſetur in ipſum tranſlata in conſequentiã omnis poteſtas Imperialis in terris prætatis, vt ea poſſit vti vice Imperatoris.) idẽ latius confirmat Sacca *conſ. 8. num. 4. 5. 6. 7. & 32. in*
9 *1.* vbi † ſi Imperator aliquem Baronem infeudauit de
aliquo Caſtro, deinde creauit Ducem in territorio, in qua degit dictus Baro, & Feudum ſuum ſitum eſt, in ipſum Ducem ſic deinde creatum tranſeunt omnia Im-
10 peratoris regalia, & ipſi reſeruata, † quia cum vniuerſi-

tate totius Status, & Territorij poteſt Baronem, & ſub-
ditos omnes Duci ſubmittere, i tem tradit Amed. de
Ponte *in tit. qui feud. dare poſſunt, num.* ....
11 Sic ergo per hanc infeudationem † nulla dicitur fa-
cta iniuria Epiſcopo, ex quo has ſecundas cognitiones
12 Imperator non tranſtulit, † ſed iura expreſsè ſibi re-
ſeruauit, vt ibi, (*ſalua ſemper Iuſtitia noſtra*) & conſe-
quenter potuit illas alteri concedere, vt ſcribit Cache-
ran. *d. conſ.* 3. Peregr. *d. conſ. 1. n. 22. in princ.* & quan-
13 do † non ſibi eas expreſsè reſeruaſſet, illas tamen non
diceretur conceſſiſſe, niſi expreſsè; Et Epiſcopus num-
quam diceretur habere niſi primam cognitionem in
omnibus cauſis, in quibus, ſi ipſe vel eius Vicarius iudi-
cat appellationes, ſtatim pertinent ad alium Superio-
rem, non ad ipſum Epiſcopum. *cap. non putamus, de
conſuetudine, in 6.* Iacobin. *in inueſtitura, verb. Vica-
rius, num.* 2.
14 Addo, quod † Principes, & Duces Italiæ ſunt per-
petui Vicarij Imperiales, quo fit vt ipſi tantam habeãt
poteſtatem, & auctoritatem in eorum Territorijs,
quantam ipſemet Imperator. Caſtrenſ. *conſ. 34. ſub nu-
mer. 2. & colum. fin. in 2.* Marta, *voto* 100. *numer.* 18.
Siluan. *cons.* 50. *num.* 4. Pont. *de laudem. q. 24. nu.* 32.
15 vbi Imperator † deinde inueſtiendo Principes Sæcu-
lares, dicitur hanc ſecundam cognitionem in illos tran-
ſtuliſſe, quia gerunt vicem Imperatoris in locis infeuda-
16 tis; & † Tribunal ſupremum Principis Mantuæ hoc
17 caſu dicitur Tribunal Imperatoris; ſicuti † Impera-
tor loquendo de ſuo Fiſco, intelligit de Fiſco feudatarij,
inde de Caſtro inueſtito. Natta *conſ.* 346. Roland. *con-
ſil. 21, num. 23. 24. in 4.* Surd. *conſ. 3. in 3.* & ſic ſem-
per ſeruari vidi, & in dies ſeruatur ſine vlla difficultate,
18 quod cauſę feudales Epiſcopatus, † etiam in prima in-
ſtantia, ſcientibus, & patientibus Reuerendiſſimis Epi-
ſcopis noſtris, cognoſcuntur per Senatum; & vt patet
19 in † omnibus iudicijs ſubhaſtationum, & ſecundi decre-
ti; & de hac obſeruantia ſatis colligitur ex Burſatt. *con-
ſil. 45. in fin. conſ. 46. in fin. conſ. 151. in princ.* vbi de
feudo Epiſcopatus Curiæ Sermedi per Senatum deciſa,
& conſ. 187. in fin. & in Ordinibus antiquis Senatus le-
gitur,
20 *Giudicaranno † parimente detti Preſidente, e Senato-
ri l'appellationi, che ſi faranno delle Sentenze, che faran-
no date dal Commiſſario del Veſcouato; di quelle della
Prepoſitura; di quelle della Corte del Poggio, &c.* ex quo
ſi Epiſcopus habuit ſemper Iudicem Laicum in prima
21 cognitione, hinc colligitur † Feuda ipſa tamquam
laicalia reputata; cum & in ſecunda cognitione Iudex
talis ſit, nempe laicus, & ſupremum Tribunal Principis.
Franciſc. March. *dec. 454. num. 10. in prima*, inditium
euidentiſſimum, quod ipſe loco Imperatoris ſucceſſerit,
vt firmat Cacheran. *d. conſ.* 3. confert Roland. *conſ.* 89.
num. 4. & 28. in 2.
32 Et hinc ſequitur † quod Romanus Pontifex non
poteſt ſe intromittere in iſtis cauſis. Peregr. *d. conſ. 1. n.
57. in princ.* Sacca *conſil. 8. num. 45. in princ.* quin Epi-
33 ſcopus † iudicando mediante perſona laici Iudicis,
non iudicat vt Epiſcopus; ſed vt Princeps, & Comes
laicus. Franciſc. March. *d. dec. 454. num. 11. in prima*,
Gail. *obſeruat. 30. num. 1. cum ſeqq. & num. 6. lib. 1. &
de pac. public. libr. 1. cap. 8. num. 8. 9.* & de communi
Scacc. *lib. 1. de iudic. cauſ. ciuil. capit. 11. num. 97. & de
appellat. q. 8. numer.* 92. quia talis nuncupatur in dictis
34 priuilegijs vbi nominatim Diui Imperatores † dona-
runt Epiſcopis Mantuanis totam Inſulam Reueri, &
Suzaræ de qua nunc agitur; & ideo cauſa non ſpectat
ad Summum Pontificem, vt probat March. *d. dec.* 454.
in prima, nec in prima inſtantia, nec in vlteriori, quia
Feuda iſta dependent ab Imperatoribus, vt omnes
præcitati Doctores concludunt, qui plures alios citant;
35 Iuriſdictiones † enim, & poteſtates Eccleſiaſticæ, &
Sæculares ſunt diuiſæ, & ſeparatæ, & altera non ſubia-
cet alteri, nec vna alteram turbare debet in eius exerci-
tio, *cap. nouit. de iudic. capit. quoniam, diſtinct.* 10. Be-
retta *conſ. 3. num. 4.*

26 Et licet aliàs ſciam † quod in Curia Romana duæ
cauſæ feudales Epiſcopatus Mantuæ, cognitæ fuerunt,
non per hoc derogatum fuit iuribus Imperatoris, nec
moderni Sereniſſimi Noſtri Ducis, vt per Cacheran. *d.
conſ. 3. num. 6.* March. *d. dec. 454. num. 30. & ſeq. in 1.*
tanto magis, quia vt dixi, Feuda iſta non dependent
ab ipſis Summis Pontificibus, qui ideo ſi inueſtiuiſſent
27 Principes † noſtros de iſtis feudis, quod plus eſt, non
potuiſſet Dominus Thebaldus ad Summum Pontificem
recurrere, niſi in caſu manifeſtæ, & notoriæ iniuſtitiæ
tantum. Afflict. *in tit. quæ ſint regalia, num. 5. & ſequ.
& in præfatione ad conſtitutiones Regni, qu. 21. numer.* 8.
Decian. *conſ. 56. num. 4. & 1. in 5.* latè Peregr. *de iure
Fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 62. 63.* multo minus potuit hoc
caſu quo Feuda dependent ab Imperatoribus, qui de-
inde inueſtiuerunt Sereniſſimos Dominos Noſtros de
toto diſtrictu Mantuæ, & cum Dominus Thebaldus
tentet derogare Iuriſdictioni Sereniſſimi Domini ſui na-
28 turalis trahendo ipſum † & in prima inſtantia ad Tri-
bunal non ſuum, deberet puniri in amiſſione cauſæ,
& iuris, ſi quod habet in dicto Feudo Suzariæ, vt eſt te-
xtus *in leg. in criminali, C. de iuriſdict. omn. indic.*
De cœtero dici deberet feuda iſta eſſe laicalia, & Sta-
29 tutis † Mantuæ Regi debere, nimirum ſi adeſſet Sta-
tutum Communis Mantuæ, quod feuda cadant in obli-
gatione, accedente conſenſu Domini, quia Statuta
Mantuæ antiquitus fuere condita à Communi Mantuæ,
30 & † Præſul Mantuæ erat Epiſcopus tamquam Caput
Communis, & ſemper Statutum hoc fuit ſeruatum in
Feudis Eccleſiæ. & videatur Statutum antiquum quod
penes me reperitur in volumine meo *fol.* 114.

A R G V M E N T V M.

Succeſſor Emphiteutæ Eccleſiæ an debeat ſtare Colono. Tacita relocatio an præſumatur, & quando. De clauſul. *Nec aliter, nec alio modo.* An ipſe ſucceſſor fructus petere poſſit rei acquiſitæ, vel ſaltem penſionem, & mercedem à Conductore, & Colono.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio facta conductori, nullo præfinito tempore, cenſetur facta ad arbitrium locatoris.*
2 *Tunc quolibet anno poteſt à locatore conductor expelli.*
3 *Datio in emphytheuſim rei ſic ad arbitrium locatæ facit ceſſare voluntatem locandi.*
4 *Reſultat relocatio ex patientia locatoris permittentis, & conductoris perſeuerantis in conductione. Vid. nu.* 34.
5 *Non præſumitur, nec inducitur tacita relocatio in bonis Eccleſiæ; ſed vid. num.* 32.
6 *Singularis ſucceſſor non tenetur ſtare Colono; maximè ſi ſit facta locatio abſque inſtrumento, & num. 7. Sed vide num.* 35.
8 *Habet tamen regreſſum pro intereſſe contra locatorem.*
9 *Id procedit & in Prælato, ſeu Rectore Eccleſiæ, locante nomine proprio, & ad propriam vtilitatem. Declara, vt num.* 36.
10 *Nec qui ſuccedit in ius non plenum, vt eſt vſufructuarius tenetur ſtare Colono.*
11 *Item Emphyteuta.*
12 *Etſi Eccleſia, & in re pridem alteri locata.*
13 *Conductor non poteſt cogi perſeuerare, nec ſucceſſor ſingularis inuitò admittere conductionem. Intellige, vt numer.* 39.
14 *Datur conductori ſolummodo actio perſonalis cõtra locatorem, at non in ſucceſſorem eius.*
15 *Venditione perfecta, fructus pertinent ad emptorem; Intellige, vt num.* 42.
16 *In locatione non exigitur ſcriptura.*
17 *Perſeuerãtia in locatione, Conductoris, & permiſſio in hoc, locatoris, cum nulla alia exigitur ſolemnitas, inducunt relocationem, & reconductionem.*

18 *Suffi-*

Digitized by Google

18 *Sufficit perſeuerantia aliquorum dierum poſt locationis finem; multo magis trium menſium, & num. 19.*
20 *Receptio affictus, & penſionis probat locationem.*
21 *Debet emptor ſingularis ſtare Colono, cum ſcit rem acquiſitam eſſe affectam tali onere.*
22 *Locatore exigente mercedem rei locatæ, ſi eam poſtea alienet debet ſucceſſor ſtare Colono.*
23 *Actus abſque ſolemnibus eſſentialibus factus, eſt ac ſi non eſſet factus.*
24 *Clauſula,* Nec aliter, nec alio modo, *facit contractum conditionalem.*
25 *Ea conditione pendente nec dominium, nec poſſeſſio transfertur.*
26 *Emphyteuta, vel Vaſallus alienãs etiam cum rei traditione, ſtante tali cauſa, non cadit à iure, cum nil dicatur actum.*
27 *Ratificatio actus nulliter geſti, ſuperueniens re non integra, non præiudicat tertio.*
28 *Reuendita, ſi conductor ſeminauerit, vel alias expenſas in re illa fecerit, de æquitate, & conſcientia debet pro eo anno tolerari in colligendis fructibus, non pro ſequentibus.*
29 *Maximè ſi fructus ſint pendentes, & proximi collectioni.*
30 *Si Eccleſia duobus rem vendat, & ſecundo rem tradat, primus eſt præferendus, & cur.*
31 *Locatio expreſſa cenſetur per receptionem affictus.*
32 *Relocatio rei Eccleſiaſticæ non permittitur à iure, ſi eſt ad longum tempus, ſine ſolemnitatibus.*
33 *Locatio ad longum tempus, æquiparatur alienationi*
34 Menoch. & Alex. *conſil. intellectus.*
37 Duen. reg. 240. *declaratur.*
38 *Locare dicitur nomine Eccleſiæ, qui locat vti Rector.*
40 *Conductor habere poteſt aliquibus caſibus ius retentionis, & exceptionem in ſucceſſorem; aliquando actionem, & factum ad recuperandam, & retinendam detentionem, & num. 41.*
42 *Fructus non fiunt acquirentis fundum iam locatum ab alienante, ſed ſolum penſio, & merces ei acquiritur.*
43 *Auctoris variantis nulla eſt auctoritas.*
44 *Text.* in leg fin. ff. de iur. fiſc. *declaratur, & num. 50.*
45 *Non tenetur locator ſoluere penſionem ſucceſſori, quia hoc ſibi debet imputare, & num 46.*
47 *Habet Succeſſor regreſſum in ſuum Authorem.*
48 *Repræſentatæ ſolutiones non præiudicant Vniuerſali ſucceſſori.*
49 *Liberatur debitor ſi ſoluat ei cum quo contraxit, etſi alij quæratur actio.*
51 *Et præcipuè merce ſoluta per anticipationem locatori.*

CONTROVERSIA DLIII.

IN iſta facti narratiua, prima facie dubitaui contra Dominum Laurentium de Nigris, & inclinabam, fructus, de quibus vertitur quæſtio, ſpectare ad Dominum de Philippis; &

1 Primo, quia quando locatio eſt facta † ſimpliciter, nullo tempore limitato, prout in caſu iſto, in quo locatio facta Domino Nigro eſt abſque inſtrumento, præſumitur facta ad arbitriũ locatoris; adeo quod in fine cuiuſ-
2 libet anni † in locatione prædij ruſtici expelli poteſt. Borgn. *dec. 44. n. 76. vol. 1.* vnde cum per conceſſionem
3 dictarum terrarum † in emphyteuſim, videatur ceſſare voluntas, & per conſequens finita locatio, non videtur dubitandum, quin fructus omnino ſpectent ad Dominum de Philippis emphyteutam.

Nec iuuari poſſe videtur dictus Niger ex tacita relo-
4 catione † quæ ſequi ſolet ex patientia locatoris in permittendo conductorem perſeuerare in conductione, ipſiuſque conductoris in perſeuerando, iuxta *leg. item quæritur, §. qui impleto,* vbi DD. *ff. locat.* Afflict. *dec. 365. num. 5.* Gozadin. *ad leg. 1. numer. 12. & 172. C. de pact. inter empt. & vendit.* idem Maſc. *concl. 993. conſ. 94. n. 52.* latè Dominus meus Menoch. *libr. 3. præſumpt. 85.*
5 quia prædicta tacita † relocatio in bonis Eccleſiæ nec præſumitur, nec inducitur. Menoch. *d. præſumpt. 85. numer. 30.*

Secundo, etiam dato, quod iſta locato duraret, mouebar adhuc contra dictum Nigrum, quia regula com-
6 munis, & vulgaris eſt, quod ſingularis † ſucceſſor non tenetur ſtare Colono, textus ſunt aperti, *in leg. emptorem, C. locat. in leg. qui fundum, ff. locat* & vtrobique tradunt communiter DD. prout refert, & ſequitur Gomeſ. *tom. 2. variar. reſolut. cap. 3. num. 9.* Duen. *regul. 240* Cephal *conſ. 254. num. 7.* maximè quando facta
7 † eſt locatio abſque inſtrumento, prout in caſu iſto. Bart. *in d. leg. qui fundum,* & cœteri citan Doctores, Io: de Platea, *in l. g. cognouimus, C. de mancip. libr. 11.*

Qui quidem conductor habet poſtea regreſſum
8 † quanti ſua intereſt contra locatorem, Gomez. *d. nu. 9.* Duen. *d. regul. 240. limit. 10.* Gozad. *conſ. 24 num. 8.* Io: de Plat. *vbi ſup.* Oſaſc. *dec. 82. num. 1* latè Borgn. *in repert. 1. part. deciſ. in verb. electio, num. 15.*
9 Et hoc habet etiam locum † In Prælato vel Rectore Eccleſiæ, qui ſi nomine proprio, & ad propriam vtilitatem locauerit res Eccleſiæ, dictæ tamen locationi eius ſucceſſor ſtare non tenetur Duen. *d. regul. 240. ampliat. 3.* Io: Bapt. Ferrett. *conſ. 317. nu. 1.* Guid. Pap. *q. 480. limit. tom. 1. arg. tur. pag. 466. limit. 6.* Surd. *dec. 326. num. 78.*
10 Quod procedit & ſi ſuccedens † non ſuccederet in plenum ius ſunt emphyteuta qui habet tantum vtile dominium, ſicut de vſufructuario qui non teneatur ſtare Colono tradunt Capella Tholoſana *queſt. 420.* Go-
11 meſ. *d. num. 9.* vbi etiam ſubdit hoc procedere † in emphyteuta, & in terminis de eo qui accepit in emphy-
12 theuſim † rem Eccleſiæ alteri locatam qui non teneatur ſtare Colono reſpondit Curtius Sen. *conſ. 10. per tot.* poſt Alex. qui eamdem tenuit opinionem *in leg. ſi filiofamil. §. ſi vir in quinquennium, ſub numer. 5. ff. ſolut. matrim.*

Et rationes ſunt plures, tum quia cum dictus con-
13 ductor inuitus non poſſit cogi † à dicto ſucceſſore perſeuerare in dicta conductione, *leg qui fundum, ff. locat.* Surd. *dec. 52.* ita nec ſingularis ſucceſſor cogi debet eum admittere; ita arguit Cephal. *conſ. 255. num. 24. & 25.* quia æqualitas in omni re eſt ſeruanda. & quod tibi fieri non vis, alteri, & c. in terminis Borg *dec. 44. num. 25. part. 1.*
14 Tum etiam quia † conductor habet tantum actionem perſonalem contra locatorem, quæ non tranſit in ſucceſſorem, Guid. Pap *quæſt. 480. ſub numer.* . Oſaſc. *dec. 82. num. 4.* ergò nullum habet remedium contra ſucceſſorem quo poſſit eum compellere ad promittendum, eum perſeuerare in conductione.
15 Vltimo, poſt perfectã venditionẽ † fructus pertinẽt ad emptorem, *leg. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de action, empt. leg. fructus, C de action. empt.* & vtrobique DD. quia ita videtur dicendum, quod poſt perfectum iſtum contractum emphytheuſeos, fructus pertinere debeant ad emphyteutam.

Nihilominus re diligentius, ac maturius conſiderata, animaduerti pro Nigro albam, eſſe Iuſtitiam, & fructus ipſos ad eum de iure ſpectare, & ad oſtendendum ſuppono, dictam locationem durare; & tacitè, & expreſsè renouatam eſſe.

Tacitè, quia regulare eſt quod quoties locatio non requirit aliquam aliam ſolemnitatem, præter conſenſum vtriuſque partis ad eam perficiendam, vt puta inſtrumentum, ſtipulationem, vel quid aliud, cum loca-
16 tio † de neceſſitate ſcripturarum requiratur, *leg. qui ad certum, ff. locati, leg. contractus, C. eod.* tunc pro
17 patientia locatoris † in permittendo conductorem perſeuerare in re locata, & pro perſeuerantia conductoris, cenſetur adeſſe vtriuſque conſenſus, & per conſequens dicitur tacitè renouata conductio & relocatio. Afflict. *dec. 365. num. 11.* Anchar. *quæſt. 42. numer 6. p. 1.* Borgn. *dec. 44. num. 82. & 86.* Dominus meus *lib. 3.*

præ-

Digitized by Google

P[r] aſumpt. 85. *num.* 28. ſed in caſu noſtro nulla ſolemni-
tas præter conſenſum ipſum in iſta locatione inter-
uenit, cum nullum ſit de ea factum inſtrumentum;
ergo pro patientia vtriuſque debet dici confirmatus,
& renouatus cõtractus, ad quam renouationem indu-
18 cendam ſufficit † perſeuerantia aliquorum dierum
poſt finitam locationem, partibus tacentibus, Borgn.
dec. 44. *num.* 77. *part.* 1. Maſc. *concl.* 993. *num.* 21. &
19 tempus trium menſium ſufficere † tradit Magon. *dec.*
Lucenſ. 47. *ſub nu.* 10. quod tempus arbitror interueniſ-
ſe in dicta locatione, cum fuerint data dicta prædia in
emphyteuſim menſe Ianuarij, & confirmata menſe
Aprilis, & locatio vt plurimum incipere ſoleat in Feſto
Sancti Michaelis.

Expreſsè etiam dicitur renouata ſupradicta locatio
20 per † receptionem affictus, & penſionis ab ipſo Do-
mino, quæ receptio probat locationem, Magon. *dec.*
275. *num.* 9. Maſcard. *concl.* 994.

Stante igitur ſupradicta locatione, dico fructus ſpe-
ctare ad conductorem, non autem ad emphyteutam.

21 Moueor primò, quia emptor, vel ſingularis † ſuc-
ceſſor tenetur ſtare Colono, quoties non ignorat rem
quam acquirit tali onere affectam, & habuit notitiam
locationis; hoc latè pluribus comprobat, quæ apud eum
videri poſſunt Gozad. *conſ.* 24. *num.* 7. Bero. *conſ.* 2. *n.*
15. *volum.* 1. Viuius *communi opin.* 127. *limitat.* 4. *verſ.*
item limitatur memorata regula, qui inſeritur tom. 1. *ſin-*
tag. com. opin. ſub tit. de locat. & conduct. ſub num. 123.
pag. 62. Borgn. *d. dec.* 44. *numer.* 43. & 44. ſed iſte em-
phyteuta ſciuit veriſimiliter dicta prædia locata, vti ille,
qui ea locauerat tamquam Procurator Rectoris, ergo ei
imputandum eſt, ſi in acquiſitione de eo mentionem
non fecit, nam dicitur illa cum tali onere acquiſiuiſſe,
Gozad. *vbi ſupr.*

22 Secundò, † quoties locator exegit mercedem, &
affictum rei locatæ, ſi ea poſtea alienet, ſucceſſor tene-
tur ſtare Colono. Pract. Papien. *in forma libell. quo agi-*
tur ad affictum, in verb. ſoluere, ſub num. 5. Borgn. *dict.*
dec. 44. *num.* 8. ſed locator acceperat affictum à Do-
mino Nigro, quando iuridicè, & cum requiſitis ſolem-
nitatibus conceſſit dicta prædia in emphyteuſim Do-
mino de Philippis; ergo, &c.

Nec dicatur quod Dominus Rector priuſquam acci-
peret dictam mercedem, quæ fuit de menſe Martij antea
de menſe Ianuarij conceſſerat dicta prædia in emphy-
teuſim Domino de Philippis.

Quia reſp. quod dicta conceſſio fuit facta ſine forma,
23 † & ſolemnitatibus requiſitis, quo caſu non tenet, &
eſt ac ſi facta non fuiſſet, Redoan. *de reb. Eccleſ. non*
alien. quæſt. 12. *num.* 8. Ancharan. *quæſt.* 52. *per tot. ma-*
xim. num. 1. & 2. *part.* 2. & Iulius Scarlat. *in conſil. im-*
mediatè ſequenti poſt dict. quæſt. 52.

Tertio dicta conceſſio fuit facta cum illa clauſula,
24 † *Nec aliter, nec alio modo, niſi habito aſſenſu*, quæ
quidem clauſula facit contractum eſſe conditionalem,
Rip. *in cap. in fin. ſub num.* 8. *extra de conſtit.* qua con-
25 ditione deſiderata, † nec dominium, nec poſſeſſio
transfertur, Gozad. *conſ.* 14. *ſub nu.* 4. & 5. *in fin.* vnde
26 ſtante dicta clauſula, ſi emphyteuta † vel vaſallus alie-
net etiam cum rei traditione, ex quo nihil actum vide-
tur, non cadit. Clar. *§. emphyt. quæſt.* 13. *verſ. item quæ-*
ro, Burſatt. *conſ.* 26. *num.* 3. qui de communi teſtantur;
& ſtante dicta clauſula, nihil videtur actum. Bald. *inc.*
1. *§. final. ſub numer.* 5. *quæ fuerit prima cauſa benefic.*
amitt. in vſib. feud. ſi ergo nihil actum videtur, dicen-
dũ eſt, quod pro illa acceptatione mercedis fuerit acqui-
ſitũ ius anterius dicto conductori, nec habet aliquid o-
27 perari confirmatio poſtea ſubſecuta † cum ſolemnitati-
bus, quia tũc amplius res integra non erat, quo caſu ra-
tificatio ſuperueniens tertio non nocet, Ruin. *conſ.* 5. *n.*
6. & *conſ.* 121. *num.* 7. & *conſ.* 172. *num.* 13. *volum.* 1.
Oſaſc. *dec.* 566. *num.* 11. pulchrè Gozad. in terminis pa-
rum diuerſis *conſ.* 14. *num.* 6.

Tertio faciunt tradita per Borgn. *dec.* 44. *n.* 32. *vol.* 1.
28 vbi concludit, quod de æquitate, & conſcientia † quan-
do res locata venditur, vel quouis alio titulo alienatur ſi
conductor ſeminauerit, laborauerit, & fecerit expen-
ſas pro fructibus colligendis, quod ſaltem pro illo anno
fructus ad eum ſpectant, & ſucceſſor illi ſtare tenetur,
ſecus vero pro annis ſequentibus; quod quidem inquit
29 *nu.* 16. & 23. † maximè procedere ſi fructus ſint pen-
dentes, & proximi collectioni, prout nunc temporis
ſunt, & ita contra Eccleſiam iudicatum ibi refert; aliàs
allegat Surd. *dec.* 43. *num.* 1.

Poſtremo quod ſucceſſor in emphyteuta Eccleſiæ te-
neatur ſtare Colono ſunt plurimorum auctoritates, ita
ſanè cenſuit pater veritatis Alex. *conſ.* 18. *n.* 19. *vol.* 1.
in fi. coſilium quod tradit Gozad. *conſ.* 14. *n.* 14. vbi
30 concludit, qui ſi Eccleſia † vel perſona Eccleſiaſtica
vendat duobus, & tradat rem ſecundo ſi nihilominus
ſemper præfertur primus, quia Eccleſia non debet adhi-
bere fraudes in ſuis contractibus. Rom. *in l. ſi filiofam.*
§. ſi vir in quinquennium. 14. *ff. ſol. mat.* idem *ſing.* 63.
Magon. *dec. Lucen.* 11. *nu.* 2. Grat. *conſ.* 95. *nu.* 25. *in* 2.
Cephal. *conſ.* 255. *n.* 46. Borgn. *dec.* 26. *ſub nu.* 2. *vol.* 2.
idem *in repert.* 1. *part. deciſ. in verb. electio*, Duen. *in*
regul. 240. *limitat.* 9. *habetur in tom.* 1. *ſintag. com. opin.*
tit. de iur. emphyteut. num. 345. *pag.* 693. Carrocc. *de lo-*
cato, par. 2. *quæſt.* 19 *pag.* 93. *in nouis*, ex quibus appa-
ret hanc eſſe receptiorem opinionem,

Non obſtant quæ in contrarium deducta fuere, &
primò dum dicebamus quod rei Eccleſiaſticæ tacita
relocatio non intelligitur.

31 Quia præterquamquod hæc eſt † etiam expreſſa
locatio propter receptam penſionem, dico quod illud
32 procedit quando fit locatio rei † Eccleſiaſticæ ad lon-
gum tempus, quo caſu requiruntur ſolemnitates, Re-
doan. *de reb. Eccleſ. non alien. qu.* 57. *n.* 48. quia æqui-
33 pollet † alienationi, Redoan. *in d. tract. quæſt.* 2. *cap.*
14. *num.* 1. tunc enim ex ſimplici patientia non induci-
tur tacita relocatio, quia aliud requiritur præter con-
34 ſenſum vtriuſque, & iſto caſu † loquitur Menoch. &
Alex. citatus ab eo, ſecus verò eſt in caſu noſtro, quia
eſt ſimplex locatio ad modicum tempus, in qua multæ
requiruntur ſolemnitates, Borgn. *d. dec.* 44. *numer.* 45.
Grat. *conſ.* 95. *num.* 27. *volum.* 1. ideo per ſimplicem
patientiam renouatur, cum vtriuſque adſit conſenſus.

35 Non obſtat quod ſingularis ſucceſſor nõ † teneatur
ſtare Colono, quia illud nõ procedit, quando acquirens
habuit notitiam locationis, item quando locator exi-
git mercedem rei locatæ, item non procedit in emphy-
teuta, vel alio ſingulari ſucceſſore Eccleſiæ, prout ex ſu-
pradictis patet, & ita reſpondet ad dictam regulam, li-
cet in alijs caſibus, Grat. *d. conſ.* 95. *num.* 26.

Non obſtat, quod dicebamus de Rectore Eccle-
ſiæ, qui nomine proprio locauit res Eccleſiæ, cuius ſuc-
36 ceſſor † non tenetur ſtare locationi, nam illud verum
eſt in vniuerſali ſucceſſore, qui mortuo eo, qui locaue-
rat nomine proprio ſuccedit, quia ille non potuit diſpo-
nere nomine ſuo, in tẽpus quo amplius eius auctoritas,
& adminiſtratio non erat duratura. Rom. *d. §. ſi vir*
in quinquennium, *num.* 23. ſecus in caſu noſtro, quo
tempore adhuc durat Rectoris adminiſtratio, & ita
37 nec alio modo loquitur Duen. † citatus in contrariũ,
& ita intelligendum eſſe dictum illum, colligitur ex Vi-
uio *opin.* 127. *verſic. Immo Rector*, vid. Bald. *conſil.* 255.
vol. 1. poteſt etiam dici, quod non nomine proprio,
38 ſed † Eccleſiæ locare dicitur qui locat vti Rector, quo
caſu tenetur ſtare Colono, Natt. *conſ.* 517. *ſub numer.* 1.
Surd. *dec.* 326. *num.* 6.

39 Non obſt. quod conductor † non poſſit cogi perſe-
uerare, ergo nec è contra, &c. quia reſp. quod cum
diximus hoc caſu ſucceſſorem teneri ſtare Colono præ-
ſupponimus etiam è contrario, conductorem inuitum
teneri ſtare ſucceſſori, vt æqualitas ſeruetur, & ne ius
vnius ſit altero deterius; ita dicit Borgn. *d. dec.* 44. *num.*
25. vbi *ſub num.* 23. *in fin.* ita iudicatum recenſet.

40 Ad id quod dicebatur, conductorem † habere tan-
tùm actionem perſonalem contra locatorem, quæ
quidem non tranſit in ſucceſſorem, Reſp. quod ſi nullã
habeat

Digitized by Google

habeat actionem contra ſucceſſorem, habet tamen re-
tentionem, & exceptionem, in caſibus in quib. ſucceſſor
ei ſtare tenetur, aliàs non daretur aliquis caſus, in quo
ſucceſſor ſingularis Colono ſtare teneretur, & tamen
plures enumerantur per DD. tam *in leg. emptorem, C.
locati*, quam in *d. §. ſi vir in quemquam*, imo Colono
41 datur actio in factum, † vel officium Iudicis ad recu-
perandam detentionem, Natt. *conſ.* 538. *ſub n.* 15. ergo
multo magis ad retinendum prout ibid. ipſe ita arguit.
42 Non obſtat quod poſt † perfectam venditionem
fructus ſint emptoris; ergo idem videbatur dicendum
de emphyteuta, quia illud procedit, quando res quam
emit, non eſt alteri obnoxia, neque locata, vel ſi eſt lo-
cata tamen acquirens poteſt expellere conductorem,
ſed quando eſt locata, & ſucceſſor tenetur ſtare locatio-
ni, tunc non eſt verum quod fructus ſint acquirentis; ſed
tantùm penſio, & merces, quod ſuccedit loco fructuum;
Bal. *in l. fructus, ſub n.* 7. & ibi Salyc. *ſub n.* 3. *C. de act. emp.*
43 Non obſtant auctoritates adductę † in contrarium,
quia multò plures pro altera ſunt parte, & Alex. varia-
uit, vt apparet in *dict. conſil.* ideo ſuper eius auctorita-
te nullum poteſt fieri fundamentum, Bell. *conſ.* 48. *ſu.* 2.
Et ex his concludo, fructus præſentis anni ſpectare
ad Dominum de Nigris.
Sed vt plena habeatur particularis queſtionis reſolutio,
dubitatur, an ſaltem ipſe de Nigris teneatur ad penſio-
nem dictarum terrarum d. de Philippis vniuerſali Do-
44 mino; Et videretur dicendum quod ſic, per † tex. ex-
preſs. *in leg. fin. ff. de iur. fiſc.* vbi ſucceſſori qui tenetur
ſtare Colono, merces rei locatæ debet ſolui pro con-
ductorem, & hoc tenet Din. prout refert Bald. *in leg.
fructus, ſub num.* 3. *de act. emb. empt*, & ibi idem ſequi-
tur Salic. *ſub num.* 3. *verſ. mihi videtur*, Rom. *conſ.* 10.
& quinimmo poſſit exigere penſiones, & cogi à con
ductore. Surd. *dec.* 326. *num.* 79.
45 In contrarium veritas eſt, quod amplius non teneatur
ſucceſſori, ex quo † ſemel ſoluit locatori ſed ip-
46 ſe ſucceſſor † ſibi imputare debet, qui ad hoc non
47 aduertit; habet tamen † regreſſum aduerſum ſuum
authorem, ita in terminis decidunt hunc caſum.
Bal. *in d. l. fructus, ſub num.* 7. *verſic. ſed quid ſi penſio
erat*, & ibi Salicet. *ſub num.* 3. *verſ. & hoc quando pen-
ſio*; qui quicquid diſtinguendo dicat, concludit tamen
omni caſu ſucceſſorem habere regreſſum contra loca-
totorem, qui exigit penſionem, nec iterum conducto-
rem teneri ad eam ſoluendam ſucceſſori; ſecus in vni-
48 uerſali ſucceſſore, quia repræſentatæ † ſolutiones ei
non præiudicant, Concil. Trident. *Seſſ.* 25. *cap.* 11. Rip.
iun. *conſil.* 242. *numer.* 20. & faciunt optimè ſcripta à
Crott. *conſil.* 24. *per tot.* D. Surd. *conſ.* 43. *quaſi per to-
49 tum*, dum concludunt debitorem † liberari ſi ſoluit
ei cum quo contraxit licet alteri actio, quæratur.
50 Non obſt. tex. in contrar. adductus, † & cęteræ au-
thoritates, quia loquuntur ſimpliciter, ad quem ſpectet
penſio, quando ſucceſſor tenetur ſtare Colono; & con-
cludunt, quod ad ipſum ſucceſſorem; ſed non veniunt
51 ad hoc indiuiduum, † ſi merces fuiſſet ſoluta per an-
ticipationem locatori, pro vt faciunt Bald. & Salicet.
ſupracitati, ideo non obſtant, quia non loquuntur in
caſu iſto.

Hæc pro Nigro Niger non cognominis affectione,
ſed veritatis amore conſiderabat, paratus meliori ſub-
ſcribere ſententię.

A R G V M E N T V M.

De obligatione Domini ex facto inſtitoris, & fa-
ctoris. De Proclamatibus, & Edictis reſpectu
forenſium non obligantibus. De priuilegijs mino-
rum tollendis per Principem. De vi Verbi *Qua-
lonque*. Ignorantia, vel ſcientia eorum Procla-
matum, & Edictorum, an, quando & in quibus
perſonis præſumatur, & proſit; An, & per quos
ea probari poſſit medio iuramento. De Priuile-
gijs ob merita; eorum derogatione, & Clauſulis
derogantibus.

S V M M A R I V M.

1 *Graues pœnæ in Edictis ad terrorem indicuntur, non vt exigantur.*
2 *Ignorantia præſumitur, niſi ex aduerſo probetur.*
3 *Præcipuè in facto alieno.*
4 *Ignorans, nullam pœnam, etſi pecuniariam debet incurrere.*
5 *Ignorans nec delinquit, nec culpam, aut dolum committit.*
6 *Ibi pœna eſſe non poteſt, vbi delictum non adeſt, nec dolus, aut culpa.*
7 *Inciuile eſt, ignorantem teneri, qui æquiparatur rei inanimatæ.*
8 *Proclamata pœnalia numquam ligant ignorantes.*
9 *Inſtitores obligant Dominos, quo ad adminiſtrationem licitam, & legitimam eius negocij.*
10 *Non tamen quo ad pœnam; niſi conſtet de mandato, ſpecificè.*
11 *Dominus ignorans non obligatur ex facto Inſtitoris, nec procuratoris, numer.* 12.
13 *Non tenetur Dominus ad pœnam, ſiue faciat illicita, ſiue licita pro quibus adſit pœna.*
14 *Non poteſt imputari Domino quod malum elegiſſet Procuratorem, & Factorem.*
15 *Pœna extinguitur defuncto delinquente.*
16 *Nec tranſit ad hæredes, etſi filios delinquentis, num.* 17.
18 *Pœna non egreditur ſuos auctores; nec vnus alterius odio prægrauandus, &c.*
19 *Tunc propriè extinguitur pœna delinquentis morte, cum ea ipſo iure non eſt inflicta, & eſt opin. comm. ibid.*
20 *Item cum agitur criminaliter.*
21 *Eſt criminalis actio cum pœna fiſco applicatur.*
22 *Aſſerenti incumbit onus probandi, etſi ſit Fiſcus.*
23 *Conſtitutio pœnalis præſupponit dolum in contrafaciente.*
24 *Nec ſufficit lata culpa.*
25 *Ignoranti neutrum poteſt imputari.*
26 *Teſtis vnicus nil probat, præcipuè quo ad condemnandum.*
27 *Forenſis habitans in loco, ligatur Edictis ibi publicatis tempore ſui incolatus.*
28 *Non tamen ſi prohibeant quod non eſt delictum; præſumitur enim illa ignorare; vbi de communi, n.* 29.
30 *Verbum*, Qualonque *comprahendit mares, & fœminas, etiam in feudo.*
31 *Item Vniuerſitatem, & Collegium.*
32 *Laicos item, & Clericos.*
33 *Immo & qui aliàs non comprehenderentur, etiam ob improprian ſignificationem, & num.* 34. *vel ob exigentiam ſpecialis mentionis, num.* 35.
36 *Illud verbum nullam reſtrictionem patitur.*
37 *Eſt verbum vniuerſale geminatum, & comprehendit caſus maiores expreſſis, num.* 38. *& num.* 42.
39 *Includit etiam inhabiles; ſed cum profertur ab homine, non ſi a lege, num.* 40.
41 *Plura de eo verbo remiſſiuè.*
43 *Priuilegia Principum, motu proprio, ſunt intelligenda prout ſonant, etſi alteri nociua.*
44 *Nec recipiunt reſtrictionem de habilitate Iuris poſitiui.*
45 *De vi Clauſ.* Qorumcumque contrariorum, &c. *& Clauſ.* Pro expreſſis, &c.
46 *Et de Clauſ.* Ex certa ſcientia; Motu proprio, &c. & de plenitudine poteſtatis.
47 *Princeps poteſt tollere priuilegia minorum, vti iuris poſitiui.*
48 *Poteſt Princeps ex certa ſcientia, ſupra ius, extra ius, & contra ius.*
49 *Sacrilegum eſt de poteſtate Principis diſputare.*
50 *Interpretatio ex obſeruantia reputatur valida; & ſeruanda, num.* 51. *&* 52.
53 *In oppignerandis rebus, videtur contrahi cum re, non*

cum

Digitized by Google

em perſona.

quoris datio eſt alienatio impropriſſima.

55 *Conſuetudo inueterata, etſi nulla, iuſtam præbet ignorantiam, & excuſationem à pœna.*

56 *Quod de facto ſeruatur, etſi nullum, habetur ac validum.*

57 *Onus probandi non eſſe 20. ann. incumbit minori, non Aduerſario.*

58 *Forenſis ligatur proclamatibus, ſi longam, non ſi paruã in loco traxit moram.*

59 *Longa mora ſecundum aliquos eſt decem annorum, ſecundum alios, vnius integri, & continui anni.*

60 *Dolus non præſumitur, vbi ceſſat lucrum, & vtilitas.*

61 *Forenſis debet admitti ad iuſtificandam ignorantiam per iuramentum.*

62 *Non admittitur probatio per iuramentum contra Edicta publica, quando præſumptio non eſt in contrarium, & num. 63. Vel non habeat ſcientiam ipſorum, num. 64.*

65 *Admittitur probatio per iuramentum, etiam ſtante præſumptione ſcientiæ, cũ aliqua concurrunt præſumptiones.*

66 *Præſumptiones afferuntur.*

67 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*

68 *Citatione deficente, eſt nulla prouiſio, præcipuè vbi leditur ius alterius.*

69 *Citatio eſt de iure naturali; Nec à Papa, vel Imperatore tolli poteſt, num. 70.*

71 *Princeps reſcribendo, præſumitur velle procedi prout de iure. Et iuſtitia mediante, num. 72.*

73 *Locus* Claudiani *affertur.*

74 *De Clauſul.* Prouideat, & iuſtitiam faciat.

75 *Nullo exiſtente proclamate, eſt etiam eius pœna nulla; quia regulatur à prima, & principali diſpoſitione, & num. 76.*

77 *Identitas perſonæ eſt probanda ab aſſerente; per nomen, & alias demonſtrationes, num. 78.*

79 *Quod exemplificatur in teſtibus teſtamentarijs.*

80 *Non ſufficit nomen genericum, & vna demonſtratio. Niſi nomen ſit valde ſingulare, num. 81.*

82 *Ad pœnam imponendam, probationes debent eſſe liquidiſſimæ.*

83 *Ad euitanda delicta præſumitur pluralitas perſonarum.*

84 *In materia pœnali, ſcientia ficta, & præſumpta non ſufficit.*

85 *Proclama vt vagans extra Statutorum volumina, poteſt ignorari, & alleganti ſcientiam incumbit onus probãdi.*

86 *Diſpoſitio ſpecialis derogat, & limitat generalem, & quo modo, num. 87.*

88 *Generalis diſpoſitio intelligitur de omnibus præter ſpecialiter prouiſa.*

89 *Multo magis ſi ſpecialis eſt priuilegiaria; exigitur enim ſpecialis mentio, vt ea comprehendatur, & num. 90.*

91 *Specialis conceſſio emanata in priuilegium certarum perſonarum non tollitur per generalem diſpoſitionem poſteriorem, niſi ſpecialis fiat derogatio.*

92 *Proclama etſi verbis generalibus, & prægnantibus, non comprehendit priuilegiatos.*

93 *Doctores id admittunt in priuilegio clauſo in corpore iuris.*

94 *Ad derogandum talibus priuilegijs exigitur ſaltem generalis derogatio cum Clauſul.* Non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, &c.

95 *Promiſſio non irritandi, facta à Principe, eſt derogatio futuræ diſpoſitionis, & ad ei derogandum exigitur ſpecialis mentio, num. 96.*

97 *Inferior Principe non poteſt apponere Clauſul.* Pro expreſſis, &c.

98 *Principis conceſſio ob merita, & pecuniam, eſt conceſſio, & conuentio non reuocanda; vt cumque adhibeat verbum* Indulgemus, *ſapiens gratiam, & num. 104.*

99 *Merita, & pretium probatur per ſolam Principis aſſertionem.*

100 *Princeps Mantuanus non poteſt rumpere decreta fœnerandi conceſſa Hebreis.*

101 *Deus ſubiecit Principi leges, ſed non contractus; ijs enim ligatur, & num. 102.*

103 *Diſpoſitio creditur ita facta, quatenus diſponens potuerit; non alias.*

105 *Priuilegio per viam contractus conceſſo non derogatur niſi per euidentiſſimam Principis voluntatem ex ſpecialiſſimis Clauſulis derogatorijs, vel ſaltem per Clauſul.* Non obſtantibus, &c. *& num. 106.*

107 *Dolo non facit, qui iure ſuo vtitur.*

108 *Cauſa dicitur iuſta, & excuſat à pœna, quando habet probabiles rationes, licet non ſit eſſentialiter iuſta.*

109 *Immo & fatua, & beſtialis credulitas excuſat à dolo, mulcta, & pœna, vt quia credit id ſibi licere, & num. 110.*

111 *Ignorantia etiam & error etiam iuris ſimiliter excuſat à dolo.*

112 *In pœnis mitior pars eſt amplectenda; Et non datur extenſio, num. 113.*

114 *Vnicus eſt actus, & vnicum eſſet delictum in pignore ſubpignorato.*

CONTROVERSIA DLIV.

1 HViuſmodi pœnæ graues, quæ alids † ad terrorem tantum indicuntur, non autem, vt ad vnguem exigantur, *leg. interlocutio, l. programm. 2. C. criminator. epiſt.* Angel. Groſſ. *inter conſil. D. Manent. conſ. 4°. per tot.* Rolan. *conſ. 47. num. 60. volum. 2.* Riminald. Iun. *conſ. 337. per tot. maximè nu. 27.* nunc maximo cum rigore ad dolum inducuntur, Quarum cauſa multi, & inter cęteros exagitantur Inſtitor, & hæredes tabernæ fęneratitiæ q. Domini Iſaac de Riete, hinc à Sereniſſima Camera pro exactione pęnæ aureorum ducentorum pro quolibet, & qualibet vice pignorum acceptorum, & hinc à Domina Parochina pro reſtitutione dictorum pignorum cum iactura, & lucri, & ſortis; vtrinque tamen indebitè, & ſine cauſa.

Nam quo ad Fiſcum, aut intendit hanc pęnam incurſam fuiſſe à q. D. Iſaac tamquam Domino Tabernæ à qua fæneratum eſt D. Iulio Parochino, aut à Domina Syrena vxore illius tamquam ea, quæ attulit pecunias fęnerandas, aut ab Inſtitore, qui actualiter eas numerauit, ac pignora accepit, aut ab omnibus ſimul.

Et quo ad Dominum Iſaac, abſolutè dico, eum in præfatam pęnam non incidiſſe, & quoties incidiſſet, ea prægrauari hæredes minime poſſe; Si quidem conſtat, ipſum tempore prædicti mutui ægrotaſſe, nec vidiſſe Dominum Iulium, nec ſciuiſſe pecunias ei præſtandas eſſe, quamuis illas fęnerandas tranſmiſerit, cum non fuerit dictũ, nec declaratum cui tradendæ eſſent, vt deponit Domina Syrena in ſuo conſtituto, & quod vult dicere
2 D. Iſaac hoc ſciuiſſe; probare debet, quia † ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur. *leg. verius, ff. de probat.* Roman. *conſ. 403. num. 16.* vbi Add. Gabr. *de reg. iur. concluſ. 5. num. 1.* doctrinas in ſpecie inferius alio in propoſito deducam, in verſiculo, *Quo vero ad Dominã*
3 ſed nunc non omitto, quod † in facto alieno præſumitur ignorantia, niſi probetur, quem fuiſſe certificatum. Bal. *conſ. 9. numer. 2. in fin. volum. 3.* propterea
4 tamquam † ignorans, nullam pęnam, nec pecuniariã incurrere debuit. *leg. quicumque, C. de ſeru. fugit.* Roman. *conſ. 473. per tot.* Corn. *conſ. 107. numer. 3. volum. 3.* Menoch. *conſ. 74. num. 16.* Becc. *conſ. 60. numer. 11.* Gabr. *de reg. iur. concl. 6. num. 1.* Rimin. Iun. *conſ. 470.*
5 *num. 27.* Burſatt. *conſ. 331. nu. 4.* cum ignorans, † delinquere non dicatur; D. Menoch. *conſ. 74. num. 9.* Burſatt. *conſ. 443. num. 2.* Becc. *conſ. 60. ſub. num. 11.* nec committere dolum, Cephal. *conſ. 24. num. 15.* nec culpam; Cephal. *vbi ſupr.* D. Menoch. *de arbitr. caſu 185.*
6 *num. 4.* Riminald. Iun. *conſ. 470. ſub. num. 24.* † & vbi non eſt delictum, ibi pęna eſſe non poteſt. *leg. ſancimus, C. de pœn.* Riminald. Iun. *conſ. 317. ſub num. 26.* Becc. *d. conſ. 60. ſub num. 11.* ſicuti vbi ceſſat dolus; Becc. *vbi ſupr. num. 17.* Burſatt. *conſ. 152. numer. 36.* Rimin. Iun. *d. conſ. 337 n. 17.* minuſque vbi non adeſt culpa. Idem *conſ. 470. num. 24. & 38.* vbi ſubdit *num. 25.* ex Vlpian.

in leg.

7 in leg. ſi defunctus, ff. de procurat. inciuile † eſſe igno-
8 rantem teneri, qui æquiparatur rei inanimatæ, vt vult
Caſſan. conſ. 11. ſub num. 92. † & idcirco talia procla-
mata pœnalia numquam ligant ignorantes, l. fin. ff. de
decret. ab ordin. faciend. cum alijs allegatis à Roman. cō-
ſil. 59. ſub num. 5. & conſil. 473. D. Menoch. in cauſa
Mantuana. conſ. 74. per tot. maximè num. 9. vbi latè ex-
ornat, Bec. conſ. 60 num. 10. Burſatt. conſ. 318. num. 5.
quod conſilium eſt etiam repetitum conſ. 388. numer. 6.
Perſo. de gabel. num. 16. & 17. Æmilian. conſ. 124. numer.
5. quamuis generaliter loquerentur, Ceph. in prædicta
cauſa Mantuana vna cum Menoch. conſ. 350. num. 15.
quod conſilium repetitur quoque conſ. 720. & verbis
amplis, & prægnantibus concepta eſſent; Soc. Sen. conſ.
132. numer. 1. volum. 1. Crauett. conſ. 6. ſub numer. 73.
Quemadmodum pariter non potuit obligari ad hanc
pęnam D. Iſaac ab eius factore, ſeu Inſtitore, quia, et-
9 ſi † regulariter Inſtitores obligent Dominum: vt no-
tat Dec. conſ. 510. num. 5. Ruin. conſ. 157. num. 4. vol. 5.
maximè ſi non ſolum tollerentur; ſed ſpecificè præpo-
nantur negotio. Menoch. & Burſatt. in eadem cauſa, il-
le conſ. 119. num. 12. iſte conſ. 193. num. 39. tamen id
procedit quo ad adminiſtrationem licitam, ac legiti-
mam circa negotium, cui præfecti ſunt, in quo habent,
vel dicuntur habere amplum mandatum, ſicut po-
10 ſtulat munus inſtitorum; non autem † quo ad facien-
dum cadere Dominum in pęnam, quia ad id numquā
intelligitur conceſſum mandatum, niſi de eo ſpecificè,
& in indiuiduo conſtet, leg. ſi procurator, vbi Bartol. nu.
7. ff. de condict. indeb. Roman. conſ. 241. num. 11. Alex.
conſ. 73. num. 8. volum. 6. Paſeth. conſil. 194. numer. 14.
pulchrè Riminald. Iun. conſ. 375. num. 20. & 21. Burſat.
de communi, conſ. 369. num. 32. & in terminis quod
factor non faciat incidere Dominum in pęnam procla-
matis, ſcripſit Æmilian. conſ. 124. ſub num. 1. verſic. ſe-
11 cundum fundamentum, & Dominum † ignorantem,
non obligari ex facto inſtitoris, docet Burſatt. d. conſil.
303. num. 38. & eſt plenum conſilium Honded. con-
12 ſil. 96. maxim. num. 18. volum. 2. Laderch. conſ. 36. ſub
numer. 11. & dicit Rot. deciſ. 51. Quo ad reuocationem,
in nouiſſ. quod delictum curatoris non † nocet Do-
mino, quia non præſumitur mandaſſe, niſi licita, ſe-
quitur Maſcard. cōcl. 146. ſub n. 23. Quinimmo non modo
13 † non poteſt facere cadere in pęnam dominum faciē-
do illicita, ſed nec etiam id, quod licet, quando adeſt
pęna pro licito, Paſeth. conſ. 77. num. 11.
14 Nec hoc caſu poteſt quidquam imputari † domino
de mala electione, quia non dicitur in culpa, cum
non cenſeatur dediſſe tale mandatum, alias nunquam
haberet locum regula, leg. diligenter, ff. mandati, di-
ctans procuratorem excedentem fines mandati non o-
bligare dominum; quandoquidem ſemper poſſet op-
poni, imputandum eſſe ei, cur talem elegiſſet, quod per-
quam ridiculum eſt. Ita declarat Socin. Iun. conſ. 57. n.
13. vol. 2.
Sed & quatenus D. Iſaac vel tranſmittendo pecunias,
vel tamquam Dominus ex facto ſui inſtitoris, pœ-
15 nam præſentis proclamatis incurriſſet, † eo defuncto
delictum extinctum eſſet, leg. defuncto, ff. de publ. iud.
leg. in Senatuſconſultum, §. ſi propter, ff. ad Turpil. leg.
fin. C. ſi reu. vel accuſ. mort. fuer. Gomeſ. variar. reſol.
tom. 3. cap. 1. num. 78. Vaſq. Illuſtr. quæſt. cap. 96. nu-
16 mer. 13. adeo vt pęna aliqua † non poſſint grauari
eius hæredes, leg. 1. ff. de priuat. delict. leg. ſi pœna, ff. de
pœn. leg. pupillum, §. in heredes, ff. de reg. iur. §. penult.
verſic. eſt enim certiſſima, Inſtit. de perpet. & tempor. act.
17 Clar. §. fin. quæſt. 51. num. 16. quamuis † hæres eſſet
filius delinquentis, leg. crimen, ff. de pœn. Becc. conſ. 8.
18 nu. 23. quia pęna non debet † egredi ſuum auctorem,
d. leg. crimen. & cap. Romana, in fin. de ſentent. excom.
in 6. Soc. Iun. conſ. 69. numer. 8. volum. 1. Surd. conſil.
173. num. 85. Becc. qui latè exornat, d. conſ. 8. num. 20.
& quia iniquum eſt vnum alterius odio pergrauari, &
quia culpa vnius alteri nocere non debet, vt ibi per
eum.

19 Et licet prædicta concluſio, † quod delictum ex-
tinguatur morte delinquentis, multas patiatur reſtri-
ctiones, maximè quando verſamur in priuatis delictis,
tamen in caſu noſtro inconcuſſa, & firma remanet, ex
quo pęna non eſt indicta ipſo iure. cum hoc non dica-
tur in proclamate, vt de cōmuni teſtatur Gabr. conſil.
196. numer. 2. volum. 1. & ex quo agitur criminaliter,
20 † cum pęna veniat applicanda Fiſco, non autem par-
ti, Guid. Pap. conſ. 199. ſub numer. 1. Paſeth. conſ. 19. à
21 num. 3. vſque ad finem, † nec ante mortem huius aſ-
ſerti delinquentis nedum erat ſecuta ſententia condem-
natoria, vel ſaltem litis conteſtatio, ſed nec etiam mo-
tum Iudicium, & ex quo verſamur in terris Imperij, nec
aliquod dicitur perueniſſe ad hæredes defuncti, per
quod ratione ſui intereſſe, poſſit hæc pęna exigi à Fiſco,
ceſſant aliæ circumſtantiæ cauſantes multas limitatio-
nes ad regulam prædictam, de quibus poſt alios, more
ſuo luculenter agit Farinac. quæſt. 10. numer. 36. vſque
ad 84. ad quem pro præmiſſorum veritate Perill. Sena-
tum remitto.
Quæ omnia tamen ſuperuacuo, & ex abundanti de-
duxi, cum clarè oſtenderim, defunctum per ſe non de-
liquiſſe, nec ab inſtitore obligari potuiſſe.
Quo verò ad Dominam Syrenam pariter dico, eam
non incidiſſe in præfatam pœnam, Quia requiſita fuit
tantùm ab inſtitore, vt afferret pecunias fœnerandas
ſuper pignoribus, nec fuit nominata perſona Parochini,
nec alterius, cui tradendæ eſſent, vt ipſa deponit, &
quamuis fortaſsè quando attulit pecunias, eſſet præſens
Parochinus, tamen non cognoſcebat, nec ſciebat, quis
ipſe eſſet, vt ipſamet inquit in ſuo conſtituto, Et ſi Fi-
22 ſcus † prætendit ipſam cognouiſſe Parochinum, vel
ſaltem ſcienter pecunias ei mutuandas attuliſſe, hoc ar-
ticulare, & probare debebat. Signor. conſil. 125. non
multò ante fin. verſic. Præterea detta crida, &c. Burſatt.
conſ. 318. ſub num. 2. verſic. & primò repetitur, conſ. 388.
ſub num. 3. pulchrè Crauett. conſ. 6. ſub num. 73. verſic.
adeo, &c. Addentes nouiſſimè ad Bertach. in verb. igno-
rans, pag. 4. colum. 3. verſ. 1. D. Menoch. conſ. 74. nu.
14. Riminald. Iun. conſ. 470. ſub nu. 23. quod cum non
fuerit factum, venit abſoluenda Domina Syrena, vt per
Burſatt. d. conſ. 388. ſub num. 3. & ceteros modò allega-
tos, quia numquam conſtitutio pęnalis ligat ignoran-
23 tes, vt ſuperius probaui, cum ſemper † præſuponat
dolum in contrafacientes, quoties ſimpliciter pęnam
imponit, vt faciat hoc proclama, Dec. conſ. 83. ſub n.
3. colum. 2. verſic. ex quo inferri videtur, &c. Cephal.
conſ. 76. ſub num. 70. & conſ. 110. num. 19. cum allega-
tis à Burſatt. conſ. 141. num. 12. Perſonal. de gabel. num.
119. & quoties pęna pecuniaria eſt egregiæ quantitatis,
idem conſ. 306. num. 2. maximè in perſonis ignobilibus,
in quibus pęna pecuniaria equiparatur corporali. Ro-
land. conſ. 63. num. 17. volum. 3. & quoties proclama
loquitur per verba, Che niuno oſi, ouer ardiſchi vel ſi-
milibus, vt loquitur Burſatt. dict. conſil. 141. numer. 8.
Plot. conſ. 108. numer. 7. vol. 1. crimin. parn. impreſſion.
Farinac. quæſt. 87. num. 32. Crauett. conſ. 6. num. 118.
24 adeo vt † cum requirat dolum, non ſufficiet lata cul-
pa ad incurrendam talem pęnam. Burſatt. d. conſ. 141.
25 num. 13. In ignorante autem, † non ſolum dolum non
cadere, ſed neque culpam, ſupra oſtendi, & non pro-
bato dolo à Fiſco, pęna proclamatis ceſſare debet. Bur-
ſatt. pro defenſione Hæbrei in ſimili pœna, cōſ. 306. ſub n.
2. Farin. q. 63. n. 1. Nec obſtat diſpoſitio teſtis examinati
26 pro Fiſco nuper à me viſi, quia eſt vnicus, † idcirco nullā
probationem facit; maximè ad condemnandum quem-
quam criminaliter. Farinacc. d. quæſt. 63. num. 7. poſt
Decium, conſ. 92. num. 27.
Quo ad inſtitorem, & ipſum quoque abſoluendum
puto, quia probatum eſt, illum eſſe forenſem in Ciuita-
te Mantuæ tempore publicationis dicti proclamatis,
ſed tantum poſt aliquot menſes veniſſe habitatum hic,
& nondum fluxis tribus menſibus ſui incolatus mutuaſ-
27 ſe ipſi Parochino; Quo fit, † vt quamuis forenſis in lo-
co habitans, ligetur Edictis d. loci publicatis tempore
ſue

Digitized by Google

ſuæ habitationis, vt per D. Menoch. d. conſ. 84. numer.
38 1. 2. & 3. tamen Forenſis † origine, & habitatione,
vel etiam habitatione tantùm, non ligatur proclama-
tibus prohibentibus id, quod regulariter non eſt deli-
ctum; & ſi illis contrauenıat, non incurrit aliquam pœ-
nam, quia præſumitur ignorare illa, nec conſideratur
aliqua culpa, cum fecerit id, quod communiter fieri
permittitur. Ita ſcribit Bart. in leg. 1. ſub num. 20. & ibi
Iaſ. in ſecunda lectur. numer. 67. & cæteri C. de Summ.
Trinit. & fid. Cathol. Bald. in leg. data opera, ſub num.
17. C. de his, qui accuſ. non poſſ. vbi loquitur de Statuto
prohibente vendi id, quod aliàs licebat. Rip. in tract.
de peſt. de remed. ad conſeruand. vbert. num. 121. Ceph.
conſ. 167. num. 10. de communi omnium ſententia te-
ſtatur Paleth. conſ. 191. num. 16. D. Menoch. conſil. 74.
per tot. Ceph. d. conſil. 350. & 720. per tot. Burſatt. dict.
conſ. 318. num. 5. & 6. & conſ. 388. eiſdem numeris, &
rurſus conſ. 290. per tot. maximè num. 6. Becc. conſil. 60.
29 num. 9. cum ſequentibus, vbi ſub num. 12. † affirmat ſu-
pradictam doctrinam Bart. eſſe communem; Maſcard.
concl. 107. num. 5. Excuſandus igitur venit inſtitor iſte
in præſenti caſu, ſi mutuauit Parochino; cum Hæbreis,
quibus licet fenerari regulariter, & vbi libet hanc habeat
facultatem, liceat etiam accipere pignora à quibuſcū-
que prout eſt notorium, maximè in hac patria, & ita
30 dictat etiam primum capitulum præſentatum † Che
possino preſtar ad vſura a qualonque perſona ſopra pegni,
&c. quæ dictio, Qualonque comprehendit non ſolum
maſculos, & fæminas, leg. quicumque vbi Bald. numer.
10. C. de ſerui. fugit. etiam in feudo, vt de magis comm.
31 ſcribit Burſatt. conſ. 22. num. 3. & 16. Non † ſolum
vniuerſitatem, & collegium, Bertac. in verbo Quicum-
que Bardellon. conſil. 27. à numer. 15. vſque ad 27. non
32 ſolum Laicos, † & Clericos. Barbat. in leg. cum
acutiſſimis, ſub num. 160. verſ. tu adde, C. de fideicom.
33 Sed etiam propter ſui pregnantiam † includit illos qui
aliàs non comprehenderentur. Curt. Iun. conſil. 1. ſub.
34 num. 4. Grat. conſ. 90. num. 17. volum. 2. Rimin. Iun.
35 conſ. 450. num. 35. Et omnia importat † quæ veniunt
etiam ſecundum impropriam ſignificationem Curt.
Iun. conſ. 48. ſub num. 3. Rimin. Iun. conſ. 513. num. 35.
36 & 36. Et includit † ea quæ requirunt ſpecialem
37 mentionem, Cephal. conſ. 58. n. 18. in fine. Et † nul-
lam reſtrictionem patitur. Burſatt. conſ. 16. num. 10. &
38 conſ. 76. n. 13. Et eſt † verbum vniuerſale geminatum.
Ruin. conſ. 103. ſub n. 8. volum. 3. Rimin. Iun. conſ. 216.
num. 31. Burſatt. conſ. 240. num. 18. Becc. conſ. 74. nu-
mer. 9. & ideo comprehendit caſus etiam maiores ex-
39 preſſis; nec vllam de habilitate † recipit reſtrictionē,
Ceph. conſ. 539. num. 32. & 33. Burſatt. conſil. 319. nu-
40 mer. 5. Saltem quando † eſt prolatum ab homine, vt
in caſu noſtro, quidquid ſit quando profertur à lege,
vel Statuto. Roland. conſ. 61. numer. 44. & conſ. 96. nu-
41 mer. 48. volum. 1. Et de † virtute, & pregnantia huius
verbi, Quicumque, ad ſaturitatem, & vltra, ſcribit
42 Mandoſ. ad Roman. conſ. 31. vbi ſub eo † inquit cō-
prehendi, & inhabiles, ita vt quando etiam Parochi-
nus eſſet minor, & de hoc conſtaret in proceſſu, de quo
tamen non apparet, & fieret vis in eo, poſſemus defen-
dere ex prædicto verbo comprehendi etiam minores,
maximè quia vltra eius prægnantiam, hoc eſt regulare
43 quod priuilegia † Principum, motu proprio conceſ-
ſa ſunt intelligenda prout ſonant, Ruin. conſ. 161. nu-
mer. 10. vol. 5. quamuis eſſent alteri nociua Pariſ. con-
44 ſil. 22. num. 6. vol. 4. & verba † Principis generalia,
non recipiunt reſtrictionem de habilitate iuris poſitiui,
Pariſ. conſ. 5. num. 130. volum. 4. accedente præterea
45 † clauſula derogatiua, Quorumcumque contrariorum,
appoſita in decreto cū clauſula. Pro expreſſis, &c. quod
habent vim derogandi quibuſcumque contrarijs, & ita,
etiā priuilegijs minorū, ac ſi in indiuiduo nominata fuiſ-
ſent, leg. omnes, ibi, ſpecialiter, ac nominatim, Cod. de
praeſcript. 30. annor. Federic. de Sen. conſ. 47. Bald. conſ.
408. ſub. num. 2. vol. 5. Iaſ. conſ. 75. num. 5. volum. 1.
Socin. Sen. conſ. 3. ſub num. 10. vol. 3. Socin. Iun. conſil.
82. numer. 20. volum. 2. latè Gabr. de clauſul. concluſ. 5.
46 num. 1. † Quam vim pariter habent clauſulæ, Ex cer-
ta ſcientia, Motu proprio, & de plenitudine poteſtatis ap-
poſitæ in prædicto decreto, ſicuti de prima ſcribit Alex.
conſ. 134. num. 7. volum. 1. Curt. Sen. conſ. 13. ſub nu-
mer. 12 Gabr. de clauſul. concluſ. 1. num. 20. De ſecun-
da ſcribunt multi relati ab eodem Gabr. vbi ſupr. concl.
2. num. 58. De tertia, Bald. conſ. 307. num. 3. volum. 1.
Pariſ. conſ. 5. num. 93. volum. 4. Nec dubitandum eſt
47 † Principem potuiſſe derogare priuilegijs minorum,
cum poſſit tollere ea quæ ſunt iuris poſitiui, D. Menoch.
48 conſ. 157. num. 11. & ex certa † ſcientia poteſt ſupra
ius, extra ius, & contra ius. Iaſ. conſ. 125. numer. 13.
volum. 4. Ceph. conſ. 133. num. 93. Roland. conſ. 3. nu-
49 mer. 120. Rimin. Iun. conſil. 13. numer. 16. Et † ſacrile-
gium eſt diſputare de eius poteſtate, leg. diſputare, C.
de crimin. ſacrileg. Burſatt. conſ. 334. nu. 1. ſicut etiam
minores includi in dicto verbo cuicunque, & Princeps
eos voluiſſe comprehendere declarauit obſeruantia;
cum notorium ſit omnibus cuiuſcumque ætatis; dum-
modo non ſint infantes, ſuper pignoribus mutuari; ob-
ſeruantia enim ſubſecuta declarat quid includatur in
diſpoſitione. D. Surd. conſ. 224. ſub n. 7. & deciſ. 134.
numer. 9. Honded. plenè, conſ. 4. num. 81. vol. 2. quæ
50 interpretatio † ex obſeruantia deſumpta valida repu-
tatur. Socin. Sen. conſ. 84. circa finem, volum. 3. Bur-
51 ſatt. conſ. 306. nu. 8. ac poſtquam ab ea diutius † fuit
confirmata, ſeruari debet, Ruin. conſ. 104. & priuilegium
52 quod longiſſimo † tempore interpretatum eſt, ac vſu
receptum, vt comprehendat aliquas perſonas, non eſt
amplius in controuerſiam deducendum. Paleth. conſil.
18. numer. 40. latè Laderch. conſ. 40. ſub num. 15. & 16.
& conſ. 61. num. 7. Bertaz. conſ. ciuil. 97. nu. 12. & 25.
53 † Sed quia non apparet Parochinum eſſe minorem, nec
mater de eo tanquam tali fecit mentionem in precibus,
nec credo vnquam venturum in controuerſia an Hæ-
brei poſſunt accipere pignora à minoribus, latius non
inſiſto, perquirendo an ex illo verbo cuicunque id illis li-
ceat, an potius, quia ipſi non tenentur perquirere vtrum
is, qui affert pignus, ſit Dominus illius, cum & res furti-
uas, ac etiam res Principis non teneantur refundere ſine
reſtitutione capitalis, & vſuræ, & vt plurimum, illa pi-
gnora afferuntur per perſonas ſuppoſitas; cum domi-
nos non vſquam deceat ad Hebreum accedere & vi-
54 deatur quodammodo † contractum cum ipſa re, non
cum perſona. Dec. leg. creditor, leg. 2. ſub num. 6. ff. ſi
55 cert. pet. vel quia pignoris datio † ſit alienatio impro-
* priſsima quę non comprehenditur ſub ſtatuto prohiben-
te alienationem. Aretin. conſ. 125. nu. 2. in fin. Laderch.
conſ. 64. ſub num. 1. an forte aliqua alia ratione, quam
pro nunc perſcrutari non curo, quandoquidem noto-
ria, ac inueterata conſuetudine perpetuo hoc obſerua-
56 tum fuit, quæ & ſi † nulla eſſet, adhuc probaret iuſtam
cauſam ignorantiæ, & excuſaret à pęna. Gloſſ. 1. & ibi
ſcribentes, in cap. cum venerabilis, de conſuetud. Gloſſ.
in cap. denique, in verb. conſuetudine, 4. diſtinct. Aretin.
conſ. 153. num. 3. Iaſ. in leg. ſingularia, num. 48. in fin.
ff. ſi cert. petat. de communi Ludouic. Gomeſ. in capit. 1.
num. 131. de conſtit. in 6. Turzan. communi opin. 96. Ro-
land. conſ. 75. num. 42. volum. 1. Plot. conſ. 108. numer.
122. vol. 1. crimin. diuerſ. parua impreſſion. Farinacc. de
communi, quaeſt. 20. num. 45.
57 Et quod de facto ſeruatur, licet nullum eſſet, perinde
habetur, ac ſi valeret. Peregr. de fideic. artic. 28. num. 4.
Idque magis procedit, accedente præcipuè ordine
edito die 29. Decembris 1555. quo permittitur minorem
25. annis dummodo ſit ætatis 20. annorum, validè obli-
gari poſſe, vt de quo etiam meminit D. Surd. deciſ. 75.
58 in qua deciſione concluſum fuit, onus probandi † in-
cumbere minori, quod non ſit ætatis 20. annorum, non
autem

* Aduerte, quod Statutum circa contractus minorum, non ſolum prohi-
bet alienationem, ſed omnem obligationem, contractum, & diſtra-
ctum, adeo vt etiam prohibeatur pignoris datio, quæ non poteſt
negari non eſſe contractum, & obligationem.

Digitized by Google

autem aduerſario, quod ad eam peruenerit ætatem, id-
que factum non apparet ex parte Parochini.
58 Nec obſtat, quod Forenſis † ligetur proclamatibus,
quando moram traxit in loco, & contrauenìendo in-
currat pœnam, vt per Bart. *in d. leg. 1. ſub numer.* 20. &
ibi cæteri, *C. de Summ. Trinit.* quia reſpondeo quod
illud procedit, quando traxit longam moram in loco,
& diù ibi habitauit antequam delinqueret. Roman.
conſ. 491. *ſub num.* 1. Alex. *conſ.* 86. *numer.* 7. *volum.* 4.
Iaſ. *conſ.* 53. *num.* 28. *volum.* 3. Crauett. *conſ.* 249. *num.*
5. Becc. *conſ.* 60. *num.* 9. Riminald. Iun. *conſ.* 8. *ſub nu-
mer.* 20. & ideo ciuis nouellus, & qui paruam moram
traxit in Ciuitate excuſatur à pœnis proclamatum, Ro-
man. *conſ.* 251. *num.* 3. Iaſ. *conſ.* 83. *ſub num.* 2. *volum.*
1. *&* *conſ.* 52. *num.* 27. *volum.* 2. *&* *conſ.* 132. *num.* 15.
volum. 4. Oſaſc. *dec.* 71. *aliàs eſt* 72. *num.* 42. Riminald.
Iun. *conſ.* 15. *num.* 114. *&* *rurſus conſ.* 41. *num.* 71.
Hanc autem longam moram licet in propoſito no-
59 ſtro non crediderim † extendi ad decem annos, vt
poſt multos ſcripſit Burſatt. *conſ.* 190. *ſub numer.* 6. *&*
318. *ſub num.* 18. *&* *conſ.* 388. *ſub num.* 14. vbi reſpon-
dit pro eo, qui habitauerat per ſex menſes, tamen re-
quirere habitationem integri, & continui anni, non ma-
lè opinari arbitror ex Bart. *in leg. fin.* §. *quoties, num.* 1.
ff. de publican. Alexand. *conſ.* 54. *nu.* 2. *volum.* 4. Boer.
quæſt. 260. *num.* 1. D. Menoch. *conſil.* 74. *numer.* 20 Iaſ.
conſ. 83. *ſub num.* 2. *volum.* 1. Burſatt. *dict. conſ.* 318. *ſub
num.* 18. *&* 388. *ſub num.* 15. idcirco cum iſte factor per
duos tantum menſes, vel paulò plus habitaſſet hìc tem-
pore quo proclamati contrauenit, nullam omnino per
ſupradicta, pœnam mereri debet.
60 Secundò, cum ipſe ſine aliquo † ſuo commodo, &
vtilitate, accipiendo pignora à Parochino, edicto contra-
uenerit, non præſumitur id doloſè egiſſe. Cephal *conſ.*
75. *num.* 21. D. Menoch. *conſ.* 121. *numer.* 17. Roland.
conſ. 11. *num.* 55. *cum ſeqq. volum.* 3. Becc. *conſil.* 106.
num. 27. *cum ſeqq.* Riminald. Iun. *conſ.* 145. *num.* 18. &
per conſequens non dicitur deliquiſſe, ſaltem, vt pœna
proclamatis puniri debeat, ita Socin. Iun. *conſ.* 37. *num.*
30. *volum.* 2. Burſatt. *conſ.* 154. *num.* 17. quia vt ſupe-
rius demõſtraui, iſtud proclama ſupponit dolum in con-
trauenìente; propterea ceſſante dolo non debet eſſe lo-
cus pœnæ, eius cauſa indictæ. Riminald. Iun. *conſil.* 337.
num. 17. Becc. *conſ.* 62. *num.* 17.
61 Tertio, quatenus prædicta non ſufficerent, † admit-
ti debet ad iuſtificandum ignorantiam huius proclama-
tis per proprium iuramentum. D. Menoch. *de arbitrar.
Iudic. caſu* 186. *num.* 3. Maſcard. *concluſ.* 881. & in ſimi-
libus proclamatibus, ita tex. *in cap. fin. qui matrimon.
accuſ. poſſunt*, & ſcribunt D. Menoch. *d. conſ.* 74. *num.*
17. Cephal. *conſ.* 350. *num.* 12. Burſatt. *conſ.* 290. *num.*
12. *&* *conſ.* 318. *num.* 6. *&* *conſ.* 388. *ſub num.* 6. Oſaſc.
62 *dec.* 71. *numer.* 23. *&* 24. Et quamuis hæc † probatio
per iuramentum regulariter non admittatur in ignoran-
tia publicorum edictorum, Oſaſc. *dec.* 71. *num.* 1. Ma-
ſcard. *dict. concluſ.* 881. *num.* 11. cum eorum præſuma-
tur ſcientia, Gabr. *de regul. iur. concluſ.* 5. *numer.* 9. &
63 quoties præſumptio † eſt in contrarium, tunc pro-
batio per iuramentum reijcitur, Alex. *conſ.* 118. *num.* 11.
volum. 2. Roman. *conſ.* 91. *ſub num.* 10. vbi Mandoſ. *&*
conſ. 481. *num.* 11. D. Menoch. *dict. caſu.* 186. *num.* 7.
64 *&* 8. idem *conſ.* 617. *numer.* 17. vbi de communi † ta-
men illud procedit in illis tantum, qui præſumuntur,
habere ſcientiam proclamatum, vt ſunt ciues, videli-
cet qui diù habitarunt in loco; non autem in forenſi-
bus, qui parum in ciuitate morati ſunt, quorum igno-
rantiam ſuperius non modo probabilem demonſtraui-
mus, ſed etiam à lege præſumi.
65 Quinimmo quando pro eo, qui † vult iurare, ali-
quæ concurrunt præſumptiones, & coniecturæ, tunc
licet ex aduerſo adſit etiam præſumptio ſcientiæ, nihi-
lominus ea non obſtante admittitur probatio per iura-
mentum, Oſaſc. *dict. dec.* 71. *ſub num.* 28. D. Sutd. *dec.*
216. *num.* 35. etiam in tertij præiudicium, D. Menoc.
dict. caſ. 186. *num.* 9. Maſcard. *concluſ.* 881. *num.* 12. *&*

13. Hondeded. *conſil.* 55. *num.* 68. *volum.* 1.
66 Hìc autem plures concurrunt † præſumptiones,
prima, quod eſt forenſis, & parum moratus erat in
hac Ciuitate, quando contrauenit proclamati; Secun-
da, quod ſine aliqua ſua vtilitate hoc fecit, vnde præſu-
mitur potius ignoranter, quam doloſè id egiſſe, quas
duas coniecturas ſuperius iuſtas probauimus; Tertia
eſt præſumptio, quia multi contrafecerunt dicto pro-
clamati; quocirca præſumitur parum notum fuiſſe,
quam pro ſufficienti coniectura approbat Oſaſc. *d. dec.*
71. *num.* 33. *in fine*; Quarta eſt, quia Domini Fratres
de Righis conſanguinei Parochini non habuerũt ſcientiã
67 illius, † & tamen cõſanguineus præſumitur ſcire facta
ſui conſanguinei, *leg. octaui, ff. vnde cognat.* Cephal
conſ. 314. *numer.* 19. Gabr. *de præſumpt. concluſ.* 6. ergo
multò veriſimilius eſt extraneum, & forenſem illud
ignoraſſe; ita arguit in ſimili Burſatt. *conſ.* 290. *ſub nu-
mer.* 7. *verſic. & ſi ipſe, quanto magis forenſis, &c.* ita
vt quando cætera non ſufficerent, non videatur eſse, ei
negandum iuramentum?
Hactenus ſufficiat retuliſse particulares defenſiones
cuiuſque, nunc ſubijcio nonnullas generales, omnes
complectentes.
Quarum prima eſt. Non videri alicuius momenti
proclama iſtud, ſed eſſe omnino nullum quod ſemper
dictum ſit cum debita reuerentia, &c. quia per illud eſt
interdicta ſaltem indirectè adminiſtratio bonorum D.
* Parochino, quod etiam fatentur fiſci patroni in ſuo li-
bello, & tamẽ ipſe non fuit citatus, quod ſaltẽ appareat,
vnde redditur nulla prouiſio, ita in ſimili banno, per
quod interdicebatur adminiſtratio, decidit Socin. Sen.
68 *conſ.* 279. *num.* 3. *volum.* 2. ſiquidem † vbicumque
pars lædi poteſt, ſemper requiritur eius citatio, *leg. de
vnoquoque, ff. de re iudicata*, Gabr. *de citat. concluſ.* 1.
num. 1. Curt. Iun. *conſ.* 163. *num.* 7. vbi ſubdit, eam nul-
la ratione tolli poſſe, cum ſit de iure naturali, maximè
69 cum ageretur de tollenda † libera adminiſtratione
bonorum, quod eſt pœna. *leg. teſtamento centurio, ff. de
manum. teſtam.* Crot. *conſ.* 90. *num.* 12. Pariſ. *conſ.* 5. *n.*
70 193. *volum.* 4. quæ citatio † nec à Papa, nec ab Impe-
ratore ommitti poteſt, aliàs ſententia eſt nulla. Gabr.
dict. concluſ. 1. *de citat. num.* 9. Nec fuit intentionis Se-
reniſſimi Domini quòd omitteretur, quia in reſcriben-
71 do † mens Principis præſumitur talis, qualis eſse de
iure debet. Iaſ. *conſ.* 17. *numer.* 19. *volum.* 4. & ſemper
intelligitur reſcribere ſine alterius præiuditio, Cephal.
conſ. 440. *num.* 9. eique præſumitur placere id tantum,
72 quod iuſtum eſt, & velle omes actus ſuos regulari † à
iuſtitia Poli, & Fori, vt poſt Bald. Scribit Rimin. Iun.
conſ. 337. *num.* 24 cũm multis ad huiuſmodi propoſitũ
aggregatis ab Andrea Niccol. *in ſun reſp. pro communi-
tate Rodigy, ſub numer.* 254. *verſ. cauſa autem, pag.* 39.
73 vnde Claudian. ſcribens ad Hõnorium inquit † Non
tibi quod liceat, ſed quod feciſse decebit Occurrat, men-
temque domet reſpectus honeſti, quem refert, & ſequi-
tur Canitius *in extrauagant. Sicil. incip. aliqui, in*, *&*
quia offert. &c. num. 73. *&* 263. vbi per totum illum
§. latiſſimè agit de Principe; Præſertim cum reſcrip-
74 ſerit, *Prouideat*, † *& Iuſtitiam faciat*, quæ verba, *Iu-
ſtitiam faciat*, operantur, vt fiat id, quod iuris eſt. Bald.
in cap. cum veniſſet, num. 3. *de teſtibus*, & quod proce-
datur ſecundum ordinem iuris; & veritate reperta fiat
id, quod iuris eſt. Angel. *in Auth. de hæredib. & falcid.*
§. *exhæredatos, ſub numer.* 24 Riminald. Iun. *conſ.* 46.
ſub num. 53. Vnde debuit ſecundum ordinem Iuris co-
gnoſci de iſta dilapidatione filij memorata à matre
in precibus. Quocirca cum proclama fuerit nullum, nul-
75 la † quoque eſt pœna in eo appoſita, nec ea quiſque
mulctari debet. Crott. ferè in ſpecie *conſ.* 90. *num.* 12. *&*
13. Riminald. Iun. *conſ.* 337. *ſub num.* 13. & eſt regula-

* An per ſimilia banna reddatur nullus contractus, ſi expreſsè non in-
terdicatur adminiſtratio, Vide latè Barbat. *in leg. ſi cum bonis, columna
17. verſ. Item dubitatio, ff. de verborum obligation. fol.* 74. & ibi Caſtrenſ.
num. 10. Iaſ. *num.* 15.

76 ro † quod vbi principalis diſpoſitio eſt nulla tunc pe-
na adiecta non valet, D. Surd. dec. 7. num. 4. Iaſ. conſil.
147. ſub num. 5. volum. 4 latè Bertach. in verb. Pæna
inualida, pag. mihi, 64. colum. 2. verſic. 2. & 3.

a Tertio non conſtat pignora iſta fuiſſe ſubpignorata à
Domino Iulio Parochino filio q. Domini Antonij, de
quo loquuntur preces, & Proclama earum occaſione
publicatum, ſed tantum à Iulio Parochino, qui an fuerit
ille filius Domini Antonij ignoratur, cum tamen iden-
77 titas † perſonæ probanda ſit ab eo, qui eam aſſerit
D. Menoch. lib. 6. præſumpt. 15. num. 36.

78 Quæ identitas non probatur per † nomen, & cogno-
b men, quando nomen eſt valde commune, vt nomen
Iulij, ſed opus eſt, quod cum nomine concurrant duæ
aliæ demonſtrationes vt puta Iulius Parochinus filius q.
Domini Antonij. Bartol. in leg. demonſtratio, num. 14.
ff. de condit. & demonſtrat. Com. conſ. 146. num. 4. vo-
lum. 3. Simon. de Præt. conſ. 167. num. 9. D. Menoch.
conſ. 321. num. 17. Riminald. Iun. vidend. conſ. 363. nu.
53. ſed maximè, num. 63. & num. 70 Maſcard. concluſ.
875. num. 2. & ideo Alex. in conſ. 153. num 4. volum. 2.
& Bero conſ. 1. num. 40. volum. 2. ſcripſere, oportere
79 † in teſtamentis deſcribere propria nomina teſtium
cum duabus qualitatibus, ſeu accidentibus, alias non
dici ſufficienter deſcriptas, & demonſtratas; ſequitur
D. Menoch. lib. 6. præſumpt. 15. num. 41. vbi numer. 37.
& 38. ponit alias ſimiles illationes, ſicuti & Maſcard.
80 dict. concluſ. 875. ſub num. 2. Propterea † quoties iſtis
nominibus valdè communiter adijcitur tantum vna de-
monſtratio, ſemper præſumitur pluralitas perſonæ, niſi
identitas probetur. Deci. conſ. 13. num. 9. Riminal. Iun.
81 dict. conſ. 363. num. 64. ſecus ſi nomen † eſſet valde
ſingulare, vt Gallopreſſus, Sophomantes, Nigroſolus,
Quodvuult Deus, & ſimilia.

Quæ cum regulariter ſint vera, multò fortiùs locum
habere debent, quando agitur de pœna imponenda
82 alicui; tum quia tunc † apertæ, & liquidiſſimæ debent
eſſe probationes. leg. in teſtamento, 27. ff. de condit. &
demonſtr. Bald. in leg. vnic. num. 6. in fine, C. de his qui
pœn. nomin. Iaſ. conſ. 46. num. 38. vbi Becc. in addit. vol.
3. Ruin. conſ. 23. num. 21. volum. 5. vbi quando pœna
petitur, requiritur liquidiſſima probatio eorum, quæ
adducuntur ad commiſſionem pœnæ, ſequitur Cephal.
conſ. 621. num. 12. Becc. conſ. 41. num. 11. ſi autem præ-
ſumeretur idem Parochinus, eſſet probatio per coniectu-
83 ras quæ non admittitur; tum quia ad † euitanda
delicta præſumitur pluralitas perſonarum, quemadmo-
dum poſt Zabarell. & Abbat. ſcribit Alex. conſ. 190. n.
33. vol. 6. Iaſ. conſ. 13. aliàs eſt, 212. num. 3. & ſub nu-
mer. 22. volum. 3. Dec. conſ. 36. ſub num. 4. verſic. nec
obſtat, &c. & conſ. 101. colum. 2. circa finem, & conſil.
200. aliàs eſt 210. num. 9. Maſcard. concluſ. 875. ſub nu-
mer. 2. idem latè, concluſ. 1179. num. 46.

84 Tertiò, ſi inquiſiti præſumerentur † habuiſſe ſcien-
tiam proclamatis, iſta ſcientia eſſet ficta, & præſumpta,
& per conſequens non ſufficeret in hac materia pęnali,
& ſtricta; ita argumentatur in ſpecie Cephal. conſ. 350.
num. 16.

Quartò, licitum eſt cuique ignorare iſta procla-
85 mata † tanquam ordinationes extrauagantes, & non
regiſtratas in volumine Statutorũ, idcirco nemo puniri
debet eorum vigore, niſi probetur habuiſſe illam ſcien-
tiam; ita in ſpecie arguit Burlatt. conſ. 318. ſub numer. 6.
& conſ. 388. num. 7. Addentes ad conſ. crimin. Bertaz.
327. litter. b. in fin. Bald. in leg. leges ſacratiſſimæ, num. 4.
C. de legibus, Aretin. conſ. 153. ſub num. 2.

Quintò, admiſſa etiam ſcientia huius proclamatis in
iſtis Hæbreis inquiſitis, dico eos puniri non poſſe, quia
ipſe Iſaac, omneſque de eius familia, filij, ſocij, ac In-
ſtitores habent ſpecialem facultatem fænerandi ſuper
pignoribus cuicumque perſonę, quæ facultas cogno-
ſcitur priuilegiaria ex eo, quia ſic appellatur; tum quia
tollerat fænora, quod non licet regulariter; tum quia
nullas excipit perſonas; tum demum quia ipſe Iſaac
habebat peculiaria capitula non conceſſa cæteris fæne-
ratoribus, propterea tamquam ſpecialis conceſſio non
dicitur ſublata per proclama generale ſubſecutum, ſi-
86 quidem approbata eſt iuris † regula, diſpoſitionem
ſpecialem derogare, ac limitare generalem, & multo
poſt factam; ita poſt gloſſ. ordinariam, & ibi ſcribẽtes.
in l. ſciendum, in princ. ff. qui ſatiſd. cogant. tradunt Ro-
man. conſ. 399. ſub num. 11. Socin. Iun. conſ. 131. num.
31. & 32. vbi latè hoc comprobat, & conſ. 40. numer. 6.
volum. 1. Dec. conſ. 44. num. 2. ſed maximè circa finem,
verſic. ſed quando Statuta ſunt contraria, Iaſ. conſ. 162.
num. 12. volum. 4. Crott. conſ. 50. num. 20. Capr. conſil.
104. num. 16. latè Cepol. conſ. ciuil. 48. num. 8. volum.
2. Caſtr. conſ. 427. num. 2. volum. 1. D. Menoch. conſil.
151. num. 42. Riminald. Iun. conſ. 29. ſub nu. 30. dum-
87 modo generalis poſterior aliquid operari poſſit † ci-
tra correctionẽ ſpecialis; tunc .n. licet in modico verifi-
caretur, id ſufficit ad vtramque diſpoſitionem ſuſtinen-
dam, Socin. Iun. dict. conſ. 131. num. 48. volum. 1. &
88 ideo † quidquid generaliter diſponitur, intelligendum
erit de omnibus alijs caſibus, ſeu perſonis, præterquam
de illis, de quibus ſpecialiter prouiſum eſt. Socin. Iun.
vbi ſupr. num. 29. quamuis poſterior diſpoſitio verbis
vniuerſalibus, & ampliſſimis eſſet concepta. Aretin.
conſ. 76. ſub num. 8. Oſaſc. dec. 167. per tot. ſed præcipuè
ſub num. 11. ibi attamen ſi proferantur in materia, quæ
per alia iura, vel aliam diſpoſitionem eſt reſtricta non
intelliguntur vniuerſaliter, &c. Crott. conſ. 39. num. 6.
Iaſ. conſ. 170. ſub numer. 4. volum. 4. Idem in leg. 1. ſub
num. 19. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 200. numer. 19. Burlatt.
conſ. 8. num. 29.

89 Quæ fortius procedunt † quando diſpoſitio ſpecia-
lis eſt priuilegiaria, quia nunquam comprehenditur in
noua ordinatione generali, niſi de illa fiat ſpecifica mẽ-
tio, Neguſant. de comm. in tractat. de pignorib. in pri-
mo membro, 8. partis, ſub num. 23. vbi demonſtrat hanc
eſſe communem opinionem aduerſus Decium, Gabr. de
legib. concluſ. 1. num. 1. Cephal. conſ. 323. numer. 34.
90 D. Surd. dec. 164. num. 1. Et hæc concluſio † nullam
patitur difficultatem, quando caſus, vel perſona eſt
priuilegiata, in materia de qua ſtatuitur in noua diſpo-
ſitione, Cephal. conſ. 96. nu. 25. latè Rim. Iun. conſ. 15.
num. 45. & conſ. 715. num. 21. vbi dicit proclama gene-
rale non tollere priuilegium particulare. D. Surd. conſil.
49. num. 28. idem dec. 90. num. 5. & dec. 164. numer. 3.
ſicuti in caſu noſtro, quia proclama prohibet qualiter-
cumque contrahi cum Parochino, & tamen iſti Hæbrei
habent ſpeciale priuilegium dandi pecunias cuicumque
perſonæ.

91 Comprobanturque ſupradicta per aliam concluſio-
nem præcedenti valdè affinem, ab omnibus tamen tan-
quam diuerſam ſemper conſideratam, quod ſpecialis
conceſſio emanata in priuilegium, & prærogatiuam
certarum perſonarum, numquam tollitur per poſterio-
rem diſpoſitionem quantumcumque generalem, niſi
priori ſpecialiter fuit derogatum. gloſſ. prima, in leg. de-
curionibus, Cod. de ſilentiar. libr. 12. Anchar. conſ. 346.
num. 2. Iaſ. conſ. 162. num. 13. volum. 4. Socin. Iun. con-
ſil. 131. num. 45. volum. 1. Ruin. conſ. 21. num. 9. & con-
ſil. 135. num. 6. volum. 3. & conſ. 127. num. 9. & conſil.
143. num. 17. volum. 4. Natt. conſ. 274. num. 1. Cephal.
conſ. 323. num. 34. D. Menoch. conſ. 187. num. 41. Ri-
92 minald. Iun. conſ. 413. num. 43. † Et quod proclama
generale pęnale non comprætendat perſonas priuile-
giatas ad defenſionem, Mantuani ſcripſit D. Menoch.
conſ. 182. num. 1. & per tot. licet proclama eſſet conce-
ptum verbis pregnantibus, & geminatis vniuerſaliter,
quod nemo cuiuſcumque qualitatis gradus, ſeu condi-
tionis, &c. quale eſt noſtrum, prout de prædictis ver-
bis ſcribunt gloſs. in cap. Inquiſitores, in verb. expreſsè
de hæ-

a Not. tamen ex quo bullettini pignorum reperti fuerunt apud eum, præ-
ſumitur ille. Cepoll. conſil. criminal. 11. ſub num. 4.

b De identitate perſonæ. Pacian. de probat. libr. 1. cap. 48. num. 81. vſque
ad finem & latius libr. 92. cap. 35. per tot. maximè, num. 10. 27. 32. 33. & 44.
cum pluribus ſequentibus.

Digitized by Google

de hæretic. in 6. Alex. conſ. 122. ſub numer. 14. volum. 4.
Ruin. conſ. 226. num. 8. volum. 1. D. Surd. de aliment.
titul. 1. quæſt. 3. ſub num. 8. & de verbis directè, nec in-
directè, de quibus in præſenti proclamate, quod non
noceant, ſcribit Socin. Sen. conſ. 153. num. 30. in fi. vol.
3. qui omnes volunt requiri ſpecialem, & indiuiduam
derogationem.
93 Et licet nonnulli † intelligant hoc procedere, quan-
do derogandum eſt priuilegio clauſo in corpore iuris,
quod tamen eſt contra mentem prædictorum Docto-
rum, qui indiſtinctè loquuntur etiam de priuilegio par-
94 ticulari conceſſo à Principe; tamen hoc certum † eſt,
quod ad derogandum etiam huiuſmodi priuilegijs, re-
quiritur ſaltem generalis derogatio cum clauſula Non
obſtantibus quibuſcumque priuilegijs. Iaſ. conſ. 105. num.
4. volum. 1. vnde cum hic nulla reperiatur nec ſpecialis,
nec generalis, non dicitur ſublatum priuilegium præfa-
tum; ita arguit Iaſ. vbi ſupr.
Verum hic opus fuiſſe ſpecifica derogatione, vltra
prædicta demonſtro, quia Sereniſſimus Princeps pro-
miſit per tempus conceſſionis dictorum priuilegiorum
non irritaturum illa, neque in totum, neque in parte,
vt in quinto capitulo producto, quæ promiſſio dicitur
95 † quædam derogatio futuris diſpoſitionibus contrarijs.
Riminald. Iun. conſ. 540. ſub num. 85. quo caſu ſecun-
dum plurium ſententiam, ad tollendum tale priuilegium
habens clauſulam derogatoriam ad futura, requiritur
96 † indiuidua, & ſingularis derogatio, Ruin. conſil. 127.
num. 3. volum. 4. & conſ. 128. numer. 1. & 8. volum. 1.
Socin. Iun. conſ. 82. num. 21. volum. 2. Natt. conſ. 420.
num. 31. D. Menoch. conſ. 36. num. 56. Gabr. de com-
97 muni, titul. de clauſul. concluſ. 5. num. 11. † maximè
in inferiore à Principe, cui non licet apponere clauſulã
Pro expreſſis, Lofted. conſ. 12. num. 13.
Quam derogationem cõſulto ommiſſam fuiſſe à Per-
ill. Senatu, non; improbabili coniectura arguere licet, eo
quia, & ſi Princeps ſoluiſſet, nõ potuiſſet ſaltẽ ſine magna
cauſa contrauenire huic priuilegio, mediante pecunia,
& præcedentibus meritis D. Iſaac conceſſo, vt teſtatur
Sereniſſimus in decreto capitulorum, & priuilegiorum
98 confirmatorio; quia † non dicitur tunc ſimplex pri-
uilegium, quamuis in eo adeſſet verbum indulgemus,
vel ſimile, ſed conuentio, & contractus, à quo non li-
cet amplius Principi reſilire; ita ſcribit Iaſ. conſ. 1. num.
27. & conſ. 105. num. 11. volum. 1. Ruin. conſ. 217. nu.
47. & conſ. 39. num. 4. volum. 1. vbi inquit, quod me-
99 rita † & pretiũ probatur per ipſam ſolam Principis aſ-
ſertionem. Pariſ. conſ. 2. numer. 128. & 129. volum. 4.
Rube. conſ. 138. numer. 4. latiſſimè Gabr. de iur. quæſit.
non tollend. concluſ. 5. num. 1. Cephal. conſ. 342. numer.
52. Burſatt. de communi, conſ. 78. num. 6. Et in Princi-
100 pe Mantuano † quod non poſſit rampere decreta
fœnerandi conceſſa Hæbreis, nec conuentionibus cum
ipſis initis derogare, reſpondit Alexand. conſil. 1. in 2.
dubio, num. 11. volum. 2. quia Princeps non minus quã
priuatus obligatur ſeruare contractus. Iaſ. d. conſ. 105.
101 num. 11, volum. 1. ei enim ſubiecit Deus † leges, ſed
non contractus. Bald. in cap. 1. ante num. primum de
natur. feudi, Cephal. conſ. 168. num. 30. & alibi inquit
Bald. in leg. 1. num. 2. ff. de conſtit. Princip. quod Prin-
102 ceps † non ligatur lege legis; ſed benè lege conuen-
tionis. Vnde cum Sereniſſimus Noſter non potuiſſet il-
lis derogare; propterea nec Senatus id voluiſſe creditur;
cum diſpoſitio qualibet ita interpratari debeat, vt di-
ſponens id tantum voluerit, quod potuerit. Roland.
103 conſ. 81. numer. 6. volum. 4. † & diſpoſitio generalis
non trahitur ad caſum, in quo diſponens non habet
poteſtatem. Dec. conſ. 217. num. 3. Riminald. Iun. con-
ſil. 50. num. 78. & conſ. 148. num. 57. & conſ. 299. num.
23. 27. Ceph. conſ. 516. num. 27. & dixi controuerſ. 222.
num. 38. & verba vniuerſalia reſtringuntur ſecundum
poteſtatem loquentis. Gemin. conſ. 96. num. 7.
Et quamuis Sereniſſimus Dominus potuiſſet illis
derogare, tamen cum ſimpliciter reſcribendo non cen-
ſeatur dediſſe poteſtatem Senatui reuocandi, vel tranſ-

grediendi ſuas conceſſiones. Ruin. conſ. 99. num. 8. vo-
lum. 3. non potuiſſet ipſe Senatus vltrò, & per ſe, tam-
quam inferior illis præiudicare. idem Ruin. conſil. 130.
num. 11. volum. 5. Guid. Pap. conſ. 38. num. 9.
104 Eaque ratione, quod priuilegia † per viam contra-
ctus conceſſa, non poſſunt ſine cauſa à Principe reuo-
105 cari, nunquam cenſebitur illis derogatum, † niſi de
euidentiſſima Principis voluntate appareat, per clauſu-
lam indiuiduæ, & ſingularis derogationis, vt reſpondit
Roman. conſ. 436. ſub num. 18. verſic. cum igitur, &c.
Rolan. conſ. 13. num. 28. volum. 3. vel ſaltem per clau-
106 ſulam generalem † Non obſtantibus, ſicut voluere
Ruinus conſ. 76. num. 12. volum. 5. Burſatt. conſil. 410.
ſub num. 83. Socin Sen. conſ. 63. num. 9 volum. 3. cum
igitur in hoc proclamate nulla contrariorum derogatio
appoſita ſit, non poteſt aliquopacto dici Principem vo-
luiſſe præiudicare priuilegijs iſtorum Hæbreorum, ſicu-
ti etiam in dubio pronunciandum eſt, illis derogatum
non cenſeri. Dec. conſ. 164. column. fin. paul. ante numer.
3. verſic. non obſtat, quod Bald. Becc. conſ. 55. num. 35.
cum Principis edictum non cenſeatur factum ad tertij
præiudicium. Cephal. conſ. 181. num. 23. propterea ſi
pignora accepta fuerunt à Parochino, nullam pœnam
meruerunt, qui huic negotio interuenerunt, quia do-
107 lo feciſſe non præſumuntur, † cum iure ſuo vſi fuerint.
leg. nullus videtur, ff. de regul. iur. Roman. conſ. 68. nu-
mer. 8. vel iuris ſui conſeruandi cauſa illud egerint; Ro-
land. conſ. 11. num. 23. volum. 3.
Et omni in caſu, quando & Hæbrei comprehenſi fuiſ-
ſent in dicto proclamate, non eſt dubium eos iuſtiſſimã
cauſam, ex prædictis habuiſſe credendi ſuis priuilegijs
derogatum non fuiſſe, & per conſequens excuſandos
108 eſſe à pœna illius, † cauſa enim dicitur iuſta, & ex-
cuſat à pœna, quando habet probabiles rationes, licet
non ſit eſſentialiter iuſta, Riminald. Iun. conſ. 337. num.
18. Oſaſc. dec. 71. num. 16. in fine. præſertim cum ne-
dum ex iuſtis cauſis; verum etiam ex iniuſtis titulis, &
temerarijs rationibus cauſetur bona fides. Bald. in leg.
1. in fin. C. vbi cau. ſtat. quam doctrinam pro excuſa-
tione criminis ſequuntur Iaſ. conſ. 153. num. 12. volum. 2.
Crauett. conſ. 6. num. 119. Vincent. Paleot. inter conſil.
Alex. conſ. 127. num. 11. vol. 4. Gabr. de crimin. concl.
8. num. 33. Surd. qui loquitur in credulitate cauſata ex
109 errore iuris, dec. 281. n. 6. & † ne dũ iuſta credulitas
ſed etiam ſatua, & beſtialis excuſat à dolo. mulcta,
& pœna, Plot. conſ. 108. num. 94. & num. 101. volum. 1.
crimin. diuerſ. paru. impreſſion. Burſatt. conſ. 77. numer.
16. Grammatic. conſ. crimin. 50. num. 7. & conſ. 54. ſub
num. 1. Cephal. conſ. 204. numer. 39. & quod excuſet à
pœna proclamatum, Oſaſc. d. dec. 71. num. 17. vbi inquit
excuſate ab omni dolo, & omni culpa. Burſatt. de cõ-
110 muni conſ. 290. num. 9. Et † ad euitandam pœnam
ſatis eſſe, quod quis crediderit ſibi licere, quod fecit ſcri-
bit etiam Riminald. Iun. conſ. 70. numer. 27. quia dolo
feciſſe non dicitur, qui fecit, quod ſibi licere exiſtima-
uit, Cephal. conſ. 301. num. 15. & ideo puniri non debet,
Crauett. conſ. 3. ſub num. 24. & 6. num. 89. ignorantia
111 enim, † ac error etiam iuris facit ceſſare dolum,
Corn. conſ. 177. nu. 24. & 178. ſub num. 22. vol. 2. Rimin.
Iun. conſ. 462. num. 9. D. Menoch. qui cæteros refert,
lib. 6. præſumpt. 23. num. 29. & excuſat in delictis dum-
modo non ſint de genere prohibitorum. Pariſ. conſ. 78.
num. 18. & 24. volum. 4.
112 Et cum in pœnis † mitior pars ſit amplectenda, leg.
preſes, & leg. interpretatione, ff. de pœn. & proclama pœ-
nale ſit reſtringendum. Riminald. Iun. conſ. 63. num. 15.
& interpretandum in benigniorem partem. Burſatt.
conſ. 306. num. 9. & in dubio iudicandum, vt illius pœ-
na non committatur, D. Surd. conſ. 272. ſub num. 18. pu-
to iſtos inquiſitos omnino à ſupradicta pœna eſſe libe-
randos. Maximè quia quando etiam iſtud proclama
ex identitate rationis extenderetur ad Hæbreos (ſatis
enim ſupra demonſtraui, illos non comprehendere) at-
113 tamen † non extenderetur quantum ad pœnam, vt eſt
celebre dictum Io: Andr. in cap. diſpendia, num. 8. &

Digitized by Google

ibi Geminian. *num.* 10. *de reſcript.* Natt. *conſ.* 339. *ſub num.* 9. *& conſ.* 678. *num.* 40. cum allegatis à Riminald. Iun. *conſ.* 73. *num.* 272. *& conſ.* 549. *num.* 12. Ruin. *conſ.* 143. *ſub num.* 9. *vol.* 5.

Ex prædictis reſultat reſolutio aliarum quæſtionum, an ſcilicet iſta pœna intelligatur de auris in auro, & an toties debeatur quot ſunt bullettini pignorum; quia ſi verum eſt, nullam incurſam fuiſſe pœnam, vt ſupra latè demonſtrauimus, verum eſt etiam vanam eſse earum indagationem.

Et quatenus etiam alicui pœnæ locus eſse poſſit, ita cenſuit Perill. Senat. in condemnatione alterius inquiſiti, proclama intelligendum eſse de ſcutis à libr. ſex, non
14 autem aureis in auro, & cum iſta † pignora fuerint ſubpignorata continuato tempore, & nullo interiecto interuallo, cenſeretur vnum tantum delictum, & vnica pœna veniret plectendum. Boer. *quæſtion.* 219. *per totam*, Couarruu. *libr.* 2. *variar. reſolut. cap.* 10. *ſub numer.* 8. *verſic. Quartum ſi eiuſdem, &c.* Plaz. *epitom. delict. cap.* 1. *num.* 29. Roland. *conſ.* 61. *num.* 53. *volum.* 2. Aſin. *in ſua praxi*, §. 30. *cap.* 5. *num.* 2.

Et hæc quo ad pœnam Fiſci. Quo verò ad Dominã Parochinam pariter reſpondeo illi reſtituenda non eſse pignora, niſi perſoluto capitali, & vſuris, tum quia proclama non comprehendit iſtos Hæbreos, vt ſuperius probaui, tum quia non conſtat iſtum Dominum Iulium, qui pignorauit, eſse illum filium Domini Antonij, de quo loquitur proclama, vt ſuperius quoque deduxi; tum demum quia ipſa non probauit res pignoratas eſse de bonis ipſius Domini Iulij, & in quibus ipſa habet vſumfructum, quo ſtante cum non conſtet de eius intereſse, ab agendo eſt repellenda.

Abſoluti fuerunt omnes inquiſiti etiam à petitione Dominæ Parochinæ.

* *[illegible]* materiam vid. Maſcard. *concluſ.* 1179. *numer.* 16. Menoch. *libr.* 5. *præſumpt.* 2. *num.* 21. *& libr.* 6. *præſumpt.* 25. *num.* 18. Farinacc. *qu.* 22.

A R G V M E N T V M.

Priuilegium Principis, quomodo, & qualiter ſit interpretandum. De varijs clauſulis ipſius. De ignorantia excuſante à delicto, culpa, & pœna. Agens rei vendicatione quid debeat probare. Aliqua de probationibus; & de proceſſu per Inquiſitionem.

S V M M A R I V M.

1 *Verba Decreti, ſeu priuilegij referuntur in propoſito.*
2 *Explicantur, & conſtruuntur.*
3 *Verbum* Quicumque *neminem excludit quantumuis inhabilem.*
4 *Aduerbium* Minimè, *eſt vniuerſale negatiuum, & omnium excluſiuum.*
5 *Priuilegium indeterminatè loquens, eſt indeterminatè intelligendum.*
6 *Exceptio in vno caſu firmat regulam in alijs non exceptis.*
7 *Qui cum ſciret non excepit, creditur id facere noluiſſe.*
8 *De clauſul.* Pro expreſſis, &c. *& clauſul.* Derogando de plenitudine.
9 *Clauſul. derogatoria,* Omnium, & quorumcumque obſtantium, *ſimul cum clauſul.* Pro expreſſis, *tollit omnia contraria, ac ſi eſſent expreſſa.*
10 *Princeps in dubio non cenſetur concedere priuilegium in tertij præiudicium. Secus ſi id clarè pateat, num.* 11.
12 *Scientia Principis concedentis circa tertij præiudicium, probatur ex clauſula,* Motu proprio, Ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine.
13 *Semper capienda eſt interpretatio, quæ magis conueniat ſubiectæ materiæ.*
14 *Interpretatio, quæ fit per punctum rationis, eſt magis neceſſaria. Vt & ea per quam euitatur delictum, & pœna, & num.* 15.
16 *Verba dubia Inueſtituræ interpretantur contra Dominum ad fauorem Vaſalli. Contra Principem concedentem, num.* 17. *Et contra ſe ambiguè obligantem, num.* 18. *præcipuè ſi ille cui ſit obligatio non potuit ſibi apertius proſpicere, ibid.*
19 *In dubio facienda interpretatio pro reo, & poſſidente.*
20 *Purgato vitio cauſante aliquam prohibitionem, tollitur etiam prohibitio.*
21 *Iuſta cauſa credendi, & excuſandi à pœna eſt quæ habet probabiles rationes, etſi eſſentialiter iniuſtas.*
22 *Etiam ex iniuſtis, & temerarijs titulis cauſatur bona fides.*
23 *Fatua, & beſtialis credulitas excuſat à culpa, & pœna; & num.* 24. *Etiam ſi ſit error iuris, & num.* 25.
26 *Agens rei vindicatione, vt obtineat, debet probare identitatem rei, & eius dominium verum formiter, & principaliter.*
27 *Ad pœnas infligendas, probationes debent eſſe apertæ, & liquidiſſimæ.*
28 *Modus procedendi per viam inquiſitionis eſt extraordinarius, & regulariter prohibitus.*
29 *Cauſa, & Iudicium dicitur criminale, cum pœna Fiſco applicatur.*
30 *Non concludit probatio teſtium, cum oppoſitum eius quod deponunt, poteſt ſtare cum eorum dicto.*

CONTROVERSIA DLV.

Verba Decreti.

1 *COncedimus vt fænus exercere valeat cum † omnib. capitulis, gratijs, conceſſionibus, priuilegijs, & Immunitatibus in dicto veteri decreto contentis, cumque alijs omnibus permiſſis Fæneratoribus prædicti Municipij noſtri Gubernuli, veteri quidem prædicto ac communi decreto, atque nouo huic particulari minimè aduerſantibus.*

2 Pro intelligentia † ſciendum eſt, quod iſti Hæbrei habebant tria priuilegiorum genera. Vetus, & commune omnibus, conceſsum à q. Sereniſſimo Gulielmo. Nouum & hoc pariter commune conceſsum à Sereniſſimo Vincentio in decreto, cuius particularia verba præmiſimus; Tertium eſt priuilegium Gazoli, & Gubernuli particulariter conceſsum iſtis Hæbreis; Hoc præcognito, Intelligentia prædictorum verborum eſt quod concedit, vt fænus exercere valeat cum omnibus priuilegijs conceſſis Fæneratoribus Gubernuli, quibus non vult decretum vetus, neque nouum aduerſari, faciendo vt illa verba *veteri decreto, atque nouo minimè aduerſantibus*, ſint ablatiui abſoluti; conſtruendo hoc pacto. Concedimus vt fænus exercere valeat, cum omnibus capitulis, gratijs, conceſſionibus, priuilegijs, & immunitatibus in dicto veteri decreto contentis, cumq; omnibus alijs permiſſis Fæneratori prædicti Municipij noſtri Gubernuli; veteri quidem decreto, atque nouo minimè aduerſantib. huic particulari ſcilicet decreto; Non autem quod ſint datiui caſus, prout intelligunt aduerſarij; ita vt ſecundum eos, ſit ſenſus, quod concedit dicta priuilegia, dummodo non aduerſentur veteri, ac communi decreto, atque nouo. His poſitis.

Arbitror nulla ratione condemnandos eſse hæredes q. Iſaac de Riete ad relaxandum ſericum pro pignore acceptum, niſi prius ipſis perſoluantur vſuræ, ac reſtituatur capitale mutuatum, cum ex conceſſione capitulorum, ac priuilegiorum Gazoli haberet facultatem fæ-
3 nerandi ſuper pignoribus † cuicumque perſonæ, & ſic nemine excluſo quamuis inhabili, late Mandoſ. *ad Roman. conſ.* 31. vbi multa cumulat de virtute, & prægnantia huius verbi *cuicumque*, & præſtandi pecunias indiſtinctè etiam ſuper rebus furto affectis, quæ pignora noluit Sereniſſimus Princeps ipſum cogi poſse reſtituere ſine conſecutione ſui intereſse, & capitalis; Atq; huic particulari facultati, ac conceſſioni noluit pariter quod aliquo pacto aduerſarentur decretum vetus, neque nouum excludendo omnimodum impedimentum
4 per illud † aduerbium *minimè*, quod eſt vniuerſale

nega-

negatiuum, præciſum, & omnium excluſiuum. Bald.
in leg. ſi infanti, in 2. quæſt. in fine, num. 21. Cod. de Iur.
deliber. adeo vt hinc clariſſimè pateat, Domino
Iſaac licuiſſe vigore horum priuilegiorum accipere ſeri-
cũ pro pignore, nõ obſtante capitulo veteris decreti hoc
prohibente, quia ſi diceremus illud impedire fænerari
ſuper ſerico, vtique in aliquo aduerſaretur huic conceſ-
ſioni indiſtinctæ, ac indefinitæ mutuandi ſuper pigno-
ribus furto infectis, quatenus ipſa includit etiam ſeri-
5 cum. & tamen † priuilegium indeterminatè loquens
indeterminatè debet intelligi. Riminald. Iun. *conſ. 59. n.*
23. & intentio Sereniſſimi fuit, & eſt, quod nec in mini-
mo aduerſari debeant.
Nec obſtat quod allegatur ex aduerſo, Priuilegia
Gazoli intelligenda eſſe regulariter, & de omnibus re-
bus furtiuis, præterquam de exceptis, quale eſt ſericum;
quia reſpondeo, quod iſtud haberet locũ quando in eiſdẽ
capitulis, in quibus fit permiſſio regularis tales res ex-
ciperentur, tunc enim reſtringeretur regula, & proce-
deret in omnibus alijs rebus, præterquam in exceptis.
non autem poteſt ſibi locum vindicare in rebus exceptis
in diuerſis capitulis, quæ expreſsè Sereniſſimus Domi-
nus declarauit in aliquo nolle aduerſari. Quandoqui-
dem cum exceptio ſemper aduerſetur regulæ quia, ſi
iſta eſt promiſsiua, illa eſt prohibitiua, ſi iſta
affirmatiua, illa negatiua, quæ vtique ſunt contraria;
cum poſito vno alterum tollatur. Surd. *conſ. 67. numer.*
42. quis non videt, quod ſi per decretum vetus limita-
retur hæc conceſſio generalis, in caſu limitato eidem
aduerſaretur, & dum Sereniſſimus Dominus in pigno-
ribus furto ablatis excipit tantum caſum ſcientiæ fæne-
6 ratoris, † profectò firmat conceſſionem vniuerſaliter
in alijs caſibus non exceptis, *leg. quæſitum, §. denique,*
ff. de fund. instruct. l. nam quod liquide, in fin. ff. de pæn.
legat. Roman. *conſ. 337. num.* 8. vbi Mandoſ. & quem-
admodum præiudicauit Fæneratori, quando ſcit pignus
7 labè furto infectum, pariter ſi voluiſſet, † ſciuiſſet, eique
facilè fuiſſet excipere caſum ſerici pignorandi, quod
cum non fecerit, id noluiſſe creditur, *leg. vnica, §. ſin*
autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. Riminald.
Iun. *conſil. 472. ſub numer* 37. *& conſil. 481. ſub numer.*
28.
Nec obſtat, quod ſecundum priuilegium numquam
tollat primum, niſi de eo faciat mentionem, Canoni-
ſtæ *in cap.* 1. vbi Felin. *num.* 10. Ripa *nu. 48. de reſcript.*
Aretin. *conſ. 76. ante num.* 4. namque aut aduerſantes
intelligunt non fuiſſe factam mentionem de priuilegio
veteri Hæbreorum, quo prohibentur accipere ſericum
pro pignore, & hoc negatur, quia expreſsè dicitur *Ve-*
teri, atque nouo decreto minimè aduerſantibus hinc
8 particulari, ſcilicet decreto; ſubdens velle haberi † om-
nia pro ſufficienter expreſſis, derogando de plenitudi-
ne poteſtatis, eiſdem, quamuis talia forent, de quibus
ſpecialis, ac expreſſa mentio habenda fuiſſet, vt in di-
cto decreto regiſtrato, *fol.* 75.
Aut intelligunt non fuiſſe factam mentionem de pri-
uilegio Dominorum Mercatorum, & illud quoque ſub-
latum dico per clauſulam derogatoriam *Omnium,*
9 † *& quorumcumque obſtantium*, cum præfata clauſula,
pro expreſſis, & ſi talia forent, &c. quæ tollunt omnia
contraria, ac ſi ſingulariter, & in indiuiduo nominata
fuiſſent, *leg. omnes,* ibi, *ſpecialiter, ac nominatim, C. de*
præſcript. 30. an. Federic. de Sen. *conſ.* 47. Bal. *conſ.* 408.
ſub num. 2. volum. 5. Iaſ. *conſ. 75. num. 5. volum. 1. &*
conſ. 250. num. 9. volum. 3. Soc. Sen. *conſ. 3. ſub nu.* 10.
volum. 3. & conſ. 120. num. 19. volum. 1. Ruin. *conſil.*
164. num. 10. & conſ. 231. num. 5. volum. 1. Burſatt. *con-*
ſil. 392. num. 17. & conſ. 406. pariter num. 17. quæ de-
rogatio eo magis admittenda, & ſupponenda eſt in
caſu noſtro, tum quia conſtat iam conſueuiſſe deroga-
ri dicto priuilegio Mercatorũ, quod diſponit ſericum pi-
gnoratum reſtituendum eſſe vero domino ſine capitali,
nec intereſſe, & tamen decretum Sereniſſimi Gulielmi
vult quidem Hæbreum amittere vſuras, & ſortem, ſed
ſortem non acquiri Mercatoribus, vt antea, ſed Fiſco,

& accuſatori; tum quia in decreto veteri inſeritur priui-
legium ipſorum Mercatorum, & tamen expreſsa adeſt
atteſtatio Sereniſſimi Domini, quod non vult illud ad-
uerſari particulari huic conceſſioni, abrogando quate-
nus obſtaret, & per conſequens derogat etiam ſpecifi-
cè huic Mercatorum priuilegio.
Præterea dato, ſed non conceſſo, quod illud adhuc
ſubſiſteret, attamen procedit quoties conſtat ſericum
non fuiſse pignorantis, ſed vindicantem eſse verum do-
minum, quod non fuit probatum in caſu noſtro, vt in-
fra deducam in vltimo fundamento.
Nec obſtat, quod Princeps numquam in dubio
10 † cenſeatur concedere alicui priuilegium ad præiudi-
tium tertij, Rolan. *conſ. 45. num. 12. volum.* 4. quia il-
lud procedit in dubio, nos autem verſamur in claris,
11 quia † ſpecifica abrogatio facta eſt, & de hoc non eſt
dubitandum, quando concurrunt clauſulæ, *Motu pro-*
prio, Ex certa ſcientia, Et de plenitudine poteſtatis, quæ
12 † reddunt conceſſionem indubitatam etiam in præiu-
tium tertij, latè Curtius Sen. *conſil. 49. numer.* 78. Pariſ.
conſ. 106. num. 40. cum ſequ. volum. 1. & conſ. 3. num.
91. volum 4. Dec. *conſ. 341. colum. 1. &* 2. Gozad. *con-*
ſil. 8. num. 43.
Non obſtat demum, quod decretũ iſtius conceſsionis
ſit ambiguũ, & nõ minus poſſit intelligi, vt capitula Ga-
zoli dicantur conceſſa quatenus non aduerſantur veteri
decreto, quam è conuerſo, cum patiantur intellectum,
vt ipſis non habeat aduerſari decretum vetus, neque
nouum, quia cum hic agatur de fauore D. Iſaac, & Se-
reniſſimus Princeps profiteatur velle ampliare gratias,
conceſſiones, priuilegia, & immunitates, capienda eſt
13 interpretatio † illa, quæ magis conuenit ſubiectæ ma-
teriæ, Rimin. Iun. *conſ. 563. nu.* 39. Mantic. *de coniect.*
vltim. volunt. tit. 14. num. 8. vbi inter alia inquit, quod
14 ea dicitur neceſſaria interpretatio, † quæ fit per pun-
ctum rationis. igitur magis amplectenda erit illa præ-
ſupoſita à nobis, & ex pluribus interpretationibus ea
15 capi debet † per quam excluditur pena. Ruin. *in re-*
petit. l. 4. §. Cato, num. 105. ff. de verbor. oblig. Rimin.
Iun. *conſ. 499. num.* 56. & per quam vitatur delictum.
Cephal. *conſ. 397. numer.* 98. & ſicuti verba inueſtituræ
16 † interpretantur contra Dominum ad fauorem Vaſal-
li, Burſatt. *conſ. 4. num.* 29. ita videtur, quod priuile-
gium in vim contractus conceſſum, quale eſt præſens,
17 debeat † interpretari contra concedentem, vt ſcribit
Cephal. *conſ. 6. num.* 3. Riminald. Iun. *conſ. 26. numer.*
36. Laderch. *conſ. 121. num.* 2. vbi inquit, quod benefi-
cium Principis, contra eum interpretari debet, & ver-
18 ba † interpretanda ſunt contra obligantem ſe ambi-
guè, Bald. *in leg. final. numer. 72. Codic. de dot. promiſſ.*
Æmilian. *conſil. 25. numer.* 4. quod intelligo, maximè
quando is cui fit obligatio, non interuenit in actu
adeo, quod non potuit curare legem ſibi aptiorem di-
ci, Corn. *conſil. 69. ſub numer. 5. volumin.* 4. & demum
19 in dubio † capienda eſt interpretatio, quæ fauet
reo, & poſſidenti; Bald. *in leg. de rebus, ſub nu-*
mer. 4. Cod. de donat. propter nuptias, Maſcard. *con-*
cluſ. 1234. num. 25. Riminald. Iun. *conſil. 299. nu-*
mer. 21
Secundo, pro ipſis Hæbreis facit, quia ſericum de ſe,
& ſimpliciter non eſt prohibitũ pignorari, cum cadat
in commercium hominum, & a Mercatoribus, & ab
his quos dominos eſſe conſtat licitè accipitur, ſed ratio-
ne perſonæ pignorantis, & vitij præſumpti furtiuitatis
prohibetur accipi, & per priuilegia Gazoli tollitur v-
terque defectus, quia eorum vigore licet accipere pi-
gnora à quacumque perſona, & purgatur, ſeu non ha-
betur in conſideratione vitium furtiuitatis, cum eo non
obſtante, ſuper re furtiua mutuari poſſit ſine aliqua ia-
ctura fœneratoris ignorantis vitium; ergo pariter ſerici
20 acceptatio non erit interdicta, ſiquidem † purgato
vitio, ex qua cauſabatur aliqua prohibitio, ipſa tollitur,
nec amplius operatur, *§. aliquando, Inſtit. de vſucap.*
Tertio, non eſt dubium ex prædictis, D. Iſaac habuiſ-
ſe iuſtam cauſam credendi ſibi licuiſſe fænerari ſuper ſe-

Digitized by Google

rico, ideo nullam pœnam incurrere debuit; cauſa enim
21 dicitur iuſta, & excuſatur † à pena, quando habet pro-
babiles rationes, licet non ſit eſſentialiter iuſta. Rimin.
Iun. *conſ.* 337. *num.* 18. Oſaſc. *dec.* 71. *num.* 16. *in fine*,
dixi *controu. præced. num.* 108. *& infr. controu.* 578. *nu-*
22 *mer.* 30. præſertim cum ne dum ex † iuſtis cauſis, ve-
rum etiam ex injuſtis titulis, & temerarijs rationibus
cauſetur bona fides, Bald. *in leg.* 1. *in fin. Cod. vbi cauſ.
ſtat.* quam doctrinam pro excuſatione delicti ſequun-
tur Iaſ. *conf.* 153. *num.* 12. *volum.* 2. Crauett. *conſ.* 6. *n.*
114. Vincent. Paleot. *inter conſil. Alexandr. conſil.* 127.
num. 11. *volum.* 4. Gabr. *de Malefic. concluſ.* 8. *numer.*
31. Surd. qui loquitur de credulitate cauſata ex errore
23 iuris, *dec.* 281. *num.* 6. Et ne dum † iuſta credulitas,
ſed etiam fatua, & beſtialis excuſat à dolo, mulcta,
& pena. Plot. *conſ.* 108. *num.* 94. *&* 101. *volum.* 1. *cri-
min. impreſſ.* Burſatt. *conſ.* 71. *num.* 16. Grammat. *conſ.
crimin.* 50. *num.* 7. *&* 54. *ſub num.* 1. Cephal. *conſ.* 204.
num. 59. Oſaſc. *dec.* 71. *num.* 17. vbi inquit excuſare
ab omni culpa. Burſatt. *de communi, conſ.* 290. *num.* 9.
24 Et † ad euitandam pœnam ſatis eſſe, quod quis credi-
derit ſibi licere quod fecit, ſcribit etiam Rimin. Iun.
conſil. 70. *num.* 27. quia dolo feciſſe non dicitur, qui fe-
cit, quod ſibi licere exiſtimauit; Cephal. *conſ.* 301. *num.*
15. & ideo puniri non debet. Crauett. *conſ.* 3. *ſub nu-*
25 *mer.* 24. *& conſ.* 6. *num.* 89. Error † .n. etiam iuris facit
ceſſare dolum. Corn. *conſ.* 137. *numer.* 24. *&* 178. *ſub
num.* 22. *volum.* 2. Riminald. Iun. *conſil.* 462. *numer.* 9.
D. Menoch. *libr.* 6. *præſumpt.* 23. *num.* 29.

Quartò, ſtantibus rebus prout ſtant, veniunt omni-
no abſoluendi iſti hæredes, dato etiam quod ſericum
pro pignore accipi prohiberetur. Nam cum Bonami-
26 ci † agerent petitorio, & rei vindicatione ad ſerici re-
ſtitutionem, nec (vt mox demonſtrabo) probauerint
identitatem illius, nec dominium verum formiter, &
principaliter, vt fieri debet in rei vendicatione, obtinere
non poſſunt, vt latè per Maſcard. *concluſ.* 538. *per tot.*
decis. Mant. 55. *num.* 1. Quod tanto magis probandum
erat in caſu iſto, tum quia capitulum Mercatorum,
dictat ſericum reſtituendum eſſe vero Domino, & ſic
27 non præſumpto, tum quia † ex iſtis probationibus
conſequitur pœna fœneratoris, quo caſu illæ debent eſ-
ſe apertæ, & liquidiſſimæ, nec ſufficiunt conjecturæ, *l.
in teſtamento, 27. ff. de condit. & demonſtr.* Iaſ. *conſ.* 46. *n.*
38. vbi Becc. *in additi. volum.* 3. Ruin. *conſ.* 23. *numer.*
21. *volum.* 5. vbi inquit liquidiſſimam eſſe debere pro-
bationem, propter quam pena petitur, ſequitur Becc.
conſ. 41. *num.* 11. vnde cum non fuerit probata identitas,
niſi ex aliquibus indicijs, & non concludenter, non poſ-
ſunt ex illis condemnari ad pœnam iſti hæredes D. Iſaac.
Quinimò in omnem caſum contraueniſſet capitulo pro-
hibente fœnerari ſuper ſerico, & meruiſſet pœnam, at-
tamen ex hoc iudicio nulla poteſt ſequi condemna-
tio, non ad inſtantiam Fiſci, quia hic nemo agit eius
nomine. Et non dicitur in capitulo, quod poſſit pro-
28 cedi per † inquiſitionem, quæ eſt via extraordina-
ria, & regalariter prohibita, Monticellus *in ſua praxi
crimin. regul.* 1. *n.* 1. ſed per accuſationem.

Quinimo nec inquiſitio aliqua hic interuenit, non ad
inſtantiam actorum, quia nullum verſatur eorum inte-
reſſe niſi quatenus ſint Domini ſerici pignorati, quod
non probarunt, videlicet quoties ſint accuſatores, ad
quos tertia pars pœnæ ſpectaret, quo pacto non egerūt.
29 Et in ſumma cum pena applicetur † Fiſco, cauſa, &
iudicium dicitur, & debet eſſe criminale. Bart. *in l.* 3. *in
princ. ff. de ſepulcr. violat.* Guid. Pap. *conſ.* 199. *ſub num.*
1. Paſeth. *conſ.* 19. *in num.* 3. *vſque ad finem*, Grat. *conſ.*
90. *num.* 17. *& conſ.* 80. *num.* 5. *volum.* 2. Anchar. *quæſt.*
1. *num.* 3. *part.* 1. Rimin. Iun. *conſ.* 462. *num.* 6. vbi de
communi, Becc. *conſ.* 60. *num.* 22. Surd. *conſ.* 56. *num.*
17. Anguiſ. *conſ.* 18. *num.* 199. *cum ſequ.* vbi de commu-
ni Farinacc. *quæſt.* 100. *num.* 10. & tamen ſemper actum
fuit hic ciuiliter pro pena applicanda parti, ſcilicet, vt
ei reſtitueretur ſericum cum iactura ſortis, & vſurarum,
& quotieſcumque non apparet verus dominus ſerici; tūc
nec pœnæ fiſcali locus eſſe poteſt, quia pena conſiſtit in
capitali, quod eſſet reſtituendum fœneratori, cuius lo-
co debetur Fiſco, & accuſatori; vnde cum hic non
appareat quis debeat erogare hoc capitale, cum ignore-
tur dominus, Fiſcus nullam habet actionem, nec aduer-
ſus fœneratorem, nec aduerſus pignus.

Quod autem non fuerit probata identitas iſtius ſerici,
patet, cum teſtes dicant ignorare an ſit idem datum à
Bonamicis laborandum Franciſco Farinæ, vnde proba-
30 tio non concludit † quia non obſtantibus rationibus
ab eis adductis, oppoſitum eius, quod deponunt, po-
teſt ſtare cum eorum dicto. Bald. *in leg. conuenticulam.
num.* 7. *C. de Epiſc. & cleric.* Alex. *conſil.* 24. *numer.* 24.
volum. 2. & licet Franciſcus Farina videatur præcisè de-
ponere de identitate; tamen vltra quod agit de ſe exo-
nerando, quia eſſet obligatus Bonamicis, & detegit
turpitudinem ſuam, conuincitur apertiſſimè de menda-
tio ex bullettinis, quorum ratione dicitur debitor Bona-
micorum, ex quibus patet iſtud debitum creatum fuiſ-
ſe multo poſt ſericum pignoratum, quemadmodum
patefaciunt bullettini pignorum; vt hinc colligere li-
ceat hoc eſſe diuerſum ab illo prætenſo à Bonamicis.
Nec releuat conciliatio; quā nixi ſunt afferre per nouas
31 probationes, † quia eſt poſſibilis, ſed non conclu-
dens; ideo non releuat. *leg. ad probationem. la ſeconda,
Cod. de probat.* vbi Bald. *num.* 1. inquit, quod proba-
tio debet neceſſe concludere, non autem per poſſibile.
Rimin. Iun. *conſ.* 363. *num.* 204. & ſimilem probationē
non ſufficere, ſcribit Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 15. *nu-*
32 *mer.* 26. *&* 27. Ita quoque † reicitur teſtimonium pa-
tris Franciſci, quia tractat de exonerando filio; ideo
non probat; Crauett. *conſ.* 102. *ſub num.* 10. Bertaz. *con-
ſil. criminal.* 225. *nu.* 18. Super quibus non inſiſto, quia
arbitror Perilluſtr. Iudicibus perſuaſum eſſe, verum do-
minium hic probatum non fuiſſe, præſumptum autem
ſuperius demonſtraui non ſufficere, tum ex capitulo
quod loquitur de reſtitutione facienda vero domino;
tum quia liquidiſſimæ debent eſſe probationes pro con-
ſequenda pena ab aliquo.

ARGVMENTVM.

Contractus dicitur reſolutus, purificata conditione,
ad quam vſque conſtitutus eſt, etſi parum ea
conditio durauerit. De pactis ipſi contractui
inſitis, eorum ambiguitate, & interpretatione.
Relocatio an, & quando cenſeatur obtinere poſt
locationē ceſſantem. Et de conceſſione facta poſt
primam reuocatam, à qua ius alterius depende-
bat.

SVMMARIVM.

1 *Locatio vſque ad caſualem conditionem, eſt contractus anomalus, & admodum finitimus Emphyteuſi.*
2 *Reſoluta conditione contractus, eſt etiam contractus reſolutus, & tenentur contrahentes adimplere quod pepigerunt.*
3 *Specificatur in locatione etiam ad longum tempus.*
4 *Conductores non reſtituentes domum poſt eam expletam expelli poſſunt propria auctoritate.*
5 *Nec tenetur locator illum amplius relocare.*
6 *Sunt ſoluenda melioramenta conductoribus, à Domino rei, ſiue tempore, ſiue culpa conductio finiatur.*
7 *Niſi aliter initum paſtum.*
8 *Semel purificata conditione, licet ea non durauerit, nihilominus res ipſa conuenta debetur.*
9 *Actu extincto ob inhabilitatem perſonæ, non reconualeſcit, remota ea inhabilitate.*
10 *Effectus conſummatus durat etiam remota cauſa; Amplia & ſi ſit dumtaxat initiatus; num.* 11.
12 *Ius extinctum amplius non reuiuiſcit; Etſi cauſa extinctionis duret momento ſolum, & num.* 13.

14 Ex

Digitized by Google

14 *Ex noua admiſſione actus à qua ius aliquod dependet, nõ cenſetur ius illud iam amiſſum denuo concedi.*
15 *Ex declaratione caducitatis alicuius rei, Princeps praiudi at iuri iam quaſito, ob illam rem.*
16 *Noua conceſſio non affert praeiudicium, in quaeſitis, pracipuè quia ea cenſetur facta cum qualitatibus, & vitijs qua habebat.*
17 *Vulgaris vſus loquendi eſt attẽdendus precipuè in locatione vulgari.*
18 Præſtare *ſignificat noua credita, & mutua creare.*
19 *In contractibus pacta ſunt diligenter obſeruanda; & ſeruanda prout loquuntur.*
20 *In minimo verbo conſiſtit magnus effectus.*
21 *In contractibus verba proprie ſunt accipienda.*
22 *Nec ſunt extendenda ad alium caſum, perſonam, vel rem.*
23 *Inibi non expreſſa cenſentur omiſſa. Et quantum contrahens dixit, tantum dumtaxat voluiſſe creditur, & num. 24. & 34.*
25 *In claris non eſt opus coniecturis.*
26 *Si obiectum non quadrat alicui rei, nec etiam eius effectus obtinebit in ipſa re.*
27 *Finita locatione poteſt Dominus rem alteri locare, niſi aliud ſit conuentum.*
28 *Confirmatio ſupponit ſubiectum confirmandum.*
29 *Eſt Corroboratio iuris prius acquiſiti. Quæ ſi eſſet pro longiori tempore, diceretur prorogatio, num. 30.*
31 *Conceſſio, facta immediatè poſt primam, dicitur renouatio.*
32 *Contrahentes videntur ſenſiſſe in contrahendo, reſpectu iuris ordinarij, & naturalis, quam accidentalis.*
33 *Pactum nouæ locationis fiendæ, non poteſt interuenire vbi expreſsè ponitur pactum eius finiendæ, & partis in libertate ponendi.*
34 *Libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, &c.*
35 *Quod quis non loquitur, nec velle præſumitur.*
36 *Argumentum, & exceptio hac procedit; Hoc pactum in caſu hoc, non loquitur de alio, ergo non habet locum in illo.*
37 *Multo magis ſi verſemur non in vltimis voluntatibus vel liuioris naturæ, ſed in contractibus ſtrictius interpretandis.*
38 *In contractibus ea ſit interpretatio, vt quis minus obligatus cenſeatur; & res deueniat ad priorem ſtatum, numer. 39.*
40 *Alterius ius non poteſt ſtare in pendenti.*
41 *Si non fiat debita reſtitutio ob eius quæſitum, nihil læditur, ſed ſemper peti poteſt, nec conceſſio contraria interim facta oberit ipſi iuri.*
42 *Reſoluuntur obiecta controuerſa, & num. 43. 44. 46. & 47.*
45 *In alternatiuis ſufficit vnam ſolam diſpoſitionem verificari.*
48 *Sibi imputet, qui ſibi cautius proſpicere potuit, & non fecit.*

CONTROVERSIA DLVI.

VRgent quidem motiua edita ab Eccellentiſsimo, & Meritiſsimo Senatus Montisferrati Præſide contra Perill. Dominos Iugales de Nattis, ſed ſi rectè perſcrutabimur quid actum fuerit inter partes in hoc anomalo
1 contractu locationis † qui valdè finitimus eſt contractui emphyteuſis, vt per Fulgoſ. *conſ.* 140 & continet veram alienationem, ſecundum Alex. *conſ.* 165. *volum.* 2. Rimin. Sen. *conſ.* 74. *num.* 22. Becc. *conſ.* 92. Riminald. Iun. *conſ.* 234. *num.* 73. & 74. vbi teſtatur de communi. Corbul. *de caducit. ob alienation. ampliat.* 36. cognoſcemos ea non carere probabili reſolutione.

Fundatam enim habent intentionem quo ad vtrumque caput, tam expulſionis, quam lucri melioramentorum ex tenore capitulorum ipſius contractus, quæ cantant in verſic. *Et venendo il tempo, &c.* quod altero de duobus caſibus intelligatur finita locatio, & ſit facienda reſtitutio domus in eo ſtatu, quo reperiretur, ſine aliqua prætenſione pretij melioramentorum in ea conſtructorum, priori ſcilicet, ſi priuarentur Hæbrei à ſua celſitudine facultate mutuandi ſub vſuris, qui caſus euenit; poſteriori verò, ſi fluxis temporibus eorũ conductæ, ac biennio contrabanni confirmatio, ſeu noua reconductio illis conceſſa non foret.

2 Quocirca † cum ſemel fuerint priuati ſupradicta facultate, lege generali, &, vt in ea præferrebatur, perpetua, purificata conditione, & finito tempore, reſoluta eſt ipſa conductio, & conductores tenentur reſtituere domum ipſis Dominis Iugalibus, *leg. ſi quis conductionis, leg. conductores, Cod. locat.* Angel. Aretin. *conſil.* 17. *num.* 4. & 17. Cioffi. *conſ.* 91. *num.* 4. *volum.* 1. Bero. *conſ.* 102. *num.* 45. *volum.* 1.

3 Quod procedit † etiam in locatione ad longum tempus, Angel. Aretin. *vbi ſupr.* Ruin. *conſ.* 167. *numer.* 12. *volum.* 1. Socin. Iun. *conſil.* 56. *num.* 9. *volum.* 2.

4 Immo poſſunt † expelli propria auctoritate ab eis. Bero. *conſ.* 212. *num.* 18. *volum.* 3.

5 Nec tenentur amplius Domini illam eiſdem relocare. *leg. ne cui*, vbi Gloſſ. Petrus Cynus, Alberic. Bald. Angel. Salycet. & Fulgoſ. *Cod. d. titul. de locat.* Imol. *conſ.* 68. *num.* 1. Boer. *deciſ.* 107. *numer.* 3. Burſatt. *conſ.* 330. *num.* 74.

Et per conſequens etiam factus eſt locus lucro dictorum melioramentorum, quorum pretium noluerunt poſſe prætendere conductores, eueniente tempore
6 reſtitutionis; quia & ſi regulariter † melioramenta perſolui debeant conductoribus, ſiue locatio finiatur tempore, ſiue culpa, *leg. dominus horreorum, §. 1. leg. colonus, in princip. ff. locat.* Valaſc. *de iur. emphyteut. qu.*
7 25. *num.* 32. tamen † ſi conuenerit, vt ea cedant lucro locatoris, pacto ſtandum eſt, vt probant à contrario ſenſu iura modo allegata, & reſpondit Mantua *conſil.* 334. *column.* 2. quem refert, & ſequitur Valaſc *vbi ſup. num.* 33.

8 Sufficitque ipſis † Dominis Iugalibus ſemel eueniſſe caſum, & purificatam fuiſſe conditionem, licet complementum poſtea non durauerit, ipſis Hæbreis poſt paucos menſes reconciliatis, & denuò admiſsis, *leg. ſi quis heredem*, vbi ſcribentes, & præcipuè, Iaſ *in 1. notab.* Corn. *column. penultim. & final. Cod. de Inſtit. & ſubſtit.*

9 Facit † quod vbi actus propter inhabilitatem perſonæ eſt, extinctus licet remoueatur inhabilitas, non per hoc actus reconualeſcit; ſed opus eſt nouo conſenſu, & quod in effectu actus reiteretur. Deci. *conſ.* 661. *numer.* 15. Simon. de Prat. *conſ.* 80. *num.* 18.

10 Effectus .n. † poſtquam conſummatum eſt, & in eſse productus durat etiam pro tempore futuro, licet eius cauſa remoueatur, *leg. final. ff. vnd. liber.* Bart. *in leg.* 2. *§. final. num.* 3. *ff. de donat.* Dec. qui pulchrè exornat, multa ſimilia cumulans, *conſ.* 24. *num.* 2. *& per tot.* Socin. Sen. *conſ.* 81. *num.* 16 *volum.* 3 Socin. Iun. *conſ.* 60. *num.* 57. vbi de communi, *volum.* 3. Purpur *conſil.* 119 *num.* 19. Grat. *conſ.* 63. *num.* 37. *volum.* 2. Mar. Angul. *conſ.* 34. *num.* 29. Tiraquell. *in tractat. ceſſant. cauſ. li-*
11 *mitat.* 12. Vbi ampliat † hoc, *num.* 19. verum eſse, nedum ſi effectus ſit perfectè conſumatus, verum etiam ſi ſit tantummodo inchoatus.

12 Et ius extinctum amplius non reuiuiſcit, † *l. qui res, §. areã*, vbi Bart. *ff. de ſolution.* Matth. Brun. *conſ.* 38. *numer.* 8. Pancirol. *conſ.* 93. *num.* 24. D. Menoch. *conſil.* 202. *numer.* 123. *& conſ.* 206. *numer.* 41. Barzi. *dec.* 70. *num.* 67.

13 Quamuis cauſa extinctionis duraret † momento tantum. Decius, *in cap. de cauſis, num.* 39. *verſic. & prædicta concluſio, extr. de offic. deleg.*

14 Nec per nouam † admiſsionem factam ipſis Hæbreis, (quæ cum prima iam extincta éſset dicitur noua conceſsio, Ruin. *conſ.* 169. *num.* 5. *volum.* 1. Laurent. de Pin. *conſ.* 120. *ſub num.* 14. *& conſ.* 21. *nu.* 1.) præſumi-
15 tur Sereniſſimus Dominus voluiſſe † præiudicare iuri interim quæſito, & agnito, mediante declaratione caducitatis.

ducitatis, dictis Dominis Nattis, *cap. quamuis, de re-*
ſcript. in 6. Socin. Sen. *conſ.* 164. *num.* 12. *&* 10. *volum.*
2. Ruin. *conſ.* 93. *num.* 9. *volum.* 4. Dec. *conſ.* 373. *num.*
10. Grat. *conſ.* 76. *num.* 37. *volum.* 1. Crot. *conſ.* 113. *nu-*
mer. 13. Rota *deciſ.* 592 *numer.* 7. *parte prima, in nouiſ-*
ſimis.
16 Pariterque hæc conceſſio non debet, nec poteſt re-
trotrahi in præiudicium ipſorum Iugalium, Bart. *in leg.*
ſi indebitum. §. *ſi procurator, ff. rem ratam haber.* Rimi-
nald. Iun. *conſ.* 363. *ſub num.* 317. & Rimin. Sen. *conſil.*
343. *num.* 17. quia cenſetur facta cum omnibus qualita-
tibus, & vitijs quæ habebat ipſa conceſſio. Cepoll. *con-*
ſil. ciuil. 24. *numer.* 14. *&* 15. *volum.* 2.
Non obſtant modo quæ dubitando opponuntur vtri-
que capiti, & primò, circa caput expulſionis, dum di-
citur, locationem non cenſeri finitam, quia priuatio de
qua in Edicto, non fuit abſoluta, ex quo permiſſum eſt
Hæbreis exigere vſuras ad rationem decem pro cente-
nario pro creditis, quæ tempore dicti Edicti iam crea-
ta reperiebantur.
Quandoquidem reſpondetur reſolutionem contra-
ctus conceptam fuiſſe caſu, quo priuarentur facultate
mutuandi ſub vſuris, non autem exigendi pro contra-
ctibus præteritis.
Nam verbum *Præſtare*, de quo in pacto ſignificat ſe-
17 cundum communem † & vulgarem vſum loquendi,
(qui debet attendi maximè in capitulis vulgariter for-
matis, *leg. librorum,* §. *quod Caſſius, ff. de legat.* 3. *leg.*
labeo, ff. de ſuppellect. legat. Aretin. *conſ.* 113. *in fi.* Alex.
conſ. 102. *num.* 12. *vol.* 6. Socin Sen. *conſ.* 123. *num.* 6.
18 *volum.* 4. Laderch. *conſ.* 14. *num.* 2) noua † credita,
& mutua creare, quod abſolutè, & ſimpliciter per edi-
ctum fuit prohibitum, & hoc nobis ſufficit, quia
19 † in contractibus pacta ſunt diligenter obſeruanda. Pur-
pur. *conſ.* 253. *num.* 14. & debent intelligi in terminis in
quibus loquuntur. Grat. *conſil.* 20. *numer.* 23. *volum.* 1.
debentque Iuriſtæ ſemper ponderare vocabula, Bald. *in*
leg. ſi vt proponis, in fine, Cod. de executione rei iudicatæ,
20 quia in minimo verbo conſiſtit magnus effectus. Paul.
de Caſtr. *in leg. final.* §. 1. *num.* 2. *in fine, Cod. de indict.*
viduit. tollend. pro quibus concurrunt optimè tex. *in leg.*
ſi quis ſtipulatus ſit., ibi, *reſpiciendus erit ſermo, & leg. ſi*
ita ſtipulatus, §. *Griſogonus*, ibi, *in ſtipulationibus ver-*
ba, &c. ff. de verbor. obligation. leg. fideiuſſoris magiſtrat.
ibi, *facta ſubſcriptione, ff. de fideiuſſ. leg. licet, ff. ſi cert.*
petat. leg. intereſt, ff. de ſolution. cap. porrò, extra de priui-
legijs.
21 Et in contractibus † verba propriè, & ſtrictiſſimè
ſunt accipienda. *leg. quidquid aſtringendæ, ff. de verb. o-*
bligat. cap. cum dilect. de donation. Alex. *conſ.* 75. *num.*
7. *volum.* 2. Socin. Sen. *conſ.* 24. *num.* 2. *volum.* 3. Grat.
conſ. 53. *num.* 26. *volum.* 1. nec patiuntur extenſionem
22 de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, nec de
re ad rem. Dec. *conſ* 555. *num.* 5. Natt. *conſ.* 373. *num.*
23 7. ſed ita interpretantur, vt quæcumque † in eis ex-
preſſa non fuerint, habeantur pro omiſſis, re, loco, tem-
pore, & perſonis. Socin. Sen. *conſ.* 64. *n.* 6. *& conſil.* 70.
24 *num.* 5. *volum.* 3. præſumuntur .n. contrahentes † velle
tantum id, quod dicunt, & non aliud, nam ſi plus vel-
lent, & hoc ſciuiſſent dicere, Cephal. *conſ.* 626. *num.* 11.
Honded. *conſ.* 50. *ſub. num.* 20. *volum.* 1.
25 Et cum hic verba ſint clara † non debet eſſe locus di-
ſputationi, nec vlterius quærendum, *leg. ille, aut ille,*
ff. de legat. 3. Socin. Iun. *conſ.* 160. *num.* 47. *volumin.* 2.
Roland. *conſ.* 61. *num.* 31. *volum.* 3.
26 Vnde cum obiectum † quod conſiſtit circa exactio-
nem vſurarum creditorum præteritorum non conue-
niat verbis pacti, quoniã loquuntur de noua præſtatio-
ne, non poteſt etiam adaptari, ſeu militare eius virtus,
& effectus, *leg.* 4. §. *toties, ff. de damn. infect. leg. ita au-*
tem, in princ. ff. de adminiſtr. tutor.
Ad id verò, quod magis vrget, & ſecundo loco obij-
citur eidẽ ex capite expulſionis, & finitæ locationis non
eſſe audiendos Dominos Iugales, quia in capitulis legi-
tur, quod in caſum nouæ conceſsionis fiendæ Hæbreis
per Principem, intelligatur facta reconductio domus,
etiam quod res tenderet in infinitum; Propterea ſtante
noua conceſsione, videri ipſo iure factam reconductio-
nem vigore pacti, quod imponit neceſsitatem locatori
27 † qui aliàs fuiſset cum libertate relocandi primo con-
ductori, *leg. ne cui*, vbi ſcribentes, *C. locat.*
Reſpondetur dictum pactum relocandi in caſum con-
firmationis, ſeù nouæ conceſsionis, intelligendum eſse
de confirmatione, quæ fieret durante termino conductæ,
28 quia † confirmatio præſupponit aliquid prius eſse,
29 quod confirmari poſsit, & dicitur corroboratio † iu-
ris prius acquiſiti. Hoſtienſ. & Goffred. *in ſumma de*
confirmat. vtili. vel inutil. vterque num. 1. Decius *in ru-*
br. dict. titul. ſub num. 1. Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 18. *vol.* 1.
30 Gigas, *conſ.* 5. *num.* 10. quæ ſi fieret pro longiori ter-
mino, diceretur prorogatio. *leg. ſed ſi manente, ff. de*
precar. leg. 4. *in princ. ff. de damn. infect.* Ruin. *conſil.*
169. *ſub nu.* 5. *vol.* 1. Laurent. de Pin. *conſ.* 120. *ſub n.* 14.
Et ita quoque quatenus loquitur de noua cõceſsione
31 illud met intelligi debet de conceſsione † ſucceſsiua
immediatè poſt primam, quæ propriè dicitur renoua-
tio, vt per Ruin. & Laurent. de Pin. locis proximè cita-
tis, non autem de ea quæ fieret poſt ſemel expulſos Hę-
bræos, ſine ſpe remiſsionis.
Qui ſenſus, & intellectus, vltra quod tenori capitu-
lorum valde applaudit, videtur eſſe recipiendus, quia
32 præſumendum eſt partes magis intellexiſſe † de con-
ceſſione quæ fieret iure ordinario ſucceſsiuè poſt termi-
nos naturaliter finitos, quam extraordinario, & acci-
dentali, *leg. ſeio,* §. *medico,* vbi Bart. *ff. de annuis legat.*
Dec. *conſ.* 430. *num.* 7. Iaſ. *conſ.* 77. *ſub n.* 17. *vol.* 1. Grat.
conſ. 9. *num.* 136. *vol.* 1. Siluan. *conſ.* 35. *num.* 47. Bero. *conſ.*
187. *num.* 1. *volum.* 1. Natt. *conſ.* 515. *num.* 31.
33 Imo ſenſus iſte nedum probabilis, † ſed etiam verus,
& neceſſarius videtur, nec aliter intelligi poſſe capitu-
lum prædictum, quia inferius expreſsè cauetur quod vno
de duobus caſibus contractus eſſet reſolutus, & partes
in libertate, altero ſcilicet naturaliter fluxis temporibus
conductæ, & lapſo biennio contrabanni ſolito concedi
poſt finitam conductam; altero verò, ſi ipſi Hæbrei
priuarentur facultate mutuãdi ſub vſuris; ſi igitur in ca-
ſum huius priuationis contractus iuxta tenorem dicti
capituli debet eſſe finitus, & partes in libertate; ſequi-
tur neceſſariò, quod etiam ſuperueniente noua conceſ-
ſione non ſit renouanda locatio, quia tunc non verifi-
caretur contractum eſſe finitum, & partes in libertate;
34 libertas enim † eſt naturalis facultas eius, quod cuiq;
facere libet, niſi quod vi, aut iure prohibetur *Inſtitut.*
de iure perſonarum, in principio. Vnde pactum no-
uæ locationis fiendæ non poteſt intelligi hoc in caſu, ſed
tantum, vbi conducta eſſet finita naturaliter, & ſubſe-
cuta renouatio infra tempus contrabanni.
Nec dicatur quod pactum reſolutionis contractus, &
libertatis partium intelligatur & ipſum quoque dum-
modo poſt priuationem lapſum ſit biennium Contra-
banni, ſicuti, & in caſu conductæ naturaliter finitæ.
Quia primo dico, quod capitula videntur innuere, iſtum
terminum contrabanni non dari iſto caſu priuationis,
ſed tantum in alio.
Nihilominus, admiſſo, quod omne tempus tolleran-
tiæ poſt priuationem veniret appellatione contrabanni,
adhuc reſpondeo, quod per conceſsionem factam infra
iſtud tempus ſexennij condonati poſt priuationem, non
fieret locus relocationi, quia iſto in caſu nulla fuit ha-
bita mentio contrabanni, ſed dictum ſimpliciter, quod
ipſis priuatis facultate mutuandi, partes, & cõtractus eſ-
ſent in libertate; quod ſi † contrahentes voluiſſent hanc
reſolutionem retardari vſq; poſt contrabannum, facilli-
me fuiſſet eis exprimere hoc iſto in caſu, ſicuti expreſſe-
runt in poſteriori illi proximè ſubſequenti; Vnde cum
fuerit ommiſſum, debet haberi pro ommiſſo, pro vt pro-
batum eſt ſuperius.
36 Sufficitque Dominis Nattis, † ſi dicant, pactum, hoc
in caſu non loquitur de contrabanno, ex quo ſolo habe-
bunt fundatam intentionem, niſi oppoſitum perſpicue
demon-

demonſtratur ab aduerſarijs, vt in ſimili de ſubſtitutione
tradunt Soc.Sen. *conſ.62.ſub nu.4.vol.3.* Burſat. *conſ.86.*
num.1. D.Surd. *conſ. 44. nu.1.* Rimin. Iun. *conſ.50. pari-*
ter num.1.

37 Quæ argumentatio & exceptio ſi admittitur † in vlti-
mis voluntatibus, in quibus latior fit interpretatio, multo
magis vendicat ſibi locum in contractibus ſtrictiorem
habentibus naturam, vt *in cap.cum dilecti, de donation.*

Stat igitur hucuſque prima reſponſio, quod pactum
relocationis in caſum nouæ conceſſionis non intelliga-
tur quando Hæbrei fuiſſent priuati accidentaliter & ex-
traordinariò ſed tantum vbi eorum ius expiraſſet per la-
38 pſum temporis, Quod etiam ſuadetur † quia in contra-
ctibus ea ſemper interpretatio capi debet, vt quis mi-
nus obligatus cenſeatur, Angel. *conſ.77. cap. fin.* Pariſ.
conſ.96. num.22. vol. 3. Nat. *conſ. 103. num. 6.* Riminal.
39 Iun. *conſ. 504. num.13.* & per † quam res reducatur ad
primæuum ſtatum, Gozad. *conſ.9. num. 31.* ſicuti intelli-
gendo ſupradicto modo minus obligabuntur D.Iugales,
& in caſum priuationis ius ipſius domus reuertetur ad
primæuum ſtatum.

40 Et ſi ſecus diceremus, ſequeretur † quod in caſu priua-
tionis ius D. Iugalium ſtaret in pendenti, ex eo quod Hæ-
brei poſſent quandoque admitti per nouam conceſſio-
nem, quod valde abſurdum eſt, & contra *l.fin.ff.communi*
prædior. abhorrentem actuum ſuſpenſionem.

Deuenio nunc ad caput lucri melioramentorum, circa
quod pariter multipliciter dubitatur. Et primò, quia
prætenſio iſtius lucri videtur pendere à reſtitutione do-
mus, & habere tantum locum, vbi fieret reſtitutio, vnde
ceſſante reſtitutione ceſſare debet & lucrum.

Sed reſpondetur ex ſupradictis ſatis demonſtratum
eſſe, Hæbreos teneri ad reſtitutionem, neque nos verſari
in caſu relocationis; ergo retorquendo argumentum,
ſtante obligatione reſtitutionis factus eſt locus ipſi lu-
cro.

Veruntamen admiſſo citra veri præiudicium quod eſ-
ſemus in caſu renouandæ locationis, & ſic non eſſet fa-
cienda reſtitutio, adhuc perſiſto, Dominos Iugales lucra-
tos fuiſſe hæc melioramenta, quia ſtatim adempta facul-
tate mutuandi ſub vſuris, debebat fieri d. reſtitutio iuxta
41 tenorem capitulorum & per conſequens etiam † illico
fuit acquiſitum ius huius lucri, quæ quidem reſtitutio li-
cet nunc ceſſaret propter ſubſecutam conceſſionem, ta-
men non præiudicaret iuri quæſito, quia hoc contingeret
noua de cauſa, poſt effectum iam conſumatum, quo ca-
ſu ceſſante cauſa non tollitur effectus, nec viuificatur ius
iam extinctum, vt ſuperius deductum fuit.

Et licet pactum dictet quod in caſum nouæ conceſ-
ſionis intelligatur facta relocatio, tamen non diſponit
aliquid de recuperatione melioramentorum.

42 Non obſtat quod replicatur, † tempus contrabanni
procedere, ne dum quando ſequitur reſolutio contractus
per lapſum temporis ſed & per priuationem, ponderan-
do verba capituli, *Nel qual caſo &c.* iunctis verbis præ-
cedentibus, quaſi ſit ſenſus, quod eueniente priuatione,
vel finita conducta, ſi vtroque dictorum caſuum laba-
tur biennium contrabanni, tunc intelligatur factus locus
reſtitutioni, Quocirca cum tempore nouæ conceſſionis
non eſſet lapſum d. biennium contrabanni, ſequitur quod
non dum venerat caſus ſeu tempus reſtitutionis.

43 Quinimo augendo difficultatem † ſubijcitur in moti-
uis tempus contrabanni hoc in caſu non debere conſi-
derari pro biennio tantum, ſed pro ſexennio prefixo, Hæ-
breis ad exigendum ſua credita, cum Domini Iugales te-
neantur vti edicto, in quo ſe fundauit cum omnibus ſuis
qualitatibus.

Reſpondetur enim, tempus contrabanni, ſeu hanc
qualitatem non poſſe cadere in præſenti caſu, nec iſtud
ſexennium poſſe appellari contrabannum, quia contra-
bannum eſt illud tempus, quod datur illis qui poſt
ſaluum conductum tenentur recedere hic, aut non fuit
illis prohibita habitatio, ſed tantum præſtatio ſub
vſuris. Præterea dico tempus contrabanni, non fuiſ-
ſe conſideratum, niſi in reſolutione contractus, per la-
pſum temporis; non etiam per priuationem, vt ſu-
perius deduxi; ſtat namque capitulum alternatiuè
conceptum, quod eueniente caſu reſtitutionis, qui erit,
vel ſi Sereniſſimus priuabit Hæbreos, facultate mutuan-
di cũ intereſſe, & hoc primũ caput eſt per caſũ ſine men-
tione contrabanni, vel (& hoc eſt alterum caput) ſi la-
bentur tempora eorum conductæ, & biennium contra-
banni ſolitum eis concedi, & ſic patet habitam fuiſſe
rationem contrabanni, in caſu tantum reſolutionis, per
lapſum temporis; Vnde quo ad alterum caput, quod
indiſtincte, & ſine aliqua plica determinat, & dæcla-
rat caſum reſtitutionis eueniſſe ſecuta priuatione, ſtatim
publicato edicto factus fuit locus ipſi reſtitutioni, & lu-
cro d. melioramentorum.

44 Nec refert quod verba, † *Nel qual caſo*, in ſingulari nu-
mero videantur referri ad vnum tantum caſum, ſcilicet
contrabanni, non autem ad plures, quia dictum fuiſset,
Ne quali caſi, in plurali.

45 Namque reſpondetur, † quod in alternatiuis ſufficit
diſpoſitionem factam ſub pluribus conditionibus, veri-
ficari in vna tantum, *cap.in alternatiuis, de regul. iur. in*
6. l.ſi heredi plures, ff.de condit.inſtitut. & ideo recte licet
duo præceſſiſſent caſus, dictum fuit in ſingulari, *Nel qual*
caſo, ſcilicet ex duobus qui contingeret.

45 Minus turbat quod in edicto † præfigatur ſexennium
ad exigenda credita ipſis Hæbreis, quo tenentur vti cum
ſuis qualitatibus; quia fateor quod Domini Iugales ad
id obligarentur, nec poſsent expellere conductores an-
te ſexennium, quando pacto non conueniſsent, quod in-
telligeretur eueniſse caſus reſtitutionis, ſtatim quod pri-
uerentur facultate mutuandi.

47 Quod verò poſtremo dicitur, † abſurdum eſse intelli-
gere, quod interim tempore ſexennij, Hæbrei priuati
remaneant Synagoga qua indigent, dum tollerantur in
eorum ritibus, cum non valeant interim recidere, remo-
48 ueatur, Reſpondendo, hoc † illis computandum eſse,
qui cautius ſibi non prouiderunt, & voluerunt finitam
eſse locationem, & reſtituendam domum, adempta fa-
cultate mutuandi, qua adempta, ſi non obtinuiſsent à
Sereniſſimo Domino, veram conceſſionem, erant om-
nes receſsuri, paucis exceptis, qui noluiſsent ſoluere
tantam penſionem, pro Synagoga, quam eo in caſu in
domibus; eorum habitationis erexiſsent ſicuti aliàs fe-
cerunt.

Et negatur, quod interim non valuiſsent recedere, &
alibi quærere Synagogam, quia exactio creditorum
non imponebat præciſam neceſſitatem manendi ibi, vt
notum eſt.

Et quatenus etiam non potuiſſent abire, ſi emendaſ-
ſent errorem propriæ imprudentiæ, cedendo meliora-
menta, & augendo penſionem, non defuiſset Synagoga,
ſicuti nec nunc defutura eſt, ſi ad predicta parati erunt.

A R G V M E N T V M.

Locatio in annos ſingulos eſt vnica. Idem eſt in ſtipulatione huiuſmodi, & de ipſorum effectibus.

S V M M A R I V M.

1 *Afferuntur verba Capituli, in propoſita controuerſia.*
2 *Cum verba diſpoſitionis ſunt clara, nil amplius eſt quærendum.*
3 *Locatio conſtituta in annos ſingulos ſtatutis terminis, eſt vna, & non plures.*
4 *Idem in ſtipulationem in ſingulos annos; ex qua vnica naſcitur obligatio & actio, pro omnibus annis, etſi differretur exactio, num. 5.*
6 *Talis permittens poteſt ab initio condemnari, at non executi pro omnibus annis.*
7 *Filio ita ſtipulante, patri ab initio totum quæritur, vt eo poſtea emancipato nil ſibi remaneat, iure in patre perdurante.*

8 *Vni*

8 *Vnica debetur gabella pro talibus ſtipulationibus.*
9 *Creditum quæſitum non poteſt, ex poſt contingentibus variari.*
10 *Totum debet eſſe eius, cuius eſt pars.*
11 *Adiudicatio creditorum vniuerſalis comprehendit penſiones omnes etſi inexigibiles, & alia huiuſmodi credita, quod procedit etiam in indefinita locatione. Et n.12.*

CONTROVERSIA DLVII.

PEnſiones terrarum, quæ reperiebantur locatæ tempore laudi lati à Sereniſſimis Dominis, inter Illuſtriſ. Dominos Theodoſium, & Ludouicum patruum, & nepotem reſpectiue de Panitijs, vtique ſpectant ad ipſum Dominum Ludouicum; quia hoc expreſſe dicitur in vno ex capitulis illius, ibi:

1 *Tutti li crediti tanto nella Città, come fori, † che tengono eſſi Signori Panizzi con chi ſi ſia, maſſime con lauorenti affittuali, & altri, reſtaranno tutti à libera diſpoſitione del Signor Lodouico, ſenza ch'il Signor Theodoſio poſſa in eſſi, pretendere più oltre alcuna coſa.*

2 Vnde cum verba ſint clariſſima, † non poteſt eſſe locus alicui dubitationi ſeu diſputationi, nec quidquã vlterius querendum eſt, *l. ille aut ille, ff. de legat. 3.* Socin. Iun. *conſ. 160. num. 47. vol. 2.* Rolan. *conſ. 61. num. 31. volum. 3.*

Neque ipſe Dominus Theodoſius iuuatur ex declatione quam miſteriose procurauit, ad hunc ſolum effectum, vt interciperet has penſiones, in qua habetur ſupradictum capitulum.

Doueruci intendere dei crediti della caſa, nanti la diuiſione, ò altrimente fatto in commune, & non dopo c'hanno godute l'entrate ſeparatamente.

Et per conſequens cum penſiones, nunc controuerſæ, ſint pro fructibus annorum decurſorum, poſt inſtrumentum diuiſionis, tempore quo diuiſerant introitus, & ante ſententiam prolatam ab ipſis Sereniſſimis, debere ſpectare, pro rata parte ad predictum Dominum Theodoſium.

Siquidem (vt mihi præſuponitur) locatio de cuius penſionibus diſputatur, facta fuerat ante inſtrumentum prędictæ diuiſionis pro multis annis, conſtituta mercede in ſingulos annos ſtatutis terminis, quæ durabat adhuc medio tempore inter diuiſionem, & ſententiam,
3 & propterea dicebatur vnica tantum † locatio, & non plures. Bartol. *in l. ſi ſeruus communis Arrianij, §. final. ſub nu. 7. verſic. & ſi fiat locatio, ff. de ſtipulat. ſeruor.* Bald. *conſ. 316. in princip.* & ibi Roueſcal. *in addit. vol. 3.* Soc. Sen. *conſ. 125. ante num. primum vol. 1.* Socin. Iun. de communi, *conſ. 68 num. 3. vol. 2.* Boſſ. *in tit. de remiſſion. merced. nu. 23.* Caroc. *de locat. tit. de diuiſione locationis fol. 7. in impreſſione in 4. & in tit. de multiplicatione contractus locationis, quaſt. 1. num 15. fol. 158. in impreſſione in fol.*

4 Stipulatio enim in annos † ſingulos eſt vna, & non multiplex, *l. ſi ſtichum 10. §. 1. ff. de verb. obligat. l. Senatus, in fine, ff. de donation. cauſ. mortis. l. ſi à Colono, in princi-*
* *pio, ff. de fideiuſ.*

5 Et ob id etiam vna erat tandum † obligatio, & actio quæ orta erat à principio pro omnibus annis, licet differretur exactio, vſque ad terminos ſtatutos, *l. ſi filius famil. in princip. ff. de verbor. oblig.* & tradunt Gloſ. *in d. l. ſi*
6 *ſtichum, §. 1. in gloſ. magn. circa medium,* vbi † inquit, quod talis ſtipulatio dicitur vna; quia vnica actio naſcitur ab initio pro omnibus annis, & ibi Bartol. *ſub n. 1.* Angel. *in verſic. Tu dic. &c.* Bal. optime *in ſummario,* Iaſ. *ſub num. 1. in prima vtilitate;* Imola, *colum. 2. verſic. Angelus hic dicit, &c.* Caſtr. *circa princip. & melius in quarta vtilitate,* vbi inquit, quod ab initio poteſt condemnari pro omnibus annis, licet exactio non poſſit fieri, Claud. Aquenſ. *ſub n. 1. & 4.* Alc. *in princip. ff. de verb.*
7 *oblig.* Vbi inferunt ad plura; & primo † quod ſi filius in poteſtate patris ſtipuletur ſibi, pro pluribus annis, in annos ſingulos, actio acquiritur patri à principio pro illis omnibus; adeo, vt ſi filius poſtmodum emancipetur eis non dum fluxis, adhuc nihil ei acquiratur, ſed omnis obligatio debeatur patri, & actio in eo conſiſtat, & perduret.

8 Pari ratione, pro ſimilibus † ſtipulationibus inferunt vnicam tantum deberi gabellam, pro omnibus annis datiario qui reperitur tempore contractus, non autem illi, qui ſuccedit pro annis ſequentibus, & multa huiuſce generis, quæ potius laborioſum quam vtile, eſſet refferre, cumulant, ibidem Zaſ. *in d. §. 1. l. ſi ſtichum, ſub num. 6.* & Barbatia *fol. 109. vol. 2.*

Si igitur iſtud erat vnicum creditum, & vnica actio inchoata ante inſtrumentum diuiſionis, ſequitur quod etiam ſecundum tenorẽ ſupradictæ declarationis, & ea non obſtante, tales penſiones debeantur ipſi Domino
9 Ludouico, attento initio obligationis, cum illi † debeantur omnia credita contracta, ante ipſam diuiſionem, cuius crediti vis non poteſt variari, ex poſt contingen-
10 tibus, ſed omne debet eſſe eius cuius eſt pars, vt ſupra exemplificatum eſt in ſtipulatione filij.

11 Nec refert, quod tales penſiones non eſſent ab initio exigibiles, quia cum adiudicatio dictorum creditorum ſit vniuerſalis, & geminata, cantante capitulo; *Tutti i crediti tanto nella Città come fori, reſtaranno tutti,* veniunt etiam hujuſmodi credita; Crot. *conſ. 14. per totum,*
12 *maximè n. 13.* Teſſaur. *deciſ. 235. per tot.* vbi dicit † ita iudicatum, etiam ſi locutio non eſſet vniuerſalis, ſed tantum indefinita.

ARGVMENTVM.

De Æſtimationibus iam factis reuidendis. Et debent fieri ſeruata potius æquitate, quam ſummo iure. Et haberi debet reſpectus in æqualitate ad ſortem ipſam, & ad fructus, ac redditus.

SVMMARIVM:

1 *Æſtimatio periti non tranſit in rem iudicatam.*
2 *Ea debet reuideri ad inſtantiam partis per nouam æſtimationem, etſi eſſet firmata per Iudicem.*
3 *Dum contenditur ſuper mala æſtimatione, incumbit æſtimatoribus onus probandi eam per ſe rectè factam.*
4 *Id procedit cum Periti ſunt electi à iudice; non verò à parte; tunc enim tranſeunt in iudicatum ea æſtimationes, ſecundum* Iaſon.
5 *Hæc doctrina eſt ſuſpecta* Pacian.
6 *Nullatenus procedit dubitatio, cum ambo ſunt electi de communi conſenſu non ſinguli à ſingulis.*
7 *Doctrina* Iaſ. *non obtinet in caſu, in quo non poteſt culpa imputari parti, vt in minore, vel cum ſententia definitiua attenditur poſt æſtimationem, num. 8.*
9 *Curator ad lites non eſt ſufficiens ad faciendam diuiſionẽ.*
10 *In diuiſionibus maxima æqualitas eſt ſeruanda.*
11 *Præcipuè inter filios, ne ad arma deueniatur.*
12 *Æqualitas eſt inductiua, nutritiua, confirmatiua, & conſolidatiua concordiæ, & ob eam eſt recedendum à regulis omnibus.*
13 *Debet eſſe ſecundum æquitatem, magis quam iuxta rigorem iuris, & num. 14.*
15 *Et plurimum operatur arbitrium Iudicis.*
16 *Eſt attendenda æqualitas in diuiſione, reſpectu proprietatis, & fructuum, ac redditum.*
17 *Non patiuntur commodam diuiſionem res, quarum vna ſit modici fructus, alia magnæ æſtimationis, at fructus exigui.*
18 *In diuiſionibus non attenditur poſſibilitas, ſed cõmoditas.*
19 *Cum bona non patiuntur commodam diuiſionem, eſt locus licitationi, cui poteſt altera pars offerre.*
20 *Minor poteſt facere oblationem licitationis, dum euitat læſionem, & damnum; maximè ſi curator à Iudice fuit ad id creatus.*

* Hoc videtur procedere in ſtipulatione annorum incerta; ſecus, in ſtipulatione aliquorum annorum, puta quinque, vel ſex, ex traditis per Zaſium, *in d. §. 1. in 6. & in 4. fallentia.*

CON-

CONTROVERSIA DLVIII.

NOn eſt deneganda noua æſtimatio petita ad inſtan-
tiam Dominę Laurę de Fiorinis, vel ſaltem nõ eſt
recuſanda oblatio ab ea facta in ſcriptura eius nomine
producta, *ſub die 14. Auguſti, 1603. de qua fol. 19. fac. 2.*
& ab ea approbata cum curatore ſpeciali, *die 20. Sep-*
* *tembris eiuſdem anni, vt fol. 21. fac. 2.*

1 Nam quo ad primum, iſtud receptum † eſt, vt re-
lationes æſtimatorum, tamquam ex iudicio peritorum,
& de credulitate relatæ, & per conſequens quæ nunquã
tranſeunt in iudicatum debent, ad inſtantiam alicuius
2 † ex partibus ſaltem per alteram vicem reuideri per no-
uam æſtimationem, quamuis iam confirmatæ eſſent per
iudicem, vt poſt Bald. *in cap. penultim. num. 1.* & ibi Fe-
lin. *num. 2. & paulo infra, verſic. dictum tamen eſt verum
in ſe, &c. extra de probation.* reſpondit Rimin. Iun. *con-
ſil. 212. per tot.* Viuius *commun. opin. 704. in verb. ſenten-
tia*, Surd. *dec. 256. num. 10. & 11.* pro qua ſententia
eſt textus optimus *in dict. cap. penultim.* ſupponendo
eius diſpoſitionem procedere, & loqui, quando iam
lata erat ſententia, prout ita intelligi poſſe tradit ibidẽ
Antonius de Butrio, *ſub num. 6.* & cœteri ſequuntur, re-
ferente Felino eo loci, *ſub num. 2. verſic. ſed non eſt te-
xtus melior. &c.*

3 Hinc eſt, quod † ſi contendatur ęſtimationem nõ eſ-
ſe rectè factam, incumbit onus probandi æſtimatoribus
ſe rectè æſtimaſſe, non autem parti neganti, Bart. *in leg.
1.* & ibi Io: de Plat. *verſic. Item quæro, cui incumbit, &c.
Cod. de diſcuſſor. libr. 10.* Hieronym. de Mont. *in tract.
de finibus regend. cap. 26. num. 12.* D. Menoch. *de adipi-
ſcend. poſſeſſ. remed. 5. num. 167.* Franc. Curt. *in addit.
ad Alex. in leg. pretia rerum, ſub num. 6. in verbo Peri-
torum, ff. ad leg. Falcid.* & ſic patet quod non præſumi-
tur pro æſtimatione.

4 Nec turbat, quod prædicta procedant tantũ † quan-
do æſtimatores fuerunt electi à Iudice, non autem de
partium conſenſu, & ab ipſiſmet partibus, in quo vlti-
mo caſu non conceditur reuiſio, ſed eorum relatio tran-
ſit in iudicatum, ſecundum peregrinam limitationem
Iaſ. *in leg. admonendi, in ſecunda lectura, ſeu in repetitio-
ne, ſub num. 43. verſic. ex iſtis ego infero, &c. ff. de iure
iurand.* quã ſequuntur multi, quos cumulat Riminald.
Iun. *dict. conſ. 212. num. 19.*

5 Quia omiſſo quod de † eius veritate dubitat Ex-
cellens Modernus Fuluius Pacianus *in tractat. cui incum-
bat onus probandi, libr. 1. cap. 47. ſub num. 92.* ommiſſo
6 etiam † quod fortè non procedit dicta limitatio, quã-
do vna ex partibus elegit vnum peritum, & altera al-
terum, quia tunc aduerſarius non videtur alienus à par-
te aduerſa, ſicuti præſupponitur à Iaſone; dico, ample-
7 ctendo veram † reſolutionem, quod eius doctrina
non habet locũ quando daretur caſus, quod partib. non
poſſet imputari cur peritiores non adhibuiſſent, ſic prę-
cisè contingit in minoribus, quibus nihil vnquam adeo
imputat lex, quin eis ſuccurrere velit, ita declarat Ri-
min. Iun. *in dict. conſ. 212. num. 20.* ex mente Abb. *in
dict. cap. penultim. column. 2. verſ. pro hoc ratio textus,
&c.* & ibi expreſſius Felinus, *ſub numero ſecundo, verſic.
& hoc procedere poteſt ſecundum Dominum Abbatem,
&c. extra de probation.*

8 Præterquamquod † iſtud non prohibetur, quando
expectatur alia ſententia diffinitiua poſt confirmatio-
nem æſtimationis, vt hic Riminald. Iun. *dict. conſ. 212.*

9 Addamus, quod non apparet † in proceſſu, Curato-
rem Dominæ Lauræ à quo fuit electus æſtimator pro
eius parte, fuiſſe Curatorem ſpecificè ad faciendam di-
uiſionem, ſed tantum ad lites, quod non ſufficit, gl. *in
leg. inter pupillos in verbo præſente. ff. de auctorit. tutor.*
Ioſ. Ludou. *in ſuis commun. concluſ. in concluſione, quæ in
meo libro eſt ſub titulo de mandato, circa finem, verſicul.
Nonageſimo, ad faciendam diuiſionem.* Peregrin. Ian-
nin. *in tractat. de reali citat. lib. 3. capit. 21, numer. 105.*

* Vide tamen in contrar. *leg. 2. Cod. de reiudicat.*

qui allegat Rebuff. *in tractat. concordant. in rubric. de
elect. derogat. verſic. 47.*

Vbi verò placeret non eſſe deueniendum ad nouam
æſtimationem, tunc ſaltem admittenda eſt oblatio Do-
10 minæ Lauræ; nam illud certum eſt, † quod in diuiſio-
11 nibus, & maximè, inter filios † æqualitas eſt ſeruan-
da, & tollenda occaſio, per quam naſcatur diſcordia,
& inuidia, *leg. inter filios, Cod. famil. hercìſcund. leg. 1.
Cod. vnde liber. leg. vt liberis, Cod. de collation.* Purpur.
conſ. 512. numer. 27. Rube. *conſ. 7. numer. 7.* vbi inquit,
12 quod † ęqualitas eſt inductiua, nutritiua, confirmatiua,
& conſolidatiua concordię, & propter eam ſeruandam
recedendum eſt à regulis omnibus, & conſuetis, Curt.
Iun. *conſ. 80. ſub num. 1.* idem *conſ. 320. num. 22.* Are-
tin. *conſil. 152. ſub numero tertio, verſicul. confirma-
tur, &c.*

13 Et hæc æqualitas † debet eſſe ſecundum æquitatem
vt per Menoch. *conſ. 211. num. 112.* & & iuſta, ſed tamẽ
æqua arbitrio boni viri, Roland. *conſ. 13. num. 36. vo-
14 lum. 4.* quia † in diuiſionib. maximè inter fratres, pro-
15 ceditur ex bono, & æquo, & plurimum † operatur
arbitrium Iudicis, *leg. non amplius, §. final. ff. de legat. 1.*
Alciat. *conſ. 334. num. 1. alias eſt conſ. 20. lib. 6.* Decian.
conſ. 15. num. 52. volum. 1.

16 In caſu autem iſto, in quo adſunt bona † modici va-
loris, & magni introitus, vt eſt fornax, & è conuerſo
extant bona magni valoris, reſpectu æſtimationis, &
tenuis cenſus, vt ſunt domus ſitæ in burgoportus ſi adiu-
dicarentur vni bona magni introitus, pro vera ęſtima-
tione proprietatis, non habita ratione fructuum, & al-
teri bona magni valoris, & modicæ vtilitatis, profectò
hic orietur maxima inęqualitas, & inuidia inter has
ſorores; Vnde cum huiuſmodi ſit fornax, vt vtrique
nequeat aſsignari virilis portio, ſed neceſſe ſit, quod v-
ni tantum obueniat, & alteri domus magnæ æſtimatio-
17 nis, & modici fructus; ſequitur, † quod hæc bona
dicãtur pati non commodam diuiſionem; quia ad hoc,
vt res dicatur non poſse diuidi, non attenditur poſsibi-
18 litas † præciſa, ſed commoditas, & vtilitas, *dict. leg.
non amplius, §. final. ff. de legat. 1. leg. ad officiũ, §. cum
autem, Cod. commun. diuidund. leg. 2. in fine, cum lege
ſequenti, ff. fin. regund. §. final Inſtitut. de offic. iudic.* De-
cian. *conſ. 11. num. 39. & 40. volum. 4.*

19 Quando autem bona † in diuiſione, non patiuntur
commodam diuiſionem, tunc locus eſt licitationi, &
altera pars poteſt offerre, & proponere conditiones,
nec poſsunt recuſari. *leg. ſancimus, §. ſin autem amplia-
tionis, Cod. de donation.* vbi Gloſs. *leg. 2. & 3. Cod. com-
mun. diuidund.* Aretin. *conſ. 156. ſub num. 2. verſic. ſed
quia ſuper iſtis, &c.* Capic. *deciſ. 36. num. 1.*

20 Neque obſtat, quod † Domina Laura ſit minor,
& propterea non videatur poſse facere hanc oblatio-
nem; quia procul dubio immo id ei licere debet; tum
quia euitat magnum periculum, cum ei poſset obue-
nire pars magni valoris, & modici reditus, in quo val-
de damnificaretur; tum qui a adeſt auctoritas Illuſtr. D.
Prioris, qui decreuit curatorem ad iſtum actum, & ad
cuius officium pertinet negotium illud, quo fit, vt Il-
luſtr. D. Prætor ſuper hoc vlterius inquirere nõ teneatur.

ARGVMENTVM.

Forma eſt probanda, ab Affirmante, niſi alius ſuſce-
perit onus, ex promiſſione, aut iuris diſpoſitio-
ne, vel habeat alias fundatam intentionem.

SVMMARIVM.

1 *Forma regulariter eſt probanda ab aſſerente ipſam, non
à negante.*

2 *Ceſſat hæc regula cum fuit talis probatio promiſſa ab ali-
quo; ipſe enim promiſſor tenetur, & nu. 3.*

4 *Onus probandi formam, incumbit affirmanti, cum ius
diſponit illam probandam eſſe.*

5 *Vel*

Digitized by Google

5 *Vel cum partes in hoc conueniunt.*
6 *Neganti non incumbit probatio, cum habet fundatam intentionem in promiſſione affirmantis.*

CONTROVERSIA DLIX.

1 FOrmam regulariter quidem ab † eo qui dicit ſer-
uatam fuiſſe, non autem, ab eo qui hoc negat, pro-
bandam eſſe docuit Maſcardus, *in tract. de probation. in concluſ. formam probare quis teneatur, quæ in meo libro eſt concluſio* 808. per text. *in cap. Sacro, de ſentent. excommunic. & cap. in omni, de teſt.* vbi multos in hanc rem allegat authores, quibus addo in terminis noſtris Virginium Boccac. *in tract. de cenſib part. 2. ſub nu* 190.
2 Sed vbi talis probatio promiſſa, eſt † ab aliquo,
ſicuti videtur promiſſa in caſu iſto, ab Illuſtriſſimo Domino Paulo Æmilio Gonzaga, dum aſſeruit hanc conſtitutionem cenſus fuiſſe, & eſſe bonam, ac benè, validè, & legitimè factam, & quod in eam tanquam talem conſentire faceret omnem perſonam, intereſſe habentem, & ſic etiam ſe obligauit ad demonſtrandum hoc ipſi emptrici, caſu quo nollet conſentire, quod eſſet benè facta; tunc nulla verſatur difficultas, quin promiſſor
3 † aſſerens formam ſeruatam fuiſſe, teneatur probare,
vt voluit Innocent. *in cap. innotuit, num. 5. de eo qui furtiuè ordines recepit*, qui ſcripſit, tunc onus probandi for-
4 mam incumbere affirmanti, † quando ius diſponit, il-
5 lam probandam eſſe, vnde idem ſentit † etiam quan-
do partes in hoc conueniunt, & hoc clarius ſecutus eſt Bald. *in ſua Margarita, in verbo Negatiuam ſolutionis,*
6 *&c.* † ſcribens eum qui negat, non teneri probare
quando habet fundatam intentionem, in promiſſione affirmantis, & mouetur ex eo, quod creditor non tenetur probare ſibi non fuiſſe ſolutum, quia habet fundatam intentionem in promiſſione debitoris, qui ſoluere promiſit.

An autem talis cenſus, careat debita forma, nec ne, non eſt preſentis ſpeculationis, ſed reſeruandam eſt ad merita, quam Illuſtriſſimo Dominus Paulus Æmilius, petet pronunciari hanc conſtitutionem eſſe bene, ac legitime factam.

ARGVMENTVM.

De Promiſsione non contraueniendi laudo, ſeu arbitrio; & quos effectus pariat. Plura de obligationibus ineundis, & initis, per hæredem adimplen dis, ac ipſis interpretandis. De Societate monium bonorum, ac eius effectibus.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians alicui parti, cenſetur velle retinere dominium in reſiduo.*
2 *Diuiſio non præſumitur niſi probetur.*
3 *Ex diutina cohabitatione aliquorum, preſumitur communio, & nu. 33. & ſeq.*
4 *Dominus rerum præſumitur qui conſueuit diſponere de fructibus, exigere credita, & ſoluere debita earum.*
5 *Non licet hæredi arguere teſtatorem de mendacio.*
6 *Ex pluribus poſſidentibus pro indiuiſo res aliquas, quilibet habet dominium in qualibet earum particula, etſi minima.*
7 *Hæres in portione poſſeſſa pro indiuiſo, debet ſoluere debitum ſui Anteceſſoris condemnati, iam in maiore etiam quantitate.*
8 *Creditur arbitratori de promiſsione à parte facta, de non impugnando laudum, & arbitrium.*
9 *Maxime id procedit in aſſertione Principis, inter ſubditos.*
10 *Impedit executionem laudi, condemnantis ad ſolutionem, qui petit bona ſeparari, ne ſoluat.*
11 *Qui petit collationem, venit contra executionem ſententiæ diuiſionis.*
12 *Nemo poteſt obligari ex perſona, & contractu alterius.*
13 *Nec poteſt fieri executio in bonis alterius, quam debitoris, & condemnati.*
14 *Tacitè naſcitur aliquando obligatio incidenter, & extra id quod agitur.*
15 *Per ſimplicem diuiſionem, non eſt remiſſum fideicommiſſum? niſi promiſſum ſit de non contraueniendo diuiſioni.*
16 *Actus intelligi debet ſemper factus nomine proprio.*
17 *Nullum verbum in promiſſionibus ſtat ſine myſterio operandi.*
18 *Actus debet ita interpretari, ne fruſtra geſtus dicatur.*
19 *Promiſsio hæredis debet extendi ad bona, non ſolum anteceſſoris, ſed & ipſius promittentis.*
20 *Cum diſpoſitio non poteſt alias verificari, refertur ad ea, quæ alias non venirent.*
21 *Pactum de non contraueniendo diuiſioni, etſi reſtringatur ad id quod conuentum eſt, tantum aliud eſt, ſi aliter non poſſet verificari pactum.*
22 *Promiſſio debet interpretari ad finem ad quem fuit principaliter ordinata.*
23 *Actus morales iudicantur ex fine intento.*
24 *Verba poſita in diſpoſitione debent intelligi ſecundum id, quod veriſimile eſt, partes facere voluiſſe.*
25 *Actus debet interpretari, ne quis fruſtra ſibi proſpexiſſe videatur.*
26 *Vbi actus ex duplici capite fieri poteſt, & ex vno eſt veriſimilius fieri, in dubio cenſetur fieri, ex eo veriſimiliori.*
27 *Item & interpretari debet, vt ad caſum magis neceſſarium trahatur.*
28 *Actus debet cenſeri factus ob eam cauſam, & effectum, qui indigebat tali actu.*
29 *Actus ſubſequens declarat, antecedentem voluntatem fuiſſe conformem tali actui ſubſequenti.*
30 *Obligatio generalis de ſoluendis debitis cum aliquo, vnico ſolum exiſtente, de eo intelligitur obligatio.*
31 *Solutionis cauſa non expreſſa, non eſt ex poſt facto diuinanda.*
32 *In dubio eſt facienda interpretatio verborum, contra ſe ambiguè obligantem.*
33 *Plures præſumptiones Societatis omnium bonorum.*
34 *In ſocijs omnium bonorum, factum vnius, obligat alium.*
35 *Debitum de communi eſt ſoluendum in talibus ſocijs; dum inuicem adeſſe mandatum præſumitur. 36. Et eo ſi poſſunt omnia pro ſe empta communicare, & num. 37.*
38 *Non requiritur regulariter conſenſus eius, cuius non intereſt.*
39 *Littera creditoris iuncta cum promiſſione non impediendi laudi executionem, & alijs ſcripturis, arguunt agnitionem debiti.*
40 *Debitor quis fit incidenter, ex promiſſione non ſe opponendi laudo, ex hoc enim fecit id negocium proprium.*
41 *Negocium ad aliquem pluribus modis pertinere poteſt.*
42 *Inter alios, illud fit ex ratihabitione, & ſic voluntariè.*
43 *Promiſſio de non contraueniendo, obligat etiam ſi non ſubſit aliqua cauſa.*
44 *In obligationibus ſufficiunt etiam coniecturæ, deficientibus verbis; nam ea naſcuntur etiam ex tacito conſenſu.*
45 *In materia obligandi, mens magis, quam verba ſolent attendi.*

CONTROVERSIA DLX.

SEqueſtrum obtentum à Domino Dauide Ceruo, in bonis mobilibus repertis tempore mortis, Illuſtriſſimi q. Domini Fabij Vrſini, & peruentis ad manus Illuſtriſſimi Domini Latini, ſeu in eorum defectum in tot fructibus bonorum d. Domini Latini, qui aſcendunt ad valorem dictorum mobilium, iure obtentum fuiſſe, & ex bonis ſequeſtratis ſatisfaciendum eſſe ipſi Dauidi, in executione laudi ad eius fauorem lati à Sereniſſimo Domino Noſtro, iuri pariter conſonum eſſe puto.

Certum eſt enim, ipſum q. Illuſtriſſimum Dominum Fabium fuiſſe in commmunione omnium bonorum, cum Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo q. Domino Vir-

ginio

ginio eius Fratre, exceptis dumtaxat proprietatibus
eorum ſtabilium, quæ erant affecta onere primogeni-
turæ, quarum dominium erat ſolius Domini Virginij, &
ſucceſſiuè deſcendentium, ex eo primogenitorum, vſu-
fructu nihilominus durante indiuiſo inter eos, id quod
paret tum ex inſtrumento renunciæ, ipſius Domini Fa-
1 bij, in quo ceſſit tantum proprietatem dictorum † ſta-
bilium primogenituræ ſubiectorum, per quod datur
intelligi quod in cæteris remanſerit dominus, & in com-
munione, Anguil. *conſ. 5. nu. 74.*
2 Tum quia diuiſio non † præſumitur niſi probetur,
Maſcard. *de probat. concluſ. 527. nu. 1.* D. Menoch. *lib. 3.*
3 *præſump. 60. pariter, num. 1.* quinimo è conuerſo † ex
diutina ipſorum cohabitatione, præſumitur commu-
nio, Nat. *conſ. 66. nu. 14.* de qua re dicam inferius latius
in verſic. Poſſet etiam ſi vellemus, &c.
4 Tum ex informationibus aſſumptis, de quibus in
proceſſu *fol.* 14. in quibus relatum fuit, eos indiſcrimi-
natim conſueuiſſe diſponere, de fructibus ſtabilium
huius territorij, in vſus communes, ſoluendo debita, &
exigendo credita indifferenter.
Tum demum ex litteris ſcriptis, ab ipſo Illuſtriſſimo
Domino Fabio, in reſponſione litterarum ei datarum,
de commiſſione Senatus, in quibus aperte aſſerit ſe eſ-
ſe in communione bonorum, & ex proceſſulo præſen-
tato, in quo cæperat agere ad diuiſionem, cuius aſſer-
tionem non poteſt improbare Dominus Latinus, ſiue
quiſquis ſit qui velit retinere hæc bona tamquam eius
5 hæres, & ſucceſſor; † quia eſſet arguere illum de men-
dacio, quod non licet hæredi, Bartol. *in l. rem alienam
ſub num. 3. in tertio notabil. ff. de pignorat. action.* Bal. *in l.
cum res ſub n. 13. C. de probat.* Cagnol. *in l. heredem n. 10.
ff. de regul. iur.*
6 Si erant in communione bonorum, ſequitur, quod di-
midia dictorum mobilium fuerit Illuſtriſſimi, & Eccel-
lentiſſimi q. Domini Virginij, dato etiam quod plura
alia habuiſſent mobilia vltra iſta, de quibus tamen ad-
huc non conſtat quia, ex pluribus poſſidentibus pro in-
diuiſo res aliquas, quilibet habet dominium in quauis,
etiam minima earum particula, *l. 2. circa princip. C. quād.
& quib. quart. pars. lib. 10.* Decius *in l. 1. in fine, ff. qui te-
ſtam. facer. poſſ.* idem *in l. ſi idem cum eodem, §. fin. nu. 2.
ff. de iuriſdictione.* Iaſ. *in l. 3. §. in certam ſub nu. 1. verſic.
nam quota, ff. de acquir. poſſeſ.* Idem Iaſ. *conſ. 147. ſub nu.*
7 34. *vol. 2.* Ceph. *conſ. 47. num. 42.* Vnde in † iſta dimi-
dia non eſt dubium, quod ſit ſatisfaciendum ipſi Ceruo
vti vero creditori d. Domini Virginij condemnati er-
ga illum ad multo maiorem quantitatem, vt eſt textus,
*in l. ſi conſenſus, §. final. cum ibi allegatis in gl. ff. quib. mod.
pign. vel hypot. ſoluit.*
In altera vero dimidia, quæ ſpectabat ad Dominum
Fabium, eidem quoq; Ceruo ſatisfaciendum eſt, quia
ipſe Dominus Fabius in publicatione laudi, cuius nunc
fit executio, dedit verbum Sereniſſimo arbitratori de ſe
non opponendo dicto laudo, nec impediendo illius exe-
cutionem, qua promiſſione oretenus habita, contentus
fuit ſine aliqua ſubſcriptione, vt dictis Fratribus de Vrſi-
nis morem gereret, ſicuti teſtatus eſt in declaratione in
eodem actu publicationis laudi emiſſa, cui arbitratori
8 † de dicta promiſſione ſibi oretenus facta plene credi-
tur, ſtantibus ſolitis clauſulis compromiſſorum, vt in
9 terminis ſcribit Anguil. *conſ. 66. n. 280.* & † multo ma-
gis cum ſit princeps, cuius aſſertioni ſtatur, maximè
inter ſubditos. *cap. nobiliſſimus 97. diſtinct.* facit textus
& quod ibi notatur, *in Clemens. 1. de probatio.* Iaſon. *in
l. ſi teſtamenti ſub nu. 5. verſic. limita quod in principe, &c.
C. de teſtam.* pulchre Laderch. Imolenſ. *conſ. 142. nu. 2.*
Ruin. *conſ. 30. ſub n. 1. verſic. ſed præmiſſis, &c. vol. 1.* Nat.
conſ. 487. num. 38.
Stante igitur ſupradicta promiſſione de ſe non oppo-
nendo executioni laudi, nec eandem executionem im-
pediendo, non potuiſſent Dominus Fabius, & ita nec
in præſentiarum habentes cauſam ab eo, opponere,
quod hæc dimidia bonorum eſſet propria d. Domini
10 Fabij, quia † eſſet opponere ſe executioni laudi, &
eam impedire etiam petendo ſeparationem, & diui-
ſionem rei propriæ, ita probat textus, *in l. qui Roma, §.
duo fratres,* vbi Iaſ. *ſub num. 24. ff. de verb. obligat.* Anguil.
11 *d. conſ. 66. nu. 334. & 335.* vbi inquit † quod qui petit
collationem, non venit contra ſententiam diuiſionis, ſed
benè contra executionem, ita quoque, & is qui petit
bona ſeparari.
12 Nec obſtat † quod Dominus Fabius non eſſet de-
bitor Ceruì, & propterea non potuerit obligari ex per-
ſona, & contractu alterius, *l. penult. C. ne vxor pro marit.*
Simon de Præt. *conſ. 46. numer. 18.* nec poſſet fieri exe-
13 cutio in eius bonis † ſed tantum Fratris debitoris, &
condemnati, Bal. *in l. 2. num. 1. C. dict. tit.* Quia dato, non
tamen conceſſo, quod Dominus Fabius non fuiſſet de-
bitor, tam ea nihilominus ex quo promiſit non ſe oppo-
nere, nec impedire executionem laudi, factus eſt inci-
14 denter debitor; ſiquidem † multoties accidit, vt ex-
tra id quod principaliter agitur, tacita naſcatur obliga-
tio, *l. ſi is qui commodatum, §. fin. ff. commod.* & tradit in
ſimili Iaſ. *in d. l. qui Roma, §. duo Fratres, ſub nu. 31. ff. de*
15 *verb. obligat.* dicens, quod licet † per ſimplicem diui-
ſionem non intelligatur remiſſum fideicommiſſum, ta-
men ſi promiſſum ſit de non faciendo aliquid contra
diuiſionem, non poterit peti; quia tacitè incurſa eſt
obligatio, nam petendo illud diceretur contrauenire
diuiſioni. Ita quoque Dominus Fabius, promittendo
non impedire executionem laudi, in tacitam hanc inci-
dit obligationem, vt in eius bonis poſſit fieri executio,
quia alias petendo ſeparationem, diceretur ſe oppone-
re, & illam impedire.
16 Et hæc promiſſio prędicti Domini Fabij, debet †
intelligi reſpectu propriorum bonorum, non autem
Domini Virginij, tum quia actus ſemper intelligitur
factus nomine proprio, *leg. & magis, ff. de ſolutio.* Nat.
conſ. 161. num. 3. Corn. *conſ. 310. num. 2. vol. 3.*
17 Tum quia, quo ad bona Fratris † fuiſſet ſuperflua,
& fruſtatoria; vnde cum nullum, nec minimum verbum
in promiſſionibus debeat eſſe ſine miſterio operandi,
Bal. *in rubr. C. de contrahend. emptio. in nona quæſtio-*
18 *ne;* & † actus debeat interpretari, ne fruſtra geſtus dica-
tur, Menoc. *conſ. 239. num. 12. & conſ. 296. num. 40.* pro-
miſſio iſta non debet reſtringi ad naturam diſpoſitio-
nis, quæ videtur dictare, vt bona tantum Domini Vir-
19 ginij videantur affecta, † ſed debet extendi etiam ad
bona promittentis; per ea quæ ſcribit Anguil. *dict. conſ.
66. num. 370.* cum pluribus numeris antecedentibus, &
multis ſubſequentibus, qui etiam, *num. 340.* inquit quod
20 † vbi diſpoſitio non poteſt aliter verificari, refertur
ad ea quæ alias non venirent, ſubditque *num. 360. &*
21 362. quod pactum † de non contrauueniendo diuiſioni,
licet reſtringatur, ad id quod conuenit diuiſioni, ta-
men aliud eſt, ſi aliter non poſſet verificari pactum.
22 Quod ſuadetur etiam, quia † promiſſio debet in-
terpretari ad finèm, ad quem fuit principaliter ordina-
ta. *l. 1. §. non autem, ff. de fluminib. l. 2. §. quod autem di-*
23 *ximus, ff. ſi quis cautionib.* actus † enim morales indi-
cantur, ex fine intento, vt poſt Philoſophum ſcribit
Soc. Sen. *conſ. 18. num. 5. vol. 5.* Cum autem non ad alium
finem ordinatum fuerit, ne Dominus Fabius poſſet im-
pedire executionem laudi, niſi, vt non retardaretur ſatiſ-
factio creditoris, & vt illi eſſet magis cautum, quando
bona Domini Virginij non ſufficerent, eſſetque ſuper-
flua dicta promiſſio, ſi reſtringeretur ad bona tantum
d. Domini Virginij, ſequitur, quod Ceruus poſſit ſatiſ-
fieri in dimidia Domini Fabij, prout in ſimili arguit
24 Surd. *conſ. 3. ſub num. 12. 23. & 33.* vbi, *nu. 21* probat, †
verba poſita in diſpoſitione debere intelligi ſecundum
id quod veriſimile eſt partes facere voluiſſe, & cum ef-
fectu, & ſecundum materiam, ad quam ipſæ partes ſe
præpararunt, vt ibi per eum, *nu. 24. & 25.*
25 Et in ſumma, actus † debet ita interpretari, ne quis
fruſtra ſibi proſpexiſſe videatur, Marian. Iun. *conſ. 94.
n. 21. vol. 3.* Menoch. *lib. 6. præſump. 4. nu. 25.*
26 Accedat, quod vbi actus, † ex duplici capite fieri
poteſt, ex quorum vno eſt magis veriſimile fieri, cen-

ſetur in dubio ex capite veriſimiliori, & conuenientiori, Roman. *conſ.* 343. *num.* 9. Siluan. *conſ* 60. *num.* 18. *vol.* 2.
27 Item debet † interpretari vt trahatur ad caſum magis
28 neceſſarium, Crauet. *conſ.* 304. *num.* 5. Et debet † cenſeri factus ob illam cauſam, vel ad illum effectum, qui indigebat tali actu, Alba. *conſ.* 109. *num.* 18. Veriſimilius autem, & conuenientius eſt. D. Fabium promiſiſſe non impedire executionem reſpectu propriorum bonorum, quia alias ridiculè fuiſſet adhibita hæc cautio, cum non conſtet D. Fabium ius aliquod prætendere potuiſſe, in parte fratris, eratque magis neceſſaria Dauidi prouidere ſibi hoc in caſu. ergo, &c.

29 Addamus, quod actus ſubſequens † manifeſtò declarat, præcedentem voluntatem fuiſſe ipſi actu ſubſequenti conformem. Roman. *conſ.* 291. *num.* 2. Menoc. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 6. *&* *quæſt.* 22. *num.* 4. *&* 5. ſed in executione laudi demandata ab ipſo Sereniſſimo, Excellentiſſimo Senatu, *die* 30. *Martij* 1598. expreſſe declarauit differentias Ceruii fuiſſe, non minus contra Dominum Fabium, quam contra Dominum Virginium, & ipſe Dominus Fabius multoties, vt mihi ſupponitur conſtare ex pluribus eius litteris, promiſit ſatisfacere Da-
30 uidi; quæ † ſatisfactio, cum de alio debito non appareat, debet intelligi pro debito, & obligatione, de qua in dicto laudo. *l.* 1. *&* 2. *ff. de ſolution.* Rainer. de Mont. Vbian. *conſ.* 12. *num.* 13. *vol.* 1. *criminal. diuerſ. partiũ impreſſionis*, ergo etiam executio debet fieri in bonis vtriuſque, & ſic Dominus Fabius dicitur promiſiſſe quo ad bona propria.

Et eſt credibile quod ſi extenſa fuiſſet hæc promiſſio, & d. Dominus Fabius ſe ſubſcripſiſſet, quorum vtrumq; ommiſſum fuit in gratiam Fratrum de Vrſinis, vt teſtatur Sereniſſimus, in declaratione addita ipſi laudo, fuiſ-
31 ſet ſpecificata † cauſa, cur Dominus Fabius grauaretur ad ſolutionem huius debiti, quod cantabat tantum in Domino Virginio quam nunc nos non tenemur (nec licet) diuinare, Soc. Sen. *conſ.* 6. *num.* 3. *vol.* 1. & cum id iuſtis de cauſis, & vt mos gereretur ipſis debitoribus,
32 fuerit ſilentio inuolutum, non debet nocere † creditori, ſed potius facienda eſt interpretatio contra illos, quorum de cauſa data eſt occaſio dubitandi, nam verba dubia interpretantur contra obligantem ſe ambiguè, Bal. *in l. fin. nu.* 27. *C. de dot. promiſ.*

33 Poſſemus, & ſi vellemus (omiſſis multis aliis cauſis, quæ excogitari non eſſet difficile) dicere prædictos Fratres exceptis proprietatibus bonorum primogenituræ ſubiectorum, fuiſſe ſocios cæterorum omnium aliorum bonorum cuiuſcumque generis, ſicuti id præſumitur ex eo, quod diu cohabitarunt, vixerunt ad vnum panem, & vnum vinum, indifferenter ſoluerunt debita de bonis communibus, & exegerunt credita, ambo interuenerunt in venditione caſtri Nomenti, & ambo in acquiſitionibus ſtabilium ſitorum in hoc territorio, quæ omnia ſi concurrant, arguunt ſocietatem, Capt. *conſ.* 17. *num.* 5. Iaſ. 95. 2. *num.* 19. *vol.* 3. Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 56. *num.* 20. *&* 22. Decianus *conſ.* 73. *num* 16. 17. *vol.* 5.
34 † quo caſu, quando ſunt ſocij omnium bonorum, fa-
35 ctum vnius obligat alium; & omne æs alienum † etiam ab vno tantum contractum, de communi ſolui debet, *l. omne æs alienum, cum lege ſequenti ff. pro ſocio*, Iaſ. *conſ.* 73. *num.* 15. *vol.* 3. Decian. *conſ.* 85. *num.* 6 *vol.* 2. Beret.
36 *conſ.* 19. *num.* 6. cenſentur † enim tunc inuicem ſibi dediſſe mandatum, Decian. *conſ.* 29. *ſub num.* 14. *& d. conſ.*
37 85. *nu.* 6. *vol.* 2. Et alter † poteſt cogere eum qui emit, etiam nomine proprio ad communicandum bona empta, Soc. Iun. *conſ.* 83. *num.* 22. *vol.* 4. Port. *conſ.* 68. *nu.* 24. Gabr. *conſ.* 31. *num.* 4. *vol.* 2. Decian. *d. conſ.* 85. *ſub nu.* 6. *&* 7. *vol.* 2.

38 Nec eſt veriſimile quod † adhibitus fuiſſet conſenſus Domini Fabij, niſi negotium ad eum quoque ſpectaſſet, quia regulariter non requiritur conſenſus eius, cuius non intereſt, *l.* 3. *ff. de ſeru. exportand.* Alciat. *conſ.* 99. *nu.* 4. *lib.* 8.

39 Quod etiam colligitur ex † multis litteris præſentatis, tam d. Domini Fabij, quam Illuſtriſsimæ, & Excellentiſsimæ D. Beatricis, ſcriptis ab ea ad prædictum D. Fabium, in quibus eidem recordabatur debitum Cerui, & hortabatur ad illi ſatisfaciendum, qui reſcribebat ſe velle ſatisfacere, pro vt ipſa aſſeruit in litteris ſcriptis ipſi Ceruo, quæ quidem litteræ vinctæ cum alijs ſcriptis à ſepedicto Domino Fabio, & cum dicta promiſſione de non impedienda executione laudi, arguunt, eum agnouiſſe hoc debitum etiam pro ſuo, Boer. *deciſ.* 333. *num.* 3. Simon de Præt. *conſ.* 93. *num.* 51. vnde amplius recuſari nequit, Burſat. *conſ.* 217. *nu.* 4.

40 Sed quidquid ſit, an † debitum illud, & negotium eſſet etiam commune cum Domino Fabio, nec ne, ſufficit vt ſupra dicebam, quod promiſerit non contrauenire laudo ſuper eo lato, nec illius executionem impedire, per quam promiſſionem fecit negotium proprium incidenter; Negotium enim vltra ſuperius deducta, ad
41 aliquem † pluribus modis pertinere poteſt, & inter
42 eos non infrequens eſt ille, quando non ex † neceſſitate, ſed ex voluntate, mediante ratihabitione, fit noſtrum. Bal. *in l. ſi pecuniam, ſub num.* 3. *C. de negot. geſtis*,
43 & certum eſt † promiſſionem de non contraueniendo obligare, etiam quod non ſubiaceret aliqua cauſa, quia ſufficit quod de facto contraueniatur, Anguil. *conſil* 66. *num.* 70.

44 Sicuti † etiam non eſt extraneum vnius fratris res, eo conſentiente obligari poſſe pro debito alterius, *l. ſi fratres C. commun. vtriuſque Iudicij.*

Et licet hæc obligatio non ſit expreſſa, & clara quo ad bona ipſius Domini Fabij, tamen ſufficit ſi ex coniecturis colligatur, quia obligationes naſcuntur etiam ex tacito conſenſu, Archidian. *in cap. ſeruitium, ſub num.* 218. *quæſt.* 2. Simon de Præt. *conſ.* 84. *num.* 23.
45 Et in materia obligandi bona, attenditur magis mens, quam verba, *leg. final. C. quæ res pignor. obligar. poſſunt.*

A R G V M E N T V M.

Manuteneri, & ſe declarari dominium, non ſe impugnant in iudicio. De Citatione ad ſententiam Procuratoris, & Domini. Vſus, & Habitatio, ac Vſusfructus inter ſe diſtant, ſed illæ ſub hoc impropriè continentur. An cedi poſsint. Aliqua de euictione; & de fundi probatione.

S V M M A R I V M.

1 *Non eſt impedienda executio ſententiæ particularis, non afferens præiudicium irreparabile, ſtante ſpe reformationis in ſententia generali.*
2 *Cum contraria tempore debito in iudicio non deducuntur, expectandum eſt iudicium generale.*
3 *Iudicis eſt in iure ſupplere.*
4 *Ad ſententiam ſufficit citatio Procuratoris.*
5 *Monitio legitima Procuratoris facta, non debet vitiari per aliam factam ex abbundanti, ipſi Domino principali.*
6 *Admiſſus ad vnum actum, debet poſſe admitti, & ad alium ei ſimilem.*
7 *Per probationem ſententiæ reijcitur petitio in contrarium.*
8 *Membra Libelli declarantur in propoſito, & num. 9.*
10 *Petitio declaratur ex teſtamento relato in Libello.*
11 *Vſusfructus diſtat ab vſu, & habitatione; Hæ tamen ſub eo comprehenduntur impropriè. Et ſunt ipſius Cognata, num. 12.*
13 *Vſus, & habitatio alij cedi non poſſunt, ſiue ſimul, ſiue diſiunctim.*
14 *Intellige titulo lucratiuo; non autem oneroſo, numer. 15. vt locando, num. 16. vendendo, num. 17. & ſimilibus. numer. 18 Item cauſa dotis cedendo, num. 19.*
20 *Non implicat contradictionem, petere manutentionem in fructibus commoditatis vſusfructus, & ſe declarari Dominum ipſorum, nam potuit eam intentare pro ciuili,*

deſi-

Digitized by Google

deficiente poſſeſſione naturali.
21 *Rectè ſimul, & ſemel intentatur remedium poſſeſſorium retinendæ, & petitorium; diuerſis ſcilicet reſpectibus.*
22 *Fundamenta aduerſaria afferuntur, numer. 27. 29. 31. 32. 37. & 38.*
23 *Probatur identitas fundi ex duobus confinibus, alteri rei non conuenientibus.*
24 *Præcipuè accedentibus alijs coniecturis, & num. 25.*
26 *Non eſt inconueniens petere rem iam alteri particulari iudicio aſſignatam, vt in ſententia generali ſibi ius fieret.*
27 *Scientia rei alienæ non obſtante, poteſt agi de euictione, quando ea permiſſa eſt ab Auctore.*
28 *Iura tranſeunt in tertium per ceſſionem.*
29 *Pactum in aliquos initum non extenditur ad tertium.*
30 *Contractus purè, & liberè factus, non eſt ſub conditione, vel lege aliqua ponendus.*
33 *In locatione poſſeſſionis alicuius loci, includuntur terræ controuerſæ, quę ſunt pars eius, maximè, ſi in eo loco alia terræ non ſint.*
36 *Ex æquali mercede conſtituta pro omnibus iugeribus terræ, conijcitur æqualitas valoris ſingulorum, niſi contrariũ doceatur.*

CONTROVERSIA DLXI.

1 CVm executio ſententiæ particularis latæ ad † fa-
uorem M. Magnifici Domini Herculis Ricalboni
non afferat præiudicium irreparabile, ſtante ſpe refor-
mationis, ſi iuris erit, in ſententia generali, & ſolita
fideiuſſione de reſtituendo quidquid fuerit conſecutum,
non ſunt audiendi aduerſantes. quærentes eam impe
dire varijs ſubterfugijs, de quibus in eorum ſcriptura,
cuius ſi aliqua ſunt fauorabilia acceptantur, ita vt non
ſit locus pęnitentiæ, contrarijs pęnitus reiectis; quæ cum
2 tempore † debito non fuerint ab eis allegata, iure con-
queri nequeunt, ſi propriæ negligentiæ pęnam luentes
tenentur expectare ſententiam generalem, ſicuti hacte-
nus perpetuo obſeruatum eſt, præſertim cum ab eis
nunc deducta conſiſtant in iure, & ob id à Perilluſtr. Se-
3 natu, † cuius partes ſunt in iure ſupplere, fuerint opti-
mè perpenſa, licet à Domino Manzolo, vt ſuper illis cõ-
digna haberetur animaduerſio, petitum ante ſententiam
non fuerit. Propterea non obſtantibus ab eo oppoſitis,
inſtatur ex parte Domini Richalboni procedi adulterio-
ra, ſaluis iuribus in diffinitiua, & generali ſententia diſcu-
tiendis.

Quod vtique, & ſi merita cauſæ conſiderabimus, de-
negandum nequaquam erit, dum enim aiunt, ſententiã
obreptam fuiſſe nulla legitima præcedente citatione,
cum de mandato Domini Bentiuolij non appareret, re-
ſpondetur, quod ſi non eſt procurator, eius non inte-
reſt nunc haſce proponere obiectiones; & ſatis eſt
4 † quod fuerit monitus Dominus Rota, de cuius man-
5 dato conſtat, & cuius legitima † monitio non debet
vitiari per aliam ex abbundanti factam ipſi Domino
Bentiuoleo, Quæ nec inualida reddita fuit per petitio-
nem ſcripturarum; namque ſi non erat procurator, nec
6 vult potuiſſe † moneri, non potuit, nec debuit etiam
admitti ad hanc petitionem ſcripturarum, & quoties
etiam fuiſſet legitimus procurator per probationem
7 ſententiæ † cenſetur reiecta à Senatu eius petitio (*cap. ſuborta ibi intelligitur reprobaſſe de ſent. & re iudicat. capit. ex parte, il ſecondo, de appell.* Bero. *conſ. 34. num. 3. volum. 3.*)

8 Ad id verò, quod † conſideratur circa primum ca-
put Libelli Domini Richalboni, quod dum petit manu-
teneri in poſſeſſione, ſupponit ſe poſſidere, ſed turbari
in poſſeſſione, quam turbationem non probauit. Reſp.
intentionem libellantis fuiſſe, vt reſeruarentur iura ſui
principalis manutenendo eum in ſua poſſeſſione vſus,
& habitationis partis domus, & pronunciando dictam
domum non venire in præſenti iudicio, niſi affectam
prædicto onere, pro vt nunc declarando libellum omni
meliori modo, dici, & pronunciari inſtatur in ſententia
generali.

9 Ad aliud obiectionis membrum, † quod hic du-
pliciter erratum ſit, & primo, petendo vſufructum par-
tis domus, quod longe differt ab vſu, & habitatione,
10 quæ tantum peti poterat, Reſp. petitionem † declarari
ex teſtamento relato in Libello, & ita intelligendam
11 eſſe † de vſu, & habitatione, quæ tamen (licet im-
propriè) poteſt dici vſusfructus, Gloſſ. *in §. ſed ſi cui, in verbo aliquo modo, Inſtit. de vſu, & habitat. leg. cum antiquitas*, & ibi ſcribentes, *Cod. de vſufruct.* & vſus ac
12 habitatio ſunt † ſpecies, & cognatæ vſusfructus. Vi-
gel. *Method. iuris ciu. lib. 7. cap. 33. in princ.* ſed vt tollatur
omnis ęquiuocatio declaratur petitionem fuiſſe de vſu,
& habitatione, & ita etiam in ſententia generali illam
non autem vſufructum propriè ſumptum reſeruari, &
pro vſu, & habitatione ſeptem annorum prædictæ par-
tis domus creditorem dictum Dominum Richalbonum
pronunciari, omni meliori modo petitur.

13 Secundus autem error, † qui impingitur, dum di-
citur Dominum Richalbonum venire tamquam ceſſio-
narium, & nihilominus neque vſum, neque habitatio-
nem vlli alij cedi poſſe, tollitur negando ſuppoſitum,
nam & ſi verum ſit ſimpliciter vſum cedi non poſſe, *In-*
14 *ſtit. de vſu, & habitat. in fine principij*, † attamen vſus,
& habitatio ſimul, & habitatio etiam ſimplex, ſeù vt re-
ctius dicam eius commoditas, licet non poſſit concedi
titulo lucratiuo, *l. ſi habitatio, in princ. ff. de vſu, & habitatione.* Bald. & Salycet. *in leg. cum antiquitas, vterque ſub num. 3. Cod. de vſufruct.* Nicol. de Neapol. *in § ſed*
15 *ſi cui, in princ. Inſt. de vſu, & habitation.* † nihilominus
poteſt concedi titulo oneroſo, Nicol. de Neapol. *vbi*
16 *ſupr.* puta † locando *d. leg. cum antiquitas, & dict. §.*
17 *ſi cui*, † vendendo, Azo *in ſumm. Inſt. de vſu, & habitat. in princ.* Fulgoſ. *in d. l. ſi habitatio, ff. d. tit.* & alios
18 † ſimiles contractus oneroſos ineundo; quod interue-
19 nit in caſu noſtro † quia ex cauſa dotis fuit facta
ceſſio, vt patet in inſtrumento, *fol. 11. facc. 1. ibi, & hæc omnia, &c.* & quia ſocrus cedens, vt plurimum ali-
ta fuit, à Domino Richalbono, vt probabitur, prout
probabitur etiam Dominum Manzolum tota domo
gauiſum fuiſſe, & affictus illius integros percepiſſe, &
ob id teneri ad ratam d. Domino Ceſſionario, contra
id quod aiunt aduerſarij in dicta ſcriptura, *fol. 27. fac. 1.*

20 Nec eſt verum, † quod petitio fructuum annorum
ſeptem commoditatis vſus, & habitationis dictæ partis
domus, quos fuit intentio libellantis petere, non autem
verum vſumfructum, ſicuti ad omnem bonum finem,
ita declaratur, & quatenus opus ſit, etiam denuo omni
meliori modo pro eis creditorem declarari Dominum
Richalbonum petitur, non eſt verum inquam, quod
hæc petitio implicet contradictionem, ex eo quod antea
petitũ fuerit eũ manuteneri in poſſeſſ. cũ ex eo quod fa-
teatur ſe poſſidere inferrendũ ſit etiã fructus percepiſſe,
namque potuit poſſidere animo, & ciuiliter, natura-
lem vero poſſeſſionem ei occupatam eſſe, & ob id re-
ctè, & ſine implicatione contradictionis petere manu-
teneri in poſſeſſione, & fructus reſtitui, ſicuti rectè ſi-
21 mul, † & ſemel intentatur remedium poſſeſſorium
retinendæ, & petitorium, diuerſis reſpectibus; ſcilicet
poſſeſſio, reſpectu ciuilis poſſeſſionis penes ſe exiſten-
tis; petitorium autem reſpectu naturalis occupatæ ab
aduerſario, Bart. *in leg. naturaliter, §. nihil commune, num. 19. ff. de acquir. poſſeſſ.* Caſtr. *conſ. 95. num. 2. volum. 2.* Ruin. *conſ. 115. ſub num. 9. verſic. cæterum, &c. vol. 4.* Menoch. *de retinenda poſſeſſione, remed. 3. n. 522.*

22 Deſcendendo ad ſecundum caput petitionis, † op-
ponunt aduerſantes primo non conſtare de euictione
in eo allegata, quia non apparet de identitate, & ideo
nullam aſsignationem faciendam eſſe loco petiæ terræ
euictæ; ſed reſpondetur imo identitatem probatam eſ-
ſe, quia eſt eadem, quæ ſecundo loco petita fuit à
Domina Cattalana, vt in eius proceſſu, *fol. 4. facc. 2. & fol. 12. fac. 2. fol. 17. fac. 1. & fol. 25. fac. 1.* nam con-
uenit in duobus confinibus, ſcilicet in via communi, &
iuribus Monialium Sancti Bernabatis cum petia terræ,
quam dicit ſibi euictam fuiſſe D. Sigiſmunda, vt videre

Digitized by Google

ſetur in ubio ex capite veriſimiliori, & conuenientiori, Roman. *conſ.343. num.9.* Siluan. *conſ.60. num.18. vol.2.*
27 Item debet † interpretari vt trahatur ad caſum magis
28 neceſſarium, Crauet. *conſ.304. num.5.* Et debet † cenſeri factus ob illam cauſam, vel ad illum effectum, qui indigebat tali actu, Alba. *conſ.109. num.18.* Veriſimilius autem, & conuenientius eſt. D. Fabium promiſiſſe non impedire executionem reſpectu propriorum bonorum, quia alias riduculè fuiſſet adhibita hæc cautio, cum non conſtet D. Fabium ius aliquod prætendere potuiſſe, in parte fratris, eratque magis neceſſaria Dauidi prouidere ſibi hoc in caſu ergo, &c.

29 Addamus, quod actus ſubſequens † manifeſtò declarat, præcedentem voluntatem fuiſſe ipſi actu ſubſequenti conformem. Roman. *conſ. 291. num.2.* Menoc. *de præſumpt. lib.1. quæſt.19. num.6. & quæſt.22. num.4. & 5.* ſed in executione laudi demandata ab ipſo Sereniſſimo, Excellentiſſimo Senatu; *die 30. Martij* 1598. expreſſe declarauit differentias Ceruí fuiſſe, non minus contra Dominum Fabium, quam contra Dominum Virginium, & ipſe Dominus Fabius multoties, vt mihi ſupponitur conſtare ex pluribus eius litteris, promiſit ſatisfacere Da-
30 uidi; quæ † ſatisfactio, cum de alio debito non appareat, debet intelligi pro debito, & obligatione, de qua in dicto laudo. *l. 1. & 2. ff. de ſolution.* Rainer. de Mont. Vbian. *conſ.12. num.13. vol.1. criminal. diuerſ. paruę impreſſionis*, ergo etiam executio debet fieri in bonis vtriuſque, & ſic Dominus Fabius dicitur promiſiſſe quo ad bona propria.

Et eſt credibile quod ſi extenſa fuiſſet hæc promiſſio, & d. Dominus Fabius ſe ſubſcripſiſſet, quorum vtrumq; ommiſſum fuit in gratiam Fratrum de Vrſinis, vt teſtatur Sereniſſimus, in declaratione addita ipſi laudo, fuiſ-
31 ſet ſpecificata † cauſa, cur Dominus Fabius grauaretur ad ſolutionem huius debiti, quod cantabat tantum in Domino Virginio quam nunc nos non tenemur (nec licet) animare, Soc. Sen. *conſ.6. num.3. vol.1.* & cum id iuſtis de cauſis, & vt mos gereretur ipſis debitoribus,
32 fuerit ſilentio inuolutum, non debet nocere † creditori, ſed potius facienda eſt interpretatio contra illos, quorum de cauſa data eſt occaſio dubitandi, nam verba dubia interpretantur contra obligantem ſe ambigue, Bal. *in l.fin. nu.27. C. de dot. promiſ.*

33 Poſſemus, & ſi vellemus (omiſſis multis aliis cauſis, quæ excogitari non eſſet difficile) dicere prædictos Fratres exceptis proprietatibus bonorum primogenituræ ſubiectorum, fuiſſe ſocios cæterorum omnium aliorum bonorum cuiuſcumque generis, ſicuti id præſumitur ex eo, quod diu cohabitarunt, vixerunt ad vnum panem, & vnum vinum, indifferenter ſoluerunt debita de bonis communibus, & exegerunt credita, ambo interuenerunt in venditione caſtri Nomenti, & ambo in acquiſitionibus ſtabilium ſitorum in hoc territorio, quæ omnia ſi concurrant, arguunt ſocietatem, Capr. *conſ.17. num.5.* Iaſ. 95. 2. *num.19. vol.3.* Menoch. *lib.3. præſump. 56. num.20. & 22.* Decianus *conſ.73. num 16. 17. vol. 5.*
34 † quo caſu, quando ſunt ſocij omnium bonorum, fa-
35 ctum vnius obligat alium; & omne æs alienum † etiam ab vno tantum contractum, de communi ſolui debet, *l. omne æs alienum, cum lege ſequenti ff. pro ſocio*, Iaſ. *conſ. 73. num.15. vol.3.* Decian. *conſ. 85. num.6 vol.2.* Beret.
36 *conſ.19. num.6.* cenſentur † enim tunc inuicem ſibi dediſſe mandatum, Decian. *conſ.29. ſub num.14. & d. conſ.*
37 *85. nu.6. vol.2.* Et alter † poteſt cogere eum qui emit, etiam nomine proprio ad communicandum bona empta, Soc. Iun. *conſ.83. num.22. vol.4.* Port. *conſ 60 nu.24.* Gabr. *conſ.31 num.4 vol.2.* Decian. *d. con* ... *5. & 7. vol.2.*

38 Nec eſt veriſimile quod † adhibit ... ſus Domini Fabij, niſi negotium ad ... ctaſſet, quia regulariter non requirit ... cuius non intereſt. *l.3. ff. de ſeru. expor* ... *99. nu.4. lib.8.*

39 Quod etiam colligitur ex † mul ... tis, tam d. Domini Fabij, quam Illuſt ... tiſsimæ D. Beatricis, ſcriptis ab ea ad prædictum D. Fabium, in quibus eidem recordabatur debitum Cerui, & hortabatur ad illi ſatisfaciendum, qui reſcribebat ſe velle ſatisfacere, pro vt ipſa aſſeruit in litteris ſcriptis ipſi Ceruo, quæ quidem litteræ vinctæ cum alijs ſcriptis a ſepedicto Domino Fabio, & cum dicta promiſsione de non impedienda executione laudi, arguunt, eum agnouiſse hoc debitum etiam pro ſuo, Boer. *deciſ. 333. num. 3.* Simon de Præt. *conſ. 93. num. 51.* vnde amplius recuſari nequit, Burſat. *conſ.217. nu.4.*

40 Sed quidquid ſit, an † debitum illud, & negotium eſset etiam commune cum Domino Fabio, nec ne, ſufficit vt ſupra dicebam, quod promiſerit non contrauenire laudo ſuper eo lato, nec illius executionem impedire, per quam promiſsionem fecit negotium proprium incidenter; Negotium enim vltra ſuperius deducta, ad
41 aliquem † pluribus modis pertinere poteſt, & inter
42 eos non infrequens eſt ille, quando non ex † neceſsitate, ſed ex voluntate, mediante ratihabitione, fit noſtrum. Bal. *in l. ſi pecuniam, ſub num.3. C. de negot. geſtis.*
43 & certum eſt † promiſsionem de non contraueniendo obligare, etiam quod non ſubiaceret aliqua cauſa, quia ſufficit quod de facto contraueniatur, Anguil. *conſil 66 num. 70.*

44 Sicuti † etiam non eſt extraneum vnius fratris re... conſentiente obligari poſſe pro debito alterius, *l. ſi fr* ... *C. commun. vtriuſque iudicij.*

Et licet hæc obligatio non ſit expreſsa, & quo ad bona ipſius Domini Fabij, tamen ... coniecturis colligatur, quia obligationes ... etiam ex tacito conſenſu, Archidian. *in cap.* ... *ſub num. 218. quæſt. 2.* Simon de Præt. *conſ* ...

45 Et in materia obligandi bona, attenditu... quam verba, *leg. final. C. quæ res pigno*... *ſunt.*

A R G V M E N T

Manuteneri, & ſe declarari d... gnant in iudicio. De Cita... Procuratoris, & Domini. ... ac Vſusfructus inter ſe ... impropriè continentur. ... de euictione; & de fun...

S V M M

1 *Non eſt impedienda ... afferens præiudicium ... tionis in ſententia ...*
2 *Cum contraria ... expectandum eſt ...*
3 *Iudicis eſt ia ... ſ...*
4 *Ad ſententiam ſ...*
5 *Monitio legiti... per aliam fac... pals.*
6 *Admiſſus ad ... alium ei ...*
7 *Per prob...*
8 *Membra ...*
10 *Portio de...*
11 *Vſusfru... ſub eo c... gnata.*
13 *Vſus. & ... diſin...*
14 *Intellig... ve loc...*
20 ...

[illegible]

[illegible] iurium

[illegible], datur [illegible].

[illegible] res fuit alie-

[illegible] ominium, nec

[illegible] ſuis fructibus,

[illegible] iam à ſecundo

[illegible]; tam conſumpti

[illegible] litis mota.
[illegible] mpetit non ſolum pro
[illegible] parte fratris minoris

[illegible] aduerſarius dedit, vel
[illegible] orum.
[illegible] recuperatione, remiſſi-

[illegible] poteſt minor agere pro agro-
[illegible] one, omiſſa actione contra

[illegible] ſius tutoris erga poſſeſſores.

[illegible] RSIA DLXII.

[illegible] ab Illuſtri, & Mult. Excell. [illegible] Ghiſello ex perſona propria, & [illegible] orum Io. Franciſci, & Io. Domi- [illegible] retrouendendis decemocto bubu- [illegible] ſari de Philippis, cum lucro au- [illegible] ſtante, quod lapſus eſset terminus [illegible] rum patre, ad illas retroemendas vali- [illegible] mpugnari poſse à d. Domino Io. Fran- [illegible] tu minoris ætatis, prima facie videre- [illegible] om.

[illegible] dem certum eſt tutore † poſse tranſige- [illegible] pupilli, quando eius iura ſunt dubia, & [illegible] *nore in fine, & l. interdum l. 2. §. qui tute-* [illegible] & facit text. *in l. præſes, C. de tranſact.* vbi [illegible] gloſ. & Bald. *ſub num. 8.* Angel. *in l. contra iu-* [illegible] *al. in vltimis verbis, ff. de pact.* Bartol. *in l. pa-* [illegible] *oris, C. de pact.* idem *in l. cum hi, §. ſi cum his,* [illegible] *act. & in conſ. 47. verſic. ſed in dic vol. 1.* Nat. [illegible] *ub n. 5.* Oſasc. *deciſ. 58. n. 14.* Dec. *conſ. 297. alias* [illegible] *nu. 5. & conſ. 479. nu. 1.*

[illegible] od ne dum verum eſt in † bonis mobilibus, ſed [illegible] in ſtabilibus, ſuper quibus ſimpliciter tranſigere [illegible] ſine decreto, ſi poſſidentur ab aduerſario, vel etiã [illegible] ſidentur à pupillo, dummodo fiat tranſactio ea [illegible] uentione, vt res remaneat apud eum aliquo perſo- [illegible] o aduerſario, ſicuti vtrumq; probat Lamberteng. *de* [illegible] *ntract. eorum qui ſine cert. ſolemn. &c. gloſ. 1. ſub num.* [illegible] Iaſ. *in leg. 2. ſub num. 4. ff. de offic. eius.* Ruin. *conſ. 129.* [illegible] *um. 5. vol. 5.* Menoch. *de arbitrar. caſu 171. nu. 74.*

Si verò partes conuenirent, quod res poſſeſſa † per pupillum transferretur in aduerſarium, vt in caſu iſto, adhuc tenet tranſactio, ſi interueniat decretum Iudicis, prout hic interceſſit; ita ſupponunt præcitati omnes Doctores, ſed clarè hoc ſcribit gloſſ. *vltim. in leg. 1.* vbi Bart. *num. 2.* Bald. *ſub numer. 1. Cod. ſi aduerſ. tranſact.* idem *in d. leg. præſes, ſub num. 13. C. de tranſact.* Iaſ. *in d. leg. 2. ſub num. 4. ff. de offic. eius.* latè Gail. *libr. 2. obſeruat. 72. num. 1. cum ſeqq.* Honded. *conſil. 34. num. 18. volum. 2.*

4 In propoſito autem caſu † iura ipſorum de Ghiſellis ne dum erant dubia, & obſcura, quinimò clariſſimè conſtare videbatur de bono iure aduerſarij, quia & ſi

† Vide Anton. Fabr. *de error. pragmatic. decad. 15. cap. 10.* [illegible]
Pro hac conſultatione vide Morotium, *conſil. 42. in* [illegible]

Digitized by Google

ducitatis, dictis Dominis Nattis, *cap. quamuis, de re-*
ſcript. in 6. Socin. Sen. *conſ.* 164. *num.* 12. *&* 10. *volum.*
2. Ruin. *conſ.* 93. *num.* 9. *volum.* 4. Dec. *conſ.* 373. *num.*
10. Grat. *conſ.* 76. *num.* 37. *volum.* 1. Crot. *conſ.* 113. *nu-*
mer. 13. Rota *deciſ.* 592 *numer.* 7. *parte prima, in nouiſ-*
ſimis.

16 Pariterque hæc conceſſio non debet, nec poteſt re-
trotrahi in præiudicium ipſorum Iugalium, Bart. *in leg.*
ſi indebitum. § *ſi procurator, ff. rem ratam haber.* Rimi-
nald. Iun. *conſ.* 363. *ſub num.* 317. & Rimin. Sen. *conſil.*
343. *num.* 17. quia cenſetur facta cum omnibus qualita-
tibus, & vitijs quæ habebat ipſa conceſſio. Cepoll. *con-*
ſil. ciuil. 24. *numer.* 14. *&* 15. *volum.* 2.

Non obſtant modo quæ dubitando opponuntur vtri-
que capiti, & primò, circa caput expulſionis, dum di-
citur, locationem non cenſeri finitam, quia priuatio de
qua in Edicto, non fuit abſoluta, ex quo permiſſum eſt
Hæbreis exigere vſuras ad rationem decem pro cente-
nario pro creditis, quæ tempore dicti Edicti iam crea-
ta reperiebantur.

Quandoquidem reſpondetur reſolutionem contra-
ctus conceptam fuiſſe caſu, quo priuarentur facultate
mutuandi ſub vſuris, non autem exigendi pro contra-
ctibus præteritis.

Nam verbum *Praſtare*, de quo in pacto ſignificat ſe-
17 cundum communem † & vulgarem vſum loquendi,
(qui debet attendi maximè in capitulis vulgariter for-
matis, *leg. librorum,* § *quod Caſſius, ff. de legat.* 3. *leg.*
labeo, ff. de ſuppellect. legat. Arenn. *conſ.* 113. *in fi.* Alex.
conſ. 102. *num.* 12. *vol.* 6. Socin. Sen. *conſ.* 123. *num.* 6.
18 *volum.* 4. Laderch. *conſ.* 14. *num.* 2) noua † credita,
& mutua creare, quod abſolutè, & ſimpliciter per edi-
ctum fuit prohibitum, & hoc nobis ſufficit, quia
19 † in contractibus pacta ſunt diligenter obſeruanda. Pur-
pur. *conſ.* 253. *num.* 14. & debent intelligi in terminis in
quibus loquuntur. Grat. *conſil.* 20. *numer.* 23. *volum.* 1.
debentque Iuriſtæ ſemper ponderare vocabula, Bald. *in*
leg. ſi vt propouis, in fine, Cod. de executione rei iudicata,
20 quia in minimo verbo conſiſtit magnus effectus. Paul.
de Caſtr. *in leg. final.* § 1. *num.* 2. *in fine, Cod. de indict.*
viduit. tollend. pro quibus concurrunt optimè tex. *in leg.*
ſi quis ſtipulatus ſit., ibi, *reſpiciendus erit ſermo, & leg. ſi*
ita ſtipulatus, § *Griſogonus,* ibi, *in ſtipulationibus ver-*
ba, &c. ff. de verbor. obligation. leg. fideiuſſoris magiſtrat.
ibi, *facta ſubſcriptione, ff. de fideiuſſ. leg. licet, ff. ſi cert.*
petat. leg. intereſt, ff. de ſolution. cap. porrò, extra de priui-
legijs.

21 Et in contractibus † verba propriè; & ſtrictiſſimè
ſunt accipienda. *leg. quidquid aſtringenda, ff. de verb. o-*
bligat. cap. cum dilect., de donation. Alex. *conſ.* 75. *num.*
7. *volum.* 2. Socin. Sen. *conſ.* 24. *num.* 2. *volum.* 3. Grat.
conſ. 53. *num.* 26. *volum.* 1. nec patiuntur extenſionem
22 de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, nec de
re ad rem. Dec. *conſ* 555. *num.* 5. Natt. *conſ.* 373. *num.*
23 7. ſed ita interpretantur, vt quæcumque † in eis ex-
preſſa non fuerint, habeantur pro omiſſis, re, loco, tem-
pore, & perſonis. Socin. Sen. *conſ.* 64. *n.* 6. *& conſil.* 70.
24 *num.* 5. *volum.* 3. præſumuntur .n. contrahentes † velle
tantum id, quod dicunt, & non aliud, nam ſi plus vel-
lent, & hoc ſciuiſſent dicere, Cephal. *conſ.* 626. *num.* 11.
Honded. *conſ.* 50. *ſub. num.* 20. *volum.* 1.

25 Et cum hic verba ſint clara † non debet eſſe locus di-
ſputationi, nec vlterius quærendum. *leg. ille, aut ille,*
ff. de legat. 3. Socin. Iun. *conſ.* 160. *num.* 47. *volumin.* 2.
Roland. *conſ.* 61 *num.* 31. *volum.* 3.

26 Vnde cum obiectum † quod conſiſtit circa exactio-
nem vſurarum creditorum præteritorum non conue-
niat verbis pacti, quoniã loquuntur de noua præſtatio-
ne, non poteſt etiam adaptari, ſeu militare eius virtus,
& effectus, *leg.* 4. § *toties, ff. de damn. infect. leg. ita au-*
tem, in princ. ff. de adminiſtr. tutor.

Ad id verò, quod magis vrget, & ſecundo loco obij-
citur eidẽ ex capite expulſionis, & finitæ locationis non
eſſe audiendos Dominos Iugales, quia in capitulis legi-
tur, quod in caſum nouæ conceſsionis fiendæ Hæbreis
per Principem, intelligatur facta reconductio domus,
etiam quod res tenderet in infinitum; Propterea ſtante
noua conceſsione, videri ipſo iure factam reconductio-
nem vigore pacti, quod imponit neceſsitatem locatori
27 † qui alias fuiſset cum libertate relocandi primo con-
ductori, *leg. ne cui,* vbi ſcribentes, *C. locat.*

Reſpondetur dictum pactum relocandi in caſum con-
firmationis, ſeu nouæ conceſsionis, intelligendum eſse
de confirmatione, quæ fieret durante termino conductæ,
28 quia † confirmatio præſupponit aliquid prius eſse,
29 quod confirmari poſsit, & dicitur corroboratio † iu-
ris prius acquiſiti. Hoſtienſ. & Goffred. *in ſumma de*
confirmat. vtili, vel inutil. vterque num. 1. Decius *in ru-*
br. dict. titul. ſub num. 1. Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 18. *vol.* 1.
30 Gigas, *conſ.* 5. *num.* 10. quæ ſi fieret pro longiori ter-
mino, diceretur prorogatio. *leg. ſed ſi manente, ff. de*
precar. leg. 4. *in princ. ff. de damn. infect.* Ruin. *conſil.*
169. *ſub nu.* 5. *vol.* 1. Laurent. de Pin. *conſ.* 120. *ſub n.* 14.

Et ita quoque quatenus loquitur de noua cõceſsione
31 illud met intelligi debet de conceſsione † ſucceſsiua
immediatè poſt primam, quæ propriè dicitur renoua-
tio, vt per Ruin. & Laurent. de Pin. locis proximè cita-
tis, non autem de ea quæ fieret poſt ſemel expulſos He-
bræos, ſine ſpe remiſsionis.

Qui ſenſus, & intellectus, vltra quod tenori capitu-
lorum valde applaudit, videtur eſſe recipiendus, quia
32 præſumendum eſt partes magis intellexiſſe † de con-
ceſſione quæ fieret iure ordinario ſucceſsiuè poſt termi-
nos naturaliter finitos, quam extraordinario, & acci-
dentali, *leg. ſeio,* § *medico,* vbi Bart. *ff. de annuis legat.*
Dec. *conſ.* 430. *num.* 7. Iaſ. *conſ.* 77. *ſub n.* 17. *vol.* 1. Grat.
conſ. 9. *num.* 136. *vol.* 1. Siluan. *conſ.* 35. *num.* 47. Bero. *conſ.*
187. *num.* 1. *volum.* 1. Natt. *conſ.* 515. *num.* 31.

33 Imo ſenſus iſte nedum probabilis, † ſed etiam verus,
& neceſſarius videtur, nec aliter intelligi poſſe capitu-
lum prædictum, quia inferius expreſsè cauetur quod vno
de duobus caſibus contractus eſſet reſolutus, & partes
in libertate, altero ſcilicet naturaliter fluxis temporibus
conductæ, & lapſo biennio contrabanni ſolito concedi
poſt finitam conductam; altero verò, ſi ipſi Hæbrei
priuarentur facultate mutuãdi ſub vſuris; ſi igitur in ca-
ſum huius priuationis contractus iuxta tenorem dicti
capituli debet eſſe finitus, & partes in libertate; ſequi-
tur neceſſariò, quod etiam ſuperueniente noua conceſ-
ſione non ſit renouanda locatio, quia tunc non verifi-
caretur contractum eſſe finitum, & partes in libertate;
34 libertas enim † eſt naturalis facultas eius, quod cuiq;
facere libet, niſi quod vi, aut iure prohibetur *Inſtitut.*
de iure perſonarum, in principio. Vnde pactum no-
uæ locationis fiendæ non poteſt intelligi hoc in caſu, ſed
tantum, vbi conducta eſſet finita naturaliter, & ſubſe-
cuta renouatio infra tempus contrabanni.

Nec dicatur quod pactum reſolutionis contractus, &
libertatis partium intelligatur & ipſum quoque dum-
modo poſt priuationem lapſum ſit biennium Contra-
banni, ſicuti, & in caſu conductæ naturaliter finitæ.
Quia primo dico, quod capitula videntur innuere, iſtum
terminum contrabanni non dari iſto caſu priuationis,
ſed tantum in alio.

Nihilominus, admiſſo, quod omne tempus tolleran-
tiæ poſt priuationem veniret appellatione contrabanni,
adhuc reſpondeo, quod per conceſsionem factam infra
iſtud tempus (exennij) condonati poſt priuationem, non
fieret locus relocationi, quia iſto in caſu nulla fuit ha-
bita mentio contrabanni, ſed dictum ſimpliciter, quod
ipſis priuatis facultate mutuandi, partes, & cõtractus eſ-
ſen in libertate; quod ſi † contrahentes voluiſſent hanc
reſolutionem retardari vſq; poſt contrabannum, facilli-
me fuiſſet eis exprimere hoc iſto in caſu, ſicuti expreſſe-
runt in poſteriori illi proximè ſubſequenti; Vnde cum
fuerit ommiſſum, debet haberi pro ommiſſo, pro vt pro-
batum eſt ſuperius.

36 Sufficitque Dominis Nattis, † ſi dicant, pactum, hoc
in caſu non loquitur de contrabanno, ex quo ſolo habe-
bunt fundatam intentionem, niſi oppoſitum perſpicue
demon-

Digitized by Google

demonſtratur ab aduerſarijs, vt in ſimili de ſubſtitutione tradunt Soc.Sen. *conſ.62.ſub nu.4.vol.3.* Burſat. *conſ.86. num.1.* D.Surd. *conſ.44.nu.1.* Rimin. Iun. *conſ.50.pariter num.1.*

37. Quæ argumentatio & exceptio ſi admittitur † in vltimis voluntatibus,in quibus latior fit interpretatio,multo magis vendicat ſibi locum in contractibus ſtrictiorem habentibus naturam,vt *in cap.cum dilecti,de donation.*

Stat igitur hucuſque prima reſponſio, quod pactum relocationis in caſum nouæ conceſſionis non intelligatur quando Hæbrei fuiſſent priuati accidentaliter & extraordinarie, ſed tantum vbi eorum ius expiraſſet per la-
38 pſum temporis, Quod etiam ſuadetur † quia in contractibus ea ſemper interpretatio capi debet, vt quis minus obligatus cenſeatur, Angel. *conſ.77. cap.fin.* Pariſ. *conſ.96. num.22. vol.3.* Nat. *conſ.103. num.6.* Riminal.
39 Iun. *conſ.504. num.13.* & per † quam res reducatur ad primæuum ſtatum,Gozad. *conſ.9. num.31.* ſicuti intelligendo ſupradicto modo minus obligabuntur D.Iugales, & in caſum priuationis ius ipſius domus reuertetur ad primæuum ſtatum..

40 Et ſi ſecus diceremus,ſequeretur † quod in caſu priuationis ius D. Iugalium ſtaret in pendenti,ex eo quod Hæbrei poſſent quandoque admitti per nouam conceſſionem,quod valde abſurdum eſt,& contra *l.fin.ff.communi prædior.* abhorrentem actuum ſuſpenſionem.

Deuenio nunc ad caput lucri melioramentorum,circa quod pariter multipliciter dubitatur. Et primò, quia prætenſio iſtius lucri videtur pendere à reſtitutione domus,& habere tantum locum, vbi fieret reſtitutio, vnde ceſſante reſtitutione ceſſare debet & lucrum.

Sed reſpondetur ex ſupradictis ſatis demonſtratum eſſe, Hæbreos teneri ad reſtitutionem, neque nos verſari in caſu relocationis; ergo retorquendo argumentum, ſtante obligatione reſtitutionis factus eſt locus ipſi lucro.

Veruntamen admiſſo citra veri præiudicium quod eſſemus in caſu renouandæ locationis, & ſic non eſſet facienda reſtitutio,adhuc perſiſto,Dominos Iugales lucratos fuiſſe hæc melioramenta,quia ſtatim adempta facultate mutuandi ſub vſuris,debebat fieri d. reſtitutio iuxta
41 tenorem capitulorum,& per conſequens etiam † illico fuit acquiſitum ius huius lucri, quæ quidem reſtitutio licet nunc ceſſaret propter ſubſecutam conceſſionem, tamen non præiudicaret iuri quæſito,quia hoc contingeret noua de cauſa,poſt effectum iam conſumatum, quo caſu ceſſante cauſa non tollitur effectus, nec viuificatur ius iam extinctum,vt ſuperius deductum fuit.

Et licet pactum dicat quod in caſum nouæ conceſſionis intelligatur facta relocatio, tamen non diſponit aliquid de recuperatione melioramentorum.

42 Non obſtat quod replicatur, † tempus contrabanni procedere,ne dum quando ſequitur reſolutio contractus per lapſum temporis ſed & per priuationem,ponderando verba capituli, *Nel qual caſo &c.* iunctis verbis præcedentibus, quaſi ſit ſenſus, quod eueniente priuatione, vel finita conducta, ſi vtroque dictorum caſuum labatur biennium contrabanni,tunc intelligatur factus locus reſtitutioni, Quocirca cum tempore nouæ conceſſionis non eſſet lapſum d.biennium contrabanni,ſequitur quod non dum venerat caſus ſeu tempus reſtitutionis.

43 Quinimo augendo difficultatem † ſubijcitur in motiuis tempus contrabanni hoc in caſu non debere conſiderari pro biennio tantum, ſed pro ſexennio præfixo,Hæbreis ad exigendum ſua credita,cum Domini Iugales teneantur vti edicto, in quo ſe fundauit cum omnibus ſuis qualitatibus.

Reſpondetur enim, tempus contrabanni, ſeu hanc qualitatem non poſſe cadere in præſenti caſu, nec iſtud ſexennium poſſe appellari contrabannum, quia contrabannum eſt illud tempus, quod datur illis qui poſt ſaluum conductum tenentur recedere hic, aut non fuit illis prohibita habitatio, ſed tantum præſtatio ſub vſuris. Præterea dico tempus contrabanni, non fuiſſe conſideratum, niſi in reſolutione contractus, per lapſum temporis; non etiam per priuationem, vt ſuperius deduxi; ſtat namque capitulum alternatiue conceptum, quod eueniente caſu reſtitutionis, qui erit, vel ſi Sereniſſimus priuabit Hæbreos, facultate mutuandi cũ intereſſe,& hoc primũ caput eſt per caſũ ſine mentione contrabanni, vel (& hoc eſt alterum caput) ſi labentur tempora eorum conductæ, & biennium contrabanni ſolitum eis concedi, & ſic patet habitam fuiſſe rationem contrabanni, in caſu tantum reſolutionis, per lapſum temporis; Vnde quo ad alterum caput, quod indiſtinctè, & ſine aliqua plica determinat, & declarat caſum reſtitutionis eueniſſe ſecuta priuatione,ſtatim publicato edicto factus fuit locus ipſi reſtitutioni, & lucro d. melioramentorum.

44 Nec refert quod verba,† *Nel qual caſo*,in ſingulari numero videantur referri ad vnum tantum caſum, ſcilicet contrabanni, non autem ad plures, quia dictum fuiſſet, *Ne quals caſi*, in plurali.

45 Namque reſpondetur, † quod in alternatiuis ſufficit diſpoſitionem factam ſub pluribus conditionibus, verificari in vna tantum, *cap.in alternatiuis,de regul. iur. in 6.l.ſi hæredi plures,ff.de condit.inſtitut.*& ideo rectè licet duo præceſſiſſent caſus,dictum fuit in ſingulari,*Nel qual caſo*, ſcilicet ex duobus qui contingeret.

45 Minus turbat quod in edicto † præfigatur ſexennium ad exigenda credita ipſis Hæbreis,quo tenentur vti cum ſuis qualitatibus; quia fateor quod Domini Iugales ad id obligarentur, nec poſſent expellere conductores, ante ſexennium,quando pacto non conueniſſent, quod intelligeretur eueniſſe caſus reſtitutionis, ſtatim quod priuarentur facultate mutuandi.

47 Quod verò poſtremo dicitur, † abſurdum eſſe intelligere, quod interim tempore ſexennij, Hæbrei priuati remaneant Synagoga qua indigent, dum tollerantur in eorum ritibus, cum non valeant interim recidere; remo-
48 uetur, Reſpondendo, hoc † illis computandum eſſe, qui cautius ſibi non prouiderunt, & voluerunt finitam eſſe locationem, & reſtituendam domum, adempta facultate mutuandi, qua adempta, ſi non obtinuiſſent à Sereniſſimo Domino, veram conceſſionem, erant omnes receſſuri, paucis exceptis, qui noluiſſent ſoluere tantam penſionem, pro Synagoga, quam eo in caſu in domibus; eorum habitationis erexiſſent ſicuti alias fecerunt.

Et negatur, quod interim non valuiſſent recedere, & alibi quærere Synagogam, quia exactio creditorum non imponebat præciſam neceſſitatem manendi ibi, vt notum eſt.

Et quatenus, etiam non potuiſſent abire, ſi emendaſſent errorem propriæ imprudentiæ, cedendo melioramenta, & augendo penſionem,non defuiſſet Synagoga, ſicuti nec nunc defutura eſt, ſi ad predicta parati erunt.

A R G V M E N T V M.

Locatio in annos ſingulos eſt vnica. Idem eſt in ſtipulatione huiuſmodi, & de ipſorum effectibus.

S V M M A R I V M.

1 *Afferuntur verba Capitulo, in propoſita controuerſia.*
2 *Cum verba diſpoſitionis ſunt clara, nil amplius eſt quærendum.*
3 *Locatio conſtituta in annos ſingulos ſtatutis terminis,eſt vna, & non plures.*
4 *Idem in ſtipulationem in ſingulos annos; ex qua vnica naſcitur obligatio & actio,pro omnibus annis,etſi differretur exactio, num.5.*
6 *Talis permittens poteſt ab initio condemnari, at non excuti pro omnibus annis.*
7 *Filio ita ſtipulante, patri ab initio totum quæritur, vt eo poſtea emancipato nil ſibi remaneat, iure in patre perdurante.*

8 *Vni*

Digitized by Google

8 *Vnica debetur gabella pro talibus ſtipulationibus.*
9 *Creditum quæſitum non poteſt, ex poſt contingentibus variari.*
10 *Totum debet eſſe eius, cuius eſt pars.*
11 *Adiudicatio creditorum vniuerſalis comprehendit penſiones omnes etſi inexigibiles, & alia huiuſmodi credita, quod procedit etiam in indefinita locatione. Et n.12.*

CONTROVERSIA DLVII.

PEnſiones terrarum, quæ reperiebantur locatæ tempore laudi lati à Sereniſſimis Dominis, inter Illuſtriſ. Dominos Theodoſium, & Ludouicum patruum, & nepotem reſpectiue de Panitijs, vtique ſpectant ad ipſum Dominum Ludouicum; quia hoc expreſſe dicitur in vno ex capitulis illius, ibi:

1 *Tutti li crediti tanto nella Città, come fori, † che tengono eſſi Signori Panizzi con chi ſi ſia, maſſime con lauorenti affittuali, & altri, reſtaranno tutti à libera diſpoſitione del Signor Lodouico, ſenza ch'il Signor Theodoſio poſſa in eſſi, pretendere più oltre alcuna coſa.*

2 Vnde cum verba ſint clariſſima, † non poteſt eſſe locus alicui dubitationi ſeu diſputationi, nec quidquã vlterius querendum eſt, *l. ille aut ille, ff. de legat. 3.* Socin. Iun. *conſ. 160. num. 47. vol. 2.* Rolan. *conſ. 61. num. 31. volum. 3.*

Neque ipſe Dominus Theodoſius iuuatur ex declatione quam miſterioſe procurauit, ad hunc ſolum effectum, vt interciperet has penſiones, in qua habetur ſupradictum capitulum.

Douerci intendere dei crediti della caſa, nanti la diuiſione, ò altrimente fatti in commune, & non dopo c'hanno godute l'entrate ſeparatamente.

Et per conſequens cum penſiones, nunc controuerſæ, ſint pro fructibus annorum decurſorum, poſt inſtrumentum diuiſionis, tempore quo diuiſerant introitus, & ante ſententiam prolatam ab ipſis Sereniſſimis, debere ſpectare, pro rata parte ad predictum Dominum Theodoſium.

Siquidem (vt mihi præſuponitur) locatio de cuius penſionibus diſputatur, facta fuerat ante inſtrumentum prædictæ diuiſionis pro multis annis, conſtituta mercede in ſingulos annos ſtatutis terminis, quæ durabat adhuc medio tempore inter diuiſionem, & ſententiam,
3 & propterea dicebatur vnica tantum † locatio, & non plures. Bartol. *in l. ſi ſeruus communis Arnij, §. final. ſub nu. 7. verſic. & ſi fiat locatio, ff. de ſtipulat. ſeruor.* Bald. *conſ. 316. in princip.* & ibi Roueſcal. *in addit. vol. 3.* Soc. Sen. *conſ. 125. ante num. primum vol. 1.* Socin. Iun. de communi, *conſ. 68 num. 3. vol. 2.* Boſſ. *in tit. de remiſſion. merced. nu. 23.* Caroc. *de locat. tit. de diuiſione locationis fol. 7. in impreſſione in 4. & in tit. de multiplicatione contractus locationis, quæſt. 1. num. 15. fol. 158. in impreſſione in fol.*

4 Stipulatio enim in annos † ſingulos eſt vna, & non multiplex, *l. ſi ſtichum 10. §. 1. ff. de verb. obligat. l. Senatus, in fine, ff. de donation. cauſ. mortis. l. ſi à Coleno, in princi-*
* *pio, ff. de fideiuſ.*

5 Et ob id etiam vna erat tandum † obligatio, & actio quæ orta erat à principio pro omnibus annis, licet differretur exactio, vſque ad terminos ſtatutos, *l. ſi filius famil. in princip. ff. de verbor. oblig.* & tradunt Gloſ. *in d. l. ſi*
6 *ſtichum, §. 1. in gloſ. magn. circa medium,* vbi † inquit, quod talis ſtipulatio dicitur vna; quia vnica actio naſcitur ab initio pro omnibus annis, & ibi Bartol. *ſub n. 1.* Angel. *in verſic. Tu dic. &c.* Bal. optime *in ſummario,* Iaſ. *ſub num. 1. in prima vtilitate;* Imola, *colum. 2. verſic. Angelus hic dicit, &c.* Caſtr. *circa princip. & melius in quarta vtilitate,* vbi inquit, quod ab initio poteſt condemnari pro omnibus annis, licet exactio non poſſit fieri, Claud. Aquenſ. *ſub n. 1. & 4.* Alc. *in princip. ff. de verb.*
7 *oblig.* Vbi inferunt ad plura; & primo † quod ſi filius in poteſtate patris ſtipuletur ſibi, pro pluribus annis, in annos ſingulos, actio acquiritur patri à principio pro illis omnibus; adeo, vt ſi filius poſtmodum emancipetur eis non dum fluxis, adhuc nihil ei acquiratur, ſed omnis obligatio debeatur patri, & actio in eo conſiſtat, & perduret.

8 Pari ratione, pro ſimilibus † ſtipulationibus inferunt vnicam tantum deberi gabellam, pro omnibus annis datiario qui reperitur tempore contractus, non autem illi, qui ſuccedit pro annis ſequentibus, & multa huiuſce generis, quæ potius laborioſum quam vtile, eſſet refferre, cumulant, ibidem Zaſ. *in d. §. 1. l. ſi ſtichum, ſub num. 6.* & Barbatia *fol. 109. vol. 2.*

Si igitur iſtud erat vnicum creditum, & vnica actio inchoata ante inſtrumentum diuiſionis, ſequitur quod etiam ſecundum tenorẽ ſupradictæ declarationis, & ea non obſtante, tales penſiones debeantur ipſi Domino
9 Ludouico, attento initio obligationis, cum illi † debeantur omnia credita contracta, ante ipſam diuiſionem, cuius crediti vis non poteſt variari, ex poſt contingen-
10 tibus, ſed omne debet eſſe eius cuius eſt pars, vt ſupra exemplificatum eſt in ſtipulatione filij.

11 Nec refert, quod tales penſiones non eſſent ab initio exigibiles, quia cum adiudicatio dictorum creditorum ſit vniuerſalis, & geminata, cantante capitulo; *Tutti i crediti tanto nella Città come fori, reſtaranno tutti,* veniunt etiam huiuſmodi credita, Crot. *conſ. 14. per totum,*
23 *maximè n. 13.* Teſſaur. *deciſ. 235. per tot.* vbi dicit † ita iudicatum, etiam ſi locutio non eſſet vniuerſalis, ſed tantum indefinita.

* Hoc videtur procedere in ſtipulatione annorum incerta; ſecus, in ſtipulatione aliquorum annorum, puta quinque, vel ſex, ex traditis per Zaſium, *in d. §. 1. in 6. & in 4. fallentia.*

ARGVMENTVM.

De Æſtimationibus iam factis reuidendis. Eæ debent fieri ſeruata potius æquitate, quam ſummo iure. Et haberi debet reſpectus in æqualitate ad ſortem ipſam, & ad fructus, ac redditus.

SVMMARIVM:

1 *Æſtimatio periti non tranſit in rem iudicatam.*
2 *Ea debet reuideri ad inſtantiam partis per nouam æſtimationem, etſi eſſet firmata per Iudicem.*
3 *Dum contenditur ſuper mala æſtimatione, incumbit æſtimatoribus onus probandi eam per ſe rectè factam.*
4 *Id procedit cum Periti ſunt electi à iudice; non verò à parte; tunc enim tranſeunt in iudicatum ea æſtimationes, ſecundum* Iaſon.
5 *Hæc doctrina eſt ſuſpecta* Pacian.
6 *Nullatenus procedit dubitatio, cum ambo ſunt electi de communi conſenſu non ſinguli à ſingulis.*
7 *Doctrina* Iaſ. *non obtinet in caſu, in quo non poteſt culpa imputari parti, vt in minore, vel cum ſententia definitiua attenditur poſt æſtimationem, num. 8.*
9 *Curator ad lites non eſt ſufficiens ad faciendam diuiſionẽ.*
10 *In diuiſionibus maxima æqualitas eſt ſeruanda.*
11 *Præcipuè inter filios, ne ad arma deueniatur.*
12 *Æqualitas eſt inductiua, nutritiua, confirmatiua, & conſolidatiua concordiæ, & ob eam eſt recedendum à regulis omnibus.*
13 *Debet eſſe ſecundum æquitatem, magis quam iuxta rigorem iuris, & num. 14.*
15 *Et plurimum operatur arbitrium Iudicis.*
16 *Eſt attendenda æqualitas in diuiſione, reſpectu proprietatis, & fructuum, ac redditum.*
17 *Non patiuntur commodam diuiſionem res, quarum vna ſit modici fructus, alia magna æſtimationis, at fructus exigui.*
18 *In diuiſionibus non attenditur poſſibilitas, ſed cõmoditas.*
19 *Cum bona non patiuntur commodam diuiſionem, eſt locus licitationi, cui poteſt altera pars offerre.*
20 *Minor poteſt facere oblationem licitationis, dum euitat læſionem, & damnum; maximè ſi curator à Iudice fuit ad id creatus.*

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA DLVIII.

NOn eſt deneganda noua æſtimatio petita ad inſtan-
tiam Dominę Lauræ de Fiorinis, vel ſaltem nõ eſt
recuſanda oblatio ab ea facta in ſcriptura eius nomine
producta, *ſub die 14. Auguſti, 1603. de qua fol. 19. fac 2.*
& ab ea approbata cum curatore ſpeciali, *die 20. Sep-*
* *tembris euſdem anni, vt fol. 21. fac. 2.*
1 Nam quo ad primum, iſtud receptum † eſt, vt re-
lationes æſtimatorum, tamquam ex iudicio peritorum,
& de credulitate relatæ, & per conſequens quæ nunquã
tranſeunt in iudicatum debent, ad inſtantiam alicuius
2 † ex partibus ſaltem per alteram vicem reuideri per no-
uam æſtimationem, quamuis iam confirmatæ eſſent per
iudicem, vt poſt Bald. *in cap. penultim. num. 1.* & ibi Fe-
lin. *num. 2. & paulo infra, verſic. dictum tamen eſt verum
in ſe, &c. extra de probation.* reſpondit Rimin. Iun. *con-
ſil. 212. per tot.* Viuius *commun. opin. 704. in verb. ſenten-
tia*, Surd. *dec. 256. num. 10. & 11.* pro qua ſententia
eſt textus optimus *in dict. cap. penultim.* ſupponendo
eius diſpoſitionem procedere, & loqui, quando iam
lata erat ſententia, prout ita intelligi poſſe tradit ibidẽ
Antonius de Butrio, *ſub num. 6.* & cœteri ſequuntur, re-
ferente Felino eo loci, *ſub num. 2. verſic. ſed non eſt te-
xtus melior. &c.*
3 Hinc eſt, quod † ſi contendatur ęſtimationem nõ eſ-
ſe rectè factam, incumbit onus probandi æſtimatoribus
ſe rectè æſtimaſſe, non autem parti neganti, Bart. *in leg.
1.* & ibi Io: de Plat. *verſic. Item quero, cui incumbit, &c.
Cod. de diſcuſſor. libr. 10.* Hieronym. de Mont. *in tract.
de finibus regend. cap. 26. num 12.* D. Menoch. *de adipi-
ſcend. poſſeſſ. remed. 5. num. 167.* Franc. Curt. *in addit.
ad Alex. in leg. pretia rerum, ſub num. 6. in verbo Peri-
torum, ff. ad leg. Falcid.* & ſic patet quod non præſumi-
tur pro æſtimatione.
4 Nec turbat, quod prædicta procedant tantũ † quan-
do æſtimatores fuerunt electi à Iudice, non autem de
partium conſenſu, & ab ipſiſmet partibus, in quo vlti-
mo caſu non conceditur reuiſio, ſed eorum relatio tran-
ſit in iudicatum, ſecundum peregrinam limitationem
Iaſ. *in leg. admonendi, in ſecunda lectura, ſeu in repetitio-
ne, ſub num. 43. verſic. ex iſtis ego infero, &c. ff. de iure
iurand.* quã ſequuntur multi, quos cumulat Riminald.
Iun. *dict. conſ. 212. num. 19.*
5 Quia omiſſo quod de † eius veritate dubitat Ex-
cellens Modernus Fuluius Pacianus *in tractat. cui incum-
bat onus probandi, libr. 1. cap. 47. ſub num. 92.* ommiſſo
6 etiam † quod fortè non procedit dicta limitatio, quã-
do vna ex partibus elegit vnum peritum, & altera al-
terum, quia tunc aduerſarius non videtur alienus à par-
te aduerſa, ſicuti præſupponitur à Iaſone; dico, ample-
7 ctendo veram † reſolutionem, quod eius doctrina
non habet locũ quando daretur caſus, quod partib. non
poſſet imputari cur peritiores non adhibuiſſent, ſic prę-
cisè contingit in minoribns, quibus nihil vnquam adeo
imputat lex, quin eis ſuccurrere velit, ita declarat Ri-
min. Iun. *in dict. conſ. 212. num. 20.* ex mente Abb. *in
dict. cap. penultim. column. 2. verſ. pro hoc ratio textus,
&c.* & ibi expreſsius Felinus, *ſub numero ſecundo, verſic.
& hoc procedere poteſt ſecundum Dominum Abbatem,
&c. extra de probation.*
8 Præterquamquod † iſtud non prohibetur, quando
expectatur alia ſententia diffinitiua poſt confirmatio-
nem æſtimationis, vt hic Riminald. Iun. *dict. conſ. 212.*
9 Addamus, quod non apparet † in proceſſu, Curato-
rem Dominæ Lauræ à quo fuit electus æſtimator pro
eius parte, fuiſſe Curatorem ſpecificè ad faciendam di-
uiſionem, ſed tantum ad lites, quod non ſufficit, gl. *in
leg. inter pupillos in verbo præſente. ff. de auctorit. tutor.*
Ioſ. Ludou. *in ſuis commun. concluſ. in concluſione, quæ in
meo libro eſt ſub titulo de mandato circa finem, verſicul.
Nonageſimo, ad faciendam diuiſionem.* Peregrin. Ian-
nin. *in tractat. de reali cutat. lib. 3. capit. 21. numer. 105.*
qui allegat Rebuff. *in tractat. concordant. in rubric. de
elect. derogat. verſic. 47.*
Vbi verò placeret non eſſe deueniendum ad nouam
æſtimationem, tunc ſaltem admittenda eſt oblatio Do-
10 minæ Lauræ; nam illud certum eſt, † quod in diuiſio-
11 nibus, & maximè, inter filios † æqualitas eſt ſeruan-
da, & tollenda occaſio, per quam naſcatur diſcordia,
& inuidia, *leg. inter filios, Cod. famil. herciſcund. leg. 1.
Cod. vnde liber. leg. vt liberis, Cod. de collation.* Purpur.
conſ. 512. numer. 27. Rube. *conſ. 7. numer. 7.* vbi inquit,
12 quod † ęqualitas eſt inductiua, nutritiua, confirmatiua,
& conſolidatiua concordię, & propter eam ſeruandam
recedendum eſt à regulis omnibus, & conſuetis, Curt.
Iun. *conſ. 80. ſub num. 1.* idem *conſ. 320. num. 22.* Are-
tin. *conſil. 152. ſub numero tertio, verſicul. confirma-
tur, &c.*
13 Et hæc æqualitas † debet eſſe ſecundum æquitatem
vt per Menoch. *conſ. 211. num. 112.* & & iuſta, ſed tamẽ
æqua arbitrio boni viri, Roland. *conſ. 13. num. 36. vo-*
14 *lum. 4.* quia † in diuiſionib. maximè inter fratres, pro-
15 ceditur ex bono, & æquo, & plurimum † operatur
arbitrium Iudicis, *leg. non amplius, §. final. ff. de legat. 1.*
Alciat. *conſ. 334. num. 1. alias eſt conſ. 20. lib. 6.* Decian.
conſ. 15. num. 52. volum. 1.
16 In caſu autem iſto, in quo adſunt bona † modici va-
loris, & magni introitus, vt eſt fornax, & è conuerſo
extant bona magni valoris, reſpectu æſtimationis, &
tenuis cenſus, vt ſunt domus ſitæ in burgo portus ſi adiu-
dicarentur vni bona magni introitus, pro vera ęſtima-
tione proprietatis, non habita ratione fructuum, & al-
teri bona magni valoris, & modicæ vtilitatis, profectò
hic orıretur maxima inęqualitas, & inuidia inter has
ſorores; Vnde cum huiuſmodi ſit fornax, vt vtrique
nequeat aſsignari virilis portio, ſed neceſſe ſit, quod v-
ni tantum obueniat, & alteri domus magnæ æſtimatio-
17 nis, & modici fructus; ſequitur, † quod hæc bona
dicãtur pati non commodam diuiſionem; quia ad hoc,
vt res dicatur non poſse diuidi, non attenditur poſsibi-
18 litas † præciſa, ſed commoditas, & vtilitas, *dict. leg.
non amplius, §. final. ff. de legat. 1. leg. ad officiũ, §. cum
autem, Cod. commun. diuidund. leg. 2. in fine, cum lege
ſequenti, ff. fin. regund. §. final Inſtitut. de offic. iudic.* De-
cian. *conſ. 11. num. 39. & 40. volum. 4.*
19 Quando autem bona † in diuiſione, non patiuntur
commodam diuiſionem, tunc locus eſt licitationi, &
altera pars poteſt offerre, & proponere conditiones,
nec poſsunt recuſari. *leg. ſancimus, §. ſin autem amplia-
tionis, Cod. de donation.* vbi Gloſs. *leg. 2. & 3. Cod. com-
mun. diuidund.* Aretin. *conſ. 156. ſub num. 2. verſic. ſed
quia ſuper iſtis, &c.* Capic. *deciſ. 36. num. 1.*
20 Neque obſtat, quod † Domina Laura ſit minor,
& propterea non videatur poſse facere hanc oblatio-
nem; quia procul dubio immo id ei licere debet; tum
quia euitat magnum periculum, cum ei poſset obue-
nire pars magni valoris, & modici reditus, in quo val-
de damnificaretur; tum quia adeſt auctoritas Illuſtr. D.
Prioris, qui decreuit curatorem ad iſtum actum, & ad
cuius officium pertinet negotium illud, quo fit, vt Il-
luſtr. D. Prætor ſuper hoc vlterius inquirere nõ teneatur.

A R G V M E N T V M.

Forma eſt probanda, ab Affirmante, niſi alius ſuſce-
perit onus, ex promiſſione, aut iuris diſpoſitio-
ne, vel habeat alias fundatam intentionem.

S V M M A R I V M.

1 *Forma regulariter eſt probanda ab aſſerente ipſam, non
à negante.*
2 *Ceſſat hæc regula cum fuit talis probatio promiſſa ab ali-
quo; ipſe enim promiſſor tenetur, & nu. 3.*
4 *Onus probandi formam, incumbit affirmanti, cum ius
diſponit illam probandam eſſe.*

5 *Vel*

* Vide tamen in contrar. *leg. 2. Cod. de re iudicat.*

Digitized by Google

5 *Vel cum partes in hoc conueniunt.*
6 *Negantis non incumbit probatio, cum habet fundatam intentionem in promiſſione affirmantis.*

CONTROVERSIA DLIX.

1 FOrmam regulariter quidem ab † eo qui dicit ſeruatam fuiſſe, non autem, ab eo qui hoc negat, probandam eſſe docuit Maſcardus, *in tract. de probation. in concluſ. formam probare quis teneatur, quæ in meo libro eſt concluſio* 808. per text. *in cap. Sacro, de ſentent. excommunic. & cap. in omni, de teſt.* vbi multos in hanc rem allegat authores, quibus addo in terminis noſtris Virginium Boccac. *in tract. de cenſib part. 2. ſub nu* 190.
2 Sed vbi talis probatio promiſſa, eſt † ab aliquo, ſicuti videtur promiſſa in caſu iſto, ab Illuſtriſſimo Domino Paulo Æmilio Gonzaga, dum aſſeruit hanc conſtitutionem cenſus fuiſſe, & eſſe bonam, ac benè, validè, & legitimè factam, & quod in eam tanquam talem conſentire faceret omnem perſonam, intereſſe habentem, & ſic etiam ſe obligauit ad demonſtrandum hoc ipſi emptrici, caſu quo nollet conſentire, quod eſſet benè facta; tunc nulla verſatur difficultas, quin promiſſor
3 † aſſerens formam ſeruatam fuiſſe, teneatur probare, vt voluit Innocent. *in cap. innotuit, num. 5. de eo qui furtiuè ordines recepit*, qui ſcripſit, tunc onus probandi for-
4 mam incumbere affirmanti, † quando ius diſponit, il-
5 lam probandam eſſe, vnde idem ſentit † etiam quando partes in hoc conueniunt, & hoc clarius ſecutus eſt Bald. *in ſua Margarita, in verbo Negotiuum ſolutionis,*
6 *&c.* † ſcribens eum qui negat, non teneri probare quando habet fundatam intentionem, in promiſſione affirmantis, & mouetur ex eo, quod creditor non tenetur probare ſibi non fuiſſe ſolutum, quia habet fundatam intentionem in promiſſione debitoris, qui ſoluere promiſit.

An autem talis cenſus, careat debita forma, nec ne, non eſt preſentis ſpeculationis, ſed reſeruandam eſt ad merita, quam Illuſtriſſimo Dominus Paulus Æmilius, petet pronunciari hanc conſtitutionem eſſe bene, ac legitime factam.

ARGVMENTVM.

De Promiſsione non contraueniendi laudo, ſeu arbitrio; & quos effectus pariat. Plura de obligationibus ineundis, & initis, per hæredem adimplendis, ac ipſis interpretandis. De Societate monium bonorum, ac eius effectibus.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians alicui parti, cenſetur velle retinere dominium in reſiduo.*
2 *Diuiſio non præſumitur niſi probetur.*
3 *Ex diutina cohabitatione aliquorum, præſumitur communio, & nu. 33. & ſeq.*
4 *Dominus rerum præſumitur qui conſueuit diſponere de fructibus, exigere credita, & ſoluere debita earum.*
5 *Non licet hæredi arguere teſtatorem de mendacio.*
6 *Ex pluribus poſſidentibus pro indiuiſo res aliquas, quilibet habet dominium in qualibet earum particula, etſi minima.*
7 *Hæres in portione poſſeſſa pro indiuiſo, debet ſoluere debitum ſui Anteceſſoris condemnati, tam in maiori etiam quantitate.*
8 *Creditur arbitratori de promiſſione à parte facta, de non impugnando laudum, & arbitrium.*
9 *Maxime id procedit in aſſertione Principis, inter ſubditos.*
10 *Impedit executionem laudi, condemnantis ad ſolutionem, qui petit bona ſeparari, ne ſoluat.*
11 *Qui petit collationem, venit contra executionem ſententiæ diutiſientis.*
12 *Nemo poteſt obligari ex perſona, & contractu alterius.*
13 *Nec poteſt fieri executio in bonis alterius, quam debitoris, & condemnati.*
14 *Tacita naſcitur aliquando obligatio incidenter, & extra id quod agitur.*
15 *Per ſimplicem diuiſionem, non eſt remiſſum fideicomiſſum? niſi promiſſum ſit de non contraueniendo diuiſioni.*
16 *Actus intelligi debet ſemper factus nomine proprio.*
17 *Nullum verbum in promiſſionibus ſtat ſine myſterio operandi.*
18 *Actus debet ita interpretari, ne fruſtra geſtus dicatur.*
19 *Promiſsio hæredis debet extendi ad bona, non ſolum anteceſſoris, ſed & ipſius promittentis.*
20 *Cum diſpoſitio non poteſt alias verificari, refertur ad ea, quæ alias non venirent.*
21 *Pactum de non contraueniendo diuiſioni, etſi reſtringatur ad id quod conuentum eſt, tantum aliud eſt, ſi aliter non poſſet verificari pactum.*
22 *Promiſſio debet interpretari ad finem ad quem fuit principaliter ordinata.*
23 *Actus moralis iudicantur ex fine intento.*
24 *Verba poſita in diſpoſitione debent intelligi ſecundum id, quod veriſimile eſt, partes facere voluiſſe.*
25 *Actus debet interpretari, ne quis fruſtra ſibi proſpexiſſe videatur.*
26 *Vbi actus ex duplici capite fieri poteſt, & ex vno eſt veriſimilius fieri, in dubio cenſetur fieri, ex eo veriſimiliori.*
27 *Item & interpretari debet, vt ad caſum magis neceſſarium trahatur.*
28 *Actus debet cenſeri factus ob eam cauſam, & effectum, qui indigebat tali actu.*
29 *Actus ſubſequens declarat, antecedentem voluntatem fuiſſe conformem tali actui ſubſequenti.*
30 *Obligatio generalis de ſoluendis debitis cum aliquo, vnico ſolum exiſtente, de eo intelligitur obligatio.*
31 *Solutionis cauſa non expreſſa, non eſt ex poſt facto diuinanda.*
32 *In dubio eſt facienda interpretatio verborum, contra ſe ambiguè obligantem.*
33 *Plures præſumptiones Societatis omnium bonorum.*
34 *In ſocijs omnium bonorum, factum vnius, obligat alium.*
35 *Debitum de communi eſt ſoluendum in talibus ſocijs; dum inuicem adeſſe mandatum præſumitur.* 36. *Et cogi poſſunt omnia pro ſe empta communicare, & num.* 37.
38 *Non requiritur regulariter conſenſus eius, cuius non intereſt.*
39 *Littera creditoris iuncta cum promiſſione non impediendi laudi executionem, & alijs ſcripturis, arguunt agnitionem debiti.*
40 *Debitor quis fit incidenter, ex promiſſione non ſe opponendi laudo, ex hoc enim fecit id negocium proprium.*
41 *Negocium ad aliquem pluribus modis pertinere poteſt.*
42 *Inter alios, illud fit ex ratihabitione, & ſic voluntariè.*
43 *Promiſſio de non contraueniendo, obligat etiam ſi non ſubſit aliqua cauſa.*
44 *In obligationibus ſufficiunt etiam coniecturæ, deficientibus verbis; nam ea naſcuntur etiam ex tacito conſenſu.*
45 *In materia obligandi, mens magis, quam verba ſolent attendi.*

CONTROVERSIA DLX.

SEqueſtrum obtentum à Domino Dauide Ceruo, in bonis mobilibus repertis tempore mortis, Illuſtriſſimi q. Domini Fabij Vrſini, & peruentis ad manus Illuſtriſſimi Domini Latini, ſeu in eorum defectum in tot fructibus bonorum d. Domini Latini, qui aſcendunt ad valorem dictorum mobilium, iure obtentum fuiſſe, & ex bonis ſequeſtratis ſatisfaciendum eſſe ipſi Dauidi, in executione laudi ad eius fauorem lati à Sereniſſimo Domino Noſtro, iuri pariter conſonum eſſe puto.

Certum eſt enim, ipſum q. Illuſtriſſimum Dominum Fabium fuiſſe in commmunione omnium bonorum, cum Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo q. Domino Virginio

ginio eius Fratre, exceptis dumtaxat proprietatibus
eorum ſtabilium, quæ erant affecta onere primogeni-
turæ, quarum dominium erat ſolius Domini Virginij, &
ſucceſſiuè deſcendentium, ex eo primogenitorum, vſu-
fructu nihilominus durante indiuiſo inter eos, id quod
patet tum ex inſtrumento renunciæ, ipſius Domini Fa-
1 bij, in quo ceſſit tantum proprietatem dictorum † ſta-
bilium primogenituræ ſubiectorum, per quod datur
intelligi quod in cæteris remanſerit dominus, & in com-
munione, Anguil. conſ. 5. nu. 74.
2 Tum quia diuiſio non † præſumitur niſi probetur,
Maſcard. de probat. concluſ. 527. nu. 1. D. Menoch. lib. 3.
3 præſump. 60. pariter, num. 1. quinimo è conuerſo † ex
diutina ipſorum cohabitatione, præſumitur commu-
nio, Nat. conſ. 66. nu. 14. de qua re dicam inferius latius
in verſic. Poſſet etiam ſi vellemus, &c.
4 Tum ex informationibus aſſumptis, de quibus in
proceſſu fol. 14. in quibus relatum fuit, eos indiſcrimi-
natim conſueuiſſe diſponere, de fructibus ſtabilium
huius territorij, in vſus communes, ſoluendo debita, &
exigendo credita indifferenter.
Tum demum ex litteris ſcriptis, ab ipſo Illuſtriſſimo
Domino Fabio, in reſponſione litterarum ei datarum,
de commiſſione Senatus, in quibus aperte aſſerit ſe eſ-
ſe in communione bonorum, & ex proceſſulo præſen-
tato, in quo cæperat agere ad diuiſionem, cuius aſſer-
tionem non poteſt improbare Dominus Latinus, ſiue
quiſquis ſit qui velit retinere hæc bona tamquam eius
5 hæres, & ſucceſſor; † quia eſset arguere illum de men-
datio, quod non licet hæredi, Bartol. in l. rem alienam
ſub num. 3. in tertio notabil. ff. de pignorat. action. Bal. in l.
cum res ſub n. 13. C. de probat. Cagnol. in l. hæredem n. 10.
ff. de regul. iur.
6 Si erant in communione bonorum, ſequitur, quod di-
midia dictorum mobilium fuerit Illuſtriſſimi, & Eccel-
lentiſſimi q. Domini Virginij, dato etiam quod plura
alia habuiſſent mobilia vltra iſta, de quibus tamen ad-
huc non conſtat quia, ex pluribus poſſidentibus pro in-
diuiſo res aliquas, quilibet habet dominium in quauis,
etiam minima earum particula, l. 2. circa princip. C. quād.
& quib. quart. pars. lib. 10. Decius in l. 1. in fine, ff. qui te-
ſtam. facer. poſſ. idem in l. ſi idem cum eodem, §. fin. nu. 2.
ff. de iuriſdictione, Iaſ. in l. 4. §. in certam ſub nu. 1. verſic.
nam quota, ff. de acquir. poſſeſ. Idem Iaſ. conſ. 147. ſub nu.
7 34. vol. 2. Ceph. conſ. 47. num. 42. Vnde in † iſta dimi-
dia non eſt dubium, quod ſit ſatisfaciendum ipſi Ceruo
vti vero creditori d. Domini Virginij condemnati er-
ga illum ad multo maiorem quantitatem, vt eſt textus,
in l. ſi conſenſus, §. final. cum ibi allegatis in gl. ff. quib. mod.
pign. vel hypot. ſoluit.
In altera vero dimidia, quæ ſpectabat ad Dominum
Fabium, eidem quoq; Ceruo ſatisfaciendum eſt, quia
ipſe Dominus Fabius in publicatione laudi, cuius nunc
fit executio, dedit verbum Sereniſſimo arbitratori de ſe
non opponendo dicto laudo, nec impediendo illius exe-
cutionem, qua promiſſione oretenus habita, contentus
fuit ſine aliqua ſubſcriptione, vt dictis Fratribus de Vrſi-
nis morem gereret, ſicuti teſtatus eſt in declaratione in
eodem actu publicationis laudi emiſſa, cui arbitratori
8 † de dicta promiſſione ſibi oretenus facta plene credi-
tur, ſtantibus ſolitis clauſulis compromiſſorum, vt in
9 terminis ſcribit Anguil. conſ. 66. n. 280. & † multo ma-
gis cum ſit princeps, cuius aſſertioni ſtatur, maximè
inter ſubditos. cap. nobiliſſimus 97. diſtinct. facit textus
& quod ibi notatur, in Clement. 1. de probatio. Iaſon. in
l. ſi teſtamenti ſub nu. 5. verſic. ſumma quod in principe, &c.
C. de teſtam. pulchre Laderch. Imolenſ. conſ. 142. nu. 2.
Ruin. conſ. 30. ſub n. 1. verſic. ſed præmiſſis, &c. vol. 1. Nat.
conſ. 487. num 38.
Stante igitur ſupradicta promiſſione de ſe non oppo-
nendo executioni laudi, nec eandem executionem im-
pediendo, non potuiſſent Dominus Fabius, & ita nec
in præſentiarum habentes cauſam ab eo, opponere,
quod hæc dimidia bonorum eſſet propria d. Domini
10 Fabij, quia † eſſet opponere ſe executioni laudi, &
eam impedire etiam petendo ſeparationem, & diui-
ſionem rei propriæ; ita probat textus, in l. qui Romæ, §.
duo fratres, vbi Iaſ. ſub num. 24. ff. de verb. obligat. Anguil.
11 d. conſ. 66. nu. 334. & 335. vbi inquit † quod qui petit
collationem, non venit contra ſententiam diuiſionis, ſed
benè contra executionem, ita quoque, & is qui petit
bona ſeparari.
12 Nec obſtat † quod Dominus Fabius non eſſet de-
bitor Cerui, & propterea non potuerit obligari ex per-
ſona, & contractu alterius, l. penult. C. ne vxor pro marit.
Simon de Prat. conſ. 46. numer. 18. nec poſſet fieri exe-
13 cutio in eius bonis † ſed tantum Fratris debitoris, &
condemnati, Bal. in l. 2. num. 1. C. de edict. ſit. Quia dato, non
tamen conceſſo, quod Dominus Fabius non fuiſſet de-
bitor, tam ea nihilominus ex quo promiſit non ſe oppo-
nere, nec impedire executionem laudi, factus eſt inci-
14 denter debitor; ſiquidem † multoties accidit, vt ex-
tra id quod principaliter agitur, tacita naſcatur obliga-
tio, l. ſi is qui commodatum, §. fin. ff. commod. & tradit in
ſimili Iaſ. in d. l. qui Romæ, §. duo Fratres, ſub nu. 31. ff. de
15 verb. obligat. dicens, quod licet † per ſimplicem diui-
ſionem non intelligatur remiſſum fideicommiſſum, ta-
men ſi promiſſum ſit de non faciendo aliquid contra
diuiſionem, non poterit peti; quia tacitè incurſa eſt
obligatio, nam petendo illud diceretur contrauenire
diuiſioni. Ita quoque Dominus Fabius, promittendo
non impedire executionem laudi, in tacitam hanc inci-
dit obligationem, vt in eius bonis poſſit fieri executio,
quia alias petendo ſeparationem, diceretur ſe oppone-
re, & illam impedire.
16 Et hæc promiſſio prędicti Domini Fabij, debet †
intelligi reſpectu propriorum bonorum, non autem
Domini Virginij, tum quia actus ſemper intelligitur
factus nomine proprio, leg. & magis, ff. de ſolutio. Nat.
conſ. 161. num. 3. Corn. conſ. 310. num. 2. vol. 3.
17 Tum quia, quo ad bona Fratris † fuiſſet ſuperflua,
& fruſtatoria; vnde cum nullum, nec minimum verbum
in promiſſionibus debeat eſſe ſine miſterio operandi,
Bal. in rubr. C. de contrahend. emptio. in nona quæſtio-
18 ne; & † actus debeat interpretari, ne fruſtra geſtus dica-
tur, Menoc. conſ. 239. num. 12. & conſ. 296. num. 40. pro-
miſſio iſta non debet reſtringi ad naturam diſpoſitio-
nis, quæ videtur dictare, vt bona tantum Domini Vir-
19 ginij videantur affecta, † ſed debet extendi etiam ad
bona promittentis; per ea quæ ſcribit Anguil. dict. conſ.
66. num. 370. cum pluribus numeris antecedentibus, &
multis ſubſequentibus, qui etiam, num. 340. inquit quod
20 † vbi diſpoſitio non poteſt aliter verificari, refertur
ad ea quæ alias non venirent, ſubditque num. 360. &
21 362. quod pactum † de non contrauenendo diuiſioni,
licet reſtringatur, ad id quod conuenit diuiſioni, ta-
men aliud eſt, ſi aliter non poſſet verificari pactum.
22 Quod ſuadetur etiam, quia † promiſſio debet in-
terpretari ad finem, ad quem fuit principaliter ordina-
ta. l. 1. §. non autem, ff. de fluminib. l. 2. §. quod autem di-
23 ximus, ff. ſi quis cautionib. actus † enim morales iudi-
cantur, ex fine intento, vt poſt Philoſophum ſcribit
Soc. Sen. conſ. 18. num. 5. vol. 5. Cum autem non ad alium
finem ordinatum fuerit, ne Dominus Fabius poſſet im-
pedire executionem laudi, niſi, vt non retardaretur ſatiſ-
factio creditoris, & vt illi eſſet magis cautum, quando
bona Domini Virginij non ſufficerent, eſſetque ſuper-
flua dicta promiſſio, ſi reſtringeretur ad bona tantum
d. Domini Virginij, ſequitur, quod Ceruus poſſit ſatiſ-
fieri in dimidia Domini Fabij, pro vt in ſimili arguit
24 Surd. conſ. 3. ſub num. 12. 23. & 33. vbi, nu. 21 probat †
verba poſita in diſpoſitione debere intelligi ſecundum
id quod veriſimile eſt partes facere voluiſſe, & cum ef-
fectu, & ſecundum materiam, ad quam ipſæ partes ſe
præpararunt, vt ibi per eum, nu. 24. & 25.
25 Et in ſumma, actus † debet ita interpretari, ne quis
fruſtra ſibi proſpexiſſe videatur, Marian. Iun. conſ. 94.
n. 21. vol. 3. Menoch. lib. 6. præſump. 4. nu. 25.
26 Accedat, quod vbi actus, † ex duplici capite fieri
poteſt, ex quorum vno eſt magis veriſimile fieri, cen-

Digitized by Google

ſetur in ubio ex capite veriſimiliori, & conuenientiori,
Roman. *conſ.* 343. *num.* 9. Siluan. *conſ* 60. *num.* 18. *vol.* 2.
27 Item debet † interpretari vt trahatur ad caſum magis
28 neceſſarium, Crauet. *conſ.* 304. *num.* 5. Et debet † cenſe-
ri factus ob illam cauſam, vel ad illum effectum, qui indi-
gebat tali actu, Alba. *conſ.* 109. *num.* 18. Veriſimilius au-
tem, & conuenientius eſt. D. Fabium promiſiſſe non
impedire executionem reſpectu propriorum bonorum,
quia alias riduculè fuiſſet adhibita hæc cautio, cum non
conſtet D. Fabium ius aliquod prætendere potuiſſe, in
parte fratris. eratque magis neceſſaria Dauidi prouidere
ſibi hoc in caſu ergo, &c.
29 Addamus, quod actus ſubſequens † manifeſtò decla-
rat, præcedentem voluntatem fuiſſe ipſi actu ſubſequen-
ti conformem. Roman. *conſ.* 291. *num.* 2. Menoc. *de præ-
ſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 6. *& quæſt.* 22. *num.* 4. *&* 5. ſed
in executione laudi demandata ab ipſo Sereniſſimo, Ec-
cellentiſſimo Senatu; *die* 30. *Martij* 1598. expreſſe decla-
rauit differentias Cerui fuiſſe, non minus contra Domi-
num Fabium, quam contra Dominum Virginium, & ip-
ſe Dominus Fabius multoties, vt mihi ſupponitur con-
ſtare ex pluribus eius litteris, promiſit ſatisfacere Da-
30 uidi; quæ † ſatisfactio, cum de alio debito non appa-
reat, debet intelligi pro debito, & obligatione, de qua in
dicto laudo. *l.* 1. *&* 2. *ff. de ſolution.* Rainer. de Mont.
Vbian. *conſ.* 12. *num.* 13. *vol.* 1. *criminal. diuerſ. paruę im-
preſſionis*, ergo etiam executio debet fieri in bonis vtriuſ-
que, & ſic Dominus Fabius dicitur promiſiſſe quo ad
bona propria.
Et eſt credibile quod ſi extenſa fuiſſet hæc promiſſio,
& d. Dominus Fabius ſe ſubſcripſiſſet, quorum vtrumq;
ommiſſum fuit in gratiam Fratrum de Vrſinis, vt teſta-
tur Sereniſſimus, in declaratione addita ipſi laudo, fuiſ-
31 ſet ſpecificata † cauſa, cur Dominus Fabius grauare-
tur ad ſolutionem huius debiti, quod cantabat tantum
in Domino Virginio quam nunc nos non tenemur
(nec licet) diuinare, Soc. Sen. *conſ.* 6. *num.* 3. *vol.* 1. & cum
id iuſtis de cauſis, & vt mos gereretur ipſis debitoribus,
32 fuerit ſilentio inuolutum, non debet nocere † creditori,
ſed potius facienda eſt interpretatio contra illos, quo-
rum de cauſa data eſt occaſio dubitandi, nam verba
dubia interpretantur contra obligantem ſe ambiguè,
Bal. *in l. fin. nu.* 27. *C. de dot. promiſ.*
33 Poſſemus, & ſi vellemus (omiſſis multis aliis cau-
ſis, quæ excogitari non eſſet difficile) dicere prædictos
Fratres exceptis proprietatibus bonorum primogenitu-
ræ ſubiectorum, fuiſſe ſocios cæterorum omnium alio-
rum bonorum cuiuſcumque generis, ſicuti id præſumi-
tur ex eo, quod diu cohabitarunt, vixerunt ad vnum
panem, & vnum vinum, indifferenter ſoluerunt debita
de bonis communibus, & exegerunt credita, ambo in-
teruenerunt in venditione caſtri Nomenti, & ambo in
acquiſitionibus ſtabilium ſitorum in hoc territorio, quæ
omnia ſi concurrant, arguunt ſocietatem, Capr. *conſ.* 17.
num. 5. Iaſ. 95. 2. *num.* 19. *vol.* 3. Menoch. *lib.* 3. *præſump.*
56. *num.* 20. *&* 22. Decianus *conſ.* 73. *num* 16. 17. *vol.* 5.
34 † quo caſu, quando ſunt ſocij omnium bonorum, fa-
35 ctum v nius obligat alium; & omne æs alienum † etiam
ab vno tantum contractum, de communi ſolui debet,
l. omne æs alienum, cum lege ſequenti ff. pro ſocio, Iaſ. *conſ.*
73. *num.* 15. *vol.* 3. Decian. *conſ.* 85. *num.* 6. *vol.* 2. Beret.
36 *conſ.* 19. *num.* 6. cenſentur † enim tunc inuicem ſibi de-
diſſe mandatum, Decian. *conſ.* 29. *ſub num.* 14. *& d. conſ.*
37 85. *nu.* 6. *vol.* 2. Et alter † poteſt cogere eum qui emit,
etiam nomine proprio ad communicandum bona em-
pta, Soc. Iun. *conſ.* 83. *num.* 22. *vol.* 4. Port. *conſ.* 68. *nu.* 24.
Gabr. *conſ.* 31. *num.* 4. *vol.* 2. Decian. *d. conſ.* 85. *ſub nu.* 6.
& 7. *vol.* 2.
38 Nec eſt veriſimile quod † adhibitus fuiſſet conſen-
ſus Domini Fabij, niſi negotium ad eum quoque ſpe-
ctaſſet, quia regulariter non requiritur conſenſus eius,
cuius non intereſt, *l.* 3. *ff. de ſeru. exportand.* Alciat. *conſ.*
99. *nu.* 4. *lib.* 8.
39 Quod etiam colligitur ex † multis litteris præſenta-
tis, tam d. Domini Fabij, quam Illuſtriſſimæ & Excellen-
tiſſimæ D. Beatricis, ſcriptis ab ea ad prædictum D. Fa-
bium. in quibus eidem recordabatur debitum Cerui, &
hortabatur ad illi ſatisfaciendum, qui reſcribebat ſe vel-
le ſatisfacere, pro vt ipſa aſſeruit in litteris ſcriptis ipſi
Ceruo, quæ quidem litteræ vinctæ cum alijs ſcriptis à
ſe pedicto Domino Fabio, & cum dicta promiſſione
de non impedienda executione laudi, arguunt, eum
agnouiſſe hoc debitum etiam pro ſuo, Boer. *deciſ.* 333.
num. 3. Simon de Præt. *conſ.* 93. *num.* 51. vnde amplius
recuſari nequit, Burſat. *conſ.* 217. *nu.* 4.
40 Sed quidquid ſit, an † debitum illud, & negotium
eſſet etiam commune cum Domino Fabio, nec ne, ſuffi-
cit vt ſupra dicebam, quod promiſerit non contraueni-
re laudo ſuper eo lato, nec illius executionem impedire,
per quam promiſſionem fecit negotium proprium in-
cidenter; Negotium enim vltra ſuperius deducta, ad
41 aliquem † pluribus modis pertinere poteſt, & inter
42 eos non infrequens eſt ille, quando non ex † neceſſi-
tate, ſed ex voluntate, mediante ratihabitione, fit no-
ſtrum. Bal. *in l. ſi pecuniam, ſub num.* 3. *C. de negot. geſtis*,
43 & certum eſt † promiſſionem de non contraueniendo
obligare, etiam quod non ſubiaceret aliqua cauſa, quia
ſufficit quod de facto contraueniatur, Anguil. *conſil.* 66.
num. 70.
44 Sicuti † etiam non eſt extraneum vnius fratris res, eo
conſentiente obligari poſſe pro debito alterius, *l. ſi fratres
C. commun. vtriuſque iudicij*.
Et licet hæc obligatio non ſit expreſſa, & clara
quo ad bona ipſius Domini Fabij, tamen ſufficit ſi ex
coniecturis colligatur, quia obligationes naſcuntur
etiam ex tacito conſenſu, Archidian. *in cap. ſeruitium,
ſub num.* 218. *quæſt.* 2. Simon de Præt. *conſ.* 84. *num.* 23.
45 Et in materia obligandi bona, attenditur magis mens,
quam verba, *leg. final. C. quæ res pignor. obligar. poſ-
ſunt*.

ARGVMENTVM.

Manuteneri, & ſe declarari dominium, non ſe impu-
gnant in iudicio. De Citatione ad ſententiam
Procuratoris, & Domini. Vſus, & Habitatio,
ac Vſusfructus inter ſe diſtant, ſed illæ ſub hoc
impropriè continentur. An cedi poſſint. Aliqua
de euictione; & de fundi probatione.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt impedienda executio ſententiæ particularis, non
afferens præiudicium irreparabile, ſtante ſpe reforma-
tionis in ſententia generali.*
2 *Cum contraria tempore debito in iudicio non deducuntur,
expectandum eſt iudicium generale.*
3 *Iudicis eſt in iure ſupplere.*
4 *Ad ſententiam ſufficit citatio Procuratoris.*
5 *Monitio legitima Procuratoris facta, non debet vitiari
per aliam factam ex abbundanti, ipſi Domino princi-
pali.*
6 *Admiſſus ad vnum actum, debet poſſe admitti, & ad
alium ei ſimilem.*
7 *Per probationem ſententiæ reijcitur petitio ei contraria.*
8 *Membra Libelli declarantur in propoſito, & num.* 9.
10 *Petitio declaratur ex teſtamento relato in Libello.*
11 *Vſusfructus diſtat ab vſu, & habitatione; Hæ tamen
ſub eo comprehenduntur impropriè. Et ſunt ipſius Co-
gnata, num.* 12.
13 *Vſus, & habitatio alij cedi non poſſunt, ſiue ſimul, ſiue
disiunctim.*
14 *Intellige titulo lucratiuo; non autem oneroſo, numer.* 15.
vt locando; num. 16. *vendendo, num.* 17. *& ſimilibus,
numer.* 18 *Item cauſa dotis cedendo, num.* 19.
20 *Non implicat contradictionem, petere manutentionem
in fructibus commoditatis vſusfructus, & ſe declarari
Dominum ipſorum, nam potuit eam intentare pro ciuili,
deſi-*

Digitized by Google

deficiente poſſeſſione naturali.
21 *Rectè ſimul, & ſemel intentatur remedium poſſeſſorium retinendæ, & petitorium; diuerſis ſcilicet reſpectibus.*
22 *Fundamenta aduerſaria afferuntur, numer.* 27. 29. 31. 32. 37. *&* 38.
23 *Probatur identitas fundi ex duobus confinibus, alteri rei non conuenientibus.*
24 *Præcipuè accedentibus alijs coniecturis, & num.* 25.
26 *Non eſt inconueniens petere rem iam alteri particulari iudicio aſſignatam, vt in ſententia generali ſibi ius fieret.*
27 *Scientia rei alienæ non obſtante, poteſt agi de euictione, quando ea permiſſa eſt ab Auctore.*
28 *Iura tranſeunt in tertium per ceſſionem.*
29 *Pactum in aliquos initum non extenditur ad tertium.*
30 *Contractus purè, & liberè factus, non eſt ſub conditione, vel lege aliqua ponendus.*
33 *In locatione poſſeſſionis alicuius loci, includuntur terræ controuerſæ, quæ ſunt pars eius, maximè, ſi in eo loco aliæ terræ non ſint.*
36 *Ex æquali mercede conſtituta pro omnibus iugeribus terræ, conijcitur æqualitas valoris ſingulorum, niſi contrariũ doceatur.*

CONTROVERSIA DLXI.

1 CVm executio ſententiæ particularis latæ ad † fa-
uorem M. Magnifici Domini Herculis Ricalboni
non afferat præiudicium irreparabile, ſtante ſpe refor-
mationis, ſi iuris erit, in ſententia generali, & ſolita
fideiuſſione de reſtituendo quidquid fuerit conſecutum,
non ſunt audiendi aduerſantes. quærentes eam impe
dire varijs ſubterfugijs, de quibus in eorum ſcriptura,
cuius ſi aliqua ſunt fauorabilia acceptantur, ita vt non
ſit locus pœnitentiæ, contrarijs penitus reiectis; quæ cum
2 tempore † debito non fuerint ab eis allegata, iure con-
queri nequeunt, ſi propriæ negligentiæ pœnam luentes
tenentur expectare ſententiam generalem, ſicuti hacte-
nus perpetuo obſeruatum eſt, præſertim cum ab eis
nunc deducta conſiſtant in iure, & ob id à Perilluſtr. Se-
3 natu, † cuius partes ſunt in iure ſupplere, fuerint opti-
mè perpenſa, licet à Domino Manzolo, vt ſuper illis cõ-
digna haberetur animaduerſio, petitum ante ſententiam
non fuerit. Propterea non obſtantibus ab eo oppoſitis,
inſtatur ex parte Domini Richalboni procedi adulterio-
ra, ſaluis iuribus in diffinitiua, & generali ſententia diſcu-
tiendis.

Quod vtique, & ſi merita cauſæ conſiderabimus, de-
negandum nequaquam erit, dum enim aiunt, ſententiã
obreptam fuiſſe nulla legitima præcedente citatione,
cum de mandato Domini Bentiuolij non appareret, re-
ſpondetur, quod ſi non eſt procurator, eius non inte-
reſt nunc haſce proponere obiectiones; & ſatis eſt
4 † quod fuerit monitus Dominus Rota, de cuius man-
5 dato conſtat, & cuius legitima † monitio non debet
vitiari per aliam ex abbundanti factam ipſi Domino
Bentiuoleo, Quæ nec inualida reddita fuit per petitio-
nem ſcripturarum; namque ſi non erat procurator, nec
6 vult potuiſſe † moneri, non potuit, nec debuit etiam
admitti ad hanc petitionem ſcripturarum, & quoties
etiam fuiſſet legitimus procurator per probationem
7 ſententiæ † cenſetur reiecta à Senatu eius petitio (*cap. ſuborta ibi intelligatur reprobaſſe de ſent. & re iudicat. capit. ex parte, il ſecondo, de appell.* Bero. *conſ.* 34. *num.* 3. *volum.* 3.)

8 Ad id verò, quod † conſideratur circa primum ca-
put Libelli Domini Richalboni, quod dum petit manu-
teneri in poſſeſſione, ſupponit ſe poſſidere, ſed turbari
in poſſeſſione, quam turbationem non probauit. Reſp.
intentionem libellantis fuiſſe, vt reſeruarentur iura ſui
principalis manutenendo eum in ſua poſſeſſione vſus,
& habitationis partis domus, & pronunciando dictam
domum non venire in præſenti iudicio, niſi affectam
prædicto onere, pro vt nunc declarando libellum omni
meliori modo, dici, & pronunciari inſtatur in ſententia
generali.

Franc. Nigr. Cyriac. Tom. IV.

9 Ad aliud obiectionis membrum, † quod hic du-
pliciter erratum ſit, & primo, petendo vſufructum par-
tis domus, quod longe differt ab vſu, & habitatione,
10 quæ tantum peti poterat, Reſp. petitionem † declarari
ex teſtamento relato in Libello, & ita intelligendam
11 eſſe † de vſu, & habitatione, quæ tamen (licet im-
propriè) poteſt dici vſusfructus, Gloſſ. *in §. ſed ſi cui, in verbo aliquo modo, Inſtit. de vſu, & habitat. leg. cum antiquitas*, & ibi ſcribentes, *Cod. de vſufruct.* & vſus ac
12 habitatio ſunt † ſpecies, & cognatæ vſusfructus. Vi-
gel. *Method. iuris ciu. lib. 7. cap. 33. in princ.* ſed vt tollatur
omnis æquiuocatio declaratur petitionem fuiſſe de vſu,
& habitatione, & ita etiam in ſententia generali illam
non autem vſufructum propriè ſumptum reſeruari, &
pro vſu, & habitatione ſeptem annorum prædictæ par-
tis domus creditorem dictum Dominum Richalbonum
pronunciari, omni meliori modo petitur.
13 Secundus autem error, † qui impingitur, dum di-
citur Dominum Richalbonum venire tamquam ceſſio-
narium, & nihilominus neque vſum, neque habitatio-
nem vlli alij cedi poſſe, tollitur negando ſuppoſitum,
nam & ſi verum ſit ſimpliciter vſum cedi non poſſe, *In-*
14 *ſtit. de vſu, & habitat. in fine principij*, † attamen vſus,
& habitatio ſimul, & habitatio etiam ſimplex, ſeu vt re-
ctius dicam eius commoditas, licet non poſſit concedi
titulo lucratiuo *l. ſi habitatio, in princ. ff. de vſu, & habitatione*. Bald. & Salycet. *in leg. cum antiquitas, vtrenque ſub num.* 3. *Cod. de vſufruct.* Nicol. de Neapol. *in § ſed*
15 *ſi cui, in princ. Inſt. de vſu, & habitation.* † nihilominus
poteſt concedi titulo oneroſo, Nicol. de Neapol. *vbi*
16 *ſupr.* puta † locando *d. leg. cum antiquitas, & dict. §.*
17 *ſi cui*, † vendendo, Azo *in ſumm. Inſt. de vſu, & habitat. in princ.* Fulgoſ. *in d. l. ſi habitatio, ff. d. tit.* & alios
18 † ſimiles contractus oneroſos ineundo; quod interue-
19 nit in caſu noſtro † quia ex cauſa dotis fuit facta
ceſſio, vt patet in inſtrumento, *fol.* 11. *facc.* 1. *ibi, & hæc omnia, &c.* & quia ſocrus cedens, vt plurimum ali-
ta fuit, à Domino Richalbono, vt probabitur, prout
probabitur etiam Dominum Manzolum tota domo
gauiſum fuiſſe, & affictus illius integros percepiſſe, &
ob id teneri ad ratam d. Domino Ceſſionario, contra
id quod aiunt aduerſarij in dicta ſcriptura, *fol.* 27. *fac.* 1.
20 Nec eſt verum, † quod petitio fructuum annorum
ſeptem commoditatis vſus, & habitationis dictæ partis
domus, quos fuit intentio libellantis petere, non autem
verum vſumfructum, ſicuti ad omnem bonum finem,
ita declaratur, & quatenus opus ſit, etiam denuo omni
meliori modo pro eis creditorem declarari Dominum
Richalbonum petitur, non eſt verum inquam, quod
hæc petitio implicet contradictionem, ex eo quod antea
petitũ fuerit eũ manuteneri in poſſeſſ. cũ ex eo quod fa-
teatur ſe poſſidere inferrendũ ſit etiã fructus percepiſſe,
namque potuit poſſidere animo. & ciuiliter, natura-
lem vero poſſeſſionem ei occupatam eſſe, & ob id re-
ctè, & ſine implicatione contradictionis petere manu-
teneri in poſſeſſione, & fructus reſtitui, ſicuti rectè ſi-
21 mul, † & ſemel intentatur remedium poſſeſſorium
retinendæ. & petitorium, diuerſis reſpectibus; ſcilicet
poſſeſſio, reſpectu ciuilis poſſeſſionis penes ſe exiſten-
tis; petitorium autem reſpectu naturalis occupatæ ab
aduerſario, Bart. *in leg. naturaliter, § nihil commune, num.* 19. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Caſtr. *conſ.* 95. *num.* 2. *volum.* 2. Ruin. *conſ.* 115. *ſub num.* 9. *verſic. cæterum, &c. vol.* 4. Menoch. *de retinenda poſſeſſione, remed.* 3. *n.* 522.
22 Deſcendendo ad ſecundum caput petitionis, † op-
ponunt aduerſantes primo non conſtare de euictione
in eo allegata, quia non apparet de identitate, & ideo
nullam aſſignationem faciendam eſſe loco petiæ terræ
euictæ; ſed reſpondetur imo identitatem probatam eſ-
ſe, quia eſt eadem, quæ ſecundo loco petita fuit à
Domina Cattalana, vt in eius proceſſu, *fol.* 4. *facc.* 2.
& fol. 12. *fac.* 2. *fol.* 17. *fac.* 1. *& fol.* 25. *fac.* 1. nam con-
uenit in duobus confinibus, ſcilicet in via communi, &
iuribus Monialium Sancti Bernabatis, cum petia terræ,
quam dicit ſibi euictam fuiſſe D. Sigiſmunda, vt videre

Digitized by Google

eſt in eius proceſsu, *fol. 14. fac. 2. fol. 20 fac. 2. & fol. 22.*
23 *fac. 1.* ex duobus enim tantum confinibus † proba-
tur identitas, licet quattuor nominati ſunt, quando non
apparet illos duos conuenire alteri proprietati, Caſtr.
in leg. ſi in nomine, ſub num. 4. & ibi Alex. *num. 2. in fi-
ne*, Rimin. Sen. *ſub num. 5. Cod. de teſtam.* Pariſ. *conſil.*
58. *num. 25. volum. 3.* Ruin. *conſ. 115. num. 11. volum. 5.*
Hieronym. de Mont. *de finib. regand. capit.* 87. maximè
24 † cum vtraque ſit in eodem loco, Natt. *conſ. 235. nu-
mer. 17.* Peregr. *de fideicom. artic. 44. num. 12.* & præci-
25 puè † quia in eius acquiſitione opus fuit mandato, eo
quia erat litigioſa propter ius prætenſum à Domina
Cattalana; & ſic patet, quod eſt eadem, & pro tali ſup-
poſita fuit in dictis proceſſibus, præſertim in ſententia D.
Sigiſmundæ in fine, in qua cenſuit ſatiſfaciendum eſſe illi
in alia proprietate, quatenus non poſset conſequi pri-
mam, non immemor Senatus eā antea fuiſse, adiudi-
catam Dominæ Cattalanę.

26 Subduntque ex eo conſtare de † diuerſitate, quia
antequam Domina Sigiſmunda peteret illam non ve-
nire in dicto iudicio, iam fuerat lata ſententia ad fauo-
rem Dominæ Cattalanæ, & ei adiudicata; ſed hoc non
eſt inconueniens, quia cum iſtæ ſententiæ particulares
non diffiniant negotium, ſed expectetur generalis, rectè
Domina Sigiſmunda potuit petere petiam terræ iam
alteri particulariter aſsignatam, ſperans in ſententia
generali præferrendam eſse.

27 Suppoſita autem identitate, † aiunt non poſse agi
de euictione, quia Domina Sigiſmunda tempore ac-
quiſitionis ſciebat in ea prętendere Dominam Cattala-
nam, & ob id etiam obtinuit mandatum faciendæ ac-
quiſitionis, quod conceſsum fuit ſub conditione, ſaluo
iure ius prætendentium. Sed reſpond. quod ſcientia rei
alienæ non impedit quin agatur de euictione, quando
promiſsa eſt ab authore, *leg. ſi fundum, Cod. de euiction.
leg. ſi fratres, §. final. Cod. com. vtriuſq; iudic. leg. apud
Celſum, §. item labeo, ff. de dol. mal. exceptio.* Bec. *conſil.*
106. *num. 23.* Surd. *conſ. 15. ſub num. 19.* ſicuti promiſ-
ſum fuit à Domino Cæſare, quando vendidit eam Do-
28 mino Liuio Beiæ, *fol. 19. fac. 2. circa fin.* quæ † obli-
gatio tranſiuit in Reuerendum S. Catherinæ, propter
iura ceſsa à Beia, quando illi aſsignauit dictam petiam
terræ. nec conditio appoſita eſt in mandato facto, quin
poſſit agi contra ſuos authores, ſed tantum, quod non
poſsit moleſtari ius prætendens in ea re, prout non mo-
leſtatur Domina Cattalana, ſed tantum hæredes
Domini Cęſaris, qui tenentur manutenere eam Domi-
no Beiæ, & ſucceſsiuè habentibus cauſam ab eo, qui
nullam habebit difficultatem, ſi Dominus Richabonus
impetrabit iterum ceſſionem à d. Reu. vel eius nomine
aget cum illius mandato.

29 Nec obſtat quod dicitur, inueſtituram † fuiſse obre-
ptam à Domina Sigiſmunda in præiudicium hæredum
Domini Cæſaris, quibus fuerat promiſsum de eis inue-
ſtiendis, vt in proceſsu d. D. *fol. 14. fac. 2.* namque re-
ſpond. quod illud fuit pactum initum inter Beiam, & d.
Reuerend. nemine ſtipulante pro hæredibus præfatis, &
ideo licuit ipſi Reu. ab eo recedere, & alium inueſtire;
30 quia quando Dominus † Cæſar fecit venditionem d.
Beiæ non appoſuit aliquam conditionem de inueſtien-
dis ſuis hæredibus, ſed liberè alienauit dictam petiam
terrę.

31 Demū inquiunt quod in omnē caſū † regreſsus habē-
dus eſset contra bona hæreditatis Domini Cæſaris, non
autem Domini Benedicti, ſed dicitur hęc bona in iudi-
cio deducta, eſse de bonis hæreditatis dicti Domini Cę-
ſaris.

32 Ad tertium caput petitionis † deuenientes, dum
obijcitur, aſsignationem, de qua ibi, trahere originem
ſaltem pro dimidia à donatione cauſa mortis, quę nul-
lius erat roboris, cum adhibiti fuerint tantum tres te-
ſtes. Reſpond. obſtare rem iudicatam in contradicto-
rio; oppoſitum enim hoc fuerat in dicto proceſsu Do-
minę Sigiſmundæ, *fol. 25. fac. 1. in fine*, & nihilominus
nulla fuit habita ratio per rationes allegatas, ibi *fol. 26.*
fac. 1. quæ ſi opus eſset, poſsent latè comprobari, ſed
hoc non patitur ſcriptura redigenda in actis.

33 Ad ea autem, quæ opponuntur † petitioni fructuū,
in d. 3. c. l. vt cenſeantur percepti ex eo quod petatur ma-
nuteneri in poſseſsione, reſp. intentionē libellantis fuiſse
dd. terras non venire in præſenti iudicio; & ideo D. eius
principalem manutenendum eſse, &c. prout ita decla-
ratur, & quatenus opus ſit, denuo clarius exprimendo
ſuam intentionem, inſtatur pronunciari in ſenten-
tia generali, eas non venire in hoc iudicio, nec ſequitur
eam poſsediſse, ergo percepiſse fructus; quia potuit
poſsidere animo, & ciuiliter, & nihilominus natura-
lem poſseſsionem occupatam eſse ab alio, vt ſupra de-
ductum fuit, *verſic. Nec eſt verum.*

34 Dum autem † ſubijcitur fructuum valorem non eſ-
ſe liquidatum, *in libr. 14. cum dimidia* pro qualibet bu-
bulc. tum quia non conſtat, has terras fuiſse expreſsas
in locatione terrarum, de quibus in fide producta, *fol.*
5. tum quia in vna poſseſsione omnes terræ non ſunt æ-
qualis bonitatis, maximè quia iſtæ non fuerunt æſtima-
tæ niſi ſcutis 40. pro bubulc.; reſpondetur ſatis dici
35 comprehenſas † in dicta locatione, cum non appa-
reat Dominum Camillum habuiſse plures poſseſsiones
in Villa Tabellani, vnde locata poſseſsione, quam ibi
habebat, ſatis dicunt locatæ etiam hæ terræ, quæ ſunt
illius pars, & cum merces, lib. 14. cum dimidia fuerit
36 conſtituta in ſingulis bubulcis, ſatis fundata † eſt in-
tentio Domini Richalboni, quod ſingulæ bubulcæ eſ-
ſent æqualis bonitatis, niſi contrarium doceatur a abad-
uerſario, nec æſtimatio infert neceſsario, quod pluris
locari non potuerint, & in dubio præſumeretur ſecun-
dum æſtimationem, ſed cum certi ſimus pluris locatas
fuiſse, non eſt attendenda æſtimatio.

37 Quæ autem opponuntur † 4. capite cum pendeant
à ſuperioribus oppoſitionibus, remanent ſublata ex re-
ſponſibus illis ſuperius applicatis.

38 Ad obiectiones tandem circa vltimum caput † re-
ſpondetur primo conſtare fructus perceptos fuiſse à Do-
mino Camillo ex teſtibus examinatis ſuper inſtructio-
ne proceſsus Dominæ Æmiliæ, *fol. 12.* & licet aſsigna-
tio fuerit relata de menſe Septembris attamen in ea di-
citur ante fuiſſe factam dictam aſſignationem in execu-
tione ſententiæ latæ *die 26. Martij*, & propterea etiam
fructus debentur à dicta die. Quæ omnia deducuntur
omni meliori modo, &c. inſtando in ſententia generali
pronunciari pro, vt ſupra clarius expreſſa eſt intentio
primi libelli, in cæteris ad eum ſe remittendo, deducen-
do, &c. citra præiudicium, &c. proteſtando de expen-
ſis, damnis, & intereſſe, &c.

ARGVMENTVM.

Tranſactio non valet in re minoris alienanda, cum
vltra Decretum Iudicis, non adeſt cauſa iuſta.
Plura de iuſtitia, & iniuſtitia, & iure liquido,
& obſcuro. De effectibus ipſius Tranſactionis.
De obligatione Tutoris in re pupillari. De re-
quiſitis ad decretum alienationis interponen-
dum. Reſolutio competit aduerſus alienatio-
nem, etiam valida tranſactione; Recuperatio
bonorum ita alienatorum quomodo, pro qua
parte, à quo tempore, & à quibus fieri poſ-
ſit.

SVMMARIVM.

1 *Tutor poteſt tranſigere ſuper bonis pupilli, cum eius iura ſunt dubia, & obſcura, non alias, & num. 15.*

2 *Quod procedit, & in mobilibus, & etiam ſtabilibus bonis, etiam ſine decreto; dummodo tamen fundus apud eum remaneat ſoluto certo pretio aduerſario.*

3 *Si vero fundus ſit dandus aduerſario, valet tranſactio*

val-

Digitized by Google

vallata decreto Iudicis.

4 *Fiduciaria venditionis promiſſio probatur ſufficienter per vnicum teſtem cum iuramento ſuppletorio ex aduerſe.*

5 *Poteſt fieri tranſactio à tutore, ſuper eo quod de iure ad aduerſarium pertinet.*

6 *Valet tranſactio etiam ſub timore futuræ litis, etſi nulla realiter tunc verteret.*

7 *Sufficit etiam, ſi lis eſſet extraiudicialis.*

8 *Promiſſio de retrouendendo eſt ad vnguem obſeruanda.*

9 *Quando debitum eſt liquidum, tenetur quis confiteri, & agnoſcere veritatem.*

10 *Alienatio facta in executione contractus, & promiſſionis paternæ poteſt fieri per minorem, abſque ſolemnibus requiſitis.*

11 *Tranſactio facit intentionem Actoris fundatam. Impeditur per eam litis ingreſſus, dum eſt exceptio litis finitæ, & num. 12.*

13 *Minor petens reſtitutionem aduerſus tranſactionem, debet probare ſe læſum.*

14 *Læſio videtur excludi, ex numeratione ex aduerſe facta, pecuniæ vltra debitum.*

16 *Obligatus ad aliquid faciendum limitatè ad certum tempus, eo elapſo, amplius non tenetur.*

17 *Ius liquidum, & obſcurum, at liquidabile, & clarificabile non dicitur dubium, nec ſuper eo permittitur tranſactio in præiudicium minoris.*

18 *Ius clarum, & certum non obumbratur per probationes irrelevantes.*

19 *Cauſa dicitur magna cum excedit centum aureos.*

20 *Iuramentum ſuppletorium non obtinet, cum cauſa eſt magni valoris.*

21 *Vel cum vnus teſtis aliàs ſemiplenè probans, non eſt omni exceptione maior.*

22 *Nemo tenetur agnoſcere bonam fidem aduerſarij, cum eius ius non apparet certum.*

23 *Confeſſio extraiudicialis non probat.*

24 *Promiſſio facta ſine ſtipulatione, nullam inducit obligationem. Item ſi abſenti fiat, & num. 25.*

26 *Confeſſio partis eſt ſtrictior probatio.*

27 *Parti aliquid ſimpliciter aſſerenti non creditur.*

28 *Debet Tutor remota tranſactione, litigare pro defenſione pupillorum cum videt rationes aduerſarij non releuantes.*

29 *Tutor tenetur ad id quod diligens pater familias facturus eſſet.*

30 *Et debet abſtinere à tranſactione, niſi videat rem admodum dubiam.*

31 *Aliàs dicuntur pupilli indefenſi.*

32 *Tranſactio ſuper non obſcuro iure Minoris, & eius bonorum ſtabilium diſtractione ſine iuſta cauſa, eſt ipſo iure nulla.*

33 *Nulla eſt remiſſio iurium pupillorum, quæ non eſt permiſſa Tutori, etiam cum decreto.*

34 *Et tali caſu Tutor dicitur dilapidare, nec habetur pro Tutore.*

35 *Alienatio facta à Tutore non legitimo, eſt ipſo iure nulla.*

36 *Lis futura, quæ calumnioſa dici poteſt, non eſt ſufficiens ad tranſactionem; Sed eſt ipſo iure nulla.*

37 *Ad decretum alienationis rei minoris formiter interponendum, debet præcedere pronuncia, & interlocutoria, quod ob difficultatem ea ſit expediens, &c.*

38 *Vt valida ſit tranſactio ſuper re minoris, requiritur ſimul ius dubium, & obſcurum, & decreti interpoſitio.*

39 *Iuris dubietas ſtat pro cauſa decreti.*

40 *Decretum alienationis rei Minoris, ſine cauſa, eſt donatio, quæ ſemper nulla eſt.*

41 *Imò, & cauſa iuſta eſſe debet; aliàs ex falſa cauſa interpoſitum dicitur, & num. 42.*

43 *Iuſtitia cauſa debet conſtare aliàs quam per aſſertionem Iudicis, & Tutoris.*

44 *Immo allegari, probari, & de ea apparere debet in actis, & de ipſa apparere in ſcriptura ſeparata, num. 45.*

46 *Datur reſtitutio aduerſus tranſactionem etiam validam vigore decreti, cum non ſuis expediens Minori ad eam deuenire:*

47 *Læſio ſufficienter præſumitur ex renunciatione iurium ſuorum.*

48 *Stante inualida ob tranſactionem alienatione, datur actio ad recuperationem rerum alienatarum.*

49 *Competit vendicatio, ne dum ab eo in quem res fuit alienata; ſed & à quocumque poſſeſſore.*

50 *Vbi alienatio eſt nulla, non transfertur dominium, nec ſeparatur ab ipſo minore.*

51 *Tunc res venditæ erunt reſtituendæ cum ſuis fructibus, etiam perceptis, & num. 52.*

53 *Eſt talis fructuum reſtitutio facienda etiam à ſecundo emptore.*

54 *Siue naturales ſint, vel induſtriales; tam conſumpti quam extantes.*

55 *A die actus celebrati, non etiam ſolum litis motæ.*

56 *Actio ad eam recuperationem competit non ſolum pro parte ad ſe ſpectante, ſed, & pro parte fratris minoris defuncti, cui agens ſucceſſit.*

57 *Eſt facienda reſtitutio eius quod aduerſarius dedit, vel ſaltem admittere compenſationem.*

58 *De remedio intentando pro tali recuperatione, remiſſiue.*

59 *Valida adhuc tranſactione, poteſt minor agere pro agrorum alienatorum recuperatione, omiſſa actione contra Tutorem.*

60 *Impediret tamen obligatio ipſius tutoris erga poſſeſſores.*

CONTROVERSIA DLXII.

TRanſactionem initam ab Illuſtri, & Mult. Excell. Domino Annibale Ghiſello ex perſona propria, & tanquã tutore Dominorum Io. Franciſci, & Io. Dominici, eius fratrum, de retrouendendis decemocto bubulcis terræ Domino Cæſari de Philippis, cum lucro aureorum 50. non obſtante, quod lapſus eſſet terminus conuentus, cum eorum patre, ad illas retroemendas validam fuiſſe, nec impugnari poſſe à d. Domino Io. Franciſco ſub prætextu minoris ætatis, prima facie videretur concludendum. *

1 Quandoquidem certum eſt tutore † poſſe transfigere ſuper bonis pupilli, quando eius iura ſunt dubia, & obſcura, *l. ſi pignore in fine, & l. interdum l. 2. §. qui tutelę. ff. de furt.* & facit text. *in l. præſes, C. de tranſact.* vbi hoc notat gloſ. & Bald. *ſub num. 6.* Angel. *in l. contra iuris, §. final. in vltimis verbis, ff. de pact.* Bartol. *in l. pactum curatoris, C. de pact.* idem *in l. cum hi, §. ſi cum his, ff. de tranſact. & in conſ. 47. verſic. ſed in dic. vol. 1.* Nat. *conſ. 45. ſub n. 5.* Oſaſc. *deciſ. 58. n. 14.* Dec. *conſ. 297. alias eſt 296. nu. 5. & conſ. 479. nu. 1.*

2 Quod ne dum verum eſt in † bonis mobilibus, ſed etiam in ſtabilibus, ſuper quibus ſimpliciter transfigere poteſt ſine decreto, ſi poſſidentur ab aduerſario, vel etiã ſi poſſidentur à pupillo, dummodo fiat tranſactio ea conuentione, vt res remaneat apud eum aliquo perſoluto aduerſario, ſicuti vtrumq; probat Lamberteng. *de contract. eorum qui ſine cert. ſolemn. &c. gloſ. 1. ſub num. 16.* Iaſ. *in leg. 2. ſub num. 4. ff. de offic. eius.* Ruin. *conſ. 129. num. 5. vol. 5.* Menoch. *de arbitrar. caſu 171. nu. 74.*

3 Si verò partes conuenirent, quod res poſſeſſa † per pupillum transferretur in aduerſarium, vt in caſu iſto, adhuc tenet tranſactio, ſi interueniat decretum Iudicis, prout hic interceſſit; ita ſupponunt præcitati omnes Doctores, ſed clarè hoc ſcribit gloſſ. *vltim. in leg. 1.* vbi Bart. *num. 2.* Bald. *ſub numer. 1. Cod. ſi aduerſ. tranſact.* idem *in d. leg. præſes, ſub num. 13. C. de tranſact.* Iaſ. *in d. leg. 2. ſub num. 4. ff. de offic. eius.* latè Gail. *libr. 2. obſeruat. 72. num. 1. cum ſeqq.* Honded. *conſil. 34. num. 28. volum. 2.*

4 In propoſito autem caſu † iura ipſorum de Ghiſellis ne dum erant dubia, & obſcura, quinimò clariſſimè conſtare videbatur de bono iure aduerſarij, quia & ſi

* Vide Anton Fabr. *de error pragmatic decad. 15. cap. 10 pag. 1001.*
Pro hac conſultatione vide Morotum, *conſil. 42. in 1. dubio.*

Digitized by Google

fluxiſſet terminus conceſsus ad retroemendum dictas terras, nihilominus Dominus Philippus de Gliſellis pater horum fratrum promiſerat hoc non obſtante eas retrocedere pro eodem pretio, ſicuti pluries hoc ab eo audiuiſſe, iureiurando fidem fecit ipſi iudici decretum interponenti, & ipſi Tutori tranſigenti Dominus Ioann. Franciſcus Cattaneus, qui ſolus teſtis vincto iuramento ſuppletiuo aduerſarij, ſufficiens erat ad probandum hāc promiſsionem fiduciariæ venditionis, vt in ſpecie docuere Gozadin. *in leg.4.num.135.* & Cagnol. *num. 180. quæſt.52.Cod.de pact. inter emptor. & vendit.* Boer. *deciſ. 183.num.2.* Roland. *conſil.50.num.13.14.& ſub num.17. volum.4.* Maſcard. *de probat.concluſ.1147.num.71,*

5 Et ſic ſine tranſactione, † & iactura dictorum 50. aureorum de pluri ſolutorum, poterat aduerſarius conſequi has terras, merito potuit validè ſuper hoc tranſigere tutor.

6 Quæ tranſactio valet † licet tunc nulla verteret lis, cum ne dum vexatio litis præſentis, verum etiam ſolus timor futuræ, & imminentis ſufficiat ad validè tranſigendum, *leg.2.C.de tranſact.* Decian. *conſ.64. numer.1.*
7 *volum.3.* Becc. *conſ.109 num.6.* ſicuti † etiam ſufficit ſi ſit lis tantum extraiudicialiter, Gl. *in l.1.ff. de tranſact.* Alex. *conſ.41. num.4. volum.6.* cum alijs apud Beccium *loco proximè citato.*

8 Quinimo cum videretur † conſtare de iure actoris ex dicta promiſsione retrouendendi, non obſtante lapſu termini, quæ omnino ſeruanda erat iuxta diſpoſitionē *leg.2.C.de pact.inter empt.& vendit.* tenebatur ipſe tutor liberè cedere ſine aliquo lucro, & tranſactione prædi-
9 ctas terras; quia † quando debitum eſt liquidum, tenetur confiteri, & agnoſcere veritatem, *leg.quoties, §. ſicut, ff.de adminiſtr.tut.* Bald. *in dict.leg.præſes, num.10. in fine,* & ibi Curt. Sen. *in repetitione, num.17.C.de tranſact.* Franc. Marcus *deciſ.56.num.3 part.1.*

10 Amplius cum iſta alienatio fieret † in executione contractus, & promiſsionis patris, potuiſſet fieri ſine aliquibus ſolemnitatibus, & decreto, vt in puncto tradunt Albericus *in d.leg.2.C.de pact.inter empt. & vendit.* Follerius *in praxi cenſuali, in verbo inſtrumento gratiæ, &c.num.33.* Bero. *conſ.163.num.1.volum.2.* quos refert, & ſequitur Simoncel. *de decret.libr.2.titul.6.num.2.*

11 Stante igitur tranſactione † prædicta valida, & ſolemni ad fauorem dicti Domini Cæſaris, ex qua dicitur habere fundatam intentionem, Dec. *conſ.215.ſub num.3.* Purput. *conſ.323.numer.2.* Cephal. *conſ.631.numer.6.* &
12 per † quam impeditur omnis litis ingreſſus, cum ſit exceptio litis finitæ, *leg. elegant er, §. ſi quis poſt,* vbi Bart. *in primo notab.num.1.ff.de condict.indeb.cap.1.de lit. conteſtat.in 6.* Blanc. *de compromiſ.quæſt.4.num.48.* Cephal. *d.conſ.631.nu.11.* videtur omnino excludendus dictus Dominus Ioannes Franciſcus à vendicatione prædictarum terrarum ſub prætextu nullitatis dictæ tranſactionis.

13 Quemadmodum quoque † non videretur audiendus, ſi fortè non negaret eam eſſe validam, ſed diceret, ſe, tanquam læſum, aduerſus eam reſtituendum eſſe, nam ommiſſo, quod ei incumberet onus probandi læſionem, *leg.nam & poſtea, §.minor, ff. de iureiur. l. non omnia, ff. de minor.leg.minorib.C.de reſtit.in integr.* Od. *de reſtit.quæſt.4.artic.1.* Natt. *conſ.214.num.9.* vtique de
14 non † læſione conſtare videtur, ex eo quod in hac compoſitione aduerſarius numerauit 50. aureos vltra id quod tenebatur pro habenda hac retrouenditione, quā tamen ſupra demonſtratum eſt potuiſſe conſequi de iure, ſine hac tranſactione, & ſic iſti fratres non ſolum non fuerunt in damno, ſed etiam lucrati ſunt dictos aureos quinquaginta.

Contraria nihilominus magis placet minori fauens ſententia, quod hæc tranſactio ſit nulla, vel ſaltem aduerſus eam ſit concedenda reſtitutio.

15 Moueorque † quia non licet tutori tranſigere niſi, quando iura pupilli ſunt dubia, & obſcura, vt tradit gloſſ. & poſt eam Doctores omnes ad vnum, qui ibi ſcripſerunt *in dict.leg.præſes, C. de tranſact.* & alij quos allegaui ſupra *in princ.* quibus addo Ceph. *conſ.307.num. 19.* Decian. *conſ.37.num.41.volum.1.* Gabr. *conſ.149. n. 77.volum.2.* Natt. *conſ.304.num.8* Hic autem ex lectura inſtrumentorum emptionum, clarum eſt ipſos fratres non fuiſſe obligatos retrouendere dictas terras, quia
16 † pactum retrouendendi erat limitatum ad certum tempus iam elapſum, & propterea vltra illud amplius non obligabat, Angel. *conſ.1 9.* Purpurat. *conſ.134.num. 6.* Gabr. *conſ.54.num.3.& conſ.65.num.5.volum.2.* & hāc indubitatam iuris concluſionem dicit Roland. *conſ. 10. num.12.volu.2.* & habetur in Syntagam. Comm. Opin. diuerſ. *lib.4.titul.37.num.23.tom 1.pag.945.*

Nec obſtat quod imo viderentur dubia eorum iura ex ſupradicta promiſſione, quia ſicuti ius alias illiquidum non dicitur obſcurum vel dubium, nec ſuper eo tranſigi poteſt, ſi mediantibus probationibus liquidari poteſt Bald. *in d.l.præſes, in 3.notab.n.4.* & ibi clarius Riminal. Senior. *colum.1.verſic. item limita niſi poſſet liquidari, &c. C.de tranſactio.* Dec. *in l. pactum curatoris, ſub*
18 *num.3.C. de pact.* Ita † ius alias per ſe clarum non fit obſcurum neque dubium, ita vt ſuper eo tranſigi poſſit per aſſertiones, quæ non probantur, vel probatæ non releuant, Nat. *conſ.543 ſub num.35.* pro vt contingit in caſu noſtro, nam & ſi Dominus Cattaneus fidem fecerit de hac promiſſione tamen, quia non conſtabat, nec aſſerebatur alias vltra eum adeſſe probationes, non reddebatur dubium iſtud ius minorum.

19 Tū quia cū † hęc eſſet cauſa magna; eo quia agebatur de quantitate 18. bubulc. terræ non modicæ, imo egregij valoris, & cauſa dicitur magna, quando excedit cen-
20 tum aureos, Nat. *conſ.305.num.6.* nec adeſſet † niſi ſemiplena probatio, non erat deferendum iuramentum in ſupplementum aduerſario, ſicuti vltra loca ordinaria in terminis noſtris ſcribunt Alex. *conſ.122.num.7. vol.2.*
21 Roland. *conſ.50. num. 15. volum. 4.* tum quia † cum D. Cattaneus eſſet ſocorius Domini Ceſaris, non erat omni exceptione maior, & propterea vigore eius atteſtationis non fuiſſet deferendum iuramentum in ſupplementum Maſcard. poſt alios, loquens in affini, *concl.957. num.10.*

22 Neque hoc in caſu † tutor tenebatur agnoſcere bonam fidem, quia non reddebatur certum ius aduerſarij.

Præterea fides illa facta à Domino Cattaneo de prędicta promiſſione, dato etiam quod plene probaret, nil releuabat, quia non conſtabat quod facta fuiſſet Domino Cæſari præſenti, & per conſequens nec acceptanti;
23 vnde hæc dicitur confeſſio extraiudicialis † facta parte abſente, quæ non probat, nec obligat, cum non appareat de præſentia nec præſumatur; ita in terminis ſcribit Dec. *conſ. 18 ſub num.4. verſic. ſimiliter per teſtes, &c.* Boer. *deciſ.183.num.4.* Maſcard. *concluſ. 1147. num. 41. 42. & 43.*

24 Accedat, quod cum hic non appareat, † nec euincatur ex dicto Domini Cattanei, hanc promiſsionem factam fuiſſe mediante ſtipulatione, nulla ex ea orta erat obligatio, quia retrouendere quis non tenetur niſi interceſſerit ſtipulatio, Soc. Sen. *conſ. 253. num.3. verſic. circa ſecundum, &c. vol.2.* Decian. *conſ.50.nu.11. vol.5.*

25 Et quod promiſſio hæc non fuerit † facta ipſi Domino Cæſari præſenti, & ſtipulanti, ſaltem de omnibus terris, patet ex ipſius met confeſſione, qui vnius tantum
26 petiæ terræ † illius ſcilicet bubulc. ſex contedenbat ſibi promiſſam retrouenditionem, de alijs vero nil huiuſmodi aſſerebat, ita vt, quò ad duas petias terræ certū ſit promiſsionem factam fuiſſe parte abſente; quia nec aduerſarius auſus eſt contrarium affirmare; quo vero ad
27 tertiam † idem dicendum ſit cum non præſumatur pro ſententia, nec credatur parti hoc aſſerenti, Natta *conſ.543.ſub num.35.*

28 Ex quibus planè dignoſcitur ius horum † pupillorum non fuiſſe redditum dubium, adeo vt ad tranſactionem deueniendum eſſet, ſed cum appareret aduerſarij rationes non releuare, ſi ipſe nolebat acquieſcere, debuit tutor litigare pro defenſione pupillorum. Cephal. *conſil.*

429.

Digitized by Google

429. num. 29. quia tenetur ad id quod diligens paterfa-
milias facturus eſset. *l. a tutorib. in princ. ff. de adminiſtr.*
30 *tutor.* & debuit † abſtinere à dicta trāſactione, ad quā
non eſt deueniendum, niſi res videatur admodum dubia.
31 Natt. *d. conſ. 543. ſub nu. 39.* vnde cum prædicta † non
fecerit, nec fuerit diligens in ijs, in quibus conſiſtebat
pupillorum victoria, dicuntur indefenſi, Io: Bapt. Ferret.
conſ. 312. num. 15.
32 Sequitur igitur, † quod iſta tranſactio vti celebrata
ſuper iure non obſcuro, cum diſtractione bonorum ſta-
bilium minorum, ſine cauſa neceſsaria, fuerit ipſo iure
nulla, nec præiudicauerit pupillis. *leg. Lucius Titius, §.
final. ff. de adminiſtrat. tutor. leg. non ſolum. Cod. de prædijs
minor.* ſentiunt DD. omnes *in d. leg. præſes, Cod. de tran-
ſact. & in leg. pactum curatoris, C. de pact.* Bald. *in l. 1. ſub
num. 1. C. ſi aduerſ. tranſact.* Iaſ. *in d. l. 2. num. 4. ff. de offic.
eius*, Natt. *d. conſ. 543. ſub num. 39.* Grat. *conſ. 191. num.
19. volum. 1.*
33 Hæc enim dicitur iurium pupillorum remiſsio, † quæ
non eſt permiſsa tutori etiam cum decreto; Surd. *conſil.
164. num. 50.* Menoch. *conſ. 31. num. 37. & conſ. 237. num.
23.* Roland. *conſ. 18. num. 58. volum. 1.* Deciſ. Peruſ. *1. nu-
34 mer. 14.* & cum hoc † caſu dicatur dilapidare, non ha-
betur pro tutore, *leg. qui fundum, §. ſi tutor., ff. pro empt.*
35 Gloſs. *in d. l. pactum curatoris, C. de pact.* alienatio † au-
tem facta à tutore non legitimo, etiam cum ſolemnitati-
bus, eſt ipſo iure nulla. Gabr. *conſ. 36. num. 27. volum. 1.*
36 Burſatt. *conſ. 130. ſub num. 16.* ſicuti † etiam cum hæ
lis futura non poſsit dici niſi calumnioſa, tranſactio ſu-
per ea inita redditur ipſo iure nulla. *leg. in ſumma, in
princip. ff. de condict. indeb.* Bero. *conſ. 176. num. 35. verſic.
non obſtat, &c. volum. 1.* Alciat. *conſ. 155. nu. 5. lib. 5. alias
eſt conſ. 165.*
37 Neque obſtat, † quod in ea præceſserit cauſæ cogni-
tio, & interpoſitum fuerit Iudicis decretum, cum qui-
bus ſolemnitatibus ſolent valere tranſactiones bonorū,
etiā ſtabilium minorū, ſicuti dixi in contrarijs; Quia
reſpondetur primo, iſtud decretum, nec formiter, nec
validè interueniſse, cum non præceſserit pronuncia, &
interlocutoria, quod ſtantibus pactis, conuentionibus,
ac difficultate cauſæ, expediens erat pupillis tranſigere,
confirmando deinde tranſactionem, mediante decreto,
ſicuti neceſse erat. Bald. *in leg. tutoris, ſub numer. 1. ff. de
confirmat. tutor.* & in ſpecie tradunt Menoch. *de arbitrar.
caſu 171. num. 41.* Simoncel. *de decret. lib. 2. tit. 8. n.* 105.
38 Secundo dico, † quod ad validitatem huiuſmodi
tranſactionis non ſufficit interpoſitio decreti, niſi etiā
fiat ſuper iure dubio, & obſcuro, prout copulatiuè hæc
39 requirūtur à DD. prædictis; nam hoc † ſeruit pro cau-
ſa decreti, ſine qua illud eſt nullius valoris. nec poteſt
40 operari, cum alias † dicatur iurium remiſsio, & do-
natio, quæ nec cum decreto permiſsa eſt; vnde cum
in caſu iſto dicatur interpoſitum ſine cauſa, vel ſaltem
41 ſine cauſa iuſta, † ex quo atteſtatio Domini Catta-
nei non reddidit iſtud ius obſcurum, non poteſt eſse ali-
cuius efficaciæ, ſed alienatio remanet ipſo iure nulla, vt
docet Hoſtienſ. *in cap. 1. ſub nu. 9. de reb. Eccleſ. non alie-
nand. in 6.* vbi inquit non ſufficere, ſi præcedat cauſæ
cognitio, & interponatur decretum, niſi etiam cauſa ſit
vera, & iuſta, quod ſcripſit etiam Bolognin. *conſil. 59.
ſub num. 16.* Virgin. Boccac. *in Conſtit. Ægidian. vt mi-
42 norum, gloſſ. 2. ſub. num. 50.* vbi inquit, † quod tunc de-
cretum dicitur interpoſitum ex falſa cauſa, & ob id nō
validatur contractus; Neuiz. *conſ. 85. num. 12.* Pariſ. *con-
ſil. 98. num. 17. volum. 1.* Barbatia *in leg. is, cui bonis, co-
lumna vigeſima ſecunda, verſ. Quinimo decretum, & colum.
23. in princ.* vertit circa ad producta adduco, *ff. de ver-
borum obliga. fol. 75.* Gail. *lib. 2. obſeru. 72. ſub numer. 5.*
43 Riminald. Iun. *conſ. . num. 74. & 209.* & de hoc † de-
bet conſtare aliter, quam per aſsertionem Iudicis vel
tutoris. Veggi. *conſ. 70. num. 6.* Riminald. Iun. *conſ. 242.
44 num. 35. & 37. & conſil. 255. num. 30.* † debetque dicta
iuſta cauſa allegari, & legitimè probari, & de ea appare-
re in actis, *leg. minorum, Cod. de prædijs minor.* Iaſ. *in leg.
2. num. 5. in fine, ff. de officio eius*, Ioann. Ludou. *de probat.
45 concluſion. vnic. verſic. præſertim, 26.* & in ſcriptura † ſe-
parata ab ipſo decreto, latè Riminald. Iun. *conſ. 5. num.
77.* Honded. *conſ. 22. num. 110. volum. 1.* Menoch. *de recu-
perand. remed. 15. ſub num. 147.* de qua iuſta cauſa vtique
hic non apparet.
46 In omnem † autem caſum, quando poſſet etiam di-
ci hanc tranſactionem propter interpoſitionem decreti
mero iure valere, daretur reſtitutio minori aduerſus eā,
cum non fuerit illi expediens ad eam deuenire. Bald. *in
dict. leg. 1. ſub num. 1. C. ſi aduerſ. tranſact.* Odd. *de reſtit. q.
66. art. 4. per tot. maximè ſub num. 23.* Bero. *conſ. 32. num.
40. volum. 2.* Gozad. *conſ. 44. num. 12.* Decian. *conſil. 16.
numer. 38. & conſil. 20. num. 73. volum 5.*
47 Nec opus eſſet aliter † probare læſionem, quia eo
ipſo dicitur læſus, quod renunciauit iuribus ſuis; Simon. de
Præt. *conſ. 150. num. 24.* ſed non puto neceſſariam reſti-
tutionem per ſupradicta.
48 Quocirca ſtante inualiditate huius tranſactionis, † po-
teſt Dominus Ioannes Franciſcus agere ad recuperatio-
nem harum terrarum nulliter alienatarum. *leg. non ſolum.
& leg. & ſi præſes*, vbi gloſ. *in verb. actionem. C. de præd.
minor. leg. magis puto, paulo ante finem, verſic. ſed viden-
dum, &c. ff. de reb. eorum, &c.* Hoſtienſ. *in dict. capitul. 1.
numero nono, de rebus Eccleſ. non alienand. in 6.* Roland.
conſil. 33. numer. 23. volumin. 1. Cephal. *conſil. 215. nu-
mero primo*, Borgn. *de tutor. ſub num. 123. circa finem.*
49 Vbi dicit poſſe vendicari ne debent ab eo † in quē pri-
mo alienatæ fuerunt ſed etiam à quocumque poſſeſſore
tam vniuerſali, quā ſingulari, quod ſcribit etiam Soc. Iun.
conſ. 52. vol. 2. & eſt textus *in l. 3. C. ſi quis ignorans rem
50 minoris, &c.* ratio † eſt quia vbi alienatio non tenetur
non transfertur dominium, nec ſeparatur ab ipſo mino-
re *l. ſi prædium, C. de præd. minor.* Roland. *d. conſ. 33. nu-
23. volum. 1.*
51 Illæ quæ, erunt reſtituendæ † vna cum fructibus *d. l.
ſi prædium l. ſi contra, C. ſi quis ignor. rem minor.* Oſaſc.
deciſ. 160. num. 2. Roland. *vbi ſup.* Rimin. Iun. *conſ. 5. n. 41.
& conſ. 255. ſub num. 98.* Surd. *conſ. 115. per totum*, facit
Gamma, *deciſ. 122. in fine*, Caballius *milleloq. 315.* Becti,
conſ. 95. num. 18. & 24. Surd. *conſ. 276. num. 17* Virgin.
Boc. *in cap. vt minorum gl. 4. ante num. 19. conſtitutionis
Ægidianæ.*
52 Non ſolū † perceptis ſed etiam percipiendis, & ab eo
qui habet titulum. Plot. *conſ. 38. numer. 12.* Crot. *conſ. 11.
num. 54.* Surd. *conſ. 115. ſub num. 15* Decian. *conſ. 20. num.
75. vol. 5.* Roland. *conſ. 41. paulò ante finem, vol. 3. & 60.
num. 47. vol. 4.* qui Surd. *num. 38.* ampliat vt fructuum
53 reſtitutio † facienda ſit à ſecundo emptore, & ita ter-
tio poſſeſſore, & maxime quando intentatur remedium
54 reintegrandæ Theſſaur. *deciſ. 29. nu 3.* & tam † natura-
les, quā induſtriales, & tam conſumptos, quā extantes,
Rim. Iun. *conſ. 333. num. 35. & 36.* non ſolum à die litis
conteſtatæ, ſed à die actus nulliter celebrati; Tiraquell.
l. ſi vnquam, verbo reuocatur e n. 268. Mantic. *lib. 7. tit. 10.
num. 34. verſic. & quod generaliter*, Gallia *in conſuetud.
Alexand. verb. non poſſit, quæſt. 6. nu. 5.* Rimin. Iun. *conſ.
333. num. 19. 22. & 37.* Surd. *deciſ. 25. nu. 21.* Theſſaur.
conſ. 29. num. 3. & 6. vbi quando intentatur reintegran-
dæ poſſeſſionis remedium.
55 Poteritque ſpecialiter † Dominus Ioannes Franciſcus
gere ad recuperationem non ſolum portionis quæ ad
56 eum ſpectabat, † ſed etiam dimidiæ alterius fratris mi
noris iam defuncti, cui ipſe pro dimidia ſucceſſit. *l. mi-
nor, §. non ſolum, cum lege ſequenti. ff. de minor.* Borgn. *de
tutor. ſub. num. 123.* ibi, *quo caſu minor. & eius hæres, &c.*
57 Debebit tamē ipſe † offerre reſtitutionem eius, quod
ſibi datum fuit a Domino Cæſare, vel ſaltem compen-
ſationem cum fructibus reſtituendis. *leg. non ſolum, in
fine, C. de præd. minor.* Burſatt. *conſ. 291. numer. 64.* Pariſ.
conſil. 96. numer. 112. volum. 1. Cephal. *conſ. 667. numero
ſexto.*
58 Quod autem remedium intentandum † ſit ab ipſo
minore pro hac recuperatione, docet Borgn. *de tutor. n.
113. in fine, & num. 150. cum ſeqq.* Rimin. Iun. *conſ. 5. ſub
num. 41.* Socin. Iun. *conſ. 62. nu. 1. volum. 2.* Bertrand. *con-
ſil. 352.*

Digitized by Google

ſil.352.num.3.par.1.volum.2. Vigel. *Method.iur.ciuil.lib. 5.cap.4.queſt.2.*

59 Sed etiam quatenus † poſſet dici hanc tranſactionem valere, poſſet adhuc minor omiſſa actione contra tutorem petere reſtitutionem pro præciſa recuperatione harum terrarum. *leg. final. Cod.ſi tutor. vel curat. interuen.* Becc. *conſ.12.num.77.& conſ.59.num.2.* Surd. *conſil.87.num.6.& conſ.9 .num.12.& conſ.164.nu.15.* Cioffi. *conſ.137.num.3.volum.1.* Roland. *conſ.72.num.47.vol.3.* Decian. *conſ.76.n.1.vol.5.*

60 Cauendum tamen † eſſet, ne forte ipſe tutor obligaretur erga illarum poſſeſſores, ex his quæ tradunt Gabr. *conſ.146.num.17. vol.1.* Borgn. *de tutor. num.123.* & ex tex. *in l.& ſi ss,C.de prædys minorum,* de qua re latè agit Montan. *in tract.de tutel.cap.31.effect.5. numer.4.fol. 100.& num.7.* maturius tamen ſuper his omnibus puto cogitandum.

A R G V M E N T V M.

Remedium reintegrandæ poſſeſsionis datur minori, probatis extremis neceſsarijs, & dummodo non ſit facto ſuo priuatus; quo caſu poteſt agere de nullitate contractus, vel de læſione, ob quam reſtituatur in integrum. Priuatus tamen ex cauſa iniuſta, & contractu nullo, etiam ſua culpa, & facto, habet remedium can. reintegrandæ. Plura de eo remedio reſtitutionis in integrum. Euictio quando, & à quibus debeatur, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Obtinet remedium reintegrandæ poſſeſſionis, cum probatur propria poſſeſsio antiquior, & iunior rei conuenti.*
2 *Factum tutoris, dicitur factum Pupilli.*
3 *Qui facto ſuo cecidit à poſſeſſione, non gaudet beneficio recuperandæ poſseſs.*
4 *Eo caſu, cum non datur remedium, poteſt agi de nullitate contractus, & tunc iudex, hoc conſtito, omiſſa ſententia nullitatis, reum condemnat.*
5 *Si contractus ſit validus, ſed ſit læſus minor, adhuc Iudex profert ſententiam pro minore.*
6 *Priuato poſseſſione rei propriæ ex cauſa illicita, & contractu nullo, etſi facto proprio, adhuc competit remedium, ex can. reintegrandæ, 3. q. 1.*
7 *Afferuntur rationes in propoſita controuerſia, num. 12. 13. 20. 21. 29.*
8 *Decretum alienationis rerum minoris ſine cauſa iuſta interpoſitum, eſt nullum; tamquam ex falſa cauſa, num 9.*
10 *Tranſactio etiam interueniente decreto, eſt nulla, ſi apparet de læſione, & non vtilitate minoris.*
11 *Opinio, quod decretum ſit validum, etſi de cauſa cognitione non appareat ſcriptura priuata, eſt in iure parum tuta, & etiam contra praxim.*
14 *Læſus ſatis dicitur minor ex renunciatione iuris ſui, & exactione lucri percipiendi, nu.15.*
16 *Non concludit dum quædam bona alicuius loci fuerunt vendita; ergo etiam alia inibi vendita forent.*
17 *Remedium reſtitutionis in integrum eſt extraordinarium; Et non competit cum adeſt ordinarium.*
18 *Cohæres priuatus à cohærede iure ſuo, habet in eum actionem.*
19 *Sed ſi priuatus ſit à tutore, eo ommiſſo, poteſt petere reſtitutionem in integrum, pro præciſa rei recuperatione.*
22 *Actori incumbit onus fundandi ſuam intentionem.*
23 *Prius a mobilibus incipiendum eſt pro ſatisfactione, quam a ſtabilibus.*
24 *Tutor tenetur de euictione in alienationibus factis per eum, tutorio nomine.*
25 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, quod procedit cum contrahens ipſe ageret, num. 20.*
27 *Pro contractu nullo non debetur euictio.*
28 *Ille non tenetur de euictione, qui non proprio, ſed alieno nomine contraxit.*
30 *Obligatio in ſolidum non præſumitur, niſi exprimatur.*
31 *Contractu nullo exiſtente, reſtituenda res eſt cum omnibus fructibus.*

CONTROVERSIA DLXIII.

REctè, (non obſtantibus motiuis doctiſſimè excitatis) egit D. Io. Franciſcus Ghiſellus, remedio reintegrandæ poſſeſſionis contra Dominos Bonuicinos,
1 quia † vbi actor probare poteſt ſuam antiquiorem poſſeſſionem, & iuniorem rei conuenti, oportunum eſt prædictum remedium, vt poſt alios latè cumulatos, tradunt Dominus præceptor meus Menoch. *de recuperand. poſſeſ. remed.15. quæſt.31. ſub num.383.* Roland. *conſ.41. ſub nu.12.verſic. quibus tamen non obſtantibus, &c.vol.3.* cum infinitis, quos non eſſet difficile colligere.

Et ſi reus excipit (pro vt obijcitur in motiuis) ipſum actorem ſpoliatum fuiſſe licitè, & facto proprio, oſten-
2 dendo † inſtrumentum venditionis factæ ab eius tutore, cuius factum dicitur factum pupilli, *l.3. §.contractum verſic. ego puto &c.* & ibi Bartol. *ff. quibus ex cauſ.in poſ-*
3 *ſeſ.eat.* Surd. *deciſ.297.num.5.* quo caſu † quando quis facto ſuo cecidit à poſſeſſione, non vtitur dicto beneficio. Ripa de communi, *in cap.ſæpe, nu.27 de reſtit. ſpoliat.* Dominus Menoch. *d.remedio 15. quæſt.14.n 95.* Roland. in ſpecie noſtra, *conſ.41.num.11,vol.3.*

4 Tunc actor replicare poteſt, † contractum eſſe nullum, vel quia non fuerunt ſeruatæ ſolemnitates, vel nulliter, & ex falſa cauſa adhibitæ fuerunt: vel eſſe reſcindendum mediante reſtitutione in integrum, quia fuit læſus; quibus auditis (& viſis actis) ſi contractus eſt nullus, iudex ommiſſa declaratione nullitatis, profert ſententiam, condemnando reum, vt magiſtraliter hanc practicam docendo ſcribit Virginius Boccacius, *in conſtitutione Ægidian. vt minorum gl.8. in fine ſub nu. 310. fol mihi 199.* D. Menoch. *d. remed.15. quæſt. 15.ſub nu.*
5 *191.* ſi vero † contractus eſt validus, ſed adeſt læſio minoris, tunc præuia reſtitutione in integrum, fert pariter ſententiam ad fauorem actoris, idem Dominus Menoch. *d.remedio 15.quæſt.15.ſub num.138.* poſt Nat. *conſ. 162. ſub nu.34.*

6 Vbi enim ex contractu nullo, vel † modo illicito minor, vel quiuis alius etiam facto ſuo priuetur poſſeſſione rei propriæ, adhuc ei competit remedium recuperandæ poſſeſſionis, ex canone reintegranda. *3. q.1.* Alex. *conſ.92. per totum, maxime num.8. vol.5.* idem *conſ.1. in fine vol.4.* Neuizan. *conſ 85.num.13.* Roland. *d.conſ.41. per totum; maxime, num.35.vol.3.* Boccac. *d. gl.8.ſub nu. 37.circa finem, & nu.40.* & ita limitat Menoc. *d.remedio 15. num. 107* Ceph. *conſ.705.* Maluaſia *conſ. 86. per totum,* Paponius *conſil. 38. numer. 1.* Honded. *conſil.23. ſub num. 5542.*

7 Satis autem in præcedentibus † allegationibus clare demonſtraui tranſactionem factam à tutore de bonis ſtabilibus actoris, ſub prætextu, quod teneretur terras controuerſas reuendere, non obſtante lapſu termini præfixi ad reemendum, fuiſſe nullam, ex quo vere non modo non ſuberat talis neceſſitas reuendendi, ſed nec etiam poterat vllo pacto dubitari de ſuccumbentia, caſu, quo mota fuiſſet lis, cũ adeſſet tantum vnicus teſtis, qui non erat ſufficiens ad faciendum deferri iuramentum in ſupplementum aduerſario; tum quia, vti affinis, non erat omni exceptione maior, tum quia cauſa erat magna, vt ibi deduxi, ita quod non ſit nunc opportunum repetere, nec decretum iudicis ſuper ea interpoſitum reddidit illam validam, per multa tunc deducta, & præcipue quia prætextus neceſſitatis reuendendi, erat falſus vti
7 non probabilis, & cauſa iniuſta, quo † caſu redditur nullum decretum ipſum, ſi cauſa non eſt vera, & iuſta; Hoſtienſ. *in cap.1. ſub num.9. de reb. eccleſ. non alienand. in 6.* Gail. *lib.2.obſeruat.72. ſub num.5.* Rimin. Iun. *conſ.5.*
8 *num.209.* quia † tunc, dum interpoſitum ex falſa cauſa

quæ

quæ reddit illud ipſo iure nullum, *leg. magis puto, §. ſi es alienum, ff. de reb. cor. &c.* cum alijs per Bolognin. *conſ.33. num.3.* Neuiz. *conſ.85. num.12.* Bertaz. *conſ. ciuil. 88. nu. 56. & 57.* Hond. *conſ.32. num.111. vol.1.* Virgin. Boccac.
9 *in d. conſtitut. gl.2. ſub num.50.* & quod tranſactio † ſit
nulla etiam ſi interueniat decretum, quando apparet de
veritate in contrarium, ſcribit Paul. Montan. *in tract. de iure tutela, & cura cap.33. nu.245. fol.143.* & per hoc non
10 obſtat quod dicitur, † decretum valere licet de cauſa
cognitione non appareat ſcriptura priuata, quia ommiſ-
ſo quod multi voluerunt contrarium, & eſt de iure ve-
rum, vt dixi in alijs ſcriptis, & quod practica quæ alle-
gatur non habet locum in iudicentibus harum terra-
rum minorum, & caſtrorum, Boccac *in d. conſtit. gl.4. nu. 9.* ſufficit quod appareat de falſa cauſa, & erroneo præ-
textu decreti.
11 Si ergo fuit nulla † tranſactio non obſtantibus ſolem-
nitatibus adhibitis, ſequitur, quod nunc non ſit agendum
de aliqua læſione, nec de in integrum reſtitutione, quia
12 quod nullum † eſt, reſciſſione non eget; quod admitti-
tur etiam in motiuis præſuppoſita nullitate, quæ tamen
negatur. ſed quod veniant condemnandi rei ſecundum ſu-
pradicta, & conſequenter ceſſet omnis vis motiuorum,
fabricata ſuper reſtitutione in integrum concedenda.
13 Sed dato, citra veri præiuditium, † tranſactionem
non fuiſse nullam, adhuc venit reſtituendus Dominus
Io. Franciſcus, & ea reſciſſa reintegrandus ad ſuarum
terrarum poſſeſſionem, quia cum mediante ea deuene-
rit ad diſtractionem ſtabilium, & eam reuenditionem ad
quam cogi non poterat, vtique dicitur læſus, tum quia
propter minorum vtilitatem, lex ita diſtrictè prohibet
alienationem ſtabilium eorum, nec vnquã pecuniæ ex-
tractæ fuerunt implicatæ in alijs ſtabilibus, tum quia ſa-
14 tis dicitur † læſus is, qui renunciat iuribus ſuis, Simon de
Præt. *conſ.159. num.24.* ſicuti hic renunciatum fuit præ-
15 ſcriptioni termini retrouendendi; tum demum † quia
ex aduerſariorum met confeſſione terræ iſtæ beneficio
temporis valde auctæ ſunt in pretio, quod ceſſiſſet ad
commodum minoris, ſi diſtractæ non fuiſſent; nec ex eo
16 † quod alia eius bona vendita fuerunt in territorio
Guallallę, ſequitur, quod iſta quoque non fuiſſet conſer-
uata quia hoc non concludit neceſſario, præterq; quod
non fuiſſent vendita ita cito, & temporis interuallum
erat vtile minori, ex quo ſupponitur paucis annis valo-
rem terrarum excreuiſſe.
17 Nec obſtet quod dicitur remedium reſtitutionis in inte-
grum eſſe extraordinarium, & non competere quoties
adeſt remedium ordinarium, vt plene per Sforz. Odd.
18 *q.17. artic.5.* quod hic non defficit, cum cohæres † fa-
cto cohæredis iure ſuo priuatus, habeat actionem contra
eum, *l. hes conſequens, §. final. & l. haeredes, §. ſi vnus, & §. idem iuris, ff. familia herciſ.* Grat. *conſ.67. num.24. volum.1.*
19 Reſpondetur enim obiectum procedere pro vt loqui-
tur, quando cohęres fuit priuatus ab alio agente vti cohę-
rede, ſed hic Dominus Io. Franciſcus remanſit damni-
ficatus mediante facto tutoris contrahentis, vti tutoris,
non vti cohæredis, quo caſu pupillus ommiſſo tutore
poteſt petere reſtitutionem in integrum pro præciſa re-
cuperatione rei ſuæ, *l. final. C. ſi tutor. vel curat. interuen.* Bec. *conſ.12. num.77. & conſ.9. num.2.* Surd. *conſ.87. nu. 6. & conſ.95. num.22. & conſ.164. num.55.* Cioffi. *conſ. 137. num.3. vol.1.* Roland. *conſ.72. num.47. vol.3.* quos
omnes etiam allegaui in prioribus ſcriptis.
20 Minus reſfragatur, † quod non poteſt dici læſus iſte mi-
nor cum in hac retrouenditione fuerint erogati quin-
quaginta aurei vltra verum pretium numeratum à pa-
tre agentis tempore emptionis, quia inſtrumentum met
tranſactionis probet reſolutionem, cum in eo dicitur
trãſactum fuiſſe etiam ſuper aliquibus alijs prætenſioni-
bus huius minoris, & ſuorum fratrum, pro quibus ar-
guendum eſt datos fuiſſe illos 50. aureos.
21 Sicuti nec turbat, † quod Fratres de Ghiſellis lapſo
tempore retrouendendi, erant obligati ſoluere vendito-
ri, id quod plus fuiſſent terræ prædictę æſtimatæ, vltra
pretium conuentum, & ſolutum ab initio, quod fortè
iſtis non erat in promptu, vnde cogebantur retrouende-
re, cum non valerent ſatisfacere integrali æſtimationi.
Quia non conſtat terras pluris valuiſſe, quam fuiſſent
22 emptæ; & vbi de hoc appareret, negatiua iſta † quod
ipſi non haberent facultatem ſupplendi iſtud pretium,
tanquã fundamentum intentionis illam allegantium, ab
eis foret probanda, iuxta doctrinam vulgatam Bartol.
in leg. in illa, la prima, num.9. vbi Roman. *num.16.* Iaſ. *ſub num.15. verſic. ſecundo fallit, ff. de verbor. obligation.*
23 Et † denique conſiderandum fuiſſet an minoribus
fuiſſet magis expediens diſtrahere illas terras, an alias,
vel mobilia, quatenus non habuiſſe pecunias in promp-
tu pro ſatisfaciendo integraliter venditori Boccac. *in dicta conſtitutione gl.4. ſub num.4.*
24 Denique non releuat, quod † opponitur Perill. Do-
minum tutorem teneri de euictione, cum omnia ſua, &
* minorum bona obligauerit, vt per Borgn. *de tutor. &*
25 *curator. ſub numer.172.* & † quem de euictione tenet
actio, eundem agentem repellit exceptio.
26 Quia Dominus tutor † non agit ipſe, & ideo non
militat dicta regula, Quem de euictione, &c. ſicuti nec
27 contra minorem, quia † pro contractu nullo non de-
betur euictio, *l. quemadmodum*, vbi ſcribentes, *Cod. de agricol. & cenſitis. lib.11.* Decian. *conſ.3. num.49. vol.5.*
& cum tutor non interueniat in hoc iudicio, non eſt
28 etiam diſputandum an teneatur de euictione, † quem
tamen in omnem caſum, certum eſt, non teneri, niſi pro
parte ſua, pro qua poſſeſſores non moleſtantur, non
etiam pro parte minorum, cum non proprio, ſed eorum
nomine contraxerit. Bartol. & alij *in leg.1. C. credit. euiction. pignor. non deber.* Borgn. *de tutor. num.172.* Alba, *conſ.12. nu.9.*
29 Nec refert, quod obligauerit † ſua bona, quia id fe-
cit vigore propriæ obligationis, reſpectu ſuę ratæ partis,
quam vendebat vna cum parte minorum; pro parte ve-
ro eorum, ipſorum minorum bona hypothecauit,
obligatio enim illa bonorum tutoris, & minorum debet
intelligi reſpectiue facta iuxta contractum ſcilicet, vt
pro ea parte, pro qua nomine proprio contrahebat,
eius bona obligata dicantur, pro alia vero pro qua inter-
ueniebat nomine alieno, cenſeatur obligaſſe quoque
30 bona aliena, † quia obligatio in ſolidum non præſu-
mitur niſi expreſſè dicatur, ſed tantum pro rata. Bartol.
in l.2. num.1. ff. de duob. reis. Io. Bapt. Coſta *in tract. de rat. portione, q.32. nu.9.*
31 Concludo igitur † reos condemnandos eſſe, vna
cum reſtitutione fructuum, ſtante nullitate contractus,
l. ſi prædium, C. de prædijs minorum, cum authoritatibus
adductis in prioribus allegationibus, quæ omnino vi-
deantur, quia ex illis reſultant multa conferentia ad reſo-
lutionem motiuorum, quibus puto ex his, & ſi breuiter,
ſufficienter tamen, ſatisfactum eſſe.

* An & quando tutor teneatur de euictione, nec ne, vide late Paul. Montan. *de tutel. & cura cap.33. num.99. & in ſeqq. fol.137.*

A R G V M E N T V M.

Fructuum perceptio, & rei diſpoſitio ad inſtar Domini, non probat dominium, ſed ſolum poſſeſſionem nomine proprio. De confeſſione in iudicio facta. Aliqua de teſtium depoſitione; & de iuramento.

S V M M A R I V M.

1 *Facti ſpecies in controuerſia.*
2 *Teſtes deponentes de alia re, quam articulata, non probant.*
3 *Item atteſtantes de re, non continuatis temporibus, vt veriſimiliter aliquo tempore ignoto teſtibus, res aliter ſe habere potuiſſet.*

4 *Fru-*

4 *Fructuum recollectio, & diſpoſitio ad inſtar Domini, nõ probat dominium, ſed ſolum poſſeſſionem nomine proprio, & non alieno.*

5 *Nec etiam probatur, ſi teſtes deponerent aliquem publicè, & notoriè habitum eſſe pro domino.*

6 *Negatiua, ſcilicet non dominium non poteſt ſufficienter probari, niſi probando dominium alterius, eodem tempore.*

7 *Per ſimplicem recognitionem rei propria ab alio, non transfertur dominium in inueſtiente, præſumitur tamen dominium in ipſo inueſtiente ex tali recognitione, & num.* 8. *Et de hoc centum ſententia ſecundum* Guid. Pap. *n.9.*

10 *Confeſſio in iudicio non eſſe dominum, etiam ſi notoriè diuerſum pateat, ſibi confitenti præiudicat, & eſt ſine dubio, num.11.*

12 *Hæres non poteſt improbare factum defuncti.*

13 *Clauſul. iuramenti, impedit allegari poſſe errorem; & reddit actum aliàs reuocabilem, irreuocabilem, & numer.14.*

15 *Iuramentum confirmat actum nullum, & reddit validum.*

CONTROVERSIA DLXIV.

1 NOn eſt denegandum grauamen petitũ † à conſortibus de Bellottis contra Thomeum de Lorenzinis, pro liuello frumenti plurium annorum per eum, debito, vigore dimidij pedis molendini, de quo aliàs eius pater, cuius eſt hæres fuit inueſtitus à q. Benedicto Bellotto.

Cuius ſolutionem detrectare nequit ſub pretextu probationum factarum, quod & tempore d. inueſtituræ, & ante, & poſt, ipſe Benedictus nunquam fuerit dominus, vel aliquod ius habuerit in d. dimidio pede, nec potuiſſe habere quin ipſi teſtes examinati hoc ſciuiſsēt; Quodque Ioannes, qui de eo fuit inueſtitus, & prædicto tempore inueſtituræ, & ante, & poſt illum tenuerit, ac poſſederit pro ſuo, & tamquam ſuum, colligendo fructus, ac diſponendo de illo, prout veri Domini de rebus ſuis.

2 Namque aſſerta probatio nullum faceſſit † negotium,

Primo quia dicti teſtes non videntur deponere de molendino, de quo in cauſa, ſed de alio diuerſo, nam primus teſtis dicit ſe fuiſſe dominum vnius pedis illius, & tamen in confinibus relatis in dicta inueſtitura, ille non reperitur, nec enunciatur pro domino alicuius partis; ſed quælibet pars attribuitur alijs Dominis; ergo neceſſe eſt, quod intelligat de alio molendino, & non de iſto. Tertius teſtis laborat eodem defectu, nam refert omnes confines, & Dominos cuiuſque partis molendini, de quo teſtificatur, qui ſunt omnino diuerſi ab illis relatis in inueſtitura, & tamen cum deponat de eodem tempore, deberent conuenire; vnde concludendum eſt cum pariter æquiuocare in corpore, & ſic remanet ſolus ſecundus teſtis, quem pariter veriſimile eſt, dum concordat cum alijs teſtibus, intelligere d. de corpore, de quo ipſi loquuntur, & per conſequens de diuerſo à noſtro, licet id non benè colligatur, cum non nominet confines, ſed quamuis præcisè deponeret de iſto, non obeſſet cũ remaneat vnicus.

3 Secundo non concludunt † dicti teſtes, quia poſſibile eſt, quod Ioannes, qui fuit inueſtitus, eſſet dominus d. medij pedis, & tamen paulo ante inueſtituram vendiderit illum Benedicto extra ſcientiam dictorum teſtium, & deinde ab illo ſtatim fuerit de eo inueſtitus, prout ſæpè fieri contingit in hac patria, nec ipſe Ioannes vnquam de hoc fecerit verbum, ne patefaceret ſecreta ſui patrimonij, & ob id non potuerit deuenire in notitiam teſtium ius ipſius Bellotti.

4 Tertio, atteſtatio, quod Dominus † Ioannes poſſideret d. partem molendini tanquam Dominus colligẽdo fructus, & diſponendo prout veri Domini faciunt de rebus ſuis, non probat illius dominium, vel quaſi, ſed tantum quod poſſidebat nomine proprio, & non alie-
5 no, Roland. *conſ.46. num.18. volum.3.* vbi ſubdit † id verum eſſe etiam quod deponerent, illum publicè, & notoriè habitum fuiſſe pro Domino. Maſcard. *concluſ. 540. num.3. & 6.* Petra *de fideicomm. quæſt.13. numer.29. in fine 30. & 33.* D. Menoch. *libr. 6. præſumpt. 63. numer. 3. & 4.*

6 Si non concludunt de dominio Ioannis, † ſequitur etiam quod non cõcludant de nõn dominio Benedicti, quia iſta negatiua, quod ipſe non fuerit Dominus, non poteſt probari ſufficienter, niſi probando alium eo tempore fuiſſe Dominum. Bald. *in cap. ſi quis per triginta ſub num.3. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin. & agnat. vaſall.* Abb. *in cap. cum Eccleſia, ſub num.28. verſ. exemplum, &c.* & ibi Ripa *num.79. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.* Aretin. *in cap. in noſtra, colum. fin. in princ. verſic. Vnde dixit Bald. &c. de teſtibus,* cum alijs apud Pacian. *cui incumbat onus proband. libr.1. cap.42. num.4.*

Conſequens igitur eſt quod inueſtitura remaneat in ſuo robore, & probet D. Thomeum vti filium, & hæredẽ Ioannis, eſſe debitorem quot annis de liuello in ea contento.

7 Quarto, admiſſo, † quod eſſet probatum dominiũ Ioannis, & tempore inueſtituræ, & ante, & poſt, dico quod recognoſcendo ſcienter rem propriam ab alio, ſibi præiudicauit, quia & ſi per ſimplicem recognitionem rei propriæ non trasferatur dominium in inueſtientem, vt per Bart. *in leg. ſi aliquam rem, numer.9.* & ibi cęteri poſt eum, *ff. de acquirend. poſſeſſ.* tamen ex ea inducitur
8 † probatio dominij in perſona prædicti inueſtientis, & præſumitur præceſſiſſe titulum, quo mediante illud fuerit translatum, maximè quando probatum eſt recognoſcentem fuiſſe dominum rei ab eo recognitæ; ita concludit Guid. Pap. *quæſt.272. verſic. ſed præmiſſis non ob-*
9 *ſtantibus, &c.* vbi inquit ita ſemper practicatum † fuiſſe, & quod tempore ſuo repertæ fuiſſent centum ſententiæ, ſequitur latius declarando Valaſc. *de iure emph. quæſt.9. num.*18. Vnde tantum abeſt, quod probatio facta de dominio Ioannis noceat, vt immo maximè conferat ad iura ipſorum de Bellottis.

10 Quinto, & vltimo, dato, † quod talis recognitio facta de re propria non præiudicaſſet ipſi Ioanni, & quod verè probatum eſſet illius dominium, nihilominus confitendo ſcienter in iudicio hanc partem molendini eſſe de iuribus d. de Bellottis, & ſe illis pro ea obligatum eſſe de annuo liuello, de quo in inueſtitura, & præſertim illum, quandoque ſoluendo, prout hæc omnia patent in proceſſu ordinarij, *fol.9. fac.*1. ſibi omnino præiudicauit, quamuis notorium eſſet rem eſſe ſuam, & directum acquiſitum eſt ipſis Bellottis. *leg. certum, §. ſed ſi fundum, ff. de confeſſ. l. rura,* vbi Bart. *Cod. de omni agr. deſert. lib.11.* gl. *in leg. cum falſa,* & ibi Cyn. *num.* 2. Ioann. Faber, Bart. *num.*10. Bald. *ſub num.5.* Caſtr. *pariter num. 5.* Iaſ. *ſub num.1.* Padilla *circa finem, verſic. Quinta concluſio, &c. ſuncto num.5. C. de iuris, & facti ignorantia.*

11 Valaſc. qui dicit † hunc caſum eſſe ſine dubio, *de iure emphyt. d. qu.9. num.20. in fine.*

12 Vnde non eſt admittenda amplius † controuerſia de re iſta, maximè à filio, & hærede, qui nõ debet nec poteſt improbare factum defuncti, & præcipuè ſtante promiſſione, de qua in inueſtitura, de habendo rata, & perpetuo attendendo omnia, &c. cum clauſula iuramenti,
13 † quod impedit allegari poſſe errorem, Bart. *in l. ex hac ſcriptura, num.12. ff. de donation.* Alex. *conſ.17. num. 4. vol. 3.* latè Seraph. *de iuramen. priuileg.90.* & reddit
14 † actus aliàs reuocabiles, irreuocabiles, gl. *in leg. ſi pecuniam, in verbo neceſſe, ff. de condict. cauſ. dat.* Bald. *conſ 482. num.8. vol.1.* Gabr. *de iureiurand. concluſ.9.* &
15 firmat † contractum nullum, ac facit illum valere, *cap. quamuis, de pact. in 6. cap. cum contingat.* vbi Imol. *de iureiurand.* Seraph. *vbi ſup. priuileg.61.*

Non inſiſto ſuper eo, quod oppoſitum, quandoque fuit, hunc contractum ſe per vſurariam prauitatem, quia nihil deductum, probatumue fuit, quod hoc inferat.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An Statutum loquens de Patre, & filia reſpectiuè, habeat locum in Auo, & Nepte. De ſuppletione Orationis legis. Aliqua de Collatione dotis. Et quando Statutum dicatur factum contemplatione agnationis, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Caſalis excludens filiam dotatam à patre, cõprehendit, & neptem dotatam ab Auo.*
2 *Auus continet appellatione parentis.*
3 *Oratio legis imperfecta debet ſuppleri, & num. 5.*
4 *Statutum Caſalis in medium affertur, conſtruitur; & declaratur.*
6 *De ſuppletione, & repetitione legis, varia exempla, remiſſiuè.*
7 *Statutum excludens dotatam propter maſculos, eſt factum contemplatione dotationis, unde filia indotata non eſt excluſa.*
8 *Excludens autem filiam poſtquam ſit dotata, cenſetur latum intuitu agnationis.*
9 *Decretum Montisferrati excludit filiam, & neptem dotatam à patre, vel Auo.*
10 *Verbum* Parentis *includit etiam Auum.*
11 *Decretum volens filiam, vel neptem eſſe ſua dote contentam, eam excludit à legitima.*
12 *Fœmina ita excluſa non tenetur ſuam dotem conferre, vtcumque ea in teſtamento conſtituta fuerit.*
13 *Collatio non habet locum, nec actiuè, nec paſſiuè inter eos, qui ſunt extranei ei, de cuius ſucceſſione agitur.*
14 *Qui abſtinet ab hæreditate, non tenetur conferre.*
15 *Talis tamen poteſt conſequi legatum, repudiata hæreditate.*
16 *Dum filia dotata non ſuccedit in bonis dotantis, dos aliàs reſtituenda, remanet apud ipſam filiam.*
17 *Non debet filia dotem conferre, quam pater ſtipulatus eſt ipſi filiæ.*

CONTROVERSIA DLXV.

NOn poteſt non eſſe iuridica conſultatio illa, quę lege, ratione, authoritate, exemplo rei iudicatæ, ac tandem multis doctiſſimorum Iuriſconſultorum ſubſcriptionum teſtimoniis pro tali firmatur, huiuſmodi autem eſt præſens ab Illuſtr. & M. Excell. Domino Marco Antonio de Vico, pro vxore conſcripta; Propterea non niſi veriſſimam arbitror ego quoque eius ſententiam, & licet ſimplici ſubſcriptione contentus eſſe deberem, tum quia ita fui requiſitus, tum quia adeo diligenti ſtudio illi incubuit, vt approbari ab omnibus quidem, ſuppleri verò à nemine poſſe videatur; Nihilominus vt ipſe cognoſcat, me eius ſcripta perlegiſſe, ac perlegendo guſtaiſſe, nonnulla repetendo potius, quam aliquid de nouo addendo, in medium afferam.

r Inter hæc autem † illud placet recordari, quod Statutum Caſalis, dum in capite dotationis loquitur de patre, parentibus, & agnatis, & ſic & de auo, qui
2 † appellatione parentis continetur. *leg. appellatione parentis, ff. de verbor. ſignificat.* comprehendit pariter in capite excluſionis neptem dotatam ab Auo, licet in eo loquatur tantum de patre, & hoc nedum ex rationibus, & authoritatib. adductis in ipſa conſultatione, ſed etiã ex
5 eo † quod oratio prædicti Statuti in capite excluſionis videatur imperfecta, & ob id ſit ſupplenda ex perſonis nominatis in capite dotationis, & facienda earum repetitio, ac ſi dictum eſſet.
4 (Item ſtatutum eſt, † quod ſi qua nupta fuerit per patrem, vel parentes, vel agnatos, & receperit dotem promiſſam, quod ipſa non poſſit aliquid petere in bonis patris, ſi pater reliquerit filios maſculos, vel nepotes, vel alios heredes à ſe deſcendentes *, nec poſſit, & hæc ſit ſub intelligentia per repetitionem,) aliquid petere in bonis Aui, vel Proaui, &c. ſi reliquerit nepotes, pronepotes, &c. nec poſſit aliquid petere in bonis agnatorum, ſi reliquerint agnatos, &c. pro quo ad-
5 duco † in ſimili, text. in *leg. prima, in princ.* & ibi Bart. *num. 2. de publicanis*, vbi oratio prætoris, qui in præcedentibus dixerat *iudicium dabo in duplum*, & alio in caſu ſubiunxerat ſimpliciter *iudicium dabo*, ſuppletur ſci-
6 licet *in duplum*. de † qua repetitione, & ſuppletione varia habentur exempla, & apud eumdem, & benè per Intrigl. *centur. 2. de feud. artic. 50. numer.* 18 Angel. *conſil.* 240. *num.* 2. Rum. *conſ.* 176. *num.* 8. *volum.* 2. Crott. *conſ.* 47. *ſub num.* 10. optimè Borgn. *dec.* 8. *ſub num.* 28. & 19. *part.* 3. facit etiam Burſatt. *conſ.* 208. *ſub num.* 14. & Antonin. *reſol.* 59. *caſ.* 2. *verſ.* & *verba illa, lib.* 2. Bart. *in l. in repetendis, colum.* 1. *verſ. exemplum, Titius hæres, &c. ff. de legatis* 3. Natt. *conſ.* 370. *ſub num.* 5. & 6. Riminald. Iun. *in leg. ſi emancipati, num.* 44. *C. de collation.*

Et declarando hoc pacto iſtud Statutum, ceſſant omnia ſubterfugia, quæ in medium adduci poſſent pro eo euitando, quia tunc ita præciſè excludit neptem ab hæreditate Aui dotantis, ſicuti filiam ab hæreditate patris.

7 Nec poteſt declinari † ſub prætextu, quod ſit conditum fauore agnationis, quia hoc apparet eſſe falſum ex doctrina Caſtrenſ. communiter approbata. *in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 7. ff. de condit. & demonſtr.* quo loci diſtinguit, quod aut Statutum excludit dotatã propter maſculos, prout in caſu iſto, & tunc non dicitur factum fauore agnationis, ſed tantum propter dotatio-
8 nem, nec indotata cenſetur excluſa; Aut † iubet filiam dotari, ſi non eſt dotata, excludendo eam extantibus maſculis, & hoc caſu dicitur contemplare agnationem, quam diſtinctionem tamquam communem refert, & ſequitur Brunus *in tract. quod ſtantib. maſcul. artic.* 1 *ſub num* 35. Veggi. *conſ.* 42. *num.* 8. & *conſ.* 50. *numer.* 10.

9 Decretum quoque Montisferrati † 73. dum excludit filiam dotatam à patre, vel à matre, cenſetur quoq; excludere neptem ab hæreditate Aui, ne dum ex eo quod appellatione patris contineatur Auus, quemadmodum vltra allegatos à Domino conſulente, probat in ſpecie Georg. Natt. *in tract. quod ſtantibus maſcul. in* 16. *quæſt. ſecunda quæſtionis princip. num.* 66. ſed etiam quia
10 ſubdit, *ſi ſimul à parentibus fuerit dotata*. † quod verbum *parentibus*, eo loci, licet videatur referri ad patrem, & matrem tantum prænominatos, attamen vetè eam comprehendere auum, docuit idem Dominus conſulens, ex Bald. *conſ.* 2. *numer.* 5. *volum.* 1. cui addo in Statuto Tridini huic ſimillimo, Curt. Iun. *conſ.* 39. *num.* 2. 3. & 12.

11 Cumque tale † decretum excludat dotatam à legitima, ex quo iubet eam eſſe contentam dote cuiuſcumque quantitatis, Roland. *conſ.* 95. *num.* 19. vbi de communi, *volum.* 3. & reddat eam tanquam extraneam, Soc. Sen. *conſ.* 30. *num.* 15. & *conſ.* 15. *num.* 6. *vol.* 1. Cephal. *conſ.* 145. *num.* 15. & 16. Non. *conſ.* 44. *num.* 8. & 9. cum aliis penes Rimin. Iun. mox allegandum, ſequitur quod
12 non teneatur † conferre dotem; quamuis fuerit inſtituta in teſtamento ab ipſo dotante, prout luculenter deduxit prædictus Dominus Marcus Antonius, quam ſententiam ſecuti ſunt etiam vterque Riminald. *in dict. leg. ſi emancipati*, Senior *num.* 9. Iunior, qui eam defendit à contrarium tenentibus, *num.* 227. *Cod. de collation.*
13 quia † collatio non cadit actiuè, nec paſſiuè inter eos qui ſunt extranei, ei de cuius ſucceſſione agitur, Vaſq. *de ſucceſſ. reſolution. lib* 2. *§.* 19 *num.* 28. Bero. *conſ.* 54. *num.* 15. & 16. *volum.* 1. quod verum eſt etiam ſi extranei ſuccedant cum filiis, gl. 1. *in fin. in d. l. ſi emancipati*, Gomeſ. qui cęteros allegat, *in leg.* 29. *Tauri*, *ante numer decimum*.

14 Acce-

* De ſubauditione, & quando fiat, vide Bald. *in leg. errore, in principio, C. de teſtament.*

14 Accedat, † quod vbi quis abſtinet ſe ab hæreditate non tenetur conferre. *l.final ff.de collation.do*. cum alijs
15 apud Vaſq. *loco proximè citato, num.6.& 16.* & † nihilominus poteſt conſequi legatum repudiata hæreditate, *leg.à patre, & leg.filiam, la ſeconda, C.de collation.* quæ iuxta ad hoc allegat Vaſq. *vbi ſup ſub num.16.* idcirco Ill. Domina Lucretia, quę noluit ſuccedere in decem aureis, in quibus fuit inſtituta, poterit conſequi donationem, abſque eo quod dotem conferre teneatur.

16 Tandem cum filia dotata † non ſuccedat in bonis dotantis. ſequitur, quod dos in caſum reſtitutionis non reuertatur ad ipſum dotantem, ſed remaneat filiæ, vel nepti, Bald. *in leg.final.ſub num.5.verſic.ſed pone, quod Statutum, &c. Cod.de dot.promiſſion.* vnde non videtur, quod ſit conferenda, per ea, quæ tradit Bero. *conſ. 54.*
17 *num.2.volum.1.* vbi vult, quod † filia non teneatur cõferre dotem, ſi pater ſtipulatus fuerit eam in caſum reſtitutionis ipſi filiæ, non autem ſibi; quibus conferunt ſcripta à Gomeſ. *in d.l.29.Taur.ante num.41. verſ.Quod tamen primo limita.*

A R G V M E N T V M.

De Donatione vnius vnciæ facienda Filio naturali; Probatio ad effectum recuperandi quod eſt exceſſiuum, quomodo facienda ſit. Plura de tali probatione, & intentione Actoris fundanda, præcipue per Aſſertionem, circa quod plurima referuntur exempla. Aliqua etiam de teſtibus deſponentibus, & atteſtationum releuantia.

S V M M A R I V M.

1 *Vnica ſolum vncia patrimonij poteſt donari filia naturali, vel eius deſcendentibus, ſi exiſtat ſoboles legitima.*
2 *Actor deficiens in probatione ſua intentionis, ſuccumbere debet.*
3 *Actor probare debet, etſi ſua intentionis fundamentum ſtet in negatiua.*
4 *Donatum vltra vnciam Naturali Filio, eſt reſtituendum legitimis ſucceſſoribus.*
5 *Dubia probatio non releuat probantem.*
6 *Ex probationibus reis, etiam non plenis debilitatur intentio actoris, ad effectum vt tanquam dubia non releuet, ſed reus liberetur.*
7 *Satis graue eſt, & indecens, vt in re dubia certa feratur ſententia, & abſolutum detur iudicium, ne offendatur veritas.*
8 *Actor volens reuocari relictum, tamquam vltra quantitatem, debet probare exceſſum, alias non eſt audiendus, & num. 11.*
9 *In probationibus conſiſtit totum cauſa pondus.*
10 *Probationes neceſſaria ſunt in Iudicijs, vti panis quotidianus in menſa, & bonum vinum in caupena.*
12 *Opinio affertur in controuerſia.*
13 *Iudicium exceſſus regulandum eſt à probationibus Actoris, reo concludenter contra non probante.*
14 *Actor eſt ille qui prius litem inchoauit.*
15 *Reuiſio eſt ſimilis appellationi; eius enim loco ſuccedit cum illa non datur.*
16 *In Appellatione ille eſt actor, qui fuit etiam in cauſa principali.*
17 *Ille tenetur probare in cauſa appellationis quo ad merita, qui grauabatur in cauſa principali.*
18 *Qui petit reuocari tenutam, vel reſtitui poſſeſſionem, veniens ad iudicium, ſe principaliter defendendo ſed incidenter petendo, eſt reus.*
19 *Attenditur originalis cauſa, & principium litis.*
20 *Principaliter petens reuocari tenutam, &c. eſt actor.*
21 *Talis ſi ſit excommunicatus, non poteſt ſtare in iudicio.*
22 *Secus ſi per viam exceptionis, ſeu defenſionis, & tanquam reus.*
23 *Prouocatus à principio, & continuato iudicio excipiens vtcumque incidenter petierit ad ſe defendendum, dicitur reus, & defenſor neceſſarius.*
24 *Ex fideiuſſione de reſtituendo in caſum, &c. cenſentur reſeruata iura parti aduerſa.*
25 *Reus eſt ille, contra quem fuit facta executio, etſi ſub pretextu defenſionis comparuit petendo eius reuocationem. Sed vid. num.29.*
26 *Multo magis, qui à primo ad vltimum actum ſe geſſit vt reus.*
27 *Semel factus reus, amplius non poteſt fieri actor.*
28 *Qui ſemper ſe geſſit in cauſa vt reus, ſi petat reſtitutionem, incidenter petit. Secus tamen eſſe poteſt in contumace primum comparente, petendo tenutam reuocari, num. 29.*
30 Surdus conſil. 248. & conſil. 186. *ſcripſit pro parte aduerſa.*
31 *Eius rationes recolliguntur, & nu.32. & 33.*
34 *Exceptio intentionis deficientis, cum non ſit propriè exceptio ſed defenſio, non eſt ſpecialiter probanda à reo, ſed cenſetur ſatis probata, cum actor contrarium non probauit.*
35 *Auctoris ſenſus in caſu propoſito, & nu.36.*
37 *Qui prætendit reuocari donationem tamquam excedentem, debet legitimis probationibus demonſtrare negatiuam, ſcilicet donantem non habuiſſe niſi talia bona non ſufficientia ad deuncem liberum.*
38 *Hoc probato, donatarij onus eſt, probare tantum remanſiſſe.*
39 *Simile eſt in probatione non eſſe tot bona in hereditate, vt Falcidiam detrahere poſſit in legatis, eſtque op. communis, num.40.*
41 *Ad aſſecurationem dotis rectè fit probatio, facultates viri non ſufficere ad dotis quantitatem exſoluendam.*
42 *Simile eſt in probanda paupertate patrimonij.*
43 *Si dubitatur an facultates donatoris ſint ſufficientes ad ſatisfactionem donationis, transfertur onus probandi in donatarium, quod plura ad fuerint bona.*
44 *Minor reſtituitur aduerſus aditionem hæreditatis, ſi probet onera exceſſiua, & bonis eam eſſe exauſtam. Et qui ſe opponit, contrarium debet probare. Et de communi, num.45.*
46 *Probans Maritus non habere niſi bona ob ſua alimenta, conſequitur beneficium competentia. Aliter aſſerens, probare debet, ibid.*
47 *Obtinet hæres probando non adeſſe bona ſufficientia pro ſoluendo legato; Et legatarius debet diuerſum probare.*
48 *Item donatio reuocatur, probato non adfuiſſe tunc niſi bona donata.*
49 *Ad iuſtificandam dotationem ſufficit probare non adeſſe niſi bona ſtabilia.*
50 *Et ad probandum ſe dotaſſe de ſuo, Patruus ſufficienter probat, ex patris hæreditate nulla ſuperfuiſſe bona.*
51 *Iuſtificatur competens legitima, probando plura bona non remanſiſſe in hæreditate.*
52 *Aſſerens plura adeſſe bona vltra probata, debet id probare.*
53 *Probatio hæredis, non extare niſi tot bona ad certam ſummam, æquiualet productioni Inuentarij.*
54 *Neganti adfuiſſe alia bona ad ſatisfactionem, ſtatur, niſi diuerſum probetur.*
55 *Probans non eſſe niſi tot in hæreditate, ſatisfacit etiam citra Inuentarium.*
56 *Dumodo non probetur dolus in contrarium.*
57 *An tamen exigantur præſumptiones, & nu.58.*
59 *Filius vt probet, legitimam integram ſibi non eſſe relictam, debet probare tantum exiſtere in hæreditate. Et legatarij oppoſitum debebunt probare.*
60 *Probat ſufficienter ad reuocationem rei donatæ, frater dicens donantem non habuiſſe alia in bonis.*
61 *Doctrina* Gloſ. in l. cum de lege, ff. de probation. *ſimpliciter ſumpta, eſt communis etiam in praxi.*
62 *In teſtibus præſumitur ſcientia ex cognitione, & notitia eius de quo deponunt,*

63 *Va-*

Digitized by Google

63 *Variatio teſtis ex aſtutis interrogationibus, non eſt attendenda per Iudicem.*
64 *Probatio paupertatis releuat ex aſſertione alicuius textis, & aliquorum de credulitate.*
65 *Gloſſa* in d. l. cum de lege, *abſque dubio procedit, cum aliqua etſi leuis concurrat præſumptio.*
66 *Cum aſſertio talis paupertatis procedit à reo, procedit doctrina* d. Gloſſ. *Sed dix. vt nu. 67.*
68 *Doctrina cit.* Gloſſ. *an obtineat indiſtinctè quo ad valorem etiam, & num. 69.*
70 *Qui & quantitatem, & valorem probat in propoſito, obtinebit.*
71 *Quotquot ſint filij naturales, vnica ſolum poteſt relinqui vncia.*
72 *In ea eſt imputandum quidquid ante donatum eſt.*
73 *Primo alienata à filio imputantur in eius legitimam.*
74 *Oppoſita diluuntur, & num 75.*
76 *Aſſertio quod res ita ſit, & non alias, eſt probatio ſufficiens; niſi aliter probetur ex aduerſo.*
77 *Intellectus* ad d. conſ. Surdi 248. *nu. 19. & num. 78.*
79 *Teſtes non deponentes de tempore alias obſeruando, non deponunt ſufficienter.*
80 *Quod eſt de ſubſtantia actus, praciſè probandum eſt.*
81 *Diues. & pauper quis eſſe poteſt diuerſis reſpectibus.*
82 *Plures inſtrumentorum membrana non probant amplitudinem patrimonij; & num. 83.*
84 *Parſimonia victus non concludit ad diuitias; multo minus ad limitatam quantitatem.*
85 *Onus probandi non adimpletur per leues præſumptiones, &c.*

CONTROVERSIA DLXVI.

IN controuerſia quæ diu pendet, inter Illuſtrem Dominum Horatium Bocium, & nobiles Fratres de Cocarellis ſuper liquidatione valoris bonorum, quæ poſſidebantur à q. Domino Franciſco Bocio, tempore donationis factæ Angelæ filiæ naturali, ad commodum filij primogeniti, ex ea naſcituri, dubitat Senatus Excellentiſſimus Montisferrati, contra prędictum Dominum Horatium, quia ex iuribus hinc inde exhibitis, ac depoſitionibus teſtium ad inſtantiam vtriuſque partis receptis, non reſultat perfecta probatio valoris d. bonorum, & per conſequens dignoſci nequit, an fundus donatus d. Angelæ excedat vnciam patrimonij donatoris, quam
1 tantum, † & non vltra potuit conferre in filiam naturalem, & nepotem etiam legitimum ex ea exiſtente ſobole legitima d. donantis, iuxta diſpoſitionem *l. 2. iuncta l. vltima, C. de natur. liber. §. igitur, in Auth. quib. mod. natural. efficiant. ſui.*
2 Vnde videtur, † quod Dominus Bocius, qui in iſto iudicio eſt actor, ſuccumbere debeat, cum in probando exceſſum donationis vltra legitimum modum, in quo conſiſtit fundamentum ſuæ intentionis, defecerit, *leg.*
3 *actor, C. de probatio. l. qui accuſare, C. de edend.* quod † verum eſt, quamuis ipſe aſtruat negatiuam, Bartol. *in leg. in illa, la prima, nu. 5.* & poſt eum cæteri, *ff. de verb. obligat.*

Licet enim docuerit de certis quibuſdam bonis, quæ habebat d. Dominus Franciſcum tempore donationis, tamen non probauit quod alia non habuerit, nec habere potuerit, vt opus erat, ad hoc vt facta legitima ſupputatione, appareret quid vltra vnciam donatum eſſet,
4 † quod veniret reſtituendum legitimis ſucceſſoribus,
5 iuxta *d. l. 2. C. de natural. liber.* Vnde † illius probatio remanet dubia, ob idque non releuat, *l. non hoc, C. vnde legitim.* Viu. *deciſ. 348.*

Et tanto minus cum ex parte rei conuenti fuerint producti multi teſtes, qui concludunt d. donatorem fuiſſe pecunioſum, & de ditioribus ſtatus Montisferrati, ita quod veriſimile ſit eum poſſediſſe alia bona vltra pro-
6 dita à Domino Bocio. Et † licet hoc non ſit plenè probatum ex parte Cocarellæ, non poteſt tamen negari quin ex eo reddatur magis dubia probatio, & intentio actoris, quod ſufficit reo ad victoriam, *cap. inter dilectos in fine, de fid. inſtrum.* Bald. *conſ. 79. num. 7. vol. 2.* Crauet. *conſ. 6. ſub num. 127.* Nat. *conſ. 32. circa finem,* &
7 ratio † eſt in promptu quia ſatis graue, & indecens eſt, vt in re dubia certa feratur ſententia, & abſolutum detur judicium, ne offendatur veritas. *cap. graue, 11. q. 3. & cap. fin. 33. diſtinct.*

8 Pro vt in cauſa iſta ſupradicta † omnia conſiderauit D. Surd. *conſ. 248. ſub num. 9.* pro Domino Bocio præſuponens quod ipſe eſſet reus, quem tamen ex actis huſque factis apparet eſſe actorem, quo caſu expreſſè admittit Surd. *d. conſ. 248. ante nu. 10. verſic. &c. eo enim caſu &c.* actorem qui vult recuperare, ſeu reuocare relictum tanquam vltra legitimam quantitatem, debere probare exceſſum.

9 Concluditur igitur in motiuis; † cum iuſtitia huius iudicij elicienda ſit ex probationibus, in quibus conſiſtit totum cauſæ pondus, vt inquit Bald. *in l. ingenium, in prima lectura, ſub num. 6. ff. de ſtat. homin.* & late proſequitur Simon de Præt. *de interpretat. vltimar. volun.*
10 *interpretat. 2. dubitat. 2. nu. 41. cum ſeqq.* & † quæ ſecundum eundem Prætum, *vbi ſupra, num 45.* ita neceſſariæ ſunt in iudicijs, ſicuti panis quotidianus in menſa, & bonum vinum in caupona, nec Dominus Bocius probauerit allegatum exceſſum vnciæ, cenſeri carere iure, &
11 non † eſſe audiendum; Bal. *conſ. 67. ante num. 4. vol. 3.* Crauet. *conſ. 48. ſub num. 4.* Simon de Præt. *ſupracitato loco, nu. 43.*

12 Arbitror nihilominus, prædictis † non obſtantibus, attendendam eſſe liquidationem, ſecundum notam quantitatis, & valoris bonorum datam à Domino Bocio, quamuis non probauerit D. Franciſcum alia bona
13 non habuiſſe nec habere potuiſſe, & iuxta † eam, ſupputationem faciendam eſſe, ac dijudicandum an fundus donatus exceſſerit duodecimam partem bonorum donantis nec, ne cum pars Cocarella non probauerit concludenter maiorem fuiſſe ſubſtantiam donatoris; & moueor.

Primo, quia, (quidquid ſupponatur in motiuis) Dominus Bocius fuit ſemper, & nunc quoque eſt reus in hac cauſa, ſiue enim inſpiciamus primam originem huius litis, nulla eſt difficultas Cocarellam fuiſſe actorem, quia ipſe prior mouit iudicium contra Bocium, pro conſequendo fundo ſibi donato à d. q. Domino
14 Franciſco, is autem † proculdubio dicitur actor, qui prius litem inchoauit, *l. in tribus, ff. de iudic.* Bartol. *in l. libertus, nu. 1. ff. de in ius vocand.* Dec. *conſ. 686. num. 22.* Roland. *conſ. 10. nu. 18. vol. 4.*

15 Siue ſpectemus † reuiſionem (vt mihi ſupponitur) obtentam à Domino Bocio ſententiæ latæ, qua dictum fuit bona donata pertinere ad Cocarellam, quatenus tamen non appareret excedere vnciam, adhuc ipſe Bocius remanſit reus, & Cocarella actor; nam reuiſio eſt ſimilis appellationi, & ſuccedit eius loco, quando propter dignitatem tribunalis non datur appellatio, *l. 1. C. de ſentent. præfect. prætor. Authentic. quæ ſupplicatio, C. de præcib. Imperat. offerend.* Afflict. *deciſ. 231. ſub num. 1.* Benintend. *deciſ. 78. num. 5.* Rimin. Iun. *conſil. 48. ſub num. 42.*

16 In appellatione autem ille † met dicitur actor, qui fuit in cauſa principali, Dinus, *in cap. indultum, ſub n. 15. de regul. iur. in 6.* Bald. *in l. hi qui, ſub num. 3. C. de appellat.* Cardin. *in Clementin. 1. in 7. quæſt. ſub num. 13. verſic. idem quod primo, &c. de cauſ. poſſeſ. & proprietat.* Benint. *deciſ. 32. numer. 1.* & ſupponit clare Capel. Tholoſ. *quæſt. 205.*

17 Et ille idem tenetur probare † in cauſa appellationis quo ad merita, qui grauabatur in principali, Gloſſ. *in verb. oſtende in d. l. hi qui,* & ibi Cynus, *ſub nu. 4. verſic. Breuiter, &c.* Iacob. Butrigar. *in fine,* Bartol. *ſub num. 4. in fine,* Angel. *num. 1.* Salic. *ſub num. 4. Cod. de appellat.* Specular. *in tit. de probation. in 2. parte, §. 1. num. 8. verſic. ſed quis probabit, &c. & in tit. de ſententia probation. §. final. num. 17. verſic. ſed numquid appellans, &c.* Raph. Comenſ. *in l. 1. num. 15. ff. ſi pendent. appell. mors interuen.* Angel. Aretin. de ſententia omnium, *in l. 1. ſub num. 5. ff.*

ſi tutor vel curator appellau. Igitur, & in reuiſione probatio, quo ad merita, ſpectabit ad actorem originarium.

Siue tandem inſpiciamus, (in quo credo Senatum vim facere) quod Dominus Bocius petit bona excedentia vnciam, quæ mediante fideiuſsione fuerunt relaxata Cocarellæ, ſibi reſtitui, & hoc quoque caſu dico eundem eſſe, & remanſiſſe reum.

18 Nam in ea quæſtione, † an is qui petit reuocari tenutam vel reſtitui poſſeſsionem ſibi via iuris in contumatiam ademptam, dicatur actor vel reus, diſtingunt communiter ſcribentes, quod ſi ille veniat ad iudicium ſe principaliter defendendo, & in conſequentiam, ac incidenter petat reſtitutionem poſſeſsionis ſibi ablatæ,
19 dicitur verè reus; quia † attenditur originalis cauſa, &
20 principium litis; Si vero † principaliter conueniat ad-
21 uerſarium pro reſtitutione bonorum, † dicitur actor; Vnde inferrunt, quod priori caſu excommunicatus vel bannitus qui non niſi ſe defendendo, & vti rei poſsunt
22 ſtare in iudicio, audiendi ſunt, † poſteriori vero nequaquam; ita ſane diſtinguendo docuit Bartol. *in leg. de pupillo, §. final. num. 2.* & ibi Angel. *num. 3.* Raph. *ſub n. 3.* Imol. *ſub num. 23. verſic. tertia fuit opinio, &c.* Roman. *num. 2.* Alex. late, *num. 4. cum multis ſeqq.* Iaſ. *ante nu. 5. verſic. tertia fuit opinio, & vera, &c. ff. de nou. oper. nunc.* Felin. *in cap. intelleximus, num. 4. de iudic.* Lap. *allegat. 54. num. 5.* & ibi Mandoſ. *in addit.* Borgn. *deciſ. 13. num. 6. part. 1.* Pacian. *cui incumb. onus proband. cap. 56. nu. 18. cum ſeqq.*

23 Modo in caſu noſtro Dominus Bocius, qui prius fuit prouocatus à principio fuit vere reus, & continuato iudicio ſemper comparuit principaliter ſe defendendo donec fuit adiudicata poſseſsio aduerſario, mediante fideiuſsione, cuius vigore ſi voluit perſeuerare in defen-
24 ſione iurium ſuorum (quæ debent intelligi † reſeruata ex quo Cocarella fuit coactus fideiubere de reſtituendo, Caſtr. *conſ. 285. num. 1. vol. 1.* & forte etiam fuit facta expreſsa reſeruatio,) neceſse habuit incidenter, & in conſequentiam petere reſtitutionem bonorum excedentium vnciam ſibi ablatorum, & occaſione dicti grauaminis ſecuti, dicitur reus ac defenſor neceſsarius, & coactus, vt tradit Alexand. *in d. leg. de pupillo. §. fin. ſub nu. 14.*

25 Quod certè in terminis † noſtris nullam debet habere difficultatem quia ſi doctores concedunt hoc quando in contumatiam facta eſt executio contra eum qui nunquã comparuit in iudicio, niſi quando ſub prætextu defenſionis, venit ad petendam reuocationem tenutæ;
26 profectò † multò fortius id verum eſse præſuponunt, quando reus grauatur, dum perſiſtit in ſua defenſione, & continuò eſt in iudicio, ex quo enim ſemel factus eſt
27 reus, non † poteſt fieri amplius actor. Decian. *conſ. 16. nu. 15. vol. 1.* Ioſ. Lud. *de probation. concluſ. vnic. col. 2. nec actor, &c.*

28 Imo crederem quomodocumque † concipitur petitio in caſu noſtro, non eſse locum ſupradictæ diſtinctioni, an petat principaliter vel incidenter, quia ex quo ſatis conſtat eum eſse reum, & vſq; nunc perduraſse in iudicio ſe defendendo, non poteſt dici niſi incidenter pete-
29 re talem reſtitutionem. Sed vbi † is qui fuit contumax, nec vnquam fuit in iudicio, comparet pro reuocatione tenutæ, tunc quia, & poteſt venire ad ſui defenſionem, & etiam principaliter agendo, perpendenda eſt eius petitio, & ſecundum illius tenorem, diiudicandum, an principaliter, vel incidenter petat reuocationem.

30 Hoc igitur firmato, præſupoſito, † quod Dominus Bocius ſit reus, ſequitur, quod Cocarellæ incumbat onus probandi donationem eſse intra vnciam, & Dominum Franciſcum ampliores poſsediſse fortunas, quam prodicum fuerit ab aduerſario; per ea quæ in cauſa iſta deduxit D. Surd. *d. conſ. 248. & conſ. 186.* cuius ſcripta longiori calamo exarata, quo ad hoc propoſitum reſtringuntur ad has tres rationes.

31 Quod Cocarella † tanquam actor teneatur probare fundamentum ſuæ intentionis, ſuper quo diſcurrit, *d. conſ. 248. num. 8. cum ſeqq.*

32 Altera quod lex permittat † quidem donationem facta filio naturali, vel nepoti ex eo, dummodo tamen non excedat vnciam exiſtente prole legitima, & ideo cum qui velit agere ad huiuſmodi donationem, & vti beneficio d. legis, debere prius probare illius qualitates concurrere, & verificari, & ſic eſse intra legitimum modum, & hoc argumentum deducit, & comprobat, *d. conſ. 248. num. 19.*

33 Tertia denique mouetur † ratione, quod exceptio Domini Bocij aſserentis, non conſtare fundum donatum non excedere vnciam, non egeat probatione, ſed dica-
34 tur eo ipſo probata, ex quo actor contrarium † non probauit, cum dicatur exceptio intentionis defficientis, & non ſit propriè exceptio ſed defenſio, & de hoc agit leuiter tamen, *conſ. 186. numer. 26. & in vltimis verbis d. conſilij.*

35 Quæ omnia deducta à Surdo † ad fauorem Domini Bocij pro iuridicis admittit Excellentiſſimus Senatus in motiuis, ſed ea retorquet contra d. Bocium eo ſub prætextu quod ſit actor, cuius tamen contrarium ſuperius eſt comprobatum.

36 Secundo igitur, dato, quod † onus probandi ſpectaret ad Dominum Bocium, vltra Surdum moueor ad eius fauorem, quia illius intentio fundatur in negatiua, ſcilicet quod tempore donationis eius auus non haberet ita amplum patrimonium, vt fundus donatus caperet tantum duodecimam partem, & ſic quod deducta donatione non remanſerint vndecim vnciæ donatori; hæc au-
37 tem † negatiua probatur aſſerendo donatorem non habuiſſe niſi talia, & talia bona tanti valoris, quæ non
38 ſufficiunt pro vndecim vncijs. Et ſi † donatarius contendat, & pretendat contrarium, tenetur præciſe, & legitimis probationibus demonſtrare tantum remaſiſſe, quod ſufficiebat pro deunce; hæc eſt doctrina ſingularis
39 gloſ. *in l. cum de lege, ff. de probation.* vbi querit † quomodo hæres cui incumbit onus probandi locum eſſe falcidiæ, vt *in d. leg. cum de lege*, hoc probabit, & inquit quod ſatis erit ſi dicat tot relicta fuiſſe legata, & totũ tãtum eſſe in bonis, & ſi legatarij poſtea contendant ſufficientia bona extare pro facidia, hoc probare debebunt, cuius ſententiam ſequuntur, ibi Bal. & Salic. ſimpliciter, & paſſim, & magis communiter alibi noſtri, inferentes ad varias quæſtiones ex d. doctrina Bartol. *in l. ſi conſtante*
40 *in princip. nu. 7.* & ibi adduct. † ad eum, *ff. ſolut. matr.*
41 vbi quod probatur † viri facultates non ſufficere ad quantitatem dotis, oſtendendo tot adeſſe debita, deinde aſſerendo illum habere tot bona tantum, quæ ad ea non ſufficiũt; & qui plura extare affirmabit, probare debebit, & in his terminis ſequitur Dec. *conſ. 519. nu. 7.* Angel. *in l. final. §. licentia, il ſecondo, Cod. de iur. deliber.*
42 vbi dicit hunc eſſe ſingularem modum † probandi paupertatem patrimonij, & ex d. ſola aſſertione fundatam eſſe intentionem hæredis.

43 Idem Angel. † *in leg. cum ex cauſa*, & ibi Imol. *circa finem*, & Iaſ. *ff. de re iudicat.* vbi ſi dubitatur, an facultates donatoris ſint ſufficientes ad ſatisfactionem donationis ipſo aſſerente non habere niſi talia bona, ex quibus percipit alimenta, & non vltra, transfertur onus probandi in donatarium, plura extare bona, ſequitur Aſflict. *dec. 377. ſub num. 3.*

44 Imol. † *in leg. neceſſarijs, circa finem, ff. de acquir. hæredit.* vbi minor reſtituitur aduerſus aditionem hæreditatis, ſi probet adeſſe tales obligationes, aſſeratque non extare niſi tot bona, quæ non ſufficiunt ad eas extinguendas, & qui vult dicere plura adeſſe, probare de-
45 bet, ſubdens † doctrinam gloſſ. eſſe communem, & in hoc propoſito eandem ſequuntur Alex. *conſ. 21. ſub nu. 6. volum. 1.* Guid. Pap. *quæſt. 142. num. 3.* Caſtr. *in leg. ma-*
46 *ritum, num. 2. ff. ſolut. matr.* † vbi ſufficit marito, qui non poteſt conueniri pro dote vltra quam facere poſſit, ſi aſſerat non habere niſi talia bona, quæ ſibi ſunt neceſſaria pro alimentis, qui enim dicet habere plura, probare debebit.

47 Roman. † *conſ. 222. circa finem*, vbi agit de patre, qui reliquit 4000 filio ſuo naturali; hæredes ſoluerant

parteui

Digitized by Google

partem, & dicebant non fuiſſe bona in hæreditate, niſi pro parte ſoluta, & inquit d. filio incumbere onus probandi ampliorem fuiſſe ſubſtantiam teſtatoris.

48 Alex. † *conſ.71.paulo ante finem,volum.4.* vbi ei, qui vult reuocare donationem propter ſuperuenientiam liberorum ſufficit ſi dicat non habuiſſe, niſi bona donata; nam aduerſarium onerabit neceſſitate probandi plura habuiſſe.

49 Curt.Sen. † *conſ.27.ſub num.17. verſic.quin ad iſta,* vbi ſufficit aſſerere non adfuiſſe, niſi bona ſtabilia pro dotanda filia defuncti, & affirmans extitiſſe mobilia probare debet, teſtaturque practicam d.gloſſ.eſſe communiter receptam.

50 Curt.Iun. † de communi, *conſ.150.ſub numea 10.* vbi quod fundata eſt patrui intentio, qui dicebat dotaſſe neptem de ſuo, & aſſerebat nulla alia ſuperfuiſſe bona ex hæreditate patris illius, quam ea quæ profeſſus fuerat.

51 Gozad. † *conſ.94.num.32.* vbi filiabus conquerentibus non habuiſſe integram legitimam, ſufficit hæredibus ſi dicunt non remanſiſſe plura bona in hæreditate.

52 Crauet. † *conſ.218.ſub numer.3.* vbi qui vult dicere plura adfuiſſe bona, præter ea, de quibus apparet, probare debet.

53 Ruin. † *conſil.91.num.3.volum.5.* vbi ſine aliqua productione inuentarij fundatur intentio aſſerentis ſolum bona mobilia profeſſa extitiſſe vſque ad certam ſummam, & non alia, & teſtatur eſſe comm.opin. etiã non docto de inuentario, quamuis docet tutius eſſe illud producere.

54 Socin.Sen. † *conſ.104.in fine, volumer.3.* vbi neganti adfuiſſe alia bona, ex quibus poſſet ſatisfieri, ſtatur, niſi probetur contractum.

55 Roland. † *de inuentar.in 4.part.§.Hæres cum inuen-*
tario allegans,pag.116. vbi qui vult probare, hæredita-
tem non ſufficere ad debita, aſſerat, tantum eſſe in hæ-
reditate, & non plus, idque inquit procedere, & multo
magis cõfecto inuentario, licet referat multos tenere cõ-
trarium, & in his terminis, etiam ſine inuentario, dum-
56 modo † non probetur dolus aduerſarij, eam ſequitur.
Phanuc. *de in lit.iurand.part.2.membr.2.ſub num.24.an-*
te finem,verſic.& vbi hæres in dolo.

57 Eandem etiam ſimpliciter in ſuis terminis † ſequũ-
tur Ruin. *conſ.67. num.14.& conſ.143. num.22.* vbi de
communi, *volum.5.* Alciat. *de præſumpt. regul. 3. præ-*
ſumpt.20. vbi tamen requirit aliqualem ſuſpicionem cũ
dicta aſſertione. Herculan. *de proband.negatiua, n.255.*
58 *in fine,* † vbi quod eſt communis, & procedit ſine
inuentario, & ſine aliqua præſumptione. Aretin. *conſ.*
120.ſub num.2. Gabr. *de probation. concluſ.7.* vbi de ma-
gis communi, Surd. & ipſe etiam quod nulla adſit præ-
ſumptio, *conſ.196.ſub num.67.* Ioſ.Ludou. *de probation.*
concluſ.vnic.illation.167. Becc. *conſil.100.ſub numer.22.*
Rota *deciſ.633.num.12.part.1.nouiſſ.*

Et ſi vellem referre omnes, qui ſequuntur dictam gloſſam in alijs terminis puta, ad probandum plures nõ potuiſſe haberi teſtes alios, non reperiri libros, & huiuſce generis, dies mihi deficeret.

59 Sed vt propius, † ad rem accedam, ſi filius aſſerit legitimam ſibi integrè relictam non eſſe, probabit hoc, dicendo, tantum eſſe in hæreditate, & non plus, niſi legatarij demonſtrent plura bona adeſſe, Caſſan. *in conſuet.Burgund.de ſucceſſ.Rubr.7.§.3.in textu par droiet de inſtitution.in fine verſiculi, ſed an hæc legitima, pagena 934.* Burſatt. *conſ.92. num.18.* Maſcard. *concluſ.972.* Ioſ. Ludou. *de probation. concluſ.vnic.illatio.157.* igitur Dominus Boccius aſſerendo non remanſiſſe, niſi talia bona, quæ non ſufficiunt pro vndecim vncijs, habet fundatam intentionem.

60 Tandem adduco † Alex. *conſ.55. num.6. iuncto principio conſilij,volum.1.* ex quo mihi videtur, decidi quæſtionem hanc ad fauorem Domini Bocij, vbi cum ſtaret Statutum quod ſoror certo in caſu teneretur relinquere tertiam partem bonorum fratri, quædam mulier donauit ferè omnia bona cuidam, frater ea defuncta volebat reuocare ſupplementum ſuæ tertiæ partis à donatario, qui erat in poſſeſſione, reſpondit Alexander illi ſufficere, ſi dicat ſororem non habuiſſe alia in bonis, niſi quæ donauit, & illa pauca ſibi relicta, quæ non ſufficiunt pro tertia portione ſibi debita; & donatario non probante plura habuiſſe, ferendam eſſe ſententiam pro fratre, qui tamen erat actor, & vendicabat à poſſeſſore.

61 Et quamuis non ignorem, † multos tenuiſſe dictam gloſſam procedere tantum, quando eſt confectum inuentarium, vel ſaltem quando aliqua extat præſumptio pro eo, qui aſſerit plura non adeſſe bona, tamen ex ſupradictis patet, magis comm. opinion. eſſe, quod procedat ſimpliciter, & ab ea non eſt tutum in practica recedere, vt inquit Alex. *in leg. ſi cõſtante in princip. ſub num.7.in fine,ff.ſolut.matrim.* & Iaſ. *in conſ.34. num.11.volum.1.* dicit eam eſſe veriſſimam, & temerarium eſſe ab ea recedere, quidquid dixerint nonnulli Moderni.

62 Præterquamquod † ex teſtibus examinatis pro Do-
mino Bocio non deeſt qualiſqualis præſumptio, quæ
plura non haberet bona, quia cum optimè cognoſceret
D.Franciſcum ſicuti erant informati de illis bonis, de qui-
bus depoſuerunt veriſimiliter non ignoraſſent etiam ſi
plura habuiſſet, & licet dicant potuiſſe plura habere,
quod ipſi neſcirent, attamen cum ex rationibus ab eis
deductis pateat, quod ſi plura habuiſſet, hoc facillimè
ſciuiſſent non eſt attendendum; quidquid deinde hæſi-
63 tantur dixerint † ad tradita à Farinacc. *de teſtib.quæſt.*
70.num.12. ſolent enim ſæpè teſtes ex aſtutis Aduoca-
torum interrogatorijs variare ab eo, quod certitudina-
liter nouerunt, & ideo tunc boni Iudices non debent at-
tendere iſtas variationes, ſed repellere has aſtutias.
Alex. *conſ.109.num.7.volum.1.* addent.ad Bertaz. *conſil.*
crimin.140. additione vltima.

64 Sed quidquid ſit in propoſito † noſtro, ſufficit, ſi
cum dicta aſſertione adſunt aliqui teſtes de credulitate,
quod non habuerit plura bona, qui non deſunt hic. Al-
65 ciat. *regul.3.præſumpt.20.* † Et quando aliqua concurrit
leuis præſumptio, quod gloſſa illa non patiatur aliquã
controuerſiam, tradit Maſcard. *in concluſione, qualiter*
probetur paupertas, quæ eſt in meo libro 1159.numer.47.

66 Præterea, quando illa aſſertio † procedit ab eo, qui ſe defendit, & eſt reus, prout in caſu noſtro, tunc pariter dicta gloſſa non videtur habere difficultatem. Ruin. *conſ.49.ſub num.4.verſic.Vnde & aliter reſpondeo, &c.& conſ.81.ſub num.9.verſic.item, & 3. volum.5.* Caſtr. *in leg.menia,§.final.ſub num.4.ff.ſolut.matrim.* Imol. *in rubr.ff.de nou.oper.nunc.ſub num.6.* Alex *in d.l.ſi conſtante,in princip.ſub num.74.* Socin.Iun. *conſ.26.num.11. volum.2.* Gabr. *de probation.concluſion.7.numer.11.& 14.* Maſcard. *concluſ.205.num.19.& 22.*

67 Non tamen † me reſtringo ad hoc vltimum, quia doctrina prædicta, vt dixi, procedit indiſtinctè etiam in actore.

68 Et ne dum procedit † quo ad probandam quantitatem rerum, ſed etiam valorem, puta aſſerendo non extare niſi tot bona, quæ valent niſi tantũ; nam ſi maior valor non probetur, ſtabitur dictæ aſſertioni, vt præſupponunt prædicti omnes Doctores, & in ſpecie ſcripſit hoc Iacob.Butigar. *in leg.actor, column.2. verſic.nec obſtat lex, C.de probation.* cuius doctrina licet non recipiatur quantum ad intellectum d.gl. *in lege cum de lege,* qui intelligebat eam loqui, quando diſputatur de valore, non autem de quantitate, cum tamen verè loquatur è conuerſo, vt declarant Iacobin. *in d.l. cum de lege, ſub num.2.verſ.alij dicunt, de probation.* Alex. *in l.ſi conſtante,in princip. ſub num.7.verſic. ad gloſſ.in leg. &c.* Iaſ. *conſ.34 ante num.14.volum.1.*

69 Tamen eam eſſe in ſe veram, quod procedat etiam quo ad valorem, paucis exceptis nemo dubitauit, ſicuti eam ſequuntur quo ad hoc, Imol. *in d.l.ſi conſtante, in princip.ante num.3. verſic.item adde his,* & ibi Roman. *num.24.* Caſtr. *in leg.menia,§.final.ſub n.4. ff.ſolut.matr.* Alex. *in l.decem,116.num.18.ff.de verbor.obligat.& in leg.*

final.§.licentia,ſub num.1.C.de iure deliberand.

70 Vnde cum Dominus Bocius expreſſerit tam certam quantitatem, quam valorẽ bonorum Aui donatoris, vltra quæ nulla alia, nec pluris valoris habuiſſe aſſeruerit, facienda eſt ſupputatio, & liquidatio vnciæ iuxta hanc aſſertionem, cum Cocarella aliquid certi in contrarium non probauerit.

71 Et in hac liquidatione detrahendum erit † primo ad computum vnciæ, id quod fuerit donatum antea Fabricio alteri filio naturali; ſiquidem quotquot ſint filij naturales, vnica tantum poteſt relinqui vncia, *d.l.2. C.de naturalib.liber.§.nos igitur,in Auth.quib.mod.natu-*
72 *ral.efficiant.ſui.* & quod primo † donatum fuit, imputandum eſt in ea, ad tradita à DD. *in l.marcellus, §.res*
73 *que,ff.ad Trebell.* dum volunt, quod primo † alienata a filio grauata computentur in eius legitima, vnde ſi quid defuit donationi factæ Fabricio ad implendam vnciam, id ſupplebitur ex donatione facta Angelæ, & quidquid ſupererit, ipſo iure reſecatum cenſebitur ad fauorem legitimorum ſucceſſorum, quia habetur pro non ſcripto, vt per Dominum Surdum, *dict. conſ.248. num. 10.& 11.*

74 Non obſtant contraria modo; † quia in effectu ex prædictis remanent ſublata, nam dictum eſt Dominum Horatium eſſe reum, & per conſequens onus probandi ſpectare ad Cocarellam.

75 Secundo, † quatenus etiam neceſſitas probandi fuiſſet ex parte Bocij, quod fundamentum eius intentionis conſiſtebat in negatiua, quæ multipliciter probatur, & inter alios modos, non inſolitus, nec infrequens eſt ille per aſſertionem, quod res ita ſit, & non aliter, & quod ſolum adſint tot bona, & non alia; nam eo ipſo, quod non probatur contrarium, fundata eſt intentio
76 † aſſerentis negatiuam, & ſtatur illius aſſertioni, vt generaliter tradit gloſ. *in leg.1.in verb.intercoſſiſſe,Cod.de errore aduocator.* & alia gloſ. *in leg.2.in verb.probationibus,C.qui teſtament. facer. poſſ.* cum infinitis, quæ ſciens prætereo; & ſpecialiter ad rem hanc, gloſ. *in d.l.cum de lege,ff.de probationib.* de quo late ſuperius actum eſt.

77 Quatenus verò † Dominus Surdus, *in d.conſil. 248. ſub num.19.* admittebat, quod onus probandi ſpectaret ad D.Bocium, quando Cocarella poſſideret, debet intelligi primo, quando etiam eſſet reus, non autem actor, vt in caſu iſto.

78 Secundo intelligendus eſt de probatione, † quæ admittitur à iure, qualis eſt hæc per aſſertionem; alias ſi loqueretur de probatione per teſtes, vel alia regulari, aduerſaretur communibus traditionibus, & præcipuè doctrinæ Alex. *in d.conſ.55.ſub num.1.*

79 Non obſtant teſtes † examinati à Cocarella, quia non concludunt, nam non deponunt de tempore præciſo donationis, qui attendendus eſt, non autem tempus mortis in hac liquidatione, vt in caſu iſto reſpondit
80 Surd. *conſ.216.* & cum eſſet fundamentum † eius intentionis, & in hoc conſiſteret ſubſtantia, & neruus probationis, præciſè probandum erat; gloſſ. vltim. *in l. cum actum*, & ibi Bart. *num.6.ff.de negot.geſt.* Natt. *conſil.177.num.9.cum ſexcentis.*

81 Et atteſtatio, † quod Dominus Franciſcus eſſet pecunioſus, non infert neceſſariò, quod haberet aſſem valoris correſpectiui ad talem vnciam donatam, poterat enim eſſe diues alio reſpectu, & pecunioſus, & tamen non habere ita amplum patrimonium, quod donatio illa caperet tantum duodecimam partem; namque diues, & pauper quis dicitur ſecundum ſubiectam materiam, & diuerſis inſpectis, vt diligenter adnotatur per Dominum, & præceptorem meum Menochium, *de arbitrar.caſ.65.*

82 Nec centuriæ † inſtrumentorum productorum a Cocarella quidquam ei opitulantur, quia ex eiſdemmet pecunijs iteratis, & ſucceſſiuis vicibus mutuatis, & exactis potuerunt confici tot inſtrumenta, quæ præſeferunt vmbram ingentis patrimonij, capitali tamen non æquante forte nec vigeſimam partem quantitatis in illis contentæ.

83 Multi enim ſunt, qui habent arcas plenas † inſtrumentis acquiſitionum à ſe factarum, & tamen habent perquam mediocres fortunas; quia vbi deprehendunt aliquid lucri, vltra omnes expenſas licet modici emunt, non animo retinendi, & poſtea alijs data prima occaſione cum illo paruo augumento, eaſdem res diſtrahũt, & ego noui huiuſmodi virum, cuius reperirentur meniades (vt ita dicam) inſtrumentorum, & tamen eius facultates nequaquam amplæ vocari poſſunt, quia dato modico lucro reuendit.

84 Quod autem Dominus Franciſcus † non iactaret ſuum, & parcè veſtiret, & verteret, non concludit ad diuitias, & tanto magis ad limitatam quantitatem. Pariſ. *conſ.99.nu.59.volum.3.* Maſcard. *concluſ.526.numer. 16.* vltra quod eius filij ſplendidè viuebant.

85 Et demum quatenus etiam teſtes † Cocarellę inducerent aliquam ſuſpicionem, nil facit ad rem, quia ad eum ſpectabat onus probandi, quod non adimpletur per leues præſumptiones.

A R G V M E N T V M.

Ille, ad cuius fauorem, fuit debitor ex maleficio condemnatus ob venditionem rei inuito Domino, prefertur in cõcurſu alijs aſſertis creditoribus, credita probantibus ex debitoris ſolum confeſſione. Et de hypotheca in re, furto ablata.

S V M M A R I V M:

1 *Tenetur ex maleficio, qui rem contra Domini voluntatem vendidit.*

2 *Creditor ex condemnatione ob delictum venditionis rei non ſua, prefertur creditoribus aſſertis cum anteriori hypotheca, que probatur ſolum ex confeſſione debitorum.*

3 *Hypotheca datur ratione furti.*

CONTROVERSIA DLXVII.

1 Cvm de credito reali Dominorũ † mercatorum de Sala, conſtet aduerſus fratres de Specia, qui vendiderunt vnam dictorum mercatorum arcam ceræ, & aliarum mercium plenam, & ſic ex maleficio tanquam qui rem alterius contra Domini voluntatem vendiderunt, obligati remanſerunt, iuxta titulum *Inſtit.de obligat.que ex delicto naſcuntur*; prout etiam condemnati
2 fuerunt, ſequitur, quod † in concurſu, licet nullam haberent hypothecam, & eſſent poſteriores, præferendi ſunt DD. de Cereſolis, & de Nuuolettis aſſertis creditorib. anteriorib. hypothecarijs eiſdẽ de Specia, de quorũ credito conſtat tantum per confeſſionem debitorum. gloſſ. *in leg. diuerſis in verbo data*, & ibi Bal. & Angel. *C.qui potior.in pignor.hab.* Ripa *in leg.priuilegia, numer. 23. verſic.fallit ſecundo,&c.ff. de priuileg.credit.* Peregr. *de iure fiſci,lib.5.tit.1.num.54.in fine, verſ.& notandum, &c.* Burſatt. *conſ.119.num 25.* D.Menoch. *conſ.720. per totum*, vbi dicit hanc receptam opinionem.

3 Addatur, quod imo ratione furti datur hypotheca, & ſic etiam tamquam hypothecarijs præferri debent, Neguſant. *de pignor.in quarto membr.ſecunde partis,numer.124.* Io:Bonifac. *de furt.§.animo lucrifaciendi,num. 72.fol.343.* Riminald. Iun. *conſ.58.ſub num.14.*

A R G V M E N T V M.

De ſeruitute ſtillicidij auertendi; eius vſu conſtitutione præſcriptione, & conſumptione. De clauſul. *Vendens in liberum, & expeditum allodium, & eius virtute.* Aliqua de Emphyteuſi vendenda, & de re Eccleſiæ ſubiecta ſeruitutib. aggrauãda.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Emens rem cum ſuis acceſſibus, egreſſibus vijs, vſantijs, & pertinentijs, dicitur emere cum vſantijs, etiamſi non cadunt ſub nomine ſeruitutis.*

2 *Seruitus tranſit, & actiuè, & paſſiuè in emptorem, etiam ſupradictis clauſulis non appoſitis; ſed vide num. 31. & ſequ.*

3 *Clauſul. cum ſuis acceſſibus, &c. eſt ſuperflua.*

4 *Et multo magis ſtante ceſſione omnium, & quorumcumque iurium facta à venditore.*

5 *Per acquiſitionem fundi ſeruientis, extinguitur omnis ſeruitus.*

6 *Si tamen totus fundus ſit acquiſitus; non ſi pars dumtaxat, quia adhuc durat inſolidum.*

7 *Seruitus eſt tota in toto, & tota in qualibet parte fundi.*

8 *Non extinguitur ſeruitus ſtillicidij, ex eo quod Dominus altius tollat ædificium.*

9 *Nam ſtillicidium altius tolli poteſt, at non deprimi, & cur.*

10 *Non licet ædificare, niſi quatenus non impediatur ſeruitus.*

11 *Non acquiritur liberatio à ſeruitute ſtillicidij ei, qui ſciēte Domino murum altius conſtruxit.*

12 *Sententia Auct. in facti ſpecie controuerſa.*

13 *Qui emit domum in liberum allodium, eam emit nulli ſeruituti ſubiectam.*

14 *Ideo non debet pati canale vicini in illa domo.*

15 *Imo nec in communi muro.*

16 *Non facit ſtillicidium cecidiſſe in aliquo loco, etiam per 40. annos niſi probetur, id iure ſeruitutis eſſe factum.*

17 *Qui patitur ſeruitutem ſtillicidij auertendi, reſpectu domus altioris, tenetur ſolum pati, vt aqua ſuper ſua domus tegulis recipiatur, defluenda in ſuam curtem.*

18 *Etſi mediantibus canalibus aquam diuerterit in viam publicam, cenſetur ſeruiens id facere gratia comoditatis, non ſeruitutis, niſi ex aduerſo probetur.*

19 *Per retentionem canalium continuò ad recipiendam aquam, non inducitur ſeruitus, aut eius præſcriptio.*

20 *Res ſua nemini ſeruit.*

21 *Non contradicens rem vendi in liberum, & expeditum allodium, cenſetur admittere nullam ſeruitutem ſibi in ipſa deberi, & num. 36.*

22 *Vendens faciendo mentionem de aliquibus ſeruitutibus, excludit alias, præter expreſſas, & num. 23.*

24 *Allodium ſignificat exemptum ab omnib. & nulli ſubiectum.*

25 *In Domo Eccleſiæ obnoxia non poteſt imponi ſeruitus, niſi vſquequo ea ſtat penes imponentem.*

26 *Emphyteuſis per venditionem transfertur de vno in aliū, cum conſenſu Domini.*

27 *In tali mutatione cenſetur ea prius refutari in manibus Domini, & poſt emptor inueſtiri.*

28 *Reuerſa domo ſeruiente ad dominum, extinguitur ſeruitus.*

29 *Prædium intermedium liberum impedit ſeruitutem prædij remotioris.*

30 *Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, teneris facere.*

31 *Clauſul.* cum ſuis acceſſibus, *aliquando comprehendit ſolum ſeruitutes actiuas, & commoda, & cur. Et n. 32. & 34.*

33 *Si venditur res, quæ habeat ingreſſum per aliam rem, non cenſetur vendita ſeruitus itineris, niſi expreſſe dicatur.*

35 *Non poteſt vendi, quod non apparet adeſſe.*

36 *Qui tacet, conſentit in ſui præiudicium.*

CONTROVERSIA DLXVIII.

IVre petere videtur Dominus Creſcentius de Datis, vt Dominus Hieronymus Fonina permittat repoſitionē canalis tranſeuntis ſuper ſua domo, pro diuertēdis aquis d. de Datis in viam publicam, prout reperiebatur tempore quo quilibet eorum emit partem domus à ſorori-
1 bus de Gaiardis, nam † cum emerint dictas partes domus, quiſque ſcilicet ſuam, cum ſuis acceſſibus, ingreſſibus, & egreſſibus, vijs, vſantijs, & pertinentijs vſque in viam publicam, dicuntur emiſſe ne dum cum ſeruitutibus, quæ in ea reperiebantur, ſed etiam vſantijs, quę non cadebant ſub nomine ſeruitutis, Bart. in *l. binas ædes, circa finem*, & ibi Angel. *in vltimis verbis*, Florian. *ſub num. 1. verſ. hoc verum*, & clarius Caſtr. *ſub numer. 6.* Fulgoſ. *ſub num. 4. ff. de ſeruitut. vrban. prædior.* Specul. *in tit. de empt. & vendit. §. ſciendum. num. 21.* Cepoll. *de ſeruitut. vrban. prædior. in tit. de ſeruitut. itiner. ſeu actus. capit. 38. ſub num. 3.* Corn. *conſ. 154. per tot. maximè ſub n. 6. verſic. His tamen non obſtantibus, volum. 2.* Capic. *dec. 187 num. 16.* Crauett. *conſ. 105. num. 12.* Boer. *deciſ. 322. num. 6.* Vrſill. in addit. ad deciſ. Afflict. 298. *num. 7.* Surd. *conſ. 17. num. 29* Ioſ. Ludou. *concluſ. mihi vltim. column. final. verſic. fallit 4.*

2 Quinimmo etſi non fuiſſent † appoſita dicta verba, adhuc talis ſeruitus, vti realis, tranſiuiſſet actiuè, & paſſiuè in emptores, *l. ſi aquæductus, 47. ff. de contrahend. emption.* Corn. *conſ. 90. num. 26. volum. 2.* Surd latè, *conſ. 17. num. 12. 13. & 14.* Burſatt. *conſ. 267. ſub numer. 4.* vbi
3 † ob id inquit ſuperfluam eſſe clauſulam ſupradictam *cum ſuis acceſſibus, &c.*

4 Et multo magis † ſtante omnium, & quorumcumque iurium ceſſione facta à venditricibus, Surd. *d. conſil. 17. num. 30.* & Burſatt. *ſub d. n. 4.*

5 Nec obſtat, † quod per acquiſitionem factam à d. de Datis prædij ſeruientis, qui pariter erat dominus prędij dominantis, dicatur extincta omnis ſeruitus per confuſionem, *l. quidquid in fine, ff. commun. prædior. leg. 1. ff. quemad. ſeruit. ammittant.* cum alijs apud Surd. *d. conſ.*
6 *17. num. 3.* reſpond. enim † quod iſtud procederet ſi vniuerſum prædium ſeruiens fuiſſet ab eo acquiſitum, ſecus acquiſita tantum parte, vt hic, quia hoc caſu durat adhuc in ſolidum in alia parte, cuius non eſt factus dominus, *l. vt pomum, §. 1. ff. de ſeruitut. l. ſi quis ædes, §. 1. ff. de ſeruit. vrban. prædior.* Cepoll. *de ſeruit. vrban. præd. cap. 14. ſub num. 1.* Surd. *d. conſ. 17. n. 19. & conſ. 231. n. 26.*
7 eſt enim † ſeruitus tota in toto, & tota in qualibet parte fundi dominantis, & ſeruientis, ſicuti anima in corpore humano, *leg. ſi cui, ff. de ſeruitut. l. certo generi, §. ſi totus, & leg. via conſtituti, §. ſi ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* Surd. *d. conſ. 231. n. 3.*

8 Quemadmodum † non obſtat etiam, quod idem de Datis ædificauerit altius tollēdo murum, adeo quod canale amplius non poteſt reponi in ſuum locum ſolitum, quia per hoc non eſt extincta ſeruitus, *leg. ſeruitutes, quæ in ſuperficie, §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. vrban. prædior.* Cepoll. *de ſeruit. vrban. præd. in tit. de ſeruit. ſtillicid.*
9 *auertend. cap. 28. in 6. quæſt. num. 6.* ſtillicidium † enim altius tolli poteſt, (quia leuior fit cauſa prædij ſeruientis) non autem deprimi, *d. l. ſeruitutes, quæ in ſuperficie, §. ſi autem*, ex regula Cepoll. *dict. cap. 28. in quinta quæſtione, num. 5.*

10 Nec ex aduerſo licuit † Foninæ ædificare, niſi quatenus non impediretur ſeruitus ſtillicidij, Cepol. *d. capit. 28. in 7. quæſt. num. 7.* Burſatt. *conſ. 111. numer. 15.* & licet
11 altius † extruxerit murum ſuum ſciente Domino Creſcentio, non per hoc tamen conſecutus eſt oneris liberationem, *leg. hac autem iura, ff. de ſeruit. vrban. præd.* Cepoll. *in eod. tract. de ſeruit. vrban. præd. cap. 19. ſub num. 1. verſic. ſicut è contra in ammittendis, &c.*

12 Perpenſo tamen maturius negotio, † & facta diligenti loci viſitatione, contrarium ſum arbitratus, quod non liceat dicto de Datis imponere canale ſuper muris Foninæ, nec traducere ſuam aquam ſuper domo illius, mediantibus canalibus; Moueorque, quia Dominus
13 Fonina emit † partem ſuæ domus in liberum, & expeditum allodium, quod ſignificat nulli ſeruituti ſubie-

* Vide Capic. *deciſ. 187. ſub num. 6. verſic. At pro laudo.*

ctum, vt infra dicam, idcirco non licet vicino immitte-
14 re canale in illius murum, † nec diuertere aquam ſuper
eum, Cepoll. *de ſeruitut. vrban. præd. cap. 28. quæſt. 2. nu. 2.*
15 *& cap. 67. num. 4.* vbi *num. 6.* dicit, quod non † liceat
ponere canale, nec in muro communi, *& cap. 68. num. 1.*
nec illi prodeſt prætenſa ſeruitus, quia à iure non præſu-
mitur, ſed quælibet res libera à ſui origine cenſetur, &
ideo, qui allegat ſeruitutem, eam probare tenetur, alias
ſuccumbit, vt hæc omnia probat Bart. *in l. ſi prius, n. 14.
ff. de non. oper. nunc.* Roland. *conſ. 32. nu. 36. vol. 3.* Alciat.
conſ. 60. num. 3. lib. 5. & copioſè Maſcard. *in concluſione,
ſeruitutem non præſumi, quæ eſt in meo libro, concl. 1305.
num. 1.*
16 Nec ſufficit, † quod quis probet, ſtillicidium ceci-
diſſe in tali loco, vel aquam defluxiſſe per talem locum,
etiam ſpatio quadraginta annorum, niſi deducat, &
probet id iure proprio, & ſeruitutis feciſſe, *leg. final.* vbi
hoc notat Paul. de Caſtr. *ff. quemadmodum ſeruit. amit-
tant.* Pariſ. *conſ. 112. n. 36. & 37. vol. 1.* Bero. *conſ. 134 num.
23. vol. 3.* Burſatt. *conſ. 111. n. 16.* Crauett. *conſ. 197. n. 13.
& conſ. 216. nu. 2.* Propterea & ſi Dominus Creſcentius
probaſſet aquam defluxiſſe per dicta canalia ſpatio 40.
annorum, quod ignoro, quia non vidi atteſtationes,
attamen quia non deduxit, & per conſequens credibile
eſt etiam non probaſſe, id factum fuiſſe iure ſeruitutis,
nequaquam obtinere poteſt, prout vltra prædictos, cõ-
cludit Caſtrenſ. *conſ. 243. volum. 2.*
17 Quod † ſi dictus Dominus Creſcentius haberet te-
ctum ſuæ domus altius, & demittens aquas in tectum
domus Domini Gaiardi, hoc non infert, ipſum Gaiar-
dum fuiſſe obligatum diuertere eam per canalia ſuper
totam domum, vſque ad viam publicam, ſed ſufficie-
bat, quod eas reciperet ſuper tegulis, & permitteret
ceſſitare in ſuam curtim ſuperexiſtentem, vt docet Ce-
poll. *de ſeruit. vrban. præd. in tit. de ſeruit. ſtillicid. auertẽd.*
18 *cap. 28. in 3. quæſt. num. 3.* & ideo † licet Gaiardus di-
uerterit eas in viam publicam, mediantibus canalibus,
id cenſetur feciſſe gratia propriæ commoditatis, vt ne-
dum aquas vicini, quæ caſuræ eſſent ſuper ſuum tectũ,
ſed etiam proprias eiceret, niſi exaduerſo probetur
hoc factum fuiſſe iure ſeruitutis; Hincque ſequitur,
19 † quod nulla ſit inducta ſeruitus, nec eius præſcrip-
tio per retentionem dictorum canalium continuatam
20 à Gaiardo, quia † res ſua nemini ſeruit, *l. vti frui, ff.
ſi vſusfruct. petat.* Surd. in ſpecie *dec. 177. ſub num. 8. ver-
ſic. ſecundo reſpondetur*, & propterea, & nulla transfer-
ri potuerit actiuè, vel paſſiuè in emptores, præter illam,
quæ erit in parte acquiſita à Domino Creſcentio, reci-
piendi aquas illius ſuper tecto Gaiardi, quæ deinde
extincta fuit confuſione per acquiſitionem prædij ſerui-
entis, factam à Domino prædij dominantis, vt dixi in
contrarijs.
21 Quodq; nulla talis adeſſet ſeruitus, † patet ex propria
met tacita, aduerſarij confeſſione, qui emit in liberum,
& expeditum allodium, ne dum partem ſuam, ſed ſciẽs
taliter vendi etiam partem aduerſarij, quam prætendit
ſibi debere ſeruitutem, nequaquam contradixit; ſignum
euidens nullum extitiſſe huiuſmodi onus. Præterea
22 † cum venditores reſeruarent iura Eccleſiæ, cui obno-
xia erat dicta domus, fecerunt eam liberam ab omnibus
alijs ſeruitutibus, quamuis aliæ extitiſſent, vt in terminis
23 deciſum refert Afflict. *deciſ. 298.* vbi † cum pars vna
domus vendita deberet ſeruitutem ſtillicidij alteri reten-
tæ, vltra nonnullas alias ſeruitutes, ex quo venditor de-
dit eam liberam, & exemptam, exceptis nonnullis ſerui-
tutibus, deciſum fuit venditorem non poſſe prætendere
in ea ſeruitutem ſtillicidij non exceptam, ſic è conuerſo
Dominus Creſcentius non poterit prætendere ſibi de-
beri ſeruitutem ab altera parte, quæ eo ſciente vendita
24 eſt in liberum, & expeditum allodium, † quod ſi-
gnificat non aliunde niſi à Deo recognitum, Surd. *dec.
177. n. 5.* & talia verba excludunt omnem ſeruitutem,
vt ipſe ſubdit, *ſub n. 7. verſic. Nec dicatur.*
25 Demũ cum pars domus † à qua incipiebat d. aſſer-
ta prætenſa ſeruitus eſſet obnoxia Eccleſiæ, non potuit
ſuper ea imponi ſeruitus, niſi quouſque duraret penes
imponentem, ea vero reuerſa ad dominum ſtatim ex-
tincta fuit, Clar. de communi, *in §. emphyteuſis, qu. 21.*
26 † quando autem emphyteuſis per venditionem tranſ-
fertur de vno in alium cum conſenſu domini, cenſetur
27 † prius refutari in manibus domini. & deinde de ea
tanquam noua inueſtiri emptorem. Afflict. *in cap. vnic.
ſub n. 3. verſ. & idem puto, &c. de eo, qui finem fecit agnat.*
28 † cum igitur reuerſa cenſeatur ad dominum, ſtatim fuit
extincta ſeruitus, prout in ſpecie, quod extinguatur per
venditionem, ſcribit expreſsè Surd. *dec. 177. ſub num. 9.
verſic. ſicuti igitur, &c.* propterea ſequitur etiam quod
nulla potuerit durare ſeruitus in alia parte vendita Fo-
ninæ, quia prædium intermedium liberum impedit
29 † ſeruitutem prædij remotioris, vt per Surd. *in dict. dec.
177. per tot. maxime n. 5. & 6.*
30 Non ommitto, † quod cum Dominus Creſcentius
poſſit aliò diuertere aquas, & in vias publicas, vt pro-
batum eſt ex parte Foninæ, & hoc ſibi non nocet, &
prodeſt vicino, tenetur id facere, *l. 2. §. item verus, ff. de
aqua pluu. arcend.* Caſtr. *d. conſ. 243. n. 1. in fine. volum. 2.*
31 Nec obſtant contraria, † quia ad primum de clau-
ſula *cum ſuis acceſſibus, ingreſſibus, &c.* reſp. hanc clauſu-
lam in caſu iſto comprendere tantum ſeruitutes actiuas,
& cõmoda, quia cũ fuerit facta vẽditio in liberũ allodiũ
impoſſibile eſt, & valdè repugnans, quod poſtea con-
tineantur aliquæ ſeruitutes paſſiuæ, & ſi legatur dicta
clauſula, apparebit, quod ſonat tantum in commodum,
& vtilitatem emptorum, non autem in præiudicium;
32 immo † quod regulariter talis clauſula reſpiciat tan-
tum fauorem emptoris, voluit Bero. *conſ. 133. num. 17.*
33 *vol. 3.* & ratio eſt, quia † ſi venditur res, ad quam nõ
datur ingreſſus, niſi per aliam rem meam, non dicitur vẽ-
dita ſeruitus itineris, niſi expreſſe dicatur; vnde factum
34 eſt, vt † Notarij apponant illa verba, *cum ingreſſibus,
&c.* ad fauorem emptoris, vt declarat Cepoll. *de ſeru.
vrban. prædior. cap. 38. ſub. n. 3.* & cœteri in contrarijs al-
legati. Natt. *conſ. 642. num. 4.* benè Burſatt. *conſil. 267.
ſub num. 5.*
35 Rurſus reſpond. † quod cum non appareat de ali-
qua ſeruitute paſſiua, ſicuti ſuperius probatum eſt, nul-
laque extiterit, non poteſt dici vendita per dictam clau-
ſulam, arg. *leg. traditio. ff. de acquir. rer. domin.*
36 Tertiò, † reſpond. quod Dominus Creſcentius per-
mittendo vendi partem Foninæ in liberum allodium, ſi-
bi præiudicauit, & declarauit nullam ſibi deberi ſerui-
tutem.

Et hę reſponſiones ſufficiunt etiam ad cœtera argu-
menta, quæ in oppoſitum conſiderabantur.

A R G V M E N T V M.

Exceptio authori competens, an & quando com-
petat ſucceſsori. De exceptionibus perſonali-
bus, & realibus. De Clauſul. ceſſionis, & eius
efficacia. Quando, & quibus caſibus liceat op-
ponere, & allegare ius tertij. Plura de confeſ-
ſione debiti multipliciter facta per debitorem, &
præcipue in tertij præiudicium.

S V M M A R I V M.

1 *Ius excipiendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſ-
ſione.*
2 *Præcipue ſtantibus ceſſionibus iurium in inſtrumento po-
ſitis.*
3 *Procedit in exceptione, & reali, & perſonali.*
4 *Exceptio competens venditori, competit etiam emptori, &
quæ prodeſt vni prodeſt, & alteri, nu. 5.*
6 *Emptor ſuccedit in locum venditoris, & eius vtitur
iuribus.*
7 *Poteſt emptor ob Clauſul. ceſſionis in inſtrumento, eſſe
procurator in rem propriam, & poteſt agere, & excipere*

ac

ac venditor.
8 *Exceptio perſonalis perit in ſingulare ſucceſſore, defuncto auctore.*
9 *Ius perſonale conſiſtens in excipiendo, & ſe defendendo, tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
10 *Non tamen ſi perſona coheræat; vt eſt beneficium ſeu priuilegium, nu.11.*
12 *Eſt licitum pluribus in caſibus opponere, & allegare ius tertij.*
13 *Videlicet cum opponens eſt in poſſeſſione.*
14 *Item cum intereſt opponentis.*
15 *Item cum exceptio eſt excluſiua intentionis agentis ipſo iure.*
16 *Adhuc, & cum opponens habet cauſam à dicto tertio.*
17 *Poteſt ius tertij talibus caſibus deduci, etſi ſit non clarum, ſi agat per viam retentionis.*
18 *Ius retinendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
19 *Sententia lata contra hæredes venditoris non nocet ſucceſſori, quando eſt lata poſt factam venditionem.*
20 *Colluſio probatur ex defenſione facta oſcitanter.*
21 *Confeſſio tendens ad liberandum, probat ſolutionem poſt 30. dies.*
22 *Confeſſio cedentis aut venditoris non obeſt ceſſionario, aut emptori; & quomodo intelligend. ibid.*
23 *Mulier obligando ſua bona, obligat & creditum ſuæ dotis.*
24 *Nomina debitorum veniunt in generali obligatione.*
25 *Simplex confeſſio debitoris coactè exacti non probat ſuam ſolutionem, in tertij præiudicium.*
26 *Exceptio non numeratæ pecuniæ competit & tertio creditori debitoris, qui aſſerit recepiſſe.*
27 *Confeſſio facta capte iam iudicio, ſapit fraudem, & non probat.*
28 *Simile in alienatione vel locatione, iudicio pendente.*
29 *Præſumitur ſatisfactum ei, qui confeſſus eſt ſe recepiſſe, reſpectu præiudicij confitentis, non tertij.*

CONTROVERSIA DLXIX.

De duobus requiror, Primo an Illuſtriſſimus Dominus Guidus Sfortia Gonzaga, qui alias emit prædium
à Domina Elionora Graſſetta, in quo nunc Dominus
Federicus Suardus tanquam creditor matris venditricis
ex adminiſtrata tutela petit ſatisfieri pro ſuo aſſerto credito, poſſit oſtendere illi fuiſſe redditas rationes à matre, & ideo non remanere creditorem pretenſi crediti;
In quo puncto, quia breuiſſimum præſcribitur tempus,
1 breuiter etiam reſpondeo, eum vtique poſſe; quia † regula eſt quod ius excipiendi tranſit in ſingularem ſuc-
2 ceſſorem ſine aliqua ceſſione, & multo † magis ſtantibus iurium ceſſionibus, quæ quotidie conſueuerunt apponi in inſtrumentis venditionum, vt eſt textus, in emptore loquens, *in l. ſi mater, §. item Iulianus, ff. de excep. rei*
3 *iudicat. leg. final. ff. de excep. rei vendit.* id que † verum eſt, ſiue exceptio ſit realis, ſiue perſonalis, *leg. ſi tibi, §. pactum conuentum, ff. de pactis.* Bartol. *in leg. ſi tertius, §. ſi quis prius, num. 6. ff. de aqua pluuia arcend.* idem, *in ſua*
4 *quæſt. 2. incipiente, Piſanæ ciuitatis num. 14.* vbi inquit † exceptionem competentem venditori, competere etiam emptori, ſiue in rem ſiue in perſonam, Alex. *in l. an prætor, la ſeconda, in princ. nu. 2. ff. de iureiur.* Imol. *conſ. 128. num. 4.* Boer. *deciſ. 43. num. 17.* Aretin. *conſ. 70. colum. 2.* Vezin. *in ſinsag. com. opin. lib. 7. tit. de execution. rei iudic. num 144. te. 2. pag. 285.* Bellacomb. *ibidem lib. 8. tit. de exceptio. num. 117. & num. 206.*
5 Et ideo exceptio quæ † nocet, & prodeſt venditori, nocet, & prodeſt etiam emptori, Tiraq. *de retract. con-*
6 *ſanguin. §. 1. gl. 9. ſub num. 130.* quia † emptor ſuccedit in locum venditoris, & vtitur iuribus eidem competentibus, *l. emptor*, & ibi Bal. *C. de hæredit. vel action. vendit.* Honded. *conſ. 36. num. 14. vol. 1.*
7 Imo propter clauſulam ceſſionis † iurium, quę ſolet apponi in inſtrumentis, emptor dicitur procurator in rem propriam, & ob id poteſt ne dum excipere, ſed etiam intentare omnes actiones, quas poterat venditor, Bero. *conſ. 78. num. 2. & 4. vol. 3.*
8 Nec obſtat quod exceptio † perſonalis qualis videtur iſta, non duret in ſingulari ſucceſſore defuncto eius auctore, vt per Bartol *in d. §. ſi quis prius, ſub nu. 6.* & *in d. quæſt. 2. ſub num. 14.*
9 Reſpondetur enim diſtinguendo, † quod aliud eſt ius perſonale ad differentiam iuris realis, & hoc quidquid ſit in actione perſonali, quæ non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ſi conſiſtat in excipiendo, & ſe defendendo, vtique tranſit. Surd. *deciſ. 264. ſub num. 23. cum*
10 *ſeqq.* Aliud † eſt ius perſonale, quod cohæret perſonę, & eam non egreditur ad differentiam iuris perſonalis, quod tranſit in hæredes; & iſtud non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, & de hoc loquitur Bartolus, vt videre eſt apud eum, dum argumentatur quod beneficium,
11 † perſonale non tranſit ad hæredes, noſtra autem quæſtio verſatur in priori ſpecie, quod certum eſt potuiſſe, peruenire ad hæredes, & per conſequens etiam non fuiſſe extinctum vna cum perſona.
12 Sed vbi etiam eſset † eius generis, quod non tranſiret ad emptorem, adhuc prædictus Illuſtriſſimus Dominus non excluderetur ab hac exceptione, quia licet opponere, & allegare ius non ſuum, ſed tertij pluribus in caſibus, qui verificantur in propoſito, & primo quando is
13 qui opponit ius alterius eſt † in poſſeſſione, *leg. fin. C. de rei vendic.* Surdus, qui quotas cumulat, *deciſ. 144. nu.*
14 19. Honded *conſ. 4. num. 107. lib. 1.* † Secundo poteſt deduci quando intereſt opponentis, & ei prodeſt, *leg. ſi cui*, vbi Caſtr. *C. de non numerat. pecun.* Crauet. *in reſponſo pro genero, num. 400.* Surd. *deciſ. 301. num. 15. & & deciſ. 144. num. 50.* Theſaur. *deciſ. 4. num. 7.* Tertio re-
15 cte opponitur, † quando eſt excluſiuum intentionis agentis ipſo iure, Surd. *deciſ. 280. numer. 5. & deciſ. 108. num. 15.* Franc. *deciſ. 14. num. 10.* Rota Genuenſ. *deciſ. 14. ſub num. 55.* ſicuti videtur eſse in caſu iſto, in quo Dominus Federicus pretendit ſe creditorem ratione adminiſtratæ tutelæ, & reus conuentus allegat ei fuiſse reddi-
16 tas rationes. Quarto † poteſt allegari ab eo qui habet cauſam à dicto tertio, cuius ius opponit, maximè, quando ei daretur regreſsus contra illum, etiam ſi tale ius non ſit excluſiuum intentionis agentis ipſo iure, Caſtr. *conſ. 369. num. 3. volum. 2.* Crauet. *in reſponſo pro genero, num. 399.* Rimin. Iun. *conſ. 16. numer. 36.* Borgn. *in repertor. primæ partis deciſ. in verbo, exceptio, de iure tertij.*
17 Et iſtud ius tertij, poteſt † deduci etiam quod non ſit notoriè clarum, quando opponens venit per
18 viam retentionis, Puteus, *deciſ. 366. lib. 1.* ius vero † retinendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem, Crauet. *conſ. 148. ſub num. 2. verſic. & in terminis.*
19 Non obſtat etiam, quod † ſententia lata contra hæredes venditricis, in qua facti ſunt debitores ex adminiſtratione matris, videatur nocere ſucceſſori, niſi probetur colluſio; quia hoc non eſt verum, quando ſententia eſt lata poſt factam venditionem, vt eſt plena deciſio in terminis Surdi 256. qui omnino videatur, maximè, *ſub num. 2. & 17.* quia poſſet eſſe quod hæredes non eſſent informati, ſicuti emptor de defenſionibus.
20 Vltra quod etiam ſi oſcitanter † ſe defenderunt, ſatis dicitur probata colluſio, Menoch. *conſ. 212. num. 77. & lib. 5. præſumpt. 26. num. 3.* præſertim quia Dominus Federicus donauit hæredibus, qui poterant eſſe informati de defenſionibus, forte vt tacerent; hinc eſt quod ſententia prędicta nunquam venit, niſi poſtquam tacuerunt, & ſic poſt colluſionem; quia tempore ſententię iam facta erant inſtrumenta Conuentionum, inter dominos hæredes, & ipſum Dominum Federicum; & hæc quo ad primum quæſitum.
21 Secundo quæritur, quatenus † prædictus Dominus Federicus remaneret creditor alicuius quantitatis, ex hac adminiſtratione matris, an cōputandum ſit ad fauorem prædicti Illuſtriſſimi Domini emptoris creditum dotis, quod habebat venditrix cum filio, & an confeſſio matris, quod filius ſibi ſatisfecerit, pręiudicat emptori; Et profectò dubium non eſt, quod ceſſante prędicta con-

confeſſione tale creditum tanquam de bonis venditricis
obligatis pro euictione, cederet commodo emptoris;
ſed difficultatem facit confeſſio iſta, quæ quando tendit
ad liberandum, probat ſolutionem poſt triginta dies,
leg. in contractibus, §. ſuper cæteris, C. de non numerat. pecun. & videtur quod noceat etiam tertio, quia non eſt
facta circa rem immediate tranſlatam in tertium; quod
22 enim † dicitur, nec cedentis, nec venditoris confeſſio-
nem obeſſe ceſſionario nec emptori, videtur intelligen-
dum in confeſſione facta circa rem ceſſam, ſeu vendi-
tam, non autem in alia re diuerſa.
23 Nihilominus adhuc crediderim † talem confeſſio-
nem non præiudicare prædicto Illuſtriſſimo Domino,
niſi appareat de reali ſolutione. Si quidem non eſt du-
bium, quod Domina Eleonora obligando omnia bo-
na ſua, obligauit etiam creditum, quod tunc habebat ſuę
24 dotis, quia nomina † debitorum veniunt in generali
obligatione. *leg. nomen*, vbi Bartol. *Cod. quæ res pignor. obligar. poſſint*, plene Surd. *conſ. 4. num. 20. & 21.* cum
25 igitur Illuſtriſſimus Dominus, emptor poſſet † agere
contra hoc nomen pro ſua indemnitate, debitor alle-
gando ſe ſoluiſſe, non probaret ſolutionem per ſimpli-
cem confeſſionem, niſi appareret de reali numeratione,
ita in debitore coacte exacto, quod non probet, ſe ſol-
uiſſe ad præiuditium tertij per ſolā confeſſionem eius qui
26 aſſeritur accepiſſe, † reſpondit Caſtr. *conſ. 13. in 3. dubio, nu. 56. vol. 3.* quem ſecuti ſunt in his terminis, Ruin. *conſ. 147. per tot. maxime, n. 13. vol. 1.* Afflict. *dec. 150. n. 28.* D. Menoch. *de arbitrar. caſu 136. num. 16.* & exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ, competere etiam tertio
debitori, qui aſſerit recepiſſe tradit, Bellacom. *tom. 1. com. opin. lib 4. de non numerat. pecun. num. 15.* & ibidem Ve-
zin. *num. 28.*
27 Non ommitto, confeſſionem † iſtam ſuſpectam eſſe
fraudis, cum fuerit facta (vt mihi ſupponitur) cœpto iam
iudicio; argumento ſcriptorum à Surd. *deciſ. 172. num. 8. & 9.* Tiraq. *de retract. conuentional. §. 3. gloſ. 1. num. 18. cum ſeqq.* facit Rimin. Iun. *conſ. 226. num. 15.* Pancirol.
28 *dec. 180. n. 17. cum fine.* vbi ſcribunt † cenſeri factum in
fraudem, ſi fiat alienatio vel locatio pendente iudicio, &
lite, vel exiſtente timore illius.
29 Non obſtat, quod † poſt 30. dies præſumatur ſatis-
factum ei qui confeſſus eſt ſe recepiſſe, quia id procedit
ad præiudicium confitentis, non autem tertij.

Et hæc breuiter ſufficiant dixiſſe iuxta temporis pręſcriptam breuitatem.

A R G V M E N T V M.

Interdictum poſſeſſorium retinendæ quando cōmpetat; quę ſint probanda vtrinq; & qualiter probetur poſſeſſio. De coniunctione temporum poſſeſſionis. Locatio an probet poſſeſſionem. De Antiquiori poſſeſſione. Et Aliqua de teſtium in hoc, depoſitione.

S V M M A R I V M.

1 *Qui probat de titulo, in eo obtinere debet.*
2 *Habenda ſemper ratio eſt poſſeſſionis Auctorum, & anteceſſorum.*
3 *In interdicto poſſeſſorio retinendæ ille obtinet, qui de antiquiori poſſeſſione probat.*
4 *Sententia Auct. in propoſito.*
5 *In Iudicio retinendæ tria veniunt, ad quæ reus condemnandus eſt; vt ſcilicet deſiſtat à moleſtia, quod in futurum non moleſtet, & quod reſtituat rem abductam.*
6 *Ad obtinendum in tali interdicto, debet probari poſſeſſio actoris, & turbatio rei conuenti.*
7 *Facere arare, arbores putare, & collectio fructuum, ſunt actus concludentes poſſeſſionem.*
8 *Debet probari poſſeſſio actoris, præciſe, tempore moleſtationis.*
9 *Qui fecit actus poſſeſſorios iam duobus annis, nec apparet contraria poſſeſſio poſtmodum, præſumitur atque adhuc poſſidere.*
10 *Abductio arboris à fundo, non probat amiſſionem poſſeſſionis, nam ſaltem ciuilis remanet penes dominum.*
11 *Ex quo quis adit, & redit à prædio, probat eius poſſeſſionem.*
12 *Arare, & putare declarant poſſeſſionem rei corporalis, non incorporalis, aut ſeruitutis.*
13 *Reus vt obtineat liberationem, debet in hoc interdicto probare, Actorem non poſſidere, vel poſſidere iniuſtè ab ipſo reo.*
14 *Vel etiam ſufficit ei probare poſſeſſionem abſque alio titulo.*
15 *In hoc iudicio poſſeſſorio non admittitur articulus de proprietate, niſi adminiculatiuè, ad coadiuuandam poſſeſſionem; non alias, nu. 16.*
17 *In hoc interdicto ille obtinet, qui probat de titulo ſolum, ſi ſint vtrinque pares probationes ſuper poſſeſſione; non aliàs.*
18 *Male probatur poſſeſſio, cum non conſtat de aliqua traditione rei, vel facultate data ingrediendi poſſeſſionem.*
19 *Non prodeſt reo probatio poſſeſſionis, ſi emit ab eo qui non poſſidebat.*
20 *Duo non poſſunt eandem rem in ſolidum poſſidere.*
21 *Titulus prodeſt quando eſt iuſtus.*
22 *Ex ſimplici iuſtificatione emptionis non infertur dominium, & cur.*
23 *Venditio ad menſuram eſt conditionalis.*
24 *Contractus conditionalis eſt imperfectus, ante conditionem adimpletam.*
25 *Nec ex eo poteſt transferri dominium, vel poſſeſſio; Etſi ſecuta eſſet traditio, & nu. 26.*
27 *Ex diuiſione non probatur dominium.*
28 *Teſtes deponentes de ſuo intereſſe non probant. vel & de auditu.*
29 *Locatio non probat poſſeſſionem, niſi contra conductorem, non contra tertium.*
30 *Poſſeſſio alterius prodeſt ſucceſſori dumtaxat immediate, non alijs.*
31 *Antiquior poſſeſſio non præualet, cum ex ſcientia, & patientia huius antiquioris poſſidentis, iunior poſſedit.*
32 *Poſſeſſio concludenter reſultat, cum de ea eſt publica fama.*
33 *Qui allegat, & probat antiquiorem poſſeſſionem, ſuccumbit, ſi de præſenti non poſſidet.*

CONTROVERSIA DLXX.

BReues quidem ſed tamen valde vrgentes ſunt dubitationes excitatæ contra Dominum Ioanninum Ciuiam, in quibus dupliciter ambigitur, eum ſuccumbere debere in poſſeſſorio retinendæ, moto contra D. Antonium Cinam.

1 Primo quia reus conuentus † probauit ſe emiſſe pe-
tiunculam terræ, de cuius poſſeſſione controuertitur à
Domina Annunciata Vēturella, nam in iſto poſſeſſorio
retinendæ admittuntur articuli de proprietate, & qui
probat de titulo, in eo obtinere debet, Iacob. Buttrigar. *in l. incerti, colum. 3. circa finem, verſic. ſed ſi vterq; probat, &c. & verſic. & ideo videtur dubitatum, &c. C. de interdict.* Bal. *in l. ordinarij ſub nu. 10. C. de rei vendic.* vbi ad verbum tranſcribit dicta Iacobi Buttrigar. Dec. *conſ. 162. in nouis, eſt conſ. 161. colum. 3. verſic. & in tali poſſeſſorio admittitur, &c.* Marant. *in ſuo ſpeculo, par. 4. diſtinct. 7. principali, num. 26.* D. Menoch. *in tract. de retinend. poſſeſ. remed. 3. nu. 733. iuncto, nu. 735.*
2 Secundo, obtinere poſſe † videtur Dominus Anto-
nius, quia computata poſſeſſione ſuorum auctorum, &
anteceſſorum, cuius proculdubio habenda eſt ratio, *leg. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. poſſeſ. l. ad tempus in princip. ff. de vſucap.* D. Menoch. *in d. tract. de retinend. poſſeſ. remed. 3. ſub num. 726. verſic. Poſſeſſio autem, &c. & num. 824.* probauit de antiquiori poſſeſſione, quam

ſecc-

Digitized by Google

eceritipſe Dominus Ioanninus. qui ab annis quattuoe
citra,tantum ſuam poſseſsionem probaſse videtur vt ex
vtriuſque partis teſtium lectura apparere poteſt, quo
3 caſu † clarum eſt in iure, eum obtinere debere in hoc
interdicto,qui de antiquiori poſseſsione probauit, *cap.*
licet cauſam verſic. ex promiſſis, & ibi Abb. *in ſumma-*
rio, & in nono notabili, ſub n.9. extra de probation. Iacob
Buttigar. & Bald. *in locis ſupracitatis.* Bartol. *in l. ſi duo,*
in principio, ſub num.4. verſic. ſi vero teſtes vniuſcuiuſque,
&c. ff. vti poſſidet. Alex. *conſ 36. ſub num.6. verſic. Præ-*
terea aſſertio, & conſ. 110. *num.1. volum.1.* Corn. *conſ.*
172. numer. 14. verſic. nam probata antiquiori, volum. 3.
Dominus Menoch. *dict. remed. 3. retinend. poſſeſs. nu-*
mer. 7'5.
4 Maturius tamen omnibus penſatis, † arbitror prædi-
ctis doctiſſimis motiuis non obſtantibus, Dominum
Ioanninum actorem obtinere debere, & reum condem-
5 nandum eſse ad illa tria † quæ veniunt in hoc iudicio,
ſcilicet vt deſiſtat à moleſtia, quod in futurum non
moleſtet, & quod reſtituat populum abductam, & om-
ne intereſse preteritæ moleſtationis, de quibus per Bar-
tol. *in l.1. §. interdictum, hoc num.5. ff. vti poſſidet.* & poſt
eum, & multos alios, quos allegat per D. Menoch. *dict.*
6 *remed.3. ſub num.455. & nu.7'5.* Ad hoc enim vt † actor
victoriam reportare valeat ſufficit ei probare poſseſſio-
nem ex parte ſua, & turbationem ex parte aduerſarij
conuenti, vt docuit, Bartol. *in l. prima, §. final. num.18.*
verſic. ex prædictis habes, ff. vti poſſidet. D. Menoch. *d.*
remed. 3. num. 556. & 559. Quæ duo præſtita fuerunt à
Domino Ioannino, omiſsa enim turbatione; de qua nul-
la eſt difficultas, cum aduerſa riuſmet confiteatur arbo-
ris abductionem & probauerit, ſe ab annis quatuor citra
7 poſſediſse terram controuerſam, faciendo † arari eam,
& putando arbores, & eorum fructus colligendo,
qui ſunt actus concludentis poſseſsionis, Menoch. *vbi*
ſupra, num. 563. & 564. cum ſeqq. Quinimo Domina
Annunciata deponit de poſseſsione decemocto vel vi-
8 ginti annorum, & licet † teſtes non dicant eum poſ-
ſediſse præciſe tempore moleſtationis, pro vt videtur re-
quirere Bartolus, *ſupra citato loco*; tamen ex quo con-
9 ſtat eum poſſediſse, † & feciſse actus poſseſſorios iam
duobus annis, nec apparet ab eo tempore citra, aduer-
ſarium, vel alios poſſediſse, præſumitur continuata acto-
ris poſseſſio, vt per Dominum Menoch. *num.557.* Nat.
conſ.235. num.19. & ſic etiam fuiſse poſseſſorem tempo-
10 re moleſtationis, illa enim † abductio arboris facta à
Domino Antonio, non probat eum acquiſiuiſse ali-
quam poſseſsionem, cum ciuilis remaneret ſemper pe-
nès D. Ioanninum; Alex. *conſ.36. ante nu.4. verſic. non ob-*
ſtat quod dicti accuſati, &c. vol.1.
Sed quod poſſideret tempore moleſtationis patet ex
confeſſione ipſiuſmet D. Antonij in viſitatione loci, dum
fatetur Dominum Ioanninum habuiſse ius in eo Agro,
& illo vti poſse ad libitum, ſed iure ſeruitutis, cauſa eua-
cuandi, & implendi; nam ex quo ipſe negat poſſediſse
ſeu quaſi iure ſeruitutis, & aduerſarius hoc non probat,
ſequitur, quod ſit probata eius ſimplex, & abſoluta
11 poſſeſſio, cum † ex eo quod quis eat, & redeat à præ-
dio, probetur eius poſſeſſio, Nat. *conſ.292. num.2.* Burſ.
12 *conſ.118. num.20.* preſertim † quia ex actibus præteri-
tis arandi, & putandi arbores, declaratur hanc non
fuiſſe poſſeſſionem iuris incorporalis, ſed corporalis, &
ipſiuſmet proprietatis controuerſæ.
Sufficitque ipſi actori probare ſimplicem poſſeſsio-
nem abſque aliquo titulo, Menoc. *d. remed. 3. de retinend.*
poſſeſ. num.588.
13 Tantoque magis obtinere debet cum ex aduerſo non
ſint probata ea quæ ſunt neceſsaria reo ad victoriam,
ſcilicet actorem non poſsidere, vel poſsidere iniuſte ab
ipſo reo, de quibus per Bartol. *in l.1. §. vltimo, num.19.*
ff. vti poſſidet. & per Menoch. *d. remed. 3. nu.602.*
14 His ita breuiter firmatis, non † obſtant, quæ in oppoſi-
tum excitata fuerunt; namq; ad primum quod in hoc iu-
dicio admittatur articulus de proprietate: fateor quan-
15 do proponitur adminiculatiue † pro coadiuuanda pro-
16 batione † poſſeſsionis, & ita loquuntur DD. allegati in
contrarium ſed ſi deducatur ſimpliciter exceptio domi-
nij ſine probationes poſſeſſionis, tūc nullatenus admitti
debet, Iacob. Butrigar. *in d. l. incerti colum. 3. verſic. aut*
agitur poſſeſſorio retinenda, &c. C. de interdict. Menoch.
vbi ſup. num.675. verſic. ſecunda itaq. Bal. *in l. ordinarij*
ſub nu. 10. verſic. non attento quis, &c. C. de rei vendicat.
hic autem non eſt probata aliqua poſſeſſio ipſius rei; igi-
tur ſimplex exceptio tituli nihil ei prodeſt.
17 Hinc reſultat reſponſio ad † id quod dicebatur in
hoc interdicto illum obtinere, qui probat de titulo; quia
illud eſt verum cæteris paribus, ſcilicet quando ipſe fecit
pares probationes ſuper poſſeſſione; tunc enim, is qui
probat de titulo obtinere debet, ſecus ſi titulum iuſtifi-
caret, nulla facta poſſeſſionis probatione, quia adhuc
ipſe ſuccumberet, ita declarant doctores allegati in pri-
mo motiuo, quos repetere non eſt neceſſe, & tradit
etiam Nat. *conſ.572. nu.74.* Raud. *conſ.39. n.109. vol.2.*
Quod autem nulla probatio poſſeſſionis quo ad pro-
priam perſonam facta fuerit à Domino Antonio, ita pa-
tet ex proceſſu, & eius teſtibus, vt ſuperfluum ſit ſuper
hoc inſiſtere.
18 Quinimo, & ſi hoc † attentaſſet, non potuiſſet pro-
bare niſi quandam vſurpationem, non autem iuſtam poſ-
ſeſsionem, quatenus etiam (quod negatur) eius auctrix
poſſediſſet, cum non appareat de aliqua traditione rei,
nec de aliqua facultate data ingrediendi poſſeſsionem,
ita D. Menoch. *d. remed.3. ſub nu.633.* quod vlterius non
proſequo, cum non ſit neceſſarium, ex quo non conſtat
de aliqua apprehenſione tenutæ facta ab eo.
19 Sed vltra prædicta, † reſpondeo ſecundo, quod item
non prodeſt reo quando emit ab eo qui non poſside-
bat, namque adhuc iſto in caſu contra talem emptorem
competit poſſeſſorium iſtud interdictum retinendæ, &
aduerſus eum obtinere debet. Cynus, *in l. vnica, nu.13.*
in 7. quæſt. C. vti poſſidet. Bartol. *in l. ſi duo in princip. n. 2.*
verſic. Quærit gl. pone, &c. ff. eod. tit. vti poſſidet. D. Me-
noch. *d. remed. num.302.* Sed per teſtes Domini Ioanni-
ni apparet, quod ipſe poſsidebat ab annis quattuor ci
tra, ergo ſequitur quod Domina Annunciata poſside-
20 ret, cum † duo eandem rem, & eodem tempore inſo-
lidum poſsidere non poſsint, *cap. licet cauſam, verſic. ex*
præmiſſis extra de probation. l. 3. §. ex contrario, ff. de ac-
quir. poſſeſ.
21 Demum reſpondeo quod † titulus prodeſt quando
eſt iuſtus, & infert ad probationem dominij, vt ſuppo-
nunt DD. omnes, quod non reſultat ex ſimplici iuſtifi-
22 catione emptionis, quia † ex ea non probatur domi-
nium, cum res aliena vendi poſsit, *l. rem alienam, ff. de*
contrahend. emption. & late proſequitur Maſcard. *de*
probat. concl. 350. in concluſione an dominium probetur
per ſolum inſtrumentum emptionis, &c. preſertim quia aſ-
23 ſerta hæc venditio † fuit facta ad menſuram, vt in de-
claratione D. Annunciatæ, quo fit, vt dicatur conditio-
nalis Bartol. *in leg. Iulianus, §. ſi titius, ff. de action. empt.*
Ruin. *conſ. 98. num. 1. vol.1.* Pariſ. *conſ.64. num. 10. vol.*
1. Grat. *conſ.90. num.6. vol.1.* D. Menoch. *conſ.26. n.28.*
24 *& 29.* & ante menſurationem de qua † non conſtat,
& ſic ante implementum conditionis, contractus iſte
fuerit imperfectus, *l. quod ſæpe, § in his, ff. de contrah. em-*
ptio. Alex. *conſ.33. num.5. vol 6.* Gabr. *conſ. 64. num.23.*
vol.2. Neuiz. *conſ.38. num.24.* Curt. Iun. *conſ.244. n.22.*
Rimin. Iun. *conſ.5. num 28.* late Bec. *conſ.13. nu. 6.* Surd.
conſ.366. nu.20.
25 Et per conſequens ex eo nullum † fuit translatum
dominium, neque poſſeſsio, Bartol. *conſ.74. in fine, vol. 1.*
Iaſ. *conſ.249. num.12. vol.4.* Rimin. Iun. *conſ. 5. num. 28.*
Soc. Iun. *conſ.26. num.13. vol.1.*
26 Quamuis ſecuta fuiſſet † traditio, de qua tamen non
apparet, Soc. Iun. *d. conſ.26. circa fin. vol.1.* Roland. *conſ.*
7. num.14. vol.3. Rimin Iun. *d. conſ.5. ſub nu.28.* Syntag.
com. opin. *lib.4. de perec. & commod. rei vendit. num.3.*
tom.1. pag.641.
27 Sicuti nec per aſſertam diuiſionem † factam inter
Venturellos, de qua deponit primus teſtis D. Antonij,
pro-

Digitized by Google

probatur aliquod eorum dominium, Alex. *conſil.* 187.
nu.4. vol.6. Maſcard. *concluſ.541. num.5.*
Non obſtat ſecundum motiuum, quod probata ſit
antiquior poſſeſsio ex parte Domini Antonij,& propte-
rea obtinere debeat.
28 Namque primo reſpondetur, illam † non eſse pro-
batam,nam ommiſsis ſecundo, & vltimus teſtibus qui-
bus multa eſt fides adhibenda;ille enim agit de ſuo inte-
reſſe, iſte vero deponit tantum de auditu, cæteri teſtifi-
29 cantur ſolum de locatione, † quæ non probat poſſeſ-
ſionem contra tertium ſed ſolummodo contra condu-
ctorem, vt in noſtris terminis concludit D. Menoch. *d.*
remed.3.num.571.
30 Secundo reſpondetur, quod poſſeſsio † antiquior
auctoris prodeſt quando apparet ſucceſsorem quoque
poſsediſse;nã ſimul iunguntur,vt dixi in contrarijs, vnde
cum non conſtet de aliqua poſſeſſione Domini Antoni
non poteſt ſe fundare in poſſeſſione alterius, quia hoc
interdictum non competit aduerſus eum, qui ab alio
etiam iniuſte poſſidet,non autem à ſe;D.Menoch. *d. re-*
med. 3. num. 301. ſicuti Dominus Ioanninus diceretur
poſsidere,quatenus etiam iuſtificata eſset poſseſsio illo-
rum de Venturellis,quod negatur, &c. clara ab illis tan-
tum non autem à Domino Antonio.
31 Tertio reſpondeo antiquiorem † poſseſsionem non
preualere,quando antiquior poſseſsor ſciuit, & paſsus
eſt iuniorem poſsidere,Alex. in addit. ad Bartol. *in leg. ſi*
duo in princip.ſub nu.4.in additione,in verbo ſunt aquales,
verſic. Hac limita etiam vera, ff.vti poſſidet. D.Menoch.
d.remed.3.ſub num.726. verſic. declaratur hic caſus, &c.
quæ quidem ſcientia illorum de Venturellis, quod Do-
minus Ioanninus poſsideret, vltra teſtes qui concludunt
32 eos neceſsario ſciuiſse, præſumitur ex † eo quod de
hac poſseſsione erat publica fama, ita Alex. *conſ.36.ſub*
num.3.verſic.fortius probant, &c. vol.1.
33 Demum dico quod is qui allegat, † & probat anti-
quiorem poſseſsionem ſuccumbit, quando de preſenti
non poſsidet. Alex. *conſ.23.in fine, vol.6.* D.Menoch. *d.*
remed.3.ſub num.731.verſic. Declaratur ſecundo.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum quando deferri, vel delatum referri
poſsit; vel recuſari. An illud ſuper Dominio de-
ferri poſsit; & quid ſuper eo iurans aſſerere de-
beat.

S V M M A R I V M.

1 *Reus tenetur iurare, vel referre iuramentum delatum ab actore.*
2 *Præcipuè cum actor non tentatis alijs probationibus illud ſtatim detulit. Et eſt communis opinio, num. 3.*
4 *Non poteſt recuſari nec in actione reali.*
5 *Nemo videtur tuto ſcire ſe eſſe dominum alicuius rei.*
6 *Sententia auctoris in controuerſia.*
7 *Non cogitur reus ſuſcipere, vel referre iuramentum delatum à non procuratore, vel eo non habente ſpeciale ad id mandatum, vel generale cum libera, etiamſi caueret de rato, & n.8.*
9 *Procurator cum generali ſolum mandato, faciens actum exigens ſpeciale, dicitur falſus procurator.*
10 *Opinio ea nunc eſt communior, vt recuſari poſſit iuramentum delatum, nullis factis probationibus, & probatur, num.11.12.13.& 14.*
12 *Text. in* cap.final.§.ſanè. extra de iureiurand. *explicatur.*
15 *Auctores prædictam tenentes ſententiam; vbi de magis communi.*
16 *Actor viam probandi dicitur aſſumpſiſſe, cum eſt litem conteſtatus ante delationem iuramenti.*
17 *Ignorantia facti, eſt iuſta cauſa recuſandi iuramentum.*
18 *Iniquum eſt deferri iuramentum ſuper facto alieno.*
19 *Non videtur iurari poſſe ſuper eo, quod non percipitur ſenſu corporis; vt eſt dominium.*
20 *Ad dominium probandum non datur iuramentum ſuppletorium.*
21 *Declarantur text.* in l.nam,& poſtea, §.ſi petitor. & l. ſed ſi poſſeſſori,init.& fin.ff.de iureiur.
22 *Qui debet iurare in rei vendicatione, ſufficit, ſi poſſideat, aſſerere rem non ſpectare ad aduerſarium; ſi verò non poſſidet, debet iurare, rem eſſe ſuam.*

C O N T R O V E R S I A D L X X I.

NOn videtur iure Dominum Ioanninum Cimam re-
cuſare poſſe iuramentum veritatis ſibi delatum a
Domina Annunciata Venturella in actione rei vendi-
cationis, quamuis ipſa nihil probauerit, quia magis
1 communis opinio videtur ſtare pro ea, † quod reus
teneatur iurare,vel referre iuramentum oblatum ab a-
ctore, etiam quod nullas fecerit probationes, vel nul-
lam habeat pro ſe præſumptionem, ſicuti hanc com-
muniorem eſſe ſententiam teſtatur Iaſ. *in repetitione l.*
admonendi, à num.71.vſque ad 73.& in l.manifeſtè, in ſe-
cunda queſtione, num.3. ff. de iureiurand. Cranett. *conſil.*
2 207.*ſub num.4.* Quæ † non videtur habere difficulta-
tem, ſaltem, quando actor ab initio non tentatis alijs
probationibus propoſuit iuramentum, ſicuti in caſu iſto
Deci. *in cap.2.ſub num.23.extr.de probation.* Ripa *in leg.*
admonendi,num.65.ff.de iureiurand. Oiaſc. *dec.97. num.*
10. Riminald. Iun. *in §.1.n.110.in parua impreſſione, in*
magna vero,num.188.Inſtit.quib.alienar.licet, vel non.
3 † à qua vti crebriori opinione non videtur recedendũ,
nec in conſulendo, nec in iudicando, Hoſtienſ. *in cap.*
1.num.10. & ibi Io:Andr. *numer.26.* & cæteri ſcribentes,
extra de conſtitut. Alex. *conſ.95.num.6.volum.2.*Roland.
conſ.16.num.23.& 24.volum.3. latè Coraſius *in tractat.*
de comm.opin.lib.2.tit.8.qui eſt primus titulus dict. lib.11.
num.16.
4 Iſtudque iuramentum † rectè defertur, nec recuſari
poteſt in actione rei vendicationis, quamuis agatur
de probatione dominij, de quo non videretur aliquis
5 poſſe eſſe † ita informatus, vt ſuper eo tuto iurare
poſſit, ſicuti per text. *in l.nam,& poſtea,§.ſi petitor,& in*
l.ſed ſi poſſeſſori in principio,& in §.final.ff.de iureiurand.
conſuluerunt Fulgoſ. *in l.manifeſta,ſub num.5.* ibi, *alio-*
quin iuramentum poſſet recuſari in actione in rem, & ibi-
dem Purpur. *ſub num.26.& 28.ff.de iureiurand.* Iaſ. *in l.*
iuſiurandum, quod ex conuentione,§.procurator,ſub num.
18.*ff.eod.tit.* Caroti.*in tract. de iuram. lit.deciſ. quaſt.*18.
principal.num.8.& 9.
6 Hæc licet acutiſſimè propoſita per modũ, † dubitan-
di ab Illuſtri Domino meo maximum faceſſere nego-
tium videantur ipſi Domino Ioannino; nihilominus eis
non obſtantibus, adbuc credo ipſum iure recuſaſſe, ac
recuſare poſſe oblatum iuramentum;&
7 Primo ſtantibus rebus, vt ſtant, quæſtio iſta nullam
patitur difficultatem, quia cum iſtud iuramentum fue-
rit delatum à procuratore non habente nec ſpeciale
mandatum ad hoc, nec generale cum libera, reus non
8 cogitur illud ſolcipere, nec referre,etiam quod † pro-
curator ſimplex promitteret de rato, *l.iuſiurandum,*
quod ex conuentione,17.§.procurator, & ibi ſcribentes.&
præcipuè Albericus *in princip.ff de iureiurand.* Bartol. *in*
leg.manifeſta,num.4. & ibi Purpur. *num.16 ff. eod.tit.* Pa-
cian. *libr.1.cui incumbat onus probandi, cap.70. numer.8.*
Carotius *in tractat.de iurament.lit.deciſ.queſtione nona*
13.quaſt.principal.num.1. cum.ſeqq pag.67. ex hoc igitur
ſolo fundamento Dominus Ioanninus veniret abſoluẽ-
dus ſtantibus rebus, vt ſtant, quia procurator habens
9 tantum generale mandatum, † & faciens actum re-
quirentem ſpeciale, dicitur falſus procurator. Bald.
in capitul.nonnullis, 21. extra de reſcript. Felin. *in capit.*
ex parte decani,33.ſub num.15.ff.eod. tit. Purpurat. *conſ.*
601.*ſub num.14.*
10 Secundo, vbi fortè † procurator compareret cum
ſpeciali mandato, vel ipſa actrix offerret iuramentum
adhuc rectè recuſaretur,quia verior, & communior ho-
die

Digitized by Google

die videtur opinio contraria, ſcilicet, quod actor nihil
probante indiſtinctè, etiam quando ab initio aſſumpſit
viam iuramenti, reus neque iurare, neque referre tenea-
11 tur; Quæ † probatur primo ex regula generali, quod
actore non probāte reus eſt abſoluendus, etiam ſi nihil
præſtiterit, *l. qui accuſare, 4. C. de edend.* ponderando il-
lam vniuerſalem *nihil* quæ excludit quoq; iuramentum
cuiuſcumque generis, vt per Socin. *conſ. 184. column. 1.*
12 *verſic. & ponderandum, volum. 2.* Secundo, † per text.
in cap. final. §. ſanè, extra de iureiurand. vbi actore non
probante reus abſoluitur, & non defertur iuramentum
reo, niſi ſaltem aliqua præſumptio ſit pro actore, quem
textum loqui nedum de iuramento, quod defertur à iu-
dice, ſed etiam, quod defertur à parte; probant Bero. *in
cap. 2. ſub num. 14. de probat.* Curt. Iun. *in l. manifeſtè, ſub
num. 4. ff. de iureiurand.* Socin. *d. con. 184. colum. 1. verſic.*
13 *videamus, &c.* Tertio, † facit text. *in l. generaliter, §. 1.
C. de reb. cred. & iureiurand.* vbi reus ex cauſa legitima,
poteſt recuſare iuramentum delatum à parte, ſed cum
regula ſit, quod actore non probante reus ſit abſoluen-
dus, quamuis nihil præſtiterit, ſequitur, quod ex hoc
ſolo habebit iuſtam cauſam recuſandi iuramentum, ſi-
cuti etiam ſi actor plenè probauit ſuam intentionem
non cogitur iurare, reo illi deferente iuramentum, ita
è conuerſo, ex quo reus habet fundatam intentionem
ac ſi probaſſet, actore non probante iuſta dicitur cauſa
illud recuſandi, vt conſiderat Socin. *d. conſ. 184. colum.
penultim. in fine*, & Abb. *in capit. 2. in 1. notab. de probat.*
14 Quarto, † ſi reus poteſt recuſare iuramentum dela-
tum à Iudice, quando actor nihil probauit, vel nullam
habet pro ſe præſumptionem, & hæc dicitur legitima
cauſa recuſandi, vt *in d. cap. final. §. ſanè, de iureiurand.*
intelligendo etiam illum textum in iuramento neceſſa-
rio tantum, & quod defertur à Iudice, quomodo pariter
nō dicetur iuſta cauſa recuſādi, ſi deferatur à parte? cer-
tè nulla poteſt dari ratio diuerſitatis, vt aduertit Soc. *in
d. conſ. 184. colum. 2. verſ. Præterea confirmo vna ratione,
vol. 2.*
15 Quam opinionem ita firmatam ſecuti ſunt Speculat.
in tit. de iuramenti delat. num. 4. Bald. *in repet. l. 2. ſub nu.
78. ff. de iureiur.* Abb. *in cap. 2. in vltim. notab. num. 1. de
probat.* idem *in cap. final. in princip. num. 6.* vbi refert gl.
Io: Andr. & Bart. ſentire hanc opinionem, *& in §. ſanè
in primo notab. de iureiur.* idem Abb. *in cap. 1. num. 5. in
4. notab. extra vt Eccleſiaſt. beneſ.* Hoſtienſ. *in ſumm. in
tit. de iuram. ſub rubr. de iuram. aſſertiuo, §. aliud iudiciale
verſ. vel poſſet, &c.* idem *in cap. atteſtationes, ſub numer. 4.
in verſ. aut nullo modo*, & ibi Abb. & Præpoſ. *de deſpon-
ſat. impub.* Curt. Sen. *in repet. l. admonendi, ſub numer. 49.
ff. de iure iur.* Socin. *conſ. 184. per tot. vol. 4.* vbi *colum pe-
nult. in fine*, refert tenere hanc ſententiam Franciſcum
de Albergat. Marian. Socin. Seniorem, & Io. Baptiſt. de
Sancto Seuerino, & reffert, quod pro hac eſt iudican-
dum. idem Socin. *in ſuis regulis, in verbo iuramentum,
regul. 31 in 2. fallentia,* Alex. de Neuo *in cap. fin. in princip.
ſub num. 41. extra de iureiur.* Caſtr. *in l. final. numer. 2. C.
de fideic.* Marſill. *ſingul. 83.* qui dicit pluries practicaſſe,
& obtinuiſſe ſecundum ſententiam Speculatoris. Idem *in
l. de minore, §. tormenta, num. 6. ff. de quæſt.* latè Ioann. de
Selua, *in tract. de iuram. part. 3. quæſt. 2.* Curt. Iun. *in leg.
manifeſta, ſub num. 4. ff. de iureiur.* addentes ad Alex. *in
d. l. manifeſta, in verb. iuſta*, vbi dicunt, quod contraria
opinio non eſt communis. Natt. *conſ. 35. num. 3.* Menoc.
qui dicit magis communem, *lib. 1. de præſumpt. quæſt. 81.
num. 2.* Parſ. *conſ. 153. n. 2. & 3. vol. 4.* Pacian. *in tract. cui
incumbat onus probandi. lib. 1. cap. 70.* vbi reprobat om-
nes diſtinctiones, & tenet hanc indiſtinctè, & *ſub num.
2. verſic. & quamuis*, inquit, hanc eſſe communiorem, ſi
enumerentur Doctores, Caroc. *in tract. de iuram. lit. de-
ciſ. quæſt. 1. num. 5.* vbi dicit mag. comm. licet deinde li-
mitet eam, quando ab initio nullæ aliæ tentatæ ſunt
probationes Alex. Stiatic. *in ſua practic. cap. 20. numer.
37.* Paſeth. *conſ. 6. per tot.* vbi de communi. Hierot. de
Ceualos *in ſuo tractatu communium opinionum contra
communes opin. 305.* vbi citat in hanc ſententiam Gregor.
Lopez, & dicit ab ea in iudicando, & conſulendo non
eſſe recedendum; Hanc quoque vti communiorem re-
fert Purpur. *in d. l. manifeſta, ſub num. 9.* licet deinde ſe-
quatur contrariam, vti veriorem.
16 Cū igitur hæc opinio crebrior videatur allata retor-
quēdo dicitur eam ſequendam eſſe à Domino motiuante;
præſertim; quia tunc actor dicitur aſſumpſiſſe viam pro-
bādi quādo lis cōteſtata eſt ante delationē iuramenti, vt
in caſu noſtro Bar. *in d. l. manifeſtè, colum. 1. ver. & ſi di-
cas, quod imo reus*, Matth. Coler. *deciſ. 121. ſub. num.* ....
vbi dicit, quod in principio libello debet offerri.
17 Tertiò, † principaliter ſi Dominus Ioanninus eſſet
ignarus facti, quia fortè neſciret quomodo hæc terræ
petiuncula perueniſſet ad eum, non teneretur iurare,
quia hæc dicitur iuſta cauſa recuſandi, Bart. *in d. l. ma-
nifeſta, ſub. nu. 4.* & ibi omnes poſt eum, & pręcipuè Bald.
& Alex. *ſub. num. 4.* Fulgoſ. *pariter ſub num. 4. & melius
ſub num. 6* vbi loquitur in terminis noſtris, *ff. de iureiur.*
Cyn. *in l. generaliter, ſub num. 4. C. de reb. credit.* Simon.
18 de Præt. *conſ. 51. nu. 8.* iniquum † eſt enim iuramentum
deferri ſuper facto alieno. *l. Marcellus, §. iurare autem,
ff. rer. amot.* in hoc tamen non facio vim, quia quan-
doque, qui non eſt informatus tenetur referre iuramen-
tum alteri parte informatæ.
19 Imò videtur dicendum indiſtinctè, † quod quis non
teneatur iurare ſuper dominio, quia cū non percipiantur
ſenſu corporis, quis facillimè peiorare poſſet, ad tra-
20 dita à Maſcard. *concl. 957. ſub num. 61.* & † ideo illud
obtinuit, quod iuramētū in ſupplemētū nō deferatur ad
probandum dominium, vt per Seraph. *de iuram. priuileg.
31. numer. 185.* Crauett. *conſil. 157. ſub num. 13. verſic. &
adeo probari dominium, &c.*
21 Nec obſtant textus in contrarium allegati, quia illi
docent quis effectus ſequatur, ſi iuretur ſuper dominio,
ſed quod quis teneatur iurare inuitus hoc non probant,
vt aduertit Iaſ. *in d. l. iuſiurandum, quod ex conuentione,
§. procurator, ſub num. 18. verſic. ſed illi textus parum ob-
ſtant ff. de iureiur.*
22 In omnem caſum autem † Dominus Ioanninus non
cogeretur iurare rem ſuam eſſe, vt petitum fuit, ſed tā-
tum non ſpectare ad actorem, quia hoc ſufficit ad ex-
cludendam eam, quando reus poſſidet; ſecus ſi non
poſſideret, & vellet vendicare eam, quia cogeretur iu-
rare eſſe ſuam; ita probant textus in *l. nam. & poſtea, § ſi
petitor, cum duabus legibus ſequentibus*, & ibi Iaſ. *in ſum-
mario d. §. ſi petitor*, & ante eum Caſtr. *num. 8. ff. de iure
iur.* Purpur. *in d. l. manifeſta, num. 28. ff. eod. tit.*

A R G V M E N T V M.

Inueſtitus in emphyteuſi pro ſe, & hęredibus, po-
teſt hæredē inſtituere in ea, niſi ſit Eccleſiaſtica.
De cauſis priuationis ob alienationem, ob non
ſolutū canonem, & ob renouationem non petitā.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuta, & Vaſſallus eſt conſeruandus in poſſeſſione rei, quam ab alio recognoſcit, cum nulla eſt declarata contra eum caducitas, vel iudicium pendet.*
2 *Filia inueſtita pro ſe, & hæredibus, poteſt ipſi matri ſuccedere.*
3 *Et tunc tota Emphyteuſis poteſt venire in diuiſione, etiam ſine aſſenſu Domini, cum ſit paterna, & translata in earum perſonas.*
4 *Emphyteuta poteſt ſibi hæredem inſtituere in re emphyteutica priuata, non tamen Eccleſiaſtica.*
5 *Et in tali emphyteuſi ſuccedit etiam hæres extraneus.*
6 *Ad deuolutionem emphyteuſis ob canonem non ſolutum, exigitur ceſſatio à ſolutione per triennium.*
7 *Minori qui cecidit ab emphyteuſi ob non ſolutionem canonis per triennium, eſt ſuccurrendum per reſtitutionem in integrum.*
8 *Inueſtitura non renouatur in Emphyteuſi ob mortem* defun-

Digitized by Google

defuncti. Secus in feudo.
9 *Reſtituendus eſt minor aduerſus renouationem inueſtituræ, non obtentam in caſibus, in quibus eſt neceſſaria.*

CONTROVERSIA DLXXII.

SI talis eſt facti ſpecies, qualis mihi oretenus propoſita fuit, videlicet, quod in domo emphyteotica, de qua fuit inueſtita q. Domina Anna de Mariolis pro ſe, & ſuis hæredibus à Domino Ioanne Luzzaria, ſucceſſerit Domina Petra prædictæ Annæ filia, & deinde illa peruenerit ad Dominum Alexandrum eiuſdem Petræ filium, & hæredem, & tandem ad Dominum Galeatium hæredē inſtitutum à prædicto Alexandro, cuius nomine fuit diu poſſeſsa, & locata, non video, qua ratione ex abrupto ſit nunc audiendus Dominus Luzzaria, dum ſine aliqua antea declarata caducitate, nec propoſita, atque iuſtificata aliqua deuolutionis cauſa, petit, manuteneri cōductorem ad ſui libitum in ea, non autem ſecundum voluntatem dicti Domini Galeatij illius poſseſsoris, & vtilis dominij patroni, ſtat enim irrefragabilis concluſio,
1 quod † emphyteuta, vel vaſallus conſeruandus eſt in
poſſeſſione rei, quam ab alio recognoſcit, ne dum quādo nulla eſt aduerſus eum declarata caducitas, ſed etiā quando ea emanauit, & pendet illius iudicium, donec conuictus ſit de aliqua culpa, vel legitima cauſa caducitatis, ſeu deuolutionis, *capit. final.* vbi Iſern. *numer. 1.* Iacob. de Beluiſ. Martin. Laud. Aluarott. Præpoſ. Afflict. & Federic. Schenc. *Quo tempor. miles inueſtit. petere debeat, In vſibus feud.* id quod procedit etiam ſi eſset priuatus ipſo iure; gl. *in cap. Imperialem, in §. calendis, in verbo reuertatur, de prohibit. feud. alienat. per Federic.* Soc. Iun. *conſ. 115. num. 9. & 10. vol. 2.* Burſatt. qui alios allegat. *conſ. 49. num. 12. & 13. & conſ. 143. num. 32.* cum igitur in caſu iſto non ſolum non ſit conuictus Dominus Galeatius de cauſa deuolutionis, ſed nunc præceſserit aliqua declaratio caducitatis, non poteſt niſi cum maxima iniuſtitia, & ſpolio conſeruari in dicta domo inquilinus, quem vult Dominus Luzzaria contra voluntatem ipſius Domini Galeatij; Propterea pronunciandum eſt, eum manutenendum eſse in ſua poſseſsione, & locum eſse expulſioni inquilini; & ſi Dominus Luzzaria habet aliquem prætextum caducitatis, vel deuolutionis, ſeu alterius tituli, debet conſueta actione inſtituere iudicium contra poſseſsorem, & iuſtificare ſuam petitionem, non autem incipere à ſpolio.
2 Quæ tanto magis admittenda † ſunt ab Illuſtri Domino Iuſdicente, quando non poteſt eſse locus alicui caducitati, ſiquidem Domina Petra vti filia Dominæ Annæ inueſtitæ pro ſe, & hæredibus, potuit matri ſuccedere, *cap. 1. de natura ſucceſſ. Feud.* & illi etiam in diui-
3 ſione facta cum ſuis † ſororibus potuit in diuiſione obuenire tota emphyteuſis, etiā ſine licentia Domini, cum non eſset noua in earum perſonis ſed paterna, & tanquā translata in perſonam alias comprehenſam, & ſemel approbata à Domino Ruin. *conſ. 159. per tot. vol. 1.* Ceph. *conſ. 699. in 2. dubio, n. 42. & 43.* Laderch. *conſ. 16. n. 8.* cum alijs quos prudenter prætereo, quia nunc non eſt opus plenius ſuper hoc inſiſtere; Poſtmodum autem D. Petræ legitime ſucceſſit Alexander eius filius, *per dictum*
4 *cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* qui deinde † cum hæc emphyteuſis eſſet priuata, non autem Eccleſiaſtica potuit inſtituere in ea ſibi hæredem Dominum Galeatium licet non deſcendentem ab aliquo ex inueſtitis, & ſine aſſenſu
5 Domini Luzzariæ, quia † in emphyteuſi priuati ſuccedunt etiam hæredes extranei, Clar. de communi *in §. emphyteuſis, quæſt. 28. numer. 5.* & per conſequens patet, quod nec vigore alienationis, nec lineæ finitæ non poteſt eſſe locus deuolutioni, ſicuti nec vigore canonis non ſoluti, quia ſupponitur mihi nunquam fuiſſe ceſſatum
6 per triennium integrum à ſolutione, prout † per tantum tempus neceſſaria eſt ceſſatio in emphyteuſi priuati, *l. 2. C. de iure emphyt.* Clar. §. *emphyteuſis. quæſt. 8. nu. 1.* tum quia vigore ſtatuti non cadit emphyteuta ob nonſo-
7 lutum canonem, & vbi cecidiſſet, † ei ſuccurrendum eſſet per viam reſtitutionis in integrum propter minorem ætatem, Corbul. *de priuat. emphyt. ob non ſolutum*
8 *canon. ampliat. 29. num. 6.* Et demum † non potuit cadere ob non ſuſceptam inueſtituram, quia quidquid ſit in feudo, inueſtitura non renouatur in emphyteuſi propter mortem defuncti, Iaſ. *in leg. fin. ſub num. 41. C. de iure emphyt.* Burſatt. *conſ. 181. num. 25.* Surd. *deci. 181. n. 6.*
9 Et vbi † fuiſſet renouanda, locus eſſet reſtitutioni, beneficio prædicto minoris ætatis, Corbul. *de caducitat. ob non petitam inueſtit. infra legitimum tempus, numer. 30.* & hæc breuiter ſufficiant.

ARGVMENTVM.

An ſubſtitutio compendioſa facta à pagano verbis communibus filio impuberi, defuncto in pupillari ætate, matre exiſtente in medio, ſit fideicommiſſaria, adeovt mater non repellatur à toto, vel legitima in illis bonis. Et de coniecturis excludentibus matrem à ſucceſſione.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio obſtruſa eſt, & ambigua.*
2 *In hac vis nimis ventilata non licet ire per argumenta.*
3 *Vis quæſtionis oſtenditur.*
4 *Afferitur ſententia fauens matri, & DD. eam ſectantes.*
5 *Multi DD. mediam viam eligentes, ſentiunt, matri dandam legitimam, ſubſtituto vero cætera bona. quod de æquitate eſt omnino ſeruandum. ibid.*
6 *In foro conſcientiæ ſecundum aliquos, mater non poteſt excludi à legitima.*
7 *Præcipue ſtantibus adhoc coniecturis ex mente teſtatoris.*
8 *Non eſt ſufficiens coniectura in hac ſubſtitutione, ad matrem excludendam, tranſitus eius ad ſecunda vota.*
9 *Non cenſetur ſactum legatum vxori in compenſationem legitimæ, niſi teſtaotr ponat Clauſ. quod ſit contenta, & aliud non poſsit petere.*
10 *Reſoluitur obiectum de ſtatuto Mantuæ, quod reſeruat matri debitum bonorum ſubſidium. Et aliud oppoſitum, & num. 11.*
11 *Eſt coniectura matrem excludi à ſucceſſione, cum frater teſtatoris eſt ſubſtitutus, tunc dumtaxat cum ipſa mater excluderetur ab inteſtato, & num. 12.*
13 *Legitima dicitur ſucceſſionis quota, & hæreditatis, in omnibus præterquam in creditorum prælatione.*
14 *Talis coniectura non eſt tuta.*

CONTROVERSIA DLXXIII.

QVæſtio iſta quæ inſurgit ratione legitimæ petitæ à Domina Catherina Foleata, in bonis Domini Dominici eius filij, an ſcilicet ſubſtitutio compendioſa facta à Pagano verbis communibus filio impuberi defuncto in pupillari ætate, matre exiſtente in medio, ſit omni tempore fideicommiſsaria, an vero intra puberta-
1 tem contineat pupillarem, eſt adeo difficilis † & propter varias doctorū opiniones hinc inde magis cōmunes pro ſua ſententia vendicantium adeo ambigua, vt tam conſultor quam Iudex poſſit in vtramlibet partem inclinare, quemadmodum ſcribit Odd. Sforz. *conſ. 18. in princ.* & adeo accurate, & copioſe fuit paſsim à ſcribentibus diſputata, vt hodie nil nouè excogitari queat; ſed tantum ſufficiat ſe remittere ad aliorum labores, in qua
2 etiam non expedit ire per argumenta, ſed † ſatis eſt indicare deciſiones, & addere aliqua adminicula vt dicit
3 Caſtr. *in conſ. 142. num. 1. vol. 1.* ſi enim eſt † omni tempore fideicommiſsaria, ſequitur quod ſubſtitutus ſuccedit tantum in bonis teſtatoris, non etiam pupilli, & ſic quod legitima, & Trebellianica, quæ non poſſunt adi-

mi

Digitized by Google

mi filijs primi gradus, ſpectent ad eius hæredes ab inteſtato, & ſic mater poſſit ei ſuccedere in totum, vel in legitima, ſecundum varias caſuum contingentias, & ſtatutorum diuerſas diſpoſitiones; ſi verò eſt directa intra pubertatem, tunc ſine controuerſia excludit matrem in totum.

4 Quia igitur pro ſententia † matri fauente multa extant plena doctorum conſilia, ſatis mihi erit eorum aliqua indicare, pro qua ſtat Afflict. *deciſ.* 367. Dec. *conſil.* 82. *per tot. volum.* 3. *& conſ.* 53. *per tot. vol.* 4. Berett. *conſil.* 98. qui dicit ita iudicatum, Afflict. *dec.* 367. Burſ. *conſil.* 8. *in* 6. *dubio*, & Hier. Valla, *inter conſ. eiuſdem, conſ.* 327. D. Menoch. in caſu, quo ſubſtitutæ fuerunt ſorores pupilli, *conſ.* 144. *& conſ.* 551.

Quæ ſententia indiſtinctè concludit, matrem poſſe ſuccedere ne dum in legitima, ſed etiam in Trebellianica, quando non adſunt, qui concurrant cum ea in ſucceſſio-
5 ne, ſed quia quæſtio † habet multum difficultatis, quã plures non contemnendæ auctoritatis, diſtinguentes mediam viam elegerunt, vt mater ſuccedat in legitima tantum, tamquam ei debita omni iure, in alijs vero bonis ſuccedat ſubſtitutus: hanc ſententiam poſt antiquos probauit Decius, *in leg. precibus. num.* 19. *verſic. & tenendo, C. de impuber.* Socin. Sen. *conſ.* 150. *num.* 41. *vol.* 1. Vbi dicit hanc mediam viam ſine dubio eligi poſſe. & debere quando iudices poſſunt iudicare de æquitate, & maxime ab arbitris, prout in caſu noſtro; quod dixit & Burſat. *d. conſ.* 8. *ſub num.* 39. *pag.* 35. *colum.* 1. *verſ. concludit. tamen arbitratorem*, Menoc. *d. conſ.* 144. *num.* 15. Oddo. *in tract. de compend. par.* 5. *de compendioſa facta à pagano, articulo* 3. *ſub num.* 15. *verſic. Vnde egregius doctor, &c. pag.* 127. Idem *conſ.* 18. *nu.* 25. vbi in conſcientia ita conſulit ibi faciendum eſſe iudici Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 21. *nu.* 78. vbi multos cumulat. Theſaur. *dec.* 200. *ante, & poſt num.* 5.

6 Tanto magis, quia ſecundum † multos, mater pupilli in foro conſcientię non poteſt excludi à legitima, ex ſententia Archidiacon. quem referunt, & ſequuntur Menoch. *dict. conſ.* 144. *ſub num.* 15. Decian. *d. conſ.* 53. *ſub num.* 56. *vol.* 4. Theſaur. *d. deciſ.* 200. *ſub num.* 5. Quod, & ſi apud iudices ordinarios, non tranſiret ſine difficultate; tamen apud arbitros, & arbitratores, qui de bono, & æquo iudicare habent, crediderim tuto ſententiam matri fauentem quo ad legitimam amplexari debere.

7 Et tanto magis † quia in caſu iſto habemus aliqualem coniecturam, quod teſtator non habuerit intentionem quod in bonis defuncti inſtitutus integraliter ſuccederet; nam eo caſu, quo vnuſquiſq; ex filijs legitimis decederet ſine filijs ſubſtituit alium cum onere augendi legatum de mille ſcutis, factum filio baſtardo ad alios mille; ſi igitur in caſu iſto in prętudicium filij vocauit Baſtardũ, cui nil vltra tenebatur relinquere, ad mille aureos; credibile eſt etiam, quod noluerit priuare matrem legitima, quæ ei de iure debita erat.

Non obſtant autem coniecturæ quæ aduerſus eam conſiderari poſſent, & primo quod ipſa tranſiuerit ad ſe-
8 cunda vota, quia reſpondetur, communé opinionem eſſe, hanc non eſſe ſufficientem coniecturam ad excluſionem matris iſto in caſu, Decian. *conſ.* 82. *num.* 74. *vol.* 3. Beret. *conſ.* 98. *nu.* 5. Honded. *conſ.* 75. *nu* 37. *vol.* 1. Odo. *d. conſ.* 18. *num.* 19.

Secundo reſpondeo, quod teſtator hic non habuit odio ſecundas nuptias, quia in eatum euentum multo maiori legato honorauit vxorem, quam ſi ſtetiſſet vidua.

9 Non refragatur quod legatum † factum vxori, videatur factum in compenſatione legitimæ, quam potuiſſet conſequi in bonis filijs, quia iſtud procedit tantum quando adiecta fuit clauſula, *Et quod eſſet contenta, & aliud petere non poſſet, &c.* vt declarat poſt multos, D. Menoch. *conſ.* 551. *num.* 41.

10 Ceſſat etiam obiectum, quod † fieri poſſet de noſtro ſtatuto excluſiuo fœminarum, quia huiuſmodi ſtatuta præbent coniecturam excluſionis matris, quando ſubſtitutus excluderet omnino matrem, vt per Odo. *de compendioſ. in tit. de compendioſa facta à pagano, artic.* 3. *num.* 17. *pagin.* 128. Intrigliol. *d. tract. de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 21. *num.* 81. *&* 82. noſtrum autem ſtatutum non excludit penitus matres, ſed reſeruat eis debitum bonorum ſubſidium, quod petitum eſt à Domina Catherina.

11 Demum non perturbat id † quod omnium magis vrget, quod ſubſtitutus eſt alter Fratres defũcti quo caſu ferè omnes concedunt matrem tunc excludi, quia in caſu noſtro primo reſponderi poteſt, conſtare de mente teſtatoris quod non dilexit ita eum, vt vellet excludere matrem à legitima, ex quo etiam in hoc caſu honorauit baſtardum, cui nil tenebatur relinquere.

12 Secundo reſpondeo, quod Frater † pupilli tunc præbet coniecturam huius excluſionis matris in hac ſubſtitione, quando etiam eam penitus excluderet ab inteſtato, vt declarat, & probat late Menoc. *conſ.* 144. *ſub n.* 23. Sed in caſu noſtro, cum ſtatutũ reſeruat debitum bonorũ ſubſidiũ matri, & ſic legitimam, non poteſt dici penitus
13 excluſa, quia legitima † dicitur quota ſucceſſionis, & hæreditatis in omnibus, præterquam in hoc, quod creditores præferantur, vt de communi teſtantur Burſat. *conſ.* 8. *num.* 10. & Petra *quæſt.* 15. *nu.* 27.

14 Tertio hæc coniectura † non eſt tuta, vt aduertit Menoch. *d. conſ.* 144. *num.* 23. & contrarium tenuerunt Old. *conſ.* 99. Aquilin. *in l. centurio, par.* 4. *num.* 197. *in fin. ff. de vulgar.* Paul. Leon. *in tract. ſubſtitut. in materia vulgaris, num.* 114.

Hæc raptim ſcripſi, & breuibus, quia inopem me fecit copia ſcriptorum à doctoribus in hac quæſtione.

ARGVMENTVM.

De reſtitutione in integrum aduerſus rem iudicatam, Minori concedenda, De cauſis eam concedendi. Et de varijs læſionis ſpeciebus. Aliqua de plus petitione, & de taxatione expenſarum.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum etſi ſemel denegata, poteſt ex noua cauſa peti, & debet concedi.*
2 *Conceſſa reuiſione pupillo, adhuc etiam competit reſtitutio in integrum.*
3 *Pro obtinenda reſtitutione non eſt adeundus princeps, neque facienda eſt noua reuiſio, & cur.*
4 *Tempus petendi reſtitutionem currit à die ſcientiæ.*
5 *Statuta limitantia tempus petendi reſtitutionem, non ligant pupillos, etſi generalia.*
6 *Rationes adducuntur in propoſito.*
7 *Petens plus debito, enormiter lædit.*
8 *Actore pro parte obtinente, non poteſt reus condemnari in expenſis.*
9 *Plus debito petit, etiam qui petit modicum vltra debitum.*
10 *Plus eo debito petens ab initio, etſi diſtat ab aliqua parte, tamen ſemper condemnandus eſt in expenſis.*
11 *Multo magis ſi ſemper perſiſtit in tota ſumma.*
12 *Eſt læſio non deducere de expenſis condemnatis eam partem, quam domi victor impenſurus fuiſſet.*
13 *Regulariter non fit hec moderatio, quando ex operibus victor ſibi victum quærebat, quas ob litem cogitur intermittere.*
14 *Clericus non eſt talis.*
15 *Afferuntur verba* Gulielm. de Cuneo.
16 *Degens in loco litis ob alias lites, & cauſas, non recuperat expenſas victus.*
17 *Expenſarum condemnatio facienda eſt pro rata victoria.*
18 *In taxandis expenſis habenda eſt ratio petitionis.*
19 *Cum lites non eſt actor proſecutus, pro eo tempore non de-*

bee recuperare expenſas.
20 *Expenſa litis ſecundum aliquos non poſſunt excedere duplum rei controuerſa.*

CONTROVERSIA DLXXIV.

PEtita reſtitutio in integrum nomine Domini Benedu-
ſij pupilli, vt in proceſſu Senatorio *fol. 50. fac. 2.* vide-
tur omnino concedenda, & cogendus Reuerendus de
Boſchettis reſpondere poſitionibus, de quibus; ibi nam
etſi huiuſmodi reſtitutio alias petita, fuerit reiecta per
Dominum Iudicem App. attamen id contigit, quia
non apparebat de læſione, nec erat facta fides, quod
iſte Reuerendus ob multas alias lites hic degerit ſuper
hoſpitio, quod cum nunc fuerit edoctum, & clarius pa-
tebit ex reſponſione danda poſitionibus, ſicuti etiam
de alia cauſa læſionis ex infra dicendis apparebit, non
1 eſt deneganda petita reſtitutio, quia † etiam vbi ſemel
fuerit denegata, ex noua cauſa peti poteſt, & concedi
debet, *l. 1. in fin. & leg. final. C. ſi ſæp. reſtit. in integr. poſtu-
let.* quam ſententiam tanquam communem latè probat
Oddo. *de reſtitut. in integr. quæſt. 16. articulo quinto, nu-
mer. 23.*
2 Hinc eſt, † quod etiam vbi reuiſio conceſſa iſti pu-
pillo, ſeruiret loco reſtitutionis, prout excipitur ab ad-
uerſario, adhuc tamen denuo veniret ex noua læſione
reſtituendus.
3 Nec pro ea obtinẽda † neceſſarius eſt recurſus ad prin-
cipem, neque noua reuiſio, quia etſi executio ſententiæ,
non retardetur, ſi reſtitutio in integrum non petatur in-
fra decem dies; imo videatur excluſa, ſi non ſit petita
intra dictum tempus, per diſpoſitionem ſtatuti *ſub rubr.
de ſentent. executioni mandand. & ſub rubr. de tempore ap-
pellat. interponend. & nullit. propon. & petend. reſtitut. in in-
tegr. &c.* Attamen in præſenti caſu non videntur abeſſe
prædicta Statuta, tum quia non apparet de ſcientia
ſententiæ, quæ fuit lata in ſententia partis, nec fuit noti-
ficata; ita quod potuerit peti talis reſtitutio infra præ-
4 ſcriptum tempus, quod † non currit niſi à die ſcientiæ
iuxta *Auth. hodie,* cũ ſua gl. *C. de appellat.* & latè tradita
per Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt. 10 artic. 4. num. 37.*
5 *verſic. In contrarium, &c.* tum quia † prædicta ſtatuta
vt generaliter loquentia, licet comprehendant minores
tamen non ligant pupillos, Surd. *deciſ. 49. ſub numer. 8
verſic. & quamuis regulariter.*
6 Quod autem fuerit læſus multipliciter, ſuaderi † po-
teſt, & primo quia vbi etiam iſte Reuerendus habuiſſet
actionem ad duplum liuellorum non ſolutorum, de
qua re latè ſcripſit quandoque Illuſtris Dominus Mo-
nentus pro pupillo, ſicuti, & multa alia pro eius de-
fenſione conſiderauit, quæ repetere non placet cum in
eius ſcriptis videri poſſint; adhuc tamen certum eſt,
quod ipſe non poterat petere duplum ſaltem pro liuello
anni 1599. quo tempore, quando maturauit, iam longè
antea deceſſerat Dominus Camillus Pater pupilli, vt ex
fide confirmationis tutelæ, in proceſſu Ordinarij, *fol. 3.
fac. 1.* quia ipſe non ignorauit, ſed tantum pro ſeptem
annis prioribus defluxis viuente patre, ſtatutum enim
cuius vigore dictus de Boſchettis petit duplum, excipit
ne dum pupillos, ſed etiam indiſtinctè omnes minores,
quos non vult ad illud teneri, & ob id etiam Illuſtris Do-
minus Iudex appellationum non condẽnauit Dominum
Beneduſium ad duplum liuellorum omnium octo anno-
rum petitorum, ſed tantum pro liuellis decurſis viuente
Domino Camillo, vt *fol. 14 fac. 2.* ſicque abſoluit pupil
lum à duplo vltimi anni, & nihilominus ipſe Reueren-
dus ſemper tam in commiſſionibus per vim obtentis,
quam in calculo ab eo dato in proceſſu Senatorio, *fol.
36. fac. 2.* petijt etiam duplũ huius poſtremi anni, quod
pupillus ceſſauit à ſolutione.
7 Hinc ſequitur ſecunda, † & enormiſſima læſio, quod
cum prædictus Reuerendus petierit plus debito (vltra
multas vices, quibus in declarationibus inſiſtentiæ ſem-
per aliquid ex ſumma petita detraxit) in hoc duplo hu-
ius anni continuo perſeuerando, ſcienter contra formam
Statuti, quod allegabat, & contra formam ſententiæ
Domini Iudicis app. nec non in petendo liuello anni
1589. pro portione Domini Alexandri, qui tamen
fuerat ſolutus, vt ex receptione in proceſſu Senatorio,
fol. 31. fac. 2. quam ipſe de Boſchettis approbat, *fol. 37. in
fine,* ſequitur inquam quod licuerit pupillo ſuper toto
8 litigare, & actore demum † pro parte obtinente, non
potuerit dictus pupillus condemnari in expenſis: Salicet.
*in leg. properandum, §. ſin autem alterutra, ſub numer. 41.
verſ. ſed ego,* & ibi Iaſ. *num. 17. verſic. Quinto quæro, Cod.
de iudicijs,* Pariſ. *conſ. 104 num. 13. vol. 3.* Cagnol *in leg.
non poteſt videri improbus, ſub num. 4. ff. de regul.* Vrſill. ad
Afflict. *dec. 296. ſub num. 2. & 3.* infinitos refert, & ſequi-
tur Aſinius, *§. 32. cap. 2. limitat. 10.* & in patria de hoc
habemus ſtatutum in communibus, *ſub rubr. de pœna
plus debit. petent. vel iam ſolutum,* & dubium non eſt
9 † plus debito verificari etiam in modico de pluri. Lau-
rent. *deciſ. Auenionenſ. 35. n. 6* Royz. *deciſ. Lunanis, 3. n.
407. in fine,* quia dictio *Plus* de qua in ſtatuto verificatur
in modica quantitate, *leg. hac adiectio 192. ff. de verbor.
ſignificat.* Abb. *in c. pernicioſus, 13. n. 2. de celebrat. miſſar.*
Neque oneratur pupillus, ex eo quod obijcitur in cal-
culo ab ipſo Reuerendo, *fol. 38. fac. 1.* dum inquit
*Che ſe nanti all'Ordinario, o al Sig. Giudice foſſe vna
volta comparſo, preſentando quel ſolo, che preſupponeua te
douer dare con oblatione di dar il reſto fatto il calcolo, ſe
la voſtra principale ſi foſſe ritrouata debitrice, dando per
queſto ſicurtà conforme alle prattiche legali, mi chiamerei
il torto, & ſcuſarei voi, &c.*
10 Quinimo † quando quis plus debito petijt ab initio
& poſtea deſtitit ab aliqua parte, emendando petitionẽ,
ſemper ipſe condemnandus eſt in expenſis, Crauet. *cõſ.
325. ſub num. 2 verſic. aut loquimur de pœna.*
Namq; fallitur iſte Reuerendus, nam eius incum-
bens erat offerre ſe ſimplicium, acceptaturum dum
de reliquo litigaretur; tunc enim ex hac oblatione gra-
11 uatus fuiſſet pupillus. ſed ſecus fecit, perſiſtendo † ſem-
per in tota ſumma petita, quo fit, vt non ſit excuſatio-
ne dignus, ita docet Bart. *in l. qui ſolidum, 80. in princip.*
& ibi Imol. *ff. de leg. 2.* Cagnol. *in d. l. non poteſt videri im-
probus, 209. ſub n. 4. ff. de regul. iuris,* Aſin. *d. limit. 10. n. 3.*
12 Tertia eſt læſio, † quia vbi etiam debuiſſet condem-
nari in expenſis Beneduſius, deducendum erat de expẽ-
ſis cibarijs id quod veriſimiliter creditor domi impenſu-
rus erat; ita, quidquid in teſtibus controuertant DD.
vnanimiter tenent in ipſo actore litigante ſcribentes,
quorum multos refert Surd. *in tract. de aliment. tit. 4. qu.
25. num. 4. & 5.* Aſin. *in ſua praxi, §. 32. cap. 3. num. 7.* per
tex. *in l. ſed & ſi hæreditas, §. 1. ff. ad exhibend.* & de hoc
videtur habita ratio à Domino Iudice App. dum detra-
xit tertiam partem de nota expenſarum, data ab ipſo
Reuerendo; itaut, cum Perill. Senatus cenſuerit contra
dictam ſententiam Domini Iudicis app. vniuerſam ex-
penſam dictæ notæ reficiendam eſſe, videatur in hoc le-
ſus minor.
13 Et licet hæc moderatio eius, quod † quis domi im-
pendiſſet, non attendatur, quando ille ex ſuis operis quæ-
rebat domi victum, quas ob lites intermittere cogitur,
14 vt in *d. l. ſed etſi hæreditas,* attamen hoc † non poteſt
conſiderari, nec cadere in Clerico, vt in ſpecie determi-
nat Guliel. de Cuneo *in leg. properand, §. ſin autem alteru-
tra, ſub num. 4. C. de iudic.* vbi habet hæc formalia verba.
15 † Sed pone, quod tu es conuentus in ciuitate iſta, ob-
„ tinuiſti peti expenſas, quas feciſti in comedendo, &
„ bibendo, oppoſuit aduerſarius, quod tantum come-
„ diſſes in domo tua, numquid tales expenſas recupera-
„ bis? Dico ſic. aut iſte conuentus cum erat in domo pro-
„ pria, quærebat victum ſuis operis, vt quia artifex, vel
„ laborator. dic, quod tunc expenſas, quas fecit recupe-
„ rabit; ſi autem erat talis, quod nõ viuebat ex operis ſuis
„ vt quia nobilis, vel clericus, tũc tales expẽſas, quas fecit,
„ in comedẽdo, & bibẽdo nõ recuperat. arg. *ff. ad exhib. l.
ſed ſi hæreditas, §. 1. & ff. de petit. hæredit. leg. ſed, & ſi lege,
§. quod autem, & not. ff. eod. leg. eum, quem temere, in princ.*
hactenus Guliel.

16 Quarta

Digitized by Google

16 Quarta eſt læſio, † quia dictus de Boſchettis dege-
bat Mantuæ ob multas alias lites, & maioris momenti,
quam erat præſens, vt ex ſidibus productis, & melius
apparebit ex reſponſionib. ad petitiones; quo fit vt non
debeat recuperare omnes expenſas à pupillo, cum non
fui cauſa tantum, ſed vt dixi, ob multas lites hic litiga-
ret, pro qua facit textus, *in cap. ſtatutum, §. inſuper, de
reſcript. in 6.* vbi loquendo de expenſis cibarijs inquit, nec
plus ab vna parte, quam ab alia exigat, [cum commune
17 gerat negotium vtriuſque, &c. facit, † quod ſolet di-
ci, expenſarum condemnationem debere fieri pro rata
victoriæ, vt per Iaſ. *in d. l. properandum, §. ſin autem alte-
rutra, num. 15. C. de iudic.* Aſin. *in d. §. 32. cap. 2. ampliat.
63 num 1. & ampliat. 71. num. 1.* ita ergo habenda erit ra-
tio negotiorum pro rata, & ſi aliæ lites erant grauiores;
plus expenſarum, eis attribuendæ erunt, ex his, quæ ha-
bentur, *in l. non ignoret*, & ibi Fulgoſ. *num. 3.* & alij ſcri-
18 bentes, *C. de fruct. & lit. expenſ.* vbi † in taxandis ex-
penſis attendenda eſt quantitas petitionis, & ſi eſt par-
ua non debent taxari ingentes expenſæ, & è contra.

19 Quinto, fuit læſus, † quia pro tempore quo Reue-
rendus non eſt proſecutus litem, nullas debuit recupera-
re expenſas, *d. l. non ignoret*, & ibi Bart. *in ſummario*, &
cœteri. *C. de fructib. & lit. expenſ.*

20 Sexto videtur læſus, † quia ſecundum aliquorum ſē-
tentiam, expenſæ litis non poſſunt excedere duplum rei
in controuerſiam deductæ, Berengar. *in l. vnica, nu. 240.
C. de ſententijs, quæ pro eo quod intereſt*, Aſin. *d. §. 326. cap.
4. num 5.*

Super quibus omnibus, reſtituto ipſo pupillo, puto ha-
bendam eſſe rationem, & à prædictis eum abſoluendum
eſſe.

ARGVMENTVM.

An, & quando locator pro ſublocatione rei, in qua non habebat tale ius, teneatur ad damna, & intereſſe ſubconductori. De incumbentia agentis ex contractu vltro, citroque obligatorio. De probandis damnis, & intereſſe, & de teſtibus in id deponentibus.

SVMMARIVM.

1 *Qui locat id quod ſibi non licet, tenetur conductori ad intereſſe, ſi ob id impeditur locatio.*

2 *Et tenetur de lucro etiam ceſſante; in quo continetur lucrum ipſius conductionis, num 3.*

4 *Imo tenetur etiam ad damna omnium annorum, quibus durare debebat locatio.*

5 *Sententia Auct. in propoſito.*

6 *Qui facit mentionem de aliqua ſcriptura, præſumitur habere notitiam omnium contentorum in ea.*

7 *Subconductor ſciens fundum non poſſe ſublocari, cenſetur eum acceptare, quatenus primus locator conſenſerit; quo etiam animo creditur conceſſiſſe ſublocator.*

8 *Simile affertur in eo qui emit rem locatam, quo ad expellendum conductorem.*

9 *Damnum, quod quis ſua culpa ſenſit, ſibi, & non alteri debet imputari.*

10 *Locator non tenetur ad refectionem damni, niſi interueniente eius culpa, vel dolo.*

11 *Scienti, & volenti fraus fieri non poteſt.*

11 *Emens ſcienter rem ſubiectam fideicommiſſo, ea euicta non agit ad intereſſe, aut melioramenta, ſed ſolummodo ad purum pretium.*

12 *Conductor habet actionem ad remiſſionem mercedis, vel ea ſoluta, ad repetitionem.*

13 *In contractibus vltro, citroque obligatorijs, qui prius agit, debet, vt obtineat, probare ex parte ſua adimplementum contractus.*

14 *Conductor vt obtineat damna prætenſa, debet ea probare. Et quidem verè, concludenter, & certitudinariè,*

non per præſumptiones, & num. 15.

16 *Teſtes deponentes, ſolo lucrum poſſe contingere, niſi aliquis caſus eueniſſet, non concludunt, ad effectum illud lucrum percipiendi.*

17 *Sunt ſuſpecti teſtes, deponentes nimis animosè, & vnanimi ſermone.*

CONTROVERSIA DLXXV.

1 ET ſi, is qui locat id quod ſibi † locare non licet, te-
neatur conductori ad intereſſe, ſi ob id impe-
ditur locatio, *leg. ſi vno, §. vbicumque, in fine.* & ibi gloſſ.
2 *in verb. quod intereſt. ff. locat.* & non ſolum † teneatur
ad intereſſe damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſan-
3 tis; *leg. ſi fundus, circa finem, verſic. in quo † etiam lu-
crum eius continebitur, ff. eod. tit.* Iaſ. *conſ. 109. in primo du-
bio, volum. 1.* Cepoll. *conſil. ciu. 47. num. 36. vol. 2.* Surd.
4 *conſ. 442. nu. 6.* & ne dum tenetur † ad damnum vnius
anni; ſed omnium annorum, quibus durare debebat
locatio, quamuis poſt impedimentum dominus iterum
offerret patientiam colendi, ſi iam alibi occupatus repe-
riatur, *l. ſi in lege, §. colonus ff. d. tit. locat.*

5 Attamen in præſenti caſu non videntur † obligati
Domini Fratres de Amigonis erga Dominum Bernardi-
num Palmam, pro aſſertis damnis lucri ceſſantis anno-
rum ſeptem, quibus durare debebat ſublocatio ei facta,
& quæ ceſſauit ob id, quod non licebat ipſis Dominis
Amigonis facere talem ſublocationem, reſiſtente pacto
D. Anerariæ primi locatoris.

Primo, quia D. Palma conduxit fundum, de quo agi-
tur, cum eiſdem pactis, cum quibus fuerat locatus Do-
mino Antonio Amigono. & de quibus in iſtrumento
ſuper dicta locatione confecto, vt patet ex ſcripto in
proceſſu Ord. *fol. 11. & 12.* quo fit vt de omnibus illis di-
6 catur habuiſſe ſcientiam, & notitiam, quia qui † facit
mentionem de aliqua ſcriptura, præſumitur habere ſcien-
tiam de omnibus contentis in ea, Alex. *conſ. 118. num. 4.
verſic. nam non obſt. &c. volum. 7.* Surd. *deciſ. 4. num. 8. &
deciſ. 216. ſub num. 43. verſic. benè admitto*, Maſcard. *con-
cluſ. 1299. num. 10.* vnde cum ſciret extare pactum, quod
D. Amigonus non poſſet ſublocare, cenſetur ſubcon-
7 duxiſſe fundum in eo ſtatu † in quo reperiebatur, &
acceptaſſe cum omnibus ſuis qualitatibus, ſcilicet qua-
tenus primus locator conſentiret ſublocationi, & Do-
minus Amigonus pariter cenſetur ſublocaſſe, quatenus
Dominus non contradiceret, per tradita à Surd. *deciſ.
8 264. ſub num. 6. cum ſeqq.* vbi in † eo, qui ſcienter emit
rem locatam per ſupraſcriptam rationem, concludit, eū
non poſſe expellere conductorem, propterea non po-
9 teſt nunc agere ad damnum lucri ceſſantis; quia † dā-
num, quod quiſque ſua culpa ſentit, ſibi, non alteri im-
10 putare debet, *l. damnum, ff. de regul. iur.* Et † locator
nunquam tenetur ad refectionem damni, niſi interue-
niente eius culpa, vel dolo, *d. l. ſi fundus, ff. locat.* Surd.
conſ. 141. num. 3. vol. 1. fraudem autem ſcienti, & volen-
te nequaquam fieri, pluſquam certum eſt. *cap. ſcienti de
regul. iur. in 6.*

11 Pro qua argumentatione † poteſt induci textus in *l.
final. §. emptor, C. commun. de legat.* vbi qui emit ſcienter
rem ſubiectam fideicommiſſo, ea euicta non agit ad ali-
qua damna, vel intereſſe, quinimmo nec etiam recupe-
rat melioramenta in ea facta, ſed tantum purum, &
ſimplex pretium pro illa erogatum; ita quoque condu-
ctor iſte non poterit conſequi aliquod damnum, ſed
tantum habebit actionem ad remiſſionem mercedis
12 † ea non ſoluta. vel ad repetitionem ſi eſſet ſoluta, iu-
xta *d. l. ſi fundus ff. locat.*

Secundo, Dominus Palma non poteſt conſequi aſ-
ſerta damna, quia ipſe tenebatur anticipatè ſoluere au-
reos 250. pro ſubuentione locationis, ex eo quod ac-
ceptauerat ſublocationem cum eiſdem pactis, cum
quibus fundus iſte fuerat conductus à D. Amigono, in-
ter quæ aderat iſtud præfatæ ſubuentionis, & promiſe-
rat conſeruare indemnem ipſum D. Amigonum primū
conductorem, pro iſtis pactis, erga Dominum Anera-

riam primum locatorem, vt in dicto ſcripto, in proceſ-
ſu Ord *fol.13.fac.1.* quod tamen non probauit à ſe ad-
13 impletum fuiſse, & tamen in contractibus † vltro, ci-
troque obligatorijs, qui prius agit non poteſt obtinere,
niſi etiam ipſe prius probet ex parte ſua adimpleuiſse,
omnia adimplenda, *l. Iulianus*, *§. offerri*, vbi ſcribentes,
ff locat. Crauet. *conſ.151. n.10.* Ceph. *conſ.407. num.18.*
Menoch. *conſ.1. num.369.* Becc. *conſ.45. num.6.* Rimin.
Iun. *conſ.232. num.23.* Et in ipſis noſtris terminis Burſ.
conſ.72. num.3.

Quinimo ipſum non adimpleuiſse hoc pactum, nec conſeruaſse indemnem Dominum Amigonum ab eo conſtat ex querela ipſius D. Auerariæ, in proceſsu Ord. *fol.1. fac.2.*

14 Tertio, & vltimo, † moueor, quia ad hoc vt condu-
ctor poſſit conſequi huiuſmodi damna, debet illa pro-
bare, Pariſ. *conſil.38. ſub numer.16. volumin.1.* & debet
15 † probare ea verè, concludenter, & certitudinariè,
non autem per præſumptiones, vel per poſſibile, aut
per communiter contingentia, Caſtr. *in l.3. §. fin. n.3. ff.*
de eo quod cert. loco, quem ſequuntur infiniti relati à Ri-
min. Iun. *conſ.52. num.42. & conſ.218. num.100.* quibus
addo Honded. *conſ.50. ſub num.30 vol.1. & conſ.36. n.*
33. & conſ.38. nu.40. vol.2. Lancell. Galliæ. *conſ.123. ſub*
num.35. vbi de veriori, & communiori, Lupus *in leg. cu-*
rabit, nu.116. C. de pact. inter empt. & vendit. Burlat. *conſ.*
453. num.34. & Rota Romana in deciſionibus Putei, *de-*
ciſ.237. lib.1. & in deciſionibus Mohedan. *deciſ.208.* &
in nouiſſimis *deciſ.371. num.1. par.1. & deciſ.90. num.3.*
& deciſ.315. num.6. par.2. & in terminis noſtris Burlatt.
d. conſ.72. num.9.

16 Tale autem damnum † in caſu iſto non fuit proba-
tum concludenter, quia & ſi teſtes dicant Palmam potuiſse tantum lucrari, niſi eueniſset aliquis caſus; tamen multa potuiſsent contingere, quæ impediuiſsent ipſum lucrum, & ob id de eo non eſt habenda ratio, prout in ſpecie concludit Bald. videndus, *conſ.182. ſub numer.4. verſic. non enim debet conſiderari, &c. & num.5. verſ. eſt quodammodo diuinare, &c. vol.1.*

17 Super teſtibus † quoque examinatis ab aduerſario
Perill. Sen. habebit rationem, abſque eo quod nunc de eis verba fiant, qui videntur valde ſuſpecti; tamen in depoſitione expenſarum à Palma factarum, quibus non eſt veriſimile eos ſemper interfuiſse, maximè cum illi, qui de eis deponunt alibi habitent, tum circa probationem damnorum, de quibus nimis animosè deponūt, & fere vnanimi ſermone; cum notum ſit terras illas, & eius regionis rigoroſiſſimo affictu locatas fuiſse ipſi Palmæ; ita vt non ſit credibile, eum potuiſse lucrari, & veriſimile eundem affectaſse hanc expulſionem factam à Domina Ameraria.

A R G V M E N T V M.

De Obligatione euacuandi foueas ad accipiendas aquas. Aliqua de tali ſeruitute, & de ea recipiendi aquas ſuperiores, ac eius effectum. Plura de alternatiua petitione, & libello; De modo producendi ſcripturas, & eius virtute.

S V M M A R I V M.

1 *Quod pro communi cõmodo cum cauſa cognitione introductum eſt, non debet retractari quo priuata vtilitate.*
2 *Res vſucapitur ſpatio decem annorum, inter præſentes.*
3 *Alternatiua, eſt vno ex petitis contenta.*
4 *Propoſitum in libello alternatiuè, ſi in vno capite non poteſt habere effectum, cenſetur pure propoſitum quo ad alterum caput.*
5 *Cum quis habet duo remedia, vno ſublato, non ceſſat alterum.*
6 *Alternatiua petitio habet locum, cum petita non ſunt contraria.*
7 *Sed etſi eſſent contraria, cenſeretur in libello vna res alteri ſuberdinata, in defectum vnius.*
8 *Libellus in duabus vijs, altera competenti, altera incompetenti facit procedere competentem.*
9 *Nemo tenetur ſuſcipere aquas ſuperiores, etiam ex natura loci, immoderatas, & nimis lædentes.*
10 *Amplia etſi præceſſiſſet conuentio, non tamen quo ad immoderatum deſtuuium.*
11 *Qui ex ſpecimine foſſa, oppleta ius ſeruitutis probat, poteſt cogere ſeruientes ad eius excauationem.*
12 *Inferiores poſſunt agere contra ſuperiores, vt veteres aquæductus reſtituant.*
13 *Vetuſtas in diſcurſu, & euacuatione aquarum ſemper attenditur.*
14 *Indiuiduum debet in totum acceptari, vel reſpui.*
15 *Scriptura à parte producta cenſetur ab ea approbata.*
16 *Productio cum clauſ. in parte, & partibus, ſecundum aliquos, operatur idem ac ſimpliciter facta.*
17 *Qui non adimplet quod reſpicit fauorem ſecum contrahentis, nec poteſt ſe iuuare alia parte contractus in ſui fauorem.*
18 *Non adimplenti ex parte ſua, non eſt adimplendum.*
19 *Qui non facit quod debet, non conſequitur quod optat.*
20 *Et qui differt quod debet, non poteſt petere promiſſum.*
21 *Quod ſeruit pluribus, ab omnibus debet refici.*
22 *Qui ſentit commodum, ſentiat & onus.*
23 *Dugalia Mantuæ ſunt publica.*
24 *Riuulum ex eo eſſe publicum, conijci licet, quia in eo non liceat piſcari, niſi de aſſenſu Principis.*
25 *Poteſt eſſe publica fouea manu facta.*
26 *Fouea publica publicis expenſis debet excauari; Sed ſi viget conſuetudo vt excauetur aliquorum expenſis, eſt attendenda, & nu.27.*
28 *Obiecta diluuntur in propoſito, & nu.29. & 31.*
30 *Non valent agere, non currit præſcriptio.*

CONTROVERSIA DLXXVI.

IN actione prouiſionis petitæ ab Illuſtri Domino Æmilio Gonzaga, pro deriuanda inundatione aquarum eius terras occupantium mediante, reſeratione clauicæ Hoſpitaletti multis iam annis obturatæ, vel mediante excauatione foueæ, vulgo nuncupatæ il Cauo, ferè penitus oppletæ, per quæ loca ſeu eorum altero diſcurrere haberent aquæ prædictæ, dubitat Perill. Magiſtratus iudex deputatus pro hac prouiſione, eum non eſſe audiendum, quia illius intentioni obſtat relatio peritorum de anno 1511. facta Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Marchioni, qua pro bono publico dictum fuit, oportunum eſſe claudere, & continuò clauſam teneri debere clauicam, reſarari petitam, & commiſſum fuit executioni demandari ipſam relationem, pro vt in
1 proceſſu, *fol. 4. cum ſeqq.* vnde † quod pro communi
commodo cum cauſæ cognitione tamdiu introductum eſt, non debet retractari pro priuata vtilitate ſolius Domini Æmilij, *l. vnica, §. final.* ibi, *Sed quod communiter omnibus prodeſt, hoc rei priuatæ noſtra vtilitate præferrendum eſſe cenſemus, &c. C. de cadu. tollend. l. vtilitas, C. de primipil. li.12. cap. bonæ, de poſtul. prælator.* Bal. *in l. quicunq; paulo ante finem, ſub num.30. Cod. de ſeru. fugit.* Dec. *in rubr. de iudic. in 2. lectura, num.63.* Roland. *conſ. 69. nu.9. vol.2.*

2 Et tanto minus quia obſtat præſcriptio † ne dum
decem annorum, quæ ſufficit inter præſentes, *Inſtit. de vſucap. in principio*, ſed etiam quadraginta annorum, & vltra cum titulo dictæ relationis per quod tempus ſemper extitit obturata ipſa clauica, ita vt penitus adempta ſit omnis alicuius querelæ proponendæ occaſio pro dicta reſeratione.

Motiua tamen prædicta neceſſario non concludunt, eum excludendum eſſe à petita prouiſione; quia ipſe non petijt ſimpliciter aperiri clauicam, ſed alternatiuè, vel tollendam eius obturationem, vel excauandam fo-
3 ueam dictam il Cauo, vnde cum alternatiua † eſt con-
tenta vno tantum ex petitis, *cap. in alternatiuis, de regul. iur.*

Digitized by Google

iur.in 6.l.ſi hæredes plures, ff.de condit. inſtit. Alex. conſ.
181.num.2.vol.2. Honded. conſ.15. num.12. vol.1. & pe-
titio non poſſit ſortiri effectum in primo capite alter-
4 natuè, cenſetur † pure, & ſimplicitet propoſita in
capite excauationis in quo efficax eſſe poteſt; & cui ni-
hil obijci poteſt,atque in eo ſolo conſiſtere dicitur, l.ſti-
chum, aut Pamphilum 95. in 1. ff. de ſolution. l.ſi duo rei
128.ff. de verbor. obligat. Bero. conſ.23.num.35.vol.2.
5 Simon de Præt. conſ.52.num.5. Quando † enim quis
habet duo remedia, vno ſublato non defficit alterum,
l.ſi domus, & ibi Bartol. in ſummario, ff.de ſeruit. vrban.
6 prædior. Surd. conſ.50.num.27. & dubium non eſt † al-
ternatiuam petitionem procedere quando petita non
ſunt contraria,ſed diuerſa, vt hic, Alex. conſ. 96. num. 6.
7 vol.4. Quinimo etſi eſſent † contraria, adhuc proce-
deret libellus,quia intelligeretur,ſubordinatè propoſita,
caſu quo primum obtineri non poſſet,quod concedere-
tur ſecundum, ita Aretin. conſ.96. ſub num. 3. Nat. conſ.
8 509. num. 13. & libellus † quando poteſt comprehen-
dere duas vias, vnam competentem, alteram vero in-
competentem, ſemper procedit ſuper competenti,
Alexand. conſil.121. ſub num. 3. volum. 1. Nat. conſil.
130. num. 26.

Cum igitur primo capiti petitionis Domini Æmilij,
obſtent deducta in motiuo, quæ non militant in ſecundo
capite: vtique Perill. Magiſtratus prouidendo iuxta re-
ſcriptum, mandare debet prædictam foueam excauan-
dam eſſe.

Sed quia reſcriptum mandat, ne dum prouideri ſed
etiam iuſtitiam fieri, oſtendo talem excauationem pe-
9 titam, iuridicam, & iuſtam eſſe; nam † quis non tene-
tur ſuſcipere aquas ſuperiores etiam deſcendentes ex
natura loci, quando ſunt immoderatæ, & inferior im-
moderatè læditur, leg.in ſumma, §. final.ff.de aqua pluu.
arcend. per quem tex. ita notat Caſtr. in d. l. in ſumma,
in fine princip. ff.de aqua pluuia arcend. Idem in l. flumi-
num, §.final.ſub num.3.ff.de damn. infecto, Ceph. conſil.
10 130. num.17. quod verum † eſt,etiam ſi præceſſiſſet
conuentio de aquis ſuperioribus ſuſcipiendis; nam ad-
huc immoderatas non teneretur ſuſcipere, idem Ceph.
conſil.771.num.2. Cepol. de ſeruit. ruſtic. prædior. cap.4.
num.76.igitur ſi Dominus Æmilius poteſt recuſare ea-
rum defluxum in ſuas terras, propter damnum exceſſi-
uum, iuridicum eſt quod excauetur ſupradicta fouea per
quam omnibus erit conſultum, ſuperioribus; quia aquæ
non reſtagnabuntur in proprijs prædijs, ſed habebunt
naturalem decurſum, inferioribus vero, quia non patien-
tur damnum ex alienis aquis.

11 Secundo quando extet ſpecimen † foſſæ, licet non
extet memoria illius; tunc ſi facta fuit iure ſeruitutis
hoc eſt pro euacuandis aliquorum aquis, hi quorum
aquæ in ea euacuantur, cogere poſſunt alios, vt illa reſ-
ficiatur, & excauetur, d.l.in ſumma, §.apud Alphenum,
alias incipit apud Atheum, & ibi Caſtr. & in §.apud Na-
muſam, verſic. Plane ſi foſsa, ff. d. tit. de aqua pluuia ar-
cend. de qua re late agit Cepola, de ſeruit.ruſtic.prædior.
cap.4.n.72.cum ſeqq.& n.90. ſed nulli dubium eſt quod
in hac noſtra regione ſiunt iſti aqueductus ſeu riui qui
vocantur Dugalia, & qualis profecto iudicari poteſt, &
debet foſſa iſta de qua agitur, ad effectū euacuandi om-
nium vicinorum aquas, & ſic omnes inuicem debent
ipſiſmet ſeruitutem recipiendi aquas in tali aqueductu,
igitur etiam quilibet eorum habet actionem aduerſus
alios, vt excauetur, & reficiatur quando repletus reperi-
tur; ita poſt Cepol. in tract. de ſeruitut. ruſticor. prædior.
cap.4. tit.de ſeruit. aqueduct. nu.74. clare ſcribit Laderch.
conſ.146. num.5. & facit Bal. in cap.1.§.ſi quis de manſo,
ſub num.15. verſic. item quod quis tenetur mundare, &c.
de controuerſia inueſtituræ, in vſibus feudorum. vbi inquit
quod inferiores poſſunt agere contra ſuperiores, vt ve-
12 teres aquęductus reſtituant,† & curent, vt aquæ ſolitum
13 curſum retineant, vetuſtas † enim in diſcurſu, & eua-
cuatione aquarum ſemper attenditur, l.hoc iure, §. du-
ctus aquæ, ff.de aqua quotidiana, & æſtiu. Burſat. conſil.
277.num.6.

Tertio iſta excauatio reuincitur ex relatione met ex
aduerſo producta, fol.6 fac.1. ibi, Item la foſsa che va de
longo la ſtrada de Caſtelluchio, & Marcharsa ſaria bi-
ſogno cauar, &c. quæ fouea, vt mihi ſupponitur, eſt eadē
quam petit excauari Dominus Æmilius, pro vt Perill.
Domini Iudices poſſunt vel per loci viſitationem, vel
aliter ſe ſe informare, & cum talis relatio ſit connexa, &
14 quid indiuiduum, † debet in totum acceptari, vel in
totum refutari ab ipſa Deganea, Corn. conſ. 145. ſub n. 5.
verſic. nec dicta ſcriptura, vol.3. Purpur. conſil.150.n.15.
Ceph. conſ. 666. num. 10. & 11. Rimin. Iun. conſil. 399.
15 num.11. cumque fuerit † à parte aduerſa producta, di-
citur ab ea approbata, l. publia, §. final. ff.depoſ. Pariſ.
conſ.79. nu.3. vol.3. Iaſ. conſ.57.num.14. vol.1. præſertim
cum fuerit producta ſimpliciter, non autem in parte, &
16 partibus, vt fol.3. fac.2. quamuis † multi etiam velint
reſeruationem illam quę fit in productione ſcripturarum
in parte, & partibus nihil operari, Oſaſc. dec.39. num.26.
vbi teſtatur de communi, Mandoſ. ad Roman. conſil.433.
littera H.

Modò cum habeamus expreſſam relationem, quod
talis fouea deberet excauari, & commiſſionem quod re-
latio exequeretur, non poteſt nunc Deganea recuſare
hanc excauationem, alias enim hoc recuſando non poſ-
ſet gaudere beneficio tenendi obturatam clauicam;
17 quando † enim quis tenetur facere aliquid quod reſ-
picit fauorem ſecum contrahentis, vel partis aduerſæ, &
non facit, non poteſt ſe iuuare deinde ex alia parte con-
uentionis reſpiciente proprium fauorem, Iaſ. conſil. 39.
18 num.8. & 9. vol.1. hinc † ſolet dici non adimplenti ex
parte ſua non eſſe adimplendum, l.Iulianus, §.offerri vbi
ſcribentes, ff.de action.empt. l.quaro, §.inter locatorem, ff.
19 locat. l.cum proponas, la ſeconda, C. de pact. ſi quidem †
qui non facit quod debet, non conſequit quod oportet,
Gl. in l.ſi in emptione, §.ſi emptor. ff.de action.empt. Gloſ.
20 in l.ſi non fuerit, ff.de iure iurund. & qui † differt quod
debet, non poteſt petere quod ſibi promiſſum eſt, Bal.
l.inciuile, C.de rei vendic. Bec. conſ.37.num.9.

Excauatio autem iſta fieri debet expenſis communi-
bus Deganeæ non autem ſolius Domini Æmilij, tum
21 quia cum plurium aquis talis foſſa † deſeruire habeat,
ab eis etiam omnibus purgari debet, vt probant iura
deducta, in ſecundo fundamento, & eſt notum in pa-
tria iſta, quod & ſi aquæ ſuperiorum defluerent in agros
inferiorum, nihilominus ob id illi ſuperiores non poſſunt
euitare quin conferant in excauationibus Dugalium
22 communium, quia † qui ſentit commodum, &c. vt in
terminis tradit Rimin. Sen. conſil.276.num.27. tum quia
23 huiuſmodi † dugalia dicuntur publica, Burſat. conſil.
23 277.num.24. quod ex eo patet etiam † quia piſcari in
illis nequit, niſi de licentia principis, ſignum ea eſſe pu-
blica, vt inquit Bero. conſ.140. ſub num.14. verſic. Quinto
24 dicuntur, vol 3. & publica † proculdubio poteſt eſſe
foſſa manufacta, l.1. §. ſi foſſa, ff. de fluminib. l. vnic. §.
foſſa, ff.vt in flumin.public. nauigar. liceat. publica autem
25 foſſa † expenſis publicis ſeu communibus excauari
debet, Florian. in l.fiſtulas, ff. ſi ſeruitus vendicetur. Cepol.
de ſeruit.vrban.prædior.cap.69.tit. de aqueductu, ſub nu.1.
& melius, de ſeruit.ruſtic.prædior.cap.4.tit.de ſeruit.aque-
27 duct. ſub num. 90. vbi etiam dicit quod ſi viget † con-
ſuetudo excauandi expenſis aliquorum, quod ea atten-
denda eſt.

28 Ex ſuperius deductis † patet, non obſtare quæ in
oppoſitum propoſita fuere; nam, & ſi verum non eſſet
non eſſe concedendam prouiſionem reſſerationis cla-
uicæ, attamen non poteſt negari alterum remedium ex-
cauationis foſsæ, quod caput non afficiunt motiua.

29 Sed, & poſset etiam dici, quod † vbi denegetur ex-
cauatio foſsæ, quod tunc poſset aperiri clauica, quia talis
obturatio iudicata fuit vtilis, & expediens publico com-
modo, non ſimpliciter, ſed conditionate dummodo e-
tiam excauaretur dicta foſsa, vnde ea non effoſsa, reſultat
quod amplius obturatio non ſit vtilis, & ſic quod ceſsan-
te cauſa publicæ vtilitatis, debeat ceſſare effectus, &
poſſit peti eam aperiri.

... Nec obſtaret tunc præſcriptio, quia donec fuit exca-
30 uata, & ex aduerſo impletum non licuit agere, & †
agere non valenti, non currit preſcriptio *l.1. in fin. C. de annal. except. l.1. Cod. de bon. mater.* nunc vero quod ob non excauationem infertur damnum Domino Æmilio, licet agere, nec vlla poteſt opponi præſcriptio.

31 Non omitto quod † non eſt attendenda exceptio
Domini Iudicis, qui negauit hanc foſſam eſſe ſub deganea Ronchicurrenti; nam hoc non probauit, & tamen tum ex ſitu, tum ex ſcriptura relationis producta ab eo innuitur eam eſſe ſub hac deganea; vnde fundata eſt noſtra intentio, niſi ex aduerſo probetur contrarium; & in omnem caſum dato, etiam quod non eſſet ſub tali deganea, attamen cum Perill. Domini Iudices debeant nedum iuſtitiam facere, ſed etiam prouidere, debebunt pronunciare eam excauandam eſſe ab his, ad quos ſpectat, & expenſis eius deganeæ ſub qua reperitur.

A R G V M E N T V M.

Validè teſtatur Vxor de bonis, quæ Vir eius promiſit ipſi, vt quomodolibet diſponeret, etiam ad excluſionem loci Pij; De Clauſul. *Omni meliori modo*. De donatione cauſa mortis. De ſolemnitatibus Teſtamentarijs; & de alijs ad propoſitum.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtari non poteſt filiusfam. etiam de conſenſu patris.*
2 *Niſi velit teſtari de rebus ſibi relictis cum libera facultate diſponendi inter viuos, & in morte.*
3 *Stante Statuto, quod promiſſio minoris non teneat, valebit eius promiſſio de rebus teſtatoris, ipſo conſentiente.*
4 *Stante Statuto prohibente mulieri alienationem vltra quartam partem bonorum, poteſt rectè alienare bona relicta cum libera facultate, &c.*
5 *Donatio cauſa mortis permittitur filiofamilias de conſenſu patris.*
6 *Talis conſenſus eſt ſufficiens, ſi præſtetur à Teſtatore, dante illi rem etiam ad diſponendum.*
7 *Clauſul.* Omni alio meliori modo, &c. *adiecta donationi cauſa mortis, facit eam tranſire in donationem inter viuos.*
8 *Donatio cauſa mortis bonorum relictorum cum facultate diſponendi, &c. non exigit patris conſenſum.*
9 *Hodie quæuis donatio valet ſine ſtipulatione.*
10 *Donatio abſenti facta quanuis ſit, non valet.*
11 *Valet tamen mediante Nuntio, vel Epiſtola.*
12 *Inducta ad vnum effectum, alium operari non debent.*
13 *Clauſula* Quomodocumque, & Qualitercumque, *vti vniuerſales, ſi non poſſunt verificari in valida diſpoſitione, debeat operari in impropria, & de facto ſolam.*
14 *Mulier teſtatur de facto, cum teſtatur de bonis Viri ipſo permittente.*
15 *Poteſt Teſtator quam vult, legem ſuis rebus imponere.*
16 *Sufficit ad excluſionem ſubſtituti, filiamfam. de facto fuiſſe teſtatam.*
17 *Teſtamentum inualidum de iure, debet ſuſtineri de facto, ſi appareat de mente diſponentis.*
18 *Duplex eſt teſtamenti perfectio, ſcilicet ſtans vel in voluntate, vel in ſolemnibus.*
19 *Clauſul.* Diſponens quomodocumque, & qualitercumque, *ſe extendit etiam ad defectum voluntatis non ſolemnis.*
20 *Verba*, vt poſſit diſponere in vltima voluntate, quomodocumque, &c. *verificantur in teſtamento inualido.*
21 *Voluntas ex actu, & teſtamento etiam nullo deſumitur.*
22 *Cum quis facit quantum in ſe eſt, etiam inualidè, pro acta conſecutiuo alterius, id ſufficit.*
23 *Renuncians ius ſucceſſionis, quod non habebat, & ſi nulliter, tamen perdit illud.*
24 *Reſpectu Loci pij non attenditur ſolemnitas teſtamenti, de iure ciuili; ſed ſolum de iure gentium.*
25 *Ille non poteſt opponere de defectu ſolemnitatis, cui talis defectus ſi opponeretur non officeret.*
26 *Quilibet tenetur obſeruare voluntatem eius, cui ſe vult facere heredem.*
27 *Contrauenienſ voluntati teſtatoris, vt indignus repellitur à ſucceſſione.*
28 *Tenetur quiuis in foro Conſcientiæ ſeruare teſtatoris voluntatem etiam inualidam.*
29 *Teſtatorum voluntates qualitercumque ſint patefactæ, debent obſeruari.*

CONTROVERSIA DLXXVII.

CONCURRO in ſententiam Illuſtrium, & valdè Excellentium Dominorum Conſulentis, & ſubſcribentis, quod mille aurei relicti à q. Domina Anna Bonatia filiafamilias Domino Annibali Segatto, de iure illi de-
1 beantur; quia † & ſi regulariter teſtamentum filiifamilias ſit nullum, etiam ſi ſit celebratum cum conſenſu patris, *leg. qui in poteſtate, ff. de teſtam.* tamen non videtur hoc habere locum, quando filiusfamilias teſtatur de
2 † rebus ſibi relictis cum libera facultate de illis diſponendi, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, prout in caſu iſto, per ea quæ ſcribit Bald. *in leg. fin. circa finem, num. 23. C. de pactis*, quo loci inquit quod ſi Statu-
3 tum dicet † promiſſionem minoris non valere, valebit nihilominus non obſtante Statuto, ſi minor promittat de bonis teſtatoris, illo conſentiente, per quam doctrinam, propius ad rem noſtram refert Decius *in d. leg. final. in 3. notabili, num. 5.* conſultum fuiſſe Senis, quod
4 † licet Statutum ibi prohibeat, mulierem habentem filios, poſſe alienare vltra quartam partem bonorum; tamen tale Statutum non impedit alienationem bonorum relictorum mulieri cum licentia, & poteſtate alienandi, vbi multa allegat Decius ad hoc propoſitum; quibus conueniunt tradita ab Alex. *conſ. 62. vol. 2.*

Et quamuis etiam dubium eſſet an per talem facultatem ſibi datam à viro potuerit habilitari Domina Anna ad teſtandum de bonis ſibi ab eo relictis, attamen non videtur negari poſſe quin ſaltem potuerit diſponere per donationem cauſa mortis, quia hæc non interdiceretur
5 † abſolutè filiofamilias, ſed ita demum tantum, quando non concurrit expreſſus conſenſus patris, *leg. filiusfamilias, verſ. quamuis enim, ff. de donationibus, & leg. tam is, §. 1. ff. de donat. cauſ. mort.* qui quidem conſenſus tunc non eſt neceſſarius in donatione cauſa mortis, quando
6 † filiusfamilias habet authoritatem diſponendi à teſtatore, qui ſibi bona reliquit, vt notabiliter decidit Fulgoſ. quem refert Dominus Conſultor, *in leg. Senium, ſub num. 3. C. qui teſtam. facere poſſ.* & ſequitur ibi Iaſ. *ſub num. 9. colum. final. verſic. pro confirmatione*, idem Fulgoſ. *conſ. 87. num. 1 in fine.* Rube. *conſ. 127. num. 4.* Guliel. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. matrem inſuper claram ſub num. 43. extra de teſtam.*

Vel poſſet etiam valere in vim donationis inter viuos.
7 propter clauſulam, † de qua in teſtamento D. Annæ, *omnique alio meliori modo, via, iure, &c.* quæ adiecta immediatè donationi cauſa mortis facit eam tranſire in donationem inter viuos, vt tradit Honded. qui multos
8 allegat *in conſ. 44 nu. 54. vol. 2.* in qua pariter † non eſt neceſſarius conſenſus patris, quando bona fuerunt relicta filio cum facultate diſponendi de illis ad libitum, vt eſt text. *in Auth. vt liceat matri, & auiæ, in princ.* quem gl. intelligit procedere tantum in diſpoſitione inter viuos, & facit text. *in l. filiusfamilias, §. item videamus, ff. de donationibus*, Crauett. *conſ. 84. num. 9.* Clar. *§. donatio, quæſt. 6. ſub num. 2.*

9 Nec obſtat, † quod in hac donatione, ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos non interuenerit ſtipulatio, quia

hodie

hodie vtraque valet pacto nudo, ſine aliqua ſtipulatio-
ne, vt de donatione inter viuos eſt text. in *l. ſi quis argẽ-
tũ, §. ſin autem hoc, C. de donat.* & de ea cauſa mortis, in *l.
cum pater, §. menio*, cum gl. *in verbo donabat, ff. de leg. 2.*
Corn. *conſ. 129. num. 9. volum. 2.* Ruin. *conſ. 54. num. 4. vol.
1.* Clar. *§. donatio, quaſt. 14.* Craſ. de communi in *§. do-
natio cauſa mortis, quaſt. 8.*
10 Similiter non obſtat, † quod neutra dictarum do-
nationum valeat, ſi fiat abſenti, ſicuti de vna eſt textus,
in l. abſenti ff. de donat. de altera verò, *in l. inter mortis,
ff. de donat. cauſ. mortis*, quia Dominus Segatius fuit præ-
ſens huic relicto, atque illud acceptauit, vt probatum
eſt per teſtes, & licet non fuerit præſens publicationi te-
ſtamenti, nec clauſulæ Codicillari, in qua continebãn-
tur hæ donationes, quarum vigore vult ſuſtinere hanc
diſpoſitionem, attamen ex quo ipſe iuſſus eſt abeſſe,
propter difficultatem excitatam à Notario, qui imper-
tinenter dubitauit, an tanquam is de cuius intereſſe tra-
ctabatur, poſſet eſſe teſtis, & præſens teſtamento, & re-
ceſſit hac de cauſa, quia teſtatrix volebat ei relinquere
mille, videtur, quod ſine aliquo dubio valere debeat,
11 quia valet † donatio facta abſenti, mediante Nuncio,
vel Epiſtola, Natt. *conſ. 94. num. 5.* Clar. *§. donatio, quaſt.
12. ſub num. 1.* ergo multo magis valere debet, ſi ipſimet
cui fiebat donatio, hoc denunciatum fuerit, & iuſſus ſit,
ob id abeſſe, quia cenſetur acceptaſſe eo inſtanti, quo il-
la fit, & cum fuerit iuſſus abire, vt poſſet capere, hoc
12 non, debet operari contrarium effectum, † inducta
enim ad certum effectum, non debent contrarium ope-
rari. *vulg. iuribus*. Nec dicatur, quod Dominus Segatius
habebat ſcientiam, quod teſtatrix nolebat relinquere
hæc mille ſub titulo legati, quia reſpondetur eum tan-
quam Notarium non ignoraſſe in omnibus teſtamentis
conſueuiſſe apponi clauſulam codicillarem cum dona-
tione cauſa mortis, & clauſula omni alio meliori mo-
do, & propterea cenſetur, etiã acceptaſſe relictũ eo mo-
do, quo ſibi relictum foret ab ipſa teſtatrice etiam in
vim donationis cauſa mortis, & alio meliori, & vtiliori
modo.

Secundo moueor, quia licentia data ab Excell. Do-
mino Octauio Mulono, ipſi Dominæ Annæ vxori diſ-
ponendi, fuit data, per hæc verba, tam inter viuos, quã
in vltima voluntate, & aliter quomodocumque, &
13 † qualitercumque, tanquam vniuerſalia debent veri-
ficari, & operari in diſpoſitione impropria, inualida,
ac de facto tantum, ſi non poſſunt operari in diſpoſitio-
ne valida, Corn. *conſ. 69. ſub numer. 3. vol. 3.* Runin. Iun.
conſ. 513. num. 34. 35. & 36. Surd. *conſ. 10. ſub. nu. 49.* De-
cian. *conſ. 57. ſub num. 26. vol. 1.* qui loquuntur de im-
propria, & inualida, & quod ſufficiat de facto diſpoſi-
tum fuiſſe, Bald. *in leg. ſi Titius, prope finem, ff. de condit.
inſtit.* Aretin. *conſ. 18. ſub num. 4. verſic. præterea alia ra-
tione*, Iaſ. *in leg. ſtipulatio iſta habere, §. hi, qui ſunt, num.
5. ff. de verb. oblig.* Cephal. *conſ. 370. nu. 107. & conſ. 371.
num. 17. & conſ. 606. num. 16.* Mantic. *de coniectur. vltim.
volunt. libr. 3. tit. 3. num. 7.* Simon. de Præt. *de interpr. vl-
tim. volunt. lib. 5. interpretat. 1. dubitat. 1. num. 28. pag. 479.*
Ruin. *conſil. 77. numer. 8. volum. 2.* cum ergo teſtamentum
inualidum dicatur teſtamentum ſaltem impropriè, *leg. 2.
§. 1. ff. quemad. teſtam. aperiant.* Surd. *conſ. 3. num. 14.* Ce-
phal. *conſ. 182. n. 12.* & domina Anna dicatur teſtata,
14 † de facto, licet non de iure, vtique ſecundum præmiſ-
ſa, eius diſpoſitio debet attendi, & exequi, quia ſic pla-
15 cuit teſtatori, qui bonis † ſuis potuit legem imponere,
quæ ſibi viſa eſt, Menoch. *conſ. 88. num. 53.* & in termi-
16 nis terminantibus, † quod ſufficiat filiamfamilias te-
ſtatam fuiſſe de facto ad excluſionem ſubſtituti, ſcribit
Alciat. vidend. *conſ. 109. num. 3. libr. 9. alias eſt conſ. 568.*
per textum, *in l. hæredibus, §. final. ff. ad Trebellian.*
17 Et quod † teſtamentum inualidum de iure, debeat
ſuſtineri de facto, ſi appareat de expreſſa voluntate di-
ſponentis, poſt alios dixit Præt. *de interpretat. vlt. volut.
libr. 5. fol. 479. ſub num. 27.*
18 Tertio, † teſtamenti perfectio eſt duplex, altera,
quæ conſiſtit in voluntate diſponentis, altera in ſolem-
nitatibus, Menoch. *conſ. 224. num. 15.* ſed in caſu iſto D.
Octauius conſiderauit tantum perfectionem ratione vo-
luntatis, tum quia vti I. C. ſciebat vxorem eſſe filiam-
familias, nec poſſe teſtari, tum quia appoſuit prædicta
verba vniuerſalia *quomodocumque, & qualitercumque,*
19 † quæ verificantur etiam in voluntate non ſolemni,
Ruin. *conſ. 163. n. 26. vol. 5.* ergo ſufficit Dominam Annã
perfectè diſpoſuiſſe ratione voluntatis, licet non reſpe-
ctu ſolemnitatis.
20 Quartò, † Maritus non reſtrinxit facultatem diſpo-
nendi ad teſtamentum, vel aliam iuridicam diſpoſitio-
nem, ſed dixit ſimpliciter, quod poſſit diſponere in
vltima voluntate, quæ vtique non poteſt negari quin
adſit in hoc teſtamento etiam inualido, nam voluntas
21 † ex actu, & teſtamento etiam nullo deſumitur, Bero.
conſ. 1. nu. 19. vol. 2. Surd. *dec. 152. num. 18.* Curt. Iun. *con-
ſil. 304. num. 15.* Honded. *conſ. 64. num. 30. vol. 2.* ſi igitur
adeſt diſpoſitio in vltima voluntate iam ſatis factum eſt
menti teſtatoris, qui noluit ſocietatem ſuccedere hoc in
caſu, ſed diſpoſitionem habere effectum.
22 Quintò, † ad producendum effectum, qui conſe-
quitur ex eo, quod, quis aliquid fecerit, ſufficit eum fe-
ciſſe, quantum in ſe fuerit, licet factum de iure non te-
neat, *leg. quæret, 135. ff. de verb. ſignific.* ita decidit Rota
in vna illorum de Carreris, ſub 15. Febr. 1588. vbi cum
teſtator priuaſſet quemcunque, qui alienaſſet bona ſu-
23 biecta maioratui, & quidam ad quem nondum † per-
uenerant dicta bona, refutaſſet, & renunciaſſet ius ſuæ
ſucceſſionis alteri non ſucceſſuro, decidit Rota quod
iſte quantum in ſe fuit, dicitur alienaſſe, & priuatus fuit,
ſic cum D. Anna quantum in ſe fuit, diſpoſuerit, talis di-
ſpoſitio, licet inualida debet cauſare effectum præordi-
natum à teſtatore, quod tali caſu non ſuccederet ſocie-
tas ſubſtituta, ſed is, quem voluiſſet eius vxor.
24 Sextò, † reſpectu Loci Pij, in teſtamentis non atten-
duntur ſolemnitates iuris ciuilis, ſed tantum ius gentiũ,
Surd. *dec. 292. num. 5.* ergo iſta ſocietas non poteſt oppo-
nere de defectu ſolemnitatis iuris ciuilis, quia ſemper
25 poteſt † replicare, quo ad ſe eſt valida diſpoſitio, & ſi-
cuti poteſt vti pro ſe hoc beneficio Eccleſia; ita & debet
vti contra ſe, Tiraq. *de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 13. nu-
mer. 6.*

Septimò, D. Octauius voluit, quod vxor poſſet di-
ſponere quomodocumque, & qualitercumque, ipſa
diſpoſuit, igitur quomodocumque diſpoſuerit, non po-
teſt ſocietas ſubſtituta impugnare hanc diſpoſitionem;
26 tum quia † tenetur obſeruare voluntatem eius, cuius
vellet ſe facere hæredem; tum quia contraueniendo ef-
27 ficeretur indigna, † & priuaretur ſucceſſione, *leg. poſt
legatum, ff. de his, quib. vt indignis.* Crauett. *conſ. 1. num. 3.*
Pariſ. *conſ. 19. num. 55. lib. 2.*
28 Octauò, † vnuſquiſque tenetur ſeruare in Foro Cõ-
ſcientiæ voluntatem teſtatoris etiam inualidam, alias
dicitur impius, Bald. *conſ. 418. num. 2. vol. 1.* Angel. *in l.
quidam, §. illo, num. 3. C. de neceſſar. ſeruis hæredib. inſtit.*
latè Mantic. *lib. 2. tit. 14.* vbi *ſub num. 29.* teſtatur de ma-
gis communi; Menoch. *conſ. 167. num. 21.* Honded. *conſ.
154. num. 21. vol. 2.* Alciat. *conſ. 53. nu. 12. libr. 9.* Salycet.
in l. 2. num. 1. C. de fideicomm. Surd. *conſ. 296. n. 16.* Corn.
conſ. 261. nu. 5. vol. 1. Alciat. *conſil. 38. num. 21. libr. 9.* nec
credo quod Sanctiſſima Mater illa, ſub cuius nomine
militat hæc ſocietas, curet has ſubtilitates, & rigores,
ſed quam maximè cupiat, vt voluntas horum teſtatorũ,
29 † qualitercumque patefacta, executioni demandetur,
quam pium eſt obſeruari, Corn. *conſ. 39. ſub nu. 6. vol. 2.*
Imò plus auſim dicere, maximam iniuriam inferri ipſi
Beatiſſimæ Matri à prædicta Societate, anhelante ad de-
ſtructionem huius diſpoſitionis, ſub prætextu honoris,
& conſeruationis iuris illius.

Et hæc ſufficiant pro requiſita ſubſcriptione.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Contrabannum quomodo probetur, & quem liget. De confeſſione rei cum adiuncto; & eius efficacia, De cauſis excuſantibus à pœna, & delicto. De mandatis immunitatis, & eorum ſpeciebus. Et de Procuratoribus propriè, & impropriè ſumptis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus actum prohibitum feciſſe, abſque expreſſione qualitatis, puta licentia Principis, poteſt puniri eius vigore.*
2 *Extractio grani è Ciuitate, eſt de genere prohibitorum, & ligat etiam ignorantes, & forenſes, cum ſit communiter prohibita.*
3 *Ex tali extractione, quilibet præſumitur eſſe in dolo.*
4 *Et contra eum poteſt procedi criminaliter.*
5 *Quelibet cauſa etiam fatua, & iniuſta excuſat à dolo, & delicto.*
6 *Priuilegia tamquam perſonalia non egrediuntur ſuas perſonas.*
7 *Excuſationes non admittuntur, quando verſamur in prohibitis.*
8 *Iniuſta cauſa non excuſat, vt eſt licentia ſibi non competentis.*
9 *Licentia tamquam dependentes à poteſtate Principis, non præſumuntur, niſi probentur.*
10 *In his quæ pendent a voluntate Principis, dum reputantur impoſſibilia, nulla conſideratur iuſta cauſa excuſandi a delicto.*
11 *Se excuſans à delicto per cauſam iniuſtam, non euitat ad ſummum pœnam extraordinariam; ſed vid. numer. final.*
12 *Actore non probante, reus abſoluitur.*
13 *In Criminalibus contra reum probationes debent eſſe luce meridiana clariores.*
14 *In dubio eſt pronunciandum contra Fiſcum. Et ſimiliter magis fauendum reo, quam actori, & num. 15.*
16 *Reus inquiſitus ob proclama violatum, debet abſolui, niſi Fiſcus probet tranſgreſſionem.*
17 *Confeſſio cum adiuncto, ſcilicet feciſſe contra illud, ſed cum licentia, non poteſt diuidi, ſed in totū debet acceptari, vel reſpui, & ea qualitate, ſeu adiuncto non acceptato, reus habetur pro negante.*
18 *Dubitant de hac ſententia aliqui DD.*
19 *Sed procedit eorum ſententia, cum nos ſumus in re generaliter prohibita; non aliàs.*
20 *Mandatum repetitum in eadem re, non dat nouum priuilegium, ſed remanet impedimentum antiquum.*
21 *Sicut olim aliquid licebat ante prohibitionem; ita & nunc ea remota illud idem licere debet.*
22 *In mandatis realibus non eſt attendenda perſona.*
23 *Diſtinctio non facta à lege non debet fieri, nec ab eius interprete.*
24 *Facultas data alicui, & eius procuratori, extenditur & ad procuratorem in rem propriam.*
25 *Dictio* Quemcumque, *in mandato includit etiam procuratores improprios, qualis eſt conductor.*
26 *Conductor cum eam qualitatem, cenſetur verus procurator, ex quo exhibet mandata.*
27 *Per traditionem inſtrumenti cenſentur ceſſæ actiones.*
28 *Ceſſionarius eſt procurator in rem propriam.*
29 *In delictis conſuetudo excuſat a pœna.*
30 *Et pariter authoritas Iudicis.*
31 *Leuitas, & quæuis etſi beſtialis cauſa.*
32 *Excuſatio non admittitur in prohibitis, ſi eſt fatua, & improbabilis; ſecus ſi probabilis, & iuſta, licet non legitima.*

CONTROVERSIA DLXXVIII.

VIs motiuorum editorum contra Multum Magnificũ Dominum Annibalem Gattum, eo dirigitur, vt omnino puniendus videatur pœna indicta extrahentibus blada, quia tam per alias probationes, quam per inquiſiti met iudicialem confeſſionem, conſtat eum de annis prohibitis feciſſe huiuſmodi extractiones, nulla habita ratione adiuncti, quod fecerit hoc cum licentia Sereniſſimi; nam cum probauerit hanc qualitatem licẽ-
1 tiæ, † confeſſio poteſt diuidi, & ex ea condemnari; ad quod allegatur Gomeſ. *variar. reſolut. libr. 3. capit. 3. de delictis, num. 26.* ſed ego addo in terminis, Farinacc. *in practic. crimin. de reo confeſſo, quæſt. 81. numer. 150. & 151.* Huiuſmodi enim extractiones dicuntur de genere pro-
2 hibitorum, † cum communiter per Italiam ſub grauibus pœnis prohibeantur, & ob id ligant etiam nedum ſcientes, qualis erat Dominus Annibal, ſed etiam forenſes, & ignorantes, Bart. *in l. fin. §. licet quis, in fine, ff. de publican.* idem Bart. *in l. cunctos populos, prima, ſub num. 20. C. de ſumma Trinitat. & Fide Catholic.* Clar. *§. final. quæſt. 85. num. 3.* & ex tali extractione propter generalẽ
3 prohibitionem quilibet extrahens † præſumitur in dolo, Baldus *in l. leges ſacratiſſimæ, 1. ſub num. 5. verſ. 3. quæritur, C. de legib.* Rimin. Iun. *conſ. 57. num. 23.* vbi dicitur eſſe ſupinam ignorantiam ignorare talia proclamata,
4 & criminaliter procedi poteſt, † Plot. *in repetit. leg. ſi quando, num. 260. & 261. C. vnde vi, in impreſſione antiqua & in noua edita ſub tit. tract. de in lit. iurand. in §. 5. n num. 43. & 44.*

Et quamuis ipſe Dominus Gattus conetur tueri ſuas extractiones ſub clipeo licentiarum conceſſarum Illuſtriſſimo Domino Fabio Gonzagę, cum quibus fecit eas, tamẽ ei nequaquam opitulantur, nam aut nititur illis ad oſtendendam iuſtitiam ſuæ cauſæ, aut ad deducendam quidem cauſam iniuſtam, ſed tamen habilem ad eum excuſandum, provt regulare eſt, quod quæli-
5 bet cauſa, † etiam fatua, & iniuſta excuſet à dolo, & delicto, iuxta tradita à Clar. *in d. §. final. quæſt. 60. nu. 18.* & plenè per Farinacc. *quæſt. 90. num. 1.* & neutro caſu ex illis iuuatur, primo enim capite nulla poteſt adeſſe iuſta cauſa, quia verba edicti obligant vnumquemque extrahere volentem ad obtinendam licentiam; licentię autem à Domino Gatto productæ non verificantur in eo, ſed in Illuſtriſſimo Domino Fabio tantum, de quo lo-
6 quuntur, & priuilegia tamquam perſonalia † non egrediuntur ſuas perſonas, *cap. priuilegium, 7. de regul. iur. in 6. l. 1. ff. de conſtit. princip. l. priuilegia, 157. quædam, ff. de regul. iur.*

Reſpectu verò ſecundi capitis, idem dicendum eſt, quia huiuſmodi excuſationes non admittuntur, quando
7 verſamur in prohibitis † non tantum de iure naturali, & communi ciuili, ſed ex generali prohibitione notoria vigore proclamatum. Alciat. *de præſumpt. regul. 3. præſ. 30.* cum alijs pluribus apud Farinacc. *quæſt. 90. num. 50.* qui ſigillatim referuntur in motiuis.

Et omni in caſu nulla poteſt conſiderari probabilis excuſatio, cum reducat ſe ad defenſionem affectatam vigore licentiarum, quæ notoriè ei non competebant,
8 quo caſu iniuſta cauſa † non excuſat, Maſcard. *concl. 1157. num. 24. aliàs eſt concluſ. 1162.* præſertim quia prædictæ licentiæ pendebant à voluntate Principis, qui ſibi reſeruauerat hanc facultatem concedendi eas, vnde nũ-
9 quam ſunt præſumendæ † niſi probentur, Bart. *in leg. vnica, C. de ſuperindic. lib. 10.* Et in his, quæ pendent à voluntate Principis, & ob id reputantur impoſſibilia,
10 nulla poteſt † conſiderari iuſta cauſa excuſandi à delicto, Gabr. *in tit. de Maleſic. concl. 8. num. 41.*

Demum vbi veniret excuſandus etiam ob iniuſtam cauſam à pœna ordinaria, tamen non execuſaretur ab
11 extraordinaria, † ex quo verè deliquit, quia realiter non habebat licentiam legitimam, Angel. *in l. plagij, 14. poſt nu. 2. verſ. ſimiliter attende, Cod. ad legem Fabiam de Plagiar.* Gabr. *d. concluſ. 8. nu. 7.* Tiraquell. *de pœnis temperand.*

perand.cauſ.43.num.10.in fine, vbi dicit, quod excuſat à
tanto, ſed non à toto, quos omnes refert, & ſequitur
Farinacc. dicta quæſt.90.num.55.
Prædictis tamen minimè refragantibus, concludendũ
eſt, ipſum Dominum Gattum omnino abſoluendum eſ-
ſe, ex vulgari regula, quod actore non probante reus
12 † eſt abſoluendus, l.qui accuſare.4.C.de edend.quæ regu-
la procedit præcipuè in criminalibus, vt ibi per gloſ. in
verb.actore, & Dec. num.13. Burſatt. conſ.69.nu.1. Ma-
ſcard. concluſ.36.n.33. quia vt ipſi ſubdunt, in criminali-
13 bus probationes † contra reum debent eſſe luce meri-
diana clariores, l.final.C de probat. & in dubio pronun-
14 ciandum eſt contra Fiſcum, † leg.non puto, 10.ff.de iur.
Fiſci, fauendumque eſt ſemper magis reo, quam acto-
15 re † l.fauorabiliores 168.ff.de regul.iur.
Et quod reus inquiſitus, ex eo quod non ſeruauerit
proclama, debeat abſolui, niſi Fiſcus probet contrauen-
16 tionem cum omnibus qualitatibus, † de quibus in
proclamate, ſcribit Maſcard. in concluſione, qualitas non
præſumitur, quæ eſt in meo libro concluſio 1254.numer.41.
& 42.
Nec obſtant motiua, nam quod conuictus ſit per le-
gitimas probationes, vltra confeſſionem de extractio-
ne bladorum, negatur, teſtes enim contra eum inducti à
Fiſco tot laborant defectibus (alias diligenter cumulatis
à doctiſſimis ipſis inquiſiti aduocatis,) vt ceſſante con-
feſſione, nulla inquiſitionis anſa Fiſco remanſiſſet, qui
defectus nunc ommittuntur, tum ne agam id, quod iam
actum eſt; tum quia nunc non eſt mihi copia proceſſus.
Quod vero ipſe Dominus Gattus confeſſus fuerit ſe
extraxiſſe mixturam temporibus prohibitis remouetur
multipliciter, &
Primo quia non eſt confeſſus ſimpliciter, ſed cum ad-
iuncto, & qualificatè, ſcilicet ſe extraxiſſe, cum licen-
tia tamen Sereniſſimi, quo caſu talis confeſſio non poteſt
17 diuidi † à Fiſco, ſed vel debet ab eo acceptari in totum
cum hac qualitate, etiam quod non probetur à reo, vel
in totum reici, non ſolum quo ad ea, quæ faciunt con-
tra ſe, ſed etiam quæ faciunt pro ſe; quia ſi non accep-
tetur hæc qualitas, reus habetur pro negante, prout in
terminis decidit Boſſi. in tit. de confeſſis, ſub num.23. &
reſpondit Bertaz. conſ.crimin.54.nu.3.
Et quamuis de hac Boſſij, & Bertazoli doctrina du-
18 bitauerit † Pacian in tract.cui incumbat onus probandi,
lib.1.cap.25.nu.9.& 17. & contra eam apertè inſurrexe-
rit (ſaltem quo ad pœnam extraordinariam) Farinacc.
d.quæſt.81.num.150.& 151. attamen vbi etiam rectè ſen-
tirent, eorum opinio non officeret caſui noſtro; quia
ipſi ita opinantur, attenta generali prohibitione extra-
ctionis bladorum extra territorium, cum tunc talis ex-
tractio dicatur de genere prohibitorum, ſecus ſentientes
vbi eſſemus in caſu, in quo alias extractio non eſſet ge-
19 neraliter illicita, ſed tantum per accidens † eſſet pro-
hibita, in quibus terminis nos verſamur, quia alias lici-
ta erat extractio bladorum recollectorum ſuper terris
Illuſtriſſimi Domini Fabij, vti immunibus, vbi in ea non
poſſet dici de genere prohibitorum, vigore generalis
prohibitionis, ſequitur, quod confeſſio qualificata de-
buerit in totum acceptari, vel in totum refutari, & con-
ſequenter etiam, quod in caſu iſto non militet doctrina
Baldi, quod talis extractio præſumatur doloſè facta,
quia ipſe fundat ſe in generali prohibitione totius Italię,
quæ ceſſat, vt dixi in fructibus priuilegiatis, & immu-
nibus.
Secundo, dato citra veritatis præiudicium, quod non
tam per propriam confeſſionem, quam per alias legi-
timas probationes conuictus eſſet de hac extractione,
& quod ipſe Dominus Gattus teneretur probare licen-
tiam allegatam ad ſui defenſionem, reſpondetur ſatis
conſtare de ea ex mandatis productis in proceſſu, cum
quibus fecit extractionem, quibus iure ſe tueri poteſt,
non obſtante, quod loquantur in perſona Illuſtriſſimi
Domini Fabij, tum quia talia mandata non dabant no-
20 uum priuilegium, ſed remouebant † impedimentum
antiqui, quod obſtabat vigore proclamatum veteri im-
munitati reali, ad tradita à Surd. conſ.427.ſub num.14. &
ſub num.15. & Barbat. in cap.cæterum, num.29.extra de
iudicijs; vnde ſicuti ante talia proclamata, competebat
facultas extrahendi blada collecta ſuper prædijs prædi-
cti Illuſtriſſimi Domini, etiam eius conductorib. ita quo-
21 que competere debet remoto impedimento, † iuxta
Gabr. conſ.143.num.7.vol.1. quo fit, vt ſupradicta man-
22 data dicantur realia. † non autem perſonalia, & ob
id non ſit attendenda perſona demonſtrata, Burſatt.
conſ.258.num.21. maximè quia Sereniſſimus Princeps
non fecit vim in perſona extrahente, ſed in quantitate,
& qualitate bladorum, quod eſſent mixturę recollectæ
ſuper prædijs eiuſdem Illuſtriſſimi Domini Fabij, & cũ
non diſtinxerit, de quibus prædiis, potuit rectè etiam
23 extrahi † ex prædijs locatis; arg.l.de pretio, 10.ff.de pu-
blic.in rem actio.l.ſi ſeruum, 70.verſ.non dixit Prætor, ff.
de acquir.hæred.
Tum quia talia mandata paſſim cedi, & vendi con-
ſueuerunt, vt probauit ipſe Dominus Gattus, quod
inductum eſt ea fortè ratione, quod ſint beneficia,
ſeu priuilegia realia, vt latè alias plenè deductum fuit à
M. Excell. D. Zanacho, ex cuius allegationibus plu-
ra deſumpſi pro reſolutione horum motiuorum, quia
ex illis in effectu, abſque alio labore reſultat eorum re-
ſolutio.
Tum demum, quia facultas extrahendi erat conceſ-
ſa non tantum Domino Fabio, ſed etiam cuicumque
eius procuratori, & Dominus Gattus vti eius condu-
ctor, & ita poſitus in locum domini, dicebatur procu-
24 rator † in rem propriam, Alex. in l.2.§.ſi ego, n.7.ff.
de oper.noui nunciat. & licet fortè poſſet dici procura-
tor impropriè, attamen adhuc comprehendebatur in
mandato propter dictionem vniuerſalem geminatam
25 quemcumque † quæ comprehendit etiam procurato-
res improprios, iuxta tradita à Corn. conſ.69.ſub num.3.
vol.3. Surd conſ.10.ſub num.49. Rimin.Iun. conſ.513.nu.
34.35.36.
Qui & adhuc circumſcripta qualitate conductoris,
26 ex quo exhibebat † mandata prædicta, dicebatur fa-
ctus procurator à prædicto Illuſtriſſimo Domino Fa-
bio, Decian. conſ.68.num.13.vol.3. Boer. deciſ.281.n.7.
27 per traditionem enim inſtrumenti cenſentur ceſſę † a-
ctiones, vt docent Bal. Angel. Imol. & Caſtr. per illum
textum. in l.manſa, 50.ff.ſolut. matrim. ceſſionarius au-
28 tem † dicitur procurator in rem propriam, l.3.vbi gl.
fin.ff.fam.hercisc.l.ſi in ſolutum, 16.C.de act.& oblig.Spe-
cul. in tit.de ceſſ.act.§.conſequenter, ſub nu.2.verſic.& no-
ta, quod ſupra in forma, Angel.conſ.89.n.2. Socin.Iun.
conſ.27.num.7.vol.2.
Et ex his ceſſat, quod dicebatur ex neceſſitate pro-
clamatis, oportere, quod is, qui vult extrahere, obtineat
mandatum à Cancellaria, quia ſatis dicitur obtentum
ad eius commodum, vel ratione realitatis, vel quia ce-
di potuit, vel quia tamquam procurator eo vſus eſt.
Sed vbi prædicta mandata non fuiſſent ſufficientia
in perſona Domini Annibalis, quod tamen non admit-
titur, negari tamen non poteſt quin ſaltem præſtiterint
eidem iuſtiſſimam cauſam credendi ſibi licuiſſe vigore
eorum, facere extractiones impictas, tum ex proximè
deductis, tum quia probauit hæc mandata conſueuiſſe
cedi etiam non nominatis in eis, & quod hi, qui habent
cauſam à nominato, illis vtũtur extrahendo etiam blada
diuerſa, dummodo non excedant quantitatem, tum &
tertio quia fuit admiſſus à Magiſtratu, quando præſen-
tauit talia mandata, & per eũ aſſociatorem; dubium
29 autem non eſt quod in delictis conſuetudo † excuſat
à pena; gl.1.& ibi ſcribentes, in cap.cum venerabilis, 7.de
conſuetudine, gl. in cap.deniq.6. in verb conſuetudine, di-
ſtinct.4. Aretin. conſ.152.n.3. Iaſ. in l.ſingularia, 15. nu.
48. in fine, ff.ſi cert.petat. Turzan. comm.opin.96. Ro-
land. conſ.75. num.42. vol.1.
30 Sicuti, & excuſat † authoritas Iudicis, l.non vide-
tur data, 128.§.qui iuſſu Iudicis, vbi Dec. num.1.& a-
Cagnol. num.1. Mayner. num.3.ff.de regul.iur. Farinac.
quæſt.97.num.109.

31 Et ne

31 Et ne dum iuſta cauſa, & credulitas, ſed etiam fatua, & beſtialis ſolet excuſare à pœna. vt dixi in contrarijs.

Non obſtat, quod non admittatur talis excuſatio ſaltem à pęna extraordinaria, quando verſamur in notoriè prohibitis, etiam tantum de iure ſtatutario; quia re-
32 ſpondetur, quod illud procedit, † quando cauſa eſt fatua, & ſupina. ſecus ſi ſit probabilis, & iuſta; licet non legitima; quia tunc excuſat ab omni pęna, & ita loquuntur Doctores allegati in fine contrariorum, & in ſpecie Angel. *in d. l. plagy, 14. ſub num. 2. Cod. ad leg. Fauiam, de plagiar.* vbi habet hæc formalia verba. *Vbi autem quis non fuiſſet temerarius, ſed erraſſet iuſta ratione ductus, hoc caſu iuſta ratio excludit quem à culpa, & ideo non debet quis vllo modo puniri*, Rimin. Iun. *conſil. 337. num. 18.* Oſaſc. *dec. 71. num. 16. in fine*, facit Farinacc. *quæſt. 16. num. 34. & 35.*

Quæ reſponſio ſatisfacit etiam ad id, quod dicebatur ex Baldo, extrahentem blada præſumi in dolo propter generalem prohibitionem, & contra eum criminaliter procedi poſſe, vt ſubdebatur, ex Ploto; nam iſtud verum eſt, quando extrahens non protegitur aliqua probabili ratione, ſecus ſi iuſta cauſa motus fuerit. vt in caſu noſtro.

ARGVMENTVM.

Magiſtraliter diſcutitur An ſubſtitutio vulgariter pupillariter, & per fideicomiſſum facta à teſtatore ſuorum fratrum, & eis pręmortuis, eorum diſcendentium in infinitum, aliquod producat fideicomiſſum. Plura de talium verborum interpretatione. De vi Clauſul. Codicillaris. De pluribus coniecturis faciendi fideicomiſſariam ſubſtitutionem, & de alijs ad rem.

SVMMARIVM.

1 *Filijs inſtitutis, & eis ſubſtituto fratre teſtatoris, & eo non exiſtente, vel præmortuo, filijs ipſius aut diſcendentibus ſubſtitutis, cenſentur illi ex fratre vocati per vulgarem ſubſtitutionem dumtaxat.*

2 *Vnde adita hereditate per fratrem, expirat eius filiorum ſubſtitutio.*

3 *Ceſſat concluſio cum apparet ex coniecturis, teſtatorem voluiſſe ſubſtituere eos fratris diſcendentes, per fideicomiſſum.*

4 *Coniicitur ſubſtitutio fideicomiſſaria ad fauorem fratris filiorum, ex vocatione ſub vnico contextu per verba* Inſtituit, & Subſtituit, *& cenſetur qualitas in prima diſpoſitione adiecta, repetita in diſpoſitione ſubſequenti, etſi imperfectè expreſſa.*

5 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare, & num. 51.*

6 *Stante aperta vocatione ſubſtituti per fideicomiſſum, ceſſat præſumptio vocationis per vulgarem tantum.*

7 *Reciproca ſubſtitutio ſi ſcilicet habet verba* (ſibi inuicem ſuſtituit) *dum eſt in infinitum, eſt coniectura fideicomiſſariæ ſubſtitutionis. vid. nu. 52.*

8 *Teſtatoris mens eſt intelligenda iuxta proprietatem verborum.*

9 *Pluribus exiſtentibus ſubſtitutionibus, ſi prima, & vltima eſt fideicomiſſaria, etiam tertia talis erit.*

10 *Diſpoſitio teſtatoris quod bona debeant conſeruari ſemper in familia, eſt coniectura vrgens, ſubſtituere voluiſſe fratris filios per fideicomiſſum. Sed vid. num. 40. vſque ad nu. 48. & num. 55.*

11 Peregrini *ſententia eſt, vocatos per verbum collectiuum, puta* deſcendentium *cenſeri vocatos per fideicomiſſum. Sed vid. num. 25.*

12 *Excluſio fœminarum eſt coniectura teſtatorem velle bona conſeruari in agnatione.*

13 *Clauſula Codicillaris facit vt ſubſtitutio, quæ alias eſſet inefficax poſt aditionem vnius, quia ſcilicet eſt vulgaris, tranſeat in fideicomiſſariam.*

14 *Verba teſtamenti perpenduntur in hypotheſi.*

15 *Verba* illis præmortuis *poſita in ſubſtitutione, ſtant in ablatiuo abſoluto. Sed vid. nu. 28.*

16 *Subſtitutio facta de Titio, & eo præmortuo, de eius liberis, duplex eſt, vulgaris vna, fideicomiſſaria altera.*

17 *Reſultat perpetuum fideicomiſſum etiam ſine ſubſtitutione, ex prohibitione alienationis, ne extra deſcendentes eant.*

18 *Communior eſt ſententia, per prohibitionem alienationis cum cauſa, induci fideicomiſſum in caſu dumtaxat alienationis.*

19 *Cum in tali alienatione ponitur verbum perpetuitatis, vel in infinitum, inducitur fideicomiſſum etiam in caſum mortis. At vid. num. 54.*

20 *Id procedit, etſi teſtator incipiat à diſpoſitione, mox ſubdat prohibitionem.*

21 *Subſtitutio de Fratribus teſtatoris, & eorum deſcendentibus intelligitur ordine ſucceſſiuo, non eodem tempore, quia eſt impoſſibile.*

22 *Præcipue ſi admittat teſtator eos, præmortuis eorum patribus.*

23 *Diſpoſitio non præſeferens actum ſucceſſiuum, inducit ſolum vulgarem ſubſtitutionem.*

24 *In dubio ſubſtitutio præſumitur directa, non obliqua.*

25 *Sunt ſubſtituti vulgariter vocati etiam per nomen collectiuum* deſcendentium.

26 *Cum deſcendentes ſunt vocati poſt mortem eorum patrum, adhuc vulgaris eſt ſubſtitutio expreſſa.*

27 *Nulla eſt maior impotentia ſuccedendi, quam prædecedentia.*

28 *Verbum* pręmortuis, *non habet in facti ſpecie tractum ſucceſſiuum, ad inducendum fideicomiſſum; contra* Laderch. *& num. fin.*

29 *Prædecentia adiuncta verbo ſubſtitutionis, debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

30 *Rectus ſenſus diſpoſitionis eſt attendendus.*

31 *In ſubſtitutionibus, verba tantum valent quantum ſonant.*

32 *Verba,* & illis præmortuis, *ſunt conditionalia, & n. 61.*

33 *Ablatiuum abſolutum facit conditionale.*

34 *Verba,* & illis præmortuis, *ſunt ſignificatiua qualitatis, quæ dependet à futuro euentu.*

35 *Subſtitutio vni facta, ſub conditione, ea defecta ſtatim expirat, & num. 36.*

37 *Subſtitutus Titio, ſuperuiuenti, & hæredi, ſi non ſit hæres, nec ſuperuiuat, non ſuccedit.*

38 *Fideicomiſſum deficiente, vel non impleta conditione, perit.*

39 *Vbi conditio non euenit, ſi ſucceſſio admittatur, repugnatur voluntati Teſtatoris.*

40 *Non extinguitur fideicomiſſum, cum vltra conditionalem diſpoſitionem, adeſt generalis prohibitio alienationis.*

41 *Debet tamen ea prohibitio reſtringi ad præcedentes ſubſtitutiones, à quibus regulatur vt euitetur repugnantia, & de communiori ſententia, & nu. 42.*

43 *Generalis prohibitio alienationis etiam cum cauſa, non ampliat fideicomiſſum.*

44 *Verba,* dictis, & antedictis, *ſunt relatiua præcedentis diſpoſitionis cum omnibus ſuis qualitatibus.*

45 *Cum prohibitio alienationis fit per talia verba relatiua, ea coarctatur ad particulares ſubſtitutiones antea factas.*

46 *Dictio,* vt ſupra, *cuius ſit effectus.*

47 *In dubio reſpondendum contra fideicomiſſum.*

48 *Reſpondetur obiectis in controuerſia, & num. 52.*

49 *Fideicomiſſaria ſubſtitutio non habet locum niſi poſt aditam hæreditatem.*

50 *Fideicomiſſum non inducitur, cum repetitio per eundem modum non congruit.*

51 *Regula, quod vna determinatio, &c. non habet locum cum viget diuerſa ratio.*

53 *Cum aliqui fuerunt ſubſtituti ſolum vulgariter, non poteſt in illis obtinere reciproca.*

54 *Intellectus affertur verbi perpetuitatis, quod eſt intelligen-*

Digitized by Google

gendum iuxta ſubiectam materiam.

56 *Peregrini ſententia, quod vocati per nomen collectiuum ſint per fideicomiſſum vocati, eſt contra comunem.*

57 *Vocatio maſculorum excluſis fœminis debet intelligi iuxta conditiones appoſitas.*

58 *Clauſul. codicillaris non operatur contra mentem teſtatoris.*

59 *Per eam clauſul. ſubſtitutio quæ non poteſt valere vt vulgaris nec actu, nec potentia, non trahitur ad fideicomiſſum, ſecundum aliquos.*

60 *Clauſul. codicillaris non operatur, cum vulgaris eſt expreſſa.*

61 *Verba*, illis præmortuis, *ſtant in ablatiuo abſoluto, quod demonſtratur.*

62 Laderch *ſententia reprobatur.*

CONTROVERSIA DLXXIX.

DEceſſit q. Generoſus Eques Dominus Ludouicus Guerrerius inſtitutis hæredibus quibuſcumque Filijs maſculis legitimis, & naturalibus ſibi naſcituris, & illis non natis vel natis, & quandocumque deficientibus, ſubſtitutis vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, Domino Io: Baptiſta, & vna cum eo, quatenus eſſent capaces, Dominis Federico, & Vincentio Fratribus teſtatoris, ac illis præmortuis, eorum deſcendentibus maſculis in ſtirpes, & non in capita. Quos tres Fratres, & eorum deſcendentes in infinitum antedictis eiuſdem teſtatoris filijs, ac ſibi ipſis inuicem inſtituit, ac ſubſtituit, volens, & intendens ſuam hæreditatem perpetuò fore in dictos eius domini teſtatoris fratres, & eorum deſcendentes maſculos, ſubdens omnimodam prohibitionem alienationis, antedictis inſtitutis, & ſubſtitutis etiam ex cauſa dotis vel Trebellianicæ.

Quæritur, an non natis filijs maſculis, cum duo ex dictis Fratribus teſtatoris hæredes extiterint, aliquod amplius potuerit ſubeſſe fideicommiſſum ad fauorem ſuorum deſcendentium in infinitum; ita quod nunc Illuſtriſſimus D. Marchio, & Fratres Guerrerij deſcendentes ex q. D. Vincentio eorum auo, poſſint aſpirare ad bona peruenta ad q. D. Ioannem Baptiſtam cuius linea maſculina defecit in Illuſtriſſimo D. Comite Io: Baptiſta Iuniore, vltimò ſine maſculis defuncto.

Secundo, quatenus poſſet dici aliquod extitiſſe fideicomiſſum perpetuum ad fauorem horum deſcendentium, an illi fuerit renunciatum ab ipſis Dominis Vincentio, & Io: Baptiſta hæredibus, per clauſulas, & renunciationes ampliſſimas, contentas in inſtrumento diuiſionis hæreditatis dicti fideicommittentis.

Circa primam quæſtionem, in qua audio plenè ab alijs allegatum fuiſſe.

1 Videretur dicendum, iuſtam † eſſe pretenſionem Domini Marchionis, & Fratrum quod ad fauorem deſcendētium maſculorum perpetuum extet fideicommiſſum, purificatum nunc in eorum perſonis, nam, & ſi inſtitutis filiis ac eis ſubſtituto Fratre teſtatoris vel eo non extante ſeu præmortuo ſubſtitutis eius filijs, vel deſcendentibus, illi deſcendentes ex fratre dicantur vocati ordine ſucceſſiuo, & per vulgarē tantum, quatenus ſcilicet eorum pater non poſſet eſſe hæres, non autem per fideicommiſſariam contentam in compendioſa, vt magiſtraliter docuere D. Menoch. *lib. 4. præſump. 71. num. 10. & conſil. 399. num. 2. & 3.* Peregr. *de fideicom. articul. 18. ſub n. 23. verſic. adducit quia poſt Hieronymum, &c.* Intrigliol. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 81. nu. 9.* poſt Alexand. *conſil. 170. volum. 5.* Ruin. *conſil. 102. num. 5. & 6. volum. 2.* Iaſ. *conſil. 134. vol. 1.* Alciat. *conſil. 130. lib. 9. alias eſt conſil.*
2 *606.* & ſic † adita hæreditate per Fratrem, expiret ſubſtitutio eius filiorum, *l. poſt aditam*, vbi Gloſ. & DD. *C. de impuber. l. ſi legat.* & ibi Bald. & Alexand. *in ſummario, Cod. de legat.* Surd. *conſil. 250. nu. 38.* & cæteri ſuperius allegati.

3 Attamen iſtud non † procedit quando ex coniecturis colligi poteſt, teſtatorem voluiſſe vocare deſcendentes Fratres per fideicommiſſariam, & correlatiue grauare Fratrem erga eos, onere fideicommiſſi, Menoch. & Intrigliol. *locis ſupracitatis*, ille, *num. 11.* iſte vero, *nu. 10.* vbi numeris ſequentibus, hoc late probant authoritate multorum, mediantibus exemplis ibi allatis.

4 Coniectura autem in caſu † noſtro prima imo manifeſta probatio videtur, quod teſtator vocauit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum Fratres, ac vnica eademque oratione, ac contextu verborum, & conſecutiuè eorum deſcendentes, regulando vocationem vtrorumque ab vnico verbo *inſtituit, & ſubſtituit*, quo caſu prædicta qualitas adiecta in precedenti oratione, quod Fratres ſuccederent vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum cenſetur repetita in ſubſequenti diſpoſitione imperfecta, quæ regulatur, & determinatur à verbo præcedenti, Bart. *in l. Seia, §. Caio, ſub num. 2. ff. de fund. inſtruct.* idem Bartol. *in l. in repetendis, colum. 2. verſic. Quandoque eſt identitas rerum, ſed diuerſitas perſonarum, &c.* in illis verbis *, certe ſi non reperitur verbum lego, intelligitur ſub eadem conditione, &c. ff. de legat. 3.* Peregr. *de fideicom. articul. 16. num. 12.* Rota, *dec. 49. num. 1. p. 1. nouiſſim.* Et in terminis noſtris ita tradunt Decius, *conſil. 425. ſub num. 4. verſic. & hoc idem probatur, &c.* Decianus, *conſil. 1. num. 232.* qui mouentur, quia determinatio
5 † vna ſub eadem determinatione plura determinabilia reſpiciens, debet ea æqualiter determinare, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. l. quamuis, C. de impuber.*

6 Vnde ſtante aperta † vocatione per fideicommiſſum, proculdubio ceſſare debet preſumptio, quod fuerint vocati per vulgarem tantum, ſicuti luculenter probat D. Menoch. *d. præſump. 71. num. 12.* & Intrigliol. *d. centur. 3. q. 81. num. 11.*

7 Secunda eſt coniectura reſultans † ex reciproca ſubſtitutione facta à teſtatore in infinitum, & ſic per fideicommiſſum, in qua ſi admittantur verba illa (ſibi ipſis inuicem ſubſtituit) comprehendere omnes ſubſtitutiones, & ſic habere relationem ad fratres ſubſtitutos inter ſe, & ad fratres, & eorum deſcendentes inuicem, & tandem ad deſcendentes viciſſim inter ipſos, de quibus omnibus fecit mentionem teſtator, pro vt videntur intelligenda, cum hoc patiatur ipſa ſermonis proprietas, que-
8 madmodum † in ſpecie ſcribit Menoc. *d. li. 4. præſump. 71. ſub n. 21. verſ. Non negarim tamen, &c.* res videtur clara quod non ſit admittenda interpretatio mediante vulgari tantum, ſed per fideicommiſſariam, vt per eundem Menoch. *ſub dict. num. 21. verſic. & propterea iam diximus, &c.*

9 Si vero magis velimus † eadem verba reciprocæ ſubſtitutionis fideicommiſſariæ ſtare reſpectiue, videlicet, quod fratres ſint inuicem inter ſe ſubſtituti, & pariter eorum deſcendentes inter ſe viciſſim, in infinitum, adhuc cum prima, & vltima ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, media quoque talis erit, Menoch. *ſæpadicta præſump. 71. n. 21. in fine.*

10 Tertia coniectura vocationis † perpetuæ per fideicommiſſum, non autem per vulgarem tantum, & quidem vrgens, deducitur ex eo quod teſtator voluit ſua bona, & hæreditatem eſſe perpetuo, & conſeruari in fratres ſibi hæredes inſtitutos, & eorum deſcendentes maſculos nec voluit ea aliquo pacto alienari; verba enim prædicta tanquam habentia tractum ſucceſſiuum, denotant teſtatorem voluiſſe de gradu in gradum, & de vno in alium transferri; ita Cuman. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, verſic. ſi autem legauit teſtator, &c. ff de legat. 2.* Ruin. *conſil. 92. ſub num. 5. & conſil. 159. num. 22. vol. 2.* cum alijs apud Menoch. *d. præſump. 71. num. ſub nu. 35.* & Intrigliol. *d. centur. 3. q. 81. nu. 29.* Peregr. *de fideicom. artic. 19. num. 7.*

11 Quæ ſententia multo magis † eſſet vera, ſi admitteremus opinionem eiuſdem Peregr. *in d. articulo 19.* volentis, vocatos per nomen collectiuum, quale eſt nomen (Deſcendētium) etiam ſine verbis tractum temporis importantibus, cenſeri vocatos per fideicommiſſum, non autem per vulgarem tantum, & vno admiſſo cæteros non eſſe excluſos.

12 Quarta deſumitur ex vocatione † maſculorum, & exclu-

Digitized by Google

excluſione fœminarum, ex qua etiam citra expreſsã diſpoſitionem cenſeretur teſtator voluiſſe bona conſeruari in ſua agnatione, & propterea inter eos de agnatione induxiſſe perpetuum fideicommiſſum, Menoch. *vbi ſupra, num.* 36. & Intrigliol. *d. q.* 81. *num.* 30. poſt Ruin. *conſil.* 164. *ſub num.* 9. *volum.* 3. & Pariſ. *conſil.* 57. *nu.* 10. *vol.* 2. *& conſil.* 53. *num.* 26. *vol.* 3.

13 Quintam, & vltimam coniecturam † præbet clauſula codicillaris appoſita in teſtamento Domini Ludouici, quæ operatur vt ſubſtitutio quæ redditur inefficax per aditionem vnius, ex eo quod ſit tantum vulgaris, tranſeat in fideicommiſſariam, *l. ſi frater tuus, C. de fideicom.* Bal. *in l. verbis ciuilibus, num.* 6. & ibi Caſtrenſ. *ſub num.* 3. Alex. *ſub num.* 8. *& 9. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Soc. *in l. gallus, §. quidam recte, in fine, ff. de liber. & poſthum.* Curt. Iun. *conſil.* 48. *ſub num.* 6. Menoc. *conſ.* 44. *num.* 13.

14 Secundo principaliter perpendi † poſſunt verba teſtamenti ad fauorem Domini Marchionis, dum teſtator vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum inſtituit, & ſubſtituit ſuos fratres, ac illis præmortuis eorum deſcendentes maſculos, capiendo illa verba (illis præmortuis, in datiuo caſu, non autem in ablatiuo abſoluto; tunc enim fratres teſtatoris erunt inſtituti, & reſpectiue ſubſtitutis natis, vel non natis filijs ipſius teſtatoris, deinde ipſis fratribus hæredibus exiſtentibus, & quandocumque premorientibus ſuis deſcendentibus, ipſi eorum deſcendentes erunt eis ſubſtituti per fideicommiſſum, repetendo illam clauſulam, Vulgariter pupillariter, &c. pro vt dixi repetendam fore, cum vtraque ſubſtitutio amplectatur vnica oratione, & ita intellecta diſpoſitione teſtatoris vtique negare non poterit quin adſit perpetuum fideicommiſſũ ad fauorem omnium deſcenden-
15 tium ex fratribus D. Ludouici, & in terminis † etiam præſuppoſito quod illa verba, *illis præmortuis* ſint concepta per ablatiuum abſolutum, ſcribit Laderch. *conſil.*
16 80. *num.* 1. quod ſubſtitio † facta de Titio, & eo præmortuo de eius liberis, continet duas ſubſtitutiones, vnam vulgarem caſu quo Titius moriatur ante aditam hæreditatem, & ante purificationem in eius perſona alteram fideicommiſſariam ſcilicet eo moriente poſt aditam hæreditatem quandocumque.

17 Tertio, & vltimo etiã ſine alia † particulari ſubſtitutione reſultat perpetuũ fideicommiſſum, ex eo, quod voluit teſtator bona perpetuò eſſe in deſcendentes ſuæ agnationis, præſertim addita prohibitione alienationis, vt late probat Surd. *conſil.* 67. *à num.* 8. *vſque ad num.* 15. li-
18 cet † enim admodum dubia ſit quæſtio an per prohibitionem alienationis cum cauſa, vt bona remaneant in agnatione, vel deſcendentibus inducatur fideicommiſſum abſolutum, an vero in caſum alienationis tantum, & communior videatur opinio, quod inducatur tantummodo in caſum alienationis, vt per Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *q.* 72. *num.* 35. *& 37.* qui longa ſerie auctores
19 recenſet, nihilominus † vbi addit verbum perpetuitatis, vt in caſu noſtro, puta quod ſemper, vel in perpetuũ, vel in infinitum ſint in deſcendentibus; tunc cauſatur fideicommiſſum etiam in caſum mortis; Gabriel. *de fideicom. concluſ.* 9. *num.* 12. Intrigliol. *d. q.* 72. *num.* 42. qui
20 *num.* 45. declarat hoc procedere † etiam ſi teſtator incipiat à diſpoſitione, deinde ſubdat prohibitionem, pro vt contingit in propoſito caſu.

Præmiſſis tamen non obſtantibus, ad fauorem Illuſtriſſimæ Dominæ Hippolitæ poſſet conſiderari,

21 Primo, quod ſubſtitutio facta † de fratribus teſtatoris, & eorum deſcendentibus, intelligitur vt admittantur ordine ſucceſſiuo, non autem eodem tempore fratres, & eorum deſcendentes; cum hoc impoſſibile ſit propter vocationem per nomen collectiuum, quod comprehendit plures perſonas diuerſorum graduum, quæ eodem tempore omnes concurrere nequeunt, ita probat text. *in l. peto, §. fratre, ff. de legat.* 2. Bartol. *in l. Gallus, §. quidam recte, ſub numer.* 4. & ibi Soc. patruus, *pariter num.* 4. Rubeus, *num.* 47. Ial. *nu.* 26. Soc. nepos, *num.* 35. *ff. de lib. & poſthum.* Oiaſc. *deciſ.* 81. *numer.* 14. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 28. Sim de pratis, *de interpreta. vltim. volunt. lib.* 3. *interp.* 2. *dubitat.* 1. *ſolution.* 5. *nu.* 39. *fol.* 238. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſump.* 70. *num.* 24. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *q.* 80. *num.* 19.

22 Quod in caſu noſtro † nullam habet difficultatem, ex quo teſtator non admittit deſcendentes, niſi præmortuis eorum patribus, ſicque expreſſe declarauit ſucceſſionem non debere eſſe ſimultaneam, ſed ſucceſſiuam.

23 Cum autem iſti deſcendentes † reperiantur vocati per diſpoſitionem non preſeferentem tractum ſucceſſiuum, quæ ob id infert tantumodo vulgarem ſubſtitutio-
24 nem, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar.* & in dubio † etiam ſubſtituto preſumatur directa, non autem fideicommiſſaria, & obliqua, *d. l. iam hoc iure, l. final. C. de hæred. inſtit.* Gl. *final. in fine, in l. verb. ciuilibus, ff. de vulgar.* Decian. *conſil.* 1. *num.* 190. Mantic. *lib.* 5. *ti.* 2. *num.* 1. Surd. *conſil.* 329. *num.* 4.

25 Sequitur quod dicantur † vocati dumtaxat per vulgarem, non autem per fideicommiſſariam, atque eorum patres erga eos non fuerint grauati onere fideicommiſſi, ſed illis ſemel admiſſis expirauerit ſubſtitutio vocatorum, etiam per nomen collectiuum Deſcendentium, vt tradit Menoch. *d. lib.* 4. *præſumpt.* 71. *num.* 8. Intrigliol *de ſubſtitut. centur.* 3. *q.* 81. *pariter, num.* 8. & poſſent infiniti allegari, quos quandoque collegit Excellentiſs. Dominus Hercules Ripa, *in ſuis primis allegationibus pro Cereſarijs contra Verulos, num.* 47. *& 75.* quos ommitto, cum ſciam eius ſcripta reperiri penes duos Iudices.

26 Id quod, ſi verum † eſt in ſimplici ſubſtitutione de Fratribus teſtatoris, & eorum deſcendentibus, profecto fortius procedere debet, quando tales deſcendentes vocati ſunt, ſi eorum patres præmortui eſſent, vt in caſu noſtro ita reperiuntur ſubſtituti, pro vt multos in terminis allegaui in contrarijs, quia tunc eſt vulgaris expreſſa, ne dum ſpecialiter, ſed etiam ſingulariter in caſum impotentiæ, vt per Bartol. *in l.* 1. *num.* 10. *ff. de vulgar.*
27 Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 1. *q.* 15. *num.* 2. cum † nulla ſit maior impotentia ſuccedendi, quam prædecedentia.

28 Illud enim verbum, *præmortuis,* † hoc in caſu non habet tractum ſucceſſiuum eo reſpectu, vt inducat fideicommiſſum, vt male putat Laderch. *in d. conſil.* 80. *num.* 1. ſed refertur ad tempus mortis teſtatoris, vel euenientis caſus ſubſtitutionis fratrum, de quo locutus eſt teſtator, & quo eueniente prouidit, fratres potuiſſe iam eſſe predefunctos, vt declarat Anchar. *conſil.* 266. *verſic. item expreſſo dixit teſtator, &c.* ſubdens rationem
29 † quia iſta predecedentia adiuncta verbo ſubſtitionis factæ filijs teſtatoris, debet intelligi ſecundum tempus verbi, & ita etiam intelligit Abb. *conſil.* 40. *num.* 1. *vol.* 1. Alexand. *conſil.* 170. *ſub num.* 3. *verſic. vel ſaltem non videtur negari, &c. vol.* 5. Soc. Iun. *conſil.* 180. *in* 2. *dubio per totum, maxime num.* 37. 38. 64. *& 66. volum.* 2. qui omnino videatur, Ruin. *conſil.* 102. *num.* 6. *vol.* 2. & omnes alij, qui dicunt iſtes deſcendentes intelligi ſubſtitutos per vulgarem in ſubſtitutione facta de fratribus, & eis præmortuis, de eorum deſcendentibus, clariſſime ſupponunt hoc; & ita ſuadet etiam proprietas ſermonis, &
30 rectus † ſenſus diſpoſitionis, qui planiſſimus eſt ita acceptus, ſicuti frigidus, & valde inſulſus redderetur aliter intellectus, pro vt magis colligitur ex lectura teſtamenti, quam verbis exprimi valeat, videri tamen poteſt ad hoc Soc. Iunior. *dict. conſil.* 180. *in* 2 *dubio vol.* 2.

31 Secundo aduertendum eſt, † quod ſubſtitutio de iſtis deſcendentibus, eſt facta filijs teſtatoris non natis, vel natis, & quandocumque deficientibus, præmortuis iam patribus ipſorum deſcendentium, primo loco ſubſtitutis, non autem reperiuntur ſubſtituti ſuis parentibus nec mediate, nec immediatè, vnde ſufficit Illuſtriſſimæ tex ad victoriam dicere, ſubſtitutio veſtra non loquitur hoc in caſu, ſed in diuerſo, pro vt ommiſſis locis ordinarijs tradit in terminis noſtris, Peregr. *conſil.* 29. *nu.* 3. *volum.* 2.

32 Tertio

Digitized by Google

32 Tertio conſiderandum præcipuè † venit iſtos deſcendentes fuiſſe ſubſtitutos conditionaliter, ſi eorum parentes præmortui fuiſſent tempore mortis teſtatoris, vel deficientiæ liberorum maſculorum illius, ſicuti indicant verba illa, (& illis præmortuis) quæ faciunt con-
33 ditionem, non tam quia ſunt concepta † per ablatiuum abſolutum, *l. à teſtatore, ff. de condition. & demonſtrat. l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit. l. euictis, ff. de euictio.* Soc. Iun. *conſil.* 180. *num.* 2.
34 *volum.* 2. quam etiam quia † ſunt ſignificatiua qualitatis, quæ dependet à futuro euentu, quæ ob id inducit conditionem, vt per Bartol. *in l. 1. num. 25. ff. de condition. & demonſtrat.* & in ſpecie iſta tradit Peregr. *conſil. 52. ſub num. 5. volum. 1. & conſil. 29. ſub num. 4. volum. 2.*

35 Subſtitutio autem facta d. filio, ſi † eius pater præmortuus fuit tempore purificati fideicommiſſi ad quod fuerat vocatus expirat, ſi pater ſuperuiuet, & ſuccedat tanquam deffecta conditione nec vnquam amplius admittitur ipſe filius, vt reſponderunt Anchar. *conſil. 137. & conſil. 266 per tot.* Abb. *conſil. 40. in primo dubio vol. 2.* Soc. Iun. *conſil. 180. num 39. 64. & 65. volum. 2. & melius conſil. 100. num. 33. volum. 3.* Pariſ. *conſil. 74. n. 17. volum. 2.* Burſat. *conſil. 97. ſub num. 8. volum. 1.* Menoc. *conſ. 399. num. 3.* Peregr. *conſ. 52. ſub num. 2. volum. 1. & conſ. 29. num. 4. vol. 2.* qui videatur omnino per totum *d. conſ. 29.* quia reſpondit in caſu valde ſimili, & eſt conſilium deciſiuum per quod determinatur quæſtio ad fauorem Illuſtriſſimæ Dominæ Hippolitæ.

36 Sic etiam in alijs terminis, quod † deficiente conditione ceſſet ſubſtitutio eſt celebre, & vulgo notum conſil. Oldradi 21. vbi ſubſtitutus Titius ſi decedat ſine liberis, remanet excluſus eo decedente cum filijs.

37 Ita è conuerſo ſi quis † ſubſtituatur Titio ſuperuiuenti, & hæredi exiſtenti, eo præmortuo, & hærede non exiſtente; non ſuccedit tanquam deficiente conditione, Alex. *conſil. 1. ſub num. 4. cum ſeqq. & per tot. volum. 1.* Corn. in eodem caſu, *conſil. 199. num. 12. volum. 2.* facit, & Ruin. *conſil. 83. ſub num. 3. & conſil. 175. nu. 4. in fine, & conſil. 182. ſub num. 5. vol. 2. & conſ. 137. ſub num. 2. vol. 3.* Roland. *conſ. 58. ſub num. 57. vol. 3.* Nat. *conſ. 676. ſub num. 26. & conſ. 678. num. 20.*

38 Et hoc eſt regulare, quod † fideicommiſſum deficiente, vel non impleta conditione, pereat, *l. vnica, §. ſin autem ſub conditione, C. de caduc. tollend.* & late proſequitur Peregr. *de fideicom. artic. 43. num. 9. cum ſeqq.* vbi plures huius concluſionis reddit rationes, *& artic. 52. num. 6.* Decian. *conſil. 28. num. 12. vol. 2.* Menoch. *conſil. 633. num. 26.*

39 Et vltra eum addo, † quod vbi conditio non euenit dicitur repugnari voluntati teſtatoris, ſi aliter admittatur ſucceſſio, vt conſiderant Alciat. *conſil. 492. ſub num. 28. alias eſt conſil. 44. ſub nu. 51. li. 9.* Nat. *conſil. 678. ſub num. 20.* Menoch. *conſil. 326. ſub num. 36.*

40 Nec obſtat ſi reſponderetur † fideicommiſſum non extingui etiam ob defectum conditionis, quando vltra diſpoſitionem factam ſub conditione à teſtatore ſubſequitur generalis prohibitio alienationis bonorum, vt conſeruentur in agnatione, quia ex ea cauſatur fideicommiſum purum, ſimplex, & diuerſum ab ea diſpoſitione conditionali, quod non perimitur per defectum prioris, vt late per Petram, *de fideicom. q. 6. ſub num. 15. verſic. ſed prædictis non obſtantibus, ſumto principio dictæ quæſtionis.*

41 Replicatur enim, quinimo † verius, & receptius videri prohibitionem hanc ſubſequentem eſſe acceſſoriam ad præcedentes ſubſtitutiones, & regulari, reſtringi, & limitari iuxta earum caſus, ſcilicet, quod prohibuit deſcendentibus alienare quatenus eueniret caſus vulgaris ſubſtitutionis, mediante qua poſſent ſuccedere, quia alias ſequeretur contradictio, & repugnantia in ipſa diſpoſitione; nam ſi deſcendentes non debent ſuccedere, niſi prædefunctis eorum parentibus, vtique indiſtincte bona non poſſunt eſſe perpetuo apud eos, nec illis prohiberi eorum alienatio, ſed tantum eueniente caſu eorum vocationis, idcirco ad euitandam repugnantiam intelligi debet prohibitio iuxta præcedentes ordinationes, ita declarant Alex. *conſil. 59. per totum maxime, num. 13. & volumn 3. & conſil. 139. ſub num. 3. & 4. vol. 6.* Anchar. *conſil. 137.* Dec. *conſil. 185. ſub num. 4. col. 3. verſic. Quarto conſiderandum, &c. & conſil. 335. alias eſt 336. ſub num. 2. & optime, conſil. 384. ſub num. 6. verſ. Non obſtant allegata, & conſil. 290. colum. penult. conſil. 636. per totum maxime, numer. 7. & 8.* Socin. *conſil. 53. num. 11. volum. 1. & conſil. 116. ſub num. 4. verſic. Quæ omnino, &c. vol. 3.* Ceph. *conſil. 17. num. 24. & conſ. 153. num. 29. & num. 56.* & pulchre, *conſil. 269. num. 46. & 544. num. 12. cum ſeqq.* Alban. *conſil. 1. num. 9.* Gab. *conſ. 111. num. 21. & conſil. 132. num. 21. vol. 1.* Burſat. *conſil. 195. num. 10.* Beret. *conſ. 75. num. 7.* Rimin. Iun. *conſil. 80. num. 32. & 371. num. 83.* Ruin. *conſil. 153. ſub num. 5. volum. 2. & 134. num. 15. & 16. volum. 3.* Menoch. *conſ. 315. num. 43. & conſ. 327. num. 69. & melius num. 72. & late conſ. 376. num. 49. cum ſeqq. & conſ. 399. num. 10 & lib. 4. præſump. 68. num. 20.* Crauet. *conſil. 328. num. 24. in fine,* Soc. Iun. *conſil. 29. num. 24. vol. 4.* Gozad. *conſil. 32. num. 16.* Zuccard. *in l. 1. ſub num. 90. verſic. & hinc etiam fit, C. de pactis,* Alciat. *in l. pater filium, §. fundum ſub num. 8. verſic. Tertius caſus, ff. de legat. 3.* Pedroc. *conſil. 19. num. 56. & conſ. 20. numer. 64.* Roland. *conſil. 34. ſub numer. 65. volum. 4.* Honded. *conſil. 78 numer. 35. & 37. volum. 1. & conſil. 42. num. 34. vol. 2.* Peregr. *conſil. 29. ſub num. 12. & num. 16. vol. 2.* Fachineus qui teſtatur de communiori, *lib. 10. cap. 19. ſub litera D,* & infiniti alij, quos non eſſet difficile congerere, ex quo-
42 rum numero poteſt dignoſci hanc eſſe † crebriorem opinionem, & quæ de facili poſſet rationibus comprobari, ac confutari contraria.

Sed quia contra eam magno impetu inſurgit Surd. *conſil. 67. a num. 20. vſque ad 43. vbi num. 40.* nititur deſtruere Decium, *in dict. conſil. 636.* quod facit & Petra, *d. q. 6.* & non deeſt alia tutior ac irreffragabilis reſponſio, ideo ommiſſa huius opinionis diſcuſſione.

43 Secundo dico, quod generalis † prohibitio alienationis cum cauſa etiam vt bona permaneant in agnatione, non ampliat fideicommiſſum, ſed reſtringitur ad præcedentes ſpecificas ſubſtitutiones, & habet tantũ locum in illis quarum euenerit, & purificatus fuerit caſus, quando eſt facta ſupraſcriptis inſtitutis, & ſubſtitutis, vt bona permaneant in dictos vocatos in ſubſtitutionibus præcedentibus, prout præciſè contingit in caſu noſtro; ita reſolutum fuiſſe refert Surd. *dec. 85. per totum,* qui omnino videatur; Rota, *deciſ. 49. part. 1. nouiſſimar.* Menoc. *conſil. 327. num. 62.* & idem optime, *conſil. 642. ſub n. 5. verſic. & hac quidem ſententia, &c.* Burlat. *conſil. 195. num. 7.* Rim. Iun. *conſil. 50. num 65. & conſ. 371. nu. 83.* Cuman. *conſil. 119. ſub num. 1. verſic. cum vero ſubſti-*
44 *tuit,* qui omnes mouentur ea ratione, † quod illæ dictiones dictis, & antedictis ſint relatiuæ præcedentis diſpoſitionis cum omnibus ſuis qualitatibus, & perinde eſt ac ſi teſtator dixiſſet prohibere alienationem, & velle bona conſeruari in deſcendentes his modis, & formis pro vt diſpoſitum eſt in ſubſtitutionibus, ſicuti declarat Surd. *d. dec. 85. ſub num. 4.*

45 Quoties autem prohibitio alienationis † cum dicta cauſa fit per verba relatiua, certum eſt non ampliare, nec inducere nouum fideicommiſſum, ſed reſtringi ad particulares ſubſtitutiones, Alex. *conſil. 59. ſub num. 8. & 21. volum. 3.* Alex de Neuo, *conſ. 79. ſub num. 5.* & Cæpola, *inter conſilia prædicti de Neuo, conſ. 81. num. 7. & 8.* Bero. *conſil. 90. num. 3. volum. 2.* Crauet. *conſil. 99. num. 11. & 12,* Curt. Iun. *conſil. 43. colum. penult. in fine,* Menoch. *conſil. 376. nu. 47. & 48. & 642. ſub n. 5.* Olaſc. *deciſ. 50. ſub num. 12.* Veggi. *conſil. 74. num. 494.* Petra, *de fideicommiſſis, q. 6. num 41.* Peregr. *conſil. 29. num. 15. volum. 2.*

46 Quorum plerique exemplificant † quando in prohibitione appoſita eſt dictio, *vt ſupra,* pro vt in caſu noſtro; dicunt enim illam eſſe ſufficientem ad reſtringendam hanc prohibitionem, quamuis valde amplam

Franciſc. Nigr. Cyriac. Tom. IV. F ad

Digitized by Google

ad caſus ſuperius ſpecificatos, & licet poſſet dici in pro-
poſita ſpecie dictionem, *vt ſupra*, appoſitam fuiſſe ad
declarandum quod nolebat ſuccedere niſi legitimos. vt
ſupra, & capaces, vt ſupra, tamen cum hæc dictio poſ-
ſit æque benè complecti omnia præcedentia abſque eo
quod violetur rectus ſermo, ad euitandum fideicom-
miſſum debet ita accipi, cum ea ſemper capienda ſit in-
47 terpretatio † per quem excludatur, & contra fidei-
commiſſum in dubio ſit iudicandum, Riminal. Iunior.
conſil. 181. *numer.* 23. *&* 24. *& conſil.* 179. *numer.* 141.
cum ſeqq.

Et in omnem caſum ſufficiunt dictiones *dictas, & an-
tedictas* prout ſupra latè probaui.

48 Non obſtant modo, † quæ in contrarijs deducta
fuerunt; namque ad illud de clauſula *vulgariter, pupilla-
riter, & per fideicommiſſum* repetita etiam in ſubſti-
tutione deſcendentium, tanquam vnica oratione voca-
torum. Reſpondetur vtique dici repetitam reſpectu fi-
liorum teſtatoris, quibus fiebat ſubſtitutio; nam voluit
eis non natis, vel natis, & quandocumque deficientibus
ſubſtitutos eſſe deſcendentes fratrum præmortuorum, ſed
quod intelligatur repetita, quo ad perſonas ipſorum
fratrum hoc eſt impoſſibile. quia ſubſtitutio facta non
eſt niſi eis præmortuis, quo caſu nulla poteſt habere locũ
49 fideicommiſſaria, quæ † non datur, niſi poſt aditam
hæreditatem, *l. cohæredi, §. cum filia, ff de vulgar. & pu-
pillar.* & ita in terminis noſtris declarat Menoch. *conſil.*
399. *num.* 2. Bero. *conſ.* 69. *num.* 9. *vol.* 2.

50 Et quando repetitio † per eundem modum non con-
gruit, tunc numquam inducitur, vt per Peregr. *in d. tract.
de fideicomm. articul.* 16. *ſub numer* 14. Sicuti etiam re-
51 gula, † quod vna determinatio debeat æqualiter deter-
minare plura determinabilia, non habet locum, quan-
do viget diuerſa ratio, & quando non poteſt vniformi-
ter operari, & repugnat natura determinabilium, vt per
Surd. *conſ.* 150. *nu.* 109. *cum plurib. ſeqq.* & Rim Iun. *conſ.*
607. *num.* 18. *cum ſeqq.*

52 Ad obiectum deductum † ex reciproca ſubſtitutione,
reſpondetur, quod cum præceſſerit ſubſtitutio vulgaris
tantum in perſonis deſcendentium intelligitur, facta re-
ciproca, eò etiam in caſu, quo ſuccederent per vulga-
rem, non autem cenſentur grauati eorum patres ad illis
reſtituendum; vnde intelligenda erit diſtributiuè, vt fra-
tres ſibi inuicem ſint ſubſtituti, ſi eueniat caſus in eorum
perſonis, & ſimiliter ſi eueniat in perſonis deſcendentiũ
patribus præmortuis, quod deſcendentes viciſſim ſucce-
dant, ita declarat, & reſpondet multorum authoritate
Peregr. *d. conſ.* 29. *num.* 12. *vol.* 2. & clarius Petr. Ant. An-
guil. *conſ.* 38. *num.* 12. *libr.* 6. qui videatur. Cum enim
53 deſcendentes † non fuerint honorati, niſi per vulgarẽ,
non poſſunt etiam dici grauati erga parentes; vnde ſi ex
parte eorũ non ſubſiſtit ſubſtitutio, impoſſibile eſt quod
detur reciproca, vt per eumdem Peregrin. *in d. conſ.* 29.
ſub num. 9. *cum ſeqq.*

54 Nec illud verbum, *in infinitum*, habet † quidquam
turbare, quia debet operari ſecundum propoſitos præ-
cedentes caſus, quo ad vulgarem ſcilicet, vt fratribus exi-
ſtentibus illi ſuccedant cæteris excluſis; illis vero præ-
mortuis admittantur deſcendentes in infinitum per vul-
garem, vt per Alex. *conſ.* 139. *ſub num.* 3. *vol.* 6. Ruin.
conſ. 102. *num.* 11. *&* 12. *vol.* 2. *& conſ.* 136. *num.* 10. *vol.* 3.
Cephal. *conſ.* 17. *num.* 9. *cum ſequ.* Rimin. Iun. *conſ.* 50. *n.*
50. Gabr. *conſ.* 69. *numer,* 43. *vol.* 2. Surd. *conſil.* 448. *ſub
num.* 26.

55 Ad tertiam coniecturam † deſumptã ex prohibitio-
ne alienationis cum cauſa, vt bona conſeruentur in de-
ſcendentibus, patet reſponſio ex deductis ſuperius *in
verſic. Nec obſtat ſi reſponderetur, vſque ad verſic, Non
obſtant modo, &c.* vbi probaui hanc prohibitionem
non ampliare iſto in caſu diſpoſitionem cum ſit facta
per verba relatiua, & reſtrictiua, & hæc reſponſio de-
ſtruxit etiam vltimum principale fundamentum, quod
concurrit in idem cum obiecto dictæ tertiæ coniectu-
ræ.

56 Neque curanda eſt opinio † Peregrin. *in d. articul.*
18. quod vocati per nomen collectiuum cenſeantur vo-
cati per fideicommiſſum, non autem per vulgarem,
quia communis opinio receptiſſima eſt contra eum, vt
colligi poteſt ex auctoribus remiſſiuè relatis in verſicul.
ſequitur quod dicantur vocati dumtaxat, &c.

57 Ad quartam coniecturam † deprompt am ex voca-
tione maſculorum, & excluſione fœminarum, dico, quod
non procedit niſi in caſu diſpoſito à teſtatore, ex eo
contingente, ſecundum conditiones appoſitas, quod de-
ficit in propoſito themate, Alex. *conſ.* 59. *ſub n.* 21. *verſic,
Non obstat etiam quod intentio, &c. vol.* 3 Ruin *conſ.* 92,
num. 9. *vol.* 2. Simon. de Prær. *de inter. vltim. voluntat. lib.*
3. *interpretat.* 3. *dubitat.* 1. *ſolution.* 11. *ſub num.* 71. *verſic.
tertio declaratur, fol.* 293. *colum.* 3. *& conſil.* 42. *ſub num,*
27.

58 Ad vltimam de clauſula † codicillari, reſpondetur ex
mente Dec. *conſ.* 286. *In Ciuitate Placentia, ſub num.* 4.
quod talis clauſula non operatur contra mentem teſta-
toris vnde ſi diſpoſuit per vulgarem tantum, non poteſt
trahere eam ad fideicommiſſariam, quia additur ad co-
borandum, non ad ampliandum diſpoſitionem teſta-
toris, & ſic in effectu vult Dec. quod operatur, quando
59 nec † actu, nec potentia potuiſſet ſubſtitutio valere in
vim vulgaris, propter verba non apta, ſed ſi potentia
valuit, quę non ſint redacta ad actum propter caſum,
qui non euenit, tunc non trahitur per clauſulam codi-
cillarem ad fideicommiſſum, idem Dec. *in l. precib. nu.*
18. *C. de impuber. & conſ.* 204. *num.* 9. *& conſ* 247. *ſub nu.*
5. *in fine, & conſ.* 290. *ſub num.* 3. Soc. Iun. *conſ.* 180. *ſub
num.* 77. *volum.* 2. Rim. Iun. *conſ.* 824. *numer.* 27. & hanc
opinionem contra alia deducta in contrarijs, defendit
Coſta, *in cap. ſi pater, in* 3. *part. in verb. interdum, ſub nu,*
19. *de teſtam.*

60 Sed quia contraria ſententia † habet & ipſa mul-
tos authores poteſt ad tollendam omnem difficultatem
reſponderi cum Peregr. *artic.* 18. *ſub num.* 8. quod clau-
ſula codicillaris, non operatur, quando vulgaris eſt
expreſſa, vt in caſu noſtro, in quo, vt dixi, eſt expreſſa
nedum ſpecificè, ſed ſingulariter, & tanto minus, quã-
do teſtator diſpoſuit conditionaliter, quia tunc videtur
dare formam, quæ præcisè euenire, & verificari de-
bet.

61 Remouetur pariter † ſecundum principale funda-
mentum, in quo dicebatur verba illa, *illis præmortuis*,
accipienda eſſe in datiuo caſu, quibus ita intellectis in-
ferebatur expreſſam ſubſtitutionem factam fratribus
teſtatoris, ſiquidem rectus ſermonis ſenſus cuique legẽ-
ti dictat illa deberi accipi in ablatiuo abſoluto, tamen
quia teſtator vſus eſt verbo, *inſtituo, ſubſtituo*, ad de-
notandum, quod hæc ſubſtitutio poterat eſſe inſtitutio
caſu, quo nulli extitiſſent eius liberi, & præmortui eſſent
ſui fratres, tum quia ex verbis ſequentibus in verſiculo,
Quos eres fratres, clarè exprimit, quod ſubſtituerat ſuos
fratres, & eius deſcendentes ſuis proprijs filijs, & vna
pars teſtamenti procul dubio declarat aliam, tum de-
mum, quia in dubio ſubſtitutio præſumitur vulgaris, nõ
autem fideicommiſſaria, quorum prior reſultat, ex hac
vera intelligentia, poſterior verò curatur, tum demum
quia in terminis noſtris ita accipiuntur à ſcribentibus,
quos citaui in verſic. *Illud enim verbum, præmortuis, &c.
& in principio in primo argumento contrario.*

62 Ad autoritatem autem, & † intelligentiam, Laderch.
d. conſ. 80. *num.* 1. patet reſponſio ex prædictis, quod
contra eum ſtant auctoritates multorum, in terminis,
quæ eius opinioni præponderare debent, quam fundat
tantum in eo, quod verbum, *præmortuis*, dicatur ha-
bere tractum ſucceſsiuum, quod tamen falſum eſt re-
ſpectu fratrum ſubſtitutorum, cum illud verbum *præ-
mortuis* determinet filios teſtatoris, non autem deſcen-
dentes ipſorum fratrum, prout ſequens particula te-
ſtamenti explicitè manifeſtat, & probat Socin. Iun. *d.
conſ.* 180. *vol.* 2.

Ad vltimum argumentum ſatisfactum fuit ſupe-
rius in verſic. *Nec obſtat, ſi reſponderetur*, prout etiam
admonui in reſponſione ad tertiam coniecturam.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De puniendis attentantibus contra aquam publicam. De facultate Feudatarij, edendi Statuta, & Proclamata in ſua iuriſdictione; De eorum concurſu cum Edictis Superioris, quod ad obſeruationem, & pœnam. Aliqua de aquarum iure, ac vſurpatione; eaque probanda. De pœna infligenda complicibus maleficij, & qualiter; Et de præſumptionibus delicti.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius inueſtitus cum mero, & mixto imperio poteſt in ſua iuriſdictione edere Statuta, & Edicta pœnalia, ſine ſuperioris authoritate.*

2 *Tali titulo inſigniti ſunt veri Principes, & poſſunt omnia, quæ Superior.*

3 *Valet eo fortius Edictum, cum eſt corroboratiuum legis ſuperioris.*

4 *Nunc eſt neceſſe ampliare pœnas legis antiquæ, ne contẽnatur.*

5 *Pœna incurſa vigore Statutorum Superioris, vt & ipſius inferioris ei inhærentis debetur feudatario.*

6 *Condemnationes, mulcta, & confiſcationes ſunt fructus iuriſdictionis.*

7 *Et pertinent ad eum, vti loco inueſtientis ſubrogatum.*

8 *Cui conueniunt verba diſpoſitionis, conuenit & diſpoſitio.*

9 *Iuſtum, & æquum eſt, aqueductus, & eorum iura conſeruari. Nec licet auertere aquam à ſuo ſolito curſu, & num. 10.*

11 *Præſumendus eſt illo deliquiſſe in diuerſione aquarum, ad cuius commodum reſultauit diuerſio, & fractura.*

12 *Ille præſumitur auertiſſe aquam è prato, cuius eſt pratum.*

13 *Pœna vt poteſt à Domino ſumi, ita & à Feudatario.*

14 *Poteſt Princeps facere proclama in locis infeudatis, non tamen vt pœna poſſit auferri Feudatario, cum conceſſio facta Communitati emanauit poſt infeudationem Caſtri. Secus ſi ante, & num. 15.*

16 *Infeudatio cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione trahit ſecum omne genus pœnarum, & confiſcationum.*

17 *Cum res quo ad vtilitatem deſinunt eſſe de dominio concedentis, tunc habens vtile dominium præfertur directum habenti.*

18 *Aqua eſt Domini, habentis in eo loco iuriſdictionem.*

19 *Aqua ſequitur ſuum alueum, & continentem.*

20 *Actore, vel Fiſco non probante delictum impletam, inquiſitus eſt abſoluendus.*

21 *Hi qui examinantur vti teſtes contra alios, faciunt indicium aduerſus ipſos nominatos. Sed vide numer. 39.*

22 *Teſtis etiã deponens de auditu probat contra inducentem, etiam ad effectum, vt puniatur; etſi probationes ipſorum non releuarent ad defenſam, & num. 23.*

24 *Ex participatione commodi ex delicto, præſumitur quis particeps, & correus.*

25 *Villa non tenetur de damno dato, niſi prius probetur maleſactorem ignorari. Vide num. 42.*

26 *Præſumptio damni reſultat contra eum, qui principaliter ſenſit commodum; non ſi in conſequentiam, & nu. 27. ſed vid. num. 46.*

28 *Aqua ingrediens alueum, & canale, effecta eſt de aluei, & continentis iure.*

29 *Aqua non poteſt ſeparari, & diuidi, niſi ratione vſus.*

30 *Qui ſuo iure vtitur nemini facit iniuriam.*

31 *Auctoris ſententia in propoſito.*

32 *Conuictus de participatione commodi ex delicto cenſetur etiam particeps delicti. Et eſt præſumptio iuris, & num. 33.*

34 *Iuris præſumptio eſt liquidiſſima probatio.*

35 *Pluribus delinquentibus, quilibet in ſolidum ad pœnam tenetur.*

36 *Edicta, & ſi ſingulariter loquantur, afficiunt etiam plures delinquentes.*

37 *Oppoſita diluuntur in hypotheſi, & num. 41. 46. 49. 50. 51. 53.*

38 *Teſtes in cauſa propria atteſtantes, non probant alterius diffamationem, vt ſe eximant.*

40 *Fama orta à falſa cauſa nullum producit effectum.*

41 *Similiter cum oritur habet poſt litem motam, & querelam.*

42 *Etiam non conſtito, quod non reperiatur auctor delicti, poteſt inquiſitus puniri, cum ſtat iuris præſumptio contra eum.*

43 *Satis probatur alium auctorem delicti non reperiri, cum oppoſitum ex aduerſo non demonſtratur.*

45 *Non præſumitur, quem conſequi aliquid cum delicto, quod iure proprio, & licite conſequi poteſt.*

46 *Affertur intellectus* Menoch. de arbitrar. caſ. 462. *& num. ſeqq.*

47 *Cum dolus appareat in eo qui in conſequentiam ſenſit commodum delicti, cenſetur fuiſſe ipſius delicti particeps; & ſic eſt puniendus.*

48 *Non caret dolo, qui non clauſit ſuos riuos, ne aqua ingrederetur ſuos agros.*

52 *Ocularis inſpectio ſuperat omne genus probationis.*

54 *Non eſt effectum meum, quod cum iniuria, & dolo ad me deductum eſt.*

55 *Qui ius habet in aliqua re debet iuridicè eã petere, & non auctoritate propria ius ſibi dicere.*

56 *Qui ſcit in re ſua adeſſe alienam, non naturaliter, ſed mediante delicto, tenetur à tota ſe abſtinere.*

57 *Vnum Statutum non tollit aliud, etiam quo ad pœnam.*

58 *Etiamſi adeſſet taxatiua, debetur pœna vtriuſque Edicti.*

59 *Limitatur cum pœnæ ſunt eædem, & æquales.*

60 *Edicta poſteriora ſunt attendenda.*

61 *Statuta particularia loci ſeruari debent, omiſſis Statutis Ciuitatis dominantis.*

CONTROVERSIA DLXXX.

Motiua edita contra Illuſtriſſimum Dominum Hippolytum Gonzagam, Comitem Sancti Pauli, ſeu eius Fiſcum, adeo diligenti ſtudio reſolutæ fuerunt per Illuſtrem I.C. Dominum Cæſarem Corradum, vt ſuperuacuus futurus omnino ſit noſter labor; nihilominus ne prædicto Domino Comiti videar prouinciam detrectare, dicam & ego quidquid hac in re ſentio.

Præſuppoſito igitur, licuiſſe ipſi Illuſtriſſimo Domino & reſpectu ſui ipſius diſponentis, & reſpectu actus diſponentis, & reſpectu actus diſpoſiti edere proclama pœnale contra aliquid innouantes in aqua canalis Ducalis, nam Feudatarijs inueſtitis, cum mero, & mixto
1 imperio, & omnimoda iuriſdictione, ſicuti eſt † ipſe Dominus de Caſtro Sancti Pauli licitum eſt in loco ſuæ iuriſdictionis edere Statuta, & Edicta pœnalia etiam nõ expectata Superioris authoritate, *l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* Dec. *conſ. 644. n. 11.* Portij, *conſ. 36. num. 24.*
2 Crauett. *conſ. 314. num. 1.* quia, † vt plenè probauit Dominus Corradus ex Laderch. *conſ. 71.* & alijs, quocumque titulo ſint inſigniti, dicuntur veri principes, & poſſunt omnia, quæ poterat Princeps Superior.
3 Idque fortius locum habet, † quando Statutum fit in auxilium prohibitionis Superioris, addendo pœnam, & mulctam prohibitioni illius, vt per Crauett. *vbi ſup. ſub num. 2. in princip.* quemadmodum contingit in caſu iſto; in quo augetur pœna prohibitionis, aliàs emana-

tæ à glorioſæ memoriæ Duce Borſio, & nemo eſt, qui
neſciat, † quam neceſſarium ſit hac ætate ampliare
pœnas, cum propter tenuitatem antiquæ à multis ſper-
nantur; & quod noua Statuta loci ſeparati condita ab
eius domino ſeruanda ſint, tradit Burſatt. *conſ. 189. ſub
num. 49.*

5 Neque tale Statutum propter applicationem † pe-
næ factam Fiſco ipſius Domini Comitis ſtatuentis, dici-
tur factum ad emulationem, vt proponitur in motiuis
Domini Superioris, qui ſibi reſeruauerat hanc pœnam
in Edicto ſup. hoc publicato, quia nedum pena indicta
ab ipſo Feudatario, ſed etiam incurſa vigore Statutorũ
Domini Superioris debetur eidem Feudatario inueſtito,
6 vt ſupra; quoniam condemnationes. † mulctę, & con-
fiſcationes ſunt fructus iuriſdictionis. Bart. Bald. & An-
gel. *in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Surd. *conſ. 227. num.*
7 6. Farinacc. *quæſt. 25. num. 103.* & ſicuti † ſpectarent
ad Dominum Superiorem, ita debent pertinere ad Feu-
datarium eius loco ſubrogatum, Rolan. *conſ. 21. nu. 23.
vol. 4.* Boſſi. *in tit. de pœnis, ſub num. 25. verſic. Hæc intel-
ligo, &c. & infra.*

8 Sicuti neque admittendum eſt, † quod proclama
Ducis Borſij prouideat in caſu fracturæ, & deriuationis
aquæ d. canalis, edictum vero Domini Comitis reſtrin-
gatur ad impedimenta tantum poſita in eodem cana-
li; quia vtique, & Edictum ipſius Domini Comitis cō-
prehendit fracturam, & deriuationem, loquitur enim
ſpecificè de quibuſdam impedimentis, deinde generali-
ter ſubdit, *ne impedire in altra maniera il corſo dell'ac-
qua di detto canale, che non habbia il ſuo facile, & natu-
ral corſo*, quæ verba profectò comprehendunt hanc fra-
cturam; quia per eam impeditus fuit ſolitus fluxus aquę
prædicti canalis, & cui conueniunt verba diſpoſitionis,
conuenit & ipſa diſpoſitio. *l. 4. § item [illegible] ff. de damn. infect.*
cum alijs apud Pariſ. *conſil. 22. num. 68. vol. 2.* Surd. *conſ.
336 num. [illegible] vol. 3.* Caſtr. *conſ. 85. num. 2. vol. 2.* Socin.
conſ. 37. num. 1. volum. 1.

9 Reſpectu quoque actus † diſpoſiti licuit edere tale
proclama; quia iuſtum, & æquum eſt, vt conſeruentur
aqueductus, & eorum iura, ſicuti ſoliti fuerunt aliqui-
bus deſeruire, imo expreſſe prohibitum eſt, & punitur
à iure contrarium, *l. 2. 3. & 4. Cod. de aqueduct. lib. 11.*
vbi *in d. l. 4.* dicitur veterem vſum aquæ longo dominio
conſtitutum ſingulis ciuibus manere debere; Et quod
10 † non liceat auertere aquam à ſolito curſu probant
quoque textus *in l. præſes, & in l. ſi manifeſte, C. de ſeruit.
& aqua.* & latè per Surd. *conſil. 447. numer. 10. cum ſe-
quentibus.*

11 Provt etiam iuri † congruit, vt ipſe præſumatur de-
liquiſſe in diuerſione aquarum, ad cuius commodum
reſultauit diuerſio, & fractura, vt eſt textus, *in leg. 2. §.
ſi quis ita in ſuo, qui § in meo libro incipit, idem labeo
ſcribit*, in illis verbis, *cum enim videri factum habere,
qui vſum eius aquæ habeatur, &c. ff. ne quid in loco publi-*
12 *co*, quem ibi ad hoc notat Albericus. † inquiens quod
ſi aliquis inueniatur habere aquam ſuper prato ſuo, quę
aqua auertatur ab aqueductu alieno, quod ipſæ præſu-
mitur auertiſſe, & puniri debet pęna Statuti, quæ eſt
prodita contra auertentes aquam alienam ad prata ſua;
& Albericum ſecuti ſunt multi, quos allegat, & ſequi-
tur Carpan. *ad Statut. Mediolani, cap. 290. part. 2.* idem
Carpan. *in cap. 309. & 312. vtrobique in littera C. d. par.
2.* & de hoc extat conſtitutio in dicto Statuto Medio-
lani, vt per Carpan. *vbi ſup.* & Menoch. *de arbitrar. ca-
ſu 462.* & in hac noſtra patria Mantuana; ſi igitur vtra-
que diſpoſitio eſt licita, & iuri communi conformis,
profectò dubitandum non eſt quin etiam ſuper hoc li-
cuerit ipſi Illuſtriſſimo Domino Comiti ſtatuere addē-
do pęnam iuris diſpoſitioni.

13 Non etiā faceſſit negotium, † quod dicitur in moti-
uis, pœnam in caſu iſto non poſſe vendicari à Feuda-
tario, quia proclama Ducis Borſij applicat eam alteri,
videlicet Cap. Regienſi, & in capitulo, de quo in pro-
ceſſu *fol. 116.* prohibet quemquam alium poſſe punire
præter ipſum Capitaneum, ac etiam obſtante conceſ-
ſione facta Communitati Regienſi, de qua *fol. 112.* quod
non videtur dubitandum licuiſſe Principi, ſiue ante, ſiue
poſt infeudationem caſtri, ad Boſſi. *in tit. de form. compet.
num. 49.* & Anchar. *lib. 3. quæſt. 81. num. 2.* vnde ſtante
reſeruatione pœnæ, non videtur, quod debeatur Feuda-
tario, per tradita à Boſſi. *de pœnis ſub num. 2[illegible]. verſic. vbi
volunt, & verſic. ſed ſi poſtquam;*

14 Reſpondetur enim, † quod aut proclama illud, &
conceſſio facta communitati, emanauit poſt infeuda-
tionem Caſtri, & tunc licet Princeps non prohibeatur
ſtatuere etiam in locis infeudatis; tamen pęnæ non poſ-
ſunt auferri Feudatarijs; Boſſi. *d. tit. de pœnis, ſub num. 25.
verſic. ſed ſi poſtquam*, & conceſſio facta Communitati
intelligenda erit de iure directi dominij, non de vtili,
iam alteri infeudato.

15 Aut emanauit ante infeudationem, & tunc applica-
tio pęnæ facta capitaneo intelligetur ſtantibus rebus in
eodem ſtatu, iuxta *l. quod ſeruus, ff. de condict. ob cauſ.*
ſcilicet donec caſtra eſſent vnita cum Ducatu, ſed illis ſe-
16 paratis mediante infeudatione † cum mero, & mi-
xto imperio, & omnimoda iuriſdictione, quæ conceſ-
ſio trahit ſecum omne genus pœnarum, & confiſcatio-
num, vt per Boſſi. *d. tit. de pœnis, ſub num. 25.* amplius
pęnæ non debentur dicto Capitaneo cum deſierint eſſe
17 quo ad vtilitatem de dominio concedentis, quo † caſu
habens vtile præfertur directo, Bal. *in l. 1. in 43. quæſt. n.
35. ff. de rer. diuiſ.* & Crauett. *conſ. 411. n. 36. in fine.* Et
conceſſio facta Communitati non obeſt, quia eſt facta
de canali Entiæ, & eius aqua, ſed dum aqua illa repe-
18 tur in alieno Territorio, & per conſequens † eſt do-
mini habentis ibi iuriſdictionem, Bart. *in l. quominus,
ſub num. 25. ff. de fluminibus*, idem *in l. cum eſſent, § per
plurium, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.* Burſatt. *conſ. 156 n.*
19 23. Surd. *conſ. 338. num. 10.* † quia aqua ſequitur ſuum
alueum, & continentem, Bal. *in cap. 1. § ſi quis de man-
ſoum ſine, de controuerſ. inueſtitur* nil reperitur conceſ-
ſum prædictæ Communitati, hoc in caſu, nec in præ-
iuditium huius Domini, nec prohibitum eum diſpone-
re, & ſtatuere de ea ad libitum.

Et quod talis conceſſio non præiudicauerit Feudata-
rijs Sancti Pauli, obſeruantia ſubſecuta demonſtrauit,
quia ipſe comes fuit comprehenſus, & adhibitus pro
iure ſuo in conuentionibus initis circa huiuſmodi aquas.

Præterea vbi verſaretur aliqua difficultas, quod nega-
tur, quo ad pęnam indictam per proclama Borſianum,
cui nam applicanda foret, certe omnis ceſſat quo
ad pęnam Edicti prædicti Domini Comitis, qui cui pro-
bari potuit augere pęnam, & illi tanquam Domino
fructuum iuriſdictionis applicari debere demonſtraui.

Præſuppoſita itaque validitate huius Edicti; & pęnæ
indictæ à prædicto Illuſtriſſimo Domino Comite Hyp-
polito, quæritur, an omnes inquiſiti debeant puniri qui-
libet ſcilicet pæna indicta, an vnus tantum, an vero
nemo?

20 Et dubitando, dicitur † in motiuis videri neminem
poſſe condemnari, quia Fiſcus Sancti Pauli non pro-
bauit eos eſſe reos fractionis, de qua in proceſſu, vnde
Fiſco non probante delictum impletum, inquiſitus ve-
nit abſoluendus, *l. qui accuſare. C. de edend. l. 2. ff. de pro-
bat.* Dec. *conſ 37. ante num. quintum, verſic. vnde commu-
nis regula, &c.* Burſatt. *conſ. 69. num. 1.*

21 Secundo vbi adeſſet † aliqua probatio, videretur pu-
niendus, vel ſolus Bartolaccius, quem ipſi inquiſiti e-
xaminati vti teſtes, quo ad alios dixerunt fuiſſe de hac
fractura diffamatum, cum hi, qui examinantur vti te-
ſtes in alios faciant inditium extra nominatos, Gramat.
22 *conſ. criminal. 14. num. 6.* & ſi † deponant de ambitu,
quia probāt contra inducentem eos, Ceph. *conſ. 65. n. 55.*
23 Farinacc. *quæſt. 62. num. 226.* † vel eſſet puniendus ſo-
lus Gaſparinus, de hoc publicè imputatus, vt depo-
nunt teſtes ad defenſam, quorum probationes quam-
uis poſſent dici imperfectæ, ſufficerent ad defenſam,
Crauett. *conſ. 2. num. 10.*

24 Tertiò, † quatenus Gaſparinus, vel Bartolaccius
non probarentur rei particulares huius criminis, non vi-
dentur

Digitized by Google

dentur puniendi omnes, qui participarunt de commo-
do aquæ detiuatæ, vigore Statuti, & præſumptionis,
quod tales ſentientes vtilitatem ex dicta aqua habean-
tur pro reis.
25 Tum quia, † vti illud habeat locum, debet prius
probari per Fiſcum, fractorem tubæ, ſeu vt vocant bri-
gnæ oon inueniri ad tradita ab Alexand. *conſ. 114. num. 2. vol. 4.* & Angel. *in Auth. vt nulli iudic. §. quoniam vero, ſub num. 3.* vbi villa non tenetur pro damno dato niſi
prius conſtet malefactorem ignorati.

Tum etiam, † quia quidā particulares prius ſenſerunt
commodum ex dicta fractura, ſcilicet nonnulli de Ca-
ſtro S. Pauli, qui habent riuum ſuperiorem omnibus in-
quiſitis pro irrigandis orizarijs continuò ſtantem aper-
tum, vt in ſeptimo capitulo probatum eſt, illud neceſ-
ſe eſt, vt aqua vigore fracturæ, detiuata in canale Bibia-
ni, prius ingreſſa ſit dictum riuum, ſeu buchettum, ſi-
cuti etia prius ea vti ſunt molendinarij Bubiani, & Bar-
chij; antequam prata aliorum irrigarentur, quo caſu
26 † præſumptio reſultat tantum contra eum, qui prio-
cipaliter commodum ſenſit ex dicta aqua, & is ſolus
puniendus eſt; quamuis alij poſtea ea gauiſi fuerint, vt
in terminis ſcripſit Menoch. *de arbitrar. caſ. 462. num. 8. & 9.* quem ſecutus eſt Carpan. *ad Statuta Mediolani, c. 290. part. 1.* Et hoc tanto magis dicendum videtur, quia
ex agris illorum de Sancto Paulo, quos inuaſit aqua
per dictum riuum ſuperiorem, ipſa deinde fluxit ad pra-
27 ta inquiſitorum; vnde † tamquam hi, qui ſenſerunt
commodum in conſequentiam, non habentur in conſi-
deratione, vt per Menoch. *ſupra citato loco.*

Tum quia homines Sancti Pauli tenentur manutene-
re aquam in canali Bubiani ad vſum hominum dicti lo-
ci, pro qua obligatione eiſdem ſoluunt centum duca-
tonos, vt in proceſſu *fol. 113.* proinde cum aqua iſta
eſſet ingreſſa canale Bubiani, non dicuntur iſti inquiſiti
quid illicitè feciſſe, cum vſi fuerint aqua, quæ eis
28 obligata erat, & quæ † per ingreſſum canalis eorum
effecta fuerat iuris d. aluei, & continentis, Bal. *in cap. 1. §. ſi quis de Manſo, in fine, de controuerſ. inueſtit.* adeo
vt potuerint ad libitum de ea diſponere tamquam ſua,
ex quo io ſuo continebatur, Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed. 6. num. 89.*

Tum demum, quia & ſi inquiſiti ſcirent aquam ca-
nalis Ducalis fluere vigore fracturæ tubæ ſubterraneæ
in ſuum Canale Bubiani, tamen vſi ſunt, ea tamquam
aqua ſui canalis, non autem vti aqua canalis Ducalis,
prout ipſi fatentur in ſuis conſtitutis, & ex quo licitè vti
poteraot aqua propria ſui canalis, potuerunt etiam vti
aliena ſuæ immixta, & veniunt excuſandi; quia aqua
29 non poteſt † ſeparari, & diuidi, niſi ratione vſus, vt
inquit Bartol. *in l. ſi partem, ſub nu. 2. ff. de ſeruit. ruſtic.*
30 *prædior.* † & nemo dicitur alteri iniuriam inferre, qui
ſuo iure vtitur, *l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniur. capit. cum Eccleſia Vulterana, extra de electione & electi poteſtat.*

31 Ego vero prædictis † non obſtantibus arbitror quē-
libet ex inquiſitis particulari pęna indicta huiuſmodi de-
linquentibus teneri, conſtat enim eos omnes vſos fuiſſe
dicta aqua, & ſciuiſſe eſſe aquam canalis Ducalis fluen-
tem in canale Bubiani, propter fracturam brignæ, ta-
leſque fracturas, & deriuationem eius aquæ prohibitam
eſſe, vt in eorum conſtitutis, & hoc admittit etiam D.
Motiuans, in fine motiuorum; proinde ſequitur, quod
32 tanquam illi, qui † participarunt de commodo præ-
dictæ aquæ, conuincantur, fuiſſe authores fracturæ, &
deriuationis illius, tam ex diſpoſitione iuris commu-
nis, vt per Albericum *in d. l. 2. §. ſi quis ita in ſuo, ff. ne quid in loco publico,* & alios allegatos per Carpan. *ad Statuta Mediolan. in d. cap. 290. part. 2.* tum vigore pro-
clamatum ita diſponentiū, hæc enim eſt præſumptio iu-
33 ris, † vt inquit Alciat. *in conſ. 100. ſub num. 7. libr. 5.*
34 *olias eſt conſ. 357. ſub num. 5.* quæ † ob id dicitur liqui-
diſſima probatio, *l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* latè Rum.
conſ. 223. num. 3. vol. 1. quæ præſumptio eo magis fit ve-
riſimilis; quia fractura contigit in fine menſis Iulij, quo
tempore maxima eſt ſiccitas, vbique; ſed præcipue in

dicto canali Bubiani, quod multoties caret aqua, vnde
cum canale Ducale detiuans à flumine Entiæ, tanquam
ſuperius, prius etiam ingurgitet aquas; ita quod non
poſſint peruenire ad os canalis Bubiani tempore ſiccita-
tis, ſit veriſimile, vt illi de Bubiano carentes aqua fre-
gerunt tubam exiſtentem ſub canali Ducali, & mediā-
te fractura exceperint, & detiuauerint alienam aquam
in proprium canale.
25 Et propterea tamquam plures delinquentes † quili-
bet eorum tenetur inſolidum pęna indicta, nec ſufficit
pęna vnica pro omnibus, *l. 1. C. de condict. furtiu. l. ſi quis id quod, in fine, cum leg. ſequent. ff. de iuriſd. omni. iudic.*
Bonifat. de Vitallinis, *in tract. de maleſic. in tit. de damno dato, nu. 75.* Boſſi. *in titul. de pœnis ſub n. 2. & 3.* Gomeſ.
variar. reſolut. lib. 3. cap. 1. n. 88.
36 Quamuis proclamata † puniant in numero ſingula-
ri illum, qui deliquerit, & repertus fuerit percepiſſe cō-
modum ex aqua deriuata, nam comprehendunt etiam
& afficiunt plures delinquentes, *l. 1. d. §. item hoc edi-
ctum, ff. quod falſo tutor. auth. l. in vſu* vbi hoc notat Re-
buff. *in 3. notabili, ff. de verb. ſignificat.*
37 His ita firmatis, non obſtant, quæ in oppoſitum cō-
ſiderata fuerunt; Quandoquidem ad primum arguoiē-
tum, quod inquiſiti ſint abſoluendi cum Fiſcus non
probauerit eos eſſe reos huius criminis, reſpondetur, ex
quo conſtat de corpore delicti, & ipſos vſos fuiſſe dicta
aqua, ſufficienter probatū eſſe eos authores, ſeu partici-
pes fuiſſe delicti, vigore præſumptionis iuris communis
& diſpoſitionis proclamatis, de qua paulo ſupra dictum
eſt.
38 Secundum fundamentum † quod puniendus ſit tan-
tum Bertolaccius vti de hac fractura diffamatus, remo-
uetur; quia non eſt probata hæc diffamatio, nec iſtud
delictum commiſſum fuiſſe ab eo, de hoc enim ſolum-
modo deponunt ipſi inquiſiti, quibus nulla omnino fi-
des adhibetur, vti atteſtantibus in cauſa propria, & ad
ſuimet exonerationem, *l. nullus, ff. de teſtibus, l. omni-
bus, C. eod. tit.* Farinacc. *de teſtib. quaſt. 60. numer. 2. & 3.*
alias enim ſemper inquiſiti nominarent alium authorē
delicti, de quo imputantur, & ita impune euaderent;
quod quam ſit abſurdum norunt lipi, & tonſores.
39 Et quod dicebatur reos examinatos vti teſtes † in
alios facere inditium contra nominatos, procedit, quo
ad grauandum, & onerandum complices eiuſdem cri-
minis vna cum ipſis reis, ſed non ad hoc, vt ipſi nomi-
nantes alium liberanter, indeve probetur eorum inno-
centia.
40 Remouetur quoque, † quod dicebatur de Gaſpari-
no, quem teſtes ad defenſam dicunt fuiſſe de hoc publi-
cè imputatum, ſiquidem omiſſo, quod fama iſta non eſt
formiter probata, dico eam inductam fuiſſe, ſub falſo,
& erroneo prætextu; vt .n. dicunt teſtes met ad defenſā
hæc fama ortum habuit à fuga Gaſparini, dum Officia-
les Sancti Pauli conati ſunt carcerare eum hac de cauſa,
vnde ſi nonnulli argumeotati ſunt ipſum fuiſſe fractorem
tubæ, quæ argumentatio vtique fallaciſſima eſt, nam
volebant carcerare eum propter hoc delictum, vti vnum
ex complicibus delicti, ſicuti etiam carceraſſent cęte-
ros omnes, non autem vti ſolum authorem illius, &
ob id tamquam orta à falſa cauſa nullum operatur effe-
ctum, Farinacc. *quaſt. 47. num. 34.*
41 Sicuti nec eſt attendenda, cum ortum habuerit poſt li-
tem motam, vt patet ex teſtibus ad defenſam, qui di-
cunt hoc fuiſſe poſt menſem à commiſſo delicto, &
tamen ſtatim poſt illud captum eſt iudicium, & colligi-
tur quoque ex ipſiſmet inquiſitis, qui de hac nihil di-
cunt io ſuis conſtitutis; argumentum efficax eam fuiſſe
excitatam multo poſt iſtam querelam, quo caſu, vt di-
xi non habetur in conſideratione, idem Farinacc. *d. q. 47. num. 172. & 173.*
42 Ad tertium argumentum, † & primo, ad id quod
dicebatur non poſſe puniri inquiſitos, niſi prius conſti-
to, quod non reperiatur auctor delicti, reſpondeo illud
procedere in villa, quæ tenetur occaſione damni dati in
ea, non ex eo quia ipſa præſumatur deliquiſſe, ſed ob

Digitized by Google

negligentiam; hoc in caſu debet prius conſtare aucto-
rem delicti non reperiri, & ita loquuntur Alex. & An-
gel. in oppoſitum allegati, ſed in ſpecie noſtra, ex quo
commodum aquæ ſentientes præſumuntur commiſiſſe
delictum, non eſt neceſſe præſupponere alium delin-
quentem, niſi probetur ab ipſis; Præterquamquod
43 † ſatis dicitur probatum, alium authorem non reperi-
ri, cum oppoſitum exaduerſo non demonſtratur, de
quo modo probandi negatiuam, latè agit Pacian. *in
tractat. cui incumbat onus probandi, lib. 1. cap. 46.*
44 Non reſiſtit quoque, † quod illi tantum, qui prin-
cipaliter ſenſerunt commodum aquę, veniant puniendi;
& ob id puniri debeant illi de Sancto Paulo, vel Molen-
dinarij tantum, & non alij; nam quo ad illos de Sancto
Paulo, qui habent riuum ſuperiorem in canali Bubiani;
reſpondetur contra eos non militare præſumptionem
fracturæ, etiam quod ex illa aqua commodum ſenſiſ-
ſent, quia abſque fractura, & delicto poterant vti eadē
aqua fluente in proprio Canali Ducali, vt mihi ſup-
45 ponitur in facto; vnde † non eſt veriſimile quod vo-
luerint conſequi cum delicto id quod licitè, & iure pro-
prio habere poterant, ad tradita à Maſcard. *concl.* 532. *n.*
22. & quando alia coniectura vrget in contrarium, tunc
quis ex commodo aquæ non præſumitur deliquiſſe in
deriuatione illius, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 462. *ſub nu.* 9.
verſ. Hac autem præſumptio, &c.

Quo verò ad Molendinarios, dicitur illos eſſe valde
inferiores; ideo commodum aquę veriſimiliter etiam
principaliter perueniſſe ad alios inquiſitos ſuperiores, vt
deducit D. Corradus.

46 Sed vbi † aliqui prius, & non omnes eodem tempo-
re participaſſent de hac aqua, adhuc dico, quod quili-
bet eorum eſſet puniendus, non obſtante doctrina Meno-
chij, *in d. caſ.* 462. *num.* 8. *&* 9. & Carpan. *in d. c.* 290. *p.*
3. quia illa procedere poteſt, vt loquuntur ipſi, quando
aqua ſine aliquo facto hominis, poſt eum, qui principa-
liter ſenſit commodum per ſe fluens irrigauit etiam a-
gros aliorum; ſed vbi alij vicini foderunt riuos, & ape-
ruerunt viam aquæ, incidendo aggeres, vt poſſet deue-
nire ad ſuos agros, & hoc fecerunt non multo poſt fra-
cturam, ſicuti hæc omnia contigerunt in caſu iſto, tunc
licet non fuerint primi ad ſentiendum commodum, ni-
47 hilominus † puniri debent, & afficiuntur eadem præ-
ſumptione delicti; quia eo caſu non dicuntur carere
dolo, vt in fortioribus terminis, inquit Menoch. *d. ca-*
48 *ſu* 462. *ſub n.* 9. eum non carere † dolo, & debere pu-
niri, qui non clauſit ſuos riuos, ne aqua ingrederetur
eius agros, multo fortius igitur eſt in dolo ille, qui eos
iam clauſos ſcienter reſerauit, vt aliena aqua ingredi
poſſet; quia certum eſt maius eſſe delictum in commit-
tendo, quam in ommittendo.

49 Et quod Menochius loquatur, † quando is, qui in
conſequentiam ſentit commodum, non adhibet ali-
quod factum extrinſecum; ſed per ſe aqua fluit in eius
agros, patet, quia vult, quod primus teneatur claudere
riuos, ne dicatur in culpa, in alijs verò ad quorum præ-
dia ex illo primo defluit aqua, non poſtulat hanc diligen-
tiam, & ſic ſupponit vtroque in caſu viam eſſe apertam
aquæ.

50 Præterea Menochius loquitur, † quando aqua de
agro vnius ſucceſſiuè prouenit ad alium; tunc in-
quit, puniendum eſſe ſolum illum primum; At vbi non
ſucceſſiuo ordine, & per quandam conſequentiam, vt
ipſe loquitur, de vno in alium profluit, ſed principaliter
vniuſcuiuſq; agrum per particularem viam, ſecus ripam
fluminis, vel canalis, licet diuerſo tempore ingreditur,
tunc non negat Menochius, quin omnes ſint punien-
di.

51 Nec turbat, † quod dicebatur, aquam ex orizarijs
illorum de Sancto Paulo, quia habent riuum ſuperiorem
deriuaſſe in agros inquiſitorum; quia hoc eſt falſiſſimum,
tum quia conſtat ex eorum conſtitutis, ipſos aperuiſſe
ſuos riuos; tum etiam quia inter illos de Sancto Paulo,
& hos inquiſitos intercedit ager eius craſſitudinis, vt
52 non potuiſſet aqua ab illis ad iſtos prolabi, prout † ex
inſpectione oculari dignoſci poteſt, quæ ſuperat omne
genus probationum, vt per Maſcard. *in ſuis quæſtionib.
ante concluſiones, quæſt.* 8. *per tot maxime num.* 3. 4. *&* q.
17. *num.* 58.

53 Quod penultimo loco obijciebatur, homines † San-
cti Pauli obligatos eſſe manutenere aquam in canali Bu-
biani, & ideo non feciſſe illicitè, vtendo aqua, quæ eis
obligata erat, remouetur primo; quia ſunt obligati tā-
tum dare aquam illam, quæ fluendo per flumen Entiæ
præterit os canalis Ducalis, & peruenit ad os canalis Bu-
biani inferiori ab illo ducali, ſed non tenentur dare de
illa, quæ iam ingreſſa eſt ipſum canale Ducale, & pro-
pterea non habebant aliquod ius in illa, quamuis deue-
54 niſſet in territorium, & Canale Bubiani, quia † non
erat effecta illorum, tamquam cum iniuria, & dolo eo
deductam, *l. præſes, & l. ſi manifeſtè, C. de ſeruitutibus, &
aqua*, cum alijs allegatis ſupra *verſic. Reſpectu quoque
actus diſpoſiti, &c.*

54 Præterea † vbi ius habuiſſent in dicta aqua, debebant
etiam via iuris petere, non autem furtiue, & cum deli-
cto authoritate propria ius ſibi dicere, arg. *l. ſi quis in tā-
tam, C. vnde vi* Gabr. *conſ.* 149. *nu.* 21. *volum.* 2. & in ſpe-
cie tradit Alciat. *in d. conſ.* 100. *circa finem, lib.* 5.

56 Reſoluitur deniq; † id quod vltimo loco deductum
fuit, non eſſe culpandos iſtos inquiſitos, cum licitè po-
tuerint vti aqua propria, & ratione indiuiduitatis coa-
cti fuerint, etiam vti aliena, qua tamen non intende-
bant vti, ſed tantum propria; namq; cum ſcirent in ſua
adeſſe alienam, non naturaliter, ſed mediante delicto,
tenebantur à tota ſe abſtinere, *l.* 1. *§. item quæritur, ff. de
aqua quotid. & æſtiu.* Cepoll. *de ſeruit. ruſtic. prædior. c.* 4.
num. 68. Veggi. *conſ.* 1. *n.* 81. Menoch. *conſ.* 43. *nu.* 4. 8. *&
ſub n.* 9. *verſ. non obſtat ſecūdum, & verſ. non obſtat tertiū.*

Et ſentit in terminis idem Menoch. *d. caſ.* 462. *ſub n.* 9.
dum inquit habentes prædia vicina ripæ fluminis, ſi ſciāt
adeſſe aquas illicitè deriuatas, teneri claudere ſuos riuos
ne illæ ingrediantur, quærendo omni diligentia, ne, ſe,
& Principem lædant.

57 Qua pęna autem puniendi ſint † iſti inquiſiti; dico,
Vtriuſque proclamatis, quia vnum per aliud non cenſe-
tur ſublatum; vnde ſi ob vnicum maleficium, vnum Sta-
58 tutum † imponat pęnam librarum mille, & aliud libra-
rum quingentarum tantum; adhuc non obſtante hac
taxatiua, vtraque pęna habebit locum; multo magis, er-
go in caſu iſto, in quo non adeſt taxatiua; ita Bart. *in leg.
ſi quis ita, §. cum tacito, ff. de adimend. legat.* Imol. *in l. ſi ve-
rò, §. de viro, n.* 14 *ff. ſolut. matrim.* Alex. *in l. ſi conſtante,
in princ. n.* 6. & ibi Crott. *nu.* 58. *in prima lectura, ff. eod.
tit.* Corn. *conſ.* 172. *num.* 4. *volum.* 4. & pulchrè Dec. *conſ.*
110, *n.* 4. Viuius *opin.* 758.

59 Et tradit Albericus per illum text. † *in l. quoties, ff. de
action. & obligat.* quod vnum Statutum non tollit pę-
nam antiquam delicti alia lege cautam, quando ſunt
diuerſæ, & vna maior altera, quod ſcribit etiam Felin.
in cap. cum olim, num. 2. *extra de Iudic.* Marſil. *in præ-
ctic. in §. quæritur, num.* 9. 10. *&* 16.

Vtraque autem hæc pęna cum ſit de fructibus iuriſdi-
ctionis, applicanda erit Illuſtriſſimo Domino Comiti, ad
quem tales fructus ſpectare, ſupra demonſtraui.

60 Vbi verò † alterius tantum proclamatis pęna impo-
nenda eſſet; tunc deberent puniri pęna proclamatis præ-
dicti Illuſtriſſimi Domini Comitis, tamquam maiori, &
tamquam editi poſtremo loco, cum obſeruanda ſint
Statuta edita poſt ſeparationem Caſtri à Ducatu, Bur-
ſatt. *conſ.* 189. *ferè per tot. maxime, ſub num.* 49. & quod
61 particularia † loci ſint ſeruanda, ommiſſis Statutis lo-
ci, & Ciuitatis dominantis, ſcribunt etiam Bertaz. *con-
ſil. crimi.* 9 *num.* 1. Raudenſ. *conſ.* 32. *num.* 10. *vol.* 2. Mo-
rot. *conſil.* 89 *numer.* 10. Burſatt. *dict. conſil.* 189. *num.*
37. *&* 41.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An inueſtitus de feudo permittens alium inueſtiri in eodem, ſibi, præiudicet, nec ne; An nouus inueſtiens ex eo actu acquirat aliquod ius; & de huius conceſſionis vi, interpretatione, & effectu. De contractu conditionali, & puro; ad effectum iuris quærendi. De ſucceſsione collata poſt mortem alicuius. De mortis cauſa capione, & eius effectu. Aliqua de laudemijs; & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Qui de feudo ad ſe ſpectante alium permittit inueſtiri, ſibi præiudicat.*

2 *Donatio facta alicui cum pacto vt poſt certum tempus deueniat ad Eccleſiam, poteſt reuocari antequam veniat illud tempus. Niſi tempore donationis acceptet quis eam nomine Eccleſiæ, eſt enim irreuocabilis. Et nu. 3. & 4. Sed vid. num. 53.*

5 *Ius alteri quæſitum non poteſt facto tertij auferri, etſi per eum illud ſit quæſitum.*

6 *Ius de futuro, in ſpe probabili non poteſt alieni auferri, etſi non ſit de præſenti.*

7 *Donatio de præſenti cum pacto quod non habeat effectum niſi poſt mortem, eſt pura, licet differatur exactio.*

8 *Feudum, & emphyteuſis acquiſita à patre pro ſe, & filijs nomine proprio ſpecificatis, poſſet alteri in præiudicium ipſorum.*

9 *Conſuetudo alienandi feuda, derogat iuri feudali non alienandi; non autem pacto contrahentium.*

10 *Conſuetudo talis debet ſemper probari in caſu de quo agitur.*

11 *Alienatio facta à grauato, cenſetur facta in fraudem vocatis; quare nil præiudicat.*

12 *Feuda, de Mantuæ conſuetudine, alienari poteſt, accedente conſenſu domini, non obſtante præiudicio inueſtiti.*

13 *Idem procedit in bonis emphyteuticis.*

14 *Habet locum talis facultas, etiam irrequiſito vaſallo, cui præiudicatur.*

15 *Acquiſita cenſetur inueſtitura iuxta conſuetudinem loci.*

16 *Quæ ſunt de natura conſuetudinis, tacitè inſunt, ac ſi eſſent expreſſa, & num. 55.*

17 *Per ſpecialem conuentionem neque cenſetur receſſum à beneficio Statuti generalis, nec à conſuetudine.*

18 *In dubio ſemper cenſetur conceſſum quod minus eſt.*

19 *Actus hominum non præſtant coniecturam voluntatis, niſi quatenus neceſſario inferunt.*

20 *Donatio, & cæteri contractus regulariter ſunt ſtricti iuris.*

21 *In contractibus ſtricti iuris non venit niſi quod eſt expreſſe deductum; Vel quod venit in neceſſariam conſequentiam, & num. 22.*

23 *Fit interpretatio vt quis minus obligetur quam ſit poſſibile.*

24 *Sufficit in paucis ſeruiuiſſe amico.*

25 *Melius eſt habere aliquid quam nihil, & magis aſinum in ſtabulo, quam ſtabulum vacuum, & nu. 26.*

27 *Semper præſumitur renunciatum vni ex iuribus, non omnibus.*

28 *Feudum in aliquibus alteratum, in cæteris retinet ſuam naturam.*

29 *Reſoluuntur obiecta, & nu. 33. & 36.*

30 *Qualibet diſpoſitio, & conuentio etiam iurata, intelligitur, rebus in eodem ſtatu manentibus.*

31 *In feudorum ſtipulatione intelligitur clauſul.* Stante noſtra conſuetudine.

32 *Inueſtitus nomine filiorum, & hæredum cenſetur ſolum inueſtitus ad eius vitam, cum onere reſtituendi alijs inueſtitis.*

34 *Conſuetudo alienandi feuda, habet locum in præiudicium paciſcentium.*

35 Decius conſ. 207. *reprobatur.*

37 *Recipiens aliquid per mortem alicuius, dicitur mortis cauſa capere.*

38 *Mortis cauſa capio eſt ad libitum reuocabilis.*

39 *Conceſſio de feudo, quod alius tenet, non valet, niſi de aſſenſu inueſtiti.*

40 *Vaſallus ita aſſentiens non infert ſibi præiudicium, ſed ſolum confirmat ius noui Vaſalli.*

41 *Actus Conditionalis ſuſpenſiuus, puta poſt alicuius mortem, nullum ius producit. Item cum habet clauſul.* Quam noluit ſortiri effectum, niſi &c. *& nu. 42.*

43 *Ideo poteſt à concedente ſemper reuocari; etiam inuito beneficiato.*

44 *Verbum,* Hæredibus, *in materia feudali, & emphiteuſis, Eccleſiaſtica intelligitur de filijs.*

45 *Conceſſio feudi, viuente alio antiquiore, cenſetur ſolum cum per mortem, & defectum legitimi ſucceſſoris, feudum reuertatur ad dominum.*

46 *Succeſſio collata poſt mortem alicuius, intelligitur, ſi ipſe filios non habuerit.*

47 *Conceſſio facta poteſt reuocari per ſuperuenientiam liberorum.*

48 *Diſpoſitio* l. ſi vnquam, C. de reuocand. don. *obtinet & in vniuerſali, & etiam in particulari donatione, & in re feudali, & num. 49.*

50 *Cum certa, & probabilis non eſt ſpes, actus, & diſpoſitio eſt conditionalis.*

51 *Reſoluuntur contraria in propoſito caſu, Et numer. 55. 57. & 58.*

52 *Quando quis ſcit ius ſuum durare, & conſentit alium inueſtiri, ſibi non præiudicat.*

53 Bartol. *Doctrina* in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. obl. *declaratur.*

54 *Ius non quæſitum, ſed quærendum ſub conditione ſuſpenſiua, poteſt reuocari ab eo ex cuius parte prouenit.*

56 *Conceſſio ſi deceſſerit ſine liberis, eſt conditionalis, ex qua nullum ius quæritur.*

57 *Filij cum patre inueſtiti, vno, & eodem tempore habent ius ſimul cum patre.*

59 *In contractu conditionali lucratiuo, dum non dicitur acquiſitum ius parti, licita eſt reuocatio.*

60 *Qui facit quod ſibi ſine fraude facere licet, non dicitur fraudare.*

61 *In dubio facienda eſt interpretatio ad excluſionem fraudis. Niſi probetur ab allegante, & nu. 62.*

63 *Laudemia data ab inueſtito non reſtituuntur ſine cauſa.*

64 *Non eſt locus repetitioni rei datæ ad obtinendum aliquid quod dans eſt conſecutus.*

65 *Exiſtens de loco præſumitur contrahere cum ſcientia conſuetudinis eius loci.*

CONTROVERSIA DLXXXI.

NOn vulgaris (vt mihi videtur) eſt præſens quæſtio, in qua dubitatur an Illuſtris q. Dominus Federicus de Pratis, qui vendiderat prædium partim feudale Epiſcopatus, & partim emphyteuticum Capituli Sancti Petri, reſeruato ſibi ſubdirecto dominio cum licentia dominorum, donec ſatis factus eſſet de pretio, & qui in illius recuperatione ob defectum ſolutionis pretij, conſenſit imo, curauit vt vnà ſecum in ſolidum inueſtiretur Dominus Aloyſius Toſabetius nepos ex ſorore, alias non comprehenſus, ambobus præſentibus, & acceptantibus pro ſe, & cuiuſlibet eorum hæredibus ex eis legitime deſcendentibus; ille auctoritate renouatæ, iſte vero nouæ conceſſionis, cum hoc tamen, & non aliter, nec alio modo, quod dicta inueſtitura non prodeſſet, nec haberet aliquem effectum quo ad perſonam D. Aloyſij niſi poſt mortem d. Domini Federici, qua demum ſecuta, poſſet propria auctoritate inſiſtere, & permanere

in

in poſſeſſione d. prædij) potuerit ante mortem valide vendere illud cum licentia dominorum, in præiuditium ipſius Domini Aloyſij, ita quod nunc defuncto auunculo ſine filijs, nequeat illud recuperare.

Prima facie videretur dicendum iuſtam eſſe prætenſionem ipſius Domini Aloyſij, quod talis alienatio fieri non potuerit in ſui præiuditium; quoniam Dominus Fe-
1 dericus conſentiendo de feudo † ad ſe ſpectante inueſtiri nepotem, ſibi præiudicauit, ita quod nequiuerit amplius auferre illi ius huius comprehenſionis, *cap. 1. §. præterea, quib. mod. feud. ammittatur*, & ibi poſt Gloſs. cæteri ſcribentes, Deci. *conſ.* 389. *ſub num.* 8. Surd. *conſ.* 399. *num.* 21. Intrigliol. *de feud. centur.* 2. *art.* 45. *num.* 35. Roſental. *de feud. cap.* 9. *concl.* 78. *& cap.* 10. *concl.* 45. *num.* 16.

2 Secundo facit, quia, & ſi donatio † facta alicui cum pacto quod poſt certum tempus perueniat ad eccleſiam, poſſit reuocari à donatore in præiuditium eccleſiæ, antequam aduenerit dictum tempus, vt eſt communis concluſio, Bartol. *in l. qui Romæ, §. Flauius, ſub num.* 1. & ibi Aretin. *ſub num.* 9. *colum.* 2. Alex. *num.* 8. *&* 9. Soc. patruus, *num.* 10. Iaſ. *num.* 14. Zazi. *num.* 7. Alciat. *num.* 31. *ff. de verbor. oblegat.* Clar. §. *donatio q.* 17. vbi de ma-
3 gis communi, attamen † ſi aliquis fuerit præſens nomine Eccleſiæ, & acceptauerit, tunc redditur irreuocabilis diſputatio, ita limitant communiter doctores prædictam Bartoli doctrinam, & inter alios Iaſ. *in dict. §. Flauius, num.* 19. poſt alios, quos ibi refert Roland. *conſ.* 19. *num.* 19. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 305. *num.* 14. Roſental. *de feud. cap.* 6. *concl.* 69. *num.* 31. per text. *in leg. cum maritus, §. finali, ff. de pact. dotalib.* cum igitur Dominus Aloyſius fuerit præſens huic inueſtituræ, & acceptauerit hanc commoditatem fruendi beneficio illius poſt mortem Domini Federici, non potuit ei auferri quamuis nondum adueniſſet tempus.

4 Quam limitationem in † materia noſtra ſine dubio admittit Surd. *d. conſ.* 301. *ſub nu.* 40. *&* 42. quando pactum fuit factum ad fauorem extranei, non exiſtentis in poteſtate promiſſoris, ſeu ſtipulatoris. vt in caſu noſtro.

5 Ius enim alicui quæſitum facto † tertij non poteſt nec ab eo, cuius occaſione illi quæſitum eſt, ei auferri, *l. final.* vbi latè Iaſ. *num.* 2. *ff. de pactis*, Socin. Iun. *conſ.* 234. *num.* 7. *vol.* 3. Tiraquel. *de retract. conuention. §.* 1. *gl.* 7. *num.* 21. *&* 22. Peregr. *conſ.* 8. *ſub n.* 48. Schrader *de feud. part.* 10. *ſectio.* 12. *num.* 97.

6 Nec dicatur quod nullum ius erat † quæſitum Domino Aloyſio, cum pactum inueſtituræ ſtet quod illa non habeat aliquem effectum quo ad perſonam ipſius Domini Aloyſij viuente Domino Federico, quia verum eſt non habuiſſe aliquod ius de præſenti, attamen propter conuentionem ſuccedendi poſt mortem d. D. Federici, dicebatur habere ius de futuro in ſpe, & quidem probabili, adeo vt ei auferri non poſſet. Bartol. *in leg. is poteſt, num.* 12. *ff. de acquir. hæred.* Menoch. *conſ.* 108. *nu.* 60. 63. *&* 64. *& conſ.* 211. *num.* 97. *cum ſeqq.* Alex. *conſ.* 187. *num.* 13. *volum.* 5. Pedroc. *conſ.* 40. *num.* 295. Laderch. *conſ.* 28. *ante nu.* 11. *verſic. Nunc aliqua de ſpe, &c.* Mantic. *lib.* 11. *tit.* 11. *ſub num.* 3. Peregr. *de fideic. artic.* 23. *num.* 62. *&* 65.

7 Tertio conceſſio iſta huius † inueſtituræ de præſenti, cum pacto quod non haberet effectum niſi poſt mortem Domini Federici, dicitur pura, cum certum ſit eum moriturum, non autem conditionalis, & ſtatim obligatio habet effectum licet differatur exactio, & propterea etiam ſit illico irreuocabilis. ita ſcripſit Oldrad. *conſ.* 139. *in princip.* quem latius declarando explicant Riminal. Iun. *conſ.* 529. *ſub num.* 53. & in eadem cauſa Menoch. *conſil.* 388. *num.* 24. Decian. *conſil.* 1. *numer.* 29. *volum.* 4.

8 Quarto, quia feudum ſeu † emphyteuſis accepta à patre pro ſe, & filijs nomine proprio ſpecificatis, & nominatis, non poteſt ab eo alienari in præiuditium illorum, vt de feudo tradit Clar. *in §. feudum q.* 41. *ſub nu.* 2. Ioan. Thom. de Marin. *in tract. de feud. titul.* 3. *num.* 17. Laderch. *conſ.* 1. *ſub num.* 6. *& de emphyteuſi*, idem Clar. *§. emphyteuſis, q.* 16. *ſub num.* 1. *verſic. Bene verum eſt quod ſi inueſtitura, &c.* ita ergo cum Dominus Aloyſius fuerit nomine proprio inueſtitus, non potuit Dominus Federicus illi aliquo pacto præiudicare alienando.

9 Non obſtat quod prædicta † videantur procedere regulariter, non autem ſtante notoria Mantuæ conſuetudine alienandi feuda, & bona emphyteutica; Quia replicari poteſt, conſuetudinem hanc derogare iuri feudorum prohibenti alienationem, ſed tamen non tollere prouiſionem hominis, & ſic non operari vt poſſit fieri alienatio in præiuditium eorum qui ſibi pacto prouiderunt circa comprehenſionem, & ſucceſſionem Dec. *conſ.* 207. *alias eſt conſ.* 208. *ante num.* 7. *verſic. & per hoc reſpondetur ad illud, &c.*

10 Præterea conſuetudo debet † probari particulariter, in caſu de quo agitur, vt de hac ipſe loquẽs tradit Gabr. *conſ.* 81. *num.* 25. *vol.* 2. Roſental. *cap.* 9. *concl.* 58. *ſub nu.* 38. late Menoch. *conſ.* 226. *num.* 40. *cum ſeqq.* at licet conſuetudo noſtra regulariter concedat alienationem etiam in præiudirium comprehenſorum; attamen quod habeat locum quando quis particulari pacto ſibi prouidit, vt poſt mortem primi inueſtiti, feudum ad ſe perueniret, & poſſet inſiſtere in eius tenuta, hoc non reperitur traditum ab his qui hac de conſuetudine egerunt; ergo ea non probata hoc in caſu, non poteſt fieri fundamentum ſuper illa.

11 Quinto, & vltimo cum † paucis diebus antequam moreretur Dominus Federicus grauiter ægrotans alienauerit hoc prædium, præſumitur id feciſſe in fraudem Domini Aloyſij, & ob id alienatio ei non præiudicat, Gabr. *conſ.* 81. *num.* 79. *vol.* 2. Menoch. *conſ.* 226. *per tot. maxime num.* 69. Burſat. *conſ.* 165. qui omnes in terminis reſponderunt in eadem cauſa in hac patria vertente.

12 Cæterum re ipſa diligentius † perpenſa, contrariam ſequor ſententiam tamquam veriorem, & probabiliorem, quod licuerit Domino Federico alienare hoc prædium, abſque eo quod poſſit reuocari à Domino Aloyſio; Et moueor, quia de conſuetudine notoria Mantuæ, feuda alienari poſſunt accedente conſenſu domini in præiudicium vocatorum in inueſtitura, & quibus ius in ſpe ſuccedendi de futuro eſt acquiſit. de qua (vltra quod numquam de ea dubitatam eſt in hac patria) teſtantur Curt. Iun. *conſ.* 171. *ante num. prædictum*, Cephal. *conſ.* 272. *numer.* 34. Burſat. qui multos allegat. *conſ.* 29. *n.* 1. *& conſ.* 40. *num.* 1. *& conſ.* 82. *num.* 3. *& conſ.* 165. *nu.* 1. Menoch. *conſ.* 226. *nu.* 1. Surd. *conſ.* 105. *ſub num.* 15. Intrigliol. *de feud. cent.* 2. *artic.* 7. *num.* 163.

13 Quæ conſuetudo ne dum viget † in feudis, ſed etiam in bonis emphyteoticis, vt quotidie obſeruari videmus, & teſtatur etiam Burſat. *conſ.* 127. *num.* 52. & ne dum cum bonis recognitis à laicis ſed etiam eccleſiaſticis, Intrigliol. *d. artic.* 7. *ſub nu.* 167.

14 Eo habet locum etiam penitus † irrequiſito vaſſallo comprehenſo, & cui præiudicatur, Pariſ. *conſ.* 14. *ſub n.* 4. *vol.* 1. Burſat. *conſ.* 76. *num.* 51.

Igitur ſtante dicta conſuetudine, potuit Dominus Federicus alienare fundum, quamuis quæſitum fuiſſet ius in ſpe D. Aloyſio. ſuccedendi in eo, quia in inueſtitura
15 iſta cenſetur continere † hanc facultatem, vt feudum illud poſſet alienari iuxta conſuetudinem, in præiuditium futurorum ſucceſſorum, Curt. Iun. *conſ.* 171. *ſub nu.* 4. *verſic. ex præmiſſis*, infert Paril. *conſ.* 13. *num.* 27. *&* 29. *vol.* 1. Anguil. videndus, *conſ.* 26. *num.* 286. 287. *&* 288. & bene Surd. *conſ.* 382. *ſub num.* 17. *&* 20. *vbi num.* 19. poſt multos generaliter probat, feudum ſemper cenſeri conceſſum ſecundum conſuetudinem, ſuam Schrader, *part.* 5. *cap.* 2. *num.* 45. & ſecundum conſuetudinem con-
16 trahentes ſemper contraxiſſe intelliguntur ac tacite † inſunt quæ ſunt de natura conſuetudinis, ac ſi expreſſa fuiſſent, *l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de ædilitio edict. l. ſi prius, §. recte placuit, ff. de aqua pluuia arcend.* Surd. pulchrè *conſ.* 198. *nu.* 7. 8. *&* 9. *& deciſ.* 223. *ſub num.* 10. Purpur. *conſ.* 238. *num.* 14. Schrader. *de feud. part.* 10. *ſection.*

Digitized by Google

ction.4. ſub num.96. Io. Franc. de Pont. *conſ. 53. num. 17.*
Burſat. *conſ. 256, num. 14.* Gama. *deciſ. 222. ſub num. 8.*
Pariſ. de Puteo, *de reintegr. feudor. cap. 36. num. 4. & cap.*
163. num. 4. Beret. *conſ. 25. num. 6.* Honded. *conſ. 52. nu.*
17 *26. vol. 1.* & ſicuti † per ſpecialem conuentionem nunquam in dubio cenſetur receſſum à beneficio ſtatuti generaliter inducto, Roman. *conſ. 121. num 2.* ergo nec à
conſuetudine.

Idque eo magis dicendum, quia cum non ſit particulariter ſuper hoc prouiſum in contrarium, & diſputatio
iſta ſatis dicatur operari; faciendum vt Dominus Aloyſius eſſet de comprehenſis in iſtis bonis, abſque eo quod
Dominus Federicus priuauerit ſe facultate, & potentia
alienandi illa, ſecundum conſuetudinem patriæ, cenſe-
18 tur conceſſa. † quia actus hominum non præſtant coniecturam voluntatis, niſi quatenus neceſſario inferunt,
l. final. C. ne vxor pro marit. l. 1. §. ſi quis hoc interdictum,
ff. de itiner. actuque priuat. Bartol. *in l. Titium, & Meuium, §. altero, ff. de administr. tutor.* Dec. *in c. ſollicitudinem, de appellat.* Bart. *in l. tacita ſocietas, C. comm. di-*
19 *uidund.* idque minus eſt † in dubio, Iſern. *in cap. 1. nu.*
6. qui ſucceſſor. teneant. art. 1. vbi qui dicit plus datum
probare debet, Honded. *conſ. 91. num. 32. vol. 1.* quia
20 donatio ſicuti, † & cæteri contractus ſunt ſtricte iuris,
21 & ideo in ea † nihil venit quod non ſit expreſſe deductum. Beret. *conſ. 14. num. 5.* Rimin. Iun. *conſ. 491. n. 21.*
22 vel † quod non veniat in neceſſariam conſequentiam.
Peregr. *artic. 52, ſub num. 24. & 25.* ſed ea fit interpreta-
23 tio vt quis † minus obligetur quam ſit poſſibile. Nat.
conſ. 163. num. 6. Rimin. Iun. *conſ. 504. num. 12.* vt enim
alias dicebat Gloſſa, *in l. tutor, C. de negot. geſtis,* & Corn.
24 *conſ. 295. num. 7. volum. 1.* ſufficit ſi † etiam in paucis
25 amici voto obſequamur, & melius † eſt habere aliquid, quam nihil, vnde Io. de Plat. *in l. vt quiſque, C. de*
26 *omni agnodeſſet. lib. 11.* dicit quod melius † eſt habere
aſinum in ſtabulo, quam ſtabulum vacuum, & ideo
27 cenſetur † ſemper renunciatum vni ex iuribus tantum,
& non omnibus, Abba. *conſil. 146. num. 13. & conſ. 227.*
num. 2.

28 Ad quod confert quod dici ſolet, feudum † in aliquibus alteratum in alijs retinere ſuam naturam, *cap.*
vnic. de feud. non habente propriam naturam, Siluan.
conſ. 42. num. 5. Roland *conſ. 8. num. 135. vol. 1.* Anguil.
conſ. 23. num. 25. Surd. *conſ. 243. num. 27.* hic autem
non apparet quod fuerit alteratum niſi in eo quod Dominus Aloyſius aliàs extraneus, fuerit de comprehenſis,
ergo in reliquis debet retinere propriam naturã aſſumptam ex conſuetudine, vt ſicuti in præiuditium cuiuslibet alterius comprehenſi, potuiſſet alienari, ita, & in præiuditium ipſius D. Aloyſij debeat valere iſta venditio.

29 Nec obſtat quod in inueſtitura † dictum, & conuentum fuerit, quod hæc bona poſt mortem Domini Federici deberent peruenire ad D. Aloyſium, quia hoc intelligitur ſtantibus rebus in eiſdem terminis, & quatenus
30 non fuiſſet alienata, quælibet † enim diſpoſitio, & conuentio etiam iurata intelligitur rebus in eodem ſtatu
manentibus, *l. quod ſeruius, ff. de condict. ob cauſam;* Beret. *conſ. 126. num. 16.* Simon de Præt. *conſ. 117. num. 19.*
31 Honded. *conſ. 97. numer. 24. volum. 1.* & quod † hæc
clauſula in feudorum ſtipulatione *Stante noſtra conſuetudine*, intelligatur, patet quia vigore ſtipulationis nomi-
32 ne † filiorum vel heredum factæ vaſſallus cenſetur tantum inueſtitus ad vitam cum onere reſtituendi alijs inueſtitis, vt poſt Iſerniam declarat Schrader. *de feud. part.*
8. cap. 5. num. 13. & nihilominus tales vocati, & comprehenſi non ſuccedunt niſi eo caſu, quo feuda non fuerint
alienata.

33 Neque turbat quod dicebatur, † conſuetudinem
alienandi derogare tantum iuri communi feudorum
non autem eis qui ex pacto ſucceſſuri ſunt, quia reſpondeo, talem forte potuiſſe eſſe conſuetudinem, de qua
agit Decius in contrarium allegatus, ſed in caſu noſtro
34 ceſſat † hæc difficultas, quia eſt certiſſimi iuris, conſuetudinem iſtam habere locum in præiudicium eorum
quibus vigore ſtipulationis ius eſt quæſitum. Burſat.
conſ. 19. num. 1. & conſ. 50. ſub nu. 19. Intrigliol. *de feud.*
centur. 2. art. 7. num. 163.

35 Præterquam † quod Deci. *in d. conſ. 207.* reprobatur in hoc puncto, vt refert Anguil. *conſ. 27. num. 310.*

36 Ad id vero quod † dicebatur, conſuetudinem debere
probari in caſu de quo agitur, reſpondetur ſatis probatam eſſe, quia quilibet proximior de comprehenſis
poſt mortem præceſſoris debet ſuccedere, & nihilominus in eius præiudicium poteſt fieri alienatio, & clarum
eſt quod ſi plures inueſtiantur inſolidum, adhuc non obſtante pacto quod alter alteri ſuccedere poſſit, recte in
præiudicium alterius alienabitur feudum.

Præterea ſuperius probaui hanc conceſſionem cenſeri
factam iuxta hanc conſuetudinem, & ſic pactum illud
ſuccedendi fuiſſe confirmatum, & tacite limitatum
ab ea.

37 Secundo principaliter moueor, † pro validitate huius
alienationis, quia cum Dominus Aloyſius capturus eſſet hoc feudum per mortem Domini Federici, habiturus
erat illud per mortis cauſa capionem, iuxta Bartol. *in l.*
ſi mihi, & Titio 110. ſub numer. 5. ff. de verbor. obligat.
38 cuius natura eſt † vt ſit ad libitum reuocabilis, & per
conſequens accedente domini directi conſenſu, potuit Dominus Federicus reuocare conceſſionem factam,
ſi quæ tamẽ facta eſſet, quod negatur in ſui præiuditium,
ita arguit Alciat. *conſ. 171. ſub num. 3. alias eſt 16. in fin.*
& Martin. Laudenſ. *num. 4. conſ. 14. ſub n. 4. lib. 3.* Cepol.
conſ. ciuil. 15. nu. 24. 25. & 26. vol. 2.

Tertio moueor, quia conceſſio de feudo quod alius
39 tenet, † non valet; ita vt ſi concedens præmoriatur vaſſallo tenenti feudum, ſucceſſor non poſſit cogi ſeruare talem conceſſionem, niſi is qui tenet conſenſerit, & paſſus
ſit mitti in poſſeſſionem, vt de præſenti inueſtitura robur
40 ſumeret, quo caſu † vaſſallus non amittit aliquod ius
ſuum, ſed tantum confirmat ius noui vaſſalli, vt ſucceſſor
cogatur illud ſeruare, *c. 1.* & ibi omnes, vbi Afflict. *nu. 1.*
Roſental. *c. 6. vol. 16. quod ſucceſſor teneat. tit. 1.* igitur
in caſu iſto conſenſus præſtitus à Domino Federico debet cenſeri datus ad hunc tantum effectum, ne Dominus
Aloyſius poſſet repelli à ſucceſſore, non autem vt aliquod ius ſuum ammitteret, vt videtur declarare ibi Iſerna. *num. 6.*

41 Quarto (& ad hoc † aduertatur) cum hæc inueſtitura non eſſet habitura aliquem effectum in perſona
Domini Aloyſij, niſi poſt mortem Domini Federici, dicebatur conditionalis conditione ſuſpenſiua, ex qua nullum ius ei acquiſitum erat, vt late probat D. Menoch.
42 *conſ. 388. in 2. quæſtione, ſub num. 14.* vbi † loquitur de
diſpoſitione quæ habebat hanc præciſam clauſulam,
(Quam tamen noluit ſortiri effectum niſi ſecuta, &c.) &
43 propterea potuit † reuocari inuito eodem Domino
Aloyſio, vt reſoluit plene idem Menoch. *d. conſ. 388. in*
3. quæſtione, ante num. 34. qui omnino videatur, *in dicta*
2. & 3. quæſtione, & bene facit etiam Anguil. allegatus
ab Illuſtri Domino Bandelino, *in conſ. 31. num. 51. vſq;*
ad finem.

44 Confirmatur iſtud argumentum, † quia Dominus
Aloyſius non erat ſucceſſurus ſimpliciter poſt mortem
Domini Federici, ſed ita demum ſi decederet ſine filijs,
tum quia inueſtitus fuerat in ſolidum pro ſe, & ſuis he-
45 redibus, qui in materia † feudali, & in emphyteuſi eccleſiaſtica, intelliguntur de filijs, vt notum eſt; tum quia
talis conceſſio, vt dixi in precedenti fundamento, non
preiudicat nec conſentienti vaſſallo nec eius filijs; ſed
tantum facit, vt nouus vaſſallus poſſit ſuccedere primo
decedenti ſine legitimo ſucceſſore, & feudo redeunte ad
dominum, vt per omnes, *in d. cap. 1.* vbi præcipuè Aluar. *ante num. 2. verſic. & intellige landent num. 14. ſemper dummodo, &c. Qui ſucceſſor. teneant.* ſi igitur ſuæ intentionis erat quod eius filij ſuccederent in ſolidum, &
ob id etiam noluit aliquod ius acquiri Domino Aloyſio,
niſi poſt mortem ſuam, ad hoc vt filij, ſi extarent ei præ-
46 ferrentur, ſequitur quod ſucceſſio, † ipſius Domini
Aloyſij collata poſt mortem Domini Federici, intelli-
gatur

gatur quatenus filios non relinqueret, & hoc eo magis,
quia vbi non fuiſſet habita ratio filiorum potuiſſet ad-
47 huc eis natis, Dominus Federicus reuocare † hanc con-
ceſſionem, ex diſpoſitione *l. ſi vnquam, C. de reuocand.*
48 *donation.* quæ habet locum etiam † in donatione rei
particularis, vt late per Tiraquell. ibi, *in verbo omnia,*
49 *vel partem aliquam, num. 2. & 4.* & etiam in † re feu-
dali, Roſental. *de feud. cap. 10. concl. 11. num. 24.*
Et per conſequens propter ſpem liberorum quos ſu-
ſcipere potuiſſet ipſe Dominus Federicus; non erat cer-
50 ta ſucceſſio Domini Aloyſij, nec ſpes probabilis, † ſed
reddebatur diſputatio conditionalis, vt per Menoch. *d.
conſ. 388. ſub num. 25.*
51 Quibus fundamentis ita † iactis, & firmatis, non ob-
ſtant quæ in oppoſitum deducta fuerunt, & primo quod
Dominus Federicus ſibi præiudicauerit, conſentien-
do Dominum Aloyſium inueſtiri de re ad ſe pertinen-
ti.
Reſpondetur enim, ipſum conſenſiſſe tantum vt com-
prehenderetur in inueſtitura, non autem vt iuri ſuo re-
nunciaret, quia hoc non reperitur dictum in inueſtitura,
nec ſuper hoc extitit aliqua conuentio, nec ſtipulatio in-
ter D. Federicum, & D. Aloyſium, ſed tantum inter Ec-
cleſiam, & ipſum D. Aloyſium conſentiente Domino
52 Federico huic inueſtituræ, & ideo † quando is qui ſcit
ius ſuum durare, conſentit alium inueſtiri, ſibi non præ-
iudicat, vt declarat Gloſ. *in d. cap. vnic. in verbo regreſ-
ſum, Quibus mod. feud. ammit. at.* Roſental. *cap. 7. concl. 5.
ſub lit. C.* durare autem ſciebat Dominus Federicus ius
ſuum, tum quia, vt dixi illi non renunciauerat, tum quia
contractus tacite remanebat informatus à conſuetudi-
ne alienandi feuda, ſecundum quam ſuperius probaui
intelligi conceſſam inueſtituram Domino Aloyſio, vt il-
li præiudicari poſſet per eius anteceſſorem, ſicuti indi-
ſtincte cæteris inueſtitis qui habent ius de futuro præiu-
dicari conſueuit per alienationem feudorum.
53 Ad ſecundum, quod pactum † appoſitum ad fauo-
rem tertij, vt poſt certum tempus res perueniat ad eum,
ſit irreuocabile, quando ille tertius, vel aliquis pro eo ac-
ceptauit, reſpondetur illud procedere quando diſputa-
tio eſt pura ſed differtur eius executio, quo caſu dicitur ali-
quod ius quæſitum, ſed quoties eſt conditionalis con-
ditione ſuſpenſiua, vt in caſu noſtro, ex qua nullum om-
nino ius quæritur, tunc diſpoſitio eſt reuocabilis, vt pro-
baui, & ſuccedit concluſio Bartol. *in d. §. Flauius,* quod
pactum appoſitum ad fauorem tertij poſt certum tem-
pus ſit reuocabile, ante quam illi ſit aliquod ius quæſi-
tum de qua dixi *in 2. argum. in contrarijs conſiderato,* &
54 hoc † caſu quando ius non eſt quæſitum de præſenti,
ſed quæri ſperatur, poteſt reuocari, ab eo ex cuius parte
prouenit Ruin. Iun. *conſ. 219. num. 62.*
55 Præterea obiectum poteſt procedere † quando ſim-
pliciter ſit pactum ad fauorem tertij, ſecus ſi ſit limita-
tum vt hic ex conſuetudine, quæ huic contractui tacite
ineſt, licet de ea facta non fuerit mentio, vt probaui, ex
auctoritate multorum, & præcipue Surd. *in conſ. 195. n.
7. & 8.* atque operatur, vt Dominus Aloyſius debeat,
& poſſit ſuccedere quatenus, hæc bona non fuerint alie-
nata.
56 Tertium deductum ex † auctoritate Oldrad. *in dict.
conſil. 139.* remouetur; tum ex eo quod bona illa certi-
tudinarie non erant peruentura ad Dominum Aloyſium
poſt mortem Domini Federici, ſed ita demum vel ſi
deceſſiſſet ſine liberis, vt deduxi ſupra in verſic. *confir-
matur iſtud argumentum, &c.* quo caſu Oldradus met,
in d. conſ. 139. reſpondit diſpoſitionem eſſe conditiona-
lem, & ex ea nullum ius quæſitum pro vt eum declarat
ad rem hanc Menoch. *d. conſ. 388. ſub num. 25.* vel ſi ea
non alienaſſet vigore facultatis ſibi tacite reſeruatæ ex
vi conſuetudinis.
Ad quartum quod feudum acceptum pro ſe, & filijs
nomine proprio ſpecificatis, non poſſit alienari in eo-
rum præiuditium, facilis eſt reſponſio; illud ea de cauſa
57 procedere quia † filij ita inueſtiti vno; & eodem tem-
pore habent ius in feudo vna cum patre; quo caſu con-
ſuetudo alienandi feuda non habet locum in feudo ab
alio poſſeſſo, ſed tantum in eo, ad quod quis habet ius
de futuro, pro vt in hoc ſecundo caſu, non autem in pri-
mo verſatur quæſtio noſtra.
58 Ad vltimum de fraude, † ommiſſis multis quæ dici
poſſunt, quia in puncto hæc circumſtantia, alienationis
factæ in mortis articulo mihi præſuppoſita non fuit, nec
de hoc fui requiſitus, tamen quatenus eſſet vera, dico
pro nunc quod contraria poſſunt procedere quando is
cui ſit præiudicium, ſucceſſurus erat vigore ſtipulationis
ſuorum maiorum, ſecus ſi ex facto eius per quem ſibi
59 præiudicatur, quia tunc † in contractu conditionali lu-
cratiuo, ex quo nondum acquiſitum eſt aliquod ius par-
ti, licita eſt reuocatio, Menoch. *conſ. 388. num. 40.* & la-
60 tius probaui; ſupra qui autem facit, † quod ſibi ſine
fraude facere licebat, is fraudare non dicitur, Surd. *deciſ.
61 21. num. 16. & deciſ. 30. num. 38.* & in dubio † ſemper
facienda eſt interpretatio ad excluſionem fraudis. *arg. l.
62 merito, ff. pro ſocio,* niſi † probetur ab eam allegante,
*l. quoties, §. qui dolo, de probation. cap. ſuper litteris, de re-
ſcript.*
63 Non puto autem faciendam † eſſe aliquam reſtitu-
tionem laudemij ſoluti ipſi Domino Aloyſio, quia non
perſoluit illud, vt Dominus Federicus aliquod ſuum ei
concederet, ſed tantum vt a dominis directis, compre-
henderetur in his inueſtituris, & ſaltem potentia fieret
habilis ad ſuccedendum in iſtis bonis, cui comprehen-
ſioni idem D. Federicus aſſenſit; ſed tamen per eam
non efficiebatur certus ſucceſſionis Dominus Aloyſius,
cum multa poſſent euenire, per quæ illi impediretur ſuc-
64 ceſſio, vnde cum conſecutus † fuerit id propter quod
datæ ſunt pecuniæ, ſcilicet, vt potentia redderetur capax
ſucceſſionis, non eſt locus repetitioni, ſi illa non fuit re-
dacta ad actum, quia cum contractus iſte dicatur cele-
65 bratus † iuxta conſuetudinem huius patriæ alienandi
feuda in præiudicium comprehenſorum, probabiliter
cogitauit fieri poſſe; quod ipſe non ſuccederet; &
nihilominus adhuc voluerit comprehendi propter ſpem
ſuccedendi, quatenus D. Federicus deceſſiſſet ſine filijs, &
hæc bona non alienaſſet.

ARGVMENTVM.

Tractatur luculenter de Beneficio Legis Bene à Ze-
none, *C. de Quadrien. præſcr.* quo ad alienationem
à Principe rei non ſuæ. Quæ requirantur; vt il-
lud obtineat. De effectibus, & remedijs talis
alienationis à non Domino. Et de regreſſu veri
Domini contra alienantem, vel eius hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Vni contra alium non poteſt competere actio perſonalis, ſi non præceſſit contractus, & obligatio.*
2 *Quaſi poſſeſſio iuris exigendi, probatur per exactionem.*
3 *Ex inueſtitura non probatur dominium inueſtientis. Nec ex contractu emphyteutico, & num. 4.*
5 *Non probatur dominium, nec ex actione reali intentata.*
6 *Non probatur etiam contra tertium, cum quo nullum eſt geſtum negotium.*
7 *Multo minus cum adeſt præſumptio in contrarium.*
8 *Obiectum affertur, & tollitur, & num. 9.*
10 *Nihil transferre poteſt, qui nihil habet.*
11 *Sententia declarans actum nullum, lata contra principalem, facit ius quo ad omnes.*
12 *Diſtinguunt DD. inter ſententiam reſcindentem, & declarantem nullitatem.*
13 *Non nocet ſententia tertio, qui tempore motis iudicij, iam acquiſiuit ius.*
14 *Non ſeruata forma decreti iuxta quod actus faciendus eſt, ille eſt prorſus nullus.*
15 *Princeps ex ſui priuilegio poteſt alienando rem à ſe bona fide*

ſide poſſeſſam eius dominium transferre in acquirentem, & num. 16.
17 *Quod intellige ſi alienat, vt talem, non ſi vt ſuam.*
18 *Relatum eſt in referente.*
19 *Ad excludendum priuilegium*, leg. Benè à Zenone. *ſufficit, vt conſtet Principem vendidiſſe rem ex tali cauſa, & eius vigore.*
20 *Alienans, quod ſui iuris eſt in aliqua re, non vendit, quod eſt alterius.*
21 *Diſpoſitio* d.l. benè à Zenone *habet locum ſolum in re poſſeſſa à Principe, tempore alienationis, ſeu contractus,*
22 *Immo exigitur traditio realis facta acquirenti.*
23 *Datio in ſolutum de re aliena, quaſi ſit validè aſſignata, eſt nulla.*
24 *Ex contractu nullo non transfertur poſſeſſio, ſecundum aliquos.*
25 *Numquam transfertur poſſeſſio ſine actuali, & reali traditione, etſi ſit facta per conſtitutum.*
26 *Non præſumitur poſſeſſio tempore contractus, niſi probetur,*
27 *Nemo dat, quod non habet.*
28 *Beneficium* d.l. benè à Zenone, *exigit bonam fidem in Principe alienante rem alienam.*
29 *Bona fides in eo præſumitur, cum habent ab eo rem, eſt reus, & poſſidet.*
30 *Si verò talis ſit actor, & non poſſideat, debet probare Principis dominium eo tempore contractus.*
31 *Tria ſunt copulatiue probanda ad hoc Beneficium, Bona fides, & Poſſeſſio Principis ac Legitima ſubbaſtationes, & eſt communis ſententia, num.* 32.
33 *Et in donatione poſſunt præcedere non quidem licitationes, ſed proclamata, quibus id ſignificetur, & moneantur intereſſe habentes ad opponendum.*
34 *Statutum Mantuæ exigit omnia hæc requiſita, & tollitur contrarium, & num.* 35.
36 *An priuilegium hoc competat inferioribus ab Imperatore, remiſſiuè.*
37 Curtius Iunior *negauit ducem Mantuæ gaudere dicto beneficio.*
38 *Statutum vt non ſit ſuperfluum, ſufficit, vt vno caſu operetur etiam tollendo ambiguitatem, etſi ius commune non corrigat, aut ſuppleat.*
39 *Fiſcus, ſeu Princeps ſtante dicto priuilegio, non promittit, nec tenetur de euictione.*
40 *Vbi verus Dominus ignorauit contractum factum à Principe de re ſua, tunc priuilegium ei non præiudicat.*
41 *Succurritur ei vero Domino per remedium reſtitutionis in integrum, ex capite ignorantiæ, & de communi,*
42 *Minores, & ignorantes æquiparantur.*
43 *Minoribus datur reſtitutio contra tale Principis beneficium.*
44 *Subbaſtatio eſt neceſſaria, ne veri Domini poſſint probare ignorantiam.*
45 *Diſpoſitio* l. benè à Zenone, *eſt rigida, immo iniqua,*
46 *Et qualibet parua cauſa facit eam ceſſare.*
47 *Etſi Princeps præiudicat Domino in re vendita, non tamen obeſt in pretio, quod repetere ab eo poteſt intra quadriennium.*
48 *Quadriennij tempus currit etiam ignoranti.*
49 *Quadriennium datum ad petendam reſtitutionem in integrum, currit ſolum à die ſcientiæ.*
50 *Datur reſtitutio ignoranti aduerſus lapſum quadriennij dati ad petendum pretium.*
51 *Referenti non creditur, niſi producatur relatum.*
52 *Nemo tenetur credere, nec eſt in mala fide ex aſſertione, niſi fiat fides de aſſerto.*
53 *Verus Dominus ſemper habet regreſſum* [illegible] *vendentem rem ſuam, vel eius heredes pro pretio,* [illegible] *intereſſe.*
54 *Nemo alterius culpa, damnum ſentire debet.*
55 *Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.*
56 *Qui dat cauſam damni, illud reſarcire debet.*

CONTROVERSIA DLXXXII.

SEntentia lata contra Illuſtrem Dominam Margaritam Surdam venit reformanda, nam ipſa fuit condemnata ad ſolutionem liuellorum præteritorum, & in futurum decurrendorum, vigore petiæ terræ, de qua in cauſa, ab ea poſſeſſæ, quam conſtat alias ab actricis patre fuiſſe conceſſam in emphyteuſim Dominis Margaritæ, & Cæſari de Gazio; non ſecus, ac ſi ipſa rea conuenta eſſet emphyteuta actricis, inter quas tamẽ nec inter earum auctores aliquis interceſſit contractus.
1 quo fit vt † vni contra aliam propoſita non competat perſonalis actio, *l. ſi in area, ff. de condictio. indebit,* Alciat. *conſ. 7. 10. ſub num. 1. alias eſt, conſ.* 108. *libr.* 108. Gabr. *conſ. 146. num. 1. vol. 1.*

2 Sed nec vigore alicuius quaſi poſſeſſionis exigendi petitos liuellos, potuit condemnari, quia non apparet de aliqua euictione contra eã, vel eius maritũ, cuius tanquã hæres poſſidet petiam terræ controuerſam, ſicuti in rei veritate nulli vnquam fuerunt ſoluti liuelli ab eis, per quos potuerit induci aliqua quaſi poſſeſſio.

3 Nec demum vigore † alicuius iuris realis, & dominij, quia ex inueſtitura non probatur dominium inueſtientis, nec etiam inter ipſoſmet contrahentes, Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, num 66. verſic. quinquageſimo ſecundo*, vbi inquit, quod licèt Hugo iudicauerit pro Eccleſia, tamen omnes alij tenuerunt contra; Dinus *in leg. legata inutiliter*, cuius verba refero, quia non eſt impreſſus, quod ego, viderim inquit ipſe,
4 Colligitur arg. † quod quis non poſſit probare dominium ex contractu emphyteutico, &c. & ibi Bart. *ſub num. 2. ff. de adimend. legat.* Petr. Iacob, *in ſua practic. in fine primi libelli*, Socinus Patruus, *conſ. 92. ſub num. 2. verſic. confirmatur hoc per ea quæ, &c, volum.* 3. Alex. *conſ. 12, vol. 1. circa medium, verſic. Quinimo, vt ipſi referunt, &c, vol.* 4 vbi de communi quando agitur actio-
5 ne † reali, ſicuti mutata actione agitur hic, prout in precibus in proceſſu appellationis, *fol.* 21. Crauett. *conſil. 157. num* 7. Ripa *in l. ſi aliquam, num. 39. in fine, ff. de acquir. poſſeſſ.* Ruin. *conſil. 47. ſub num. 6. lib.* 1. Veſill. ad Afflict, *dec. 14. num.* 15. Valaſc. *de iure emphyt, quæſt* 9.

6 Et multo minus † ex eadem inueſtitura probatur dominium contra tertium, cum quo nullum geſtum eſt negotium, nec habet cauſam ab eo, cum quo contractum eſt, qualis eſt Domina Surda, Specul. *in d. tit. de locat. §. nunc aliqua, num. 72. verſic. quinquageſimo ſeprimo*, Valaſc. *d. quæſt, 9. ſub num.* 3. vbi dicit eſſe caſum ſine dubio, Burſatt. *conſ. 26. nu.* 25. Menoch. *conſ. 252. num. 13. & 24. & lib. 3. præſumpt. 101. num.* 14. Roſcneal. *in Synop. Feudal. cap. 6. concluſ.* 70.

7 Idque in caſu iſto facilius admittendum eſt, quando ex parte Dominæ Surdæ poſſidentis conſtet petiam hãc terræ ad ſe pertinere, vti de bonis hæreditatis Dominæ Violantis Burgæ, matris D. Hieronymi Corij, cuius ipſa Domina Surda eſt hæres.

55 *Teſtator faciendo mentionem de vna linea, exiſtentibus pluribus, præſumitur eam accepiſſe contentiuè, non autem effectiuè.*
56 *Sæpè ex circumſtantijs diiudicandum eſt, lineam accipi conſentire.*
58 *Reciprocum adhuc inducitur fideicommiſſum cum teſtator admittit ſubſtitutum ſolum deficientibus deſcendentibus, & ſua linea, & num. 59.*
60 *Subſtitutio facta poſt plurium mortem non eſt facta vltimo morienti, cum ſit in tota hæreditate, & mens teſtatoris non conijcitur; ſecus aliàs.*
61 *Expreſſum dicitur ſpecialiter, quod coniecturis tantum colligitur.*
62 *Sufficit ad fideicommiſſum etiam coniectura quæuis vrgens voluntatis excludēdi ſubſtitutum poſt mortem plurium.*
63 *Ve cum teſtator prohibuit alienationem, quia vult bona in familia conſeruari.*
64 *Vel cum alias diſpoſitio teſtatoris ſuum non poſſet effectum ſortiri.*
65 *Vel cum pluribus inſtituit, iubet bona ſua in perpetuum tranſire de liberis in liberos, prohibendo alienationem. Et de ratione, num 66. & num. 73.*
67 *Inducitur præterea fideicommiſſum ex concurrentibus prohibitionibus alienationis, cum ſua ratione, & pœna inductione alienantibus bona. Maximè ſi fiat ad fauorem deſcendentium, & per nomen collectiuum, & numer. 68*
69 *Dictum* Gloſſ. *affertur.*
70 *Subſtitutio talis putatur eſſe, qualis eſt inſtitutio; & ab ea recipit interpretationem.*
71 *Prædilectio in inſtitutione cenſetur eadem in ſubſtitutione.*
72 *Veriſimile eſt primum, & ſecundum æquè vocatos.*
74 *Vna ſubſtitutio declarat aliam. Et vna in caſum alienationis declarat aliam in caſum mortis.*
75 *Diſpoſitio teſtatoris reſpectu vnius lineæ, cenſetur procedere etiam quo ad aliam.*
76 *Alia coniectura teſtatoris affertur ad propoſitum caſum.*
77 *Confeſſio intereſſe habentis, quæ ad interpretandam codicillantis mentem contra ſe ſibi præiudicat.*
78 *Verbum* linea, *eſt collectiuum.*
79 *Opinio quod in ſubſtitutione collectiuè facta omnium bonorum poſt plurium mortem pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates, pluribus caſibus limitatur.*
80 *Cum pluralitas ſeu ſubſtitutio reſpicit vnum dumtaxat effectum.*
81 *Item cum reſultat abſurdum, vel contra mentem Teſtatoris, quod demonſtratur in propoſito.*
82 *Præterea id limitatur cum ſubſtitutio eſt facta conditionaliter.*
83 *Verbum* Tunc, & eo caſu, *facit limitationem ad concluſionem prædictam.*
84 *Ceſſat etiam reſolutio, cum ratio eadem non eſt in ſingulari, ac in plurali.*
85 *Ratione verbi collectiui, ac copulæ,* Et, *receditur à verborum proprietate, ob has coniecturas.*
86 *Aliæ afferuntur coniecturæ in propoſito, & n. 87.*
88 *Quando aliquis ad ſuggeſtionem alterius mutat teſtamentum in præiudicium primi; datur ei reuocatoria contra ſecundum.*
89 *Licèt blanditijs allicere ad ſe inſtituendum, ſed citra alterius præiudicium.*
90 *Affertur ratio in caſu adducto.*
91 *Reſpondetur oppoſitis, & num. 95. 96. & 97.*
92 *Cum apparet de mente teſtatoris, non eſt curandum de verbis.*
93 *Text.* in leg fin. §. filium, ff. de legat. 2. & leg. Lucius, §. Caio, ff ad Trebell. *declarantur.*
94 *Conſil.* Menoch. 639. *non fuit approbatum* à Rot. Bononien. *nec* Romana.

CONTROVERSIA DLXXXIV.

1 VOlunt ſcribentes, in ſubſtitutione fideicōmiſſaria facta de aliquo poſt mortem plurium, etiam in omnibus bonis (vt præciſè contingit in caſu iſto) non induci reciprocam inter eos plures, nec vno præmoriente, cæteros honoratos ei ſuccedere, vigore alicuius fideicommiſsi; ita de magis communi recitatis viginti-ſeptem authoribus, teſtatur Menoch. *conſ 636. ſub nu. 10. & lib. 4. præſumpt. 62. num. 47.* Sforz. Odd. *in tractat. de compendioſ. par. 5. art. 6. num. 26 verſic. Prima opinio, & num. 33.* dicit magis communem Peregr. *de fideicom. art. 13. num. 53. 55. & 62.* Gabr. *de ſubſtit. concluſ. 1.* Intrigliol. *in tract. de ſubſtic. centur. 2. quæſt. 74. numer. 56.* Fachin. *lib. 4. controuerſ. iur cap. 79.* qui & ſi dicat multa iura pro hac ſententia adduci à ſcribentibus, tamen ſubdit ex illis eum non probari. ſed tamen ex ſola illa concludenti ratione, deducta à Mandel. de Alba *conſ. 31.*
2 quod fideicommiſſum † non præſumatur, niſi expreſſè, vel vrgentibus coniecturis inducatur, Et ideo in ter-
3 minis † iſtis numquam ſolet admitti iſta reciproca inter iſtos plures; poſt quorum mortem tertius eſt ſubſtitutus, niſi plura copulatiuè concurrant, quod ſit facta ſubſtitutio poſt mortem plurium expreſsè vocatorum, non autem poſitorum in conditione, quod ſit facta expreſsè non autem interpretatiuè vltimo morienti; demum, quod fiat in tota hæreditate, vel omnibus bonis per verba vniuerſalia, non autem indefinita. Menoc. *conſ. 85. num. 41. & 42. & conſ. 274. num. 5. & conſ. 376. num. 24* Mantic. *lib 7. tit. 5. num. 3.* Honded. *conſ. 6. ſub num. 40. & conſ. 60. num. 49. vol. 1. & conſil. 63. num. 19. vol. 2.* Bertaz. *conſ. ciuil. 96. num. 23.* vbi de receptiſſima
4 opinione; Et ratio † eſt, quia tunc ſi teſtator vult ſubſtitutum ſuccedere vltimo in tota hæreditate, vel bonis, in neceſſariam conſequentiam vult etiam quod honorati prædecedentes teneantur ei reſtituere partem ſuam; & ſic reſultat coniectura vrgens huius tacitæ reciprocæ vocationis. In caſu autem noſtro ne dum vltimus tantum non eſt grauatus poſt mortem omnium, ſed imò ſubſtitutus eſt Dominus Ioachimus illis omnibus, non autem vni tantum, quia dixit Dominus Codicillator, quod dictis legatarijs, & hærede decedentibus ſine filijs maſculis, eiſdem, (& ſic non vltimo) ſubſtituit Domi-
5 num Ioachimum eius agnatum, quo caſu, † quando non vnus ſed plures grauantur, tunc cenſetur facta inſtitutio ſingulis, nec reſultat aliqua reciproca, *leg. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebell. l. final. §. filium, ff. de legat. 2.* Torniel. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 30 & ibi in ſpecie Zanc. *num. 563. ff. ad Trebell.* Mantic. *lib. 7. tit. 5. ſub num. 13. verſic. Primus caſus, &c.* Peregr. *in tract. de fideicomm. artic. 13. ſub num. 36. verſic. & cum verba grauaminis, fol. 124. colum. 1. circa medium, & numer. 53.*
6 Et tanto minus in caſu iſto, † nulla poteſt conſiderari reciproca, quia hæc non poſſet eſſe, niſi coniecturata, & interpretatiua, quæ tamen fuit excluſa à teſtatore; ex quo dixit nolle eius bona ſuppoſita eſſe infraſcripto fideicommiſſo, quod verbum *infraſcripto*, inclu-

gatur quatenus filios non relinqueret, & hoc eo magis,
quia vbi non fuiſſet habita ratio filiorum potuiſſet ad-
47 huc eis natis, Dominus Federicus reuocare † hanc con-
ceſſionem, ex diſpoſitione *l. ſi vnquam, C. de reuocand.*
48 *donation.* quæ habet locum etiam † in donatione rei
particularis, vt late per Tiraquell. ibi, *in verbo omnia,*
49 *vel partem aliquam, num. 2. & 4.* & etiam in † re feu-
dali, Roſental. *de feud. cap. 10. concl. 11. num. 24.*

Et per conſequens propter ſpem liberorum quos ſu-
ſcipere potuiſſet ipſe Dominus Federicus; non erat cer-
50 ta ſucceſſio Domini Aloyſii, nec ſpes probabilis, † ſed
reddebatur diſputatio conditionalis, vt per Menoch. *d.
conſ. 388. ſub num. 25.*

51 Quibus fundamentis ita † iactis, & firmatis, non ob-
ſtantibus quæ in oppoſitum deducta fuerunt, & primo quod
Dominus Federicus ſibi præiudicauerit, conſentien-
do Dominum Aloyſium inueſtiri de re ad ſe pertinen-
ti.

Reſpondetur enim, ipſum conſenſiſſe tantum vt com-
prehenderetur in inueſtitura, non autem vt iuri ſuo re-
nunciaret, quia hoc non reperitur dictum in inueſtitura,
nec ſuper hoc extitit aliqua conuentio, nec ſtipulatio in-
ter D. Federicum, & D. Aloyſium, ſed tantum inter Ec-
cleſiam, & ipſum D. Aloyſium conſentiente Domino
52 Federico huic inueſtituræ, & ideo † quando is qui ſcit
ius ſuum durare, conſentit alium inueſtiri, ſibi non præ-
iudicat, vt declarat Gloſ. *in d. cap. vnic. in verbo regreſ-
ſum, Quibus mod. feud. ammittat.* Roſental. *cap. 7. concl. 5.
ſub litt. C.* durare autem ſciebat Dominus Federicus ius
ſuum, tum quia, vt dixi, illi non renunciauerat, tum quia
contractus tacite remanebat informatus a conſuetudi-
ne alienandi feuda, ſecundum quam ſuperius probaui
intelligi conceſſam inueſtituram Domino Aloyſio, vt il-
li præiudicari poſſet per eius anteceſſorem, ſicuti indi-
ſtincte cæteris inueſtitis qui habent ius de futuro præiu-
dicari conſueuit per alienationem feudorum.

53 Ad ſecundum, quod pactum † appoſitum ad fauo-
rem tertij, vt poſt certum tempus res perueniat ad eum,
ſit irreuocabile, quando ille tertius, vel aliquis pro eo ac-
ceptauit, reſpondetur illud procedere quando diſputa-
tio eſt pura ſed differtur eius executio, quo caſu dicitur ali-
quod ius quæſitum, ſed quoties eſt conditionalis con-
ditione ſuſpenſiua, vt in caſu noſtro, ex qua nullum om-
nino ius quæritur; tunc diſpoſitio eſt reuocabilis, vt pro-
baui, & ſuccedit concluſio Bartol. *in d. §. Flauius*, quod
pactum appoſitum ad fauorem tertij poſt certum tem-
pus ſit reuocabile, ante quam illi ſit aliquod ius quæſi-
tum de qua dixi *in 2. argum. in contrariis conſiderato*, &
54 hoc † caſu quando ius non eſt quæſitum de præſenti,
ſed quæri ſperatur, poteſt reuocari, ab eo ex cuius parte
prouenit Rumin. Iun. *conſ. 259. num. 62.*

55 Præterea obiectum poteſt procedere † quando ſim-
pliciter ſit pactum ad fauorem tertij, ſecus ſi ſit limita-
tum vt hic ex conſuetudine, quæ huic contractui tacite
ineſt, licet de ea facta non fuerit mentio, vt probaui, ex
auctoritate multorum, & præcipue Surd. *in conſ. 195. n.
7. & 8.* atque operatur, vt Dominus Aloyſius debeat,
& poſſit ſuccedere quatenus, hæc bona non fuerint alie-
nata.

56 Tertium deductum ex † auctoritate Oldrad. *in dict.
conſil. 139.* remouetur, tum ex eo quod bona illa certi-
tudinarie non erant peruentura ad Dominum Aloyſium
poſt mortem Domini Federici, ſed ita demum vel ſi
deceſſiſſet ſine liberis, vt deduxi ſupra in verſic. *confir-
matur iſtud argumentum, &c.* quo caſu Oldradus met,
in d. conſ. 139. reſpondit diſpoſitionem eſſe conditiona-
lem, & ex ea nullum ius quæſitum pro vt eum declarat
ad rem hanc Menoch. *d. conſ. 388. ſub num. 25.* vel ſi ea
non alienaſset vigore facultatis ſibi tacite reſeruatæ ex
vi conſuetudinis.

Ad quartum quod feudum acceptum pro ſe, & filijs
nomine proprio ſpecificatis, non poſſit alienari in eo-
rum præiudicium, facilis eſt reſponſio; illud ea de cauſa
57 procedere quia † filij ita inueſtiti vno, & eodem tem-
pore habent ius in feudo vna cum patre, quo caſu con-
ſuetudo alienandi feuda non habet locum in feudo ab
alio poſſeſſo, ſed tantum in eo, ad quod quis habet ius
de futuro, pro vt in hoc ſecundo caſu, non autem in pri-
mo verſatur quæſtio noſtra.

58 Ad vltimum de fraude, † ommiſſis multis quæ dici
poſſunt, quia in puncto hæc circumſtantia, alienationis
factæ in mortis articulo mihi præſuppoſita non fuit, nec
de hoc fui requiſitus, tamen quatenus eſſet vera, dico
pro nunc quod contraria poſſunt procedere quando is
cui ſit præiudicium, ſucceſſurus erat vigore ſtipulationis
ſuorum maiorum, ſecus ſi ex facto eius per quem ſibi
59 præiudicatur, quia tunc † in contractu conditionali lu-
cratiuo, ex quo nondum acquiſitum eſt aliquod ius par-
ti, licita eſt reuocatio, Menoch. *conſ. 388. num. 40.* & la-
60 tius probaui; ſupra qui autem facit, † quod ſibi ſine
fraude facere licebat, is fraudare non dicitur, Surd. *deciſ.
61 21. num. 16. & deciſ. 30. num. 38.* & in dubio † ſemper
facienda eſt interpretatio ad excluſionem fraudis *arg. l.
62 merito, ff. pro ſocio*, niſi † probetur ab eam allegante,
*l. quoties, §. qui dolo, de probation. cap. ſuper litteris, de re-
ſcrip.*

63 Non puto autem faciendam † eſſe aliquam reſtitu-
tionem laudemij ſoluti ipſi Domino Aloyſio, quia non
perſoluit illud, vt Dominus Federicus aliquod ſuum ei
concederet, ſed tantum vt a dominis directis compre-
henderetur in his inueſtituris, & ſaltem potentia fieret
habilis ad ſuccedendum in iſtis bonis, cui comprehen-
ſioni idem D. Federicus aſſenſit; ſed tamen per eam
non efficiebatur certus ſucceſſioni Dominus Aloyſius,
cum multa poſſent euenire, per quæ illi impediretur ſuc-
64 ceſſio, vnde cum conſecutus † fuerit id propter quod
datæ ſunt pecuniæ, ſcilicet, vt potentia redderetur capax
ſucceſſionis, non eſt locus repetitioni, ſi illa non fuit re-
dacta ad actum, quia cum contractus iſte dicatur cele-
65 bratus † iuxta conſuetudinem huius patriæ alienandi
feuda in præiudicium comprehenſorum, probabiliter
cogitauit fieri poſſe; quod ipſe non ſuccederet; &
nihilominus adhuc voluerit comprehendi propter ſpem
ſuccedendi, quatenus D. Federicus deceſſiſſet ſine filijs, &
hæc bona non alienaſset.

A R G V M E N T V M.

Tractatur luculenter de Beneficio Legis Bene à Ze-
none, *C. de Quadrien. præſcr.* quo ad alienationem
à Principe rei non ſuæ. Quæ requirantur, vt il-
lud obtineat. De effectibus, & remedijs talis
alienationis à non Domino. Et de regreſſu veri
Domini contra alienantem, vel eius hæredes.

S V M M A R I V M.

1 *Vti contra alium non poteſt competere actio perſonalis, ſi non præceſſit contractus, & obligatio.*
2 *Quaſi poſſeſſio iuris exigendi, probatur per exactionem.*
3 *Ex inueſtitura non probatur dominium inueſtientis. Nec ex contractu emphyteutico, & num. 4.*
5 *Non probatur dominium, nec ex actione reali intentata.*
6 *Non probatur etiam contra tertium, cum quo nullum eſt geſtum negotium.*
7 *Multo minus cum adeſt præſumptio in contrarium.*
8 *Obiectum affertur, & tollitur, & num. 9.*
10 *Nihil transferre poteſt, qui nihil habet.*
11 *Sententia declarans actum nullum, lata contra principalem, facit ius quo ad omnes.*
12 *Diſtinguunt DD. inter ſententiam reſcindentem, & declarantem nullitatem.*
13 *Non nocet ſententia tertio, qui tempore motæ iudicij, iam acquiſiuit ius.*
14 *Non ſeruata forma decreti iuxta quod actus faciendus eſt, ille eſt prorſus nullus.*
15 *Princeps ex ſui priuilegio poteſt alienando rem à ſe bona*

fide

ſide poſſeſſam eius dominium transferre in acquirentem, & num. 16.

17 *Quod intellige ſi alienat, vt talem, non ſi vt ſuam.*

18 *Relatum eſt in referente.*

19 *Ad excludendum priuilegium*, leg. Benè à Zenone. *ſufficit, vt conſtet Principem vendidiſſe rem ex tali cauſa, & eius vigore.*

30 *Alienant, quod ſui iuris eſt in aliqua re, non vendit, quod eſt alterius.*

31 *Diſpoſitio* d.l. benè à Zenone *habet locum ſolum in re poſſeſſa à Principe, tempore alienationis, ſeu contractus,*

32 *Immo exigitur traditio realis facta acquirenti.*

33 *Datio in ſolutum de re aliena, quaſi ſit validè aſſignata, eſt nulla.*

34 *Ex contractu nullo non transfertur poſſeſſio, ſecundum aliques.*

35 *Numquam transfertur poſſeſſio ſine actuali, & reali traditione, etſi ſit facta per conſtitutum.*

36 *Non præſumitur poſſeſſio tempore contractus, niſi probetur,*

37 *Nemo dat, quod non habet.*

38 *Beneficium* d.l. benè à Zenone, *exigit bonam fidem in Principe alienante rem alienam.*

39 *Bona fides in eo præſumitur, cum habens ab eo rem, eſt reus, & poſſidet.*

30 *Si verò talis ſit actor, & non poſſideat, debet probare Principis dominium eo tempore contractus.*

31 *Tria ſunt copulatiue probanda ad hoc Beneficium, Bona fides, & Poſſeſſio Principis ac Legitima ſubhaſtationes, & eſt communis ſententia, num. 32.*

33 *Et in donatione poſſunt præcedere non quidem licitationes, ſed proclamata, quibus id ſignificetur, & moneantur intereſſe habentes ad opponendum.*

34 *Statutum Mantuæ exigit omnia hæc requiſita, & colligitur contrarium, & num. 35.*

36 *An priuilegium hoc competat inferioribus ab Imperatore, remiſſiuè.*

37 Curtius Iunior *negauit ducem Mantuæ gaudere dicto beneficio.*

38 *Statutum vt non ſit ſuperfluum, ſufficit, vt vno caſu operetur etiam tollendo ambiguitatem, etſi ius commune non corrigat, aut ſuppleat.*

39 *Fiſcus, ſeu Princeps ſtante dicto priuilegio, non promittit, nec tenetur de euictione.*

40 *Vbi verus Dominus ignorauit contractum factum à Principe de re ſua, tunc priuilegium ei non præiudicat.*

41 *Succurritur ei vero Domino per remedium reſtitutionis in integrum, ex capite ignorantiæ, & de communi,*

42 *Minores, & ignorantes æquiparantur.*

43 *Minoribus datur reſtitutio contra tale Principis beneficium.*

44 *Subhaſtatio eſt neceſſaria, ne veri Domini poſſint probare ignorantiam.*

45 *Diſpoſitio* l. benè à Zenone, *eſt rigida, immo iniqua.*

46 *Et qualibet parua cauſa facit eam ceſſare.*

47 *Etſi Princeps præiudicat Domino in re vendita, non tamen obeſt in pretio, quod repetere ab eo poteſt intra quadriennium.*

48 *Quadriennij tempus currit etiam ignoranti.*

49 *Quadriennium datum ad petendam reſtitutionem in integrum, currit ſolum à die ſcientiæ.*

50 *Datur reſtitutio ignoranti aduerſus lapſum quadriennij dati ad petendum pretium.*

51 *Referenti non creditur, niſi producatur relatum.*

52 *Nemo tenetur credere, nec eſt in mala fide ex aſſertione, niſi fiat fides de aſſerto.*

53 *Verus Dominus ſemper habet regreſſum* [illegible] *vendentem rem ſuam, vel eius heredes pro pretio, &* [illegible] *intereſſe.*

54 *Nemo alterius culpa, damnum ſentire debet.*

55 *Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.*

56 *Qui dat cauſam damni, illud reſarcire debet.*

CONTROVERSIA DLXXXII.

SEntentia lata contra Illuſtrem Dominam Margaritam Surdam venit reformanda, nam ipſa fuit condemnata ad ſolutionem liuellorum præteritorum, & in futurum decurrendorum, vigore petiæ terræ, de qua in cauſa, ab ea poſſeſſæ, quam conſtat alias ab actricis patre fuiſſe conceſſam in emphyteuſim Dominis Margaritæ, & Cæſari de Gazio; non ſecus, ac ſi ipſa rea conuenta eſſet emphyteuta actricis, inter quas tamē nec inter earum auctores aliquis interceſſit contractus,
1 quo fit vt † vni contra aliam propoſita non competat perſonalis actio, *l. ſi in area, ff. de condictio. indebit.* Alciat. *conſ. 7;o. ſub num. 1. aliàs oſt, conſ. 108. libr. 108.* Gabr. *conſ. 146. num. 1. vol. 1.*

2 Sed nec vigore alicuius quaſi poſſeſſionis exigendi petitos liuellos, potuit condemnari, quia non apparet de aliqua exactione contra eā, vel eius maritū, cuius tanquā hæres poſſidet petiam terræ controuerſam, ſicuti in rei veritate nulli vnquam fuerunt ſoluti liuelli ab eis, per quos potuerit induci aliqua quaſi poſſeſſio.

3 Nec demum vigore † alicuius iuris realis, & dominij, quia ex inueſtitura non probatur dominium inueſtientis, nec etiam inter ipſoſmet contrahentes, Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, num 66. verſic. quinquageſimo ſecundo*, vbi inquit, quod licèt Hugo iudicauerit pro Eccleſia, tamen omnes alij tenuerunt contra; Dinus *in leg. legata inutiliter*, cuius verba refero, quia non eſt impreſſus, quod ego, viderim inquit ipſe,
4 Colligitur arg. † quod quis non poſſit probare dominium ex contractu emphyteutico, &c. & ibi Bart. *ſub num. 2. ff. de admend. legat.* Petr. Iacob. *in ſua practic. in fine primi libelli*, Socinus Patruus, *conſ. 92. ſub num. 2. verſic. confirmatur hoc per ea quæ, &c. volum. 3.* Alex. *conſ. 12. vol. 1. circa medium, verſic. Quinimo, vt ipſi referunt, &c, vol. 4* vbi de communi quando agitur actio-
5 ne † reali, ſicuti mutata actione agitur hic, prout in precibus in proceſſu appellationis, *fol. 21.* Crauett. *conſil. 157. num. 7.* Ripa *in l. ſi aliquam, num. 59. in fine, ff. de acquir. poſſeſſ.* Ruin. *conſil. 47. ſub num. 6. lib. 1.* Vrſill. ad Afflict. *dec. 14. num. 15.* Valaſc. *de iure emphyt. quæſt 9.*

6 Et multo minus † ex eadem inueſtitura probatur dominium contra tertium, cum quo nullum geſtum eſt negotium, nec habet cauſam ab eo, cum quo contractum eſt, qualis eſt Domina Surda, Specul. *in d. tit. de locat. §. nunc aliqua, num. 72. verſic. quinquageſimo ſeprimo*, Valaſc. *d. quæſt. 9. ſub num. 3.* vbi dicit eſſe caſum ſine dubio, Burſatt. *conſ. 26. nu. 25.* Menoch. *conſ. 252. num. 21. & 24. & lib. 3. præſumpt. 101. num. 14.* Roſental. *in Synop. Feudal. cap. 6. concluſ. 70.*

7 Idque in caſu iſto facilius admittendum eſt, quando ex parte Dominæ Surdæ poſſidentis conſtet petiam hāc terræ ad ſe pertinere, vti de bonis hæreditatis Dominæ Violantis Burgæ, matris D. Hieronymi Corij, cuius ipſa Domina Surda eſt hæres.

8 Nec obſtat ſi dicatur, † imo hanc petiam terræ eſſe de illis conſtitutis in augumentum dotis ab ipſa Domina Violante q. Domino Medico Gazio, mediante decreto Principis, de quo in inſtrumento in proceſſu antiquo ſenatorio ſignato A. *fol. 9.* eamque poſt dictam dotis conſtitutionem datam fuiſſe in ſolutum ab ipſo Domino Gazio, Sereniſſimo Domino Noſtro, vt ex inſtrumento in proceſſu appellationis *fol. 36.* cuius diſtractionem potuit facere Medicus; tum quia fuerit data æſtimata, & ſic non erat fundus dotalis, tum quia vxor cum ſolēnitatibus renunciauit omni iuri, & hypothecæ in ea prætenſo, vt in eodem inſtrumento, & ſic cum fuerit alienata non potuiſſe remanere in hæreditate ipſius Dominæ Violantis, quinimo ex quo Sereniſſimus, cui fuerit data in ſolutum, poſtea inueſtiuit eundē Medicum de ea in emphyteuſim, transferendo in eum vtile dominium, & in ſe retinendo directum vt in inueſtitura in proceſſu Domini Petrozanni, *ſignato B. fol. 2.* quod directum dominium, poſtmodum idemmet Sereniſſi-

Digitized by Google

reniſſimus Dominus alienauit in patrem actricis, vt in
inſtrumento emptionis in prædicto proceſſu, *ſignato B.*
fol.7.& 10. videtur probatum dominium ex parte agen-
tis acquiſitum ab ipſo Sereniſſimo, & per conſequens
rectè potuit agi reali actione contra poſſeſſorem quem-
cumque petię terræ ad ſe ſpectantis.
9 Reſpondetur enim dictam conſtitutionem augumẽ-
ti dotis factam a minori, conſtante matrimonio in
executione decreti Ducalis fuiſſe declaratam ipſo iure
nullam, tanquam non ſeruatis conditionibus, & forma
prædicti decreti, vt in ſententia proceſſus *ſignati A. fol.*
60. & ob id nulla exiſtente conſtitutione, omne ius re-
manſiſse in bonis d. Dominæ Violantis, nullumque trã-
latum fuiſse in maritum, qui proinde cum nullum ha-
beret, nihil etiam potuit transferre in Sereniſſimum, iu-
xta, *l. traditio, ff. de acquirend. rer. domin.*
10 Et licet dictum iudicium nullitatis non fuerit † acti-
tatum contra Sereniſſimum, nec actricem habentem
cauſam ab eo, ſed tantum contra medicum, cui nulliter
fuerat facta augumenti dotis conſtitutio, & contra eius
11 hæredes, attamen poſset dici quod ſententia † reſciſ-
ſoria, ſeu declarans actum nullum lata contra principa-
lem facit ius, quo ad omnes. Alex. *in l. ſæpè, ſub nu. 24.*
& 30. & n.67. ff. de re iudicat. Anton. de Tremol. *in ad-*
dict. ad practic. Bonacurſ. in tit. de exceptiom. & beneficijs,
&c. num.5. verſ. Nota autem nouo, &c. fol. 110. column.2.
Villalob. *in ſuis comm. opin. verb. ſententia, n.44.* Honded.
conſ.28. n.11. vol.1.
12 Sed quia doctores † videntur diſtinguere, quod
ſententia quidem reſcindens actum lata contra princi-
palem noceat omnibus, ſecus vna ſententia declarans
actum nullum, qualis eſt noſtra, vt poſt gl. *in l. Papinia-*
nus, § final. in verb. non valent, ff. de inofic. teſtam. tra-
dunt ibi Alberic. *n.4. verſic. ita opponitur, quod ſententia,*
&c. Bart. *num.2.* Angel. *pariter, ſub num.2. verſ. Nota*
quod licet ſententia, &c. Corn. *conſ.220. numer.2. volu-*
min 4.
13 Et quia etiã prædicta non videntur † procedere
quando tempore moti iudicij iam erat acquiſitum ius
tertio, & res in alium translata, vt per Alex. *in d. l. ſæpè,*
ſub num.27. verſic. Non obſtat textus, in d. §. diui, ff. de re
iudicat.
Ideo dico, quod cum nulla particularis ratio vigeat,
quin declarata nulla dicta conſtitutione dotis, contra
maritum, ſit etiam declaranda talis contra habentes
cauſam ab eo, quę denuo pro tali erit declaranda in iſto
iudicio, ſicuti petitum eſt in proceſsu appellationis *fol.*
5. *fac.1.* vt enim tunc latè fuit allegatum, decretum Prin-
cipis mandabat, quod fieret æſtimatio omnium bono-
rum ſtabilium, mobilium & ſe mouentium, & omnia
conſtituerentur in dotem, ad effectum, vt mobilia non
perirent ad præiudicium filiorum primi matrimonij, &
in hoc fecit principale fundamentum Sereniſſimus, vt
patet in decreto, ibi & maximè, &c. quod tum non fuit
ſeruatum, quia nulla mobilium facta eſt æſtimatio; id-
14 circo tamquam † non ſeruata conditione, & ſic for-
ma decreti; dictum dotis augumentum fuit ipſo iure
nullum, Oſaſc. *dec.164. nu.4. & 8. & dec.165. ſub num.2.*
& dec.169. num.6. Theſaur. *deciſ. 99. n.13.* Bertaz. *conſ.*
ciuil.12. num.38. & 39. Rimin. Iun. *conſ.5. n.216. & 217.*
ſuper quo longius non inſiſto, quia extant allegationes
antiquæ particulariter ſuper hoc capite conſcriptæ, quæ
videri poſsunt, & deciſ. Perill. huius Senatus apud Surd.
dec.168.
Non obſtat ſi replicetur id ſuper quo Illuſtris Ordi-
narius fecit fundamentum in ſua ſententia (prout ex il-
lius tenore colligere licet) ſcilicet quod & ſi nullum fuiſ-
ſet ius translatum à D. Gazio in Sereniſſimum Do-
minum, eo quia augumentum dotis ſibi factum ab vxo-
re fuiſset nullius roboris, nihilominus adhuc ipſe Sere-
15 niſſimus ex particulari † Principis priuilegio poterit
alienando rem alienam à ſe bona fide poſseſsam trans-
ferre dominium in acquirentem ab eo, ad præiudicium
veri Domini, *l.2. & l. bene à Zenone. Cod. de quadrienn.*
præſcript. §. final. Inſtit. de vſucap. & ex diſpoſitione Sta-
tuti Patriæ, *ſub rubr. de priuilegio Domini Marchionis,*
& Capitanei, verſic. & Quod habentes cauſam, &c. & ſic
eo ipſo, quod conſtat Dominam Thadæam de Silue-
ſtris actricem habere cauſam à Principe, dicitur etiam
probatum eius directum dominium in hac petia terræ,
adeovt tam agendo, quam excipiendo non obſtante,
16 † quod res iſta fuerit aliena, ex priuilegio, quo gau-
det acquirens à Principe, litigando vincere debeat, *d. §.*
final. Inſtit. de vſucap. Peregr. *de iure Fiſci, lib.6. tit.4. ſub*
n.16 verſ. Tertio amplia.
17 Multipliciter enim huic † obiecto ſatisfieri poteſt,
& Primo, quod diſpoſitio dictarum legum, & Statuti
habet locum, quando Princeps alienat rem, vt ſuam
ſimpliciter, ſecus ſi vt ſuam, ex tali cauſa; nam ſi ex ea
cauſa res non eſt illius, ceſsat priuilegium in prædictum.
Cynus *in l.1. ante num.2. verſ. ſed debet diſtingui*, & ibi
Bald. *ſub n.6. verſ. ſed tu dic. &c.* Salycet. *ſub nu.1. circa*
finem, verſ. ideo ſequendo Cynum, &c. Cod. de hæred. vel
action. vendit. Alex. *conſ.52. n.7. vol.7.* Socin. *conſ. 121.*
n.25. & conſ.46. num.19. vol.4. Gramat. *dec.65. ſub num.*
79. verſ. item lex illa procedit, &c. Gabr. *in tit. de acquir.*
poſſeſſ. concl.2. num.26. Porti. *libr.2. concl.42. in decima*
limitatione, Peregr. *de iur. Fiſc. libr. 6. tit.4 ſub num.4.*
verſ. quinto declara, &c. Alexand. Turaminus, qui hoc
anno primam cathedram tenens obijt Ferrariæ, *in leg.*
non puto, in 3. part. quæſt.2. num.19. ff. de iur. Fiſc. fol.96.
Menoch. *conſ.2. ſub n.333. verſ. Reſpondetur ſecundo*, &
nemo quem ego viderim, reprobat hanc limitatio-
nem, ſed in datione in ſolutum de hoc dominio directo
facta à Sereniſſimo Domino q. Domino Octauiano de
Siluestris patri actricis, ad oſtendendum, qualiter illud
ſpectabat ad ipſum Sereniſſimum, facta eſt relatio ad
inſtrumentum inueſtituræ, vt in dicto proceſsu *B. fol.7.*
fac.1. ibi, *ex inſtrumento in deſcriptione ipſarum terra-*
rum reſpectiuè citatis, & infra fol.10. fac. 1. quam ab eius
celſitudine recognoſcit ad liuellum, &c. ex inſtrumento
publice rogato, &c. in quo inſtrumento inueſtituræ, quod
habetur in eodem proceſsu *B. fol.3. fac.1.* dicitur petiam
hanc terræ pertinere ad ipſum Sereniſſimum ex datione
in ſolutum ſibi facta à Medico; Gazio igitur cum rela-
18 tum † ſit in referente cum omnibus ſuis qualitatibus,
l. aſſe toto, ff. de hæredib. inſtituend. l. in teſtamento, la prima,
ff. de condition. & demonſtration. Pariſ. *conſ.39. num.13.*
vol.1. ſequitur, quod dicatur alienaſse hoc dominium,
non tanquam ſuum ſimpliciter, ſed tamquam ſuum, ex
datione in ſolutum habita à Medico, ex qua dixi nul-
lum ius transferri potuiſse, & per conſequens in caſu
iſto non poteſt habere locum beneficium legis *bene à*
Zenone.
19 Et quod vbi † ex præcedentibus deducitur rem eſse
Principis ex tali cauſa, & eius vigore alienare, hoc ſuf-
ficiat ad excludendum dictum beneficium, licet ſpecifi-
cè non dicat Princeps, quod vendit rem tamquam
ſuam ex tali cauſa, tradit Alex. *in conſ.52. ſub num.7. vo-*
lum.7.
20 Idque maximè dicendum eſt † in caſu noſtro, quia
Princeps non alienauit ſimpliciter directum dominium,
ſed & iura, quæ habebat in hac proprietate, vt in dicto
proceſsu *B. fol.7.* quaſi ſenſerit alienare id tantum, quod
ſui iuris erat, non autem alieni, iuxta tradita à Caſtr. *in*
l.1. n.2. in fine, ff. pro emptor. Natt. *conſ.38. n.1. & conſ.*
10. *n.7.* Surd. *conſ.127. n.29.*
21 Secundo reſpondetur, † quod dicta lex *bene à Ze-*
none, non habet locum, quando Princeps tempore
contractus non poſſidebat rem, quam alienabat. Bart.
in l. ſi. ſub n.2. verſ. fallit ratione poſſeſſionis, C. ſi contra
ius, vel util. publ. Bal. *in l.1. n.9. Cod. de hæredit. vel*
action. vend. Cyn. *in l.2. verſ. Sed Iacob. de Arena di-*
ſtinguit, &c. & ibi Bal. *ſub n.3. C. de commun. rer. aliena-*
tio. & ita clarius limitant Balb. *in tract. de præſcript. in 2.*
part. quinta partis principalis, quæſt 8. ſub n.2. in 3. limitat.
fol.426. Duen. *regul.238. n.9. par.1.* Gabr. *de acquir. poſ-*
ſeſſ. concl.2. n.27. Peregr. *de iur. Fiſc. lib.6. tit.4. ſub n.18.*
verſ. tertio limita, &c. Aloyſ. de Leo *in d. l. bene a Zeno-*
ne, n.5.

22 Simi-

Digitized by Google

22 Similiter ad hoc, vt † procedat ſupradicta diſpoſi-
tio opus eſt, quod ſequatur traditio rei in acquirentem,
Bal. *in c.1. §.ſi. ſub n.3. verſ. & ante traditionem de noua*
forma fidelitatis, in vſib. feud. Socin. *regul. 342. in litt. R. in*
8. limit. Iacob. de S. Georg. *in tract. de feud. in verb. Prin-*
ceps Pedemontium, quæſt. 2. ſub num. 10. in 3. limit. fol. 10.
Balbus *vbi ſup. in 2. limit.* Duen. *d. regul. 238. nu. 9.* Gabr.
d. concl. 2. de acquir. poſſ. num. 25.

23 Sed neutrum in caſu noſtro † interuenit; ergo non
poteſt eſſe locus prædicto beneficio; Quod autem Se-
reniſſimus Dominus tempore contractus non poſſide-
ret, patet, quia datio in ſolutum ei facta à Medico de
re aliena, & ſub prætextu, quod ſibi validè aſſignata
fuiſſet in dotem, fuit nulla, vt ſuperius deductum eſt, &
eſt textus *in l. rem alienam, ff. de contrahend. empt. l. ma-*
ter, C. de rer. vendic. Rebuff. *in l. vnica, n. 42. C. de ſen-*
24 *tent. quæ pro eo quod intereſt*, ex contractu † autem
nullo non transfertur poſſeſſio regulariter quidem ſecũ-
dum multorum opinionem, quos refert Honded. *conſ.*
20. n. 6. vol. 1. ſed ſaltem ſine aliqua controuerſia, quan-
25 do † non interuenit vera, actualis, & realis traditio,
ſed tantum ficta per conſtitutum, prout euenit in caſu
noſtro, Caſtr. *in l. 1. §. ſi vir. vxori, ſub n. 4. verſ. ſed qua-*
re hic, &c. & ibi Alex. *ſub n. 7. & ſub n. 8.* Iaſ. *n. 16. verſ.*
Pondere ergo, &c. Socin. *n. 12. verſ. ſecunda concluſio, &c.*
ff. de acquir. poſſeſſ. quos refert, & ſequitur Honded. *dict.*
conſ. 20. n. 40. vol. 2. Tiraquell. pulchrè *in tractat. de con-*
ſtit. poſſeſſorio, part. 3. limit. 7. n. 14. Rota *dec. 93. n. 10. p. 2.*
nouiſſimarum, ſi igitur non fuit translata poſſeſſio in
Sereniſſimum per dationem in ſolutum factam à medi-
26 co, ſequitur etiam, quod † alio non apparente non
præſumatur poſſediſſe tempore contractus, niſi probe-
tur ab actrice, vt in terminis firmat poſt Baldum, *in l. 2.*
ſub n. 3. verſ. ſed quid ſi non apparet, C. de commun. rer.
alienation. Felin. *in cap. quæ in Eccleſiar. ſub n. 35. verſic.*
& ſubdit Baldus, &c. de conſtit. & ſi non poſſidebat Se-
reniſſimus, ſequitur pariter iuſtificatio tertiæ limitatio-
27 nis, quod non tradiderit, quia † nemo dat, quod non
habet *l. traditio, ff. de acquir. rer. domin.*

28 Rurſus ad hoc vt ſupra ſcriptum † beneficium locum
habeat, oportet, quod Princeps alienans rem alterius ſit
in bona fide, gl. *in l. 2. in verbo proprium, C. de commun.*
rerum alienation. gl. *in l. vnic. in verb. diſtrahatur, C. de*
vendit. rer. fiſcal. lib. 10., & poſt multos, quos allegauit;
ita de communi firmant, Balbus *de præſcription. in ſe-*
cunda parte, quintæ partis principalis, quæſt. 8. in 4. limit.
Duen. *d. regul. 238. num. 1. par. 1.* Gabr. *d. concl. 2. de ac-*
quir. poſſeſſ. num. 14. Peregr. *de iur. Fiſc. lib. 6. titul. 4. ſub*
num. 18. verſ. ſecundo limita, &c. Aloyſ. de Leo *in dict. l.*
benè à Zenone, ſub num. 6. verſic. Quarto limita, Cod. de
quadrienn. præſcription.

29 Quæ quidem bona † fides, & ſi præſumatur, quando
is, qui habet cauſam à Principe, eſt reus, & poſſidet, at-
30 tamen † ſi ipſe agit, & reus maxime verus Dominus
ſit poſſeſſor, vt in caſu iſto, tunc non poteſt obtinere,
niſi probet principis bonam fidem tempore contractus,
Bal. *in d. l. 2. ſub num. 3. verſic. ſed quod ſi non apparet, C. de*
commun. rer. vendit. Felin. *in d. c. quæ in Eccleſiar. ſub n.*
35. verſ. & ſubdit Baldus, &c. extra de conſtit. & ſequun-
tur tacite remittendo ſe ad Bald. Iaſ. *in Auth. quas actio-*
nes, ſub nu. 6. verſ. quid autem in dubio, C. de Sacroſanct.
Eccleſ. Aloyſ. de Leo *in d. l. benè à Zenone, n. 6.*

31 Præterea, vt dicto † priuilegio gaudeat acquirens à
Principe, oportet, quod hęc tria copulatiuè interueniant,
ſcilicet, quod Princeps vendat bona fide, quod poſſi-
deat, de quibus duobus requiſitis ſuperius eſt actum;
& quod procedant debitæ ſubhaſtationes, gl. *in l. fin.*
in verb. quæſtionem, C. ſi aduerſ. Fiſc. Bal. *in l. 1. n. 9. Cod.*
de hæredit. vel action. vendit. Idem *in conſil. 363. n. 2. cir-*
ca finem, verſ. Quibuſdam ergo concurrentibus, &c. vol. 1.
Socin. *conſ. 26. nu. 26. vol. 4.* Curt. Iun. *conſ. 142. paulo an-*
te finem, & conſ. 185. num. 3. Afflict. *in tit. quæ ſint rega-*
lia, in verb. & bona committentium, ſub n. mihi 59. colum.
penult. verſ. ex quib. infero, quod ad hoc, &c. alias eſt n.
268. Felin. *in cap. quæ in Eccleſiar. ſub num. 35. verſic. &*

Franciſc. Nigr. Cyriac. Tom. IV.

ideo dixit Baldus de conſtit. Gabr. *d. concl. 2. de acquirend.*
poſſeſſ. num. 23. Grammat. *dec. 65. num. 78. & 79.* Duen.
d. regul. 238. n. 8. part. 3. Menoch. *conſ. 2. ſub n. 333. in ſe-*
xta limitatione, Peregr. *de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 4. ſub n. 18.*
in decimaoctaua limitatione, Aloyſ. de Leo *in d. l. benè à*
Zenone, ſub n. 6. in ſeptima limitatione, Alex. Turamin.
in d. l. non puto in 3. part. quæſt. 2. n. 25. ff. de iur. Fiſc. fol. 99.

32 Et licet quod ad requiſitum † ſubhaſtationis con-
tradicat Iacobin. de Sancto Georgio in cuius ſententiã
videtur, etiam inclinare Balbus; attamen propter horũ
fantaſias non eſt recedendum à communi, & ipſis ſatiſ-
faciunt Grammaticus, & Turaminus *vbi ſup.* quorum
prior oſtendit, quod etſi in donatione non poſſit ha-
bere locum; licitatio tamen poſſunt procedere
33 proclamata, † quod Princeps intendit donare rem,
quam proponit in proclamate, & ſi ius aliqui
prætendat, debeat comparere, aliàs excludatur
à iure ſuo, & Afflict. quoque *vbi ſupra*, admittit
in donatione poſſe interuenire ſubhaſtationem, ſed quid-
quid ſit in donatione, ſufficit, quæ neceſſaria eſt in ven-
ditione, quæ ſubhaſtatio cum non interuenerit in caſu
noſtro, debet ſilere iſtud priuilegium.

34 Prædictæ autem † omnes limitationes, quæ dantur
ad *d. l. Benè à Zenone* conueniunt etiam patrio Statuto
idem diſponenti; quod debet intelligi ſecundum diſpo-
ſitionem iuris communis, vt de eo ipſo agentes docent,
Curt. Iun. *conſil. 143. n. 3.* Bero. *conſ. 83. in princip. vol. 3.*

35 Nec dicatur, † quod ſi ita intelligeretur redderetur
ſuperfluum, quia vltra reſponſionem allatam à Curt.
Iun. *in d. conſ. 143.* ego ſolidiorem, & germanam addo
ſatisfactionem, quod Statutum noſtrum ſatis operatur,
cum tollat dubium illud, de quo magna controuerſia
36 eſt inter D D. an priuilegio, *l. benè à Zenone*, † gau-
deant inferiores ab Imperatore, de qua apud Gabr. *d.*
concluſ. 2. de acquir. poſſeſſ. num. 7. Duen. *reg. 238. num. 5.*
par. 1. Soc. Iun. *conſ. 69. num. 56. cum ſeqq. vol. 1.* adeovt
37 antequam Curtius Iunior † vidiſſet illud Statutum
negauerit Principes Mantuæ gaudere dicto beneficio, vt
patet in eius *conſ. 142. paulo ante finem, verſic. & ideo*
multo minus, Statutum autem, quod tollit aliquam am-
38 biguitatem, non poteſt dici ſuperfluum, † & ſufficit,
quod eo caſu tantum operetur, abſque eo quod in alijs
corrigat ius commune, Surd. *dec. 195. num. 10.* Moror.
conſ. 89. num. 18.

39 Ad prædictorum comprobationem addo, † quod
Fiſcus, ſiue Princeps ſtante prædicto priuilegio non te-
nentur promittere de euictione, Aloyſ. de Leo, *in d. l. be-*
nè à Zenone, n. 2. faciunt tradita à Caballin. *de euict. §. 5.*
num. 88. vnde cum Sereniſſimus promiſerit de euictione,
iuxta ſolitum, videtur noluiſſe vti dicto priuilegio, nec
quod eo vteretur habens cauſam ab eo, quia non opus
fuiſſet vni promittere, nec alteri petere promiſſionem
de euictione.

Sed vbi ipſo iure Domina de Siluestris poſſet allegare
ſępedictum priuilegium, quod tamen nullibi oppoſuit,
adhuc tamen ſubeniendum eſſet Dominæ Surdæ, me-
diante reſtitutione in integrum, ex clauſula generali pro-
pter ignorantiam, ab ea petita in proceſſu appellationis,
fol. nam quando Sereniſſimus Dominus alienauit hoc
directum in Dom. Octauianum de Siluestris, hæc pe-
tia terræ occupabatur, & ſemper antea occupata fue-
rat à Medico Gazio, ita vt Domini Fratres de Cocco
nunquam diuinare potuiſſent Sereniſſimum Dominum
Ius aliquod, in ea prætendere, nec de ea debere aliquẽ
facere contractum, cum ignorarent, quid negotij inter-
ceſſiſſet inter prædictum Medicum, & Sereniſſimum
40 Dominum, vbi autem † verus Dominus ignorauit
contractum factum à Principe de re ſua, tunc priuilegiũ
l. benè à Zenone, ei non præiudicat, Soc. *conſ. 46. n. 23.*
volum. 4. ſed vero Domino, & maiori datur reſtitutio,
41 † ex clauſula generali, ex capite ignorantię, Sforz. Odd.
de reſtit. in integrum, quæſt. 89. ſub num. 64. vbi dicit ve-
riorem opinionem; Emanuel Coſta, *in l. Gallus, §. &*
quid ſi tantum. par. 2. num. 65. ff. de liber. & poſthum.

42 Et quod detur † reſtitutio etiam maioribus ex capi-

G te

Digitized by Google

te ignorantiæ aduerſus habentes cauſam à Principe, probatur manifeſta ratione; nam minores, & ignorantes
43 † æquiparantur, vt notum eſt, at minoribus conceditur reſtitutio contra dictum priuilegium, vt de magis communi, recitatis authoribus, teſtatur Odd. *in d. tractat. de reſtit. quæſt.* 18. *ſub n.* 81. Malual. latè *conſ.* 94. *nu.* 15. Turramin. *in d. l. non pute, par.* 3. *quæſt.* 2. *nu.* 23. *ff. de iur. fiſc. fol.* 98. ergo etiam ignorantibus.
44 Et ex hoc fundamento † cõprobatur etiã limitatio illa quam ſuperius deducebamus, vt in iſtis alienationibus ſit neceſſaria ſubhaſtatio ad hoc, vt veri Domini non poſſit poſtea allegare ignorantiam.
45 Atque Perill. Senatus debet inclinare in fauorem D. Surdæ; tum quia dicta *l. benè à Zenone*, eſt rigoroſa immo in qua, vt dicit Io: Faber. *in §. final. Inſtit. de vſucap.*
46 Soc. Iun. *conſ* 69. *n.* 60. *vol.* 1. & ideo † quælibet modica occaſio facit eam ceſſare, Bald. *in proœm. decretal. ſub n.* 15. Iaſ. *conſ.* 167. *n.* 3. *vol.* 2 Gabr. *d. concl.* 2. *nu.* 35. Tum quia actricis indemnitati conſultum eſt, ex quo habet actionem contra domum hæreditatis Medici Gazij contra quam fuerunt illi reſeruata iura, vt patet in proceſſu comparitionis ab ea producto, *ſignato B.* cuius Medici bona, & hæredes, vbi Domina Surda non obtinebit contra Dominam de Silueſtris longo circuitu tãdem tenebuntur.

Vbi verò videretur Excellentiſſimo Senatui confirmãdam eſſe priorem ſententiam, latam contra Illuſtrem Dominam ream, procul dubio ei pro ſua indemnitate condemnanda erit, vel Sereniſſima Camera, vel hæredes prædicti Domini Medici Gazij iuxta reſcriptum productum in proceſſu appellationis *fol.* 23. & petitionem in eius executione porrectam, de qua ibi, *fol.* 25.

47 Et primo † quo ad Cameram, non eſt dubium, quod & ſi Princeps poſſit præiudicare domino, vendendo rem alienam, tamen datur contra eum regreſſus ipſi Domino pro pretio infra quadriennium, *l. omnes, l. benè à Zenone, C. de quadriennij præſcript. §. fin. Inſtit. de vſucap.* & dicto Statuto, *de priuilegio Domini Capitanei, §.*
48 *& quod habentes cauſam, &c.* † quod quadriennium non currit ignoranti, ſecundum Hieronym. Laurent. *de-*
49 *ciſ. Auenion.* 17. *nu.* 3 *in fine*, † ſicuti etiam quadriennium, quod datur ad petendam reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem curſam ex capite ignorantiæ, non currit niſi à die ſcientiæ, Bald. *in l. falſam, ſub n.* 3. *C. ſi ex falſis inſtrum.* Odd. *de reſtit. in integr. qu.* 20. *art.* 4. *ſub n.* 37. & quatenus curreret ignoranti dictũ quadriennium ad petendum pretium, ſaltem datur reſtitutio in integrum, Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 89. *art.* 8. *n.* 62. cum igitur nec Dominus Corius, nec Domina Surda habuerint ſcientiam de hoc contractu Sereniſſimi de re ſua cum Domino Silueſtro, venit reſtituenda aduerſus lapſum quadriennij pro pretio conſequendo.

Præcipuè cum à die ſcientiæ, quæ non poteſt conſiderari, niſi à die quo Domina Thadæa actrix fecit fidẽ ſe habere cauſam à Principe, quæ fuit 17. Februarij 1604. quo tempore produxit proceſſum, in quo continetur inſtrumentum acquiſitionis, nondum fluxerit quadriẽnium.

Nam & ſi aliàs vſque de anno 1599 *in proceſſu ſignato C.* produxerit actrix inueſtituram factam à ſuo patre hæredibus Medici Gazij, in qua aſſeritur ipſum habuiſſe dictam petiam terræ à Principe, tamen hoc non officit; tum quia Domina Surda fuit abſoluta in dicto iu-
51 dicio, ad tradita ab Odd. *conſ.* 20. *n.* 11. † tum quia referenti non creditur, niſi producatur relatum, *Auth. ſi quis in aliquo*, & ibi ſcribentes, *C. de edend.* tum quia
52 nemo † tenetur credere, nec conſtituitur in mala fide ex aſſertione, & proteſtatione ſibi facta, niſi fiat fides de aſſerto, Bart. *in l. grege, §. cum pignore, ſub nu.* 2. *ff. de pignoribus*, & ibi Salycet. *ſub num.* 5. D. Surd. *conſil.* 22. *num.* 12. Tum demum quia Domina Surda eſt minor, quæ in omnem caſum eſſet reſtituenda ex capite minoris ætatis.
53 At vbi ipſa † non haberet regreſſum aduerſus Principem pro [...]io, procul dubio hæredes Medici, qui vendidit rem alienam erunt obligati Dominæ Surdæ pro eodem pretio, *l. mater, C. de rei vendicat. l.* 1. *C. de reb. alien. non alienand. l. ſi cum ſeruum*, 23. *ff. ſi cert. petat.* Corn. *conſ.* 146. *ſub num.* 1. *vol.* 3. & etiam pro dam-
54 nis, & intereſſe, quia † nemo alterius culpa damnum ſentire debet, *l. non debet alteri, ff. de regul. iur.* Decian.
55 *conſ.* 2. *num.* 145. *vol.* 1. qui autem cauſam † damni dat, damnum dediſſe videtur, *l. qui occidit, §. in hac, ff. ad leg. Aquiliam, l. prætor, la ſeconda, §. ſi cum ſeruum, ff. vi bono-*
56 *rum raptor.* & qui † dat occaſionem damni, illud reſarcire tenetur, *cap. final. de in iur. & damn. dato, l. cum duobus, §. damna, & §. quidam ſangarium in fine, ff. pro ſocio*, Rota nouiſſim. *deciſ.* 611. *nu.* 1. *part.* 1. Porti. *conſ.* 114. *num.* 1. Burſatt. *conſ.* 139. *num.* 13. Cephal. *conſ.* 577. *num.* 21. *cum infinitis*.

Hæc ſunt, quæ in mentẽ venerunt pro defenſione Illuſtris Dominæ Surdæ, cuius pater Excellentiſſimus D. Ioannes Petrus Surdus, I. C. perpetuis laudibus ab omnibus decorandus, ſi hodie viueret, non opus habuiſſet filia alienans, & noſtrum præcipuè debile quærere patrocinium vtcumque tamen id fuerit, puto iuridicum eſſe, ſaluo rectius ſentientis iudicio.

ARGVMENTVM.

Contrabannum ob non denunciam rei, quomodo probetur. Quid exigatur, vt pæna ſumi poſſit, eius Edicti vigore. De Denunciati confeſſione cum qualitate, & adiuncto. De Officialis fide, & pæna.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator debet in actis producere ordinem, ſeu edictum cuius vigore accuſat, niſi id faciat vigore communis ſtatuti, &c.*
2 *Fundans ſe in Negatiua, eam debet probare; præcipuè ſi pars ſe opponat.*
3 *Et ſi non probetur, reus eſt abſoluendus.*
4 *Debet realiter præſentari Ordo, ſeu proclama penale, & relaxari copia in actis.*
5 *Productio facta non dicitur, ſi ſcriptura iudici ſolum oſtendatur.*
6 *Iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata; Et de communiſſima op.*
7 *Pæna comminata pro negatiua, ſi ſcilicet non fecerit, non poteſt infligi ante monitionem.*
8 *Obligatus ad aliquid, eſt ſolum obligatus cum requiritur à parte.*
9 *Expenſæ non ſunt reficiendæ ab appellante (ſi de hoc ſtaret ſtatutum) niſi pars id peteret.*
10 *Fideiuſſio eſt præſtanda, ſi à parte petatur.*
11 *Lex, vel ſtatutum cogens etiam præciſè iudices ad aliquid faciendum, intelligitur, ſi à parte petatur.*
12 *Monitio eſt quid facti, quod non præſumitur niſi probetur, præcipuè in delicto, & num.* 13.
14 *Qualitas adiecta in proclamate eſt probanda ab accuſante vigore ipſius.*
15 *Reſoluitur oppoſitio.*
16 *Dictio, Poſt, poteſt verificari in modico tempore, & reſtringit diſpoſitionem ad talem paucitatem.*
17 *Verba ſunt interpretanda iuxta mentem proferentis.*
18 *Confeſſio debet interpretari ad fauorem confitentis, contra Fiſcum.*
19 *Contrarias actiones inſtituens nihil agit, & reus eſt abſoluendus.*
20 *Pignus ſine ſpe luitionis eſt vt in bonis creditoris.*
21 *Stante ſtatuto deſcriptionis bonorum, debet tale pignus deſcribi per creditorem, nomine ſuo.*
22 *Quod poteſt fieri tempore licito, & illicito, cenſetur factum tempore licito, ad excluſionem delicti.*
23 *Confeſſio dubia non ſufficit ad condemnandum.*

Digitized by Google

24 *Confeſſio debet accipi cum ſua qualitate, & non diuidi.*
25 *In dubio eſt pro reo iudicandum.*
26 *Non probat hoc eſſe, quod contingit ab hoc abeſſe.*
27 *In criminalibus probationes debent eſſe clariſſimæ.*
28 *Notario, & Officiali magis cæteris creditur, in ſuo officio.*
29 *Intellige cum clare aſſerit, & deponit de facto; ſecus de non facto.*
30 *Exploratores ſunt condemnandi in expenſis, liberato per Iudicem ab eis denunciato; dum non denunciant ex officio.*

CONTROVERSIA DLXXXIII.

PLuſquam certum eſt, D. Ioannem Zambonum abſol-
uendum eſſe ab impicto delicto, quod non profeſſus
fuerit centum ſaccos tritici, recollectus anni 1603. quos
habebat ſuper horreo Illuſtris, & Multum Eccell. Do-
mini Anthei Gizzoli, in ſolita deſcriptione bladorum,
& buccarum contra formam ordinum, & proclama-
tum.

Primo quia non conſtat de aliquo ordine imponente
penam blada non profitentibus hoc in caſu, & ob id ſi
aliquis extat, debebat produci ab accuſatore, & in actis
1 regiſtrari, cum non ſit clauſus in corpore ſtatutorũ; † præ-
cipuè cum hoc fuerit oppoſitum à parte, quo non pro-
ducto non poſſunt iudices ſuper eo facere aliquod fun-
damentum, nec procedere ad condemnationem, quia
ex illius productione, & lectura poſſet reſultare defenſio
rei, Alex. *in l. vnica, ſub num. 2. C. ve qua deſunt aduocat. part.* Roman. *conſ. 512 n. 12.*

Secundo, quia accuſator fundat intentionem ſuam in
hac negatiua, quod D. Zãbonus non dederit dictum fru-
2 mentum in notam, ideo tenebatur eam probare, † præ-
cipuè ſtante partis oppoſitione, Bartol. *in l. in illa, nu. 5. ff. de verbor. obligat.* late Maſcard. *in concl. quibus modis probetur negatiua, quæ eſt in meo libro, concluſio 1092. n. 1.* & latius Pacian. *cui incumbat onus probandi lib. 1. cap. 51. num. 28. cum ſeqq.* quod cum factum non appareat in
proceſſu, non ſolum per productionem alicuius ſcriptu-
ræ ſeu notæ, ſed nec etiam per exhibitionem, vel alio
3 quouis modo, † reus eſt abſoluendus, *leg. qui accuſare 4. C. de edend.* Deci. *conſ. 37. ante num. 5. verſic. vnde communis regula, &c.* Burſat. *conſ. 69. nu. 1.* Maſcard. *concl. 36. num. 33.*

Quod ſi forte fuiſſet facta aliqua exhibitio particularis
Perill. Dominis Iudicibus, de qua tamen vt dixi non
4 conſtat, &c. hæc non ſufficeret, † niſi realiter præſen-
tata, & relaxata copia in actis, Alex. *conſ. 37. nu. 20. vol. 2.* Oſaſc. *dec. 1. ſub num. 40. & num.* 50. late Couar. *variar. reſolut. lib. 1. cap. 1. num. 5. & ſub num. 9.* quia pro-
ductio fieri ſolet, vt pars aduerſa videre poſſit, an conten-
ta in ſcriptura ſibi noceant, quo fit, vt ſi tantum iudici
5 oſtendatur, † non dicatur edita neque producta, *l. 1. §. editiones*, vbi Zazi. *ſub num. 44. & 45. ff. de edend. leg. vltima, Cod. de fid. inſtrum.* Rimin. Iunior. *conſil. 336. num. 13.*

6 Et certum eſt, iudicem non debere iudicare † niſi ſe-
cundum allegata, & probata, ſecundum opinionem
Ioannis, de qua per Gl. communiter approbatam, *in l. illicitas, §. veritas, in d. verbo veritas* vbi cæteri ſcriben-
tes, *ff. de offici. præſidis*, Gl. *in cap. paſtoralis, 28. §. quia vero, in verbo tenetur,* vbi Abb. *num. 8* & Felin. *num. 23. de offic. delegat.* Couar. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 1.* & hanc
eſſe communem opinionem, non ſolum Legiſtarum ſed
Canoniſtarum, & Theologorum, teſtatur Viuius, *deciſ. 178. ſub num. 1.*

Tertio, ad hoc vt pœna comminata alicui negatiue, ſi
aliquid non fecerit, incurratur, opus eſt, vt præcedat mo-
7 nitio, † & requiſitio, ad illud faciendum; celebris eſt
doctrina Innocentij, *in cap. exſtirpandæ, 30. §. quia vero, ſub num. 2. verſic. item hæc habent locum, & c. de præbendis.* Alex. *conſ. 10. num. 3.* vbi addentes multos cumulant,
volum. 7. Dec. qui teſtatur de communi, *conſil. 37. ſub num. 6. verſic. Et caſu quo ſtatutum, &c.* Idem *conſ. 605. num. 2.*

Idque præciſè neceſſarium erat in caſu noſtro, quia
ordo, in quo ſe fundat accuſator quem ego priuatim
videre volui, obligat ad dandum in notam blada, offi-
cialibus eam requirentibus.

Confert quod dici ſolet, obligatum facere aliquid, ita
8 demum intelligi obligatum, † ſi requiratur à parte, *l. 4. §. hoc autem, ff. de damn. infect.* Ruin. *conſ. 13. num. 12. volum. 5.* Turret. *conſ. 92. ſub num. 7. volum. 1.* vnde ſi ſta-
tutum velit quod appellans non audiatur niſi refectis
9 expenſis, intelligitur ſi petita fuerit † earum refectio; a-
lias tenet iudicium, Vrſil. ad Afflict. *dec. 378. ſub num. 3.* Bogn. *dec. 71. num. 61. part. 1.*

10 Sic fideiuſſio preſtanda intelligitur, † ſi à parte peta-
tur, *l. vltim. §. 1. ff. quorum legat.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſ. remed. 2. num 98.* Similiter vbi lex vel ſtatutum co-
11 git etiam verbis præciſis iudices, ad aliquid faciendum, †
intelligitur ſi à parte fuerit petitum, Benintend. *deciſ. 55. num. 1.* & quattuordecim ſimilia congerit, Iaſon. *in l. vniuerſa, in primo notabili, Cod. de precib. Imperat. offerrend.*

Si igitur non appareat, quod Dominus Zambonus
fuerit requiſitus ab officialibus, ad dandum hanc notam
bladorum, & talis monitio, & requiſitio ſit quid facti,
12 † quæ ob id non præſumitur, niſi probetur ab accuſa-
tore, *l. in bello, 12. §. facta, ff. de captiu. & poſtlimin. re-*
13 *uerſ.* præcipuè ad inducendum delictum, † argumento
l. menio, 51. ff. pro ſocio, & tanto magis debebat probari,
14 cum ſit qualitas adiecta in proclamate, † cui innititur
accuſator, Oſaſc. *deciſ. 71. num. 22.* ſequitur quod ipſe
ſit abſoluendus, vt per dictum Oſaſcum ſupracitato
loco.

15 Nec obſtat ſi diceretur, † ipſummet D. Ioanninum,
in ſuo conſtituto primo, *fol. 10. fac. 2. & fol. 11. faciat. 1.*
fateri ſe requiſitum fuiſſe tam à capite ſocietatis quam
ab officialibus qui ibant per vrbem, faciendo deſcriptio-
nem bladorum.

Reſpondetur enim id contigiſſe multò antequã publi-
caretur aſſertum proclama pœnale, quia illud fuit publi-
catum in finem anni 1603. & talis requiſitio de qua fa-
tetur D. Zambonus, fuit paulo poſt recollectum dicti
anni, ſicuti dictant illa verba, *doppo il raccolto dell'anno paſſato,* quæ tam ex intentione proferentis, vt colligitur
ex lectura dicti conſtituti, quam etiam de proprio ſigni-
16 ficatu verbi, *poſt,* innuunt, dictio enim, *poſt,* † poteſt
verificari in modico tempore, & reſtringit diſpoſitio-
nem ad breue ſpatium, *l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter,* vbi Gloſ. *in verbo prætor edixit verſic. quod ergo dicitur,* & ibi Odofred. & Bald. *ff. ex quib. cauſ. maiores,*
quod etiam expreſſe declarauit in ſcriptura in actis pro-
ducta, fuiſſe de menſe Octobris anni 1603. cuius declara-
17 tioni † ſtandum eſt, cum dicta verba ſint dubia, & de-
pendeat ab eius animo qualiter illa protulerit, iuxta Gl.
in §. alter, Inſtit. de action. & habemus quod confi-
tens poteſt declarare ſuam confeſſionem, Bertaz. *conſ. crimin. 4. num. 3.* Iaſ. *nu. q. 81. n. 317.* Et etiam ſine
tali declaratione, cum dubia ſit confeſſio ipſa, tum
vigore verbi, *poſt,* quod dixi verificari in modico tem-
pore, tum quia verba confeſſionis poſſunt etiam ita
accipi, *ma fu dell'anno paſſato doppo il raccolto,* referen-
do illa verba, *dell'anno paſſato,* ad tempus, non ad re-
18 collectum: deberet interpretari † in fauorẽ confitentis,
contra Fiſcum, Maſcard. *in ſuis quæſtionibus ante concluſiones. q. 7. num. 48.* Rimin. Iun. *conſ. 23. num 307. & conſ. 204. num. 55.* Fariuac. *q. 81. num. 35.*

19 Præterea † Fiſcus intentat contrarias & repugnan-
tes actiones; nã inquirit D. Gizzolum, eo quod accepit
in ſolutum hos ſaccos 100. frumenti à Domino Zam-
bono, & vult etiã poſtea quod D. Zambonus teneretur
denunciare illos; ſi fuerãt dati in ſolutum, non erant am-
plius D. Zamboni, & ſic non tenebatur eos profiteri,
ſi non fuerunt ſui, poteſt inquiri D. Gizzolus, ideo prius
terminandum eſt, An D. Gizzolus habuit illos in ſolu-
tum nec ne, nec ante poteſt turbari D. Zambonus.

Digitized by Google

20 Secundo vlterius, quando † pignus ita obligatur, vt
non ſit ſpes luitionis, tunc reputantur vti bona creditoris,
non autem vti debitoris, adeo vt ſi extet ſtatutum quod
rei qualis eſt illa pignorata, fiat profeſsio, vel deſcribatur
21 in extimo, erit ſienda † a creditore, & deſcribenda
in eius extimo, non autem a debitore. Negul. *de pign.*
3. membro 5. partis. num. 27. *&* 28. Farinacc. *in ſuo*
conſilio, poſt tract. de coniectur. num. 13. 14. *&* 15. imò
& depoſitarius tantũ tenetur ipſe dare in notam. Sola in
terminis, *ad notas, fol. 91. num.* 10. Inſuper Dominus
Zambonus dederat facultatem Dom Gizzolo ven-
dendi tale frumentum, vt ſibi ſatisfaceret; modo potuit
credere, tempore, quo deſcribebantur blada, quod am-
plius non extarent, & ſaltem habet iuſtam rationem
excuſationis, cum certo non teneat, an extarent necne.
22 Facit etiam quia, vbi quid potuit fieri tempore † li-
cito, & tempore illicito, præſumitur factum tempore li-
cito, ad excluſionem delicti, Bartol. *in leg. non ſolum, §.*
ſed vt probari, num. 2. ff. de nou. operis nunciat. Me-
noch. *lib. 5. præſumpt. 2. num.* 10.
23 Et in omnem caſum, confeſsio † dubia non eſt ſuffi-
ciens ad condemnandum, Farinacc. *q.* 81. *num.* 32.
Cum igitur omiſſio pro qua imputatur, contigerit
poſt dictum proclama de anno 1604. nec probetur ta-
li tempore requiſitum fuiſſe, ſubſiſtit fundamentum ſu-
perius firmatum, quod non probata requiſitione, ve-
niat abſoluedus.
Secundo reſpondeo. Quatenus Fiſcus poſſet facere
fundamentum in dicta confeſſione, & deberet intelligi
de tempore poſt proclama, ex quo tamen eſt connexa
cum qualitate, quod ad dictam requiſitionem dedit in
notam ſupraſcriptum frumentum, deberet acceptari,
24 cum ſua † qualitate, nec poſſet aliquo pacto diuidi
à Fiſco, Riminal. Iun. *conſ.* 127. *per totum*, & ita ex ea-
dem confeſsione reſultaret medela, ſi ex ea deduceretur
offenſa.
25 Quartò, in dubio iudicandum eſt pro † reo, ne pœna
proclamatis dicatur inuiſta, Oláſc. *deciſ.* 71. *num.* 67.
26 Hinc † obiter animaduerto, quod ex ipſa liſta de-
ſcriptionis bladorum, vbi etiam produceretur, non vide-
tur probari poſſe negatiua, quia poteſt eſſe, quod D.
Zambonus dederit hanc notam, & officialis non de-
ſcripſerit, vnde non probat hoc eſſe, &c. & certum eſt
in criminalibus, probationes debere neceſſario conclu-
27 dere, † & eſſet luce meridiana clariores. Nec releuat
quod ſi nũcius dicat citaſſe aliquem, & ipſe neget, quod
ſtatur nuntio, & ſi notarius ſcripſerit vno modo dictum
28 teſtes, & ipſe neget, ſe ita dixiſſe creditur magis no-
tario; quia illud procedet, quia conſtat de facto, & aſſer-
tione † clara officialis, ſecus autem videtur dicendum
in non facto, quod per ſe nihil oſtendit, maxime non
corroborato dicto teſtis.
Accuſator autem debet condemnari in expenſis
29 cum † non ſit de illis perſonis, qui neceſſitate officij
coguntur denunciare delicta; ſed id facit vti explora-
tor, gratia lucri conſequuendi, ſicuti de ſimilibus ipſis
(vt vtar eius verbo) concludit Farinacc. *quæſt.* 16.
num. 17.

A R G V M E N T V M.

Pleniſsimè diſſeritur de ſubſtitutione fideicommiſ-
ſaria facta à Teſtatore, de aliquo poſt plurium
mortem; An inducat fideicommiſſum, ſeu re-
ciprocam inter eos. Plures circa id examinan-
tur concluſiones; referunturque in id coniecturæ
voluntatis Teſtatoris; Aliqua de naturalium
ſucceſsione, & alijs ad materiam.

S V M M A R I V M.

1 *Non inducitur ſubſtitutio reciproca inter plures ſubſtitutos per fideicommiſſum, & eſt magis communis.*
2 *Fideicommiſſum non præſumitur, niſi euidenter probetur.*
3 *Reciproca ſubſtitutio non admittitur, niſi pluribus concurrentibus. Et de ratione, & n.4.*
5 *Cum plures grauantur, cenſetur facta ſubſtitutio ſingulis, non tamen reciprocè.*
6 *Verbum* Infraſcripto, *includit ſolum quod per expreſſa verba legi poteſt.*
7 *Pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates; & numer.* 14.
8 *Quolibet ex honoratis decedente, fit locus ſubſtituto in defuncti portione.*
9 *Etiamſi ſubſtitutio ſit facta in omnibus bonis.*
10 *Contrarium ſentientes, quomodo intelligendi, & numer.* 11.
12 *Illegitimitas impedit mutuam ſucceſſionem ab inteſtato.*
13 *Potius ſuccedit Fiſcus Illegitimis, quam ipſi ſibi inuicem.*
14 *Pluralitas tunc reſoluitur in ſingularitates cum extat perſona prædilecta.*
15 *Non cenſetur eſſe perſona prædilecta, quæ non conſeruet agnationem.*
16 *Nec præſumitur niſi in deſcendentibus, non in collateralibus teſtatoris.*
17 *Prædilectio talis non facit reciprocam, ſubſtitutionem; ſed ſolum reſeruat ius ſucceſſionis.*
18 *Confeſſio ſuper intentione teſtatoris nil releuat.*
19 *Codicilli ſunt pars teſtamenti, etiam longè poſt ipſum facti.*
20 *Per Codicillos non cenſetur receſſiſſe teſtator à teſtamento, niſi expreſſe eo mutato.*
21 *Cum diſpoſita ſunt incompatibilia, vltima, & nouiſſima voluntas attenditur.*
22 *Semper in dubio cenſendum, codicillum non aduerſari teſtamento; aut illud corrigere, vel ſaltem minus, & num.* 23.
24 *Conceſſio ad libellum perpetuum cum pacto affrancandi, eſt ſpecies alienationis.*
25 *Prohibitio teſtatoris cum verbo vniuerſali geminato,* Quacumque, *comprehendit etiam alienationem improprium.*
26 *Eſt alienatio etiam inſtitutio extranei, ſtante tali verbo.*
27 *Cum prohibitus alienare non habet aliquos agnatos, quorum reſpectu ſuit prohibitus, poteſt liberè alienare.*
28 *Ex inſtitutione probatur, quem eſſe tractatum, vt legitimum.*
29 *Et ex comprehenſione illius in agnatione.*
30 *Teſtatoris voluntas eſt coniecturanda ex eius opinione, & ita attendenda.*
31 *Voluntas teſtatoris eſt regulanda non à ratione, ſed ab eius arbitrio.*
32 *An Baſtardus excludat ſubſtitutum, pendet à voluntate teſtatoris.*
33 *Poteſt ipſe teſtator conſeruare agnationem in Baſtardo, iubendo eum vocari de familia, & vti inſignibus.*
34 *Vbi poteſt Teſtatoris voluntas deprehendi, non attenditur rigida verborum ſignificatio.*
35 *Baſtardi, & ab eis deſcendentes dicuntur de familia patris naturalis. Excepto quoad effectum ſucceſſionis, & num.* 37.
36 *Agnati ſunt, qui nobis per virilem ſexum coniuncti ſunt.*
38 *Baſtardi largo modo, & iure, & vſu communi ſunt de familia, & vtuntur inſignibus.*
39 *Verba Teſtatoris debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi.*
40 *Teſtatores ſæpe abuſiue loquuntur; ideo ſufficit eorum verba verificari etiam impropriè.*
41 *In diſpoſitione Nobilis non excludit baſtardus ſubſtitutum.*
42 *Niſi in aliqua diſpoſitione illum admiſit inter filios.*
43 *Coniectura affertur in hypotheſi.*

44 *Vna*

Digitized by Google

44 *Vna pars teſtamenti declarat aliam.*

45 *Subſtitutio facta poſt mortem plurium collectiuè facit reciprocum fideicommiſſum inter eos etſi ea non ſit facta vltimo morienti. Eſt plurimorum ſententia, ibidem, & communis, & n. 46.*

46 *Eſt coniecturata ſubſtitutio reciproca, cum Teſtator ſubſtituit vltimo morienti in tota hæreditate, poſt plurium mortem.*

47 *Eſſe poteſt etiam talis, ſi id ſuadeant ſimiles coniecturæ.*

48 *Videlicet cum expreſſè non eſt facta ſubſtitutio in omnibus bonis.*

49 *Vel ſi honorati eſſent poſiti in conditione, & poſt eos alius ſubſtituens.*

50 *Vel ſi expreſſè non ſit facta ſubſtitutio vltimo morienti, & cur, & n. 51.*

52 *Subſtituens finita linea, cenſetur ſubſtituere vltimo eiuſdem lineæ, & num. 57. Maximè cum adeſt dictio,* tunc & eo caſu, 53. *Et de talis verbi effectu, num. 54.*

55 *Teſtator faciendo mentionem de vna linea, exiſtentibus pluribus, præſumitur eam accepiſſe contentiuè, non autem effectiuè.*

56 *Sæpè ex circumſtantiis dijudicandum eſt, lineam accipi conſentire.*

58 *Reciprocum adhuc inducitur fideicommiſſum cum teſtator admittit ſubſtitutum ſolum deficientibus deſcendentibus, & ſua linea, & num. 59.*

60 *Subſtitutio facta poſt plurium mortem non eſt facta vltimo morienti, cum ſit in tota hæreditate, & mens teſtatoris non conijcitur; ſecus aliàs.*

61 *Expreſſum dicitur ſpecialiter, quod coniecturis tantum colligitur.*

62 *Sufficit ad fideicommiſſum etiam coniectura quæuis vrgens voluntatis excludẽdo ſubſtitutum poſt mortem plurium.*

63 *Vt cum teſtator prohibuit alienationem, quia vult bona in familia conſeruari.*

64 *Vel cum alias diſpoſitio teſtatoris ſuum non poſſet effectum ſortiri.*

65 *Vel cum pluribus inſtitutis, iubet bona ſua in perpetuum tranſire de liberis in liberos, prohibendo alienationem. Et de ratione, num 66. & num. 73.*

67 *Inducitur præterea fideicommiſſum ex concurrentibus prohibitionibus alienationis, cum ſua ratione, & pœna inductione alienantibus bona. Maximè ſi fiat ad fauorem deſcendentium, & per nomen collectiuum, & numer. 68*

69 *Dictum* Gloſſ. *affertur.*

70 *Subſtitutio talis putatur eſſe, qualis eſt inſtitutio; & ab ea recipit interpretationem.*

71 *Prædilectio in inſtitutione cenſetur eadem in ſubſtitutione.*

72 *Veriſimile eſt primum, & ſecundum æquè vocatos.*

74 *Vna ſubſtitutio declarat aliam. Et vna in caſum alienationis declarat aliam in caſum mortis.*

75 *Diſpoſitio teſtatoris reſpectu vnius lineæ, cenſetur procedere etiam quo ad aliam.*

76 *Alia coniectura teſtatoris affertur ad propoſitum caſum.*

77 *Confeſſio intereſſe habentis, quo ad interpretandam codicillantis mentem contra ſe ſibi præiudicat.*

78 *Verbum* linea, *eſt collectiuum.*

79 *Opinio quod in ſubſtitutione collectiuè facta omnium bonorum poſt plurium mortem pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates, pluribus caſibus limitatur.*

80 *Cum pluralitas ſeu ſubſtitutio reſpicit vnum dumtaxat effectum.*

81 *Item cum reſultat abſurdum, vel contra mentem Teſtatoris, quod demonſtratur in propoſito.*

82 *Præterea id limitatur cum ſubſtitutio eſt facta conditionaliter.*

83 *Verbum* Tunc, & eo caſu, *facit limitationem ad concluſionem prædictam.*

84 *Ceſſat etiam reſolutio, cum ratio eadem non eſt in ſingulari, ac in plurali.*

85 *Ratione verbi collectiui, ac copulæ,* Et, *receditur à verborum proprietate, ob has coniecturas.*

86 *Aliæ afferuntur coniecturæ in propoſito, & n. 87.*

88 *Quando aliquis ad ſuggeſtionem alterius mutat teſtamentum in præiudicium primi; datur ei reuocatoria contra ſecundum.*

89 *Licet blanditijs allicere ad ſe inſtituendum, ſed citra alterius præiudicium.*

90 *Affertur ratio in caſu adducto.*

91 *Reſpondetur oppoſitis, & num. 95. 96. & 97.*

92 *Cum apparet de mente teſtatoris, non eſt curandum de verbis.*

93 *Text.* in leg fin. §. filium, ff. de legat. 2. & leg. Lucius, §. Caio, ff ad Trebell. *declarantur.*

94 *Conſil.* Menoch. *639. non fuit approbatum* à Rot. Bononien. *nec* Romana.

CONTROVERSIA DLXXXIV.

1 VOlunt ſcribentes, in ſubſtitutione fideicõmiſſaria
facta de aliquo poſt mortem plurium, etiam in
omnibus bonis (vt præciſè contingit in caſu iſto) non
induci reciprocam inter eos plures, nec vno præmoriente,
cęteros honoratos ei ſuccedere, vigore alicuius
fideicommiſſi; ita de magis communi recitatis vigintiſeptem
authoribus, teſtatur Menoch. *conſ. 636. ſub nu.
10. & lib. 4. præſumpt. 61. num. 47.* Sforz. Odd. *in tractat.
de compendioſ. par. 5. art. 6. num. 26 verſic. Prima opinio,
& num. 33.* dicit magis communem Peregr. *de fideicom.
art. 13. num. 53. 55. & 62.* Gabr. *de ſubſtit. concluſ. 1.* Intrigliol.
in tract. de ſubſtit. centur. 2. quæſt. 74. numer. 56.
Fachin. *lib. 4. controuerſ. iur cap. 79.* qui & ſi dicat multa
iura pro hac ſententia adduci à ſcribentibus, tamen
ſubdit ex illis eum non probari. ſed tamen ex ſola illa
concludenti ratione, deducta à Mandel. de Alba *conſ. 31.*
2 quod fideicommiſſum † non præſumatur, niſi expreſſè,
vel vrgentibus coniecturis inducatur, Et ideo in ter-
3 minis † iſtis numquam ſolet admitti iſta reciproca inter
iſtos plures; poſt quorum mortem tertius eſt ſubſtitutus,
niſi plura copulatiuè concurrant, quod ſit facta
ſubſtitutio poſt mortem plurium expreſſè vocatorum,
non autem poſitorum in conditione, quod ſit facta expreſſè
non autem interpretatiuè vltimo morienti; demum,
quod fiat in tota hæreditate, vel omnibus bonis
per verba vniuerſalia, non autem indefinita. Menoc.
*conſ. 85. num. 41. & 42. & conſ. 274. num. 5. & conſ. 376.
num. 24* Mantic. *lib 7. tit. 5. num. 3.* Honded. *conſ. 6. ſub
num. 40. & conſ. 60. num. 49. vol. 1. & conſil. 65. num. 19.
vol. 2.* Bertaz. *conſ. cinil. 96. num. 23.* vbi de receptiſſima
4 opinione; Et ratio † eſt, quia tunc ſi teſtator vult ſubſtitutum
ſuccedere vltimo in tota hæreditate, vel bonis,
in neceſſariam conſequentiam vult etiam quod honorati
prædecedentes teneantur ei reſtituere partem ſuam;
& ſic reſultat coniectura vrgens huius tacitæ reciprocæ
vocationis. In caſu autem noſtro ne dum vltimus tantum
non eſt grauatus poſt mortem omnium, ſed imò
ſubſtitutus eſt Dominus Ioachimus illis omnibus, non
autem vni tantum, quia dixit Dominus Codicillator,
quod dictis legatarijs, & hærede decedentibus ſine filijs
maſculis, eiſdem, (& ſic non vltimo) ſubſtituit Domi-
5 num Ioachimum eius agnatum, quo caſu, † quando
non vnus ſed plures grauantur, tunc cenſetur facta inſtitutio
ſingulis, nec reſultat aliqua reciproca, *leg. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebell. l. final. §. filium, ff. de legat. 2.*
Toruel. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 30* & ibi in
ſpecie Zanc. *num. 563. ff. ad Trebell.* Mantic. *lib. 7. tit. 5.
ſub num. 13. verſic. Primus caſus, &c.* Peregr. *in tract. de
fideicomm. artic. 13. ſub num. 36. verſic. & eum verba
grauaminis, fol. 124. colum. 1. circa medium, & numer.
53.*
6 Et tanto minus in caſu iſto, † nulla poteſt conſiderari
reciproca, quia hæc non poſſet eſſe, niſi coniecturata,
& interpretatiua, quæ tamen fuit excluſa à teſtatore;
ex quo dixit nolle eius bona ſuppoſita eſſe infraſcripto
fideicommiſſo, quod verbum *infraſcripto*, inclu-

dit tantum, id quod per expreſſa verba oculis corporalibus legi poteſt, non autem id, quod per coniecturas colligitur, & mentis acie conſpicitur, Bart. *in leg. qui liberis, 8. §. hæc verba, num. 7. ff. de vulgar.* idem *in leg. qui Romæ, §. duo fratres, num. 17. ff. de verb. obligat. & in l. de his, in fin. ff. de tranſact.*

7 Et per conſequens † apparet, quod ex capite prætenſi reciproci fideicommiſſi non videntur Illuſtres Domini Hippolytus, & Franciſcus de Boldrinis poſſe excludere ſubſtitutum.

Sicuti nec ex eo, quod ſubſtitutus poſt mortem plurium non videatur admittendus, niſi omnibus defunctis, quia contrarium verius eſt; nam tunc pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates, iuxta textum *in l. falſa, §. final ff. de condit. & demonſtr. & l. 2. ff. de condit. inſtit,*
8 *ad finem*, & quolibet † ex honoratis decedente fit locus ſubſtituto in defuncti portione, per textum *in leg. qui concubinam, §. final. ff. de legat. 3. & in d. l. fin. §. filium, ff. de legat. 2. & in l. Lucius. §. Caio, ff. ad Trebell. & in l. heredes mei, §. cum ita*, vbi Bart. *ſub n. 5. verſ. an fideicommiſſaria*, & poſt eum cæteri ibi *ff. d. tit. ad Trebell.* Menoch. *de communi, lib. 4. præſumpt. 186. nu. 12. 24. 29. &* 43. Gabr. *conſ. 121. n. 40. vol. 1. & conſ. 93. n. 31. vol. 2.* Burſ. *conſ. 262. n.*
9 15. Etiam ſi † ſubſtitutio facta ſit vniuerſaliter in omnib. bonis, vt hic; Matheſil. *ſingul. 168.* vbi Addentes DD. & præcipuè Iaſ. *in l. quidã, ſub n. 5. ff. de vulgar.* Alex. *conſ. 92. n. 6. & 13. & conſ. 93. n. 9. vol. 3. & in l. penult. n. 9. C. de impub. & alijs ſubſtit.* Craſſ. *§. ſubſtit. qu 79. n. 8. & 9.* Peregr. *de fideic. art. 13. ſub n. 53. verſ. Contrarium, & n. 62* Hond. *conſ. 65. n. 22. v. 1.* Zanch. *in d. §. cum ita, p. 8. n. 194. & 199.* vbi *ſub n. 202. verſ. Prædictis*, teſtatur de magis communi, Ceph. *conſ 711.*

10 Et quamuis multi teneant contrarium. † tamen omiſſo quod ibi videntur loqui, vbi mors plurium demõſtrata eſt per verbum collectiuum, quod non videtur factum in caſu iſto, dicitur, quod eo caſu non ceſſat reſolutio ad effectum inducendæ reciprocæ, ſed tantum ad effectum ſuſpendendi ſucceſſionem ſubſtituti, & conſeruandi ius legitimæ ſucceſſionis, & facultates penès venientes ab inteſtato ipſorum grauatorum, Fachin. *lib. 4. controu. iur. cap. 82.* Surd. de magis comm. *conſil. 329. n. 16.* Peregr. *d. art. 13. ſub num. 60 paulo ante finem*, Zanch. *in §. cum ita, num. 555.* quo caſu ſi ſuperſtes non ſuccedat defuncto, puta quia extraneum inſtituit, & fortius ſi non eſſet nec ſucceſſurus ei ab inteſtato, tunc ſine dubio ſuccedit ſubſtitutus, nulla habita ratione, an pluralitas reſoluitur, nec ne. Peregr. *conſ. 62. ſub nu. 10, vol. 1. & d. art. 13. nn. 47. 48. & 51. in fine*, facit Menoch.
11 *libr. 4. præſumpt. 62. ſub numer. 3. verſic. hanc*, at † hic inſtitutus eſt extraneus à Domino Paulo defuncto, penès quem ſtaret hæreditas contra voluntatem defuncti, & ſine vlla vtilitate agentium, nec ipſi Dominus Hippolytus, & Franciſcus poterant ſuccedere ab inteſtato Domino Paulo, cum & defunctus, & ſuperſtites deſcendant à radice illegitima, per quam impeditur in-
12 ter tales mutua † ſucceſſio ab inteſtato ex latere patris, Paleot. *de noth. & ſpur. cap. 39. nu 5.* Crauett. *conſ. 183.*
13 Franc. *dec. 238.* adeo vt ipſis † potius ſuccedat Fiſcus, quam illi ſibi inuicem, Peregrin. *articul. 22. ſub num. 82.*

14 Et ex hoc ceſſat illud, † quod poſſet obijci, pluralitatem reſolui in ſingularitates, quando extat perſona
15 ex veriſimili mente teſtatoris prędilecta, quia tales † nõ cenſentur illi, per quos non conſeruatur agnatio, Peregr. *d. art. 22. n. 82.* Honded. *conſ. 57. n. 45. vol. 1.*

16 Præterquamquod talis prædilectio † non præſumitur ad hunc effectum, niſi in deſcendentibus teſtatoris, non autem in tranſuerſalibus, Pereg *art. 13. n. 46.* Menoc. *lib. 4. præſumpt. 62. n. 36. & præſumpt. 186. num. 19.* vbi de
17 magis communi. Et denique quia † tunc non parit reciprocam, ſed tantum reſeruat ius legitimæ ſucceſſionis; quod non operari in caſu iſto, proximè deduxi.

18 Demum confeſſio Domini Ioachimi, † de qua per teſtes, quod intentio teſtatoris fuerit, quod ipſe non ſuccederet, niſi defunctis omnibus legatarijs, & hærede ſine filijs, ei non obeſt, vt in terminis notat Menoch. *conſil. 636. n. 32. & 33.*

Si tamen non ſpernatur voluntas, & mens noſtri teſtatoris, quæ ex multis ab eo diſpoſitis nobis fit manifeſta, vtique fatendum venit, ſubſtitutum in præſentiarũ non eſſe audiendum.

19 Et primo libet animaduertere, † quod conſideratio teſtamento, & codicillis, qui dicuntur pars illius, & ſic cenſentur vnica diſpoſitio, & voluntas, etiamſi longè poſt teſtamentum fiant, *l. 2. §. codicillorum, ff. de iur. codicill. cum ſimil.* Aretin. *in l. moribus, § prius, ſub num. 15. ff. de vulgar.* Gabr, *conſ. 102. n. 5. vol. 1.* Rota *dec. 228. n. 1. par. 1. noniſſimar.* reſultat duplex fideicommiſſum, alterum in caſum alienationis, mediante prohibitione facta in teſtamento, & alterum in caſum mortis, de quo in codicillis, & reſpectu vnius ſunt vocati proximiores agnati in caſum contrauentionis, reſpectu verò alterius, & poſterioris vocatus eſt Dominus Ioachimus, & hæc fideicommiſſa non debent inter ſe ſemet deſtrue-
20 re; ſed vtrumque ſuſtineri, quia per codicillos † teſtator non cenſetur receſsiſſe à diſpoſitis in teſtamento, niſi in expreſsè mutatis, Dec. *conſ. 1·9 alias eſt 190. in fine*, Pariſ. *conſ. 6· n. 8. vol. 2.* Menoch *conſ. 317. ſub nu. 29. & conſil. 333. numer. 18.* Surd. *conſil. 230. num. 3.* vel niſi
21 diſpoſita † ſint incompatibilia, quia tunc poſterior voluntas attenditur *l. leg. cum proponas*, & ibi ſcribentes, *C. de codicill.* Surd. *conſ. 230. nu. 14* vbi ſubdit in dubio
22 capi debere eam interpretationem † ne codicillus cõtradicat teſtamento, per tex. *in l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtr. & cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* Et ne
23 † illud corrigat, Pariſ. *conſ. 35. num. 42. vol. 3.* vel ſi debet corrigere, vt ſaltem minus corrigat, quam ſit poſſibile. Hic autem non fuit correctum primum fideicommiſſum, nec video repugnantiam, quin vtrumque poſſit conſiſtere; licet reſpiciant fauorem diuerſarum perſonarum; igitur non debet induci aliqua correctio.

Hoc ſtante, ſequitur, quod cum D. Paulus defunctus conceſſerit prædium vocatum *li Maſi*, ad liuellum perpetuum cum pacto affrancãdi Illuſtri q. Domino Equi-
24 ti Pauesio, † vt ex fide nouiſsimè producta, quæ conceſsio dicitur alienatio, *cap. nulli, extra, de reb. Eccleſ. non alien. §. alienationis, in Auth. eod. tit. & in Extrauaganti Ambitioſæ Pauli ſecundi, ſub d. tit. de reb. Eccleſ. non alienand.* Bal. *in Auth. hoc ius porrectum. nu. 6. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Io: Bapt. Ferrett. *conſ. 248. nu. 9.* Surd. *conſ. 245. n. 7.* maximè propter dictum pactum affrancandi,
25 Ceph. *conſ. 329. num. 78.* Surd. *dec. 198. num. 28.* † Et propter prohibitionem factam cum dictione vniuerſali geminata *Quamcunque* quę comprehendit etiam alienationem impropriam, ad latè tradita de hac dictione
26 à Mandoſ. *in addit. ad. Roman. conſ. 31.* Nec non † inſtituerit extraneum in vltima voluntate, quæ pariter dicitur alienatio prohibita, quando prohibitio facta eſt cum dictis verbis vniuerſalibus geminatis, Peregr. *art. 14. ſub n. 40. & 41. & conſ. 65. num. 3. vol. 2.* Surd. *deciſ. 272. num. 30* ſequitur inquam, quod euenerit caſus fideicommiſſi propter contrauentionem in perſonas proximiorum de agnatione ipſius contrafacientis, qui ſunt Illuſtres Domini Hippolytus, & Franciſcus de Boldrinis.

27 Nec obijciatur, † quod non aderat aliquis gradus agnationis inter dictum Dominum Paulum, & Dominos actores, cum deſcenderent à radice illegitima, ex qua non cauſatur agnatio, vt ſuperius deduxi, & per conſequens cum ipſe prohibitus non habet aliquos agnatos, quorum reſpectu fuerat facta prohibitio, potuiſſe libere alienare, *l. cum pater, §. libertus, ad finem, l. qui ſolidum, §. prædium, ff. de legat. 2.* Anguiſ. *conſ. 111. nu. 102.* Gabr. *conſ. 132. num. 69. & conſ. 140. n. 42. volum. 1.*

Reſpondetur enim, quod admiſſa probatione illegitimæ deſcendentiæ reſpectu Domini Pauli, & ſuppoſitæ etiam ex parte Dominorum Hippolyti, & Franciſci, quæ tamen certè reſpectu eorum non eſt probata, cum de ea deponat tantum vnicus teſtis de fama, qui vt notum eſt, ſolus non probat, & tanto minus cum fuerint vocati nepotes, & filij fratris à teſtatore, & quod plus

eſt

eſt tractati, vti legitimi, ex relictis illis honorabili titulo
28 ſactis, ex inſtitutione † enim probatur tractatus legi-
timitatis, Maſcard. *concl. mihi, 793. n. 6.* & in dubio præ-
ſumatur legitimitas, Peregr. *conſ. 70. num 9. volum. 2.*
Burſatt. *conſ. 268. num. 17.* adhuc tamen ſuppoſita præ-
dicta illegitima deſcendentia, factus eſt locus fideicom-
miſſo in perſonam illorum, quia teſtator habuit eos
pro proximioribus ſuis agnatis, & tales vocauit, atque
in illis ſuam agnationem conſeruari voluit; idque de-
clarauit primo in teſtamento; dum inſtituto Domino
Hippolyto, ei prohibuit omnem alienationem; ſubdens
rationem; quia vult perpetuo manere in domo, & ca-
ſata ipſius teſtatoris, ac deſcendentis prædicti Domini
Hippolyti, & ſic expreſsit, quod ſecundum eum talia
eſſent in agnatione ſua, donec eſſent penès hæredem,
vel eius deſcendentes.

29 Hoc idem manifeſtauit † in codicillis, dum factis qui-
buſdam ſubſtitutionum gradibus, præhonoratis tantum
primo loco iſtis legatarijs, & herede, ſubiunxit rationem;
quia eius voluntas, & intentio eſt, quod prædicta bo-
na perpetuo maneant, & conſequenter in ſua agnatio-
ne ſupradicto modo; igitur ſuppoſuit, quod dum eſſent
penes ipſos primo loco honoratos, quod tunc etiam
forent in agnatione, quia ſi aliter opinatus eſſet, non di-
xiſſet, quod volebat perpetuo manere in ſua agnatio-
ne, cum non dicatur id perpetuo eſſe, quod aliquan-
do vacet.

Vnde cum teſtator conſiderauerit ſuam agnationem
proximiorem in iſtis perſonis, dicendum eſt, quod per
vocationem agnatorum eos vocare voluerit, licet in rei
veritate non eſsent tales, & ob id ſuccedere debent; quia
30 teſtatoris voluntas † ex eius opinione eſt coniecturan-
da, & id quod opinatus eſt, attendendum, *l. quo loco,*
§. 1. vbi Bart. *ff. de hæredib. Inſtit.* Socin. *conſ. 62. ſub n. 9.*
vol. 3. Crot. *conſ. 48. num. 15.* Neuiz. *conſil. 62. numer. 35.*
Berett. *conſ. 74. num. 43.* Honded. *conſ. 30. num. 37. vol. 2.*
Surd. *conſ. 315. num. 7.* Peregr. *conſ. 45. ſub num. 21. vol. 2.*
31 latè, & pulchrè Mantic. *lib. 3. tit. 10.* non † enim regu-
latur voluntas teſtatoris à ratione; ſed à mera volunta-
te, Socin. *in l. Gallus, §. ſi eius, colum. 3. in 4. caſu, verſ.*
ſecundo, quod teſtator, &c. ff. de liber. & poſthum. Ceph.
conſ. 364. num. 60. Honded. *conſ. 49. num. 51. vol. 2.* facit
l. ex facto, §. ſi quis rogatus, el primo, ff. ad Trebell. vbi
32 an baſtardus excludat † ſubſtitutum pendet à vo-
luntate teſtatoris, Honded. *conſ. 67. num. 13. vol. 1.*

33 Et ideo poteſt facere † etiam quod ſua agnatio con-
ſeruetur, ne dum in deſcendente à Baſtardo, ſed etiam
in penitus extraneo, iubendo eum vocari de familia, &
aſſumere inſignia, Pariſ. *conſ. 19. num. 33. vol. 2.* Moroti.
conſ. 50. nu. 20.

34 Et vbi conſtat de eius † voluntate teſtatoris veriſimi-
li, non attenditur rigida verborum ſignificatio, *leg. pater*
ſeuerinam, ff. de condit. & demonſtrat. latè Lancellott.
Gallia, *conſ. 17. num. 50. 51. & 52.* Honded. *conſ. 57. num.*
11. vol. 1. & conſ. 65. num. 17. vol. 2. vbi latè exornando
oſtendunt quantum præualere debeat mens etiam tan-
tum coniecturata proprietati verborum, quæ mens hic
vltra verba ſuperius ponderata, non obſcurè colligi po-
teſt ex affectione teſtatoris, ad tradita à Burſatt. *conſ. 227.*
num. 48. & Honded. *conſ. 48. num. 24. vol. 2.*

35 Accedat, † quod baſtardi, & deſcendentes ab eis,
maximè vbi ipſi ſunt legitimi, non dicuntur extranei, ſed
de domo, & caſata, & agnatione, ſecundum multorum
opinionem, Benedict. de Barz. *in tractat. de fil. non legit.*
nat. num. 6. 7. 8. vſque ad 18. Pedroc. *conſ. 10. num. 3. cum*
36 *ſeqq.* vbi dicit † quod cum agnati ſint qui nobis per vi-
rilem ſexum iuncti ſunt, *§. ſunt autem, Inſtit. de legitim.*
agnator. tutel. §. ſunt autem, Inſtit. de legitim. agnat. ſuc-
37 *ceſſ.* tales † debent dici baſtardi, & deſcendentes, ab
eis, excepto ſolum effectu ſuccedendi, & dignitatis.

38 Sed † quidquid ſit de iure, largo modo, & ſecun-
dum communem vſum loquendi, & maxime in hac
patria dicuntur de domo & familia, ac portant eadem
inſignia. Bartol. & Salicet. *in l. final. C. de verb. ſigni-*
ficat. Angel. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo ff.*
ad Trebell. Peregr. *de fideic. artic. 22. num. 83. & conſ.*
41. num. 2. vol. 1. & conſ. 54. num. 4. vol. 2. Cioffi. *conſ.*
39 *142. ſub num. 12. vol. 1.* ſecundum quem † commu-
nem vſum loquendi, debent intelligi verba & voluntas
teſtatoris, Iaſ. in materia iſta, *conſ. 51. num. 7. vol. 3.*
Olaſc. *deciſ. 126. num. 19.* Odo. *conſ. 21. num. 25.* Et
40 cum aliquo pacto † poſſint dici tales, hoc ſufficet ad
verificanda verba teſtatoris, & attendendam eius in-
tentionem cum teſtatores ſæpe abuſiuè loquantur. Gl.
in l. quoties C. famil. hercíſc. Peregr. *conſ. 55. ſub num.*
84. vol. 1.

41 Facit † quod dicimus; baſtardos non excludere
ſubſtitutum in diſpoſitione nobilis, vt tradunt DD. *in d.*
42 *§. ſi quis rogatus*, tamen ſi ſemel ille nobilis † in di-
ſpoſitione illa admiſit baſtardos, tunc in alia faciendo
ſimpliciter mentionem de filijs, cenſetur, eos non ab-
horruiſſe, ſed comprehendere noluiſſe, Menoch. *lib. 4.*
præſumpt. 78. num. 36. conſ. 117. num. 72. Laderch. *conſ.*
23. ſub. 5. ſic cum teſtator diſpoſuerit in iſtis vti ſuis
proximioribus agnatis, vocando deinde ſimpliciter
agnatos proximiores, cenſetur de iſtis intellexiſſe, licet
alias non comprehenderentur.

43 Sed † hęc longo ſtilo deducta videntur ſuperflua,
quia cum teſtator intellexerit ſubſtituere proximiorem
agnatum, ne dum Domini Pauli, ſed etiam ſuum, cre-
dens quod qui eſſet ſuus agnatus, eſſet etiam D. Pau-
li, dato quod non eſſent agnati d. Domini Pauli, vti de-
ſcendentes à radice in ſecta, tamen ex quo non eſt pro-
batum eoſmet actores laborare eodem defectu, vt
dixi ſupra, remanerent agnati teſtatoris, & ſic ſucce-
derent, cum in vltima parte codicillorum teſtator de-
clarauerit, quod volebat permanere in ſua agnatione,
per quam declaratur teſtamentum, in quo dixerat, quod
ſuccederent proximiores contrauenientis de agnatione;
nam & ibi debet intelligi de agnationè teſtatoris, quia
44 vna † pars teſtamenti declarat aliam *l. heredes palam.*
§. ſed ſi notam ff. de teſtam. l. qui filiabus, ff. de legat. 1.
Menoch. *conſ. 374. num. 49.* & ita etiam in dubio in-
telligitur de agnatione teſtatoris, Cioffi. *conſ. 7. num.*
20. vol. 2. Et poſtmodum ceſſauit omnis difficultas,
& vere apparent hæc omnia ſuperfluè diſcuſſa fuiſſe,
quia producta fuit legitimatio patris Dominorum
Hyppol. & Francil. cuius ego ignorantiam habebam.

Secundo, (omiſſo quod vbi ſubſtitutio eſt facta
poſt mortem plurium collectiue, vel copulatiue, vt hic,
vbi adeſt copula, *Et* etiam extincta linea quæ eſt dicto
modo collectiua, vt infra dicam; vbi inquam facta eſt
45 ſupradicto modo, in omnibus bonis, † multi tenue-
runt induci reciprocum fideicommiſſum inter illos plu-
res, licet ſubſtitutio non ſit ſpecifice facta vltimo mori-
enti, vt voluerunt Bart. Bal. Angel. Anchar. Paul. de
Caſtr. Corn. Socin. Grat. Gozadin. Curt. Iun. & Pariſ.
quos refert, & in effectu ſequitur Sforz. Odd. *in tract. de*
compend. part. 5. artic. 6. num. 30. fol. mihi 61. inter
46 quos Curt. & Pariſ. teſtantur † de communi & magis
communi, & eandem ſequuntur Alex. Curt. ſen. Iaſ.
Ruin. Crot. Alciat. Socin. Iun. & Rube. quos refert
Zanch. *in §. cum ita, part. 6. ſub num. 91. verſic. contra-*
rium tamen. Ceph. *conſ. 166. num. 23. & 383. num. 27.*
Simon de Pret. quam dicit magis communem & verio-
rem, *lib. 3. fol. 323.* vbi addit Bero Rimin. & late com-
probat argumentis, & hos fere omnes refert Rota Bo-
non. apud Barz. *deciſ. 6. num. 6.* vbi, & ſi conſiderata
ſimpliciter quæſtione inclinet, contrariã ſententiã eſſe
magis communem, tamen aliquibus extrinſecus acce-
dentibus quæ hic non deſunt, vt inferius patebit, pu-
tat hanc omnino ſequendam eſſe, prout ſequitur in ef-
fectu in eo caſu.

46 Hoc † igitur omiſſo, quia difficile eſt remouere iudi-
cem à communi opinioni, rogatis prius Dominis vt
integraliter legant omnino Peregr. *conſ. 62. vol. 1.*
& Barz. *deciſ. 6.*

Secundo principaliter moueor, quoniam ſicuti
quando fit ſubſtitutio vltimo morienti in tota hæredi-
tate poſt mortem plurium, reciproca quæ inde reſultat
non

Digitized by Google

non eſt expreſſa, ſed deducitur ex coniectura admodum probabili, & fere neceſſaria, ſcilicet vt voluerit teſtator de vno in alium tranſire ſua bona, & peruenire integraliter ad vltimum, ſi voluit eundem teneri ad totius reſtitutionem, iuxta textum *in l. Titia Seio, §. Seia libertas, ff. de leg.* 2. ita quoque ſi aliæ coniecturæ diuerſæ ab exemplo dicti §. *Seia libertus*, non minus pro-
47 babiles & concludentes concurrant, † adhuc quoque non obſtante quod non fuerit expreſſum aliquod ex tribus requiſitis aptis ad cauſandam hanc tacitam reciprocam, eadem reſultabit ad excluſionem ſubſtituti, ſi virtualiter, & fere in neceſſariam conſequentiam illud colligatur ex diſpoſitis.

48 Prout † quando non eſt facta ſubſtitutio expreſſa in omnibus bonis, ſufficere nihilominus coniecturas, ſcripſerunt multi relati à Menoch. *lib. 4. præſumpt. 62. num.* 11. & Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 2. quæſt. 74. num.* 14.

Similiter ſi tales poſt quorum mortem ſubſtitutus eſt tertius, non eſſent expreſſe honorati, ſed poſiti in con-
49 ditione, ſufficeret coniectura; † tradit poſt alios Honded *conſ. 60. num. 1. vol.* 1. Barz. *de deciſ. 6. num.* 27.

In quibus duobus defectibus non inſiſto, quia illi non concurrunt in caſu noſtro.

50 Denique † ſi expreſſe non ſit facta ſubſtitutio vltimo morienti, ſufficere tamen coniecturas concludenter inferrentes, nil aliud voluiſſe teſtatorem, ſcripſerunt, Menoch. *de præſumpt. 62. num.* 34. Intrigliol. *eadem quæſt. 74. num.* 38. Peregr. videndus *conſ. 61. num. 7. & melius, num. 9. & 25. & 26.* Simon de Pret. late *de interpretatione vltim. volunt. fol. 323. ſub num. 27. per duas columnas*, optime Rota Bononienſ. apud Barz. omnino videndum, *deciſ. 6. ante num. 9. & num.* 12. vbi
51 reddunt rationem † quia defunctorum voluntates non regulantur verborum formulis, & fideicommiſſa non inducuntur certis verbis, ſed quibuſcunq; aptis ad indicandam etiam ex coniecturis voluntatem teſtatoris.

52 Et † ideo ſi teſtator ſubſtituat finita linea prout in caſu noſtro, ex quo non dicitur finita, quoties aliquis ex ea ſupereſt, tunc virtualiter, & argumento neceſſario dicitur ſubſtituiſſe vltimo eiuſdem lineæ. Surd. *conſ. 344. ſub num.* 17. Simon. de Pret. vbi ſupra Rimin. Sen. *conſ.* 189. *num.* 19. Ruin. *conſ.* 108. *per tot. maxime num. 11. vol. 2. & conſ. 140. per tot. præcipue ſub num. 9. in verſicul. ſi enim vult perſonas, vol.* 3. Socin. Iun. *conſ.* 110. *per tot. maxime ſub num. 16. vol.* 2. Laderch. *conſ.* 49. *ante num.* 2. Peregr. *d. conſ. 62. ſub num. 9. vol.* 1.
53 Barz. *d. deciſ. ſub num. 12. & 13. maxime;* † quando
54 adeſt dictio *tunc & eo caſu*, quæ denotat † extremitatem temporis, ita vt non poſset dici facta ſubſtitutio, niſi eueniente illo extremo die, vt perpendunt dicti Peregr. & Barz.

55 Quæ omnia profecto fortius militant in caſu † iſto, conſiderando quod teſtator faciendo mentionem de linea dictorum legatariorium & hæredis, quam noluit extinctam eſse priuſquam Dom. Ioachimus poſſit ſuccedere, non intellexit de linea cuiuſquam, quia illi non vnam ſed plures cauſabant lineas, & ſic opus habuiſset loqui in plurali numero, extinctis ſcilicet lineis legatariorum & hæredis, ſed de vnica linea illis communi, incipiendo à communi eorum ſtipite, & ſic capiendo lineam conſentiue, in qua continebatur etiam ipſamet teſtator, non autem effectiuè, iuxta tradita à Soc. *in l. Gallus, §. nunc de lege, vol. 2. ff. de lib. & poſthum.* & Hond. *conſ. 4. num. 22. vol.* 1. & Peregr. *de fi-*
56 *deicom. artic. 22. ſub num.* 24. vbi inquit, † ex circumſtantijs ſæpe diiudicari lineam debere accipi contentiuè, ſicuti hic arguit primo, quod ſemper locutus eſt teſtator de vnica linea, comprehendendo tamen in eo plures perſonas tranſuerſales, ſecundo quod videtur voluiſse facere tres gradus fideicommiſſi in tribus lineis, videlicet primo in linea honoratorum, & ſua, poſtmodum in linea Domini Ioachimi, & demum in linea Domini Cæſaris, nominando particulariter lineam cuiuſque ſtipitis ſucceſſiue ſucceſsuri vnus poſt alium extinctum, ſicuti conſiderat vbique Peregr. *d. conſ.* 61.

Qua linea ita accepta, perpendendo verba codicillorum, quibus dixit quod decedentibus legatariis, & hæ-
57 rede; † & eorum liberis ſine filijs; ita quod eorum linea omnino eſſet extincta tunc & eo caſu quo dicta linea extincta eſſet, ſubſtituebat Dom. Ioachimum in omnibus bonis, neceſſario fatendum eſt, quod voluerit ſubſtituere illi tantum, qui omnium nouiſſimus decederet, & per verba geminata & limitatiua expreſſe reſtrixiſſe ſuam diſpoſitionem ad eam extremitatem, & per conſequens etiam tacitam inter eos induxiſſe reciprocam ſubſtitutionem; videatur omnino Peregr. *d. conſ. 62. num. 22. & 25. & ſub num. 26. vol.* 1. vbi conclu-
58 dit † quod ex quo teſtator noluit ſubſtitutum ſuccedere niſi deficientibus deſcendentibus, & linea honoratorum, quod ex hoc inter eos dicitur inductum reciprocum fideicommiſſum, idem Peregr. *conſ. 102. num. 2. vol. 4.* & Barz. *d. deciſ. 6. ſub num. 30. verſic. Dice-*
59 *bant, &c.* inquit † quod verba noſtris ſimilia immo minus ampla habent quandam maiorem emphaſim, ac ſi ſubſtitutio fuiſſet facta ſimpliciter poſt mortem omnium, & videntur concepta quodammodo, ut aliquid plus importare videantur, Cabal. *conſ. 101. num. 34. vol.* 1. Et illud quod dici ſolet ſubſtitutionem factam
60 poſt mortem † non intelligi factam vltimo morienti, procedit quando ſubſtitutio fieret in tota hæreditate poſt mortem omnium, nec mens teſtatoris neceſſario inferret ad fideicommiſſum reciprocum; ſecus ſi eius mens euidenter ad illud inferret, ita reſpondet Rota Bononien. apud Barz. *d. deciſ. 6. ſub num.* 13. quæ rogo videatur, quia loquitur pulchre & magiſtraliter in hac materia, & etiam in debilioribus terminis quam ſint
61 noſtri, expreſſum enim † dicitur quod coniecturis tantum colligitur, Angel. *in §. ſi vero expreſſim, in Auth. de hæredib. & Falcid.* Afflict. *deciſ. 44. num.* 15. Menoch. *conſ. 374. num. 26. & conſ. 196. num.* 23.

Cum autem vltra caſus ſuperius ſpecialiter annotatos
62 generaliter † etiam receptum ſit in terminis noſtris ſufficere coniecturas vrgentes ad inducendam hanc reciprocam excluſiuam ſubſtituti poſt mortem plurium, Bal. Caſtr. & Iaſ. *in l. poteſt. ff. de vulgar.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 160. & 161. Zanch. *nu.* 558. *ff. ad Trebel.* Peregr. *conſ. 55. num. 8. & 24. & conſ. 56. num. 16. & conſ. 62. num. 7. vol.* 1. Burſat. *conſ.* 227. *num.* 65. Fabi. Turret. *conſ. 64. num. 10. vol.* 2. Idcirco nonnullas alias præter ſupraſcriptam ſubijciam, quæ rem in tuto ponere videntur.

63 Horum † autem optime concludens mihi videtur ea quod teſtator prohibuit alienationem, quia voluit bona tranſire in deſcendentes de gradu in gradum, & perpetuo conſeruari in agnatione & modo à ſe diſpoſito, prout cauit in teſtamento iuncta vltima parte codicillorũ, ex qua neceſſario infertur, quod noluerit primos honoratos eſſe inuicem ſubſtitutos, & illis deficientibus tranſire ad alios, quia ſi per mortem vniuſcuiuſque fieret locus ſubſtitutioni Domini Ioachimi non ſeruaretur ordo præſcriptus, quod ille non ſuccederet niſi extincta linea contentiua præhonoratorum, ſed quod plus eſt difficile euenire poſſet, quod non eſſent perpetuo in agnatione, & in maſculis, ſupponendo agnatos eſſe iſtos legatarios & hæredes, prout ſuppoſuit teſtator) nam delata portione Domini Pauli ad Dominum Ioachimum, ſi extingueretur eius linea, ita quod perueniret ad Dominum Cæſarem qui pariter viuentibus adhuc aliquibus ex honoratis, vel eorum filijs pariter deficeret ſine deſcendentibus, vel deſcendentibus maſculis, vtique talis portio poſſet tranſire ad hæredes extraneos, vel ad fœminas contra intentionem teſtatoris, ita hanc coniecturam conſiderat, & neceſſariam appellat Peregr. *conſ. 61. num. 10. 18. & 19. vol.* 1. Ruin. 140. *ſub num. 9. vol.* 3. Socin. Iun. *conſ. 110. num. 39. vol.* 3.
64 nam coniectura † potens eſt ad inducendum fidei-
65 commiſſum, vbi alias teſtatoris diſpoſitio ſuum non

fortiretur

Digitized by Google

ſortiretur effectū, *l. peculium, §. interdum ff. de pecul. le-*
gat. Pereg. *d. conſ. 62. num.* 3. & de fideicom. *artic. 13.*
num. 77.

65 Præterea † vbi teſtator pluribus inſtitutis, vel aliter
honoratis iubet bona ſua in perpetuum ire de liberis in
liberos, & de hærede in hæredē, prohibendo alienatio-
nem vt fecit hic in teſtamento, tunc reſultat recipro-
cum fideicommiſſum neceſſarium, quia eo remoto, &
66 reſoluta † diſpoſitione in ſuas ſingularitates, non poſ-
ſet dari iſta perpetua tranſitio & conſeruatio in agna-
tione; ita in terminis, poſt multos probat Peregr. ead.
conſ. 62. num. 16. vol. 1. & de fideicom. artic. 13. num.
76. Bertaz. *conſ. ciuil.* 98. *num.* 31. 32. 33.

67 Imo † generaliter ex prohibitione alienationis cum
ratione diſpoſitiua quia vult perpetuo conſeruari in
agnatione, bona afficiendo, etiam ea prohibitione rea-
li, & cum pęna, induci ſine dubio abſolutum, perpe-
tuum, atq; reciprocum fideicommiſſum, quid quid ſit
quando omnia prædicta non concurrerent, Anguiſ.
conſ. 61. num. 230. Anchar. *q. 73. num. 3. lib. 1.* Bæc.
conſ. 24. num. 4. Fabi. de Anna. *conſ. 53. num. 90.* Tur-
ret. *conſ. 77. num. 15. vol. 1.* Burſat. *conſ. 52 num. 40.*
Surdus. *deciſ. 84. num. 12. & 15.* Bertaz *conſ. ciuil. 6. nu.*
9. Io. Franc. de Pont. *conſ. 46. num. 21. cum ſeqq.* Me-
noch. *conſ. 333. num. 52. & 575. num. 8. & conſ.*
904. num. 12. & lib. 4. præſumpt. 69. num. 9. 10. & 11.
Fachin. *lib. 4. controuerſ. iur. cap.* 49. Molin. *d. pri-*
mog. lib. 1. cap. 5. nu. 16. late Intrigliol. *de ſubſtit. cen-*
tur. 3. q. 72. num. 41. cum ſeqq. Peregr. *conſ. 63. num. 5.*
vol. 2. idem in terminis noſtris. *d. artic. 13. n. 79. &*
num. 81. & conſ. 62. num. 21. vbi tenet hoc pro ſuffici-
enti diſpoſitione ad excludendum ſubſtitutum, *& v-*
68 *bi num.* 10. inquit. hoc maxime † uerum eſſe,
quando diſpoſitio facta eſt ad fauorem deſcendentium,
& ſic per nomen collectiuū, quia tunc ex vi dicti nomi-
nis collectiui probat reſultare reciprocum fideicom. &
certe ipſi adſit prohibitio alienationis vbi non ſemper
lex ſed cum ſupradictis circumſtantijs, neminē credit af-
firmaturum, ſubſtitutum ſuccedere in portiones cuiuſq;.
& ideo *Gloſſ. in l. ſtitia ſcio. §. ſeia libertas ff. de leg.* 2.
69 dixit, † dictum textū ſit præcipue fundari in prohibiti-
one alienationis, non autē in ſubſtitutione facta vltimo,
& eam ſequuntur multi relati à Peregr. *ſæpedicto conſ.*
62. num. 23. & in d. artic. 13. ſub. num. 17.

70 Si autem adeſt † reciprocum fideicommiſſum in-
terpretandum eſt vt reguletur ab inſtitutione, ſcilicet,
ut prius honorati inuicem inter ſe ſuccedant, non au-
tem vt portiones vnius perueniant ad tertiū, & illo for-
te deficiente ſine deſcendentibus maſculis quod habeat
retrogrado gradu reuerti ad eoſdem honoratos ſuper-
uenientes ipſis poſteriori loco vocatis, nam ſubſtitutio
talis putatur eſſe, qualis inſtitutio, & ab ea recipit in-
terpretationem. *l. 1. C. de impub.* cum. alijs iuribus a-
pud Hond. *conſ. 57. num. 6. vol. 1.* Peregr. *conſ. 43. num.*
71 *9. vol. 2.* & † quos teſtator prætulit, & prędilexit in-
ſtituendo cenſetur, etiam prætuliſſe & prędilexiſſe ſub-
ſtituendo, Bartol. *in l. final. ff. ad Trebell.* Decian.
conſ. 91. num. 10. vol. 2. Hond. *d. conſ. 57. num. 9. vol.*
1. Menoch. *conſ. 198. num. 13. & conſ. 326. num. 78. &*
71 *80. & 489. num.* 2. Nec veriſimile † eſt teſtatorem
plus tribuere voluiſſe ſecundo, vel vlteriori loco uocato,
quam primo, Bertaz. *conſ. ciuil. 43. ſub num. 9. &* 10.
Laderch. *conſ. 72. num.* 21. Anguiſ. *conſ. 81. num. 74.*

Rurſus, ſi Dominus Ioachimus ſubſtitutus dicere-
73 tur cuique, deſtrueretur diſpoſitio † teſtamenti, in
qua teſtator expreſſe dixit, velle dicta bona perpetuo
remanere in ipſis legatarijs, & eorum deſcendentibus,
& deſcendentium deſcendentibus maſculis, ordine ſuc-
ceſſiuo, cum prohibitione alienationis, ex qua vnum
alteri reciproce ſubſtitutum fuiſſe, volunt præter ſupe-
rius allegatos, *Gloſſ. in l. codicillis §. inſtituto, ff. de le-*
gat. 2: Menoch. *conſ. 95. num. 87. & lib. 4. præſumpt.*
69. num. 9. & 10. Odo *conſ. 45. num. 10.* Cravet. *conſ.*
130. num. 9. & 10. & conſ. 113. num. 2. & Burſat. *conſ.*
170. num. 15. & conſ. 227. num. 21. & conſ. 297. num.
15. & 16. Marzar. *conſ. 48. num. 10.* Surd. *conſ. 336.*
num. 19. & 344. num. 18. Peregr. *conſ. 56. num. 7. vol.*
1. & conſ. 30. num. 5. vol. 2. & tamen ſuperius admo-
nui numquam capiendam eſſe interpretationem, ut
codicilli corrigant teſtamentum, ſed vt omnes diſpoſi-
tiones quæ non ſunt expreſſe correctæ, vel inuicem
contrariæ ſuſtineantur.

74 Præterea, † inſtitutio vna declarat aliam, Anchar.
conſ. 137. num. 2. Menoch. *conſ. 399. num.* 16. & illa in
caſum alienationis declarat aliam in caſum mortis,
Alba *conſ. 52. num.* 15. Peregr. *conſ. 63. num. 16. vol. 2.*
ſicuti igitur in caſum alienationis vnus ex honoratis al-
teri fuit ſubſtitutus ex vocatione proximioris agnati,
taliter (vt probaui) reputati à teſtatore, ita pariter di-
cendum eſt, quod in codicillis uoluerit præferre iſtos
Domino Ioachimo.

75 Et † ſicuti Dominus Cæſar non poteſt ſuccedere niſi
extincta totaliter linea Domini Ioachimi, non autem
finito aliquo Colonello illius lineę, nec ipſius Domini
Ioachimi, ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates; ita
quoque credendum eſt, idem diſpoſitum fuiſſe in pri-
ma linea honoratorum, ad tradita ab Honded. *conſ. 60.*
num. 30. vol. 1. Bertaz. *deciſ. 6. ſub num. 31.* Peregr. *de*
artic. 13. num. 63.

76 Non † debilis demum mihi videri coniectura, quod
Dominus Ioachimus omnino fuerit excluſus à teſtato-
re in teſtamento, & quod ipſe de hoc conquereba-
tur, & procurauit diſponi illum ad eum ſubſtituen-
dum, ſaltem vbi non extarent aliqui ex honoratis, &
eorum deſcendentibus, & ita factis codicillis ipſe Do-
minus Ioachimus confeſſus eſt ſe in defectum prædito-
rum omnium ſubſtitutum fuiſſe vt deponunt duo teſtes
examinati, qui licet non ita concludenter probarent,
tamē redditur veriſimilis eorum depoſitio ex capitula-
tis à d. Domino Ioachimo dum dixit inductum fuiſſe
ab eo Dominum teſtatorem ad conficiendum codicil-
los vt aliquid relinqueret vxori, nam veriſimilis eſt id
procuratum fuiſſe, licet hoc ſubticiat, propter com-
modum proprium cum vere in codicillis quod ego vi-
derim nil relictum fuerit dictæ vxori, & hæc omnia a-
prime congruunt ad colligendam mentem teſtatoris.
77 Quinimo † confeſſio ipſius Domini Ioachimi ei
præiudicat in hoc, vt ei ſit ſtandum circa declarationē
intentionis codicillantis vti cenſuit Rota Bononien. a-
pud Bertaz. *dicta deciſ. 6. num.* 51. reprobando Me-
noch. *de conſ. 636.* in contrarijs allegatum, contra quod
conſilium in illa cauſa fuit iudicatum à dicta Rota, vt pa-
tet, *vt ſæpedicta deciſ.* quæ eſt in illa cauſa in qua con-
ſulit Menoch.

Tertio principaliter moueor, quia vbi etiam non ad-
eſſet tacita reciproca inter ipſos honoratos, & dato, &
quod pluralitas reſolueretur in ſuas ſingularitates,
quando ſubſtitutio eſt facta in omnibus bonis poſt
mortem plurium coniunctorum per copulam, & col-
lectiue nominatorum, prout hæc omnia hic concur-
runt; (nam dixit teſtator decedentibus dictis legatariis,
& hærede, & ſic copulatiue, deinde ſubiunxit, extincta
omnino linea maſculina, & ſic collectiue; quia ver-
78 bum *linea* eſt † collectiuum, Peregr. *artic. 22. num.*
24. & demum ſubſtituit in omnibus bonis, cuius tamen
contrarium quod prædictis concurrentibus non reſol-
uatur, voluerunt multi quos refert, & ſequitur, Me-
noch. *lib. 4. præſumpt. 186. ſub num. 43. verſic. Cæterum,*
&c. *& conſ. 797. per totum.* vbi hoc late multis argumen-
tis comprobat Mantica, *lib. 11. tit. 5. ſub num.* 14. An-
ton. Faber. *lib. 13. coniectur. cap. 17. in fine, & cap.* 18.
vbi reſpondet *ad §. cum ita:* pro quorum opinione facit
optime text. *in l. ſi hæredes plures ff. de condit. inſtit. dum*
facit vim in copulatiua.

79 Nihilominus † adhuc ſubſtitutus non ſuccederet,
niſi omnibus defunctis, quia prædicta opinio non ha-
bet locum multis in caſibus, qui concurrunt in caſu
iſto, & primo quando pluralitas ſeu ſubſtitutio reſpicit
80 ad vnicum tantū effectum, tunc † non reſoluitur in ſu-
as ſingularitates, Bartol. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita,*
num.

Digitized by Google

num. 3. *ff. ad Trebell.* & ibi eum conſequuntur omnes, Burſat. de Com. *conſ.* 19. *num.* 16. & *conſ.* 67. *pariter num.* 16. Menoch. *conſ.* 312. *num.* 62. & 63. ſed hic vnicus antum eſt effectus, vt bona iſta conſeruentur in agnatione modo ſuppoſito, ſcilicet, ne ſubſtitutus ſuccedat, niſi euacuata tota linea honoratorum primo loco communi cum teſtatore; ideo, &c.

81 Ideo † ſequitur alia limitatio, quod vbi reſultaret abſurdum, vel fieret contra mentem teſtatoris, tunc pluralitas non reſoluitur, Bal. & Salicet. *in l. quamuis, C. de impub.* Bec. *conſ.* 29. *num.* 10. & 11. Peregr. *conſ.* 62. *ſub num.* 28. *vol.* 1. Odo *conſ.* 95. *num.* 62. quorum vtrumque contingere in caſu iſto, ſi locus eſſet reſolutioni, quia bona iſta non conſeruarentur in illis, & eo modo, prout valde affectaſſe teſtatorem vbique in teſtamento manifeſtum eſt, dum vocauit ſemper maſculos inſtitutorum excluſis fæminis, & ſequeretur quod prædilecti excluderentur ab eo quem teſtator præterierat, & qui fuit quidem ex poſt incluſus, ſed ita tamen ne vllo pacto fieret deterior conditio inſtitutorum, & demum poſſet contingere vt bona tranſirent ad fæminas vel extraneos, exiſtentibus adhuc ex honoratis primo loco, ſicuti ſupra conſideratum fuit, contra expreſſam intentionem teſtatoris, quas rationes perpendit Becc. *d. conſ.* 39. *ſub num.* 11. Et hoc maxime verum
eſſe quando ſubſtitutio facta eſt conditionaliter, vt in
82 caſu † ſcripſit Peregr. *de artic.* 13. *num* 62. qui bene
loquitur ad caſum noſtrum, & *d. conſ.* 62. *ſub n.* 26. Burſ. *conſ.* 19. *nu.* 39. & multo magis ſi ſub pluribus conditionibus, quemadmodum pariter in caſu iſto, ſit concepta, non admittitur reſolutio, Bertrand. *conſ.* 259. *nu.* 6. *vol.* 7. Honded. *conſ.* 60. *num.* 16. *vol.* 1.

83 Et † fortius propter præciſam diſpoſitionē denotatā per illa verba, *Tunc & eo caſu* impeditur hæc reſolutio Peregr. *d. artic.* 13. *n.* 65. Laderch. *conſ.* 49. *n.* 1. *in fine.* præcipue conſideratis eiſdem verbis, vna cum ablatiuis abſolutis, ex quibus videtur reſultare quædam forma data à teſtatore, quo caſu propter formam datam non eſt locus reſolutioni, Bec. *conſ.* 39. *num.* 16. Honded. *conſ.* 60. *num.* 23. *vol.* 1.

84 Accedat † quod vbi eadem ratio non eſt in ſingulari, quæ eſt in plurali, tunc ceſſat reſolutio, Bec. *de conſ.* 39. *num.* 16. ſed profecto ſi vnus tantum moriatur, non concurrit ratio quæ mouit teſtatorem ſi omnes deceſſiſſent, ſubſtituendi Dominum Ioachimum, quæ fuit defectus lineę ſibi proximioris immo cum ſua cōmuni, ad quam habuit maximam affectionem, & vnumque ex inſtitutis, & eorum deſcendentes magis amauit, quam D. Ioachimum & eius lineam.

85 Vlterius † non eſt dubium quod vbi concurrit copula & verbum collectiuum, tunc reſolutio fit contra proprietatem ſermonis, à qua receditur propter coniecturas, Bartol. *in d. §. cum ita, circa finem.* Honded. *conſ.* 62. *num.* 31. *vol.* 1. ſi igitur hic habemus alias coniecturas, & fortiores, & adhuc proprietatem ſermonis, cur in dubio potius non ſequemur id quod nobis dictat verborum proprietas quam oppoſitum?

86 Mouet † me etiam non parum, id quod forte nec tantillum mouebit Dominos meos, quod ex illa geminatione verborum, deficientibus legatarijs, & hærede, ita quod ſit omnino extincta eorum linea; tunc, & eo caſu extincta dicta linea, &c. reſultat quoddam non debile inditium voluntatis teſtatoris, quam forte vulgariter clare expreſſit per verba apta, inepte poſtea facta latina à notario, cui vbi multæ vrgent coniecturæ in contrarium non crederem quod teſtator ita formaliter dixerit ſicuti ipſe ſcripſit, ex quo notum eſt, verba vulgariter prolata vnum ſignificare quæ male reddita latina longe aberrant à vero ſenſu proferentis.

87 Quarto † principaliter moueor, quia probatum eſt ad inſtantiam Domini Ioachimi, teſtatorem condidiſſe codicillos, & hoc etiam capitulauit aduerſarius, licet aſſerat hoc perſuaſiſſe teſtatori ſub alio prætextu, ex quibus codicillis vbi locus eſſet reſolutioni pluralitatis, adempta fuiſſet hæreditas iſta D. Hippolito, & Franciſco, quæ alias eis ceſſantibus ad illos ſpectaſſet vigore alienationis factæ à Domino Paulo, tam inter viuos quam in vltima voluntate, inſtituendo extraneum, quæ inſtitutio hæredis dicitur prohibita quādo teſtator prohibet alienationem per verba vniuerſalia geminata, vt dixi ſupra, quo in caſu ipſi vti proximiores erant vocati, ſicuti etiam ſucceſſiſſent vigore reciprocę ſubſtitutionis reſultātis ex prohibitione alienatonis, vt perpetuo ordine ſucceſſiuo tranſeat in deſcendentes, & maneret in maſculis agnatis, vt ſuperius probaui. Quan-
88 do autem † teſtator ad ſuggeſtionem alicuius mu-
tat teſtamentum in præiuditium primi inſtituti, tunc datur primo reuocatoria contra ſecundū. Iaſ. *in l. cinili, ſub num.* 5. & ibi cæteri, *C. ſi quis aliq. teſtar. prohibuer.* Angel. *in l. non eſt enim, num.* 3. *ff. de inoffic. teſtam.* idem *in l. vlt. C. ſi quis aliquem teſtar. prohibuer.* Pariſ. *conſ.* 67. *num* 55. *vol.* 3. Marſil. *ſingul.* 526. Menoch. *de arbitr. caſ.* 395. *num.* 41. Burſ. 96. *num.* 16. Surd. 373. *num.* 17. & 23. late Pantaſcham, *q.* 21. *lib.*
89 2. quia, & ſi liceat † verbis blandis allicere quem ad
ſe inſtituendum, tamen hoc procedit quando aliquis non eſt antea inſtitutus, nam tunc dicitur factum in eius fraudem, & reuocatur, vt per prædictos.

90 Quinto & vltimo. † in omnem caſum dico quod ſaltem non poſſet negari, quin adeſſet reciproca inter Dominum Paulum & Dominum Franciſcum ex diſpoſitis à defuncto in teſtamento, vbi dixit, quod volebat dicta bona perpetuo manere in ipſos legatarios, & eorum deſcendētes maſculos ſucceſſiuo ordine, cum prohibitione alienationis, vt probaui ſupra *in verſiculo. Immo generaliter, & in verſic. Rurſus, &c.* ac tradit Peregr. *d. artic.* 13. *num.* 76. & *conſ.* 62. *num.* 16. *vol.* 1. & ideo dato quod non poſſet admitti Dominus Hippolitus, ſaltem ſubſtitutus excludetur à Domino Franciſco, cum vt iam demonſtraui, per codicillos non fuerit derogatum dictæ diſpoſitioni teſtamentariæ.

91 Non obſtant contraria quia fere omnia virtualiter ſunt ſublata, nam procedunt regulariter, nos vero verſamur in caſibus ſpecialibus. Ad id vero quod dicebatur, nos verſari in claris, quod ſubſtitutio non ſit facta vni tantum, ſcilicet vltimo, ſed pluribus, & ſingulis, cum ſubſtituerit eiſdem diſcendentibus, Reſpond. quod cum ſubſtituerit in omnibus bonis, & extincta omnino linea, illud verbum, *eiſdem*, non poteſt intelligi de omnibus, ſed de vltimo ex omnibus qui decedet, quia cum incertum eſſet quis vltimo moriturus ſit, & vnuſquiſque ex illis poſſit eſſe vltimus, ideo voluit aſſicere omnes teſtator qui vltimo mori poſſent; ita declarat, & bene, Rota Bononienſ. apud Barz. *de deciſ.* 6. *ſub num.* 23. 24. 25. & 26. poſt Rim. Sen. *conſ.* 189. *num.* 17. & 19. cum enim teſtator dixerit quod ſubſtituebat eiſdem, extincta tamen omnino linea non habemus quærere aliam gloſſam, ex quo ipſemet ſe ipſum
92 gloſſauit & declarauit, & cum habeamus † ſatis cla-
ram eius intentionem, non eſt curandum de verbis, vt per Barz. *d. deciſ.* 6. *ſub num.* 17. & vbique per ſcribentes, maxime Peregr. *d. conſ.* 62. *vol.* 1. Et textus, *in l. fin.* §. *filium, ff. de leg.* 2. & *in l. Lucius,* §. *Gaio. ff. ad*
93 *Trebell.* † procedunt quando ſubſtitutio facta eſt
pluribus ſimpliciter, non autem extincta linea, nec per verba collectiua, nec quando alia vrgent in contrarium.

Imo poſſemus dicere, hæc eſſe verba notarij impertinentia, quod inde apparet quia inquit quod ipſis decedentibus ſine filiis, ſubſtituit eiſdem, vel eorum filijs, quomodo enim vult ſubſtituere eorum filijs, ſi prætermittit caſum in quo decederent ſine eis.

94 Non obſtat † *Conſil. Menoch.* 636. quia contra illud in eo caſu iudicauit Rota Bononienſ. vt per Barz. *d. deciſ.* 6. quæ ſententia fuit confirmata bis in Rota Romana, vt patet in duabus deciſionibus ſequentibus, ibid.

95 Minus † turbat quod teſtator ſuppoſuerit bona fideicommiſſo infraſcripto, quod denotat illud tantum quod oculis corporalibus legi poteſt, quia quilibet le-

gere

Digitized by Google

gere poteſt teſtatorem vocaſſe D. Ioachimum, ita demum cum linea eorum inſtitutorum omnino extincta eſſet, non autem quando vnus tantum decederet.

96 Remouetur pariter † quod, vbi pluralitas non reſoluitur in ſingularitates, locus ſit tantum legitimæ ſucceſſioni, non autem vt operetur, quod poſſint tranſire bona ad extraneos, quia in caſu illo non poterunt tranſire ad extraneum, ſed erit locus diſpoſitioni teſtatoris, quod vocauit proximiores, qui ſunt DD. Hyppolytus, & Franciſcus; in caſu cuiuſcunque alienationis, & ſic etiam vbi Dominus Paulus inſtituiſſet extraneum.

97 Ad vltimum, † quod perſona prædilecta non faciat ceſſare dictas regulas, niſi ſit de deſcendentibus: Reſpondeo, quod illud procedit in dubio, quando nullæ aliæ extant coniecturæ prædilectionis, nam tunc lex ipſa in deſcendentibus hanc coniecturam inducit, ſed vbi de hac prædilectione ex alijs conſtat, tunc non habemus opus coniectura ipſius legis, ſed ſeruandum eſt quod apparet veriſimiliter voluiſſe teſtatorem, quem non eſt dubium potuiſſe taliter prædiligere, etiam extraneum, vt illum vellet præferri ſubſtituto.

A R G V M E N T V M.

Pergitur in eadem re, & hypotheſi. Refricantur aliæ coniecturæ ad effectum fideicommiſſi inducendi. De præſumptionibus prædilectionis, & in quibus obtineant.

S V M M A R I V M.

1 *Opinio refertur in propoſito, & fundamenta, & num.* 2.3.10.12.
4 *Verba Teſtatoris non debent ſtare ocioſa.*
5 *Vbi abſurdum in ſucceſſione naſcitur, linea debet accipi comprehenſiuè, non effectiuè. Sed vid. num.* 15.
6 *Id procedit etiam cum ſuadent facti circumſtantiæ.*
7 *Per ſubſtitutionem tertij factam præhonoratis, extincta linea; hi cenſentur reciprocè inuicem ſubſtituti. Sed vid. n.* 16.
8 *Diſpoſitio* l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad S.C. Trebell. *non habet locum in vxore, & ſororibus vocatis ſub conditione deficientia lineæ maſculinæ, & fœmininæ.*
9 *Nec tunc eſt diſputandum an ea ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate.*
10 *Reciproca non impeditur, etiam quod portiones ſint inæquales, vel alij ſint legatarij.*
13 Ceph. conſil. 430. num 32. *expenditur.*
14 *Text.* in l. Titia, §. Seia libertis, ff. de leg. 2. *declaratur.*
17 *Aliud oppoſitum diluitur.*
18 *Cum oratio regitur ab vno verbo poſito in fine orationis, qualitas vxores, vel perſonæ adiecta afficit etiam aliam.*
19 *Maximè cum coniunguntur per modum continuati ſermonis.*
20 *Coniectura pro reciproca, eſt conſeruatio agnationis ſpectata à teſtatore, & quomodo, & n.* 21.
22 *Alia coniectura affertur.*
23 *Diluitur oppoſitum.*
24 *Reciproca ſubſtitutio adhuc cenſetur adeſſe, cum ſuperſtes excludit ſubſtitutum ex præſumpta mente teſtatoris.*
25 *Præſumptio prædilectionis ad fauorem reciproca poteſt obtinere etiam in tranſuerſali.*
26 *Voluntas teſtatoris etiam tacita ſemper eſt ſeruanda, præcipuè in fideicommiſſis.*
27 *Præſumptio prædilectionis non obtinet in non ſucceſſuro ab inteſtato.*
28 *Stante declaratione propriæ intentionis, facta à teſtatore, etiam ſine tacita reciproca, indu[illegible] fideicommiſſum, & ad fauorem agnatorum.*
29 *Imo etiam ſine prohibitione ex ſola clauſul.* Quod vult, bona in familia conſeruari, inducitur fideicommiſſum.
30 *In fideicommiſſo prius vocati dicuntur, qui ſunt proximiores in gradu agnationis.*
31 *Is de cuius gradu conſtat, præſumitur proximior, niſi aliud probetur.*
32 *Fideicommiſſum non reſtringitur; ſed ſtat generale, quatenus poſtulant verba conſeruandæ agnationis, & n.* 33.
34 *Verbum* ſupradicto modo, *ſtat demonſtratiuè, cum deficit verbum,* tantum.
35 *Prohibitus alienare extra familiam, poteſt alienare in aliquem de familia licet remotiorem.*
36 *Ceſſante reciproca, pluralitas non reſoluitur in ſingularitates, ſed debet expectari mors omnium.*
37 *Multiplex reſponſio affertur text.* l. fin. §. filium, ff. de leg. 2.
38 *Intellectus,* ad l. Hæredes mei, §. cum ita, ff. ad S. C. Trebell.
39 *Reſpondetur obiecto, & num.* 40.

CONTROVERSIA DLXXXV.

POſtquam in calce ferendæ ſententiæ allegatum eſt ex parte aduerſa, dicam, & ego aliqua, ita volentibus Illuſtribus Dominis Clientibus, repetendo, quæ oretenus coram Perill. Senatu deduxi, & reſoluendo, quæ ex aduerſo tunc propoſita fuerunt.

1 Illud igitur veriſſimum puto, teſtatorem intellexiſſe de linea contentiuè, ſeu comprehenſiuè aſſumpta, & ſic de vnica linea communi hæredi, legatarijs, & ipſi teſtatori, non autem effectiuè de linea cuiuſque, dum ſubſtituit Dominum Ioachimum, extincta omnino linea hæredis, & legatariorum ab eo præhonoratorum, tum quia, vt dicebam, opus fuiſſet dicere, extinctis lineis, ſi de pluribus intellexiſſet teſtator, non autem facere mẽtionem de vna in ſingulari, præcipuè cum de ea non ſemel, ſed pluries meminiſſet.

2 Tum quia ex eius diſpoſitione † colligitur eum voluiſſe facere tres gradus ſubſtitutionum in tribus lineis diuerſis, ſua ſcilicet communi cum dicto hærede, & legatarijs, ſecundo in linea Domini Ioachimi, tertio in linea D. Cæſaris.

3 Tum etiam, † quia ſi voluiſſet intelligere de lineis cuiuſque diſcretiuè, ſatis fuiſſet dicere, ipſis decedentibus ſine filijs; quia tunc ſatis extincta fuiſſet linea ſingulorum, & ſuperuacuo addita fuiſſent poſteriora verba, (Ita quod ipſorum ſit omnino linea extincta,) vnde nè

4 hæc verba † ſtent otioſa, ſicuti ſtare non debere in ſpecie ſcribit Surd. *conſ. 344. circa finem*, dicendum eſt voluiſſe intelligere de extinctione lineæ omnibus communi, ita quod nemo ex illis amplius extaret.

5 Tum demum, † quia, niſi ita caperetur dictum verbũ, reſultaret abſurdum, quod minus dilectus præferretur magis dilectis, & quod poſſet euenire caſus, ne bona perpetuo eſſent in agnatione contra voluntatem diſponentis, & vbi reſultat abſurdum, tunc fit interpretatio, vt linea capiatur comprehenſiuè, non autem effectiue, Honded. *conſ. 4. num. 27. vol. 1.* ſicuti etiam ea-

6 dem fit interpratatio † quando ita ſuadent facti circumſtantiæ, Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 22. ſub num. 24.*

7 Quotieſcumque autem teſtator † ſubſtituit extincta linea plurium honoratorum, tertium in tota hæreditate, vel in omnibus bonis, tunc cenſetur facta ſubſtitutio vltimo morienti, & interim antequam vltimus decedat, cenſetur ille, & alij ſuperuenientes reciprocè ſubſtituti præmorienti, ita præciſè tradit Ruin. *conſ. 140. ſub nu. 9. verſic. ſi enim vult perſonas, volum. 3.* cuius verba formalia ſunt, *Si enim vult perſonas iſto caſu ſubſtitutas admitti, caſu quo tantum linea fœminina deficiat; ergo vltimo decendenti ex dicta linea, vocato tamen expreſſe iuxta præmiſſa, ſunt ſubſtituta, non autem alteri decedenti, per cuius deceſſum linea prædicta non deficeret, quia non eſſet tunc purificata conditio, ſub qua vocatæ ſunt vxor, & ſo-*

8 *rores, nec etiam iſto † caſu habet locum, l. hæredes mei, §. cum ita cum ſua materia, quia ex quo vult teſtator eas demum admitti linea maſculina, & fœminina omnino deficiente,*

ficiente, patet quod prohibet, quod vno ex dictis lineis decedente ſine deſcendentibus alijs ſuperſtitibus ſubſtitutum admitti, quamuis igitur filij filiarum eſſent aliter vocati, quam per nomen collectiuum; ex quo tamen vltimo decedēti ex eis eſt facta ſubſtitutio in tota hæreditate, dicerentur ſubſtituti reciproce, per d. §. Seia libertis. hactenus Ruinus; qui *ſub num. 17. verſic. ſupereſt poſtremo, &c.* di-
9 dicit, quod hoc caſu † non eſt neceſſaria diſputatio an ſit facta vltimo morienti, & in tota hereditate, & eum præciſe ſequitur Surd. videndus *conſ. 344. ſub numer. 17.* vbi citat Menoc. *conſ. 307. per totum maxime, numer. 12.* & Decian. *conſ. 44. num. 60. & 69. vol. 3.* & ego in hanc quoque rem, allegaui Riminald. Sen. Simon. de Præt. Laderch. Barz. & Peregr. in prioribus ſcriptis, *in verſic. Et ideo ſi teſtator ſubſtituat.*

10 Quia ſi teſtator non † vult ſubſtitutum ſuccedere, niſi extincta tota linea, neceſſe eſt, quod ſubſtituat vni tantum, in cuius perſona ipſa euacuabitur, & per conſequēs quod velit omnia bona ad eum peruenire. Quæ reci-
11 proca † non impeditur, etiam quod portiones ſint inæquales, vel alij ſint legatarij, alij hæredes, Morot. *conſ. 100. num. 2.*

12 Nec obſtat, † quod in vocali diſputatione dicebatur poſſe eſse, quod teſtator noluerit Dominum Ioachimum ſuccedere, niſi extincta omnino linea prædicta, & nihilominus noluerit etiam ſubſtituere vltimo in omnibus bonis, nec reciprocum facere ſubſtitutū inter honoratos, ſed tantum ſuſpendere ſucceſſionem donec eueniret caſus, & interim conſeruare ius legitimarum hæreditatum; quia reſpondeo, ex quo vel iure legitimæ ſucceſsionis, vel quatenus legitima ſucceſſio nō daretur, cum Domino Paulo, ſaltem quia bona iſta perpetuo manere debebant in agnatione teſtatoris, & ſic ordine ſucceſſiuo in proximioribus ipſi teſtatori, iuxta infra dicenda, neceſſario etiam non poterant exire perſonas horum præhonoratorum, propterea illa conſideratio ſuſpenſionis, & conſeruationis legitimarum hæreditatum non impedit effectum reciprocæ ſubſtitutionis, quia omni in caſu in iſtis ſemper conſeruari debebant hæc bona, & deuoluere ad vltimum ex eis, idcirco potius dicere debemus cum authoritate tantorum virorum, quod iſto caſu in ſubſtitutione facta poſt extinctionem lineæ cēſeatur grauatus vltimus, quam quod alio iure ſuccedere debeat.

13 Et tunc non † obſtabit dictum Ceph. *conſ. 430. num. 32.* ſi forte allegaretur ex aduerſo (non enim mihi placet eum diſſimulare) tum quia in ſuo caſu teſtator dixerat deficiente linea, ſeu lineis, vt ibi *in propoſitione caſus, & ſub num. 25.* & ſic loquebatur de lineis ſingularum fœminarum; tum quia contra eum ſtant authoritates in terminis præcitatorum Doctorum.

14 Rurſus † non obſtat textus *in l. Titia, §. Seia libertis, ff. de legat. 2.* vbi ſubſtitutio nominatim ſit vltimo morienti; quia ſufficit, quod fiat per equipollens, & quod hoc deducatur ex coniecturis, vt probaui in primis allegationibus, *in verſic. Denique ſi expreſſe non ſit facta, &c. & in verſicul. cum autem vltra caſus ſuperius.*

15 Sicuti nec turbat, † quod mentio lineæ, relata ad aliquam perſonam, vt hic, vbi dictum fuit linea d. hæredis, & legatariorum, intelligatur effectiuè de linea particulari perſonæ demonſtratæ, non autem contentiue, vt latè per Peregr. *conſ. 11. n. 16. lib. 2.* quia illud procedit regulariter, ſed fallit, vbi reſultaret abſurdum, vel vbi aliud ſuadetur ex circumſtantijs, prout ſuperius deduxi, & probaui.

16 Remouetur etiam, † quod ſubſtitutio facta ſit eiſdem perſonis honoratis, & ſic non vni, vel vltimo, quia cum noluerit Dominum Ioachimum ſuccedere, niſi extinctis omnibus, neceſſariò voluit ſuccedere vni tantū, & ob id illa verba *eiſdem* debent intelligi, ideſt illi, qui ex omnibus vltimo morietur; ſed quia ignorabat quis futurus eſset, omnes afficere voluit, vt in terminis adduxi deciſiones circa finem priorum allegationum, *verſ. Ad id vero, quod dicebatur, &c.*

17 Vltimo dicebatur † in eadem publica audientia aduertendum eſse, quod illa verba *Ita, quod omnino ſit extincta linea* non referuntur ad perſonas honoratorum ſed ad perſonas tantum ſubſtitutionis eorum filiorum, & deſcendentium, qui caſus non euenit; nam teſtator ſubſtituit ſimpliciter ipſis honoratis decedentibus ſine filijs, Dominum Ioachimum; ſi vero decederent cum filijs tunc ſubſtituit eundem ipſis filijs extincta linea, & ſic hæc qualitas extinctionis lineæ afficit ſubſtitutionem deſcendentium, non autem honoratorum.

Sed ſi benè recordor; nunc enim mihi non eſt copia codicillorum, ex lectura diſpoſitionis patet, quod illa verba, *ita quod omnino ſit extincta linea*, afficiunt ipſos honoratos, quia ad eorum perſonas præciſe referuntur; nam ita cantant, ita quod omnino extincta ſit linea dicti hæredis, & legatariorum.

18 Præterea, † quando oratio eſt imperfecta, & regitur ab vno verbo poſito in fine orationis; tunc qualitas ſeu conditio, vni rei, vel perſonæ adiecta, afficit etiam
19 aliam contentam in eadem oratione, † maxime quādo coniunguntur per modum continuati ſermonis, ita Mantic. *lib. 10. tit. 6. ſub num. 12.* & facit Peregr. *art. 16. ſub num. 29. verſic. vnc fortius, &c. & ſub num. 31. verſic. Nec refertur*, Menoch. *conſ. 399. num. 12.* nec credo deeſse aliter ſolidas reſponſiones, quæ paterent, ſi haberem copiam dictorum codicillorum, ita vt eorum verba perpendere poſsem.

20 Secundo † principaliter puto, excludendum Dominum Iulianum, & bona iſta adiudicanda Dominis Hippolyto, & Franciſco, quia vbi etiam poſt mortem plurium ſubſtitutio non eſt facta vltimo morienti, adhuc tamen inducitur reciproca ad excluſionem ſubſtituti, ſi aliquę concurrant coniecturæ, vt probaui in dictis primis allegationibus, ſufficiens autem coniectura eſt, quādo teſtator conſiderauit conſeruationem agnationis, ſicuti expreſſit in caſu iſto, ita reſpondit latè Grauett. *conſ. 113. per. tot.* & ſecutus eſt declarādo materiā iſtā Gabr. *de ſubſtit. cōcl. 1. n. 9. verſ. ſi. ubi tamē, &c.* Surd. *cōſ. 336. n. 14.*

21 Et licet † hæc concluſio patiatur difficultatem, quando concurrit ſimpliciter fauor conſeruandæ agnationis, vt per Menoch. *conſ. 376. num. 55. & libr. 4. præſumpt. 62. ſub num. 40.* tamen vbi teſtator conſiderauit conſeruationem agnationis certo pacto, qui quandoque poſſet non habere effectum, ſi ſubſtitutus ſuccederet vnicuique; puta quando teſtator voluit bona perpetuo manere in agnatione, vt hic, quæ tamen de facili exirēt de familia, adhuc viuentibus aliquibus ex honoratis ab ipſo teſtatore, ſi ſubſtitutus non excluderetur, prout euenire poſſe in caſu iſto, fuit alias conſideratum, tunc profecto reſultat reciproca ad excluſionem ſubſtituti, ita excludunt Ruin. *conſ. 140. ſub num. 9. vol. 3.* Socin. Iun. *conſ. 110. num. 39. vol. 3.* & pulchrè Peregr. *conſ. 62. num. 10. 18. & 19. vol. 1.*

22 Tertiò, † quod teſtator voluerit facere hanc reciprocam, & differre ſucceſſionem Domini Ioachimi poſt mortem omnium, luce meridiana clarius patet ex ratione ab eo in fine codicillorū appoſita, ſcilicet quia eius voluntas, & intentio eſt, quod prædicta bona perpetuo maneant, & conſeruentur in ſua agnatione modo ſupraſcripto, ſi enim vult fideicommiſſum habere locū ſecundum modum à ſe diſpoſitum, & ſecundum eum modum intendit bona poſſe perpetuo manere in ſua agnatione, neceſſario colligitur, quod exiſtentibus aliquibus ex præhonoratis, ab eo volebat eos in viam ſuccedere, & poſt eos Dominum Ioachimum, quia ſi aliter diceremus, tunc poſſet dari caſus, quod extarent aliqui maſculi de agnatione, & nihilominus bona peruenerāt ad ſeminas, vel ad extraneum, vbi extingueretur linea Domini Ioachimi, & poſtmodum Domini Cæſaris, adhuc viuentibus aliquibus ex præhonoratis, vel eorum deſcendentibus.

23 Et ex hoc tollitur, † quod tunc allegabatur, iſtud fideicommiſſum fuiſſe reſtrictum ad ſuos certos, & præſcriptos terminos, & ideo ſecundum eos tantum intelligendum eſſe, nec vltra prædictos extendendo, vigore verborum *infraſcripte fideicommiſſe*, & aliorum, vt bona

conſer-

conſeruentur in ſua agnatione modo ſupradicto; nam-
que cum negari non poſſit diſpoſitionem non eſſe cla-
ram ad fauorem Illuſtris Domini aduerſarij vtique ad
hoc vt illud verbum, *perpetuo*, aptè poſsit operari, quod
aliàs ineptè poſitum fuiſſet, vel minus efficaciter, di-
cendum eſt, ex eo per quam clare declarari intentio-
nem teſtatoris fuiſse inducendi hanc tacitam reciprocã.

24 Quartò, † mouet me quod reciproca cenſetur adeſ-
ſe quando ſuperſtes talis eſt, qui ſubſtitutum excludit
ex præſumpta mente teſtatoris, vt poſt alios tradunt
Menoch. *lib. 4. præſumpt. 62. num.* 35. Intrigliol. *de ſub-
ſtit. centur. 2. quæſt. 74. num.* 39. In caſu autem iſto pro-
fectò tales ſunt Dom. Hippolytus, & Franciſcus ſicuti
ex lectura teſtamenti, & codicillorum pluribus in locis
colligi poteſt, & ex eo etiam quod extraiudicialiter no-
tum eſt Perill. Indicibus, & ex traditis à Menoch. *libr.
4. præſump.* 16.

25 Nec turbat, † quod concluſio prædicta habeat tan-
tum locum in deſcendentibus, quos ſolos lex præſumit
ex præſumpta mente teſtatoris omnibus alijs præferri.
vt per prædictos doctores locis proximè relatis; nam-
que iſtud verum eſt, quando nulla alia concurrit conie-
ctura, ſeu inditium huius præſumptæ prædilectionis; tūc
enim lex ipſa inducit hanc præſumptionem deductam
ex amore, quo vnuſquiſq; naturaliter proſequitur ſuos
deſcendentes, ſed vbi verſamur etiam in tranſuerſalibus,
& vigent coniecturę huius prędilectionis; tunc amplius
non egemus beneficio legis, & præſumptione ab ea in-
26 ducta, ſed ex ipſamet voluntate tacita teſtatoris † ni-
timur, quam ſemper ſeruandam eſſe iubet lex, quoties
de ea aliquod habemus inditium, maximè in fideicom-
miſſis, vt paſſim apud noſtros reperire eſt, & præſertim
apud Peregr. *conſ. 56. n. 4. vol.* 1.

Hancque meam conſiderationem, licet non inueniã
perpenſam à ſcribentibus tamen adeo puto veriſſimam,
ſicuti veriſſima eſt concluſio illa, quod ex coniecturis
inducitur reciproca ad excluſionem ſubſtituti.

27 Et ex † hoc ceſſat etiam quod ſuppoſita præſum-
ptio prædilectionis non habeat locum quando ſuper-
ſtes non poterat ſuccedere præmorienti ab inteſtato,
vt per Menoch. *d. præſumpt. 62. ſub. num.* 36. & Intri-
gliol. *eadem centur. q. 74. num.* 43. ſiquidem illud regu-
lariter procedere poteſt, ſecus vbi vrgent coniecturæ in
oppoſitum voluntatis teſtatoris, & eo magis ceſſat,
quia licet aliquibus reſpectibus ſuperſtites non pote-
rant ſuccedere Domino Paulo ab inteſtato, tum
quia deſcendebat ex illegitima radice, tum quia fece-
rat teſtamentum inſtituendo extraneum, tamen in ef-
fectu ſucceſſuri erant in dictis bonis, ex eo quod illa per-
petuo manſura erant in agnatione teſtatoris, & ſic in
proximioribus ipſius teſtatoris, vt ſtatim declarabo, qui
erant prædicti Hyppol. & Franciſcus.

28 Quinto, † vbi etiam nulla adeſſet tacita recipro-
ca, tum quia teſtator declarauit ſuæ intentionis & vo-
luntatis eſſe, quod dicta bona perpetuo permanerent,
& conſeruarentur in ſua agnatione, neceſſario ex hoc
inducitur, & reſultat fideicommiſſum iſtum abſolutum
& reciprocum, ad fauorem agnatorum eiuſdem di-
ſponentis, quia alias non poſsent perpetuo manere in
agnatione, vt tradunt Soc. Iun. *conſ.* 110. *num.* 39. *vol.*
3. Petr. *de fideicommiſſ. q. 5. ſub num.* 1. *&* 13. *præcipuè,
num.* 148. iunctis traditis, *ſub num.* 149. *verſic. Tertio,
& verſic. Quinto.* Surd. *conſ. 96. num.* 14. *&* 15. idem
Surd. *conſ.* 356. *num.* 14. *&* 344. *num.* 18. & bene *conſ.*
494. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 397. *num.* 6. *&* 7. Peregr. *de
fideicommiſſ. articul.* 13. *num.* 79. *&* 81. *& conſ.* 62. *num.*
21. *vol.* 1. *& conſ.* 30. *n.* 5. *&* 7. *& conſ.* 56. *n.* 3. *vol.* 2.
cum multis alijs allegatis in primis ſcriptis, *verſic. Imo
generaliter, &c. & verſic. Rurſus ſi Dominus Ioachi-
nus, &c.*

29 Idque † procedit etiam, ſi nulla præcedat, vel
ſubſequatur prohibitio alienationis, namque ex ſola
clauſula, *quia vult perpetuo conſeruari in agnatione*,
adhuc reſultat fideicommiſſum reciprocum, imo faci-
lius quam ſi adeſset prohibitio, *l. cum ita, §. in fidei-
commiſſo, ff. de legat. 2. l. final. C. de verbor. ſignific.* So-
cin. Sen. *conſ. 44. ſub num. 5. verſic. Quart. pro deciſio-
ne, &c. vol.* 3. Curt. Iun. *conſ.* 22. *num.* 19. *& conſ.* 145.
ſub num. 9. verſic. Primus caſus, &c. cum aliis apud Pe-
regr. *de fideicommiſſ. artic. 14. ſub num. 6. paulo poſt
principium dicti numeri, verſic. Et idem eſſet, &c.* Surd.
conſ. 96. num. 14.

30 Ad quod fideicommiſſum † ſemper prius dicuntur
vocati proximiores in gradu agnationis, vnus vel plures
ſi ſint plures in eodem gradu, *l. cum ita, §. in fideicommiſ-
ſo, & l. peto, §. fratr. ff. de legat. 2. & l. final. C. de ver-
bor. ſignific.* Peregr. *d. articul. 14. num.* 9. proximiores
autem eſse D. Hyppol. & Franciſ. ipſi teſtatori ex eo
dicitur probatum, quod conſtat de certo gradu con-
ſanguinitatis eorum, tum ex aſsertione teſtatoris, qui
vocat eos filios fratris, tum ex capitulis ipſiuſmet ad-
uerſarij, quo caſu niſi alter probet ſe proximiorem, ſi-
31 cuti non eſt probatum in caſu iſto, tunc † ſemper is
de cuius gradu conſtat, præſumitur proximior, Surd. *con-
ſil. 221. num. 26. & deciſ.* 106. *num.* 8. & de mag. com-
mun. opinione teſtatur Maſcard. *concluſ.* 1251. *in
verbo Proximior.* Imo ex probationibus Domini Iulia-
ni conſtat eos eſſe proximiores, quia capitulauit Domi-
num Hieronymum teſtatorem non habuiſſe alios fra-
tres niſi, &c. in quibus non adeſt aliquis à quo deſcen-
dat aduerſarius.

32 Neque † fideicommiſſum illum quod reſultat ex
tali clauſula poſita in fine, reſtringitur ad præcedentem
diſpoſitionem, ſed eſt abſolutum & generale, qua-
tenus poſtulant verba conſeruationis perpetuæ, vt latè
oſtendit Petra *de fideicommiſ. quæſt. 6. per tot. maxime
num. 16. verſic. ſed prædictis non obſtantibus.*

33 Et † licet iſtud ſoleat limitari quando dicta clau-
ſula appoſita eſt cum verbis relatiuis & reſtrictiuis, vt
videtur factum in caſu iſto, quia dixit teſtator, quod
volebat conſeruari in agnatione ſupradicto modo, ta-
men ſuperius admonui *in verſic. Et ex hoc tollitur, &c.*
clarum non eſſe diſpoſitionem fuiſſe limitatam, ſicuti
præſupponit D. aduerſarius; vnde cum illud verbum
*Perpetuo ſuadeat eam non eſſe limitatam, ſemper debeat
manere in proximiores agnatos teſtatoris, dicendum erit
etiam verba illa ſupradicto modo non eſſe reſtrictiua.*

34 Præterea † dico quod hic potius ſtant demonſtra-
tiue, cum non adſit dictio, *tantum*, vt declarat Menoch.
conſil. 432. ſub num. 32. *&* 33. & ideo ſequitur, quod
teſtator voluerit quidem manere in agnatione modo à
ſe diſpoſito, ſed etiam alio qui poteſt reſultare ex eius
verbis, cum nullum alium excluſerit.

35 Demum † ex quo potuiſſet contingere quod ali-
quis alienaſſet bona iſta in agnatum quidem ſed remo-
tiorem, quia prohibitus alienare extra familiam, poteſt
tamen alienare in aliquem ex familia, licet remotio-
rem, *l. peto. §. penult.* vbi Cuman. & Caſt. *ff. de legat.* 2.
Peregr. *artic. 14. num.* 7. Honded. *conſ. 78. n. 34. vol.* 1.
teſtator appoſuit illa verba, quod volebat manere bo-
na prædicta in agnatione ſua, modo ſupradicto, ad hoc
vt ſemper prędhonorati præferrentur, nec poſsent illa
in remotiorem alienare, non autem vt vellet denotare
ſe reſpexiſſe fauorem agnationis, limitatè ad certas per-
ſonas, ſicuti erroneè præſupponitur ex aduerſo.

36 Sexto, † addebam principaliter, quod vbi ceſſa-
ret reciproca, tamen adhuc non eſset admittendus
Dominus Iulianus, quia pluralitas non reſoluitur in ſin-
gularitates, ſed debet expectari mors omnium, iuxta
l. penult. C. de impub. & l. quamuis, vbi Bartol. *num.* 2.
ff. de vulgar. & l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit.
quæ multum videtur vrgere, dum facit vim in copula-
tiua, Honded. *conſil. 60. num. 29. vol.* 1.

37 Neque † tunc obſtabunt textus, *in l. finali, §. fi-
lium, ff. de leg.* pluralitas enim ibi reſoluitur, quia
ſermo dirigebatur ad quemlibet ex inſtitutis, ſicuti &
in l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebellianum: quilibet
nominatim grauatus fuerat, quia dixerat teſtator, *fidei
veſtræ mando, Gai. Sei, & Lucia Titia, poſt obitum
veſtrum non reddatis*; non igitur mirum eſt, ſi poſt

mortem cuiuſque ſubſtitutus admittatur, cum quilibet nominatim grauatus eſſet, & ſic hæc vera non poteſt dici reſolutio pluralitatis in ſingularitatem; pro qua reſponſione facit optime Iaſ. *in l. ſcire debemus, ſub nu. 10. verſic. ſed ego clarius, ff. de verb. obligat.* dum reſpondet ad *l. pluribus, 121. in 1. ff. de verb. oblig.* quod ibi ſpecialiter erant plures res enumeratæ,

38 Ad † textum, *in l. Heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* reſpondetur, Quod ſubſtitutio de perſona Claudiæ facta erat vltimo tantum, præcogitauerat enim teſtator eum caſum quo primus deceſſiſset ſine filijs, ita quod eius portio deuenisset ad alterum ei ſubſtitutum, & ſic factum eſſet vnicum patrimonium in perſonam vltimi, & tunc voluit ipſo vltimo decedenti ſine filijs Claudiam ſuccedere, & propterea dixit ſi vterque ſine liberis diem obierit, non eo quia vellet Claudiam non admitti, niſi vterque decederet ſine liberis, ſed quia præcogitauerat tantum ſupradictum caſum, & in effectu tunc ſi caſus præcogitatus eueniſſet, vterque deceſſiſset ſine liberis, ita declarat ibi Ripa *num. 143.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 186. ante nu. 44. verſic. Non etiam obſtat, &c.* Anton. Faber. *lib. 13. coniectur. cap. 18.*

39 Præterea † vbi admitteremus locum eſſe reſolutioni regulariter, tamē dicebam in caſu noſtro eam ceſsare ex multis; tum quia ſubſtitutio reſpicit vnicum tantum effectum, tum quia fieret contra mentem teſtatoris, & ſequeretur abſurdum; tum quia ſubſtitutio de Domino Ioachimo erat conditionaliter facta, imo facta ſub pluribus conditionibus, & erat data certa forma, nec vigebat eadem ratio in ſingulari, quæ viget ſi omnes moriantur, quibus omnibus caſibus probabam, pluralitatem non reſolui in ſuas ſingularitates.

40 Et † licet quando non reſoluitur, & ceſsat reciproca, ſit tantum locus legitimæ ſucceſſioni, tamē dicebam ſicuti etiam ſupra dixi, hoc non obeſſe, ex quo vigore clauſulæ, quod volebat teſtator bona conſeruari perpetuo in agnatione. Domini Hyppol. & Franciſ. ſuccedere debebant, quatenus ſuccedere non potuiſſent ab inteſtato.

Fuit iudicatum bona Domini Pauli ſpectare ad legatarium & heredem prahonoratos; nec eſſe locum nunc ſubſtitutioni Domini Ioachimi, die 22. May 1606. in Actis D. Caroli de Pretis.

ARGVMENTVM.

De Tranſactione, eiuſque cauſis ſufficientibus; & de cauſa exonerandi animam patris. Quomodo ex ea poſſit prætendi læſio. De obligatione filij pro debitis patris. De obligatione venditoris, quo ad commonendum emptorem de impedimento contrahendi. De præſcriptione ignorantiæ Statutorum in Forenſe; Et plurima de euictione. Inſuper agitur de vſura, & quomodo, & qualiter inducatur, & præſumatur. Perplura de vſuris recompenſatorijs, ſcilicet damno, & intereſſe, præcipuè in emptore, quo ad euictionem. De terrarum fructu, eiuſque liquidando intereſſe, &c.

SVMMARIVM.

1 *Filius dum non eſt heres patris, non tenetur ad eius debita.*
2 *Promiſſio ſine cauſa eſt inefficax.*
3 *Promittens id, ad quod non tenebatur, præſumitur id feciſſe per errorem.*
4 *Qui per errorem promiſit, non tenetur, niſi per actorem ſcientia probetur, & valida cauſa.*
5 *Erronea tranſactio eſt nulla, etſi talis ſit in parte ſolum.*
6 *Tranſactio facta ſuper re clara, & liquida, eſt nulla. Nec lis illata ſufficit, cum eius finis eſt certiſſimus. Et num. 7.*
8 *Tranſactio reſcinditur ex enormiſſima læſione.*
9 *Etiamſi interceſſerit iuramentum, quia petitur abſolutio.*
10 *Etſi geminatè ſit ſuper id tranſactum.*
11 *Euictio non obtinet pro alienationibus nullis.*
12 *Auctor non tenetur de euictione, aut ad pretium, cum res euincitur de ſui natura.*
13 *Cum res citra iudicium, & de facto auferetur à Superiore, venditor non tenetur de euictione.*
14 *Non cenſetur promiſſa euictio in caſu à lege prohibito.*
15 *Tranſactio ex falſa cauſa reſcinditur.*
16 *Non exiſtente herede capaci Fiſcus ſuccedit.*
17 *Tranſactio facit dubium, quod alias non eſſet.*
18 *Ex diſceſſu à lite iuſtificatur, & validatur tranſactio,*
19 *Etſi lis eſſet extraiudicialis, & de facto ſolum. Immo, & timor eius futura, & num. 20.*
21 *Non attenta iuſtitia nec ne principalis cauſa.*
22 *Ita datum amplius repeti nequit, etſi poſtea appareat nullo iure datum, ſed debet conuentum ſeruari, & num. 23.*
24 *Tranſactio habet vim rei iudicatæ. Et facit fundatam intentionem, & num. 25.*
26 *Ei ſtandum eſſe, donec contrarium probetur. Et in dubio pro eius validitate iudicandum, & n. 27.*
28 *Reſpondetur obiectis, & num. 32. 37. 39. 41. 45. 64. 67.*
29 *Cum in tranſactione eſt expreſſa cauſa, non attenditur, an ſit iuſta, nec ne; niſi ex aduerſo probetur indebitum.*
30 *In Tranſactione diſceſſio a lite ſtat pro cauſa.*
31 *Promiſſio ſine cauſa obligat, cum cœpit ſolui pars talis debiti.*
33 *Vigore Tranſactionis præſumuntur omiſſæ probationes, quas actor facturus fuiſſet in cauſa.*
34 *Filius poteſt aliquid debere pro patre ex contractu per fideiuſſionem, vel conſtitutum, licet non ex quaſi contractu ob abſtinentiam ab hereditate,*
35 *Promittens ſcienter indebitum, vt fideiuſſor, vel conſtituens, obligatur, quia præſumitur donare. Secus ſi ſit in dubio, ibid.*
36 *Cauſa exonerandi animam patris, eſt ſufficiens ad tranſigendum.*
38 *Vt non ſubſiſtat tranſactio, debet eſſe euidens calumnia.*
40 *Tenetur ad intereſſe, qui impedivit creditorem ſuum non exigere a debitore.*
42 *Tranſigens ſuper re dubia non dicitur læſus, etſi eius ſeneat.*
43 *In donatione non datur læſio, quia eſt de natura ipſius priuatio rei donatæ.*
44 *Nec in ſumendo in ſe debitum alterius.*
47 *Emptor eſt in culpa, cum ſciens venditoris impedimentū, tamen voluit emere.*
48 *Forenſis præſumitur ignorare, quod de iure licitum eſt, per loci proclama prohibitum.*
49 *Venditione nulla; adhuc venditor tenetur de euictione, ſi expreſſe ſit permiſſum.*
50 *Promiſſio damnorum, & intereſſe, quomodocumque res euincatur, obligat venditorem in omnibus caſibus, & num. 66.*
51 *Culpa venditoris eſt, cum non admonet emptorem de impedimento ſibi illato per Statutum, prohibens ei acquiſitionem.*
52 *Venditor tenetur exprimere qualitatem annexam vigore decreti Principis.*
53 *Præſumitur venditor ſcire qualitates rei venditæ.*
54 *Ciuis præſumitur ſcire proclamata ſuæ Ciuitatis.*
55 *Venditor tacendo impedimenta, obligatur ad intereſſe, & damna.*
56 *Emptor quo ad preiudicium eius cum quo contrahit, non tenetur eſſe curioſus.*
57 *Culpa venditoris in non admonendo, præponderat culpæ emptoris in non inueſtigando.*
58 *Non inueſtigatio non præiudicat, cum ignorantia prouenit ex culpa alterius.*
59 *Emptor non eſt obligatus ſcire ius venditoris.*

60 Euictio

60 *Euictio debetur etiam quod id procedat ex natura rei, cum emptor id ignorat.*
61 *Vel eum ea permittitur qualitercumque, &c. vel cum venditor eſt in culpa, & nu. 62.*
63 *Clauſul.* Qualitercumque, *præſeruat emptorem pro euictione.*
64
65 *Verbum Vniuerſale, geminatum omnes comprehendit.*
Venditor poteſt agere de euictione, licet non denunciauit litem, cum conſtat de bono iure euincentis, & nihil venditor opponere poſſit.
68 *Lapſo termino ad retroneudendum, quilibet emptor habet liberam facultatem diſponendi de re empta.*
69 *Tranſactio, ob iuramentum, valet in vim pacti, ſi non in vim tranſactionis.*
70 *Item cum dicitur fieri tranſactionem, & pactum.*
71 *Tranſactio ſuper falſo ſcienter valet.*
72 *Secundum caput Controuerſiæ.*
73 *Liuellum pro dilatione data ad ſoluendum. eſt vſurarium.*
74 *Pecunia per ſe, non poteſt germinare pecuniam abſque vitio vſuræ.*
75 *Tale lucrum eſt vſura ſaltem mentalis, etſi palliata nomine intereſſe, & damnorum.*
77 Rota deciſ. 96. num. 1. apud Farinacc. *de non ſoluendo aliquid pro ſorte in pecunia.*
78 *Vſura omni iure eſt indebita, & poteſt repeti, & ſoluenda poteſt recuſari.*
79 *Etiam ſtante iuramento, non poteſt cogi debitor ad eas, metu periurij, ſed abſolutio debet impendi à iuramento.*
80 *Delegatio eſt ſolutio. Præcipuè ſi ſic facta per verbum dationis in ſolutum, & num. 81.*
82 *Delegatio perimit obligationem duplicem, ſcilicet delegati erga creditorem, & delegantis erga recipientem delegationem.*
83 *Solutio tollit obligationem.*
84 *Extincto debito principali nihil pro eo deberi poteſt.*
85 *Vſuræ recompenſatoriæ, ratione damni, vel intereſſe, poſſunt in pactum deduci, & ſunt licitæ.*
86 *Nec ſunt vſuræ, ſed intereſſe.*
87 *Illud obtinet nedum in emptione, ſed & in mutuo.*
88 *Emptor obligatur ex promiſſione annua ſumma vſquequo ſoluat pretium rei fructiferæ, & de commum, ibidem.*
89 *Et emptore ſoluente pretium, venditor tenetur ad vſuras, re non tradita.*
90 *Peti poſſunt vſuræ pecuniæ, quam, ex quo non ſolui debitum, ſub ijs vſuris cogor accipere.*
91 *Item & illæ peti poſſunt à tertio, quas, ratione pecuniæ quam ei dedi, cogor ego Iudæo ſoluere.*
92 *Conſil.* Alex. *in propoſito.* Et Rimin. Iun. atq; Burſatt. *& num. 93.*
94 *Adhuc debetur intereſſe à debitore, pecunia, cum qua empturus fuiſſem rem ita fructiferam, & id proteſtor.*
95 *Et cum, vt tibi mutuò dem pecuniam, deſiſto ab emptione prædij fructiferi.*
96 *Venditor tenetur ad intereſſe re euicta. Etiam abſque pactione, & n. 97.*
98 *Licet in pactum deducere, vt venditor teneatur pro omnibus damnis paſſis, & patiendis.*
99 *Attenditur maximum intereſſe, quod percipi potuiſſet.*
100 *Fructus veniunt ſub nomine damni, & intereſſe.*
101 *Damnum eſt etiam amiſſio commodi, quod haberi poterat.*
102 *Damnum, & lucrum radicatum à pari procedunt.*
103 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur non ſolito negociari, Procedit in extrinſeco, ſecus in intrinſeco.*
104 *Quod de iure debetur poteſt in pactum deduci, & num. 105.*
106 *Debentur vſuræ cum quantitas debetur ratione certæ ſpeciei.*
107 *Terræ reddunt quinque pro centenario.*

108 *Vbicumque eſt veriſimile intereſſe, poteſt à principio in ea quantitate in pactum deduci.*
109 *Et ſuſtinetur taxatio poſtea facta, conſtito tantum interfuiſſe.*
110 *Alia ratio affertur.*
111 *Tolluntur oppoſita, & num. 113. & 115.*
112 Bulla Pij V. *in hac re habet locum in intereſſe incerto, ratione cambiorum.*
114 *In euictionis intereſſe, creſcit etiam pretium rei euictæ.*
116 *Cum reſeruatur regreſſus in caſum nõ ſolutionis delegati, non eſt vera delegatio.*
117 *Quilibet contractus præſumitur licitus.*
118 *In foro contentioſo fit interpretatio ſemper contra vſuram.*
119 *Allegans vſuram debet eam probare.*
120 *Stante inualiditate pacti liuellorum, ſors, & intereſſe ſemper poſſunt peti.*
121 *Non eſt vſura, cum contrahens credit ſibi pactum tale licere ratione damni.*
122 *Nullibi eſt cautum, quod ob pactum vſurarium ſors amittatur.*

CONTROVERSIA DLXXXVI.

DVo ſunt capita præſentis controuerſiæ, vertentis inter
Multum Illuſtrem Dominum Ludouicum Fantinũ
agentem ex vna, & Illuſtriſſimum Dominum Marchionem Ludouicum Rangonum reum conuentum, partibus ex altera.

Primum, an promiſſio facta ab ipſo Illuſtriſſimo D. Marchione in inſtrumento trãſactionis initæ cum Illuſtriſſimo q. Domino Comite Paulo de Hippolytis. de reſtituendo ei pretio terrarum aliàs emptarum, per d. Dominum Comitem Paulum à patre Domini Marchionis, & quæ emptori fuerunt euictæ, ſeu confiſcatæ per Sereniſſimam Cameram Parmæ, tamquam alienatę in non ſubditum, teneat, & obliget ipſum Dominum Marchionem ad dicti pretij reſtitutionem.

Secundum caput eſt, vbi ſubſiſtat quo ad capitale, an etiam teneat quo ad intereſſe, & liuellos promiſſos in ratione quinque pro centenario, donec reſtitutum eſſet ipſum capitale, an vero ſit illicitum tale pactum, & ſapiat vſurariam prauitatem,

Quo ad primum, videretur prima fronte dicendum, ipſum Dominum Marchionem non obligari ad obſeruationem contentorum, in eadem tranſactione, quia
cum non fuerit hæres patris, provt expreſſe declarauit
in dicta tranſactione, non tenebatur, quatenus etiam pa-
ter obligatus fuiſſet pro hac confiſcatione, & euictione)
1 præſtare † factum illius, nec obligatus erat pro eius
debitis, & promiſſionibus, *l. ſi paterna, C. de reuoc. his
quę in fraud. creditor. l. 1. C. de repudiand. hæredit. l. 4. C.
arbitr. tutel. l. ſcimus, §. cum igitur, verſic. ſimiliq; modo, C. de iur. deliberand. l. vltim. C. de primipil. lib. 12.* vnde promittendo id ad quod cogi non poterat, videtur
2 promiſiſſe ſine cauſa, quæ † promiſſio, ſeu cautio
carens cauſa, eſt inefficax, *cap. ſi cautio*, vbi Felin. & cæ-
teri, *de fide inſtrum. l. cum de indebito, §. final. ff. de proba-
tion. l. 2. §. circa, ff. de except. doli.* Alex. *conſ. 157. num. 1.
vol. 6.* Ceph. *conſ. 108. num. 1.* Maſcard. *in concl. 345. nu.
1.* Emanuel Soarex *in theſaur. recept. ſentent. in litter. P.
num. 340.* vbi de communi.
3 Et promittens † id ad quod non tenebatur, præſumi-
tur in dubio promiſiſſe per errorem, non autem ex cer-
4 ta ſcientia, nec ex animo liberali, & propterea † non
tenetur niſi probata cauſa legitima, & valida per acto-
rem, Bald. *in l. generaliter, in 4. oppoſit.* & ibi Angel. *ſub
num. 5.* & Salycet. *ſub num. 7.* qui teſtatur de communi,
C. de non numerata pecunia, Alex. *conſ. 13. num. 3. vol. 1.*
5 Turzan. *opin. 145.* Similiter tranſactio † erronea eſt
nulla, quamuis in parte tantum ſit erratum, Rota apud
Cæſar. Grals. *dec. 14. num. 8. aliàs eſt deciſio prima, ſub
tit. de tranſact.*
6 Hinc ſequitur ſecundum † fundamentum, ſuppoſito

H 2 Do-

Dominum Marchionem, tanquam non hæredem pa-
tris.non fuiſſe ad aliquid hac de cauſa obligatum; quod
tranſactio iſta, vti facta ſuper re clara, liquida, & quæ
non habebat difficultatem, ſit nulla, *l. præſes*, 12. *C. de*
tranſact. l. pactum curatoris, 2. *C. de pact. l. Lucius*, 2. *in*
§. final. ff. de adminiſtrat. tutor. l. 1. & ibi hoc notat Bald.
ff. de tranſact. Simon. *conſ.* 517. *nu.* 17. & 18. vbi dicit hoc
7 procedere etiam, quando aderat lis, ſi tamen eius † fi-
nis erat certiſſimus, Surd. *deciſ.* 176. *num.* 2. & *conſ.* 451.
num. 11. vbi hoc exornat, & *conſ.* 501. *n.* 9. Bertaz. *conſ.*
ciuil. 88. *num.* 50. vbi ex Abbate, & alijs ſubdit quod tũc
præſumitur calumnioſa.

8 Tertium pariter ex prædictis † reſultat argumentum,
quod Illuſtriſſimus Dominus Marchio fuerit enormiſſi-
mè læſus, etiam inſpecto litis (quatenus extitiſſet) e-
uentu, quia cum res eſſet clariſſima nemo aliquid exſol-
uiſſet pro tali moleſtia, quæ certiſsimum habitura fuiſ-
ſet finem fauorabilem, vel ſaltem quid minimum im-
pendiſſet; tranſactio autem reſcinditur ex enormiſsima
læſione, atque in ea habet locum *l.* 2. *C. de reſcindend.*
vendition. Crauett. *conſ.* 151. *num.* 26. & 27. Pinell. *in l.*
2. *par.* 1. *cap.* 4. *num.* 16. *C. de reſcind. vendit.* Roland. *conſ.*
28. *num.* 27. *vol.* 4. Maſcard. *concl.* 662. *n.* 2. Honded. *con-*
ſil. 34. *nu.* 55. *vol.* 2. Torniel. *conſil.* 76. *numero ſeptuageſi-*
monono, ſaltem, quando magnus eſt exceſſus, prout
hic adeſſe videtur, Corn. *conſ.* 27. *ſub num.* 8. *vol.* 4. Cra-
uett. de magis comm. *conſ.* 151. *ſub num.* 26. Surd. *conſil.*
451. *num.* 9. & *conſ.* 480. *num.* 13. Berett. *conſ.* 134. *nu.* 11.
Lancellott. Gallia. *conſ.* 115. *num.* 71. Roland. *conſ.* 28. *n.*
26. *vol.* 4. Gabr. *de emption. & vendition. concl.* 1. *nu.* 69.
Pinell. *in l.* 2. *parte prima*, *cap.* 4. *num.* 26. *Cod. de reſcind.*
vendit.

9 Quod procedit etiam, † ſi eſſent roborata iuramē-
to, prout fuit in caſu iſto, Lancellott. Gallia *conſ.* 39. *n.*
20. & *d. conſ.* 115. *num.* 72. Decian. *conſ.* 6. *ſub num.* 16.
vol. 5. ſaltem petita abſolutione, quæ hic fuit obtenta,
Corn. *d. conſ.* 27. *num.* 10. *vol.* 4.

10 Et procedit † quamuis fuiſſet geminata, Surd. latè
conſ. 480. *ſub num.* 14. Atque etiam ſi fuiſſet confirmata
decreto Principis, Berett. *conſ.* 134. *num.* 12.

11 Quarto, † tranſactio inita fuit ſub eo prætextu quod
Illuſtriſsimus q. Dominus Marchio Iulius venditor, &
eius hæredes, ac fideiuſſores tenerentur pro terris eui-
ctis à Sereniſsima Camera Parmæ ipſi Domini Comiti
Paulo, quod tamen verum fuiſſe non videtur, tamen
quia etiam alienatio prędicta, vti facta in non ſubditũ,
eſſet nulla vigore decreti Parmenſis, euictio non debe-
tur, nec habet locum pro ſimilibus alienationibus nul-
lis, & factis à non habentibus poteſtatem alienandi, *l.*
quemadmodum, vbi DD. *C. de agricol. & cenſit. libr.* 11.
Grat. *conſ.* 91. *num.* 25. *vol.* 1. Decian. *conſ.* 3. *numer.* 49.
vol. 5. Burell. *conſ.* 67. *num.* 29. Tum quia decretum pro-
hibens alienationes in forenſes, vel non ſubditos, afficit
rem, vnde confiſcatio, & euictio dicitur ſecuta ex natu-
ra rei, cuius eſt tranſire in Fiſcum, ſi alienetur in non
12 ſubiectum; de euictione autem non tenetur † auctor
quoties res euincitur ex ſui natura, nec etiam ad pretij
reſtitutionem, Gloſſ. *final. in fine*, *in l. ſi familia*, & ibi
ſcribentes, *Cod. famil. herciſcund.* Alex. *conſ.* 21. *ſub n.* 2.
13 *vol.* 5. Caball. *de euiction.* §. 5. *num.* 33. † Tum & tertio,
quia ſine iuris ordine, & de facto Sereniſſima Camera
accepit poſſeſsionem, & eodem caſu priuauit empto-
rem, quo caſu, quando res citra iudicium auſertur, ven-
ditor non tenetur releuare emptorem, *l. final. C. de act.*
empt. Natt. *conſ.* 181. *num.* 2. Roland. *conſ.* 45. *num.* 19.
14 *vol.* 3. Caball. *de euiction.* §. 5. *nu.* 22. † Tum demum
quia non cenſetur promiſſa euictio in caſu quo à Sena-
tu, vel Principe auferetur, Raudenſ. *conſ.* 9. *n.* 5. *vol.* 2.
Caballin. *de euict.* §. 5. *num.* 55.

15 Vbi autem † tranſactio emanauit ex falſa cauſa
& prætextu, reſcinditur & vitiatur, quamuis fuerit iu-
rata, Menoch. *conſil.* 91. *num.* 46. & *conſil.* 706. *num.*
43. Paril. *conſil.* 96. *num.* 24. *vol.* 1. & *conſil.* 12. *num.*
99. & 101. *vol.* 2.

Poſtremo, non videtur omittendum, quod Illuſtriſſi-
mus D. Comes Paulus emptor fuit habilitatus, & fa-
ctus capax ab Illuſtr. venditore, licet eſſet forenſis pro
ſe tantũ, & eius deſcendentibus, vt in priuilegio ciuili-
tatis, qui cum deceſserit nullis relictis deſcendentibus,
ſed tantum hærede extraneo, videtur ceſsare omne in-
tereſse, ex quo vbi etiam non fuiſsent euictæ hæ ter-
ræ, deuolutæ fuiſsent ad venditorem, cuius eſt com-
16 moditas Fiſci in dicto loco, non † exiſtente aliquo
ſucceſsore capace emptoris, iuxta *l.* 1. & *l. vacantia*, *C.*
de bonis vacant. lib. 10. *l.* 2. *in fin. ff. ad Tertull.* Peregr.
de iur. Fiſc. in tit. de bonis vacantib. Boſſi. *in eodem*
tit.

17 Cæterum præmiſſis † nequaquam attentis, re-
ſpondeo Illuſtriſſimum Dominum Marchionem obli-
gatum eſse pro promiſſione facta in dicto inſtrumento
tranſactionis, nam tranſactio ipſa per ſe facit debitum,
etiam illud quod alias non eſſet, *l.* 2. *de condic. in debit.*
Caſtrenſ. *in l. eleganter*, *in* 1. *ff. d. tit. de condiction. indeb.*
Bec. *conſil.* 109. *num.* 7. Gallia. *conſil.* 81. *num.* 11. &
18 *conſil.* 58. *num.* 58. eo enim ipſo quod diſceditur † à
lite, prout ex tenore eiuſdem tranſactionis diſceſsũ fuiſſe
patet iuſtificatur & validatur ipſa tranſactio, *l. in ſum.*
19 *in principio ff. de condiction. indebit.* quamuis † lis fu-
iſset de facto tantum, & extraiudicialis, non autem
iuridica, Alex. *conſil.* 41. *num.* 4. *lib.* 6. Bec. *conſil.* 109
ſub num. 6. Nat. *conſil.* 441. *num.* 9. & *conſil.* 465. *num.*
20 2. Surd. *conſil.* 451. *num.* 51. imo ſufficit † tantum ti-
mor probabilis litis futuræ, *l.* 2. *C. de tranſac.* Bec. *d. con-*
ſil. 109. *num.* 6. Decian. *conſil.* 64. *num.* 1. *vol.* 3. nec
21 attenditur † iuſtitia aut iniuſtitia principalis cauſæ, O-
ſaſc. *deciſ.* 91. *ſub num.* 23. adeo vt datum poſtea vi-
gore tranſactionis, nullo modo repeti poſſit; licet de-
inde certiſſimè appareret nullo iure debitum fuiſſe, *d.*
l. in ſumma, *ff. de condict. indebit. l. nec intentio*, *C. de*
tranſact. Gargian. *patrocin.* 83. *num.* 3. *part.* 2. idque
22 procedit quamuis ſuper magna lite quid minimum † ex
vna parte tantum datum eſſet, *l.* 3. §. *debitor*, *ff. de*
tranſact. Rota *deciſ.* 727. *num.* 3. *parte* 1. *nouiſſimarum*
diuerſ. Roland. *conſil.* 28. *num.* 23. *vol.* 4. ita vt non
poſſit conqueri D. Marchio quod parum fuerit remiſ-
ſum reſpectum illius ad quod ſe obligauit.

23 Quod † autem tranſactione promiſſum eſt, vtique
ſeruari debet, *toto tit. ff.* & *C. de tranſaction.* Decian.
conſil. 28. *num.* 11. *vol.* 3. præcipuè quando tranſactio
diu obſeruata eſt, *capit. contingit extr. de tranſaction.*
Oſaſc. *deciſ.* 134. *num.* 1. ex quo habet vim rei iudica-
tæ, *l. non minorem*, *C. de tranſ.* Soc. Iun. *conſ.* 32. *n.* 7. *vol.* 3.

24 Et qui tranſactioni nititur, & petit † illius ob-
ſeruantiam, habet fundatam intentionem, Dec. *conſil.*
25 215. † *alias eſt conſil.* 216. *ſub num.* 3. Purpur. *conſil.*
323. *num.* 2. Surd. *conſil.* 451. *num.* 18. Lancell. Gallia
26 *conſil.* 68. *num.* 13. cui ſtandum eſt, donec † is qui
illi contradicit, probet eam non ſubſiſtere, Abb. *conſil.*
63. *num.* 3. *vol.* 1. Crauet. *conſ.* 717. *num.* 29. Gallia
27 *conſil.* 27. *num.* 34. Atque † in dubio iudicandum eſt
pro validitate tranſactionis, Roland. *conſ.* 28. *num.* 33.
vol. 4. Surd. *d. conſil.* 451. *num.* 19. Decian. *conſil.* 83.
num. 60. *vol.* 5. Honded. *conſil.* 34. *num.* 69. & 70.
vol. 2.

Sed & vltra præſumptionem prædictam, de validi-
tate & iuſtitia ipſius tranſactionis patebit per veras
probationes in reſolutione contrariorum.

28 Quorum primo, † quod promiſſio ſine cauſa non
obliget, & ſit inefficax, reſpondetur, illud procedere in
promiſſione nuda ab omni cauſa, & in qua nulla fuit
expreſſa, tunc enim non obligat niſi probetur debitum,
& ita loquuntur Doctores in contrarium allegati, ma-
xime Felinus, *in d. cap. ſi cautio*, *in principio*, *de fide in-*
ſtrument. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 34. *num.* 11. ſed in
caſu iſto non ſolum non fuit nuda, ſed imo ſpecificè
expreſsa fuit prætenſio ex cauſa terrarum euictarum,
quæ fuerant venditæ à patre Domini Marchionis, quo
29 caſu quando † eſt expreſsa, non attenditur, an fuerit
iuſta nec ne, nam ſemper obligat, niſi promiſſor pro-
hibet indebitum, *d. cap. ſi cautio*, & ibi Felin. *in.* 1. & eo
ipſo

Digitized by Google

ipſo quod diſceditur à lite,tranſactio dicitur habere cau-
ſam, *l. in ſumma, inst. ibi hoc ipſum, ff. de condict. in de-*
bit. & non dicitur ſine cauſa, quando quis non tenetur,
& vult pro alio obligari,vt in fideiuſſore,vel conſtituen-
te ſe pro alio debitore, Socin. Iun. *conſil. 69. num. 5. vol.*
2. & conſil. 106. num. 22. vol. 3. Decian. *conſ. 77. ſub n.*
8. vol. 2.

30 Secundo reſpondetur, quod promiſſio ſine † cauſa
obligat,quando is qui promiſit, cepit exequi,prout hic
fuit ſoluta pars debiti, *l. 1. §. ita ſi ſine cauſa, ff. de polli-*
citation. Ceph. *conſil. 632. numer. 5. & conſil. 654. nu-*
mer. 18.

31 Poſſent † accomodari multæ aliæ reſponſiones,
quando vere verſaremur in terminis dictæ regulæ, ſcili-
cet quod nulla eſſet expreſſa cauſa,quæ colligi poſſunt
ex limitationibus traditis à Felino in *ſæpedicto cap. Si*
cautio, & à Maſcard. *concluſ. 345.* & à Cephal. *conſil.*
108. ſed non curo conterere tempus, quia profecto
non caret cauſa, nec eſt nuda iſta promiſſio.

32 Non † obſtat quod vbi quis promittit id ad quod
non tenebatur, non obligatur, quia non conſtat Do-
minum Marchionem & fratres non fuiſſe obligatos,
licet enim negauerint ſe patris hæredes, tamen in dicto
inſtrumento tranſactionis fuit contradictum huic ne-
gationi, & proteſtationi, & forte probatum fuiſſet,
ipſum fuiſſe hæredem, vel ſaltem obligatum fuiſſe, for-
tè quia poſſideret aliqua bona paterna, vel feuda hæ-
reditaria, aut mixta, niſi de communi concordia receſ-
33 ſum fuiſſet à lite, vnde quia vigore † dictæ compo-
ſitionis, Comes Paulus deſtitit à probationibus, quas
facere intendebat & potuiſſet, per hoc illis non factis
non dicitur probata negatiua, quod Dominus Mar-
chio non teneretur, nec fuerit hæres, ſed imo præſumi-
tur contrarium calore tranſactionis, & promiſſionis
factæ à reo, vt actor recederet à lite, facit Nat. *conſil.*
144. ſub num. 12. Noni *conſ. 67. num.* 17. Honded. *conſ.*
34. num. 36. vol. 2. Pinel. *l. 2. part. 1. cap. 4. num. 27. C.*
de reſcind. vendit.

34 Quinimo vbi clarum & certum eſſet ipſum Domi-
num Marchionem non fuiſſe obligatum, tamen ſuffi-
cit quod eius pater & fideiuſſores qui pro eo promiſerãt
tenebantur, prout inferius patebit; quorum obliga-
tionem potuiſſe in ſe ſuſcipere, clari iuris eſt, *ex tit.*
de fideiuſſoribus, & tit. de conſtituta pecunia, & in l. ſi
ſtichum, §. ſi ab alio permiſſam, ff. de nouationibus: ſicu-
ti profeſſus eſt, velle ſuſcipere, quamuis aſſereret non
eſſe hæredem patris, & ob id non eſſe obligatum; Quo
35 caſu concludunt Doctores, † quod ſcienter promit-
tens indebitum, cogi poteſt, quia præſumitur voluiſſe
donare quidquid ſit: quando ſumus in dubio, an cre-
deret ſe teneri vel non teneri. Bal. *in l. generaliter, in 4.*
oppoſitione, & ibi Angel. *ſub num.* 5. & Salicet. *ſub num.*
7. C. de non numerata pecunia: & ſatis pro cauſa con-
ſiderari poſſet pietas debita erga patrem, cuius ani-
36 mã † exonerandi gratia potuit deuenire ad tranſactio-
nem, quo caſu indebiti prætextus non attenditur, *l. cum*
is, §. penult. ff. de condict. indebit. §. final. Inſtit. de obli-
gat. ex quaſi contrac. Gloſ. *in l. 1. in verbo C. de condic.*
indebit.

37 Ad ſecundũ, † quod tranſactio iſta vti facta ſuper re
clara non teneat, reſpondetur, quod ſuppoſita obli-
gatione patris & fideiuſſorum, de qua mox dicam, res
non erat clara ad fauorem promiſſoris, quia non erat
certum, ſe non eſſe hæredem patris, vel non habere bo-
na, quorum vigore non teneretur; cum ſi lis perſecu-
taſſet actor eſſet paratus contrarium demonſtrare, &
38 vt non ſubſiſtat tranſactio † debet eſſe liquida, & eui-
dens calumnia, vt latè per Becc. *conſil. 109. num. 9.*
10. & 11. vbi declarat etiam quæ dicatur euidens ca-
lumnia; ex cuius dictis manifeſtè patet, in caſu noſtro eã
non fuiſſe talem; Et † omni in caſu licet filij non fu-
iſſent obligati pro hoc patris contractu, tamen ſuffi-
cit quod fideiuſſores tenebantur, qui exacti fuiſſent
niſi ab hoc retracti fuiſſent ab ipſis filijs, mediante pro-
pria promiſſione, quibus nunc nõ licet opponere, quod

non tenerentur, niſi quoque probarent, nec fideiuſ-
ſores obligatos fuiſſe, & cum eorum cauſa fideiuſ-
ſores non fuerint grauati, & condemnati, & ſic impe-
diuerint ſatisfactionem Domino Comiti Paulo, quam
potuiſſet conſequi ab alijs, vbi ipſi non fuiſſent obliga-
ti, non poſſunt aliquo pacto nunc declinare ſoluti-
onem, tum vigore propriæ promiſſionis, tum vigore
damni, quod pateretur actor, ex quo eorum culpa ſi
40 ipſi non tenebantur, † impediuiſſent aliunde quærere
ſuam ſatisfactionem ab illis qui obligati erant, iuxta
Rotam *deciſ. 611. num. 1. part. 1.*

41 Ex † prædictis reſultat reſolutio tertij contrarij,
quia remota illa quæ ſupponitur ex aduerſo certitudine
indebiti, prout ex ſuperius deductis disiecta fuit, cum
ne dum non fuiſſet clarum eſſe indebitũ; ſed ſi lis proſe-
cuta fuiſſet, & factę debitæ probationes, debitum ap-
paruiſſet etiam in filiorum perſonis, & pendentibus
dictis probationibus fiendis, cauſa valde dubia redde-
batur; nulla poteſt conſiderari læſio, ſed potius lucrum
eius quod remiſſum fuit à creditore; tranſigens n. ſu-
42 per cauſa dubia † quamuis etiam ius foueret, non
dicitur læſus, *l. de fideicommiſſo*, & ibi ſcribentes, *C. de*
tranſaction. Menoch. *conſil. 154. num. 9.*

43 Et † tanto minus conſideratur læſio, cum volue-
rint D. Marchio & fratres ſuſcipere alienam obligatio-
nem, licet non eſſent obligati, vt proteſtati ſunt, nam
tunc ſiue conſideremus hoc tanquam donationem, cer-
tum eſt in donatione non attendi læſionem, quia hoc
eſt de natura illius, vt donans priuetur re donata, Alba.
conſil. 4. num. 35. & conſil. 11. num. 7. vbi de communi,
Honded. *conſil. 42. num. 23. vol. 1.* Pedroch. *conſil. 26.*
num. 27. & conſil. 35. num. 109. Barz. *de communi deciſ.*
25. num. 66.

44 Siue † conſideremus tanquam pactum gratui-
tum, qualis eſt actus fideiuſſoris, ſeu conſtituendi ſe
debitorem pro alio, nec in hoc pariter eſt in conſide-
ratione aliqua læſio, vt per Surdum *conſil. 46. ſub nu-*
mer. 8.

45 Ad † quartum, in quo conſiſtit omnis neruus
iurium Dom. Marchionis, dum dicitur, tranſactionem
initam fuiſſe ſub prætextu quod eius pater obligatus eſ-
ſet de euictione, quod tamen falſum ſupponitur, ex
deductis in ipſo argumento, Reſpondetur, non poſſe
dubitari, quin Illuſtr. D. venditor, & fideiuſſores qui
pro eo interceſſerunt, tenerẽtur de euictione, quia facta
fuit promiſſio cum verbis & clauſulis ampliſſimis &
pregnantibus de perpetuo & omni tempore rem ven-
ditam, tam in poſſeſſione, quã in proprietate manute-
nendo, defendendo, authorizando, & desbrigando ab
omni & quacunque perſona, quomodocunque & qua-
litercunque ſequeretur euictio, cum reſtitutione omni-
um damnorum & intereſſe, quæ pateretur emptor tem-
pore euictionis, & in futurum pati poſſet.

46 Nec obſtat † quod euictio non debeatur pro
contractu nullo, quia vbi iſte talis fuiſſet; (ignoro e-
nim facultatem & authoritatem ipſius Domini Mar-
chionis in loco vbi erant terræ venditæ, & an haberet
poteſtatem diſpenſandi cum forenſe, ſicuti profeſſus
fuit, faciendo decretum ciuilitatis emptori) dico quod
47 obiectum procedit † quando emptor fuit in culpa,
quia ſciuit impedimentum, & tamen voluit emere; ſe-
cus ſi ignorauit, ita declarat Gloſ. *in d. l. Quemadmo-*
dum, in verbo & emptor, C. de Agricol. & cenſit. lib.
11. Emptor autem præſumitur ignorare onera, condi-
tiones & qualitates rei emptæ. Surd. *conſil. 13. num. 32.*
48 *& deciſ. 288. num.* 55. præcipue quæ inſunt ratione
proclamatum prohibentium id quod de iure commu-
ni licet; ea enim præſumitur ignorare forenſis, Bartol.
in l. 1. ſub. num. 20. & ibi Iaſ. *num. 67. in 2. lectura, C.*
de ſumma Trinitat. & fid. Catholic. Cephal. *conſil. 167.*
num. 10. Paſeth. *conſil. 191. num.* 16. Menoch. *conſil. 74.*
per totum, Bec. *conſil. 60. num.* 9. Et quod contrahens
ſi ignoret loci ſtatuta, ſibi non præiudicet, tradit etiam
Alex. *conſil. 100. num. 16. vol. 3.*

49 Secundo, vbi † venditio eſt nulla, adhuc venditor

tenetur de euictione, ſi emptor fecit ſibi expreſſe pro-
mittere de euictione & reſtitutione damnorum, ſicuti
fecit hic, Gloſ. *in d. l. Quemadmodum, in verbo emptor*, &
ibi Bartol. & Io. de Plat. *C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* &
Gloſ. *in l. Si fundum, C. de euict.* Bartol. *in l. cum vir, n.
4. ff. de vſucapion.* latè Corn. *conſil. 2. num. 14. vol. 3.*
Bec. *conſil. 166. num. 32.* Honded. *conſil. 3. num. 75.
vol. 1.*

50 Tertio, vbi † promiſſio damnorum & intereſſe
eſt facta, quomodocunq; & qualitercunque res euin-
catur, prout facta eſt in propoſito caſu, tunc venditor
obligatur de euictione in illis caſibus in quibus alias
non teneretur, Gloſ. *in l. cum pœna, ff. de arbitris.* Are-
tin. *in §. final. Inſtit. de empt. & vendit.* vbi dicit eam
gloſſam ſingularem, Peregr. *con. 93. ſub nu. 13. vol. 1.*
Barz. *deciſ. 27. num. 22.* Roland. *conſil. 67. num. 10. vol.
4.* vbi quando euincitur nullo iuris ordine ſeruato,
Bec. *con. 106. num. 22.* vbi ſi euincitur ex ſententia ar-
bitri, Rota *in nouiſſimis diuerſ. deciſ. 152. num. 5. part.
2.* vbi quando euincitur ex natura rei, quod tradit &
Honded. *d. conſil. 3. ſub. num. 75. vol. 1.* & in ſpecie,
quando contractus eſt nullus, eo quia res vendi non
poterat, quod debeatur euictio ſi promiſſa fuit cum
dictis verbis, Surd. *conſil. 442. ante numer. 11. & ſub nu-
mer. 12.*

51 Quarto, † promiſsa fuit euictio, & refectio dam-
norum contingentium culpa Illuſtriſſimi Venditoris,
Hic autem culpa eſt maniteſtiſſima, quia debebat ad-
monere emptorem de impedimento dicti proclamatis
quo prohibebantur Forenſes acquirere, & illud reti-
cendo fuit in culpa, *l. vna. verſic. planè*, vbi Gloſ. Bart.
Alberic. Fulgoſ. & Salicet. *ff. de pecul. & commodo rei
vendit.* Bec. *conſil. 106. ſub num. 11.* Surd. *deciſ. 213. n.*
52 12. Et in ſpecie, quod venditor teneatur exprimere
qualitatem annexam vigore decreti Principis, Surd.
conſil. 130. num. 127 de quo non præſumitur habuiſſe
53 ignorantiam, tum quia venditor † præſumitur
ſcire qualitates rei venditæ, Bal. *in l. 1. §. hoc amplius,
ff. de ædilit. edict.* Surd. *deciſ. 288. num. 52.* tum quia ci-
54 uis præſumitur † ſcire proclamata ſuæ ciuitatis, vt
tradunt Doctores omnes, quos citaui *ante verſiculum
Secundo, vbi venditio*, &c. quod impedimentum ta-
cendo vltra etiam expreſſam promiſſionem, incidit in
55 obligationem † omnium damnorum & intereſſe ex
hac culpa, Surd. *deciſ. 146. n. 6. & deciſ. 288. num. 46.*
Neque imputandum eſt emptori quod non inueſtiga-
56 uerit, tum quia † quoad præiudicium illius, cum quo
quis contrahit, non tenetur eſſe curioſus, *l. doli mali*, &
ibi Bartol. *numer. 7. ff. de nouation.* tum etiam quia
57 culpa † venditoris, in non admonendo præponderat
culpæ emptoris in non inueſtigando, *l. item ſi obſte-
trix, §. final.* & ibi notat. & *l. putator*, & *l. qui foue-
as, §. hoc tantum, ff. ad leg. Aquil.* per quæ iura ita tra-
dit Alex. *conſil. 14. num. 5. vol. 5.* tum demum quia
58 non inueſtigatio † non præiudicat quando ignoran-
tia prouenit culpa venditoris, Surd. *conſil. 13. nu-
mer. 40.*

Quæ hic profecto cauſata fuit culpa ipſius vendito-
ris, quia nedum in omittendo peccauit, tacendo pro-
clama, ſed in committendo, habilitando per decretum
& priuilegium emptorem, ita vt eſſet capax, cum tamē
hoc facere non poſset, vt ſupponitur; tenebatur enim
ſcire authoritatem ſuam, & facultatem in ſuo Marchio-
natu, vnde perſuadendo emptori, quod poterat eum
diſpenſare, & habilitare, fuit in manifeſta culpa, nec
59 emptor obligatus erat ſcire ius ipſius venditoris, Barz.
deciſ. 85. num. 5.

60 Sic † quoque non obſtat, quod euictio non debea-
tur, quando res euincitur ex natura rei; quia non pro-
cedit quando emptor ignorabat hoc, Caballin. *de eui-
ction. §. 5. num. 34.* Surd. *conſil. 311. n. 27.*

61 Sicuti † nec procedit, quando promiſſio fuit fa-
cta quandocunque euinceretur, & qualitercunque, vt
ſuperius dixi *verſicul. Tertio, vbi promiſſio.* nec quan-
62 do † venditor fuit in culpa, Honded. *conſil. 3. num.
74. vol. 1.*

Pari ratione tollitur, quod dicebatur, nullo iuris or-
63 dine ſeruato fuiſſe euictas terras, quia † clauſula,
Quomodocunque & qualitercunque, præſeruat empto-
rem, vt ſupra probaui ex Roland. *conſil. 67. n. 10. vol.
4.* prȩterquā quod huic exceptioni fuit renunciatum in
inſtrumento venditionis.

64 Ad † id autem quod venditor non obligetur ex
euictione facta à Principe, Reſpondetur, quod pro-
miſſum fuit pro euictione facta à quacunque perſona,
quod verbum vniuerſale geminatum omnes compre-
hendit, vt latè per Mandol. *ad conſ. Roman. 31.*

65 Præterea, † aut Princeps iuſte euicit, aut iniuſte; ſi iuſte,
ex quo venditor nihil opponere potuiſſet, debet teneri
omni in caſu, ad tradita per illum textum, à Bartol. Al-
beric. Fulgoſ. & Caſtrenſ. *in l. emptorem init. ff. de action.
empt.* Alexan. *in l. non ſolum, §. morte, num. 26. ff. de nou.
oper. nunciat.* Nat. *conſil. 232. num. 5.* Cabal. *de euicti-
on. §. 3. num. 73.* vbi dicunt emptorem agere de euicti-
onem, licet non denunciauerit litem, quando conſtabat
de bono iure euincentis.

Aut euicit iniuſte, & tunc conuentum fuit, quod
nulla iniuſtitia allegari poſſet à venditore pro excu-
ſando ſe à refectione damnorum & intereſſe.

Et vbi etiam concederemus citra veri præiuditium,
emptorem ignoraſſe ſe non poſſe habilitare, & vende-
re Forenſi, & credidiſſe ſe poſſe diſpenſare in hoc, &
facere validum contractum, adhuc non obſtante igno-
66 rantia, obligatus fuiſse ad damna † & intereſse, ma-
xime ſtante promiſſione, vt reſoluit Rota apud Vir-
gin. Boccac. *de cenſib. parte 2. ſub num. 162. & in deci-
ſionibus collectis à* Farinac. *deciſ. 44. num. 5.* & eſt textus
in l. final. C. de commun. rer. alienation.

67 Vltimum † fundamentum, quod Comes Paulus
emptor fuerit habilitatus tantum pro deſcendentibus,
& ob id cum deceſserit relicto tantum extraneo hære-
de, ceſset omne illius intereſse, nullius eſt momenti,
nam tempore mortis amplius non poſſidebat ſtabilia,
ſed acquiſiuerat ius ad intereſse & pretium, cuius eſt
capax hæres extraneus, & quod pretium & intereſse
fuit promiſsum in tranſactione ſine vlla reſeruatione
ſeu reſtrictione: Nec eſt verum, quod ſi terræ vendi-
tæ non fuiſset euictæ, quod nihilominus deuoluiſſent
ad Fiſcum venditoris, ſtante incapacitate hæredis Co-
mitis Pauli; ſiquidem cum lapſis octo annis, inter
quos venditor poterat retroemere ipſas terras, fuiſsent
effectæ pleno iure emptoris, ſine aliqua neceſſitate am-
68 plius retrouendendi, imo † cum libera facultate
de eis diſponendi ad libitum, prout tradunt Angel.
conſil. 199. Purput. *conſil. 124. num. 6.* Gabr. *conſil. 54.
num. 3. & conſil. 65. num. 5. vol. 2.* Roland. *conſil. 19.
num. 12. vol. 2.* vtique videns Comes Paulus ſe carere
deſcendentibus, potuiſset vendere eas capaci, & recu-
perare pretium, de quo ad beneplacitum potuiſset de-
inde diſponere, quæ prouidentia fuit ei impedita per
euictionem. Et ſufficit quod in effectu non euenit ca-
ſus dictæ deuolutionis, vnde attendendum eſt quod
accidit actu, non quod potentia contingere poterat,
quia vt dixi, poterat etiam non contingere deuolutio, ſi
emptor alienaſset capaci.

69 Addo, † quod vbi præmiſsa non ſubſiſterent, quæ
tamen veriſſima ſunt, tranſactio iſta quatenus non
poſset valere in vim tranſactionis, valeret nihilominus
in vim pacti, & obligaret, tam propter iuramentum,
quod habet vim clauſulæ, ſi non valet in vim tranſacti-
onis, valeat omni iure quo valere poteſt, Bartol. *in l. ſi
quis maior, num. 8. C. de tranſac.* quem omnes ſequun-
tur ibi, vt teſtatur Decian. *conſil. 56. num. 100. volum. 4.*
Herman. Vulterius *inter conſilia Academiæ Marpur-
genſ. conſil. 15. num. 305. vol. 1.* Oſaſc. *deciſ. 91. numer.
24.* vbi de mag. communi, Lancellott. Gallia *conſ. 27.
num. 83.* nec ex appellatione tranſactionis vitiatur
actus ſeu diſpoſitio, Alex. *conſ. 48. n... vol. 1. & conſil. 11.
num. 7. & 8. vol. 2.* Honded. *conſil. 49. ſub num. 34.
circa medium vol. 1.*

70 Tum † quia dictum fuit, quod deueniebant ad
infra.

Digitized by Google

inſraſcriptam tranſactionem & pacta, quo caſu valet
actus in vim pacti, ſi non poteſt valere vti tranſactio,
quia fortè res ſit liquida, Bertaz. *conſil. ciuil. l. 53. nu.*
25. vbi alios allegat.
71 Tum † quia ipſi fratres proteſtati ſunt ſe non
teneri, & ſic ſcienter ſuper ſalſo tranſegiſsent, & pro-
inde valeret tranſactio, *l. ſi ex falſis, in fine C. de tranſ-*
actio. Bertaz. *de conſil. ciuil. 53. n. 24.*

Et ex his concludo ſine minimo ſcrupolo, quoad
primum caput huius conſultationis, tranſactionem
valere pro capitali, & ad illud obligatum eſse Illu-
ſtriſſimum Dominum Marchionem.

72 Deuenio † igitur ad ſecundum quæſitum, an con-
uenitio fuerit licita, reſpectu liuellorum in ſingulos an-
nos promiſſorum, & prima facie multa ſuadere vi-
dentur, pactum iſtud fuiſſe illicitum.

73 Primo, † quia iſti liuelli fuerunt promiſſi pro dila-
tione data ad ſoluendum certam quantitatem, quo ca-
ſu dicitur vſura, Lancell. Gallia. *conſil. 123. num. 50.*
Surd. *conſil. 23. n. 1.* quia vt ſubdit *num. 6.* dicitur lu-
crum proueniens ex vſu pecuniæ, cum tamen pecuniã
74 per ſe pecuniam † non germinare certiſſimum ſit, niſi
cum vitio vſuræ, *capit. ſicut, 47. diſtinct. cap. pleriſq;*
24. q. 3. Nat. *conſil. 670. nu. 11.* & licet talis promiſſio
75 fuerit honeſtata, ſub nomine † intereſſe & damno-
rum, tamen cum ſit pecunia debita, dicitur in effectu
vſura, ſi non formalis, ſaltem mentalis. Bald. *conſil. 311.*
in 1. & num. 14. vol. 5. Nat. *conſil. 498. ſub num. 6. &*
7. Bero. *conſil. 207. ſub num. 51. vol. 3.* Lancellot. Gal-
lia. *conſil. 123. num. 49. & 51.*

76 Secundo, † in caſibus etiam in quibus debetur in-
tereſſe, non poteſt conſtitui certa quantitas à princi-
pio, cum incertum ſit quid, quantumque illud futurũ
ſit, & ſi ſecus fiat, prout factum eſt in caſu iſto, dicitur
vſura, Bal. *in l. rogaſti, §. Si tibi, num. 6. verſic. quid er-*
go ſi mutuo, ff. cert. petat. Alex. *conſil 27. col. final. vol. 4.*
Dec. *conſil. 39. num. 5. & conſil. 116. num. 6.* latè poſt
alios, Rimin. Iun. *conſil. 28. num. 91. & 92.* vbi de com-
muni, *& conſ.* [illegible] *num. 25. 26. 60. 86. & 110.* Burſat.
conſ. 320. num. 53. & de hoc quod non poſſit conſti-
tui, & taxari intereſse in certa quantitate, citra vitium
vſuræ, extat Bulla Pij V. per quam conſtitutionem tolli
omnem ambiguitatem hodie, & deciſam eſse hanc di-
ſputationem, admonet Claud. Bertaz. *ad conſil. crimi-*
nal. eius patris, 264. verſic. Sed poſtquam è re.

77 Tertio, † videtur præſens caſus deciſus per Rotam
in deciſionibus collectis a Farinacc. *deciſ. 96. numer. 2.*
vbi habetur, quod poſt reſolutionem contractus, &
poſtquam reſtitutio ſortis ceſſit in debitum, ſicut fa-
cta eſt promiſſio de ea reſtituenda, & eſt creatum de-
bitum in pecunia, tunc amplius non poſsunt prætendi
aliqui fructus, & ſic ſi aliquid ſoluatur pro dicta ſor-
te, dicitur vſura; idem tradit & Manent. *de iur. con-*
78 *tract. ciuil. q. 5. num. 24.* Quæ vſura † omni iure eſt
indebita, naturaliter & ciuiliter, & ſoluta poteſt repeti,
& ſoluenda poteſt recuſari, Alex. *conſil. 80. numer. 15.*
vol. 3.

79 Et † licet ſecundum aliquos, ſtante iuramento me-
tu periuri, poſset cogi debitor ad eius ſolutionem. qui
deinde poteſt repetere, quamuis alij teneant contrari-
um, tamen petita abſolutione à iuramento quæ hic
fuit obtenta, ceſsat omnis difficultas, nam nullo pacto
tunc debitor vexari poteſt, vt tradit Thomas Doctius,
conſil. 119. num. 6. vbi inquit etiam abſolutionem poſ-
ſe impetrari parte non citata.

80 Quarto, † cum pro dicto capitali reſtituendo Il-
luſtriſſimus Dominus Marchio delegauerit nonnullos
ſuos debitores præſentes & promittentes ſoluere, & de-
derit in ſolutum eorum nomen Domino Comiti Pau-
lo, ſeu eius procuratori acceptanti, vt in prędicto in-
ſtrumento tranſactionis, dicitur ſatisfactum fuiſse cre-
ditori, quia delegatio eſt ſolutio, *l. quamuis, §. inter-*
dum, ff. ad Velleian. l. ſi rem §. ſi duo, ff. de nouation.
cum alijs apud Surd. *conſil. 269. numer. 16.* præcipuè
81 quia † facta eſt per verba dationis in ſolutum, in
82 delegatione enim duplex † perimitur obligatio, vna
qua debitor delegatus tenebatur creditori, altera qua
delegans tenebatur erga recipientem delegationem, vt
declarat Caſtrenſ. *in l. qui vſumfructum, in fine, ff. de*
verb. obligat. & in l. ſi vſusfructus, ſub num. 1. ff. de no-
uation. quem refert & ſequitur Surd. *deciſ. 25. ſub num.*
2. & conſil. 269. ſub. num. 16. vbi poſt Fulgoſ. & Alciat.
inquit, quod debitor per delegationem videtur ſoluiſſe
ſuo creditori, & is qui delegationem recipit, rurſus
videtur debitori delegato credidiſse, cum autem per
83 ſolutionem, † cuius vim, vt dixi, habet delegatio,
tollatur obligatio principalis debiti, *Inſtit. quib. mod.*
tollitur obligatio, in principio: extincto debito princi-
84 pali, † improbabile eſt quod debeantur aliqui liuelli,
vt arguit Surd. *d. conſ. 269. ſub nu. 16. ante verſic ultim.*
Et ſi dicatur, &c. Manent. *de iure contrac. liuell. q. 5*
num. 23.

Salua tamen determinatione S. Matris Eccleſiæ Ca-
tholicæ, cui hæc, & omnia alia mea ſcripta corrigenda
ſubijcio, quatenus re ipſa ab ea aberrarem (intentione
enim numquam, diuina gratia ſuffragante, ab ea diſcor-
dabo) & vbi aliquid nunc excideret, vel alias per erro-
rem contra id quod cum ea tenendum eſt, excidiſſet,
palam revoco, abiuro, & deteſtor, ſalua in quã de-
terminatione prædicta, exiſtimo promiſſionem dicto-
rum liuellorum eſſe licitam, & de iure Illuſtriſſimum
Dominum Marchionem ad eorum ſolutionem obliga-
tum eſſe.

85 Quandoquidem † illud ab omnibus receptum eſt,
vſuras reſtauratorias, ſeu recompenſatorias, quæ rati-
one intereſſe, vel damni emergentis, vel lucri ceſſantis
86 deducũtur in pactum omni iure licitas eſſe; nec † pro-
prie eſse vſuras, ſed intereſse, *capitul. conqueſtus,* &
ibi Gloſ. *in verb. de feud. & cap. ſalubriter,* vbi ſcriben-
tes *de vſur.* Gloſ. *in cap. peruenit, in verb. indemnem, de*
fideiuſſor. Gloſ. *in l. curabit, in verbo ratio, C. de action.*
empt. & ibidem Lupus, *num. 101. & 131.* Alex. *conſil.*
221. num. 1. vol. 2. Surd. *deciſ. 245. num. 10 part. 2. &*
in tractat. de alimentis, tit. 1. quaſt. 45. num. 28. Rolan.
conſil. 35. num. 1. vol. 1. Honded. *conſil. 41. numer. 34.*
vol. 2.

87 Id † quod non ſolum procedit in contractu empti-
onis, & alijs in quibus formalis vſura non cadit, ſed
etiam in ipſomet mutuo in pecunia licet paciſci reſti-
tutionem intereſſe, Couar. *lib. 3. var. reſolut. cap. 4. ſub*
n. 5. verſic. Item & illud. Bertaz. *conſ. crimin. 2. num. 21,*
& conſ. 251. num. 84. Honded. *conſ. 41 num. 37. vol. 2.*
Vgolin. *in tractat. de vſur. cap. 8. § 4. ſub num. 1. fol.*
57. cum multis, §§. antecedentibus & ſubſequentibus.

88 Hinc † ſi emptor promittat ſoluere annuam ſum-
mam, donec pretium rei fructiferæ ſoluat, obligatur ex
æquitate, *l. curabit,* vbi ſcribentes, *C. de action. empt.*
Bertaz. qui teſtatur de commun. *conſ. crimin. 261. num.*
5. & conſ. 540. numer. 4. Honded. *conſ. 30. numer. 23*
vol. 1.

89 Et † è conuerſo, ſi emptor ſoluat pretium, vendi-
tor tenetur ad vſuras pretij re non tradita loco fru-
ctuum, quos percepiſſet emptor, Roland. *conſ. 65. nu.*
5. vol. 4.

90 Sic † quoque, ſi tu mihi teneris ſoluere ad certam
diem, & quia non ſoluis, capio ſub vſuris, licitè poſ-
ſum petere à te vſuras, quas ſolui, & eas etiam dedu-
cere in conuentionem, Innocentius *in cap. 1. de vſur.*
cum multis apud Rimin. Iun. *conſ. 67. num. 1.* Peregr.
conſ. 85. ſub num. 23 vol. 3. Honded. *d. conſ. 41. num.*
35. vol. 2. Barbat. *conſ. 34. ſub num. 8. vol. 3.*

91 Ita † ſi aliquis habeat pecunias ab Hebręo, pro
quibus ſoluat vſuras, & cum velit reſtituere eas dicto
Hebræo, petat amicus vt illas ſibi mutuaret, poterit
paciſci mutuans, vt ſibi ſoluat in ſingulo menſe tot pro
centenario, quot ipſe ſoluit Hebræo, ita tradit exem-
plificans in ſcholari. Archid. *in cap. vſura, num. 1. 14.*
q. 3. quem refert & ſequitur Alex. *de conſ. 221. ſub nu-*
mer. 3. volum. 2, Vgolin. *de vſur. cap. 8. §. 3. ſub nu-*
mer. 2.

92 Et

Digitized by Google

92 Et † ob id conſuluit Alex. vbi ſupra, quod is qui
habebat ad liuellum quaſdam terras, pro quarum af-
fictu ſoluebat quotannis certam quantitatem, quas
poterat affrancare per ſolutionem capitalis, potuit li-
cite paciſci cum ſuo debitore, vt ſolueret affictum di-
ctarum terrarum, donec reſtitueret debitum, cum quo
creditor volebat facere affrancationem, & Alexan-
drum ſequuntur Rimin. Iun. *conſ. 67. num. 21.* & Pere-
grin. *d. conſ. 85. ſub numer. 23. verſicul. Vnde infert. vo-
lum. 3.*

93 Pari † ratione reſpondit Rimin. Iun. *d. conſ. 67. in
1. dubio*, quod creditor qui ſoluebat quibuſdam mer-
catoribus octo pro centum pro quibuſdam pecunijs il-
lis debitis, poſſet conſequi illa octo à ſuo debitore, qui
fuit in mora ſoluendi, & cum cuius credito ſe exonera-
re potuiſſet à tali debito, cum quo idem conſuluit in
eodem caſu Bertaz. *conſ. criminal.* 264.

94 Item, † ſi es meus debitor, & differas ſoluere, ſi
proteſtor quod empturus ſum prędium, vel centum ex
quo poſſum tantum lucrari. & probo; teneris mihi ad
id quod potuiſſem lucrari, Anchar. *conſ.* 150. *ſub nu.* 7.
Leli. Zecchius *de uſur. cap. 5. verſic. Quod ſi nobilis, fol.*
57. Lupus *de vſur. commentar.* 1. §. 6. *num.* 117. *in fine.*
Vgolin. *de vſur. cap.* 8. §. 6. *fol.* 69. *col.* 2. Rolan. *conſ.*
35. *num.* 5. *& num.* 16. *vol.* 1. Caſtr. *in l. donatio. init.
num. 6. in fine, ff. ſoluto matrimonio.* Surd. *conſil.* 262.
num. 1.

95 Similiter, † ſi volo emere prædium, & tu à me
petas pecuniam, cum qua illud emere volebam, poſ-
ſum paciſci tecum, vt mihi quotannis des quod perce-
piſſem ex prædio empto, deductis expenſis & pericu-
lis, donec mihi reſtituas pecuniam mutuatam, Summa
Tabienna *in verbo Vſur.* §. 3. *num.* 5. *fol.* 790. Vgolin.
de vſur. cap. 8. §. 6. *nu.* 3. *vol.* 62. Nauar. *in tractat. de
vſur. numer.* 56. Lelius Zecchius *de vſur. cap.* 5. *fol.* 58.
verſic. mutuans tamen.

96 Proinde † etiam cum de natura emptionis vendi-
tor teneatur ad intereſſe re euicta, *l. venditor, & l. ſi cũ,
§. final. l. emptors, l. euicta, ff. de euiction. l. Titius, §. fi-
nal. ff. de action. empt. l. ſi controuerſia, l. ſi cum, in fine,
l. empti, in fine, l. cum ſucceſſores, l. ſi permutationis, C. de
euiction. l. final. C. de commun. rerum alienation.* quam-
97 uis nulla † interuenerit pactio, *l. 2. & l. 19. ff. de eui-
ction. l. non dubitatur, C. eodem titulo*, licet pariter in
98 pactum deducere, vt venditor teneatur † pro omni-
bus damnis, intereſſe, & expenſis paſſis, & patiendis;
ſicuti conuentum fuit in propoſito caſu, vt tradit Ro-
ta apud Virgin. Boccac. *de cenſib. part. 2. ſub num.* 161.
Nauat. *de vſur. ſub num.* 135. Vgolin. *de vſur. cap.* 45.
§. 22. *ſub num.* 1. quia cum tacite inſit ex natura con-
tractus, eius expreſſio non nocet, nec aliquid addere vi-
detur, vt per eos.

Modo cum Illuſtriſſimus venditor, & eius hæredes
ac fideiuſſores tenerentur ratione euictionis ad omnia
damna & intereſſe paſſa, & in futurũ patienda empto-
ri, ſequitur quod ad fructuum reſtitutionem, quos
99 anniatim percipere potuiſset, obligati eſsent, quia in
hoc conſiſtebat maximum intereſſe emptoris, argu-
mento *l. venditor, in fine, ibi, ita, & quoque quæ per
eum acquiri potuerunt, præſtare debet emptori, & c. ff. de
euictionib. & l. quis, la 1. & l. videamus, la 1. §. 1. ibi,
fructus quoq; reſtituendi ſunt, vtiq; hi qui recepti ſunt
eo tempore quo ſperabatur affinitas, ſed & poſteriores, & c.
ff. de vſur. l. quoties, C. de re vendication.* & tradit Rimin.
Iun. *conſil. 166. per totum, maxime ſub num.* 14. 20. &
100 33. vbi probat † fructus venire ſub nomine damni
& intereſſe, Alciat. *conſ. 17. num. 1. lib. 6. alias eſt conſ.*
338. damnum enim dicitur non ſolum quando quis a-
101 mittit quod ſuum eſt, † ſed quando amittit com-
modum quod habere poterat, Decian. *conſ. 47. num.*
102 34. *vol.* 5. quia damnum † & lucrum radicatum à
pari procedunt, Gloſ. *in l. 1. §. ſi quis propter, in verb. in
integrum, ff. de iniur. actuq. priuat.* Bec. *conſ. 43. num.*
23. & *conſ. 55. num.* 34.

103 Neque † in caſu iſto habet locum regula, quod
intereſse lucri ceſsantis non debeatur, non ſolito nego-
tiari, quia illa procedit in lucro extrinſeco, ſecus in
intrinſeco proueniente ex re ipſa, quale eſt lucrum fru-
ctuum, prout declarat Caſtr. *in l. 3. §. final. ſub num.*
3. & 5. *ff. de eo quod cert. loco*, Rimin. Iun. *conſ. 166. n.*
17. & 20.

Si igitur donec ſatisfactum fuiſset emptori, ſemper
poterat prætendere intereſſe prędictorum fructuũ, ergo
potuit paciſci cum debitoribus, vt donec ei ſatisfacerẽt,
pro eis, & loco damnorum ſoluerentur quinq; pro cen-
104 tenario, quia † quod de iure debetur, in pactum de-
duci poteſt. *l. non impoſſibile.* vbi Bartolus in *ſummario*,
& cæteri, *ff. de pact.* Honded. *conſ. 51. num. 44. vol.* 1.
Farinacc. in materia uſuræ, *conſ. 54. ſub numer.* 2. Ma-
nent. *de iure contract. liuell. pact. 15. num.* 21. 22. 24. &
25. & *num.* 58. & 59. Surd. *de aliment. titul. 1. quaeſt.* 45.
ſub num. 74. *fol.* 54. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. q.* 39.
num. 69. & ſupra tetigi *in verſic. Proinde etiam cum de
natura, & c.* vbi dixi expreſſionem eius quod tacite in-
eſt, non vitiare, nec nocere.

105 Et † quod hoc licitum ſit, videtur textus *in l. eui-
ctis, ff. de vſur.* vbi euictis agris poſt euictionem præ-
ſtantur vſuræ pretij. Nec videtur dicendum illud pro-
cedere, quia de iure ciuili non erant prohibitæ vſuræ,
nam imo inductum eſt ratione fructuũ quos percepiſ-
ſet emptor, prędijs non euictis, vt declarat ibi Fulgoſ.
ſub num. 1. & ob id omni iure dicitur vſura licita iſto in
caſu, vt ſuperius demonſtratum eſt. Ad idem eſt tex-
tus *in l. quoties, C. de re vendicat.* facit Soc. Iun. *conſil.*
74. *ſub num. 34. vol.* 1. vbi probat, quod debentur
106 vſuræ, † quando quantitas debetur reſpectu certæ
ſpeciei, & probat etiam Rota *deciſ. 340. num. 7. part.*
1. nouiſſimar. Gloſ. *in l. item, quod dictum in principio,
in verb. venditori, ff. in diem addiction.*

107 Et † vbi intereſſe eſt veriſimile, prout terras red-
dere quinque pro centenario, experientia docet, & le-
ges admiſerunt, Gloſ. *in Auth. de non alienand. reb.
Eccleſ. §. Si vero, & c.* Lupus *in l. 2. nu. 117. C. de pact.
inter emptor. & vendit.* Pinel. *in. l. 2. part. 3. cap. 4. num.*
29. *C. de reſcind. vendit.* Burſat. *conſil.* 114. *num.* 16. imo
multo plus rediddiſſe iſtas patet ex affictibus perceptis
108 a Comite Paulo; vbi inquam eſt veriſimile, † intereſſe
poteſt à principio limitari in veriſimili quantitate, De-
cius *in cap. cum venerabilis, ſub num. mihi*, 65. *verſic.
putarem tamen, de exception.* Cagnol. *in l. curabit, num.*
57. *de action. empt.* Couarruu. *lib. 3. variar. reſol. cap.* 4.
num. 6. Vulpell. *conſ.* 132. vbi de communiori, quando
conſtat de tali intereſſe, Farinacc. *conſ. 15. num.* 59. &
60. Surd. *deciſ. 259. n.* 16. vbi quando à principio eſt
certum quod poteſt taxari, & *conſ. 327. num.* 54. Dom.
Manent. *in tractat. de contract. iur. liuell. pact. 15. num.*
22. & 59. Cæſar Graſ. *deciſ. 187. numer.* 3. & *deciſ.* 188.
num. 1.

109 Et † ſaltem ſi deinde probatur tantum interfuiſſe,
ſuſtinetur taxatio, Lupus *in d. l. curabit, nu.* 126. Vulpell.
d. conſil. 132. de quo poteſt ſe informare iudex, vt per
Lupum, *ibidem, num.* 128. Lancellot. Gallia. *conſ.* 123.
num. 18. 27. 32. & 77.

110 Addo † alia ratione valere etiam promiſſionem
dictorum liuellorum, quia Illuſtriſſimus emptor vo-
lebat omnino implicare tales pecunias, quod inde pa-
tet, quia caſus quo Dominus venditor voluiſſet terras
retroemere, pactus eſt, quod deberet præmoneri per
ſex menſes ante; quoties autem quis non emit præ-
dium propter non ſolutionem factam à debitore, tunc
licitè poſt prætendere intereſse eius quod percepiſſet; ex
his quæ late ſuperius deducta fuerunt, præcipuè in *ver-
ſic. Similiter ſi volo emere.*

111 His † ita firmatis, contraria non faceſſunt nego-
tium, nam ad primum reſpondetur, quod procedit
in vſuris lucratiuis, ſecus vero in recompenſatorijs. &
quæ ratione intereſſe vltra purum vſum pecuniæ
debentur, prout in caſu poſteriori nos verſari demon-
ſtratum eſt.

112 Secundum, † remanet reſolutum ex traditis

paulo

Digitized by Google

paulo ſupra, dum probaui intereſſe veriſimile poſſe taxari, maxime quando de eo conſtat, obiectum vero procedit in intereſſe penitus incerto, & de eo etiam loquitur Bulla Pij V. ſcilicet, de intereſſe ratione cambiorum, quod non ſemper vniforme eſt, & modo plus modo minus, & ſępe nihil reddunt, vt conſiderat Rota *deciſ. 315. ſub numer. 6 part. 2. nouiſſim. diuerſorum*, Bertaz. *conſ. criminal. 264. n. 14. in fine.*

113 Ad tertium, † de doctrina Rotæ, apud Farinac. *deciſ. 96. num. 2.* reſpondetur, quod ibi non debebantur fructus, nec aliquod intereſſe eorum occaſione, quia actrix egerat ad reſolutionem contractus cenſus, ob non impletas conditiones, vnde ſi voluerat contractum ſubſiſtere, non poterat pariter prætendere aliquos fructus, ex quo maluerat habere ſuum pretium; nec ob moram probabat aliquod intereſſe. In caſu verò noſtro, contractus habuerat effectum, & emptor ob euictionem contra ſuam voluntatem paſſam, amiſit fructus quos percepiſſet, qui ratione damnorum promiſſorum veniant reſtituendi, nec ſors ceſſit in debi-
114 tum ſimpliciter, † ſed cum proteſtatione, & ſub nomine intereſſe; in intereſſe enim euictionis venit etiam pretium rei euictæ, *l. ſuper, in fine, C. de euiction. l. quaro, §. item quaro, ff. de adelit. edict.* Minſigncentur. 1. *obſeruat.* 54. in deciſione autem Farinacc. ſors vt ſors, & pretium ſimpliciter petitum reſoluto contractu voluntate petentis ceſſerat in debitum.

Præterea, in caſu noſtro emptor iterum habebat animũ inueſtiendi pecunias, vt ſuperius deduxi, quo caſu Rota, *ibidem, nu.* 1. concedit licite peti poſſe intereſſe.

115 Ad † vltimum reſpondetur, quod delegatio non fuit facta pro extinctione capitalis, quia tunc verũ eſt, quod amplius non deberentur liuelli, ſed pro capitali ſoluendo certis temporibus, & interim pro ſolutione liuellorum, quo caſu non dicitur extinguere debitum, niſi prout fuit de intentione partium.

Præterea, non fuit vera delegatio, quia non fuit liberatus delegans, ſed reſeruata actio aduerſus illum, caſu
116 quo delegati non † ſoluerent. Gozadin. *conſ. 38. ſub num. 12. verſic. Non obſtat ſecundum, & verſic. Non obſtat tertium, &c.* Grat. *conſ.* 326. *ſub num.* 8. *vol.* 1. latè Surd. *deciſ.* 23.

117 Prædicta † autem omnia fortius admittenda ſunt, cum pro nobis ſtet præſumptio, quod quilibet contractus præſumatur licitus, vt late probat Bertaz.
118 *in propoſito conſil.* 251. *num.* 64. & in foro † contentioſo, omnis interpretatio fieri debet, vt excludatur vſura, Gloſ. *in l. fratres, §. Si ex facto, in verbo, incerta quantitate, ff. pro ſocio.* Farinacc. *conſ. 54. num. 2. in fine, & ſub num. 24. verſic. Et cum verſemur, &c.* & qui alle-
119 gat uſuram, debet † eam probare, Rimin. Iun. *conſ.* 177. *num.* 19. præſertim cum verſemur in contractu emptionis, in quo regulariter vſura non committitur, Rota apud Farinacc. *deciſ. 30. n. 2. in fine.*

120 Et † vbi iſtud pactum liuellorum poſſet dici illicitum, quod non admittitur, non præiudicaret exactioni capitalis, & damnorum, ac intereſſe, tum quia non eſſet vſura ex propoſito, cum contrahentes crediderint, hoc ſibi licere ratione damnorum, Menoch. *lib. 3. præſumpt.* 123. *num.* 8. tum quia non requiritur iure cau-
121 tum quod amittatur ſors propter pactum vſurarium, niſi adſint particularia ſtatuta, & non eſt menſis quod per Senatum noſtrum fuit coactus venditor reſtituere emptori pretium rei euictæ, vna cum intereſſe, in ratione quinque pro centum, ita limitato pro fructibus, quos potuiſſet percipere ipſe emptor.

ARGVMENTVM.

Procurator in iudicio eſſe poteſt Clericus, præcipuè ſi ſubſtituat alium. Multa de Procuratore inhabili, & ratihabitione Domini.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe de iure debitum poteſt etiam in pactum deduci.*
2 *Religioſus in ſacris non poteſt eſſe procurator laici.*
3 *Paria ſunt non habere mandatum, & habere inualidum.*
4 *Ratihabitione non validantur acta geſta per falſum procuratorem, poſtquam eſt oppoſitum exaduerſo.*
5 *Non obtinet ratihabitio cum falſus procurator non poterat eſſe talis, vt ſi Religioſus, &c.*
6 *Iudicium eſt nullum ex defectu mandati.*
7 *Clericus de conſuetudine eſt Procurator pro laico.*
8 *Exceptio contra Procuratorem non omnino inhabilem, vt eſt Clericus, debet opponi ante litem conteſtatam, & poſt non auditur.*
9 *In iudicijs ſummarijs, & executiuis primus actus habet vim litis conteſtationis; Vel cum ſuper meritis cauſa reputatur. & num. 10.*
11 *Semel admiſſus cum cautione rati, amplius non poteſt repelli.*
12 *Dum Clericus procurator alium ſubſtituit, ceſſat ratio prohibitionis legis, ſcilicet diſtractionis à diuinis.*
13 *Valent geſta per procuratorem non omnino inhabilem, vt eſt Clericus, niſi exaduerſo opponatur.*
14 *Et præcipuè ſi alium ipſe ſubſtituat, ſemper valebit ſubſtitutio.*
15 *Ratificatio Domini reualidat actus procuratoris inhabilis. Præcipuè ſi actus aliquo modo validus ſit, num. 16.*
17 *Non eſſe oppoſitum, & oppoſitum, ſed non in tempore, idẽ ſunt.*
18 *Non apparet reprobata ſubſtitutio Procuratoris facta à Clerico.*
19 *De conſuetudine, acta reconualeſcunt per ratificationem, etiam poſt oppoſitionem.*
20 *Bartoli doctrina excludit ratihabitionem, cum procurator eſt omnino inhabilis.*

CONTROVERSIA DLXXXVII.

SVperioribus diebus reſpondi, tranſactionem aliàs initam inter Illuſtriſſimum Dominum Marchionem Ludouicum, & fratres Rangonos ex vna, & Illuſtriſſimum q. Dominum Comitem Paulum, ex condominio Gazoldi ſubſiſtere, & obligare ipſos de Rangonis ne dum ad reſtitutionem pretij terrarum ab eorum patre venditarum ipſi Comiti Paulo, & illi euictarum, ſed etiam ad intereſſe dicti pretij ratione fructuum, quos potuiſſet percipere emptor, ſi terræ euictæ non fuiſſent, &
1 multa tunc allegaui, † quibus nunc addo etiam textum optimum *in l. quoties, C. de rei vindicat.* quod quidem intereſſe cum de iure deberetur, potuit etiam in pactum deduci, vt in vſura vltra tunc allegata tradunt Farinacc. *conſ. 54. ſub num. 2.* Menoch. *conſ. 110. num. 53.* D. Manentus *in tract. de contract. iuris liuellar. pacto 15. num. 21. 22. 24. 25. 58. & 59.*

Nunc poſtpoſita meritorum diſcuſſione, confugiunt Illuſtriſ. Aduerſantes ad nullitates proceſſus, allegando procuratorem cauſæ non habere mandatum ſufficiens, cum fuerit ſubſtitutus à Reuerendo Domino Gandulfo Galleatio procuratore generali Domini Fantini, qui vti
2 Religioſus † in, ſacris non potuit eſſe procurator laici, generaliter, *l. placet*, & ibi gloſſ. & alij, *C. de Epiſcop. & Cleric. &c. ſed nec. extra ne Cleric. vel Monac.* Cepoll. *conſ. crimin. 21. per tot. vol. 1.* vbi dat multas limitationes, quæ caſui noſtro non adaptantur, Abb. *in cap. per venerabilem, in primo notabili, qui filij ſint legitimi*, & infinitos allegat Fuluius Pacian. *conſ. 162. num. 309.* vnde deficiente mandato, vel exiſtente inualido (paria enim
3 † ſunt non habere mandatum, vel habere inualidum, Vantius *de nullitate ex defectu mandati, num. 121.*) iudicium remanet nullum, *l. licet*, & ibi Alex. *num. 9. C. de procurat.* Pariſ. *conſ. 100. num. 51. vol. 1.* Natt. *conſil. 217. num.* .... Vantius *in d. tit. ex defectu mandat.*
4 Neque poteſt † confirmari ratihabitione, quia acta

facta

Digitized by Google

facta per falſum procuratorem non reconualeſcunt ex
ratificatione ſecuta, poſtquam fuit oppoſitum à parte
aduerſa de defectu mandati, Iaſ. *in d.l.lic t, ſub nu.* 10.
C. de procurator. & communem opinionem pronunciat
Emanuel Soarez *in ſuo theſauro communium opinionum,*
in verbo procurator, num. 319. Burſatt. *conſ.* 193. *numer.*
31.
5 Propterea ratificatio geſtorum † à falſo procurato-
re non operatur, quando procurator erat talis, qui
non poterat eſſe procurator, vt Monacus, vel aliàs Re-
ligioſus prohibitus, Bart. *in l.licet, ff. de iudic.* Iaſ. *in l.*
licet, circa finem, in duodecima limitatione, Cod. de pro-
curator.
6 Quinimo indiſtinctè iudicium † nullum ex defectu
mandati procuratoris non reconualeſcere pro ratiha-
bitione, reſpondit Io: Baptiſta Ferret. *conſil.* 321. *per to-*
tum.

Iſtis tamen diffugijs non obſtantibus, puto valere iudi-
cium, vel ſaltem ratificari poſſe, & procedendum eſſe
ad executionem inſtrumenti, ad fauorem M. Illuſtr. D.
Ludouici Fantini contra dictos Illuſtriſſimos Dominos
Marchionem, & fratres de Rangonis.
7 Primo, † quia, & ſi de iure exiſtens in ſacris non
poſſit eſſe procurator laici, niſi in quibuſdam caſibus,
de quibus per Cepolam, *conſ. ciuil.* 21. *vol.* 1. tamen de
conſuetudine ſeruatur contrarium, vt notum eſt, & ita
ſeruari in Curia Romana, & iudicatum fuiſſe pro vali-
ditate mandati in huiuſmodi perſonis, refert, & ſequi-
tur Archidiacon. *in cap. Cyprianus, num.* 2. 21. *quaeſt.* 3.
& probat Albericus, *in l.placet, ſub num.* 1. *C. de Epiſc.*
& Cleric. Cepoll. *dict. conſil. ciuil.* 21. *in fine.*
8 Secundò, † Exceptio quod quis non poſſit eſſe pro-
curator, quando opponitur ei, qui non omnino repel-
litur à iudicio, ſed tantum non poteſt interuenire pro
alijs, licet pro ſe, & in aliquibus caſibus procurare poſ-
ſit, vt eſt perſona clerici, debet opponi ante litem con-
teſtatam, & ſi poſt opponatur, non releuat, Bart. & Bal.
in d.l.licet vterque, ſub num. 5. & cæteri poſt eos, *C. de*
procuratoribus; ſed hic non fuit oppoſita in tempore,
9 quia in iudicijs ſummarijs, & executiuis † primus a-
ctus, qui fit, habet vim litis conteſtatæ, Rolan. poſt a-
lios, *conſ.* 71. *num.* 36. *vol.* 1. vel ſi ſuper meritis contin-
10 git diſputari, † tunc dicitur lis conteſtari, vbi excep-
tiones proponuntur, Bart. *in extrauag. ad reprimend. in*
verbo, & figura, num. 10. & tamen hæc oppoſitio non
fuit facta niſi in expeditione cauſæ; igitur non debet at-
tendi.
11 Tertiò, † quando quis fuit ſemel admiſſus cum cau-
tione rati, amplius non poteſt opponi, quod non ſit
procurator, Iaſ. *in d.l.licet, ſub nu.* 10. *verſic. fallit niſi,*
&c. & alij *C. d. tit. procurator.* ſed (vt reor) fuit ſatisda-
tum à Domino Fantino tanquam forenſe, mediante
ſuo procuratore de ſoluendis expenſis, & iudicatum,
vt ſolet fieri à forenſibus, quod vtique eſt maioris effi-
caciæ, quam ſimplex cautio rati; ergo id ſufficere debet.
12 Quartò, † moueor, quia Clericus prohibetur eſſe
procurator generaliter, ne ſe immergat in negotijs ſæcu-
laribus, & ne abſtrahatur à diuinis, & propter eorũ ho-
neſtatem conſeruandam, ſed hæ rationes ceſſant, quan-
do iſte Clericus, per ſe non gerit officium, ſed alium ſub-
ſtituit; igitur non videtur, quod ſubſtitutus à Clerico
procuratore laici, dicatur procurator inhabilis; & pro
13 hoc conſidero, quod vbi quis non eſt ipſo iure † pro-
curator inhabilis, nec prohibitus omnino (qualis non
eſt Clericus, quia ſi non opponatur, & repellatur, va-
lent per eum geſta, Gloſſ. *in l. filiusfamilias, § veterani,*
in verbo prætermiſſum, ff. de procurator. quam com-
muniter approbari teſtatur Ceuallos, *in tractat. comm.*
opinion. contra commun. quaeſt. 404. *num.* 2. & quod valeant
geſta ab eis, tradit benè Pacian. *conſ.* 162. *numer.* 128.)
14 vbi inquam quis † ipſo iure non repellitur, tunc licet
ipſe ſit procurator inhabilis, tamen ſubſtituendo poteſt
conſtituere procuratorem habilem, & validum, Dec.
in cap. poſt ceſſionem, in vltima quæſtione, num. 6. *& præ-*
cipuè num. 66. & ibidem cæteri, *extra de probation.* Mar-
tinus Monter. *dec. Regn. Arragon.* 25. *num.* 32.
15 Quinto, † denique per ratificationem dico poſſe
reconualeſcere iudicium factum mediante procuratore
inhabili, & confirmari acta ab eo geſta, *l. licet, ff. de*
iudic. Doctores, *in d.l. licet, C. de procurator.* Nat. *conſ.*
262. *num.* 9. *& conſ.* 126. *num.* 5. *&* 6. & de commun. ha-
betur in Syntagm. commun. opinion. *lib.* 2. *tit.* 8. *num.*
16 118. *tom.* 1. *fol.* 323. quod præcipuè habet † locum,
quando actus eſt aliquo reſpectu validus, Honded. *conſ.*
38. *num.* 22. *vol.* 1. ſicuti demonſtratur valere parte non
opponente, vel etiam opponente poſt litem conteſta-
tam, & præſertim quia ſubſtitutio facta à Clerico non
videtur vitioſa.
17 Et † per hæc non obſtat quod dicebatur, ratifica-
tionem non prodeſſe quando fuit oppoſitum à parte,
tũ quia non fuit oppoſitum in tempore, tum quia non
18 reperitur non reprobata ſubſtitutio facta † à Clerico
procuratore laici; tum demum quidquid ſit de iure, de
19 conſuetudine ſeruatur, vt ſubſecuta † ratificatione,
etiam poſt oppoſitionem acta reconualeſcant, teſte
Nat. *d. conſ.* 126. *ſub num.* 7.
20 Et † Bartol. doctrina, *in d. l. licet. ff. de iudic.* quod
ratificatio non ſufficit, quando perſona eſt omnino in-
habilis, non habet locum in caſu iſto; tum quia Cle-
ricus non eſt ita inhabilis, vt Monacus, de quo ipſe lo-
quitur, cum ille vouerit obedientiam, & ſic ſine licen-
tia ſui Superioris non poſſit comparere in iudicio;
tum quia hic ſubſtitutus non eſt inhabilis.

ARGVMENTVM.

Agitur de diuidenda hæreditate materna, vigore
ſtatuti. An & quando creditor hæres inſtitu-
tus in portione, poſſit vltra eam, ſuum credi-
tum conſequi. Et de imputatione in ijs bonis
facienda.

SVMMARIVM.

1 *Affertur Statutum Caſtrigoffredi in controverſia.*
2 *Statuta quæ videntur contraria, debent concordari, vt*
euitetur confuſio & correctio.
3 *Statuta excludentia fœminas à ſucceſſione aſcendentium,*
non procedunt in bonis maternis, & quomodo id proce-
dat, & num. 4.
5 *Excluſio fœminæ à bonis maternis, dummodo ea ſit do-*
tata, exigit dotationem, etſi ea non pertinet ad matrem.
6 *An & à quo debeat eſſe dotata filia, & in quibus bo-*
nis, remiſſiue.
7 *In dote conſtituenda arbitrio boni viri, illud arbitrium*
debet regulari à legitima.
8 *Filijs exiſtentibus quatuor, legitima eſt duodecima pars*
pro quolibet.
9 *Pater eſt uſufructuarius bonorum aduentitiorum, qua-*
lia ſunt bona materna.
10 *Alimenta & dotatio filiæ ex bonis matris etſi comenſu-*
rentur legitima, tamen non ſuccedunt eius loco.
11 *Pecunia non germinat fructus, niſi ratione damni paſſi.*
12 *Standum eſt ſemper inſtrumento, niſi aliud probetur; Et*
fundat intentionem agentis, & num. 13.
14 *Læſio non præſumitur niſi probetur.*
15 *Vna ſoror non poteſt agere ad æquationem ſuæ dotis illi al-*
terius ſororis, ſi contenta eſt portione ſibi debita, ſecus
alias, & num. 16.
17 *In diviſione prius æs alienum eſt detrahendum.*
18 *Creditum eſt deducendum, etſi creditor ſit factus hæres*
in quantitate multo maiori. Niſi factum ſit inuenta-
rium, quia tunc fit computatio ad ratam valoris,
& nu. 19.
20 *Non datur regreſſus creditori hæredi, adverſus cohære-*
des, cum eum inſtituit animo compenſandi creditum.
21 *Qui dicit teſtatorem habuiſſe talem animum, id debet*
probare.
22 *Debitum ex cauſa voluntaria cenſetur compenſatum*
per

per inſtitutionem ; non ſi ſit neceſſarius , ſi puta debitum legis vigore, vel ſtatuti,vt legitima, &c.

23 *Si non adeſt in parte quod ſuppleat debitum , petitur residuum a cohærede.*

24 *Facta etiam ſeparatione bonorum, Vel diviſione totius reſidui poſt æs alienum extractum. & n. 25.*

26 *Imputatio quomodo facienda in bonis maternis.*

CONTROVERSIA DLXXXVIII.

PRo breui reſolutione circa prætenſiones ſororum de Piſcibus in diuidenda hæreditate .q. Auguſtini earum fratris, premitto, laudum alias latum à Dominis Bernardino Bottura, & Ferrante Spelta arbitris electis ad decidendas controuerſias vertentes inter .q. Dominum Stephanum de Piſcibus, vti patrem Auguſtini Catherinæ, & Benedictæ, ex vna, & Dominum Theodorum Beſſum fratrem vterinum dictorum Auguſtini, Catherinæ & Benedictæ ex altera parte, ſuper bonis & hæreditate .q. D. Mariæ Trenzanæ eorum matris, iuſtiſſimum fuiſſe, licet male fuerit executum.

Rectiſſime enim fuit indicatum à dictis arbitris dotes dictæ Dominæ Mariæ, quę erant librarum 1000. ſpectarent pro dimidia ad Dominum Theodorum vnicum filium ex primo matrimonio, & aliam dimidiam ad tres filias ſecundi matrimonij, & hoc ex clara diſpo-
1 ſitione † ſtatuti Caſtrigoffredi, *ſub rubrica, De dotibus mulierum, & qualiter exigi poſſunt, in verſic. Et ſi vxor habuerit,* quo cauetur, quod ſi vxor deceſſerit relictis filijs, tam maſculis quam fœminis ex pluribus matrimonijs, inter ipſorum filios ſiue maſculos ſiue fœminas dos equaliter diuidatur, in ſtirpes & non in capita, vnde cum ex primo matrimonio extaret tantum D. Theodorus conſtituens vnum ſtipitem ſecundum intellectum ſtatuti illi debebatur dimidia dictæ dotis, & altera dimidia filijs ſecundi matrimonij, conſtituentibus alium ſtipitem, diuidenda deinde equaliter inter ipſos.

Reſpectu verò bonorum non dotalium eiuſdem Dominæ Mariæ, pariter rectè cenſuerunt arbitri, dimidiam ſpectare ad Theodorum filium ex primo matrimonio, & aliam dimidiam ad filium maſculum ſecundi matrimonij, excluſis fœminis, quibus tamen fœminis reſeruarunt legitimam in illis bonis, quam declararunt eſſe duodecimam partem pro qualibet filiarum, dandam à quolibet maſculorum in parte unicuique obuenta, idque ex alio ſtatuto, *ſub rubrica de ſucceſſione aſcendentium,* in quo diſponitur, quod qualibet hereditas, & aſcendentium maſculorum, ſeu fœminarum ; & ſic etiam matris deſcendentium ab inteſtato deferatur maſculis quibuſcumque deſcendentibus per lineam maſculinam excluſis ſemper fœminis, qui maſculi deinde teneantur dotare ipſas fœminas, ſaluo ſemper & firmo manente ſtatuto *de dotibus mulierum,* ex qua reſeruatione datur intelligi, quod iſta ſtatuta non ſunt contraria ; nam dum illud, *d. dotibus mulierum,* admittit etiam fœminas, debet intelligi in fœminis in quibus loquitur, ſcilicet in bonis dotalibus
2 tantum, dum vero illud eas excludit, interpretari debet de † alijs bonis maternis, non dotalibus, alias niſi illa diſtinguerentur, contrariarentur, & tamen ſemper debent reduci ad concordiam, ſtatuta quę videntur contraria, Brun. *in tractat. de ſtatut. excluſ. fœminar. articul.5. num* 18. & *num.*131. & *articul.7.num.*34. idcirco cum ab illis bonis non dotalibus eſſent excluſæ fœminæ, propterea viriliter adiudicata fuerunt maſculis.

3 Nec † obſtat doctrina Soc. Iun. *in conſ.*1. *num.* 111, *vol.* 1. dum ſcribit quod ſtatuta excludentia fœminas à ſucceſſione aſcendentium non procedunt in bonis maternis, quia illud verum eſt, vbi ſtatutum excludit ſim-
4 pliciter à ſucceſſione aſcendentium, ſed ſi † viterius progreditur explicando *tam maſculorum, quam fœminarum* : provt facit in caſu iſto, tunc procul dubio, afficit & ſucceſſiones maternas, Laur. de Palatijs *in tract. de ſtat. excluſ. fœminarum, nu.* 144. & 146. Brun. *in ſimili tractat. artic.*8 *q.* 4.*n.*52.& 54.

5 Cum † autem ſtatutum mandet fœminas dotari, licet onus dotandi non pertineat ad matrem, tamen ex quo excluditur ab eius bonis, intelligitur dummodo ea fuerit dotata pro bonis maternis, Brun. *loco proxime citato, ſub numer.* 53. & 59. Laur. de Palatijs *num.* 122.
6 de qua quæſtione, An & à quo debeat eſſe dotata, & in quibus bonis, late agit Teſaur. *deciſ.*62. ex qua deciſione patet quod illud laudum fuit potius fauorabile, quam ſecus, iſtis fœminis, quia multi tenent ſufficere vnicam dotationem in bonis vnius tantum, adeo vt fœminæ iſtę nequeant conqueri de tali laudo.

7 Et † cum ſtatutum velit eas dotari arbitrio boni viri, & communium amicorum, tale arbitrium debet regulari iuxta quantitatem legitimæ, vt per Teſaur. *deciſ.*192. *num.* 2. Cotta *in ſuis memorial. verbo. Dos conſtituta,* Burſat. *de communi conſil.* 132. *n.* 1. cum infinitis quæ poſſent adduci.

8 Quæ † legitima cum filij eſſent quatuor, vtique erat ſecutū quod terminatum fuit in dicto laudo, duodecima pars, pro quolibet, *Authent. Nouiſſima C. de inoffic. teſtament.* Vnde patet quod iſtæ ſorores non fuerunt læſæ in eo laudo, & pro conſequens nequaquam reclamare poſſunt, quinimo merito fuit approbatum ab earum patre.

Verum eſt quod cum ſint duæ, debebant etiam conſequi duas duodecimas partes, de dimidia, quæ obuenit Theodoro, quæ dimidia aſcendebat à quantitate librarum 2086. vt in inſtrumento tranſmiſſo, & tamen vt ibi videre eſt, habuerunt tantum vnam duodecimam, adeo vt poſſent conſequi aliam a dicto Theodoro, ſed hoc nihil habet commune in hæreditate Auguſtini.

Clara itidem mihi videtur diſpoſitio ſtatuti *ſub rubrica, quod contractus inter virum, & vxorem ſint ſimulati,* quod hæ ſorores non poſſint prætendere aliquos fructus ratione bonorum maternarum, nec dum vixit earum pater, nec poſt, & quidem dum vixit pater, tum ex eo quod pater eſt uſufructuarius bonorum ad-
9 ventitiorum † filiorum, qualia ſunt bona materna, *l.* 1. *C. de bonis maternis,* tum vigore dicti ſtatuti prohibentis vxorem, ſeu eius hæredes poſſe aliquid petere à marito, vel eius hæredibus pro aliquibus redditibus fictis, vel obuentionibus perceptis de aliquibus bonis paraphernalibus, durante matrimonio, vel poſt dū ſtat cum marito, vel eius hæredibus, & ab eis percipit alimenta, & idem diſponitur ad fauorem hæredum, vn-
10 de † cum hæ ſorores, vt credo, ſemper vixerint cum fratre, donec matrimonio fuerint collocatæ, non video quo iure aliquid prætendere poſſunt ratione dictorum fructuum, præſertim quia à dictis bonis ſunt excluſæ, & debent eſſe contentæ alimentis, & ſola dotatione, quæ & ſi debeat commenſurari legitimæ, tamen non ſuccedit eius loco, Galu. *conſil.* 140. *num.*12. *vol.* 2. Menoch. *conſil.* 168. *num.* 10. *cum ſeqq. & num.* 20. iuxta diſtinctionem Caſtr. *in l. Tutio cenſum, §. Tutio genero, num.*7. *ff. de condition. & demonſtr.* Veggi. *conſil.* 42. *num.* 8 & *conſil.* 50. *num.* 10.

Nec ratione bonorum dotalium à quibus non excluduntur, pariter aliquid prætendere poſſunt, tum quia aliquid tantum peti permittitur à die quo mulier, vel eius hæredes non habitant, & aluntur in domo mariti, & patris reſpectiuè, *vt in ſtatuto de dotibus mulierum, tantum,* quia hæc bona conſiſtebant in pecunia, quæ
11 non germinat fructus, niſi ratione damni paſſi, de quo hic non apparet.

His ſic præcognitis, deſcendo nunc ad quæſtionem circa prætenſiones mutuas harum ſororum, & modum ineundæ diuiſionis, & dico, quod ſi conſtat dotes ipſis conſtitutas, ſcilicet D. Vrſulæ in libris 1800. & alijs in libris 1600. fuiſſe ſufficientes, tam pro bonis maternis, quam paternis, inſpecto valore facultatum patris, & legitima vnicuique in eis ſpectante, quæ erat nona pars, tunc non eſt quod conquærantur, ſed debent eſſe contētæ, & æqualiter diuidere hæreditatem fratris, iuxta

eius

eius diſpoſitionem; cum in tali dote eiſdem conſtituta
proteſtatum fuerit eam eſſe pro bonis paternis & ma-
12 ternis, vt ſupponitur in facto.

Si † verò non apparet an fuerint ſufficientes pro
omnibus dictis bonis, tunc niſi oppoſitum probetur
ab iſtis mulieribus, ſtandum erit inſtrumento, tum quia
ſtatutum *ſub rubrica de ſucceſſione aſcendentium*, prę-
ſumit quo ad bona à quibus excluduntur, eas fuiſſe do-
tatas arbitrio amicorum, & ſic inſufficienter, tum
13 quia etiam ſine ſtatuto fundata eſt intentio † dotan-
tis in inſtrumento, Crauet. *conſ.* 31. *num.* 7. Nat. *conſ.*
14 177. tum quia læſio † non præſumitur niſi probetur,
Nat. *conſ.* 650. *nu.* 8. Maſcard. *concluſ.* 963. *num.* 1. & ſic
pariter nulla poterit fieri detractio ab aliqua earum, ſed
viriliter facienda erit diuiſio.

15 Nec † refert quod vni plus, alijs minus fuerit con-
ſtitutum in dote, quia vna non poteſt agere vt ęquetur
ſua dos doti alterius, dummodo illa quæ minus habuit,
fuerit conſecuta debitã portionem, Burſat. *conſil.* 223.
num. 22. Cephal. *conſil.* 280. *in* 1. *dubio, maximè num.*
13. Bertrand. *conſ.* 1. *per totum, vol.* 8.

16 Aut conſtat vel poſſunt probare, ipſas, vel earum
alteram non habuiſſet debitam quantitatem bonorum
paternorum & maternorum, & tunc aut diuiſa æquali-
ter hæreditate fratris, quęlibet ipſarum haberet in ſua
portione, tantum quantum prætenderent ſibi deberi, &
tunc licet videretur dicendum, creditum cuiuſcumque
non confundi, niſi pro rata, pro qua ſunt hæredes, &
ſic pro tertia parte, & pro alijs duabus partibus habere
regreſſum contra cohęredes, atque ob id prius detra-
17 hendum † fore æs alienum & poſtea diuidendum e-
qualiter reſiduum, iuxta *l. ſi ab eo, C. de neget. geſt.* 1. &
l. ſi adulta, C. de hæred. action. l. licet, C. ad leg. falcid.
l. ſi vxor tua, C. de bon. authorit. iudic. poſſidend. Io.
Baptiſt. Coſta *in tractat. de portion. rat. q.* 45.

18 Quamuis † illa tertia portio in qua ſunt hæredes
eſſet valoris multo maioris ſuo credito, vt declarat Ca-
19 ſtren. *in d. l. ſi ab eo, in fine, C. de neget. geſt.* niſi † fa-
ctum eſſet inuentarium, quia tunc computatio fit ad ra-
tam valoris, Bald. *in l. fin.* §. *in computation. ſub n.* 12.
C. de iur. deliberand. vide tamen Phanuc. *de inuentar.*
part. 5. *ſub num.* 71. & 72.

20 Tamen † ſecus dicendum puto, quod debeant
eſſe contentæ, ſi tantum ſit in tertia parte hæreditatis,
quantum importat earum creditum, & quod non ha-
beat regreſſum in caſu iſto contra cohæredes, quia talis
regreſſus pro portionibus in quibus alter non ſuccedit,
non datur contra cohæredes, quando teſtator debitor
inſtituit creditorem animo compenſandi partem, in
qua eum inſtituit cum credito, *l. ſi cum dotem,* §. *ſi pater,*
ff. ſolut. matrimonio, l. cum pater, 77. § *Titio. l. credi-*
torem, 85. *ff. de legat.* 2. *l. ſi compenſandi, C. de hæredib.*
inſtit. l. ſi adulta, C. de hæredit. action.

21 Et licet is qui dicit teſtatorem habuiſſe † animum
compenſandi, debeat hoc probare, *d. l. creditorem, ff.*
de leg. 2. Alberic. *in d. l. ſi compenſandi, &c.* Franciſ.
Aretin *in d. l. ſi ab eo, C. de neget. geſtis.*

22 Tamen † ſolet diſtingui à noſtris, quod aut debi-
tum erat voluntarium, ſcilicet, quia habebat originem
à cauſa voluntaria, puta à contractu, & tunc non cen-
ſeatur compenſatum niſi hoc probetur, aut erat debi-
tum neceſſarium, puta quod debebatur diſpoſitione le-
gis, vt in legitima, vel ſtatuti prout in caſu noſtro, dos
debetur vigore ſtatuti excludentis fœminas, & tunc
præſumitur facta inſtitutio, vel relictum legatum ani-
mo compenſandi, Bartol. & alij, *in d. l. ſi cum dotem,* §.
ſi pater, vbi latè Barboſa, *ff. ſolut. matrimon.* Iaſ. *in*
Auth. præterea, C. vnde vir. & vxor. & latè Menoch.
lib. 4 *præſumpt.* 109. *per totum, maximè num.* 35. & 41.
& *præſumpt.* 110. Ruin. *conſ.* 92. *n.* 5. *vol.* 5.

23 Si † vero in portione cuiuſque non adeſt tantum
quod ſuppleat earum creditum tunc ſit compenſatio
pro rata, & reſiduũ recuperatur à coherede, vt per Caſtr.
& Alexandr. *in d. l. ſi compenſandi, C. de hæredib. inſtit.*
24 Facta † etiam ſeparatione bonorum, vbi opus, ſit, *d.*
l. ſi adultam, in fine, C. de hæredit. action. & *d. l. ſi vxor*
tua, C. de bon. auth. iudic. poſſidend. vel tunc poterit
25 ante † diviſionem deduci omne æs alienum cuiuſque,
& deinde æqualiter diuidi reſiduum, in quo ære aliquo
26 deducendo, primo imputandum erit cũ dotibus † ha-
bitis, id quod vnicuique ſpectabat in bonis paternis,
quia cum onus dotandi ſpectet ad patrem, non autem
ad matrem, cenſetur prius datum in hanc cauſam, &
quod reliquum erit, imputabatur in bonis maternis, &
id quod deficeret detrahendum erit ſecundum anterio-
ritatem cuiuſque.

Non poteſt dari clarior reſolutio, quia totum pen-
det à valore hæreditatis, & quantitate debita in bonis
paternis.

A R G V M E N T V M.

De retentione crediti facienda à grauato, & detractionibus competentibus, vt Legitima, & Trebellianica. Quod tempus ſit attendendum in ipſis: De fructibus non computandis; Et de præſumpta ſibi ipſi ſatisfactione, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Grauatus ex fideicommiſſo poteſt ſibi retinere debita hæreditatis de ſuo perſoluta, & poteſt retinere quaſi diſcommittens ſibi debebat. V. g. dotem maternam, & num.* 3.
4 *Dos matris eſt diuidenda in tot partes, quot ſunt filij & filiæ, & quando ſecus, & num.* 5.
6 *Æs alienum diminuit fideicommiſſum.*
7 *Fideicommiſſum poteſt minui pro donatione propter nuptias conſtituta à teſtatore, & etiam conſtituenda poſt illud.*
8 *Poteſt grauatus ſibi retinere dotes ſolutas quas teſtator reliquit ex bonis extrahendas.*
9 *Itidem legata relicta, & ſoluta ab ipſomet grauato.*
10 *Detrahit & legitimam, quæ non poteſt grauari.*
11 *Et Trebellianicam, quæ detrahi poteſt, etſi ſit locus detractionis legitimæ, & num.* 12.
13 *Filius grauatus fideicommiſſo conditionali poteſt & Legitimam, & Trebellianicam detrahere.*
14 *Hæ duæ quartæ abſorbent dimidium hæreditatis.*
15 *Competunt hæ quartæ hæredi, etiam non confecto inventario.*
16 *Quoad Trebellianicam etſi iam controverſum nunc tamẽ eſt communis opinio, ſaltem in liberis primi gradus: & num.* 17.
18 *In iſtis detractionibus non ſunt computandi fructus medio tempore percepti à grauatis.*
19 *An in deductione ſit attendendus valor tempore crediti contracti, vel tempore fideicommiſſi purificati.*
20 *Opinio quod attendatur tempus præſens.*
21 *Opinio contraria aſſeritur, vt communior.*
22 *Creditor poſſidens bona ſui debitoris poteſt ſibi ſoluere, eligendo rem quam velit, & præſumitur id ita feciſſe. & num.* 23.
24 *Non ſolum id eſt licitum, ſed adminiſtrator ſeu poſſeſſor id facere tenetur; & id in eo præſumitur.*
25 Curtij Senior. *conſil. animaduertitur, ſeu declaratur. & num.* 26.
27 *Filius ſtatim poteſt detrahere Trebellianicam, non expectato tempore reſtitutionis.*
28 *Ante fideicommiſſi purificationem fieri ſolet ſeparatio Legitimæ, & Trebellianicæ.*

C O N T R O V E R S I A D L X X X I X.

IN reſtitutione fideicommiſſi creati à q. Dom. Petro Franciſco Boldrino, cuius caſus purificatus eſt ad fauorem filiarum teſtatoris, ſeu earum deſcendentium per mortem Dominorum Ioſephi, & Pauli, ſine filijs ex le-

gitimo

Digitized by Google

gitimo matrimonio natis, procul dubio Dominus Cæ-
1 ſar Boldrinus † hæres grauatorum deducere ſeu reti-
nere poteſt debita hæreditatis per eos de proprio perſo-
luta, *l. ita tamen, §. qui ex Trebelliano, in fine, in illis*
verbis, Cum hoc minus ex cauſa fideicommiſſi reſtituturus
ſit, ff. ad Trebellian. l. prima, C. eod. Nat. *conſil.* 255.
num. 9. Petr. *de fideicommiſſ. q.* 15. *num.* 2. *&* 6. Peregr.
in ſimili tractat. articul. 35. *num.* 1. Menoch. *conſil.* 681.
num. 3. *&* 4. Matth. Brun. *conſ.* 128. *n.* 8.

2 Nec † non poteſt retinere id quod ſibi debebatur
à fideicommittente, *l. imponenda in principio, C. ad leg.*
Falcid. l. ab omnibus, 104. *§. finali, ff. de legat.* 1. Nat.
d. conſil. 255. *nu.* 7. & Peregr. *vbi ſup.* Surd. *deciſ.* 333.
num. 16.

3 Et † particulariter retinere poteſt dotes maternas
Dominorum Ioſephi & Pauli, Caſtr. *conſ.* 77. *in princi-*
pio, verſ. 2. Cephal. *conſ.* 272. *num.* 43. *&* 47. Petr. *de fi-*
deicommiſ. q. 15. *numer.* 7. Portius *conſil.* 92. *numer.* 15.
Menoch. *conſ.* 292. *num.* 8. *& conſ.* 681. *num.* 5. Nat. *d.*
conſ. 255. *num.* 6. Surd. *conſ.* 333. *ſub num.* 15. Et licet
4 ſi † vellet deducere eas vti dotes, non poſſet retinere,
niſi ratam partem, & ſic dimidiam, cum Domina Io-
anna mater quatuor haberet filios, ſcilicet duos maſcu-
5 los, & duas fœminas, tamen cum tales dotes † defun-
cto teſtatore fuerint reſtitutæ à grauatis matri adhuc
viuenti. hoc caſu ſequitur, quod poſſit deduci integra
6 quantitas earum, quia non retinetur, vti † æs alienum
ſolutum, quod vt ſuperius dixi, diminuit fideicommiſ-
ſum, Matth. Brun. *d. conſ.* 120. *num.* 6.

7 Et † ſicuti hæredes grauati tenebantur reſtituere
dotes matri, ita & donationem propter nuptias, quam
cum reſtituerint, & de ea poſſet mater ad libertatem di-
ſponere ex voluntate mariti, vtique & pro ea tanquam
ære alieno ſoluto remanſerunt creditores in bonis fidei-
commiſſi, & tanto magis, quia pro donatione propter
nuptias, nedum ante fideicommiſſum conſtituta a te-
ſtatore, ſed etiam pro conſtituenda poſt illud iam crea-
tum ab alio, fideicommiſſum diminui poteſt, *Auth. res*
qua, C. commun. de legat. Petr. *de fideicommiſ. q.* 8. *num.*
355. & Peregr. *artic.* 42. *num.* 96. *cum ſeqq.*

8 Pariterque † iuſtiſſima eſt prætenſio retinendi do-
tes relictas à teſtatore filiabus, & ſolutas ab ipſis graua-
tis, *l. pater filios in principio, ff. ad leg. Falcid. l. à filia,*
in princip. ff. ad Trebel. Nat. *d. conſ.* 255. *numer.* 8. Me-
noch. qui plures alios allegat, *conſil.* 292. *num.* 18. Surd.
d. conſ. 333. *ſub num.* 18.

9 Et † ſimiliter alia legata, ſi quæ reliquit teſtator, &
ſoluta fuerunt à dictis hæredibus, *l. in ſummam, C. ad leg.*
Falcid. l. cogi. §. inde quæritur, ff. ad Trebell. Nat. *conſ.*
321. *num.* 2. Crauet. *conſ.* 19. *ſub num.* 16. Crot. *conſil.*
275. *num.* 56. Menoch. *conſil.* 681. *num.* 7. Torniol. *con-*
ſil. 88. *num.* 8.

10 Legitimam † quoque retineri poſſe non habet ali-
quam difficultatem, quia in ea non poteſt imponi ali-
quid grauamen, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. te-*
ſtamen. & tradunt Nat. *ſæpedict. conſil.* 255. *numer.* 3.
Menoch. *conſil.* 681. *numer.* 9. Petr. *d. q.* 15. & Peregr.
articul. 36. Matth Brun. *d. conſ.* 128. *n.* 9

11 Poſtremo † Trebellianica retineri poteſt, *§. ſed*
quia heredis, Inſtit. de fid. heredit. Peregr. *artic.* 5. Nat.
conſ. 255. *ſub num.* 4. Menoch. *d. conſ.* 681. *n.* 12.

12 Et † hoc quod dictum de Trebellianica. vt detra-
hi poſſit, habet locum, licet etiam ſit locus detractioni
13 legitimæ; quia † vbi filius grauatur fideicōmiſſo con-
ditionali, quale eſt iſtud, tunc licita eſt vtriuſque detra-
ctio, *cap. Raynutius extr. de teſtam.* Iaſ. *conſ.* 231. *num.*
7. *vol.* 2. Rimio. Iun. *conſ.* 9. 113. *cum ſeqq.* Gail. *lib.*
2. *obſeruat.* 121. *num.* 1. 2. Theſaur. *deciſ.* 252. *num.* 1.
Peregr. *d. artic.* 3. *n.* 51.

14 Quæ duæ quartę abſorbent dimidiam totius hære-
ditatis, Nat. *conſ.* 145. *num.* 24. Cephal. *conſil.* 524. *nu.*
2. Burſat. *conſil.* 19. *num.* 36. Teſſaur. *d. deciſ.* 252. *nu-*
mer. 1.

15 Prædictæque † omnes ſupradictæ detractiones,
& retentiones fieri poſſunt, quamuis hęredes grauati

nullum confeciſſent inuentarium, Nat. *d. conſ.* 255. *ſub*
num. 9. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 35. *in princ.* Petra
q. 15. *n.* 8.

16 Et † quamuis in Trebellianica ſit ſatis controuerſa
quæſtio, an detrahatur ab eo, qui non confecit inuenta-
rium, tamen hodiè magis communis eſt opinio, & à qua
non eſt tutum in iudicando diſcedere, vt adhuc detrahi
poſſit, vt latè ex dinumeratione authorem oſtendit
Craſ. *§. Trebellianica, q.* 7. Peregr. *d. articul.* 3. *num.*
72. *&* 73. Ceual. *opinione* 26.

17 Quod † ſaltem procedit in liberis primi gradus
Oſaſc. *deciſ.* 147.

18 Neque † pro iſtis detractionibus imputandi ſeu
compenſandi ſunt fructus medio tempore percepti
à grauatis, Pereg. *d. fideicommiſſ. artic.* 35. *num.* 10. vbi
de communi, Menoch. *conſ.* 183. *in vlt. dubio, maxime*
num. 50. *& conſ.* 292. *num.* 21.

19 Accedo † ad ſecundam quæſtionem, in qua quæ-
ritur, an Dominus Cæſar vti hæres hæredum grauato-
rum poſſit retinere ſtabilia pro dictis deductionibus ſe-
cundum valorem temporis, quo dicti grauati fuerunt
creditores vniuſcuiuſque earum, an vero ſecundum va-
lorem temporis purificati fideicommiſſi, & eius reſti-
tutionis.

20 In † qua quæſtione licet quoad legitimam, Cur-
tius Sen. *in conſ. vltimo,* quem ſequuntur multi relati à
Surd. *conſ.* 128. *ſub nu.* 1. crediderit etiam deducendum
ſecundum valorem temporis præſentis, & ſic quod aug-
mentum non cedat cōmodo filij, pariter quoad credita
hæredis grauati, quacunq; ratione ei debeantur, & idem
opinatus ſit Petra *de fideicom. q.* 15. *num.* 4. *&* 5. *& ſub n.*
212. Pancirol. *conſ.* 98. *n.* 19. *&* 20. & Simon de Præt.
relatus a Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 35. *ſub num.* 19.
idemque ius conſtituerit quoad Trebellianicam, Pe-
tra *d. q.* 15. *ſub num.* 212.

21 Tamen † communis opinio eſt in contrarium,
quod attendatur valor temporis, quo grauatus extitit
creditor, quam opinionem latè defendit, & pluries ſe-
cundum eam iudicatum fuiſſe, refert Peregr. *d. articul.*
35. *num.* 12. *cum ſeqq.* vbi *num.* 17. in hanc ſententiam
citat Bartol. Caſtr. Rimin. Socin. Iun. Alciat. Portium
Imolenſem, Merzar. Pecchi. Menoch. & Manticam,
quibus addo eundem Menoch, *conſ.* 292. *num.* 20. Surd.
deciſ. 92. *ſub num.* 4. *& conſ.* 128. *num.* 27. 28. *&* 29. *n.*
Milaneſ. *deciſ.* 13. *per tot. maximè, num.* 18. *lib.* 1. Vide
eundem Peregr. *articul.* 36. *num.* 26.

22 Cuius † opinionis rationes cum contrariorum reſo-
lutionibus videri poſſunt apud Peregrinum *loco citato,*
inter cæteras autem ea eſt præcipua, quod creditor poſ-
ſidens bona ſui debitoris poteſt ſibi ipſi ſoluere eligendo
bona fide, quam rem velit, idque feciſſe, & ſibi ſatisfe-
ciſſe præſumitur, vt per ſupradictos, maximè Peregr.
num. 14. ad quod vltra allegatos per eos, addo Sena-
tum Mantuanum apud Surd. *deciſ.* 224. quod cenſuit, in
diuiſione unum fratrem poſſe præcipere tot bona, quot
23 important dotes maternæ, † cum præſumatur ade-
undo ſibi in illis ſatisfeciſſe, & à dicto tempore haben-
dam eſſe rationem fructuum ad eius commodum pro
portione ſibi competente pro quantitate dotium, &
idem poſtea iudicauit etiam Senatuſmet *in cauſa*
fratrum de Coſta ex diuerſis matribus die 16. *Febr.* 1599.
in Actis D. Veneroſij.

24 Imo † ne dum licitum eſt ſibi ſoluere, ſed imo qui
adminiſtrat, ſeu poſſidet bona ſui debitoris, tenetur
hoc facere, *l. ſed ſi damnum, §. peculium, ff. de peculio,* &
ob id etiam ſibi ſatisfeciſſe præſumitur, Afflict. *deciſ.* 13.
num. 16. Surd. *conſil.* 290. *num.* 33. Menoch. *lib.* 3. *præ-*
ſumpt. 153. *num.* 13.

25 Et vltra Doctores ſuperius generaliter relatos quo-
ad legitimam hoc evidentiſſimis rationibus demonſtrat
Surd. *d. conſ.* 128. & Fachin. *lib.* 4. *controuerſiar. iur. cap.*
26. Ex quorum dictis apparet male conſultum fuiſſe à
Curtio ſeniore, ſed vbi vellemus ſuſtinere eius opinio-
nem, poſſemus dicere, illum loqui quando alius fuerat
inſtitutus hæres extraneus, & filius nunquam petierat

I legiti-

26 legitimam; ſecus verò † vbi filius poſſidet quia non
habet neceſſe alium requirere pro ſua ſatisfactione, &
ob id non poteſt argui negligentiæ, ſed potius creden-
dum eſt ſibi ſoluiſſe, vt conſiderat Surd. *d. conſil*, 128.
ante n. 24. verſic. Quarto, non abunde.

27 Quo † vero particulariter ad Trebellianicam (de
alijs enim creditis generaliter non eſt opus referre ſpe-
ciales Authores, quia indiſtinctè omnes ſuperius citati
loquuntur præcipuè de retentione ex cauſa credito-
rum hæredis grauati facienda ſecundum tempora quo
fuerunt creata) adduco Peregr. *de fideicommiſ. articul.
3. num.* 25. *&* 26. dum vult filijs licitum eſſe ſtatim de-
trahere Trebellianicam, quia nulla ratio ſuadet in illis
expectandum eſſe tempus reſtitutionis, ex quo fructus
eis non computantur in illa, & ideo videmus etiam
28 quotidie ante † purificationem fideicommiſſorum,
peti & fieri ſeparationem Legitimæ, & Trebellianicæ à
grauatis, de qua ſeparatione tangit etiam Surd. *d. conſ.*
128. *n.* 25. & Peregr. *eod. artic.* 3. *ſub num.* 24.

A R G V M E N T V M.

Exceptio non numeratæ pecuniæ quomodo, & quo tempore, & Iudicij parte ſit opponenda; Et in quo differat ab alijs exceptionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio non numerata pecunia non competit elapſo biennio.*

2 *Aliud eſt recognoſcere chirographum, ſed eum non continere veritatem, & aliud opponere exceptionem non numerata pecunia, & ratio diuerſitatis, & nu.* 3. *&* 7.

4 *Exceptio non numerata pecunia intra tempus oppoſita, transfundit probationem in eum contra quem excipitur.*

5. *Quauis alia exceptio eſt ab allegante probanda.*

6 *Exceptio, ſcriptum non continere veritatem, non obijcit pecuniam non numeratam, ſed potius ſimulationem, & cauſa falſitatem, quod eſt probandum ab allegante, & num.* 7.

8 *Exceptio non numerata pecunia eſt formaliter opponenda ipſi libello & petitioni; vt aliquid operetur.*

9 *Non ſufficit negare ſimpliciter numerationem pecunia, niſi addatur confeſſionem fuiſſe factam ſpe futura numerationis, & cur, & n.* 11.

10 *Negatio ſimplex non eſt exceptio.*

12 *Declaratur* Coſta *in propoſito.*

CONTROVERSIA DXC.

NIſi probetur à Lazaro de Carpo Hebreo ſibi non
fuiſſe numeratas pecunias, de quibus in ſcripto mutui
contra eum producto à Domino Vincentio Renato, &
illud confectum fuiſſe ſub ſpe futuræ numerationis, ar-
bitror nunc quod lapſum eſt biennium, eum condem-
1 nandum † fore ad reſtitutionem earum, iuxta text.
*in l. in contractibus, in principio, C. de non numer. pecun.
& §. multum, Inſtit. de litterar. obligat.* & latè tradita
ab Emanuel. Coſta *in l. ſi ex cautione, in vltima ſallen-
tia, n.* 1. *&* 2. *C. de non num. pecun. fol.* 243.

2 Nec obſtat quod citatus intra biennium ad recog-
noſcendum ſuprascriptum chirographum, negauerit il-
lud continere veritatem, quamuis fallus fuerit eſſe ſcri-
ptum ſua manu; Quia dupliciter reſpondetur; primo
3 quod aliud eſt opponere † exceptionem non numeratę
pecuniæ, aliud recognoſcere ſcripturam, ſed negare
eam continere veritatem; nam in priori is contra
quem opponitur, infra debitum tempus grauatur
onere probandi numerationem, in hac vero poſteriori
4 quod non contineat † veritatem, excipiens ipſe
5 probare † tenetur cauſæ falſitatem, vt eſt textus *in l.
generaliter*, vbi hoc ſentiunt Albericus *column.* 1. *verſic.
dic, aut inficiatur ſcripturam Petrus, colum.* 3. *verſic. ſed
nunquid poteſt ſtare in priuata, &c.* Iacobus Butrigar.
colum. 1. *&* 2. Salicet. *colum.* 2. *ante num.* 4. *verſic. ſed
quia de aliqua confeſſione, &c.* Fulgoſ. *num* 4. Caſtr. *ſub
num.* 1. *C. de non numer. pecun.* Emanuel Coſt. *in d. l. ſi
ex cautione, in* 5. *fallentia, ſub numer.* 2. *pagin.* 229.
6 iſta enim † negatio, quod hæc ſcriptura non conti-
neat veritatem, non obijcit præciſè exceptionem non
numeratæ pecuniæ, ſed potius ſimulationem, & cauſæ
falſitatem, quæ ſemper probanda eſt ab eam allegante,
7 & quod talis † negatio non habeat vim exceptionis
non numeratæ pecuniæ, faciunt ſcripta à Bertazol.
conſil. ciuil. 49. *n.* 41.

8 Secundò, † quatenus etiã talis negatio interpretanda
eſſet, ac ſi dictum fuiſſet, fateor me ſcripſiſſe, ſed non
fuiſſe numeratam pecuniam, dico quod non operatur
in præparatorijs antequam ſit propoſita petitio à cre-
ditore, quin adhuc reus ſit condemnandus, ſi poſtea
non reperiatur oppoſita libello, & ipſi petitioni, ſicuti
non reperitur factum in caſu noſtro, vt notabiliter de-
clarat Emanuel Coſta *in ſuprascripta l. ſi ex cautione, in
4. fallentia, ſub num.* 4 *verſic. Vltima eſt quaſtio, pagin.*
228. qui allegat in hanc ſententiam, Bal. *conſil.* 10. *num.
3. vol.* 4. ſequitur Rimin. Iun. *conſ.* 191. *num.* 12. &
Bertaz. *conſ. ciuil* 49. *numer.* 43. qui duo poſteriores
Authores intelligunt doctrinam Coſtæ procedere eo,
9 quia non ſufficiat ſimpliciter negare † numeratio-
nem pecuniæ, niſi etiam addatur, quod confeſſio fuit
10 facta ſub ſpe futuræ numerationis; tum quia † nega-
tio ſimplex non dicitur proprie exceptio; tum quia
exceptio non numerationis pecuniæ, in duobus conſi-
11 ſtit: primò, quod pecunia non fuerit † numerata;
ſecundo, quod cautio emanuerit ſub ſpe futuræ nume-
rationis; ſed hæc verè non fuit intentio Coſtę, ſed in
12 eo fundat † ſuam deciſionem, quod antequam pro-
feratur petitio, & producatur ipſa confeſſio, talis ne-
gatio numerationis facta in pręparatorijs iudicij, non
videtur impugnare cautionem, nec per modum exce-
ptionis, nec per modum querelæ. Et hæc ſufficiant.

A R G V M E N T V M.

An, quando de quibus rebus, & quomodo Tutor tranſigere valeat pro Pupillo. Exagitantur iuſtæ, vel iniuſtæ cauſæ ad eam faciendam; vbi præcipuè de cauſa ob tollendas innimicitias. De incumbentijs impugnantis tranſactionem; De exceptionibus de iure tertij. Plura de verbo Vniuerſali *Omnium*, eiuſque effectibus: De interpretatione contractuum. Et demum plurima de exceptione rei iudicatæ, quando ſcilicet competat, nec ne.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſio iurium Pupilli facta à Tutore non valet, etiamſi fiat cum decreto, & num.* 2.

3 *Cum ius non eſt dubium ſed clarum, non valet ſuper eo tranſactio.*

4 *Etiam cum lis adeſſet, ſed finis certus eſſet.*

5 *Tranſactio in re Pupilli, non ſuſtinetur deficiente decreto, & cauſa cognitione, & ſolemnitatibus loci, & num.* 6.

7 *Tranſactio reſcinditur ob enormiſſimam læſionem, præcipue in minoribus.*

8 *Poteſt Tutor tranſigere ſuper bonis Pupilli, cum habet iura dubia, & litibus difficilibus obnoxia.*

9 *Et poteſt remittere creditum non liquidum, vel irrecuperabilem.*

10 *Non eſt opus decreto in tranſactione rerum, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

11 *Exigitur tamen cum res apta ſeruari, vel ſtabilis eſt in aduerſarium transferenda vigore tranſactionis.*

12 *Non*

Digitized by Google

11 *Non tamen ſi ageretur de retinenda re immobili per ipſum pupillum.*
13 *Vel de dimittendo eam penes aduerſarium, ſi eam non poſsideat.*
14 *Tranſactio adhibita auctoritate Iudicis ſuſtinenda eſt.*
15 *Semper præſumitur prætenſionem fuiſſe dubiam in tranſactione, niſi ex aduerſo probetur.*
16 *Petens tranſactionis obſeruantiam, habet fundatam intentionem.*
17 *Standum eſt tranſactioni, niſi contrarium probetur.*
18 *Et in dubio pro eius validitate reſpondendum.*
19 *Sufficit prætenſionem non fuiſſe claram à principio, etſi iuſtitia ſtaret pro pupillo.*
20 *Etiam in liquida prætenſione poteſt tutor bona fide tranſigere ſuper ea.*
21 *Iuſta cauſa tranſigendi ſunt inimicitiæ; vt ſcilicet pax fiat, & concordia.*
22 *Nec dicitur lædi minor fugiens inimicitias.*
23 *Contractus facti pro concordia ſunt perpetuo obſeruandi, nec in eis eſt de iuris apicibus diſputandum.*
24 *Nemo præſumitur contracturus, niſi cum pactis appoſitis.*
25 *Iuſtitia contractus deducitur ex vniuerſo.*
26 *Tenetur quis acceptare contractum, cum omnibus ſuis conditionibus.*
27 *Cum res non patitur commodam diuiſionem, alter totum accipere debet, refuſa pro parte ſocij alia re, vel pecunia.*
28 *Communio parit diſcordias.*
29 *In contractu inter minores, alter non eſt melioris conditionis altero, cum agitur de damno vitando.*
30 *Qui vtitur contractu, illum ratificare dicitur.*
31 *Ratificatio reſultat ex taciturnitate, per quinquennium poſt maiorem ætatem.*
32 *Non tamen videtur procedere in contractu celebrato à tutore abſque pupillo.*
33 *Impugnans tranſactionem non auditur, niſi prius reſtituat quod ex ea conſecutus eſt. Etſi minor ſit, vel Eccleſia.*
34 *Tranſactio facta ſolemniter, vt annulletur vel reſcindatur, debet probari nullitas, vel læſio enormiſſima.*
35 *Exceptio de iure tertij non poteſt opponi a tertio poſſeſſore, & num. 38.*
36 *Contractus celebratus cum minore, tunc ſolum eſt nullus cum ipſe vult.*
37 *Non tranſit in ſucceſſorem ius dicendi de nullitate, niſi fuerit præmiſſa declaratio ipſius.*
38 *Non licet excipere de iure tertij, cum non eſt excluſiuum iuris agentis.*
39 *Non eſt exceptio excluſiua ipſo iure, quæ requirit aliquid adimplendum per miniſterium hominis.*
40 *Oppoſita reſoluuntur, & n. 41. 43. 45. 46. & 48.*
41 *Timor probabilis litis futuræ ſufficit ad validandam tranſactionem.*
44 *Solemnitates requiſitæ in contractibus minorum non exiguntur in ijs celebratis à tutoribus.*
47 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi eſt imputandum.*
50 *An tranſactio comprehendat omnia bona etiam extra Territorium.*
51 *Verba generalia debent reſtringi ad rem & cauſam, ob quam fit contractus.*
52 *Præcipue id obtinet in tranſactione, quæ exigit cauſam litis, vel eius timoris.*
53 *Tranſactiones ſunt ſtricti iuris.*
54 *Verbum* omnis, *etſi generale reſtringitur ratione adiuncti ad omnes contractus, ab ipſo contrahente factos duntaxat.*
55 *Nullum verbum eſt tam vniuerſale, quod non reſtringatur ratione circumſtantiarum.*
56 *Verbum vniuerſale reſtrictum ad vnam ſpeciem, comprehendit ſolum quod continetur ſub ea.*
57 *Mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, etiam ſtante verbo vniuerſali.*
58 *Oppoſita ſententia adducitur.*
59 *Habetur pro diſpoſito quod veriſimiliter fuiſſet diſpoſitum à contrahentibus, ſi interrogati fuiſſent.*
60 *Renunciationes inuicem* de omni toto eo, &c. nõ *cenſentur reſtricta ad aliquam cauſam particularem.*
61 *Et talia verba ſtant pro ampla liberatione, ex qua tollitur omnis prætenſio.*
62 *Per verbum* omnium, *exceptis aliquibus, cenſentur omnia generaliter comprehenſa, nullis alijs exceptis.*
63 *Verbum* omne, *nihil excludit.*
64 *In tranſactione pactum vniuerſale non reſtringitur, & num. 65.*
66 *Actus tribuitur ordinanti, non autem exequenti.*
67 *In fauorabilibus mixtum comprehenditur ſub ſimplici, & cum apparet de mente diſponentium, & num. 68.*
69 *Eſt fauorabilis tranſactio, qua tolluntur inimicitiæ.*
70 *Late eſt interpretanda tranſactio cum eſt reciproca.*
71 *Ex mente contrahentis deducendum eſt, an in pacto perſona nominata ſit, vt pactum perſonale fiat, an vero vt demonſtretur, cum quo illud ſit initum.*
72 *Procurator repræſentat perſonam Domini.*
73 *Attenditur perſona repræſentata, non ea quæ actum gerit.*
74 *Procurator eſt pica & organum Domini.*
75 *Reſpondetur contrarijs.*
76 *Obſtat exceptio rei iudicatæ, cum diſcutitur quod eſt iam deciſum, etſi ſit diuerſum; promanat enim ab eodem fonte.*
77 *Text.* in l. cum quæritur, & l. ſeq. ff. de re iudic. *limitatur.*
78 *Exceptio competit, ſiue res ſit eadem verè, ſiue interpretatiuè.*
79 *Exceptio nocens cedenti, nocet à ceſſionario.*
80 *Deductum incidenter, ſi deciſum ſit, non poteſt deduci iterum principaliter, vel è contra.*
81 *Exceptio doli, & euictionis debita, reiecta in vno iudicio, poteſt in alio principaliter intentari, & de ratione, & num. 82. & 83.*
84 *Cum vnum ex tribus requiſitis deficit, ſcilicet, quod non ſit eadem res, eadem perſona, vel idem ius, ceſſat exceptio rei iudic.*
85 *Non obſtat cum agitur ex alia cauſa immediatè, etſi mediatè eſſet eadem.*
86 *Nec cum cauſa petendi ſuperuenit poſt latam ſententiam.*
87 *Emptor non poteſt agere de euictione, ante rem euictam.*
88 *In dubio reſpondendum contra exceptionem rei iudicatæ, & cur, & n. 89.*
90 *Reſpondetur oppoſitis.*
91 *Per ſecundam ſententiam tollitur prima, ſi de re iudicata non opponitur.*

CONTROVERSIA DXCI.

EX tribus propoſitis articulis aggredior primum, in quo quæritur, An tranſactio inita de Anno 1538. inter Fratres del Meo, mediante eorum Curatore ex una, & inter Fratres de Morarijs, mediante Domina Dorothea eorum matre tutrice, partibus ex alia, viribus ſubſiſtat.

Et primo aſpectu videretur reſpondendum eam, nullam eſſe, quamuis fuerit facta cum interuentu & decreto iudicis, tum quia vltra recompenſationem ducatorum octingentorum quinquaginta, quam dederunt pupilli de Morarijs pro bonis ex aduerſo ſibi renunciatis, ex abundanti Tutrix promiſit habere ratas venditiones factas à Domino Franciſco del Puo, de bonis quæ fuerunt olim illorum de Morarijs, & ſic renunciauit iuribus pupillorum, quæ habebant ad dicta bona, quæ iurium remiſſio non poteſt fieri a tutore, *l. pa-*
1 *ctum curatoris, C. de pactis*, etiam ſi fieret, † cum de-
2 creto, & ſi ſecus fiat, † eſt nulla, Tiraquel. *in l. ſi unquam, in verbo donatione largitus, num. 196. C. de reuocand. donation.* Surd. *conſ. 164. num. 50.* Menoch. *conſ. 31. num. 36. & conſ. 237. numer. 23.* Roland. *conſil. 18.*

Digitized by Google

num. 58. *volum.* 2. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 2. *nu.*
14. Tum quia non apparet de aliqua lite, & contro-
uerſia quæ eſſet inter partes, vigore horum bonorum,
quorum alienationes promiſit tutrix, habere ratas, nec
3 quod eorum ius eſſet dubium, quo caſu † tranſactio
non valet, *l. præſes, C. de tranſaction. l. pactum Curato-
ris, C. de pactis, l. Lucius, §. final. ff. de adminiſtrat. tu-
tor. l. penult.* & ibi hoc notat Bal. *ff. de tranſaction.* Ro-
man. *conſ.* 517. *num.* 17. & 18. vbi dicit hoc procedere,
4 etiam † quando adeſſet lis, ſi tamen eius finis erat cer-
tus, Surd. *deciſ.* 171. *num.* 2. & *conſ.* 451. *n.* 21. Tum
& tertio, quia in ea non apparet de aliqua neceſ-
ſitate, propter quam debuerint dicti pupilli deuenire
5 ad tranſactionem, & ſic † deficit cauſæ cognitio in
decreto, quo fit vt tranſactio ipſa corruat, Moroti.
conſ. 42. *ſub num.* 4. nec interuenerunt reſpectu illorum
6 de Motarijs ſolemnitates † ſtatuti huius patriæ, requi-
ſitæ in contractibus minorum, quas tamen obſeruan-
das eſſe, etiam, quando pupillus contrahit cum autho-
ritate tutoris, ſeu tutor pro eo, ſcribit Patiſ. *conſ.* 98. *nu.*
40. & 41. *vol.* 1. Tum denique ſaltem videtur reſcin-
denda ex enormiſſimo damno & læſione, quæ ex illa
reſultauit, vt euentus demonſtrauit, cum fuerunt obli-
gati de euictione omnium illorum bonorum alienato-
7 rum; Tranſactionem autem reſcindi, † quando quis
enormiſſime læditur, magis communiter admittunt
ſcribentes in maioribus, vt per Crauet. *conſ.* 151. *ſub nu.*
26. Surd. *conſ.* 451. *numer.* 9. & *conſ.* 480. *num.* 13. Beret.
conſ. 134. *num.* 11. Roland. *conſ.* 28. *num.* 26. *volum.* 4. &
multo facilius concedunt in minoribus, Sforz. Oddo *de
reſtit. in integrum, quaſt.* 66. *artic.* 4. *num.* 16. ex aper-
tiſſimis textibus, *in l.* 1. & 2. *C. ſi aduerſ. tranſact.*

Veritas tamen eſt, quod hæc tranſactio fuit, & eſt
valida, nec aduerſus eam competit aliqua reſtitutio;
Namque certum eſt, tutorem poſſe tranſigere ſuper
8 bonis † pupilli, quando eius iura ſunt dubia, & opus
haberet facere lites difficiles, *l. C. ſi pignore, in fine, l. inter-
dum, la* 2. *§. quod tutelam, ff. de furt. l. præſes,* vbi Gloſ.
magna, & ibi Bal. *ſub num.* 8. *C. de tranſaction.* Bartol.
*in l. pactum curatoris, C. de pactis, idem in l. cum y, §. ſi
cum lis, ff. de tranſact.* & *in conſil.* 47. *verſic. ſed tu dic,
vol.* 1. Decian. *conſ.* 296. *alias eſt conſ.* 297. *num.* 5. vbi
9 quod † tutor tranſigendo, poteſt remittere debi-
tum non liquidum & *conſ.* 479. *numer.* 1. Nat. *conſ.* 45.
ſub num. 5. Olale. *deciſ.* 58. *num.* 14. Honded. *conſ.* 34.
num. 2. *vol.* 2. vbi quando de facili res non poteſt recu-
perari per pupillum.

10 Idque † verum eſt, licet non interueniat decretum,
quando tranſigit ſuper rebus quæ ſeruando ſeruari non
poſſunt, Gloſ. *final.* & ibi Bartol. *num.* 2. Bal. *ſub n.* 1.
C. ſi aduerſus tranſaction.

11 Si vero eſſet res mobilis, quæ ſeruando ſeruari po-
teſt, vel res immobilis, tunc ſi pupillus poſſidet eam,
& agit de transferendo illum in aduerſarium, neceſſa-
rium eſt decretum, alias tranſactio non valet, Gloſ.
Bartol. & Bal. *locis ſupra proxime citatis*, idem Bal. *in l.
præſes. ſub num.* 8. *C. de tranſact.* Iaſ. *in l.* 2. *ſub num.* 4.
ff. de offic. eius, latè Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 72. *num.* 1. &
hoc in caſu loquitur Simoncel. *de decreto, lib.* 2. *tit.* 6. *in-
ſpec.* 10. *num.* 99. *cum ſeqq. fol.* 100.

12 Sed † ſi ageretur de retinenda re immobili ab ipſo
pupillo, adhuc ſine aliquo decreto, valide tranſigere po-
teſt tutor, Gloſ. & ibi Bartol. *in l. nulli, ff. de tranſact.*
Iaſ. *in d. l.* 2. *ſub num.* 4. *ff. de offic. eius,* Ruin. *conſ.* 129.
num. 5. *vol.* 5. Lamberteng. *de contract. &c. Gloſ.* 1. *ſub
num.* 10.

13 Sicuti † & ſine decreto, validè tranſigit, relin-
quendo etiam rem immobilem aduerſario, quando pu-
pillus eam non poſſidet, Deciſ. Peruſin. *conſ.* 35. *nu.* 8.
latiſſimè Roland. *conſ.* 15. *num.* 44. *vol.* 1. Simoncell. *vbi
ſupra, ſub num.* 102. *verſic. contrarium tamen.*

Adeo vt eum Moratij non poſſiderent terras, quarum
alienationes promiſerunt ratas habere, dubiumque
admodum eſſet eorum ius, ſeu prætenſio ad eas, nec fa-
cilis eſſet earum recuperatio, vt conſtitit ex lite Brixie,
& apparet ex eius proceſſibus, & potuerint ob id ſine
decreto tranſigere, mediante earum tutrice; multo for-
14 tius valere debet tranſactio † adhibita authoritate &
decreto iudicis, ex ea enim tollitur omnis ſuſpicio
fraudis, vt in propoſito tradit Montan. *de tur. tutel. cap.*
38 *numer.* 129. & præſumitur prætenſionem fuiſſe du-
15 biam † niſi probetur fuiſſe liquidam ab aduerſarijs,
Nat. *conſil.* 144. *ſub numer.* 12. quia qui nititur tranſa-
16 ctioni, & petit illius obſeruantiam, habet fundatam
intentionem, Dec. *conſ.* 255. *alias eſt,* 216. *ſub num.* 3.
Purpurat. *conſil.* 323. *numer.* 2. Surd. *conſ.* 451. *num.* 18.
17 cui ſtandum eſt, † donec is qui illi contradicit pro-
bat eam non ſubſiſtere, Abbas, *conſ.* 64. *num.* 3. *vol.* 1.
Crauet. *conſ.* 717. *num.* 29. Gallia *conſ.* 27 *num.* 34. At-
18 que † in dubio iudicandum eſt pro validitate tranſa-
ctionis, Roland. *conſ.* 28. *num.* 33. *vol.* 4. Surd. *conſ.* 451.
num. 19 Decian. *conſ.* 83. *num.* 60. *vol.* 5. Honded. *conſ.*
34. *num.* 69. & 70. *vol.* 2.

19 Sufficitque † rem non fuiſſe claram à principio, li-
cet in rei veritate iuſtitia fuiſſet ex parte pupillorum,
quia non attenditur iuſtitia vel iniuſtitia cauſæ principa-
lis ad inualidandam tranſactionem, dummodo res non
fuerit clara, *l. in ſumma, in prin. ff. de condict. indebit. l. nec
intentio, C. de tranſact.* Olaſc. *deciſ.* 91. *ſub numer.* 23.
Borgn. *deciſ.* 44. *num.* 8. *lib.* 5. Lancell. Gallia *conſ.* 27,
num. 2.

Secundò, vbi etiam prætenſio eſt liquida, tamen
20 ſi † ſubſit aliqua iuſta cauſa, poteſt tutor tranſigere
ſuper ea, Gloſ. *in l. præſes, C. de tranſaction.* iuſta autem
21 cauſa † hic dupliciter conſiderari poteſt; primò, cau-
ſa tollendi inimicitias, & faciendi pacem perpetuam, de
qua cauſa facta eſt mentio in d. inſtrumento tranſactio-
nis, *fol.* 32. *fac.* 2. & de inimicitijs ſatis conſtet ex publicis
ſcripturis: hanc autem eſſe iuſtâ cauſam deueniendi ad
tranſactionem, tradunt Bald. *in l. minoribus viginti quin-
que annis, quæ eſt lex, ff. de minorib.* Iaſ. *in l. contra iu-
ris, §. ſi filius, ſub num.* 17. *ff. de pactis,* vbi inquit, quod
ſi tutor bona fide remittit debitum non liquidum, &
ſubſit cauſa concordiæ & pacis, valet tranſactio, Nat.
conſ. 144. *num.* 12. Honded. *conſ.* 14. *num.* 46. *vol.* 2. vbi
poſt Odd. *de reſtit. in integrum. q.* 85. *numer.* 46. ſubdit
22 minorem qui fugit inimicitias non dici lędi; & eo
magis debebant iſti pupilli procurare pacem, quia
poterant timere ne in eis fieret vindicta ab illis del
Meo, cedis parentum patratę à Georgio patre ipſorum
pupillorum, & dicit Soc. Iun. *conſ.* 60. *num.* 39. *vol.* 3.
23 quod contractus † facti pro concordia & pace, per-
petuo obſeruari debent, nec in illis de apicibus iuris di-
ſputandum eſt; ſubdens pro pace aliqua cauſa mala to-
leranda eſſe.

Altera iuſta cauſa remittendi has prætenſiones fuit,
quia illi del Meo non deueniſſent ad renunciationem
legitimæ, & aliarum terrarum, quas renunciauerunt
in dicta tranſactione, niſi cum pactis de quibus in illa,
ſicuti apparet ex illis verbis, (His pactis inter ipſas
24 partes factis) & quia † etiam de iure quis non præ-
ſumitur quod fuiſſet contracturus, niſi cum pactis ap-
poſitis, Burſat. *conſ.* 194. *num.* 25. *in fine,* Surd. *conſ.* 217.
num. 20. vnde ſi Moratij volebant conſequi dictam re-
nunciationem tot terrarum, neceſſe habuerunt appro-
bare ipſas alienationes, quo in caſu ceſſat diſputatio, an
talia iura remiſſa eſſent liquida vel illiquida, quia cer-
tum eſt, quem poſſe dare in tranſactione correſpecti-
ua, illud quod non eſt in controuerſiam, pro tollendis
litibus, ſicuti ſæpe fieri videmus; nec tunc talis remiſſio
poteſt dici damnoſa pupillis remittentibus, ſi corre-
ſpectiuetur ad pacta inita, & iura ex aduerſo acquiſita,
25 quia iuſtitia † contractus deducitur ex vniuerſo, Surd.
conſ. 217. *per totum,* & *conſ.* 282. *num* 15. & *deciſ.* 155.
26 *num.* 5. & 7. & quis tenetur acceptare † contractum
cum omnibus ſuis conditionibus, Purpur. *conſ.* 150. *nu.*
15. Corn. *conſ.* 145. *ſub num.* 5. *verſic. nec dicta ſcriptu-
ra, vol.* 3. Cephal. *conſ.* 666. *ſub numer.* 10. & 11. & in
tranſactione, Decian. *conſ.* 54. *numer.* 66. *volum.* 2. cu-
27 ius cauſæ iuſtitia & neceſſitas iuſtificatur quoque † ex
eo

Digitized by Google

eò quod terræ reſeruatæ pro legitima illis del Meo non
patiebantur commodam diuiſionem, vt aſſerit in tranſ-
actione, quo caſu ita cogente neceſſitate alter tenetur
accipere totum, & dare vel aliam rem, vel pecuniam
pro parte ſocij, *l. 3. ff. finium regundorum*, *l. 2. & 3. C.
commun. diuidund.* ſed grauior vrgebat cauſa, quia ſi
vel retinuiſſent bona hæc communia, vel habuiſſet alter
alteri vicina, & contigua inimicitiæ iam ortæ inua-
luiſſent, cum ex hoc tantum, vbi alias etiam ceſſent ini-
28 micitiæ, ſæpe † ſoleant oriri contentiones, *l. ſanci-
mus, §. ne autem communione, C. de donationib.*

29 Tertiò, † aduertendum eſt, † quod tranſactio fuit
inita inter hinc inde minores, quo caſu quando uterque
tractat de damno, alter non eſt melioris conditionis
altero. Od. *de reſtitut. quæſt. 18. artic.* 5. Ioſep. Ludouic.
deciſ. peruſ. 54. Marc. Ant. Amat. *deciſ. 77. num. 12.* vbi
de communi.

Quartò, cum Morarij etiam facti maiores poſ-
ſederint bona renunciata ab illis del Meo, in executione
30 tranſactionis, videntur ratificaſſe eam, quia qui † vti-
tur contractu, illum ratificare dicitur, Dec. *conſ. 463. nu.
19. & conſ. 583. num. 6.* vbi inquit, quod qui tenet, &
poſſidet ex contractu, illum ratificare videtur.

31 Sicuti etiam, & ratificatio † reſultat ex taciturnita-
te per quinquennium poſt maiorem ætatem, *l. final. C.
ſi maior factus, &c.* cum infinitis apud Mari. Antonin.
lib. 2. reſolut. 3. num. 20. fol. 261.

32 Nec † iſto in caſu obſtet ſtatutum de contractibus
minorum, prohibens eorum contractus validari tacite,
ex quauis temporis diuturnitate, quia procedit in con-
tractibus adultorum, in quibus neceſſariæ ſunt ſolem-
nitates illius, non autem in contractibus pupillorum fa-
ctis à tutoribus, nam in illis non loquitur ſtatu-
tum.

Iſtud tamen fundamentum ex abundanti deduco,
quia ſcio pati aliquam difficultatem, nam multi volunt,
d. l. finalem non habere locum in contractu celebrato à
tutore abſque pupillo, quos recenſet & ſequitur Moro-
ti. *conſ. 42. num.* 7. loquentur in terminis noſtris, quam-
vis pro contraria opinione ſtet Crauet. *conſ. 853. nu. 5.
in fine, & conſ. 866. num.* 4.

33 Quinto, † vbi etiam (quod non admittitur) tranſ-
actio poſſet dici nulla, hoc non opitularetur aduerſarijs,
nam is qui impugnat tranſactionem, non auditur, niſi
prius reſtituat id quod ex ea conſecutus eſt, etiam ſi
eſſet minor vel Eccleſia, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff.
de minorib.* Paril. *conſ. 96. numer. 12. vol.* 1. Socin. Iun.
conſ. 160. num. 82. vol. 2. Gabr. *de tranſaction. concluſ.
1. num.* 50. Marius Antonin. *lib. 2. reſolution. 16. num. 5.*
quæ reſtitutione dum facta eſt in hoc caſu, ſed nec etiam
oblatio.

34 Sexto, † ex quo tranſactio hæc facta eſt ſolemni-
ter, ſi deberet annullari vel reſcindi, opus eſſet quod
Morarij vel allegantes nullitatem probarent læſionem,
& non ſufficeret probare læſionem ordinariam, ſed
neceſſe eſſet oſtendere enormiſſimam, vt tradunt ſcri-
bentes allegati in contrarijs; quæ læſio non apparet pro-
bata, quia oporteret prius cognoſcere valorem bo-
norum acceptorum, ad hoc vt poſſet colligi læſio pro
eis quæ è conuerſo data fuerunt, vnde cum illum non
deduxerint, per conſequens, etiam intelligere non poſ-
ſumus, an Morarij fuerint læſi, licet paſſi ſint damnum
euictionis, quod tamen, vt inferius deducam, non po-
teſt dici damnum) quia adhuc hoc non obſtante, poſ-
ſet eſſe quod non remanerent læſi, fortè quia bona
accepta eſſent longè maioris vtilitatis & valoris.

35 Septimo, † non eſt permiſſum iſtis tertijs poſſeſ-
ſoribus allegare hanc nullitatem, cum ſit exceptio de
36 iure tertij, tum quia contractus celebratus † cum mi-
nore ita demum eſt nullus, ſi ipſe velit, Surd. *deciſ. 70.
num. 23. & deciſ. 108. num.* 7. vbi in fine inquit, Sena-
tum fuiſſe opinionis, quod nullitas contractus minoris
non poſſit allegari à tertio, & *deciſ. 278. num.* 22. quod
maxime dicendum eſt, quando minor teneretur reſti-
tuere id quod accipit, vt hic; vnde cauſa Morarij, nun-

quā impugnaverint hanc tranſactionem, iſtud ius aſſer-
tæ nullitatis tranſiuit in ſucceſſores, quinimo nec po-
37 tuiſſent † transferre auctores, niſi prius premiſſa de-
claratione nullitatis, vt reſoluit latè Monter. *deciſ. Regni
Arrag. 35. per tot.* idem ſentit Roſental. *de feud. cap. 6.
concluſ. 62. per tot. maxime ſub. num.* 3. dum vult ius ca-
ducitatis non intelligi venditum, niſi ſpecifice de eo
fiat mentio.

38 Tum † etiam non poteſt allegari hæc nullitas ab iſtis
reis conuentis, quia tunc licet excipere de iure tertij,
quando eſt excluſiuum ipſo iure intentionis agentis,
quod vtique non contingit hic, ſiquidem is qui impu-
gnat tranſactionem, prius debet reſtituere id quod da-
tum eſt pro ea, & ob id ſequitur, quod non dicatur ex-
ceptio iſta excluſiua ipſo iure, cum illud quod ipſo iure
39 operatur, † non requirat aliquid aliud adimplendum
per miniſterium hominis, Coraſ. *in l. 3. ſub num. 26. ff.
de ſeruit.* Bal. *in l. 1, num 3. C. de ſecund. nupt.* Felin. *in
cap. Rodulphus, ſub num. 24. de reſcriptis,* Iaſ. *conſ. 128.
ſub num. 9. vol.* 4. Roland. *conſ. 62. num. 21. vol. 2.*

40 Ex † prædictis autem remanent reſoluta contraria,
nam primū, quod renunciatio iurium non valeat, & etiā
cum decreto, procedit in iure liquido, & ſine cauſa re-
nunciato, ſecus in illiquido, vel etiam liquido per tran-
ſactionem, cum bona fide, & ſubſiſtente cauſa remiſſo,
vt deductum fuit in primo & ſecundo fundamento no-
ſtræ opinionis.

41 Ad ſecundum, quod non adeſſet aliqua lis ſuper his
bonis & eorum iuribus renunciatis, reſpondetur primo,
potuiſſe renunciari occaſione compenſationis bono-
norum acceptorum, quæ illi del Meo non conceſſiſſent,
niſi cum dicta remiſſione iurium, & in tranſactione
poſſe dari etiam id quod certo ſuum eſt, ſuperius de-
monſtraui, ſicuti ſæpe videmus dari pecunias, in qui-
bus alter nihil prætendit.

42 Preterea, † ad validandam tranſactionem, ſufficit
ſolus timor probabilis litis futuræ, *l. 2. C. de tranſaction.*
Alex. *conſ. 13. ſub num. 8. vol. 2.* Bec. *conſ. 109. numer. 6.*
Decian. *conſ. 64. num. 1. vol.* 3. cum autem Moratij non
poſſiderent hæc bona, quis dubitat quod ſi voluiſſent
recuperare ea, opportuiſſet facere lites difficiles, ſicuti in
effectu fecerunt quando contrauenerunt promiſſioni:
Nec quiſquam tutò potuiſſet affirmare aliquid certum
de euentu illarum, propter quæſtionis difficultatem.

43 Tertium † pariter ceſſat, quod non conſtet de ali-
qua neceſſitate huius renunciationis faciendæ, quia &
tenor futuræ litis, & pax conciliata, & conditio qua
illi del Meo offerrebant remiſſionem ſuorum bonorum,
dummodo ratificarentur hæ alienationes, præbent tri-
plicatas, & iuſtiſſimas cauſas interponendi decretum
& authoritatem iudicis, & deueniendi ad præfatam
conuentionem.

44 Sicuti † nec releuat quod non fuerint ſeruatæ ſo-
lemnitates ſtatuti à tutrice, quia ſtatutum non requi-
rit illas in contractibus pupillorum, qui contrahunt
auctore tutore, ſed tantum in contractibus adultorum,
& niſi hoc decidiſſet ſtatutum, adhuc ita intelligendum
eſſet, vt eius ſolemnitates non eſſent neceſſariæ in con-
tractibus celebratis à tutoribus, Cephal. qui multos
* allegat, *conſ. 315. num. 12. & conſ. 310. n.* 35.

45 Poſtremo, † non obſtat quod dicebatur de enormiſ-
ſima læſione, quia non conſtito de valore bonorum ac-
ceptorum, non poteſt pariter conſtare, Morarios fuiſſe
læſos, vt deducebam in ſexto fundamento.

46 Preterea, † aſſerta leſio non prouenit ex contractu
tranſactionis, ſi enim Moratij ſteriſſent promiſſis, non
paſſi fuiſſent hoc damnum, ſed reſultauit ex defectu
ipſorum qui impugnauerunt alienationes, quas ratas
habere tenebantur, & ſic ex actu diuerſo à tranſactione,
47 damnum autem quod † quis ſua culpa ſentit, ſibi
non alteri imputare debet, *cap. damnum. de regul. iur.
in 6.*

48 Sed & tertio reſpondetur, † quod non dicuntur
paſſi damnum, quia quod ab eis aufertur, ipſi recupe-

* Contrarium tamen verius eſt, quod requirantur.

Digitized by Google

rarunt ab alijs, à quibus euicerant terras, propter quarum euictionem tenerentur ad refectionem damnorum, & ſic potius dicuntur reſtituere alienum, quam dare de ſuo.

49 Omitto † alias reſponſiones generales, quæ colligi poſſunt ex vltimis argumentis, dum dicebam exceptionem hanc nullitatis, non competere tertio, & non releuare quando non reſtituitur id quod acceptum eſt tranſactione, & in tranſactionem fuiſſe ratificatam, & minorem non habere regreſſum contra alium minorem, quando vterque tractat de damno euitando.

50 Secunda quæſtio eſt, † an ſupradicta tranſactio in qua Morarij promiſerunt habere ratas omnes alienationes factas à Domino Franciſco del Puo, comprehendat tantum alienationes bonorum exiſtentium in territorio Mantuano, an vero etiam exiſtentium in territorio Brixienſi, & factas ab alijs perſonis.

Pro reis conuentis conſiderari poſſet, quod tranſactio comprehendat tantum bona territorij Mantuani, tum quia de illis tantũ erat controuerſia, vnde &
51 ſi tranſactionis verba † ſint generalia, imo & vniuerſalia, debent tamen reſtringi ad rem, & cauſam propter quam partes contrahebant, *l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis, l. ſi de certa, C. de tranſaction.* Alex. *conſ.* 117. *ſub num.* 2. *vol.* 1. Surd. *deciſ.* 217. *num.* 13. maximè, quia
52 tranſactio † non ſubſiſtit ſine lite, vel eius probabili timore, vt dictum fuit in prima quæſtione. Tum quia promiſſio fuit facta pro alienationibus factis à Domino Franciſo del Puo, nullas autem alienationes bonorum in territorio Brixienſi ab eo factas fuiſſe conſtat, quinimo certum eſt, bona territorij Brixienſis euicta à Morarijs, & pro quorum reſtauratione pendet præſens lis, non fuiſſe alienata à Domino Franciſco, ſed à Domino Paulo, & ob id non debet extendi ad hanc alienatio-
53 nem, de qua non loquitur, quia † tranſactiones ſunt ſtricti iuris, Gloſ. *vlt. in l. ſub prætextu, la prima,* & ibi Bartol. *num.* 6. *C. de tranſaction.* Surd. *conſ.* 313. *nu.* 34. Pedroch. *conſ.* 37. *numer.* 133. & non admittunt perſonam extrinſecus ſubauditam, *l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pactis, l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, ff. de verb. obligat.* Peregr. *conſ.* 58. *ſub num.* 5. *vol.* 1. Surdus *conſ.* 5. *num.* 61. præſertim, quia diſputatio verificari poteſt in multis alienationibus factis à dicto Franciſco del Puo de bonis territorij Mantuani.

54 Nec † obſtare videtur, quod pactum loquatur de omnibus alienationibus, & venditionibus. Quod verbum *omnes* non videtur aliquam excludere, quia reſtringitur ratione adiuncti, ad omnes venditiones factas à Franciſco, & operatur vniuerſaliter in omnibus factis ab eo, *l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis,* Surd. *deciſ.* 233. *ſub num.* 18. vbi ex Neuizan. *conſ.* 40. *numer.* 12. ſubdit
55 nullum verbum eſſe tam † vniuerſale quod non reſtringatur ratione circumſtantiarum, late Olaſc. *de-*
56 *ciſ.* 167. *nu.* 11. verbum enim vniuerſale † reſtrictum ad vnam ſpeciem comprehendit tantum quidquid continetur ſub illa, quia tunc prædicatur de pluribus differentibus numero non autem ſpecie, Bald. *in capit. quanto, num.* 7. *circa finem, de iudic.* Io. de Arnon. *dialog.* 55.

57 Et † licet venditio de qua agitur, fuerit ordinata à dicto Franciſco, vti qui recepit aruam, & fecit promiſſionem de vendendo, & impetrando decreto pro validitate alienationis, quamuis poſtea fuerit executa, & perfecta à Domino Paulo, tamen mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, etiam quando adeſt dictio vniuerſalis, Surd. *deciſ.* 329. *n.* 14. *part.* 2. vbi latè.

58 Sed his non obſtantibus, † concludo, tranſactionem comprehendere alienationem terrarum territorij Brixienſis, quarum occaſione pendet hæc lis, quia partes intendebant tranſigere non tantum de bonis quæ fuerant Georgij ſenioris, ſed etiam de illis quæ fuerant Io. Petri, aui materni illorum del Meo, vt patet in inſtrumento tranſactionis, *fol.* 25. *fac.* 1. ibi, *Et ſit,*
„ *quod inter dictum Domin. Franciſcum de Morarijs*
„ *ex vna, & dictos Domin. Bartholomæum, & Cæſarem*
„ *fratres del Meo ex alia, orta fuerit, & ſit lis ſuper bonis*
„ *quæ fuerunt dicti q. Georgij, & dicti q. Domini Ioannis*
„ *Petri.*) Et infra, *fol.* 31. *fac.* 2. ibi, *Item cum pacto,*
„ *quod ſi pro aliquo tempore futuro, ad notitiam dictorum*
„ *de Morarijs, & dictorum fratrum de Meo peruenerit,*
„ *aliquas perſonas habere penes ſe bona antiqua dicti q.*
„ *Dom. Io. Petri, & ſeu bona noua, quod teneantur, & obligati*
„ *ſiat, quam primum a dictorum notitiam deuenerint,*
„ *illa indicare & manifeſtare, & ſi erunt bona antiqua,*
„ *quod ſint dictorum de Morarijs, ſi erunt bona noua, ſint*
„ *dictorum fratrum de Meo.*

Si igitur noluerunt tranſigere ſuper omnibus bonis, quę fuerunt q. Io. Petri, & bona illa territorij Brixienſis fuerint illius, ſequitur, quod contineantur in dicta tranſactione, non per extenſionem, ſed per comprehenſionem, & ſic quod reſpectu rerum non fiat aliqua extenſio, quod etiam inde quilibet ſenſatus deprehendere poteſt, quia intendebant tollere omnes lites, & occaſiones inimicitiæ, & facere perpetuam pacem, cui autem dubium eſt, quod non fuiſſent ſublatæ, ſi non tranſegiſſent ſuper iſtis bonis, qui non poſſidebantur à Morarijs, & tamen ab eis prætendebantur, vtique parata erat noua lis pro eorum recuperatione; contrahentium autẽ veriſimilem mentẽ attendi debere, &
59 haberi † pro diſpoſito id, quod veriſimiliter diſpoſuiſſent apertius, ſi interrogati fuiſſent, notat Gloſ. *in l. tale pactum, §. final, ff. de pact.* Soc. Iun. *conſ.* 36. *num.* 12. & *conſ.* 94. *num.* 36. *vol.* 3. Deci. *conſ.* 555. *num.* 7. Imo ex
60 renuntia illa ad inuicem facta † de omni eo & toto, &c. cum verbis prægnantibus, non cenſentur ſe reſtrixiſſe ad aliquam cauſam particularem, Alex. *conſ.* 11. *vol.* 2. Honded. latè, *conſ.* 49. *ſub nu.* 34. & 35. *volum.* 2.
61 vbi inquit, quod † talia verba operantur vt actus non valeat, tantum in vim tranſactionis, ſed cuiuſcunque liberationis, conuentionis, & pacti, ex quo ſublata dicatur omnis prætenſio, Surd. *conſ.* 267. *n.* 14.

62 Accedat quod approbarunt omnes † venditiones factas dummodo in illis non eſſent comprehenſa bona renunciata, & obuenta in tranſactione Morarijs, ecce igitur per exceptionem quorundum intellexerunt includere quæcunque alia bona, nec videntur habuiſſe intentionem de aliquibus venditionibus particularibus, quia tunc ſciuiſſent quæ bona in illis comprehenſa fuiſſent, nec habuiſſent neceſſe excipere ſuperfluò, ea quę renunciata fuerant in tranſactione; vnde per talem exceptionem datur intelligi, quod indifferenter intellexerunt de omnibus alienationibus, nec ſe reſtrixerunt ad aliquas particulares.

63 Et † cum pactum loquatur de omnibus venditionibus, nullam excludit, quia hoc verbum eſt vniuerſale, omnia includens, & operatur, ac ſi de ſingulis ſpecialiter facta fuiſſet mentio, atque includit, quę alias non comprehenderentur, quia ſi omnia non comprehenderet, falſum eſſet dicere, omnia venire, vt hęc omnia latè de efficacia huius verbi agens, probat Surd. *conſil.* 31. *numer.* 17. & in tranſactione quod pactum vniuer-
64 ſale non † reſtringatur, reſpondit Alexand. *conſil.* 11. *vol.* 2.

65 Neque † in caſu iſto tale verbum reſtringitur ratione adiuncti, & ſic non agimus de ſubintelligenda perſona extrinſecus, nec de facienda extenſione de perſona ad perſonam, quia cum hęc venditio fuerit ordinata, inchoata, & ad talem tractatum reducta, à dicto Franciſco, vt teneretur eam perficere, videtur facta ab eo, licet à Domino Paulo fuerit executa & conſũmata,
66 nam actus tribuitur ordinanti, † non autem exequenti, *l. item eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomen. cap. cum aliquibus, de reſcript.* Crauet. *conſ.* 144. *num.* 3. Surd. *conſ.* 255. *num.* 12. & *conſil.* 301. *numer.* 38.

67 Et ſaltem † cum prædicta venditio participauerit de vtroque, ſcilicet Dom. Franciſco, & Paulo, vti mixta comprehenditur ſub ſimplici in fauorabilibus, Surd.
68 *d. deciſ.* 329. *n.* 6. & *conſ.* 453. *n.* 49. & 50. ſicuti † etiam continetur quando apparet de mente diſponentium.

Corn.

Digitized by Google

Com. *conſ. 66. colum. final. vol. 1.* Fauorabilem autem
69 nemo negabit fuiſse hanc tranſactionem, in qua † age-
batur de tollendis inimicitijs, iuxta tradita à Socin. Iun.
conſ. 39. num. 15. vol. 3. ſicuti & late interpretandam,
70 ex quo fuit † reciproca, tradit Purpur. *conſ. 180. nu-
mer. 28.*
71 Huc † etiam ſpectare videtur textus, *in l. iuriſgentium,
§. pactorũ, ff. de pactis,* in quo habetur, quod non minus
ex mente, quam ex verbis contrahentium, æſtimandum
eſt, vtrum pactum ſit in rem, an in perſonam, & ple-
rumque perſonam nominari, non vt perſonale pactum
fiat, ſed vt demonſtretur cum quo pactum factum eſt,
proinde cum ſuperius deduxerim ex mente contrahen-
tium colligi, quod voluerint intelligere de omnibus
bonis Dom. Franciſc. perſona cenſetur expreſsa non
reſtrictiuè, ſed cauſa demonſtrandi cum quo fuerat fa-
ctum pactum vendendi.
Quod autem partes non ſoluerint excludere vendi-
tiones factas à Domino Paulo, demonſtrari etiam po-
teſt, quia venditiones factæ à Domino Franciſco re-
putabantur pro factis à Domino Paulo, cum eas face-
ret vt illius actor & procurator, nam procurator repræ-
72 ſentat perſonam Domini, † & reputatur eadem, *l.
oſſa, in fine, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Surd. *conſ. 99.
num. 23.* Corne. *conſ. 61. ſub num. 7. vol. 1.* Pont. *conſil.*
73 54. *n. 9.* & perſona repræſentata attenditur, † non illa
quæ actum gerit, *l. denique, §. final. ff. de minor.* Sur-
74 dus *conſ. 140. n. 16.* nam procurator dicitur † pica
& organum Domini, Pont. *d. conſ. 54. num. 7.* ſi igi-
tur tales venditiones dicebantur factæ à Paulo, & de eis
intendebant contrahentes, & nihilominus locuti ſunt
de venditionibus factis à Franciſco, probè intelligimus
eos non feciſse vim in perſona nominata, ſed intelle-
xiſse de omnibus venditionibus factis ab ipſo Paulo,
quia nulla poteſt conſiderari ratio diuerſitatis, cur ma-
gis noluiſsent intelligere de illis factis à Paulo median-
te ſuo actore, quam de factis per ſe ipſum.
Vbi autem mordicus quis vellet inhærere verbis
tranſactionis, & intelligere promiſsionem tantum de
venditionibus perfectè factis, & conſummatis ab ipſo
Franciſco, non de alijs, in quibus participauit, ſed fue-
runt executæ à Paulo, adhuc Morarij obligati eſsent
pro euictione dictarum terrarum territorij Brixienſis,
quia conuentum extitit inter partes, quod bona noua
quæ fuerunt q. Io. Petri de Morarijs, hoc eſt, non
comprehenſa in fideicommiſso Georgij Senioris, eſ-
ſent ipſorum del Meo, vt verba huius pacti ſuperius re-
citaui, ſed hæc bona euicta à Morarijs non erant de
bonis Georgij Senioris, ſed acquiſita à Io. Petro, &
prætenſa à Morarijs, ex eo quod filia ipſius Io. Petri,
vti ſupra, forenſis, eſset eorum incapax, vt ex proceſſi-
bus Brixiæ, igitur ſaltem ex hoc ſecundo pacto obliga-
ti eſsent ad refectionem damnorum.
75 Ex † quibus reſultat reſponſio ad contraria; nam
non eſt verum, partes ſe reſtrixiſse ad bona territorij
Mantuani, quia explicite tranſegerunt de bonis omni-
bus quæ fuerunt q. Io. Petri Morarij, inter quę fuerunt
illa territorij Brixienſis, ſicuti etiam demonſtraui ven-
ditionem earum poſse dici factã à Franciſco, vti qui fe-
cit promiſsionem & tractatum vendendi, & alijs ratio-
nibus in argumentis ſuperius conſideratis.
In vltima quæſtione, an actioni propoſitæ nomine
Illuſtriſsimę Dominæ Comitiſsæ, obſtet exceptio rei
iudicatæ, deducta per Dominos Treuellinos ſtantibus
ſententijs latis in ciuitate Brixiæ, dubium facere vide-
76 tur, quod vbicunque diſcutitur idem quod † eſt di-
ſputatum & diuiſum in alio iudicio, tunc obſtat exce-
ptio rei iudicatæ, licet tractetur de re diuerſa, quia dici-
tur oriri ex eodem fonte, Caſtr. *in l. ſi quis cum totum,
ff. de exception. rei iudicat.* vbi ita limitat *legem cum*
77 *quæritur † cum lege ſequenti, ff. eod. tit.* & ſequuntur
Cornc. *conſ. 126. vol. 4.* latè Surd. alios allegans, *conſil.
312. num. 9.* Io. Franc. de Pont. *conſ. 90 nu. 10. & conſ.
49. num. 3. & 4.* profectò autem hic videtur idem di-
ſputari quod deciſum fuit in iudicio Brixienſi, videli-
cet, an tranſactio obſtet Morarijs: Et cum Treuelli-
ni ſint ſucceſsores Morariorum, & Domina Comi-
tiſſa emptorum, inter quos agitatum fuit primum iu-
dicium, cenſentur eædem perſonæ ad effectum, vt ob-
78 ſtet exceptio rei iudicatæ, quia ſufficit † eſse
eaſdem verè, vel interpretatiue. Gloſ. *in l. & an eadem,
in principio, in verb. perſonarum, ff. de exception. rei indi-
cat.* Surd. *d. conſ. 312. ante numer. 11. verſic. Non obſtat
igitur, &c.* Io. Franciſ. de Pont, *conſ. 62. num. 36.* Fabius
79 de Anna. *conſ. 53. num. 27. & 28.* vnde dici ſolet † ex-
ceptionem quæ nocet cedenti, nocere etiam ceſsiona-
rio, Bartol. *in l. apud Celſum, §. ſi cum legitima, ff. de ex-
ception. dol.* Socin. Iun. *conſ. 34. num 6. vol. 3.* Bero. *conſ.
32. num. 46. vol. 2.* Caſtr. *conſ. 46. num 2. vol. 2.*
80 Atque † prædicta procedunt etiam quando ſuper
iure incidenter, & excipiendo, propoſito pronunciatũ
eſt, nam illud poſtea non poteſt principaliter agendo
deduci in alio iudicio ad eundem finem, vt bene per
Deci. *conſ. 95. Viſo puncto, & conſideratis obiectionibus,
&c. in 1. dubio, num. 1.*
Prædicta tamen nequaquam officiunt intentioni
Dominæ Comitiſsæ, quin intrepide concludendum ſit
81 exceptionem propoſitam ei non obſtare. † Tam pro ea
ſtat textus expreſsus, *in l. vendicantem, cum lege ſequen-
ti, ff. de euictionibus,* vbi ſi emptor obijciat venditori
vendicanti rem venditam, exceptionem doli, & quod
tenetur de euictione, & reijciatur exceptio, atque ſuc-
cumbat in iudicio, poterit nihilominus deinde in alio
iudicio agere de euictione, & hoc ea ratione, vt ibi ad-
monet Bartol. Bald. Angel. *in 1. notabili,* ſcilicet, *num.*
82 2. & Fulgoſ. *numer. 5.* quia † in ſecundo iudicio,
actio tendit ad diverſum finem & effectum, quod ſcri-
pſit & Bartol. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, in quinta
oppoſitione, ff. de verbor. oblig.* quomodo autem dica-
tur tendere ad diuerſum effectum, nemo declarat ex-
cepto Fulgoſio, qui inquit, quod in primo iudicio reus
83 excipiebat † vt rem retineret, nec euinceretur, in ſe-
cundo verò non agit ad rem, ſed ad intereſse; & quo-
84 ties † vnum ex tribus requiſitis deficit, videlicet, vel
quod non ſit eadem res, vel eædem perſonæ, vel idem
ius, tunc non obſtat exceptio rei iudicatæ, *l. cum quæ-
ritur, cum duobus legibus ſequentibus, ff. de exception. rei
iudicat.* Soc. Iun. *conſ. 85. num. 6. & conſ. 58. num. 17.
vol. 4.* Deci. *conſ. 464. num. 6.* Surd. *conſ. 165. num. 11. &
conſ. 173. n. 83. & conſ. 312. n. 1.* Papon. *conſ. 126. n. 4.* Fabi
de Anna *conſ. 17. n. 1.*
85 Secundo, † non obſtat res iudicata quoties agi-
tur ex alia cauſa immediate, licet mediate ſit eadem, ſi-
cuti poteſt conſiderari hic, *l. & an eandem, §. quæ cum
partem, ff. de excip. rei iudicat.* vbi Gloſ. & Cuman.
Surd. *d. conſ. 312. num. 5. & conſ. 418. n. 13.*
86 Tertio, † vbi cauſa petendi ſuperuenit poſt latam
ſententiam, tunc non obſtat exceptio rei iudicatæ, *l. ſi
mater, §. eandem,* & ibi Bartol. *ſub num. 1. ff. eod. titul.*
Surd. *ſæpedicto conſil. 312. num 4.* ſed emptor non po-
teſt agere de euictione antequam res realiter fuerit eui-
87 cta, *l. 3. C. de euiction. l. non tamen, ff. eodem,* † ergo
cauſa petendi intereſse, dicitur ſuperuenire poſt latam
primam ſententiam & ſic cum authores Dominæ Comi-
tiſsæ, niſi re euicta agere non potuiſsent, non prohi-
bentur poſt dictam primam ſententiam inſtituere iu-
ditium ad intereſse, ad quod fuit aperta via vigore eui-
ctionis ſecutæ, ex ipſa re iudicata.
88 Quarto, † in dubio pronunciandum eſt, exceptio-
nem rei iudicatæ, non obſtare. Dec. *conſ. 445. nu. 44.*
Surd. *conſ. 312. num. 7.* Barz. *deciſ. 149. num. 11.* in du-
89 bio enim † præſumitur proponi exceptio per calum-
niam, Gratian. *deciſ. 18. n. 16.* Veral. *deciſ. 93. num. 2.
in fine, part. 3.*
90 Contraria vnico verbo reſoluuntur, † quia non
procedunt quando in ſecundo iudicio agitur ad diver-
ſum effectum, nec in alijs caſibus, de quibus in duobus
poſterioribus argumentis, & ob id rectè à Senatu, non
obſtante dicta ſententia Brixienſi, fuit ter iudicatum
ad fauorem Dominæ Comitiſsæ, & vbi non fuiſset op-
poſita

Digitized by Google

poſita exceptio dictę rei iudicatę, in primis iudicijs coram ipſo Eccellentiſſimo Senatu, tunc vltra prædicta ſuccederet aliud fundamentum, quod per ſecundam
91 ſententiam tollatur † prior, ſi de re iudicata non opponitur à parte, Aretin. *conſ.* 73. *ſub n.*4. Surd. *conſ.* 360. *ante n.* 16.

A R G V M E N T V M.

Contractus non excedit perſonas contrahentium. An & quomodo ſocius ex facto ſocij obligetur, & plura in id de ſocietate. De promiſſione facti proprij & alieni, præcipuè in conſocio, ac eius effectibus, obligatione, & viribus. An contractus in arbitrium alterius, ex contrahentibus collatus, de iure valeat? De differentia inter eius conſtitutionem, & reſolutionem. Et an & quomodo recedi poſſit à promiſſione in contractibus nominatis, ob non adimplementum ex parte alterius contrahentis.

S V M M A R I V M.

1 *Socius in re communi cenſetur habere mandatum ab alio.*
2 *Vnus ex ſocijs poteſt rem communem in ſolidum vendere.*
3 *Socij promiſcuè negotiantes cenſentur invicem præpoſiti, vt inſtitores, & poſſunt in ſolidum conueniri.*
4 *Ipſi cenſentur inuicem fideiubere.*
5 *Cum res cuius occaſione contrahitur, confertur in ſocietatem, vterque obligatur, etſi vnus ſolum contraxerit.*
6 *In rem verſio æquiparatur mandato, & ratihabitioni.*
7 *Vbi alicuius interuenit conſenſus, ille obligari poteſt.*
8 *Obligatio, & actio ſtat tantum reſpectu eius, cum quo contractum eſt.*
9 *Conuentio cum vno facta, non obeſt alteri; nec ex ea obligatur, & num.* 10.
11 *Non contrahitur in alienius præiudicium abſq; eius conſenſu.*
12 *In contractibus perſona extrinſecus non ſubintelligitur.*
13 *Omiſſum in contractibus, re, loco, tempore, & perſonis, habetur pro omiſſo.*
14 *Socius non obligatur ex facto alterius ſocij.*
15 *Nec poteſt vice verſa obligare niſi partem ſuam, non illam ſocij.*
16 *In dubio quis præſumitur contrahere nomine proprio, & de iure ſuo.*
17 *Socius contrahendo non obligat alium ſocium, etſi id facere potuiſſet. Niſi contrahens nomine ſocietatis, tanquam præpoſitus, & num.* 18.
19 *Mandatum habere à ſocietate, vel eſſe præpoſitum, non præſumitur, niſi probetur.*
20 *Contractus in dubio interpretatur contra eum qui vult ex illo ſe iuuare.*
21 *Fit interpretatio potius contra ſtipulatorem, quam contra promiſſorem.*
22 *Reſpondetur oppoſitis, & num.* 24.
23 *Mandatum præſumitur datum ad vtilia, non ad præiudicialia.*
25 *Non datur actio contrahenti, niſi contra eum, cum quo contraxit, non contra tertium, etſi huius conſocium.*
26 *Datur actio ſolum ſocio contra conſocium.*
27 *Confeſſio vnius non præiudicat tertio.*
28 *Multa tractantur quæ non concluduntur.*
29 *Per vltimum tractatum cenſetur receſſum à primo.*
30 *Confeſſio extraiudicialis non nocet, niſi fiat parte præſente, & acceptante.*
31 *Contrauenient conuentioni tenetur ad intereſſe, toties quoties.*
32 *Promittens factum negatiuum, tenetur, ne dum non facere, ſed etiam curare ne alias faciat.*
33 *Qui promittit pro ſe, quod aliquid non faciet, non tenetur ſi alter faciat.*
34 *Etſi promiſerit curare ne alter faciat, niſi habuiſſet imperium in facientem, vt ſi Dominus.*
35 *Promittens factum alienum ſimpliciter non tenetur poſtquam permittens fecit ex ſe quantum potuit.*
36 *Reſpondetur obiectis, & num.* 37.
38 *Alia affertur quæſtio.*
39 *Non valet contractus cuius validitas, & ſubſtantia pendet ab vnius voluntate.*
40 *Contractus vltro citroque obligatorius non debet claudicare. Et ita eſt ſemper interpretandum in dubio, & num.* 41.
42 *Actus deductus in voluntatem alicuius, eſt conditionalis, nec habet effectum, niſi poſt eius voluntatem ita declaratam.*
43 *Validitas contractus non poteſt ſtare in voluntate vnius.*
44 *Reſolutio contractus collata in perſonam emptoris, limitatur ſpatio* 60. *dierum.*
45 *Locatio facta donec locator velit, durat vſque ad eius mortem.*
46 *Conditio poſita in arbitrio, non valet in promittente, ſed bene in ſtipulante.*
47 *Pactum donec promiſſor voluerit, valet, nec poteſt violari in præiudicium intereſſe habentis.*
48 *Reſpondetur obiectis.*
49 *Etſi non perfectio, ſeu inductio contractus, tamen reſolutio ipſius, arbitrio vnius remitti poteſt.*
50 *Talis reſolutio cenſetur accidens, quod non prohibetur alteri ex contrahentibus remitti.*
51 *Contractus, partium conuentione, claudicare poteſt; dum ab ijs legem accipit, & num.* 52.
53 *Claudicatio admittitur cum lex non reſiſtit.*
54 *Reſolutionis collatio per verba temporis ſucceſſiui eſt pura; ſecus ſi per verba denotantia conditionem.*
55 *Cum reſolutio, & tempus remittitur tertio, non attenditur tempus* 60. *dierum.*
56 *Promiſſio intelligitur facta rebus ſtantibus prout ſtant.*
57 *Sublocans rem conductam cenſetur eam concedere quatenus propria locatio duret.*
58 *Do, vt facias quando ſit contractus nominatus, ac locatio, remiſſiue.*
59 *In contractibus nominatis non licet poſt eorum perfectionẽ diſcedere, niſi de communi contrahentium conſenſu.*
60 *Nec eſt locus pœnitentiæ, altero inuito. Etiam ſi is qui recuſat, reſciſſionem non impleuerit ex parte ſua, & num.* 61
62 *An nominatis contractibus non habet locum regula, Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*
63 *Sed datur actio, vel ad implementum pacti; Vel concurrente mora ad intereſſe, & num.* 64. *Quod probatur num.* 65.
66 *Non poteſt reſcindi contractus, etſi præceſſit comminatio de recedendo à contractu.*
67 *Eſt licitum contrahenti excipere aduerſus contrahentem actorem, de non implemento contractus ex parte ſua.*
68 *Non faciens quod ex contractu tenetur in vno capitulo, non poteſt ſe iuuare ex alio capitulo in ſui fauorem.*
69 *Quod procedit etiam ſtante iuramento.*
70 *Fruſtra petit quis obſeruantiam fidei, quam ipſe violauit.*
71 *Qui non facit quod debet, non poteſt conſequi quod optat.*
72 *Qui differt quod debet, non poteſt petere ſibi promiſſum.*
73 *Nec quis poteſt ex eo iuuari, quod impugnauit.*
74 *Impugnat contractum, qui eum non obſeruat; & non implens ex ſua parte, ei renunciare dicitur, n.* 75.
76 *In contractibus vltrocitroque obligatorijs, prius agens debet probare ex parte ſua adimplementũ, ad ſe ſpectans.*
77 *Præcipue cum res non eſt integra, & non eſt adimpletus contractus in tempore.*
78 *Neceſſaria eſt interpellatio, cum quis eſt obligatus ad factum. Secus ſecundum aliquos, & n.* 80.

79 *Dies*

79 *Dies interpellat pro homine.*
81 *Reſpondetur obiectis.*
82 *Receſſus à contractu permittitur in locatione, non in alijs contractibus: Et cur, remiſſiue, n. 83.*
84 *In omnibus alijs etiam contractibus licet recedere ab ipſis, cum id quod non eſt adimpletum fuit cauſa finalis ipſius contractus.*
85 *Cauſa finalis eſt illa, ſine qua contractus non eſſet initus, vel ſaltem eo modo.*
86 *Contrahentes non præſumuntur contrahere, niſi cum pactis appoſitis.*
87 *Non licet recedere à contractu nominato, agendo, ſecus excipiendo.*
88 *Nemo poteſt cogi ad id quod eſt in eius arbitrio.*
89 *Cum actus claudicat, licet agere, vt approbetur, vel reprobetur.*
90 *Et vt declaret pars, an velit ſtare in ipſo contractu, aliàs cum comminatione recedendi, & contrahendi cum alio, &c.*

CONTROVERSIA DXCII.

RESpondebo ingennè prout petitur, & prout mei moris eſt, quid iuris eſſe ſentiam de propoſitis dubitationibus.

Et quo ad primam, an Dominus Mirandula vigore promiſſionis ſibi factæ à Domino Dauide Ricco, de ei cudi faciendo totam illam quantitam monetæ in officina argentaria Corrigij, quam voluiſſet ipſe Mirandula, & de non dando, nec cudi faciendo cuiquam alio, nec pro intereſſe alicuius, ſub quouis prætextu, & colore, poſſit prohibere Dom. Abraham Zagellum conſocium d. Ricchi, in ea officina diſponere de ſua dimidium ad libitum.

1 Et prima facie videretur reſpondendum † affirmatiuè, quod poſſit, primo, quia ſocius in re communi cenſetur habere mandatum ab alio ſocio contrahendi, Gl. 1. *in l. nemo ex ſocijs, ff. pro ſocio*, & ibi Bartol. vbi infert,
2 quod † vnus poteſt rem communem in ſolidum vendere, Franc. Marcus. *deciſ.* 575. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 213. *numer.* 2. Purpur *conſil.* 71. *num.* 31. ſi Dominus Dauid habebat mandatum, ergo potuit obligare ſocium.

3 Quod † eo magis dicendum eſſet, ſi dicti ſocij promiſcuè negotiabantur, & contrahebant ſuper tali negotiatione, tunc enim cenſerentur inuicem præpoſiti, vti inſtitores, & poſſent conueniri in ſolidum, *l.* 1. *§. final. cum tribus legibus ſequentibus. & maximo in l.* 4. *in principio, verſic. ſed ſi plures exercent*, vbi Gloſ. & Bald. *ff. de exercitor.* idem Bal. *conſil.* 165. *vol.* 5. *& in*
4 *rubric. C. de exercitor. numer.* 26. vbi inquit, † quod cenſentur inuicem fideiubere, Rota Genuen. *deciſ.* 97. *num.* 7. Menoch. *conſil.* 410. *numer.* 37. & benè Surd. *d. deciſ.* 213. *ſub num.* 1.

5 Secundo, quia † pecuniæ iſtæ veniunt cudendæ ex pecunijs prius ſubminiſtrandis ab ipſo Mirandula, vt dictat ſcriptura ibi, *Dourà il detto Sign. Mirandola proueder a Correggio, il denaro, perche di quello ſi vada di mano in mano battendo la ſudetta moneta.*) quãdo autem res cuius occaſione contractũ eſt, confertur in ſocietatẽ, & ad commodum commune, tunc vterque obligatur, licet alter tantum contraxerit etiam nomine proprio, & non nomine ſocietatis, *l. iure ſocietatis*, vbi Bald. præcisè hoc notat, *ff. pro ſocio, l.* 1. *§. non autem, verſic quid ſi mutuam pecuniam, ff. de exercitor. action. l.* 1. *&* 2. *C. eod. tit.* Cynus *in l. ei qui in* 3. *notabil. numer.* 2. *C. quod cum eo, &c.* Nat. *conſil.* 567. *ſub num.* 5. *verſic. imo eſt neceſſe, & melius ſub num.* 6. *verſic. eſt verum Ianuenſes* Deciſ. Genuenſ. *ibi num.* 8. & clare ſupponit Crauet.
6 *conſ.* 129. *n.* 12. quia in rem verſio æquiparatur † mandato, ſeu ratihabitioni, Bal. *in l. ei qui, in primo notab. num.* 2. *C. quod cum eo*, Nat. *conſ.* 567. *num.* 7. Marta. *conſil.* 2. *num.* 23.

7 Tertiò, † facere videtur, quod (vt proponitur) Mirandula probare poteſt, Riccum contraxiſſe etiam de conſenſu ipſius ſocij, ſicuti ipſe Riccus extraiudicialiter faſſus eſt, vbi autem alicuius interuenit conſenſus, certum eſt eum obligari poſſe, *l. conſenſu, ff. de action. & obligatio.*

Contrarium tamen ſtantibus ſcripturis tranſmiſſis, & non habita vlteriori informatione verius arbitror, quod ex promiſſione Ricchi, non remanſerit obligatus Dom. Abraham, & per conſequens, quod non poſſit prohiberi à Mirandula diſponere ad libitum de parte ſua monetarum cudendarum in dicta officina.

Primo, quia ſcriptum, & obligatio cantat tantũ in perſona d. Ricchi, nec facit aliquam mentionem D. Abrahami, nec alicuius ſocietatis, ideo nulla actio competit
8 contra alium, quam cum eo cum quo contractum eſt, *l. ſi in area, ff. de condict. indebiti*, conuentio enim cum
9 vno † facta non nocet nec prodeſt alteri, *l. ſi vnus, §.*
10 *ante omnia, ff. de pactis*, neque ex contractu vnius † alter obligatur, *l.* 3. *in fine, C. ne vxor pro marito*, Surd. *deciſ.* 291. *num.* 7. namque ad præiuditium alicuius non
11 contrahitur obligatio, ſine eius conſenſu, *l. quicunque, ff. de action. & obligation. l.* 1. *ff. de pactis, l. ſtichum, §. naturalis, ff. de ſolution.* Crauet. *conſil.* 72. *n.* 6. Burſat. *conſil.* 163. *num.* 22. Bero. *conſ.* 198. *num.* 4. *volum.* 1. &
12 in contractibus † perſona extrinſecus non ſubintelligitur, ad text. *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, ff. de verb. obligat.* Pont. *conſil.* 213. *n.* 4. namque ſunt ſtricti iuris. *l. quidquid aſtringende, ff. eod. tit.* Soc. *conſil.* 14. *num.* 2. *vol.* 3. Grat. *conſil.* 53. *numer.* 26. *vol.* 1. & ideo
13 quidquid † in eis omiſſum eſt re, loco, tempore, & perſonis, habetur pro omiſſo, idem Soc. *conſil.* 64. *num.* 6. *& conſil.* 70. *num.* 5. *vol.* 3. Soc. Iun. 142. *n.* 30. *pariter, vol.* 3. Nat. *conſil.* 404. *num.* 7. Dec. *conſil.* 555. *numer.* 5.

Secundo, propius accedendo ad rem, & recedendo à
14 generalibus, moueor † quia ſocius vnus non obligatur ex facto, vel promiſſione alterius, *l. iure ſocietatis, ff. pro ſocio*, Bartol. *in l. eandem, in* 7. *quæſt. ff. de duobus reis*, Deci. *in l. ſi ſocius. n.* 2. *verſic. & ideo, &c. ff. ſi cert. petat.* Rimin. Iun. *conſil.* 52. *num.* 75. nam quis contra-
15 hendo non poteſt diſponere, † niſi de parte ſua, & eam obligare, non autem partem ſocij, *l. nemo ex ſocijs, in* 1. *ff. pro ſocio, l. ſi ſocius, in fine, ff. ſi cert. petat. l. ſi vnus ex ſocijs, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.* Ioſ. Lud. *in ſua concluſ. de ſocietat. illation.* 123. Decian. *conſ.* 30. *num.* 3. *vol.* 1. *& conſ.* 7. *num.* 45. *vol.* 4.

16 Et † in dubio etiam quis intelligitur contrahere nomine proprio, & de iure tantum ad ſe ſpectante, Alex. *conſil.* 187. *num.* 9. *vol.* 2. Corn. *conſil.* 79. *num.* 14. *vol.* 3. Petr. Anton. Anguſ. *conſil.* 9. *num.* 24. *lib.* 3. Deciſ. Genuenſ. 131. *num.* 2.

17 Et quod † ſocius non obligat alium ſocium contrahendo, ex profeſſo reſponderunt Pariſ. *conſil.* 93. *vol.* 1. Thomas Doctius, *conſ.* 201. Cephal. *conſil.* 635. Cuman. *conſil.* 8. & pulchre Rimin. Iun. *conſil.* 331. *omnes per tota ſupradicta conſilia.*

18 Idque procedit non ſolum quando † ſocius non contrahens non habebat facultatem obligandi alium, ſed etiam ſi hoc poterat facere, nam tunc ſi contrahet nomine proprio, non autem ſocietatis, obligat tantum ſe ipſum, non etiam conſocium, Bald. *in d. l. iure ſocietatis, ff. pro ſocio*, Alex. *conſil.* 139. *ſub num.* 1. *vol.* 5. *idem conſ.* 217. *num.* 13. *vol.* 7. Deci. *conſ.* 98. *nu.* 2. *verſic. comprobatur*, Crauet. *conſil.* 129. *num.* 12. Strac. *in tractat. de mercat. tit. de contrac. mercator. ſub num.* 15. *verſic. & illud tertium, &c. pagin. mihi*, 82. Deciſ. Gen. 14. *nu.* 123. *& ſub num.* 126. *& deciſ.* 7. *numer.* 3. Paſeth. *conſil.* 199. *num.* 5. *&* 8. Nat. *conſil.* 567. *per tot.* Burſ. *conſil.* 298. *num.* 9. Vnde dato, quod Dominus Riccus habuiſſet
19 mandatum, vel fuiſſet præpoſitus negotiationi, † quo tamen non conſtat nec præſumitur, niſi hoc pr[illegible] tur, *l. in bello, §. facta, ff. de captiu. & poſtlim* Ceph. *d. conſil.* 635. *num.* 6. tamen cum no[illegible] uerit ſocietatem, ſed tantum nomine pro[illegible] xerit, non fuit aliquo pacto præiudicatum c[illegible]
20 Tertio, † facit quod in dubio contractus

Digitized by Google

106

tatur contra eum, qui vult ſe ex illo iuuare, *l. veteribus, ff. de pact.* Grat. *conſil. 78. num. 31. & conſil. 104. n. 10. vol. 1.* Neuiz. *conſil. 87 num. 21.* Rimin. Iun. *conſil. 331.*
21 *num. 15.* & ſit interpretatio † potius contra ſtipulatorem, quam contra promiſſorem, *l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb. obligat.* Ruin. *conſil. 118. numer. 2. vol. 2.*

22 Non † obſtant autem contraria, nam ad primum tripliciter reſpondetur, primo, quod non conſtat de hac promiſcua negotiatione, ex qua reſultet tacita præpoſitio & mandatum. Secundo, dico quod mandatum cenſetur tantum conceſſum ad vtilia facienda, non autem ad præiudicialia, Alex. *conſ. 154. num. 8. volum. 2.* Crauet. *conſil. 129. ſub num. 12.* Surd. *conſ. 43. numer. 9.*
23 Tertio, † quod habens facultatem obligandi ſocium, ei non præiudicat, niſi contrahat nomine ſocietatis, ſecus ſi nomine proprio, prout factum eſt hic, quod paulo ſupra à me probatum eſt, ita vt non ſit opus repetitione.

24 Ad ſecundum reſpondeo, † quod ex dicto ſcripto non probatur tales pecunias conuerti in vtilitatem communem, nam poteſt eſſe, quod ex eis fabricentur pecuniæ dandæ Dom. Mirandulæ, pro dimidia Domini Ricchi, ita quod Dom. Abraham nullam ſentiat vtilitatem ex eis, & pro alia dimidia alter ſocius comparet materiam alio ære.

25 Sed & vbi † conuerterentur in commodum commune, adhuc cum nullum negotium geſtum ſit à Domino Mirandula cum Dom. Abraham, nec perſonaliter, nec per interpoſitam perſonam, ipſe Mirandula non haberet aliquam rationem contra eum, ſed tantum contra ſocium, cum quo contraxit pro ſolido, Cuman. *conſ. 8. in principio.* Alberic. & Fulgoſ. *in d. l. iure ſocietatis, ff. pro ſoc.* Paſeth. *conſil. 199 numer. 13. & 14.* Ceph. *conſ. 635. num. 7.*

26 Verum † tamen eſt, quod tunc Dominus Abraham obligaretur pro ſua parte erga ſocium, qui deinde pro ſolido teneretur erga creditorem, & ſic in effectu licet per circuitum obligatus remaneret; & ideo caueat ne ex pecunijs Mirandulæ, cudat monetam etiam pro parte ſua, quia ex conuerſione in cauſam ſocietatis, obligaretur, prout proxime dixi, & videretur ratificare conuentionem.

27 Tertium obiectum facillime remouetur, † tum quia ex confeſſione Domini Ricchi non probatur conſenſus Dom. Abraham, niſi aliunde appareat illum ſibi præſtitum fuiſſe, quia confeſſio vnius non præiudicat tertio, Maſcard. *de probation. concluſ. 372. in princip.* Surd. *conſ. 22. num. 30.* Burſat. *conſil. 119. num. 24.* tum quia vbi habuiſset facultatem illum obligandi, & hoc etiam inter partes tractatum fuiſſet, tamē ex quo in concluſione quæ colligitur ex dicto ſcripto, aliter conuentum eſt, talis tractatus non habet nocere, nec ex eo poteſt deduci pactum de obligando etiam alterum ſocium,
28 cum multa † tractentur, quæ deinde non perficiuntur, vel in concluſione firmantur, *l. ſi voluntate, C. de reſcind. vendit.* Bald. *in l. multum. num. 5. C. ſi quis alteri, vel ſibi*, Purpur. *conſ. 581. nu. 20.* & nihilominus probatio debet perneceſſe concludere, quinimo ex
29 tractatu vltimo, ſeu concluſione cenſetur receſſum à primo, Ruin. *conſil. 73. num. 13. volum. 2.* Tum etiam qui vti indiſcreta & non ſpecificans formam contractus, prout ſupponitur, non obeſſet, Maſcard. *de probation. concl. mihi, 345. num. 6. & concluſ. 350. num 17. & concluſ. 357. num. 11. & 546. numer. 11. & 12.* nam tunc non probat concludenter, quia potuiſſet Domin. Abraham conſentire quod Riccus diſponeret, & con- heret de dimidia ad ſe ſpectante, vel alio pacto non nte præiudicium conſentienti. Tum demum, onfeſſio extraiudicialis † non nocet, niſi fiat ſente, & acceptante, vt per eundem Maſcard. *ſ. 346. per totum, maxime num. 11.* & ſæpe ates paſſim, & tanto minus afficeret, ſi tur.

Secunda eſt dubitatio, an, ex quo Riccus promiſit non facere cudi monetas, pro quacunque alia perſona, niſi pro ipſo Mirandula, teneatur ad intereſſe promiſſum, ſi eius ſocius cudi faciat, & det ſuam partem alteri.

31 Et videretur dicendum quod teneatur, † quia talis conuentio de iure tenet, & tunc talis promiſſor non poteſt, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam, contrafacere, alias tenetur ad pœnam vel intereſſe, toties quoties contrauenit, Bal. *conſil. 445. Titius locauit operas, in 1. 2. & 3. dubio, vol. 1.* & qui promiſit factum
32 negatiuum, ne dum ipſe abſtinere debet, † ſed etiam curare ne alius faciat, *l. in illa, la 2. ff. de verb. obligat. l. non impoſſibile, ff. de pactis*; & vtrobique ſcribentes Petr. Ant. Anguſ. *conſil. 23. num. 6. & conſ. 24. ſub n. 5. & 6. lib. 2.*

In contrarium tamen ſtat veritas, quod ipſe Riccus pro facto ſocij non teneatur ad aliquod intereſſe, quia ipſe promiſit pro perſona propria, non autem alterius,
33 qui autem promiſit pro † ſe, quod aliquid non faciet, non tenetur, ſi alter faciat, Bartol *in l. ſtipulatio iſta habere, licere, ſub num. 1. ff. de verb. obligation.* Gozad. *conſil. 60. num. 7.* Panciroſ. *conſil. 75. ſub num. 2.* & Anguſ. *vbi ſupra*, quo loci inquit, quem non teneri ac ſi fe-
34 ciſſet, ſi alius faciat, † quamuis teneretur curare ne faceret, niſi quando poterat prohibere, puta, quod habebat imperium in ſeruum vel filium, & non prohibuit, quod non contingit in caſu iſto, cum talem authoritatem non habeat ſocius in parte ſocij.

Facit quod ſcribit Rimin. Iun. *conſil. 299. num. 23.* & Pariſ. *conſ. 117. num. 6. & 11. vol. 1.* vbi late probatur promiſſionem factam pro vno non cenſeri factam pro alio, de quo etiam dixi in primo argumento prioris quæſtionis.

35 Quinimo † vbi promiſiſſet quod ſocius non faceret, adhuc non teneretur, poſtquam curaſſet eum non facere, & non potuiſſet diſponere illum, quia eſſet promiſſio facti alieni ſimplex, quæ non obligat, poſtquam promittens fecit quod potuit, *d. l. ſtipulatio iſta, l. ſi vehenda, §. final. ff. ad l. Rodiam, de iact.* Bartol. *conſ. 236. vol. 1.* vbi quod non habet locum aliqua pœna, Aretin. *conſ. 142. ſub n. 2. verſic. venio ad primum*, Purpur. *conſ. 561. num. 2.* Pariſ. *conſ. 110. num. 1. & conſ. 109. num. 1. & 2. vol. 1.* & clarius Decian. *conſil. 8. num. 124. vol. 1.* Surd. *deciſ. 234. num. 14.* Gama. *deciſ. 32. num. 3.* Vincent. de Anna *allegat. 17. num. 8.* Gozad. *conſil. 27 nu. 11.* Curt. Iun. *conſil. 296. num. 35.* Gabr. *in tit. de pact. conuent. concluſ. 2. num. 1.*

36 Ad † contraria reſpondetur, quod Baldus loquitur, quando is qui promiſit non facere, facit per interpoſitam perſonā, non autem quando alter nomine proprio, & ex propria perſona, & iure facit, prout in caſu noſtro.

37 Ad ſecundum, quod † ne dum ipſe facere non debet, ſed curare ne alium faciat, reſpondetur, quod per hoc, ſi non curet, non tenetur ad aliquod intereſſe, vt per Anguſ. vbi ſupra, & in omnem caſum ſufficit quod inſteterit ne fieret per ſocium, quod ſi nolit obtemperare, excuſatur alter, quia vt dixi, non tenetur de facto alterius qui promiſit pro ſe tantum.

38 Tertia ſuccedit quæſtio, An † talis contractus ſit nullus, ex quo poſitum eſt in libera facultate Domini Mirandulæ, vnius ex contrahentibus, accipiendi tales monetas cudendas, donec ei placuerit, In qua poſſet quis forte prima facie reſpondere illum non valere, vel ſaltem, quod arbitrium debeat etiam eſſe reciprocum ex parte promiſſoris, dandi donec ſibi videbitur.

Primo, quia contractus non tenet, ſi pendeat à voluntate vnius ex contrahentibus eius ſubſtantia & validitas,
39 *l. in vendentis, C.* † *de contrahend. emption.* vbi dicitur, quod ſi in arbitrium alterius conferatur facultas contrahendi, vel non contrahendi, quod ipſo volente emere, alter non cogitur vendere, nec ſtare tali conventioni, Simon de Pret. *conſ. 19. num. 14.* Nat. *conſil. 213. numer. 4.* Alexand. *conſil. 23. numer. 7. volum. 7.* Surd.

deciſ.

deciſ. 254. *numer.* 1. *& deciſ.* 264. *numer.* 29.
40 Secundo, † (& hoc argumentum poteſt deſeruire
pro ratione primi) facit quod contractus vltro citro-
que obligatorij non debent claudicare, ita vt vnus ex
contrahentibus ſit obligatus alter vero ſolutus, ſed
vtriuſque debet eſſe æqualis conditio, Corn. *conſil.*
167. *num.* 19. *vol.* 2. Menoch. *conſ.* 92. *numer.* 41. Cioffi.
conſ. 75. *num.* 2. *& conſ.* 50. *numer.* 8. *vol.* 2. Surd. *deciſ.*
264. *num.* 30. Alciat. *conſil.* 77. *num.* 2. *lib.* 8. Nonius
41 *conſ.* 112. *num.* 8. vbi quod † ſemper ita debet fieri in-
terpretatio, vt ſit par conditio contrahentium, Bur-
ſat. *conſ.* 237. *num.* 6. Rimin. Iun. *conſ.* 199. *num.* 14. ſi
igitur licet Domino Mirandulæ ſtare vel diſcedere à
contractu, ergo etiam hoc non debet negari promiſ-
ſori.
42 Tertio, † vbi quid confertur in voluntatem vel be-
neplacitum alicuius, tunc talis actus dicitur conditio-
nalis, nec in eſſe deducitur, niſi pars in cuius volunta-
tem collatus eſt actus, declaret velle, Bartol. *in l. cen-
teſimis, §. final. colum. penult. ff. de verb. obligation.* Be-
ro. *conſ.* 204. *num.* 3. ſi ergo eſt conditionalis, & depen-
det ab vno, & velit actum purificare, & ſic valere facere,
ſequitur quod non valeat talis conuentio, tanquam re-
pugnans diſpoſitioni *d. l. in vendentis, C. de contra-*
43 *hend. empt.* prohibentis † validitatem contractus
conſiſtere in voluntate vnius.
44 Quarto, † reſolutio contractus collata in perſona
emptoris, limitatur ſpatio ſexaginta dierum, *l. quod ſi
nolit. §. ſi quis ita, ff. de ædilit. edict.*
45 Nihilominus † prædictis non obſtantibus, con-
cludo, talem conuentionem valere, nec licere promiſ-
ſori recedere à contractu vigore huius pacti, niſi Domi-
nus Mirandula declaret ſe nolle amplius accipere mo-
netas cudendas, pro quo eſt textus manifeſtus *in l. 4. ff.
locat.* vbi locatio facta donec locator velit, durat uſque
ad eius mortem, qui textus etſi loquatur in promiſſore,
nihilominus & multo fortius procedit in ſtipulatore, ar-
gumento tradit. à Doctoribus *in l. centeſimus, §. ſi ita
ſtipulatus*, vbi Iaſ. *num.* 7. *& ſub num.* 9. *in* Gloſ. 1. &
Zazi. *num.* 6. *ff. de verb. obligat.* quo loco habetur,
quandoque conditionem poſitam in arbitrium non va-
46 lere † in perſona promiſſoris, & tamen tenere in per-
ſona ſtipulatoris, & ſic ſi in caſu noſtro tale pactum
valet in promittente, multo magis debet valere in ſti-
pulante, & quod tale pactum donec voluerit, duret,
47 nec poſſit violari † ab altero contra voluntatem eius,
in cuius fauorem poſitum eſt, ſupponit Dec. *conſ.* 83 *n.*
6. *vol.* 2. Socin. Iun. *conſ.* 63. *num.* 11. *pariter volum.* 2.
Iaſ. & Zaz. *in d. l. centeſimus, loco ſupra citato*, Bertaz.
conſil. crimin. 22. *n.* 1.
48 Contraria † vero non obſtant, nam ad primum
reſpondetur, quod in caſu noſtro validitas, & perfectio
contractus non pendet à voluntate Domini Mirandu-
læ, ſed tantum reſolutio, ſeu non perſeueratio, & finis,
nam contractus duraturus ad beneplacitum alterius
contrahentibus, dicitur à principio purus, & perfectus,
non autem conditionalis, ſed tantum reſoluendus ſub
conditione, ita Bartolum contrarium ſentientem repro-
bantur communiter tradunt ſcribentes, *in d. l. centeſi-
mus, §. final.* vbi Alex. & Iaſ. *ff. de verb. obligat.* Deci.
conſ. 108. *col. final.* vbi de communi. Menoch *de arbitr.
lib.* 1. *queſt.* 69. *nu.* 6. *& in magna ſub eodem tit. n.* 16. vbi
de vera & magis communi.
49 Et ideo licet perfectio, ſeu inductio † contractus
non poſſit remitti arbitrio vnius, tamen bene poteſt
eius reſolutio ſeu terminatio, Gabr. *conſ.* 73. *per totum,
vol.* 1. quia hoc plus vel minus, quod durare debet vide-
50 tur quoddam accidentale, † quod non prohibetur
remitti arbitrio alterius ex contrahentibus, idem Gabr.
conſ. 168. *n.* 16. *vol.* 1. Nat. *conſ.* 2 3. *num.* 4.
51 Ad ſecundum reſpondetur, † quod contractus par-
tium conuentione claudicare poteſt, *l. ſicut, §. 1. cum l.
ſequenti, ff. locat.* Dec. *in cap.* 1. *& 3. de probat.* Menoch.
52 *conſ.* 697. *num.* 2. Contractus † enim ex conuentio-
ne legem accipiunt, *l. contractus*, vbi Cagnol. *num.* 72.
ff. de regul. iur. Surd. *deciſ.* 260. *num.* 13.
53 Sicuti etiam admittitur claudicatio, † quando lex
non reſiſtit, prout hic apparet non reſiſtere. *in d. l. 4. ff.
locat.* ita Surd. *deciſ.* 287. *numer.* 11. poſt Curt. Iun. *in l.
ſingularia, num.* 27. *ff. ſi cert. petat.*
54 Tertium remanet reſolutum † ex reſponſione ad
primum, quod ex collatione reſolutionis, per verba de-
notantia tempus ſucceſſiuum, vt donec, quamdiu, & ſi-
milia, in arbitrium alterius, non ſuſpenditur contra-
ctus, ſed dicitur purus, ſecus ſi per verba denotantia
conditionem, puta ſi noluerit, quo in caſu procedit
conſilium Bero. 204. *vol.* 3. & tradita per ſcribentes *in
d. l. centeſimus, §. final.*
Non obſtat quod reſolutio contractus collata in per-
ſona emptoris, durat tantum, & limitatur ſpatio ſexa-
55 ginta dierum, † procedit quando reſolutio confertur
in arbitrium, ſed non tempus, ſecus in caſu noſtro; ſi
vtrumque, ſcilicet, & ipſa reſolutio, & tempus denota-
tum per verbum ſucceſſiuè facultatis remittatur, & vo-
luntatem contrahentis, vt probatur *in d. l. quod ſi nolit,
§. ſi quis ita, ff. de ædilit. edic.*
Licet autem dixerim beneplacitum Domin. Miran-
dulæ poſſe durare vſque ad mortem, ſi aliter non decla-
ret, tamen ſi finiretur conductio officinæ argentariæ, ita
quod Riccus, & ſocius amplius non poſſent cudi facere
monetas in ea, tunc non obſtante dicta promiſſione
56 amplius non obligaretur Riccus, quia † talis promiſ-
ſio intelligitur facta rebus ſtantibus, prout ſtant, *l. quod
ſi ſeruus, ff. de condict. ob cauſ.* Ruin. *conſ.* 170. *num.* 13.
vol. 1. cum infinitis, & ſecundum naturam actus, *l. ſi ſti-
pulatus, in principio, ff. de vſur. l. ſi legati ſeruus nomine,
ff. de leg.* 1. Surd. *deciſ.* 243. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 323. *n.*
37. *& conſ.* 469. *n.* 16.
57 Facit † Crot. *conſ.* 96. *num.* 1. dum ſcribit quod
conductor ſublocans alteri rem conductam, cenſetur
ſublocare, quatenus locatio duret, ſic promiſſio iſta in-
telligenda erit, donec promiſſor habebit facultatem fa-
ciendi cudere monetas in dicto loco, non autem ea fi-
nita.
Quartam aggredior quæſtionem, An ex quo Domi-
nus Mirandula ceſſauit mentem in ſubminiſtrando pe-
58 cunias, Riccus † poſſit recedere à promiſſione? Vi-
deretur negatiue reſpondendũ, quia iſte contractus non
poteſt eſſe niſi emptionis, vel locationis, iuxta diſtin-
ctionẽ *l. 2. §. adeo ff. locat. & §. adeo, Inſtit. eod. & l. Sabi-
nus, ff. de contrah. empt.* & ſic contractus nominatus. In
contractibus autem nominatis poſtquam perfecti ſunt,
59 non † licet ab eis recedere, niſi de voluntate vtriuſque
contrahentis, *l. ab emptione*, vbi *DD. ff. de pact. l. 1. & 2.
C. quando ab emption. diſcedere liceat.* Purpur. *conſ.* 368.
n. 2. Surd. *conſ.* 52. *num.* 20.
60 Nec † eis eſt locus penitentiæ altero inuito, *l. ſi-
cut C. de action. & obligat. l. non eſt probabilis, C. de re-
ſcind. vendit. l. in commodato, §. ſicut, ff. commodat.*
Ceph. *conſ.* 407. *n.* 55. Surd. *conſ.* 38. *n.* 7.
61 Quamuis † is qui recuſat reſciſſionem, non imple-
uerit ex parte ſua, *l. final.* vbi Bartol. *nu.* 13. & ibi Caſtr.
num. 7. Iaſ. *colum. final. verſic. Regula iſta, ff. de con-
dict. cauſ. dat.* Curt. Iun. *conſ.* 347. *num.* 29. vbi de com-
mun. Rim. Sen. *conſ.* 212. *num.* 36. Gabr. *conſ.* 50. *num.*
3. *vol.* 2. Surd. *d. conſ.* 38. *ſub num.* 7. quo loci ex mul-
torum authoritate probat in contractibus nominatis,
62 non habere locum regulam Frangenti, † fidem fides
frangatur eidem.
63 Sed † tunc datur tantum actio parti ad implementũ,
ceſſante mora, *l. 2. C. quand. lic. ab emption. diſceder.
l. in ciuil. C. de rei vendic. l. 1. C. de action. empt. l. non id-
circo, C. de contrahend. emptio. l. non idcirco, in fine, C.
de reſcind. vendit.* Rimin. Sen. *conſ.* 213. *num.* 36. Surd.
d. conſ. 38. *ſub num.* 8.
64 Mora vero concurrente † agitur ad intereſſe, *l. 1.
ff. de actio. empt. l. ea conditione, C. de reſcind. venditio.*
Caſtr. *in d. l. final. ſub num.* 7. *verſic. ſi autem eſſet con-
tractus, ff. de condict. cauſa data.* Petr. Ant. Anguſ. *con-
ſil.* 34. *num.* 12. *lib.* 2.

Digitized by Google

65 Et † vtrumque caput, quod detur tantum actio, vel
ad implementum, vel ad intereſſe, nec ſit locus reſciſſio-
ni ob non adimplementum in contractibus nominatis,
probant Rum. *conſ.* 141. *num.* 2. *vol.* 1. & *conſ.* 128. *n.*
9. *vol.* 5. Gabr. *conſ.* 49. *num.* 1. & *conſ.* 50. *num.* 4. *vol.*
2. Becc. *conſ.* 45. *numer.* 1. Burſat. *conſil.* 191. *numer.* 6.
Cioffi. *conſ.* 83 *num.* 4. *vol.* 2. Afflict. *deciſ.* 280. vbi hoc
66 determinat, † etiam non obſtante quod præceſſerit
interpellatio, cum comminatione de recedendo à con-
tractu.

Contrarium iſtis non obſtantibus reſoluo, quod ſi
poſtquam defecit D. Mirandula, non fuit amplius ac-
ceptatum adimplementum à promiſsore (quia tunc
ſi denuo fuiſset admiſsus, ceſsarent infra dicenda) Dom.
Riccus non teneatur obſeruare contractum iſtum ex
parte ſua, ſed expectare quod conveniatur à Mirandula
agente, & contra eum excipere de non implemento, aſ-
ſerendo nolle amplius ſtare contractui, nec implere
67 ex parte ſua, quod licet † ob non adimplementum
partis aduerſæ, *l. Iulianus*, §. *offerri*, vbi ſcribentes, *ff.*
de action. empt. l. quæro, §. *inter locatorem*, *ff. locat. l.*
cum proponas, la 2. *C. de pact.* Ceph. *conſ* 66. *numer.* 26.
Grat. *conſil.* 52. *num.* 1. *vol.* 1. Nat. *conſ.* 677. *num.* 11.
Crauet. *conſ.* 204. *in fine*, Burſat. *conſ.* 144. *numer.* 30. &
conſ. 191. *num.* 2. & dicit Iaſ. *conſ.* 39. *num.* 8. & 9. *vol.* 1.
68 quod vbi quis in vno † capitulo tenetur facere aliquid
quod reſpicit fauorem ſecum contrahentis, & non fa-
cit, non poteſt ſe deinde iuuare ex capitulo proprium
fauorem reſpiciente.

69 Id † quod verum eſt, etiam ſi contractus eſſet iu-
ramento vallatus, Ruin. *conſ.* 187. *num.* 8. *vol.* 1. Pariſ.
conſ. 92. *num.* 53. & 54. *vol.* 4. Ceph. *conſ.* 586. *num.* 8.
Anchar. *q.* 51. *num.* 7. *part.* 3.

Cuius concluſionis manifeſtæ ſunt rationes, quia fru-
70 ſtra quis poſtulat, fidem ſibi obſeruari † ab eo cui fi-
dem à ſe præſtitam non obſeruauit, *cap. fruſtra, de regul.*
71 *iur. in* 6. & qui † non facit quod debet, non conſequi-
tur quod optat, Gl. *in l. ſi in emptione*, §. *ſi emptor, ff. de*
72 *action.* & qui differt † quod debet, non poteſt petere
quod ſibi promiſsum eſt, Bald. *in l. inciuile*, *C. de rei*
vindic. Becc. *conſil.* 37. *num.* 9. nec quis poteſt ſe iuua-
re ex eo quod impugnauit, *cap. ex eo, de reg. iur. in* 6.
73 Dicitur autem † impugnare contractum, qui illum
non obſeruat, Caſtrenſ. *in l. cum proponas, la* 2. *C. de pact.*
Nat. *conſ.* 226. *ſub num.* 2. Surd. *deciſ.* 187. *ſub num.* 7.
75 *verſic. in præſenti.* Imo † non implens ex parte ſua,
cenſetur renunciare beneficio contractus. Decian. *conſ.*
60. *num.* 44. *vol.* 2.

Et prędicta recuſatio obſeruationis, vt dicebam,
rectè procedit in excipiente, quia in iſtis contractibus
vltro citroque obligatorijs prius agens tenetur pro-
76 bare † ex latere ſuo adimpleuiſse omnia adimplen-
da, alias obtinere non poteſt, Ceph. *conſ.* 407. *num.* 18.
Crauet. *conſ.* 151. *num.* 10. Burſat. *conſ.* 72. *num.* 3. Me-
noch. *conſ.* 1. *num.* 369. Becc. *conſ.* 45. *num.* 6. & *conſ.*
58. *num.* 9. & 12. Rim. Iun. *conſ.* 232. *num.* 23. latè Ioſ.
Luodou. *in ſuis commun. concluſion. tit. de probationi-*
bus, illation. 94.

77 Et † multo magis procederet, ſi res non foret
integra quando denuo Dom. Mirandula offerret ſe ad-
implementum, puta ſi Riccus præveniret proteſtando
in iudicio, ſe nolle amplius ſtare promiſſioni, quia ex
aduerſo non fuit adimpletum in tempore, iuxta tradi-
ta à Crauet. *conſ.* 201. *num.* 27. & *conſ.* 246. *ſub num.* 5.
verſic. Tertio, & *conſ.* 248. *colum final. verſic.* & *poſito*
quod vellet, &c. Burſat. *conſ.* 144. *num.* 32. & *conſ.* 194.
ſub num. 3. & 196. *num.* 13. Surd. *conſ.* 157. *numer.* 30.
Decian. *conſ.* 60. *in fine*, *vol.* 2.

Nec in caſu iſto releuaret quod non pręceſſiſſet in-
78 terpellatio contra Mirandulam, † quæ neceſſaria
eſt quando quis eſt obligatus ad factum ad hoc vt im-
plere teneatur, Simon de Præt. *conſ.* 145. *num.* 2. Me-
noch. *conſ.* 127. *num.* 12. Rimin. Iun. *conſ.* 404. *nu.* 70.
79 quia hic aderat dies, quæ interpellabat ipſo iure pro
homine finito menſe Iulij, *l. magnam*, *C. de contra-*
hend. emption. cum ſimilibus. Quamuis etiam multi
80 negent neceſſariam eſſe aliquam interpellationem,
Ruin. *conſ.* 141. *ſub n.* 6. & 10. *vol.* 1. Crau. *conſ.* 192. *n.* 17.
81 Ad contraria reſpondetur primo, † quod ſi iſte
contractus, eſſet locationis, puta quod monetæ cuden-
82 dæ † conficerentur ex materia Mirandulæ, tunc ob-
iectum non procederet in contractum locationum, ſi-
cuti declarat Bero, *conſ.* 140. *num.* 36. & 37. *vol.* 1. &
83 ratio † differentię inter contractum locationis, & cæ-
teros contractus nominatos in hoc propoſito, pulchrè
colligitur apud Becci. *conſ.* 45. *num.* 35. & 36.

Secundo, vbi etiam eſset contractus emptionis,
eo quia dictæ monetę non conficerentur ex prædicta
materia tranſmiſsa à Mirandula, quod verius credo,
cum ipſe poſſit tranſmittere pecunias aureas, ex qui-
bus non poſsunt cudi monetæ conuentę, adhuc tamen
licet recedere à contractu ob non adimplementum
84 vnius, † quando id quod non fuit adimpletum, fuit
cauſa finalis contractus, *l. cum te fundum*, vbi omnes
ſcribentes, *C. de pact. inter empt.* & *vendit.* Socin. Sen.
conſ. 26. *per totum, maximè ante num.* 4. *vol.* 3. Crauet.
conſ. 246. *per tot. præcipuè num.* 2. & *conſ.* 299. *num.* 1.
Surd. *conſ.* 68. *num.* 21. Becc. *conſ.* 45. *num.* 26. Gabr.
conſ. 66. *num.* 40. & 41. *vol.* 2. cauſa autem finalis di-
85 citur illa † ſine qua quis contracturus non erat,
vel ſaltem non eo modo, Bal. *in l. damus, ff. de condict.*
indebit. Tiraquel. *in tract. ceſſant. cauſ. limit. prim. nu.*
27. & 39. Surd. *conſ* 164. *num.* 31. & *conſ.* 217. *num.* 1.
Becc. *d. conſ.* 45. *ſub numer.* 40. ſi autem fortè Riccus
non fuiſset contracturus cum Mirandula, niſi ſubmi-
niſtraſset pecunias tempore debito, ſicuti conuentum
fuit, quia potuiſset forte cum alio contrahere obſerua-
86 turo conuenta. Et contrahentes † non præſumun-
tur alias contracturi niſi cum pactis appoſitis, Burſat.
conſil. 194. *num.* 25. *in fine*, Surd. *conſil.* 217. *n.* 20.
87 Tertio, † & hoc eſt realis reſponſio, dico quod
non licet recedere in contractu nominato agendo, vt
ſibi reſtituatur, quod eius occaſione forte da-
tum eſſet, & ita procedunt contraria, ſed benè hoc li-
cet excipiendo contra aduerſarium agentē, de non ad-
implemento ex parte ſua, Anchar. *q.* 58. *num.* 2. *part.*
3. Becc. *conſ.* 45. *num.* 38. Marius Anguſ. *conſ.* 149. *nu.*
17. & *conſ.* 174. *n.* 5. & ſecundum hanc diſtinctionem
loquuntur omnes Doctores in contrarium citati, ſi be-
nè aduertatur.

88 Ad quintam & vltimam queſtionem, † reſpondeo
Mirandulam non poſse cogi ad declarandum, qua-
tenus velit perſeuerare in accipiendis pecunijs, quia
poſitum eſt in eius facultatem eas accipere ad libitum,
per dictam *l.* 4. *ff. locati.* Bene tamen poteſt cogi, ſi
nō incepit adhuc accipiens declarare, an amplius velit
eas accipere nec ne, quia quando contractus claudi-
89 cat, licet agere, † vt approbetur, vel reprobe-
* tur. *l. Iulianus*, §. *ſi quis colludente*, *ff. de action.*
empt. Surd. *conſil.* 9. *numer.* 19. & pariter eo decla-
rante velle perſeuerare in contractu poterit interpella-
ri ad ſubminiſtrandam indeficienter pecuniam pro cu-
dendis monetis conuentis, iuxta pactum initum † cum
90 comminatione recedendi à contractu, & contrahendi
cum alio, ad tradita per Doctores ſupra allegatos in
pręcedenti verſ. *Et multo magis procederet*, &c.

* Vide tamen in contrarium Odd. *de reſtit.* q. 20. *numer.* 13. tamen communis opinio eſt in contrarium, vt per eundem, *q.* 85. *artic.* 2.

A R G V M E N T V M.

De identitate perſonæ; ſit quando & quomodo probanda: Et de iuramenti ſpeciebus, an & quando competant, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Qui ſe fundat in perſonæ identitate, eam probare debet.*

Digitized by Google

2 Probatur identitas perſonæ per nomen, & duas alias demonſtrationes.

3 Probationes incertæ, & non concludentes non releuant.

4 Iuramentum in litem non datur contra hæredem, nec tertios poſſeſſores.

5 Iuramentum ſimplex non habet locum, niſi contra dolo negantem debitum, ſed conuictum ex probata eius ſubſtantia in genere.

6 Doloſa negatio non obtinet in hærede.

CONTROVERSIA DXCIII.

COnuenitur Domina Lucia de Arriuabenis, vti hæres Dom. Heliſabet de Arriuabenis, à Dominis fratribus de Caballis, ad reddendam rationem, & reſtituendum quędam aſſerta bona, quorum dicta Domina Heliſabet relictus fuerat vſusfructus à q. Domino Io. Baptiſta Caballo eius marito, & fratre agentium, cuius ipſi ſunt hæredes, quorum probata ſubſtantia in quæſtione, petunt ſibi deferri iuramentum quoad liquidationem quantitatis.

Quos puto non eſſe audiendos, Primo, quia non probarunt hanc Dominam Heliſabet de Arriuabenis, cuius eſt hæres Dom. Lucia, eſſe illam quæ fuit vxor eorum fratris, & vſufructuaria aſſertorum bonorum,
1 cum tamen identitas perſonæ ſit probanda ab illo, qui eam aſſerit, & in ea ſe fundat Dominus Menoch. *lib. 6. præſumpt. 36. num. 15.*

Quæ identitas non probatur per nomen & cognomen, ſiue quando nomen eſt valde commune, vt nomen Heliſabet, ſed opus eſt quod cum nomine concur-
2 rant duæ aliæ qualitates, † & demonſtrationes, puta Heliſabet, filia D. Stephani de Arriuabenis, Bartol. *in l. demonſtratio. numer. 14. ff. de condit. & demonſtrat.* Corne. *conſ. 146. num. 4. vol. 3.* Simon de Præt. *conſ. 167. num. 9.* D. Menoch. *conſ. 321. num. 17.* Riminal. Iun. *vidend. conſ. 363. num. 53. ſed præcipuè, num. 61. & 70.* Maſcard. *de probation. concluſ. 875. num. 2.* Pacian. *de probation. lib. 2. cap. 15. num. 50.*

3 Secundo, quia probationes † factæ ab eis ſuper iſtis bonis tunc incertæ, & non concludentes, ideo non releuant, *l. non hoc,* vbi Bal. *C. vnde legitimi.*

Neque poteſt eſſe locus alicui iuramento pro dictorum bonorum liquidatione, non quidem in litem, quia
4 non † datur contra hæredem, neque contra tertios poſſeſſores, Plot. *de in litem iurand. §. 29. numer. 26.* Monter. *deciſ. 11. per totum, maximè n. 7.* Borgnin. *de tutore, n. 61.* Pract. Papienſ. *in actione, qua agitur ad reddendam rationem tutelæ, in gl. debitam, ſub num. 5.*

Non etiam ſimplex iuramentum, quod præſtari ſolet pro liquidatione quantitatis, quando de ſubſtantia conſtat in genere, hic poteſt habere locum, quia &
5 iſtud quoq; non datur † niſi contra doloſum, qui negauit ſcienter debitum, & conuictus eſt, probando ſubſtantiam in genere, ſecus ſi ceſſat iſta negatio, & dolus, Crauet. *de antiquit. tempor. par. 1. in ſectione, vidimus, & abunde ſub num. 15. verſic. Secundo reſpondeo,* Ioſ. Ludouic. *in ſua concluſ. de lib. mercat. colum. 2. verſic. Secundo poſſet, &c.* Rota, *deciſ. 746. num. 5. part. 1.* Menoch. *conſ. 81. num. 20.* Cuch. *in tract. de mentient. circa poſſeſſionem, num. 108. cum ſeqq.* & alij plures, quos refert & ſequitur Vincent. Mancinus *in tract. de iurament. part. 4. effectu 109. num. 3.* iſte
6 autem dolus, † ſeu negatio doloſa, vtique conſiderari non poteſt in hærede; igitur ſecundum prædictorum intentionem, contra eum habere non poteſt locum liquidatio quantitatis mediante iuramento.

ARGVMENTVM.

De Legitima debita Patri in bonis filij, renunciatione generali vè aut ſpeciali. Exactius de refutatione feudi, ſiue reali, ſiue perſonali, ad effectum, vt illud ſit nouum vel antiquum. In qua feudi ſpecie, & quando locum habeat; Ac in qua parte ad refutantem reuertatur deficientibus renunciatarijs. Patientia, & ſcientia per anni curſum facit perdere ius prætenſum in feudo. Verba narratiua, an & quando probent inter contrahentes. Et de reſeruationis effectibus.

SVMMARIVM.

1 Legitima an debeatur in bonis filij emancipati. Negatur per aliquos, ſed Affirmatiua eſt verior.

2 An Legitima non agnita à Patre in bonis filij emancipati, tranſmittatur ad hæredes.

3 Renunciare legitimæ in bonis filij, an & quando poſſit pater.

4 Generalis renunciatio an includat Legitimam, remiſſiuè.

5 Affirmatur, præcipuè ſi interueniat clauſul. iuramenti, aut vniuerſalia, & ampliſſima verba, & num. 6.

7 Feuda, an & quando imputentur in Legitima, & quando ea ex illis impinguetur, remiſſiuè.

8 De clauſulis amplioribus remittendi ſucceſſionem, remiſſiuè, & num. 10.

9 Reſeruans ſibi iura feuda, & fideicommiſſi, cenſetur renunciare omnibus alijs in futurum competituris.

11 Renunciatio regulariter obeſt ipſis diſponentibus, non etiam futuris ſucceſſoribus.

12 Excipe cum ſucceſſores veniunt tanquam hæredes renunciantis, & n. 15.

13 In feudis mixtis hæreditarijs, nil prodeſt confectio inuentarij.

14 Fallit cum nil, aut parum eſt in hæreditate.

16 Qui poteſt adimere, & non adimit, cenſetur dare, & num. 17.

18 In feudo proueniente ex noua cauſa non comprehenſa in inueſtitura ſucceditur ex perſona propria, non antiqua, & quando dicatur noua cauſa, & num. 19. & 20.

21 Non comprehenſus in inueſtitura, non poteſt ius prætendere.

22 Cum in trãslatione feudi interuenit aſſenſus Domini, cenſetur illud in eius manibus refutatum, & de nouo ille alius inueſtiri.

23 Verba, Prout in præcedentibus inueſtituris, *poſita in noua conceſſione, reſpiciunt cętera pacta in ipſis exiſtentia, non vero nouam, vel renouatam conceſſionem.*

24 Feudum antiquum, & ſi fiat nouum per mutationem perſonæ, non tamen mutatur forma antiquarum.

25 Si in feudi diuiſione quilibet ſuſcipiat inueſtituram, de parte ſibi obuenta, ea feuda fiunt noua in perſona cuiuslibet ob nouum pactum & contractum.

26 Feudum poſſidens etiam antiquum, poteſt de conſuetudine Mantuæ, præiudicare inter viuos habentibus ius in ſpe.

27 Refutatio feudi facta ad fauorem etiam hæredum, v. g. cum clauſul. Ad habendum, &c. *facit vt iſto diſponente efficaciter, cæteri etſi comprehenſi excludantur.*

28 *Text.* in c. vnic. de eo qui fin. fec. agnat. in vſib. feud. *exponitur, & ponderatur, & n. 29. & 39.*

30 In feudo hæreditario mixto non datur refutatio, ſed habet locum vera ſolummodo alienatio.

31 In refutatione perſonali, pater præiudicat filijs, quibus non fuit renunciatum feudum, ſi illum ſit mixtum.

32 Qui vult ſuccedere in feudo debet eſſe hæres.

33 Hæres tenetur ſeruare factum defuncti; nec poteſt vendicare feudum ab illo refutatum.

K *34 Dubium*

34 *Dubium actum qui fecit, illum poteſt declinare.*
35 *Feudum ſit nouum ex refutatione reali, ſit nouum in perſona eius cui refutatur, & ex eo ſu cedunt ſolum comprahenſi in illa noua inneſtitura.*
36 *Feudi refutatio realis eſt, tam ſi fiat in manibus Domini; quam ſi fiat alicui abſolute abſente Domino, & poſtea in eius executione inueſtiatur.*
37 *Feudi refutatio perſonalis, eſt cum ea fuit facta reſpectu certarum perſonarum.*
38 *Feudum reuertitur ad renunciantem, ſi refutatio ſit facta perſonaliter, & obierint illi quorum fauore illud refutatum fuerit.*
40 *Refutans ſubintrat in totum feudum, cum deceſſerunt illi quorum fauore renunciauit. Et probatur numer. 41.*
42 *In mentione feudi, hæredes intelliguntur deſcendentes.*
43 *Affertur deciſio* Afflicti *decidentis hanc totalem ſucceſſionem eius qui iam renunciauit perſonaliter, & numer. 44.*
44 *Patiens ſcienter per annum alium inueſtiri in feudo prætenſo, perdit in illo ius ſuum. Et ſi ſcientia eſſet non certa ſed præſumpta, num 45.*
46 *Feudum in dubio præſumitur nouum, vel antiquum prout magis expedit poſſidenti.*
47 *Reus habens fundatam intentionem ſuam, eſt abſoluendus niſi ex aduerſo contrarium probetur.*
48 *Verba narratiua regulariter probant inter contrahentes.*
49 *Non tamē cum principaliter diſputatur de veritate talis narratiuæ, & num. 50.*
51 *Maxime ſi illud ſuper quo diſputatur, habet aliquam præſumptionem contra ſe.*
52 *Reſeruatio non operatur vbi non inuenit aliquid reſeruabile.*
53 *Reſeruatio nil iuris tribuit, ſed conſeruat illud, ſi quod eſt.*
54 *Probatio dubia debet interpretari contra producentem.*

CONTROVERSIA DXCIV.

TRes ſunt prætenſiones quorum vigore Domini Flaminius, & Petrus Antonius à Lanzonis pulſant in iudicio Dominos Ioannem, Ludouicum, & Marcum Antonium eorum nepotes ex fratre.

Prima ex ratione legitimæ debitæ q. Domino Ludouico actorum patri in bonis q. Domini Ioannis eius filij emancipati, cuius Dom. Ludouic ipſi fuerunt hæredes vniuerſales.

Secunda eſt pro rata portione bonorum feudalium antiquorum, quæ obuenerunt in diuiſione q. Dom. Ioanni, & Hippolyto eorum fratribus, ſine deſcendentibus defunctis, quibus ſuccedere debebant, vna cum Domino Annibali eorum patre, & fratre itidem defunctorum, & tamen dicta feuda ab eis poſſeſſa integraliter deuenerunt ad dictum Annibalem ſolum.

Tertia verſatur circa capitale ducatorum mille, vigore fideicommiſſi peruentum ad dictum Dominum Ludouicum agentium patrem tanquam proximiorem de agnatione, & ab eo ſibi reſeruatum in ſua libera diſpoſitione in conuentione inita cum Domino Annibale ſub die 11. Iulij 1581. *in proceſſu, fol.* 41. quod capitale, vna cum lucilis prætendunt ad ſe integraliter ſpectaſſe vti hæredes eiuſdem Domini Ludouici, & nihilominus pro tribus partibus ex quinque, peruenit ad Dominos reos conuentos.

In vnaquaque tamen earum mihi videtur actores malam cauſam fouere.

1 Nam † quo ad primam de legitima, circumſcripta illa diſputatione, an legitima debeatur patri in bonis filij emancipati maximè quando decedit teſtatus, in qua negatiuam tentauit, Surd. *in conſ.* 341. *num.* 11. *& ante n.* 27. ſed affirmatiuam longè, latèque ex profeſſo defendit idem Surd. *in conſ.* 292. ſecundum quam refert iudicatum à Senatu Montisferrati *in dicto conſ.* 341. *num.* 27.

2 Omiſſo etiam, † an legitima non agnita à patre in bonis filij emancipati tranſmittatur ad hæredes, cuius ius negatiuum tuetur Surd *eodem conſ.* 341. nam bonam fidem agnoſcendo profectò mihi agnita videtur, ex quo illi renunciauit pater pretio ſcutorum 100. à ſolidis centum & octo pro quolibet, vt in inſtrumento *ſub die* 23. *Decembris* 1579 *in proceſſu, fol.* 95. & in alio inſtrumento in eo relato *ſub die* 14. *Ianuar.* 1578. in quo etiam id clarius exprimitur, ſed non fuit productum, ne inutiliter grauentur iudices ſuperfluis ſcripturis.

His inquam omiſſis diſputationibus, dico vanam eſſe hanc prætenſionem, ex quo geminatis vicibus prædictu, Dominus Ludouicus, titulo oneroſo renunciauit dictam legitimam, ſeu ius ſibi ad eam competens Domino Annibali ſuo filio, & Dominorum reorum patri, vt in inſtrumentis modo relatis, cui quidem † legitimæ
3 renunciare poſſe, & penitus renunciantes, & eius hæredes excludi, ſi renunciatio fiat poſt mortem eius in cuius bonis prætenditur (quidquid ſit quando fit eo viuente) eſt textus, *in l. ſi quando, §. illud, in fine, C. de inoffic. teſtam.* Marc. Anth. Cuch. *in tractat. de legitima, in tit. legitima nullum grauamen admittit, num.* 60. *fol.* 125.

4 Neque hic opus eſt † ingredi quæſtionem, an generalis renunciatio includat legitimam, de qua latè per Gabriel. *titulo de legitima, concluſ.* 8. ex quo ſpecificè illa renunciata fuit, quamuis vbi etiam fuiſſet generalis, ſatis in caſu noſtro diceretur comprehenſa, tum
5 propter † clauſulam iuramenti, Gabr. *d. concluſ.* 8. *n.* 8. Mancin. de communi. *in tractat. de iuramento, parte* 4. *effect.* 168. *fol.* 385. Tum propter vniuerſalem &
6 ampliſſimam † renunciationem factam, omni & quocunque iure, cogitato & incogitato, cum verbis vniuerſalibus geminatis, idem Gabr. *d. concluſ.* 8. *num.* 10. *cum ſeqq.* Et eo fortius etiam, quia Dom. Ludouic. approbauit, & emologauit, vt in dicto inſtrumento teſtamentum d. Dom. Ioannis.

Et cum hoc fundamentum ſit irrefragabile, non inquiram an aliqua deberetur legitima, cum omnia bona relicta in hæreditate dicti Domini Ioannis, præſupponantur fuiſſe feudalia, præſertim etiam, quia hęc eſſet indagatio perſcrutanda in executione ſententiæ, & in liquidatione aſſertæ legitimæ, quo caſu conſulendus
7 eſſet † Surd. *conſ.* 427. qui omnium melius per viam magiſtralis Doctores diſputauit, an & quando feuda computentur in legitima, & quando ex eis ipſa impinguetur, ſeu detrahi queat.

Tranſeo igitur ad ſecundam prætenſionem circa feuda, & quo ad eam pariter arbitror Dominos reos fore abſoluendos.

Primo, quia ex clauſulis ampliſſimis, quæ ſine contradictione non compatiuntur cum hac prætenſa ſucceſſione, cenſetur inuicem remiſſum fuiſſe ius ſuccedendi,
8 quarum multa † ex his quæ conſiderantur à Doctoribus, concurrunt in caſu iſto, quæ ne longior ſim in eis exarandis, poſſunt colligi ex Menoch. *lib. 3 præſump.* 115. Peregr. *de fideicommiſſ. articul.* 52. Intrigliol. *de ſubſtit. quæſt.* 92. *centur.* 3. Honded. *conſ.* 33. *vol.* 1. & vltra illas vulgares, & regulares perpenſas à ſcribentibus, hic conſiderari poteſt clauſula illa poſita *in* 5. *capitulo tranſactionis, fol.* 24. videlicet, *No di piu eſſi figlioli, ſi del primo come del ſecondo matrimonio habino in modo alcuno da communicar coſa alcuna ſi delli incommodi come delli commodi.* Et *in* 6. *capitulo,* ibi, *Le tre parti ſiano libere;* Et *in* 16. *capitulo,* ibi, *Et per alcun modo direttamente, & indirettamente per ſe, o per altri non contrauenire, &c.* & in corpore inſtrumenti dum reſeruarunt hypotecam in his bonis feudalibus, & dum reſeruarunt
9 iura † fideicommiſſorum videntur renunciaſſe alijs iuribus, quæ ipſis, in futurum competere potuiſſent, vt per Menoch. *d. præſumpt.* 115. *num.* 74. Intrigliol. *d. centur.* 3. *de ſubſtitution. quæſt.* 92. *num.* 60. Et quia talis conuentio, vtique non debet ad imparia iudicari, ſed paribus reciprocis pactis regulari, vt eſt de iure, & præmittu-

Digitized by Google

mittitur in principio 16. capituli dictæ conuentionis,
vnde ſicuti filij primi matrimonij renunciauerunt iuri-
bus præſentibus & futuris, vt *fol. 14. fac. 1.* ita videtur,
& ex aduerſo docendum eſſe, ſicuti vere renunciaſſe vi-
dentur, *fol. 16. fac. 1.* ibi, *per ſe, & hæredes ſuos fecit fi-
nem, &c. pactumque perpetuum, pro omni eo, & toto quod
conſequi, & habere poterat, & potuiſſet quacunq; ratione, &
cauſa etiam incognita, & quomodocunque, &c.* Quæ qui-
dem clauſulæ, cum multis alijs, quas colligere poſſem,
& memini, me alias cumulaſſe, ſicuti inducunt remiſ-
10 ſionem † fideicommiſſi, vt per prædictos, ita
& ſucceſsionem in ſeudis, & bonis emphyteoticis, vt
per Menoch. *d. præſumpt. 115.* qui promiſcuè loquitur,
tam de feudis, quam de fideicommiſſis, Honded. *conſ.
33. num. 23. vol. 1.* Surd. *conſ. 308. n. 28.*
11 Et † licet iſtę renunciationes ſoleant obeſſe tan-
tum ipſis diſponentibus, non autem futuris ſucceſſori-
bus, Menoch. *ſæpedicta præſumpt. 115. numer. 59. lib. 3.*
Peregr. *de fideicommiſſ. articul. 52. num. 73.* Iorigliol.
d. centur. 3. q. 92. nu. 48. tamen cum actores non po-
tuerint conſequi feuda relicta à Domino Ludouico eo-
rum patre, qui promiſit pro ſuis hæredibus, niſi vti hæ-
redes, cum ſint mixta, non poſſunt contrauenire facto
prioris, nec recuperare dicta feuda, penes quemcunque
12 exiſtant habentem cauſam † mediate vel immediatè
à refutante, Affl. *in cap. vnic. de eo qui finem fecit ag-
nat. prope finem.* Alex. *conſ. 13. numer. 11. vol. 5.* Ruin.
conſ. 1. num. 12. vol. 1. Iaſ. *conſ. 56. num. 29. vol. 3.* Be-
ret. *conſ. 78. ante num. 14.* Celſ. Hugo. *conſ. 113. ſub n.
5. verſic. Quo poſito,* Ceph. *conſ. 468. num. 41. & 42.* Va-
laſc. *de iur. emphyteutic. quæſt. 49. verſicul. primus ca-
ſus, &c.*
13 Neque in † huiuſmodi feudis mixtis hæreditarijs
prodeſt confectio inuentarij, Affl. *deciſ. 112. ſub nu.
3.* Roland. *conſ. 2. num. 41. vol. 1.* & latè *conſ. 44. num.
8. & 9. vol. 3.* Roſental. *in Synopſi feudali, capit. 9. con-
cluſ. 72. gloſ. 1.* vbi infinitos cumulat.
14 Quod † & ſi non tranſeat ſine difficultate, quando
parum, vel nihil eſt in hæreditate, vt per Schradet. *de
feud. part. 8. cap. 8. ſub num. 29.* Roſental. *loco proxime
citato, nu. 7. & 8.* tamen vltra quod non conſtat de hoc
in caſu noſtro, ſatis eſt quod adſint multa feuda, quę
cum non potuerint conſequi, niſi vt hæredes defuncti,
15 vtique † eius beneficio illa habere dicuntur, & ſatis
locupletem conſecutos fuiſſe hæreditatem; Et quam-
uis ſufficiat, ſi quis ſit hæres primi inueſtiti, Surd. *conſ.
427. num. 23.* Roſental. *cap. 2. concluſ. 15. ſub numer. 3.*
tamen in caſu iſto actores non repudiarunt hæredita-
tem patris, & ſic maluerunt habere feuda ab eis poſſeſ-
ſa, vti hæredes patris, quam antiquorum inueſtito-
rum.
Quinimo poſſet attentari in tota patria ſemper eũ
qui ſuccedit in feudo etiam antiquo, & etiam ex pa-
cto & prouidentia teneri ſeruare factum defuncti, quia
cum per conſuetudinem poſſint alienari inter viuos
feuda in præiuditium inueſtitorum, eorum poſſeſſores,
nõ alienando ea, cenſeãtur dare illa ſucceſſoribus, & ipſi
videntur conſequi dicta feuda beneficio immediatè de-
16 cedentis, quia qui † poteſt adimere & non adimit, di-
citur dare, vt latè per Surd. *deciſ. 272. ſub num. 9. & 10.*
Pereg. *de fideicommiſſ. articul. 14. num. 32.* & in termi-
nis ſaltem in feudo mixto, dicit Surd. *deciſ. 235. ſub nu.
1. circa fin. verſic. & quamuis feudum,* quod ex quo fi-
lius non poteſt habere hoc feudum, niſi ſit hæres, quod
17 poteſt, † non faciendo alium hæredem, & non exclu-
dendo filium, videtur dare; & optimè, idem Surd.
*conſ. 427. ſub num. 19. & ſub num. 11. verſicul. Ideo ſi
pater inteſtatus.*
18 Secundo moueor, † quia iſta feuda fuerunt renun-
ciata, & deuenerant ad Dominos Annibalem, Ioan-
nem, & Hippolytum, non iure inueſtituræ, ſed ex no-
ua cauſa, ſcilicet, ex tranſactione, ita enim ſemper in
dicto inſtrumento nominatur tranſactio, & etiam in
præmium emancipationis, *fol. 11.* ibi, *In præmium
autem emancipationis, nec non in executione tranſactionis,
& conuentionis prædicta, &c.* vbi autem ex noua cauſa
19 peruenit etiam ad comprehenſum † in inueſtitura,
tunc feudum fit nouum in eius perſona, & in eo ſucce-
ditur non amplius ex antiqua inueſtitura, ſed ex noua,
in qua non erant compræhenſi actores, Bal. *in cap. 1. n.
19. in fine, an agnat. vel filij in vſibus feudorum,* Affl.
deciſ. 112. ſub num. 5. vbi dicit, habere ex noua cauſa,
ſi in inueſtitura exprimatur, qua de cauſa deuenerunt
ad inueſtitum, propter quam inueſtituram ſuſcepit, ſi-
cuti præciſe narratum eſt in inueſtituris ſuſceptis poſt
dictam tranſactionem, & in eius executione à Domino
Annibale, & Ioanne, cuius fides præſentata eſt ab
aduerſarijs, *fol. 124. fac. 2.* & in inueſtitura Domini
Hippolyt. in proceſſu, *fol. 137. fac. 2.* in quibus di-
ctum fuit quod inueſtiebantur propter dictã cauſam. Im-
mò in dicta tranſactione expreſsè conuenerunt, quod
quilibet deberet accipere inueſtitutam de parte ſua ob
dictam cauſam, *fol. 11. fac. 1.* ibi, *Hoc tamen etiam pa-
cto, quod dicti Domini fratres quamprimum accipere de-
20 beant inueſtituram.* Et quod huiuſmodi † feuda fiant
noua etiam in perſonis comprehenſis, late multos alle-
gans, probat Becc. *conſ. 56. num. 20.* Surd. *conſ. 308. n.
20. & 21. & conſ. 538. num. 9. cum ſeqq. & conſ. 517. an-
te num. 16.* dixi *in cauſa Caſtri Hoſtiani, n. 345.*
Et quod prædicta ſunt vera in caſu iſto, colligitur ex
tenore inueſtiturarum ſuſceptarum, de quibus paulo
ante feci mentionem, nam in ea ſuſcepta à Domino
Annibale, & Ioanne expreſsè fuerunt inueſtiti authori-
tate nouæ conceſſionis, quę non poteſt aliquo pacto
redargui, cum fuerit producta ab actoribus, igitur ſequi-
tur, quod in eorum parte nullum prætendere poſſint
jus, cum non ſint de comprehenſis, vt per Bal. *in d. cap.
1. num. 19. in fine, an agnat. vel filij.*
21 Idem † dico de inueſtitura ſuſcepta à Dom. Hip-
polyto, nam licet in ea non exprimatur, quod fuerit
conceſſa authoritate nouæ conceſſionis, tamẽ nec fuit
dictum quod concederetur ex vi renouatæ inueſtitutæ,
quod tamen ſemper fuit aſſertum in alijs, vt videre eſt
in proceſſu, & multas alias extra proceſſum ſimiles vi-
di; igitur credendum eſt, quod fuerit intentionis inue-
ſtientis, & ſuſcipientis, quod eſſet noua inueſtitura,
quia fiebat propter nouam cauſam, & quia de vrbani-
tate fuit admiſſus, licet lapſus eſſet annus à die tranſa-
ctionis, vt ibi dicitur.
22 Accedat † quod tranſactio fuit facta ab habita li-
centia, quę licentia ex poſt, mediante inueſtitura con-
ceſſa ex dicta cauſa, videtur tacite ſubſecuta; quoties
autem in translatione feudi interuenit conſenſus Do-
mini, tunc cenſetur in eius manibus refutatum, & de eo
poſtea tanquam de nouo inueſtitus is in quem transla-
tum fuit, vt declarat ex mente Iferniæ, & Baldi, Afflict.
*in cap. vnico, ſub num. 3. verſic. & idem puto, &c. de eo
qui finem fecit agnat.*
Idem reſultat ex deductis in primo fundamento, vbi
dixi, ex multis clauſulis in inſtrumento dictę tranſactio-
nis, cenſeri totaliter alienata feuda prædicta & renun-
ciatum ſucceſſioni futuræ.
Nec obſtat quod in inueſtituris modo relatis dictum
23 fuit, quod † conceſſio fiebat prout in pręcedentibus
inueſtituris, quia illa verba reſpiciunt cætera pacta, non
autem nouam, vel renouatam conceſſionem, Roſental.
24 *de feud. cap. 2. concluſ. 22. n. 2.* quia licet † feudum
antiquum fiat nouum per mutationem perſonæ, tamen
non mutatur forma antiquatum inueſtiturarum, Celſus
Hugo. *conſ. 26. num. 52. verſic. Et ſi dicatur.*
25 Tertio, † ſi in diuiſione feudi quilibet ſuſcipiat in-
veſtituram de parte ſibi obuenta, prout factum fuit in
caſu noſtro, tunc talia feuda fiunt noua in perſona cu-
iuslibet, propter novum contractum, & pactum, Bo-
lognin. *in conſ. 1. colum. 5. ſub num. 1. verſic. Vel aliter
dico, &c.* Burſat. *conſ. 295. numer. 20. Tom. 1.* Syntag.
commun. opin. *fol. 588. n. 38.*
26 Quartò, † non eſt dubium quod de notoria no-
ſtræ patriæ conſuetudine, is qui poſſidet feudum, etiam
antiquum poteſt inter viuos præiudicare alijs inueſti-

tis habentibus tantum ius in ſpe; Modo dato quod
etiam iſta non fuiſſet ſimplex, & vera alienatio facta à
Domino Ludouico, ſed refutatio, tamen fuit refutatio
non ſolum ad commodum filiorum, quibus refutauit,
ſed etiam eorum hęredum, & eorum in quos diſpoſuiſ-
27 ſent, quia facta fuit cum clauſula, † *ad habendum, &c.*
quo caſu, ſi is cui fuit refutatum, diſponat vel relinquat
hæredes capaces, tunc cæteris alias compræhenſis non
acquiritur feudum, vt eſt text. *in cap. vnic. de eo qui fi-*
28 *nem facit agnat.* vbi quidam † ex tribus agnatis refu-
tauit feudum paternum vni ex illis pro ſuis hæredibus,
& cum facultate dandi cui placuerit, provt in caſu no-
ſtro; Is cui fuit refutatum deceſſit ſine hærede capa-
ce, & ſine aliqua diſpoſitione facta de feudo, diſpu-
tatur an pertineat eius pars ad fratrem ſolum, qui non
refutauit, an reuertatur ad eum qui non refutauit, & de-
ciditur refutationem non obſtare, niſi fuerit realis, ibi
autem interpretes, & præcipuè Bald. *ſub num.* 2. Al-
uarotus *in explicatione caſus*, & Præpoſitus *in principio*,
dicũt, fuiſſe locum dictæ dubitationi, quia frater qui de-
ceſſerat, non reliquerat hæredem capacem, nec de feu-
29 do diſpoſuerat; † nam ſi de eo diſpoſuiſſet, firmant,
quod alij fratres non potuiſſent ſuccedere, nec habere
aliquam prætenſionem, id quod docuit etiam Aretin.
in conſil. 3. *ſub num.* 1. *verſic. ſed cum in caſu noſtro*,
Celſus Hugo. *conſ.* 37. *num.* 14. *&* 15. Surd. *conſ.* 446.
ſub numer. 18. Rolental. *cap.* 2. *concluſ.* 20. *ſub gloſſ.* 4.
Honded. *conſil* 36. *ſub num.* 31. *vol.* 1. Cum igitur Do-
minus Io. teſtatus fuerit, & reliquerit hæredem Domi-
num Annibalem, concludendum eſt, iſtos actores om-
nino excluſos eſſe ab eius parte, nam ſi feudum reman-
ſit antiquum, inſtitutus erat capax. ſi factum erat no-
vum, poſſunt dicere rei, quo ad vos liberas ædes habe-
mus, quia non eſtis de comprehenſis, & nos legitimè
ſucceſſimus, quia Dominus Annibal, & Dominus Io-
annes fuerunt ſimul inueſtiti cum verbis diſtributiuis,
pro ſe, & eorum, & vtriuſque eorum hæredibus ex eis,
& vnoquoque eorum deſcendentibus, vt in fide produ-
cta ab aduerſarijs, *fol.* 124. *fac.* 2.

30 Quinto, † poſſet ſuſtineri cum Goffredo *in para-
phraſi feudali, pagin.* 34. *verſic. & eadem ratione, &c.*
quod in feudo hæreditario mixto non detur refutatio,
ſed ſemper ſit vera alienatio, quia in eo non ſuccedunt,
niſi hæredes, & viuentis nulla eſt hæreditas, & ob id
inquit, in tali feudi refutatione, ſemper requiri licen-
tiam. Si eſt vera alienatio, ergo fit nouum feudum, &
præiudicatur totaliter alijs comprehenſis.

31 Sexto, † vbi hæc refutatio fuiſſet perſonalis, cum
hæc feuda ſint mixta, refutatio patris præiudicaſſet cæ-
teris filijs, quibus non fuit renunciatum, Afflictus *in
cap. vnic. prope finem, de eo qui finem fecit agnato*, vbi in-
quit, quod in tali feudo non habetur in conſideratione,
an refutatio ſit realis, vel perſonalis, quia aut is qui
vult recuperare feudum, non eſt hæres refutantis, &
32 non admittitur, cum oporteat † eum qui vult ſucce-
dere eſſe hæredem, *cap. vnic.* an agnatus, vel filius, cum
alijs iuribus, apud eundem Afflict. *deciſ.* 112. *numer.* 3.
Bec. *conſ.* 88. *n* 8.

33 Aut † ipſemet eſt hæres refutantis, & tunc tenetur
ſeruare eius factum, nec poteſt vendicare feudum, pe-
nes quemcunque reperiatur, vt per Afflict. *in dicto cap.
circa finem*, & hac argumentatione vtuntur omnes illi
quos ſuperius allegaui, *in verſic. Et licet iſta renuncia-
tiones*, vbi etiam reſpondi ad obiectum de confectione
inuentarij, & ad illud, quod ſufficiat eſſe hæredem pri-
mi inueſtiti.

34 Septimo, † quod fuerit realis clare dicitur in inſtru-
mento donationis factæ a Domino Ludouico, & Do-
mino Hippolyto, *fol.* 36 *fac.* 2. vbi declarat talem refu-
tationem fuiſſe realem, declarationem autem fieri poſ-
ſe ab eo, qui fecit actum dubium, clari iuris eſt, Me-
noch. *conſil.* 296. *num.* 39. cum alijs multis.

35 Octauo, † & ad hoc aduertatur, aut iſta refutatio
fuit realis aut perſonalis, ſi fuit realis, tunc feudum fit
nouum in perſona eius cui refutatur, & ob id ſuccedunt
tantum comprehenſi in illa noua inueſtitura, *cap. vnico*,
& ibi ſcribentes, *de eo qui finem fecit agnato*, Goffred. *in
paraphraſi feudali, pag.* 48. *col.* 2. *verſic. Et ſecundum
Andream*, Iaſ. *conſil.* 64. *num.* 1. *vol.* 3. Mar. Anguſol.
conſil. 166. *num.* 20. Gabr. *conſ.* 89. *num.* 8. *vol.* 1. Cor-
bul. *de priuatione ob renunciatiationem, ſub nu.* 3. Hon-
ded. *conſil.* 36. *numer.* 21. *volum.* 1. Surd. *conſil.* 446. *nu-
mer.* 17. *in fine*, Roſental. *cap.* 2. *concluſ.* 20. *ſub numer.*
5. *&* 6.

36 Et † licet prædicti dicant refutationem realem eſ-
ſe, quando fit in manibus Domini, vt alter tanquam de
feudo nouo inueſtiatur, tamen idem eſt etiam, ſi fiat ali-
cui abſolutè abſente Domino, & poſtea in eius execu-
tione inueſtiatur, Afflict. *in cap. vnico, in tertio notabili,
num.* 36. *alias eſt, numer.* 17. *de vaſſal. decrepitæ ætatis*,
Roſental. *d. cap.* 2. *concluſ.* 20. *num.* 4.

37 Aut † fuit perſonalis (perſonalem autem appel-
lant quando fuit facta tantum reſpectu certarum perſo-
narum, vt hic, provt declarat poſt alios Goffredus *in d.
paraphraſi feudali, pag.* 48. *col.* 2. *verſic. Et ſecundum
Andream*, Roſental. *cap.* 2. *concluſ.* 20. *& cap.* 9. *concl.*
38 50. & alij quos proximè ſuperius citaui) & tunc † de-
ficientibus illis, quorum fauore fuit facta refutatio, feu-
dum reuertitur ad renunciantem, *cap. vnico, de eo qui
fecit finem agnat.* Aretin. *conſil.* 3. *ſub numer.* 1. Celſus
Hugo *conſil.* 37. *num.* 14. *&* 15. Surd. *conſil.* 456. *numer.*
18. Gabr. *conſil.* 89. *num.* 9. *vol.* 1. Roſental. *d. cap.* 2.
concluſ. 20. *ſub. num.* 6. Franc. *deciſ.* 3. & infiniti allega-
ri poſſent; ſi igitur feudum refutatum Domino Hippo-
lyto (de eo enim refutato Dom. Ioanni non eſt agen-
dum, quia ipſe diſpoſuit) eo defuncto reuerſum fuit ad
Dominum Ludouicum patrem, qui per veram aliena-
tionem poſtmodum omnia iura ſibi competentia in
hæreditate dicti Domini Hippolyti renunciauit Dom.
Annibali, vt ex inſtrumento *in proceſſu, fol.* 40. & qui,
vt ſæpe ſuperius dictum eſt, potuit vigore conſuetudi-
nis præiudicare comprehenſis, ſequitur quod nunc hæ-
redes eiuſdem Dom. Annibalis, in quem fuit facta alie-
natio, nequeant moleſtari.

39 Nono, † videtur expreſſa deciſio *in dicto cap. vni-
co, de eo, qui finem fecit agnato*, vbi ex tribus agnatis in-
ueſtitis, vnus qui poſſidebat feudum paternum, & ſic
in quo erant compræhenſi alij, refutauit illud ſecundo
fratri, pro eo, & ſuis hæredibus, & cui dediſſet; deceſſit
deinde is cui fuerat renunciatum ſine deſcendentibus,
& abſque eo quod diſpoſuiſſet de dicto feudo, quæra-
batur ad quem ſpectaret, & videbatur, vel totum ſpe-
ctare ad tertium fratrem, ex quo primus iam renuncia-
uerat iuri ſuo, vel ſaltem partẽ, quia fratri ſuccedit vterq;
frater, tamen reſoluitur ibi refutationem non obſtare
refutanti, ad idem eſt textus *in tit. ſi de feudo fuerit con-
trouerſia, &c. §. finali*, & licet nec illi textus, nec ſcri-
bentes ibi clarè exprimant, an feudum reuertatur in to-
tum, vel quoad dimidiam tantum, ad eum qui refuta-
40 uerat; tamen ego † intelligo eum ſuccedere in totum.
omnino excluſo altero fratre, vt non obſcurè videtur
ſentire Iſernia *in dicto cap. vnico, de eo qui fecit finem a-*
41 *gnat.* Et moueor † etiam, quia interpretes intelli-
gunt pactum refutationis factæ pro eo cui refutatur, &
eius hęredibus, pro deſcendentibus, quia in mentione
42 feudi † hæredes intelliguntur deſcendentes, ita decla-
rant Iſernia & Aluarot. *in dicto cap. vnico*, & Iacob. de
Beluiſ. Martin. Laudenſ. & Petr. de Rauen. *in dicto, §.
finali, ſi de feudo fuerit controverſ.* ſi igitur refutatio fa-
cta pro eo cui refutatur, & eius hæredibus, intelligitur
de decedentibus, & ſic pactum dicitur tantum fa-
ctum ad fauorem eorum, ſequitur quod decedente eo
ſine deſcendentibus, feudum totaliter reuertatur ad re-
nunciantem, quamuis extet capax collateralis, qui
alias ab inteſtato ſuccederet, & ſic cum hac intelli-
gentia eſt caſus expreſſus in dictis iuribus, quia & ibi,
feudum erat paternum, & fratres defuncti erant capa-
ces, & ſuccedebant ab inteſtato ei, & nihilominus ad-
mittitur ſolum is qui refutauit, qui in caſu noſtro potuit
deinde ad libitum alienare in alium filium.

43 Et

43 Et † in terminis eſt deciſio Afflict. *in capite unico, ſub num. 4. de vaſſalo decrepitæ ætatis,* quærit ibi, ſi pater habet feudum, & renunciet, faciatque de eo inueſtiri filios, quorum poſtea vnus decedat ſine liberis, an ei ſuccedat alter frater, vel pater, vel Dominus; & diſtinguitur, quod ſi feudum erat nouum in perſona patris refutantis, ſuccedit Dominus, quamuis in hoc etiam ſuccedere patrem referat iudicatum Myſinger. *centur. 3. obſervat.* 93. Roſental. *cap. 7. concluſ. 14. num. 8.* ſi erat antiquum, dicitur quod remanet antiquum in perſona filiorum, & quod vnus poſſet ſuccedere alteri. Sed iterũ quęritur, an frater ſuccederet vnà cum patre, an vero quis ſuccederet; Et reſoluitur, quod ſi refutatio eſt perſonalis reſpectu filiorum, reuertitur feudum ad patrem, & ſic videtur determinare Afflictus, dum dicit quod reuertitur, reuerti in totum, & ita patrem ſolum ſuccedere; ſed vbi intelligeret etiam quod ſuccederet pro dimidia filius, tunc illud procedit in caſu ſuo, quia refutatio erat facta duobus filijs ſimul, & erat contemplata perſona vtriuſq;, ideo poſſet dici, quod alter etiã ſuccederet pro parte, quia eſſet perſonalis reſpectu vtriuſq; & ſic in caſu noſtro ſuccederent alij filij quibus ſimul fuit renunciatum, ſed ſi fuiſſet facta renunciatio, niſi vni, ex quo perſonalitas reſtringitur ad eum tãtum, non ſuccederent alij fratres, ſecundum Afflictum ibi, dum facit fundamentum, quod refutatio erat perſonalis reſpectu filiorum, & ſic plurium, & per conſequens etiã non poſſunt ſuccedere actores, quorum reſpectu non
44 fuit facta refutatio. Et expreſſe, quod † pater ſuccedat in totum, excluſo filio, & fratre reſpectiuè defuncti, determinat poſt longam diſputationem, Io. Vinc. de Anna *in repet. rubrica, de vaſſal. decrep. ætat. num. 367. & 397.* Vid. Io. Andream Georg. *allegat.* 17. Roſental. *cap. 2. concluſ. 20. numer. 7.* Ruin. *conſil. 11. numer. 1.*

Decimo, vbi etiam actores potuiſſent habere aliquid ius in iſtis feudis, cum ſcienter paſſi ſint alias inueſtitos de ſuo prætenſo feudo poſſidere per annum, amiſiſſent ius ſuum, *cap. 1. §. ſi quis deceſſerit, verſicul. Titius filios, §. Si de feudo fuerit controuerſia, &c.* Alexan. *conſil. 15. num. 10. vol. 5.* Nicol. Aliprand. *inter conſil. Montisferrat. conſil. 13. part. 1. ſub numer. 16. & 17. & inter eadem conſilia,* Iacob. Simonetta *conſil. 11. nu. 5. & 36.* Ruin. *conſ. 213. num. 9. vol. 1.* Cephal. *conſ. 12. num. 15.* Grat. *conſ. 4. num. 72. vol. 1.* & melius Iaſ. ad rem, *conſ. 107. col. 1. vol. 4.* & quamuis hic ſcientia de
45 hoc ſit certa, tamen ſufficeret † etiam ſi eſſet tantummodo præſumpta, Gloſ. *in d. cap. unico, §. ſi quis deceſſerit, in verbo conſentit, Si de feudo fuerit controuerſia inter Dominum, & agnat. Vaſſal.* & ibi ſcribentes etiam tradunt omnes ſuperius allegati.

Vndecimo non omitto, quod alias Dominus Hippolytus vnus ex dictis fratribus, quibus fuit facta refutatio, tentauit ſimile iudicium in parte feudorum relicta in ſua hæreditate à Domino Ioanne contra Dominum Annibalem, & tamen non potuit obtinere, vt patet ex publico & authentico proceſſu, cum ſententia; ſi ipſe fuit excluſus, multo magis venerunt excludendi actores.

Et licet ſententia inter alios lata tertio non noceat, ſaltem facit quale quale argumentum bonæ iuſtitiæ Dominorum reorum.

Adminiculatur etiam, quod ipſi actores tranſegerunt cum Dominis reis conuentis, tanquam hæredibus mediatis, & ſucceſſoribus Dominorũ Ioannis, & Hippolyti, ſuper quibuſdam differentijs, quas in ſimul habebant, & ſic videntur approbare, & teſtamentum, & renuncias, quarum vigore poſſident hæc bona, ex quo voluerunt teſtaurari ab eis pro tribus partibus, ex quinque, ratione cuiuſdam euictionis paſſæ.

46 Duodecimo, † feudum præſumitur nouum vel antiquum, in dubio prout magis expedit poſſidenti. Crot. *conſ. 46. num. 8.* late Pacian. qui plures allegat, *lib. 2. de probation. cap. 38. num. 8.* ergo præſumendum erit, illos quibus fuit refutatum, fuiſſe inueſtitos, vt de feudo nouo, & ſic eſſe excluſos eſſe alias comprehenſos in antiquis inueſtituris.

Tertiam ſimiliter petitionem de credito ratione fideicommiſſi in totum ab actoribus prætenſo, arbitror iniuſtam, nam cum illi, & Dominus Annibal, reorum pater, & cæteri fratres eſſent in pari gradu, non dictat ratio aliqua, quod totum ad eos ſpectare debeat, ſed quilibet debuit admitti pro rata, prout etiam Dom. Ludouic. cõmunis pater in donatione facta de hoc iure fideicommiſſi, Domin. Hippolyto ſub die 16. Ianuarij 158:. *in proceſſu, fol. 36.* reſeruauit tantum duas partes ex quinque actoribus.

Secundò, in inſtrumento tranſactioni, *fol. 19. fac. 1.* ibi, *ſaluo tamen, & excepto, &c.* fuit facta expreſſa reſeruatio fideicommiſſorum, vnde cuilibet debetur ſua portio.

Tertiò, rei habent fundatam intentionem, ita vt veniant abſoluendi, niſi concludenter ex aduerſo probetur, totum pertinere ad agentes. *l. qui accuſare, C. de edend.*

Quartò, ipſimet actores in accordio celebrato cum Domin. Agnellis, *in proceſſu, fol. 67.* permittendo tres partes ex quinque perſolui ipſis Dominis reis, declararunt ad ſe non pertinere, niſi duas ex quinque partibus.

Quinto, hoc idem tacitè eſt faſſus Dominus Ludouicus pater, quando in tranſactione inita de Anno 1578. cum Domino Annibale de renunciando ei omnia iura hęreditatis Domini Ioannis pro centum aureis, ipſe Dominus Annibal promiſit ſoluere dictos centum aureos de denarijs, & portione ſibi ſpectante, & pertinente in hoc fideicommiſſo tunc purificato, cui Domin. Ludouic. nil contradixit, ſed imo acquieuit, ea fortè ratione, quia partium intentionis fuerat, quod ſicuti diuiſerant omnia bona viuente patre in quinque partes, ita diuidi deberent quæcunque fideicommiſſa purificanda vigore reſeruationis factæ in dicta tranſactione.

Sexto, in omnem caſum vbi tale fideicommiſſum non fuiſſet diuidendum, ex quo Dominus Ludouicus fuiſſet proximior, & anterior in gradu, tamẽ in donatione facta de hoc iure Domino Hippolyto, dixit, quod tollebat ſe de medio, & quod ſubrogabat eum in ſuum locum, *fol. 37. fac. 1. in fine,* ita tamen quod duæ partes reſeruarentur filijs ſecundi matrimonij, & ſic manifeſta intentione, alias refutauit ad commodum aliorum, quibus ius fuit acquiſitum mediante ſtipulatione generali notarij, qui ne dum nomine Dominorũ Flaminij, & Petri Antonij ſtipulatus eſt, ſed etiam omnium aliorum, quorum intererat, *vt dicto fol. 37. fac. 2.*

47 Non obſtat † modo inſtrumentum tranſactionis initę à Domino Ludouico cum Domino Annibale ſuper controuerſijs, quas ſimul habebant pro hęreditate Domini Hippolyti, in quo ipſe Dominus Ludouicus ceſſit omnia iura dictę hæreditatis, reſeruando ſibi duas petias terræ, & iura huius fideicommiſ. de quibus poſſet ad libitum diſponere, *vt fol. 41. fac. 2.* quæ poſtea videtur reliquiſſe Dominis actoribus, inſtituendo eos vniuerſaliter.

48 Siquidem † reſpondetur, quod de dicta reſeruatione fideicommiſſi patet tantum in verbis narratiuis, & proœmialibus inſtrumenti, non autem in diſpoſitiuis, & corpore eiuſdem inſtrumenti; quæ verba narratiua, & ſi regulariter probent inter contrahentes, *l. optimam,* & ibi ſcribentes, *C. de contrahend. & committend.*
49 *ſtipulation.* † tamen ſecus eſt, quando de eo quod fuit narrando, aſſertum, contingit principaliter diſputari, prout hic negatur talem reſeruationem fuiſſe factam, cum non conſtet in corpore inſtrumenti, ita limitat Alexand. *in addition.* ad Bartol. *in d. l. optimam.* Iaſ. qui loquitur de enunciato principaliter emiſſo propter ſe, *conſil. 81. numer. 6. vol. 1.* qui videatur, Non. *conſil. 27. num. 9.* Cephal. *conſ. 265. numer. 23.* & bene Alex. *conſ. 132. ſub numer. 5. verſic. Tertio principaliter, &c. iuncto verſic. Præterea fortius, ante numer. 23. volum. 5.*

50 vbi concludit, † quod ſi in compromiſſo narratur inter aliquos, fuiſſe contractam ſocietatem, deinde mouetur quæſtio inter eos principaliter de ſocietate, per illa verba non probatur contracta ſocietas.

51 Id quod † maximè procedit, ſi illud ſuper quo diſputatur habet aliquã præſumptione contra ſe, Aretin. *conſil.* 13. *ſub num.* 23. *verſicul. & quamvis, &c.* ſicuti habet in caſu iſto, tum ex eo, quod ipſimet actores conſenſerunt diuidi iſtud ius, vti conicij veritatis, tum propter ſntelligentiam, quam nunc ſubijcio illi reſeruationi.

Secundò reſpondeo, quod Dominus Ludouicus reſeruauit ſibi iura quæ tunc habebat, per verba temporis præſentis in petia terrę caſa mentiua, huic fideicommiſſo ſubiecta, in qua tamen non poterat habere, niſi ius pro duabus partibus ex quinque, ex quo dicta iura titulo irreuocabilis donationis, tranſtulerat iam in Dominum Hippolytum, reſeruatis tantum dictis duabus partibus filijs ſecundi matrimonij, vt in proceſſu, *fol.* 37. *fac.* 1. & 2. vnde tres aliæ partes remanſerunt in hæreditate Domini Hippolyti, in qua ſucceſſit Dominus Annibal, cum igitur non haberet ius, niſi vt dictum eſt, pro duabus partibus, ad eas tantum extenditur reſer-
52 uatio & non vltra; quia reſeruatio † nihil operatur, vbi non inuenit aliquid reſeruabile, Angel per illum text. *in l. ſi quis leganerit, ff. de leg.* 1. Idem *in l. ſcripturas, num.* 3. *C. quis potior. in pignore habeant.* Surd. *deciſ.* 205. *numer.* 13. Becc. *conſil.* 34. *numer.* 23. Et nihil iu-
53 ris † tribuit reſeruatio, ſed tantum conſeruat, ſi quod competat, Ruin. *conſ.* 40. *num.* 7. & *conſ.* 99. *num.* 10. *vol.* 1. propterea videtur hac de cauſa. & iuſtè quidem diuiſum iſtud ius æqualiter, & ita interpretatos fuiſſe actores hanc reſeruationẽ, & ſic etiam per obſeruantiã ſubſecutam, quam diſpoſitionum dubiarum optimam eſſe interpretem, tradunt vbique ſcribentes, declaratum fuit, quę fuerit mens diſponentis.

Tertio, reſpondeo, quod probatio Dominorum actorum, quam deducunt ex dicto inſtrumento, & reſeruatione, tanquam dubia, tum quia non legitur in in corpore, & diſpoſitiuis inſtrumenti, tum quia poteſt intelligi de duabus partibus tantum reſeruatis, vt
54 modo dixi, debet interpretari † contra eos, *cap. in preſentia de probationibus,* vbi Gloſ. *in verb. dubium,* Ruin. *conſil.* 32. *ſub num.* 2. *vol.* 4. Surd. *deciſ.* 260. *nu*to cum vulgo notis.

ARGVMENTVM.

De eadem re, & quando nouum dicatur feudum, vel antiquum. Feudum nouum conceſſum in vim antiqui, valde differt à vere antiquo; Et de effectibus vtriuſque.

SVMMARIVM.

1 *In reali refutatione feudi. & conceſſione poſtea facta, illud effi citur nouum; nec ius habentes ex prima inueſtitura, poſſunt aliquid prætendere.*
2 *Perſonalis refutatio dicitur, quæ facta eſt ſimpliciter, & intuitu perſonarum, ceu filiorum refutantis, & eorum hæredum. Vid. num.* 11.
3 *Ex ea feudum paternum, antiquumve non efficitur nouum, ſed retinet n aturam antiquam.*
4 *Feudum cum eſt conceſſum vti antiquum, etſi de nouo conceſſum, fuiſſet cenſetur antiquum, & tranſuerſales, poſſunt ſuccedere, ſed vide num.* 11.
5 *Frater fratri non ſuccedit in feudo nouo, ſed deuoluitur ad Dominum, altero ſine filijs decedente.*
6 *Feudum ſemper eſt nouum, cum ex noua cauſa tranſit in alium.*
7 *D[illegible]ratio actus dubij poteſt fieri ab eo, qui talem actum*

[illegible]quus intellectus præſumptiuè à iure ei dari

9 *Etiamſi videatur ius quæſitum tertio; nam in effectu non dicitur vere quæſitum, & cur, & num.* 10.
12 *Feudum nouum etſi poteſt concedi in vim antiqui, tamen valde differt a vere antiquo.*
13 *Ex conceſſione noua feudi, etſi facta in vim antiqua, nemo poteſt ſuccedere in ipſo, qui eſſet hæres primi inueſtientis, mediate, vel immediate.*
14 *Verba diſtributiua tribuunt actum, ſeu rem unicuique in ſolidum.*
15 *Verba diſtributiua appoſita hæredibus inueſtiti, producunt ius accreſcendi, vel non decreſcendi ſecundum aliquos.*
16 *Defuncto ſine liberis, & ſine diſpoſitione, vno ex illis quibus fuit facta perſonalis refutatio, feudum reuertitur in totum ad refutantem.*

CONTROVERSIA DXCV.

SIue refutatio facta à q. Domino Ludouico Lanzono, Domin. Ioanni Hippolyto, & Annibali eius filijs, de bonis feudalibus in inſtrumento tranſactionis, de quo in proceſſu, *fol.* 8. *fac.* 2. fuerit realis, ſiue perſonalis, ſemper verum erit, Dominos Ioannem Ludouicum, & Marcum Antonium fratres de Lanzonis, nunc reos conuentos abſoluendos eſſe à lite contra eos promota, per Dominos Flaminium, & Petrum Antonium fratres, ſimiliter de Lanzonis.

1 Si etum fuit † realis, ex conceſſione poſtea facta filijs refutantis, feudum fuit effectum nouum in eorum perſonis, & per conſequens actores non poſſunt ad dicta feuda aſpirare vigore antiquarum inueſtiturarum, vt probaui in primis allegationibus, *in* 2. *quæſt. in verſicul. Secundo moneor, quia iſta feuda, &c.* & melius *in verſiculo Septimo, aut iſta refutatio fuit realis, &c.* & hoc ſine controuerſia admittunt aduerſantes, vbi eſſet realis, ſed negant ipſam fuiſſe realem, ſed tantum per-
3 ſonalem, cum fuerit facta ſimpliciter, † & intuitu perſonarum filiorum refutantis, & eorum hæredum, quæ ob id dicitur perſonalis, vt per Roſental. *de feudis, cap.* 2. *concluſ.* 20. & *cap.* 9. *concluſ.* 10. cum alijs à me allegatis in dictis prioribus ſcriptis, *in* 2. *quæſt verſicul. Aut fuit perſonalis, &c.* quo caſu, quando refutatio eſt per-
3 ſonalis, † tunc ſi feudum eſt paternum, vel antiquum (prout erant iſta) non efficitur nouum, ſed retinet naturam paterni, & antiqui, *cap. primo, de Vaſſal. decrepita ætat.* Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 15. *ff. de rerum diuiſ.* idem *in l. quoties, colum.* 2. *C. de ſuis, & legitimis,* Iaſ. *conſ.* 96. *n.* 7. *vol.* 1. & *conſ.* 7. *num.* 21. *vol.* 3. & per conſequens vno ex his, quibus fuit refutatum decedente ſine deſcendentibus, cæteri comprehenſi, in antiquis inueſtituris ſuccedere poſſent, & debent, vt per prędictos.

Et quod feuda iſta refutata non fuerint effecta noua, ſed remanſerint antiqua, videtur carere omni dubitatione, ex quo in inueſtituris poſtea conceſſis vigore dictæ refutationis, filij prędicti Domini Ludouici refutantis expreſſis verbis, fuerunt inueſtiti, tanquam de feudo
4 antiquo quo fit † vt etiam ſi feudum vere de nouo conceſſum fuiſſet, tamen quia conceſſum fuit vti antiquum adhuc tranſuerſales, inueſtiti poſſunt ſuccedere ei decedenti ſine deſcendentibus, vt per Nat. *conſ.* 467. & 468. Menoch. *conſ.* 304. *num.* 11. Intrigliol. *de feud. centur.* 1. *quæſt.* 24. Roſental. *tom.* 1. *cap.* 2. *concluſ.* 13.

Additur etiam, inde colligi feudum remanſiſſe antiquum, quia Dominus Annibal vnus ex fratribus, quibus fuit facta refutatio, ſucceſſit in feudis iſtis Dominis Ioanni, & Hippolyto defunctis ſine liberis, quod vtique facere non potuiſſet, ſi feuda prædicta effecta fuiſſent
5 noua in eorum perſonis, † cum frater fratri non ſuccedat in feudo nouo, ſed deuoluatur ad Dominum altero ſine filijs decedente, *cap.* 1. *de benefic. fratris, cap.* 1. *§. quod ſtat de ſucceſſ. fratr. & gradib. ſucceſſ.* cum alijs multis textibus, & authoribus cumulatis per Roſental. *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 58. *gloſſ. c.*
6 Sed prædictis non obſtantibus, exiſtimo refutationem præ-

prædictam fuiſse realem, & per conſequens nouam, non autem renouatam fuiſse conceſſionem factam prædictis filijs Domini Ludouici, ex ſex illis fundamentis à me ſucceſſiue relatis, primo loco in prioribus allegationibus, quæ etſi non eſt opus vt nunc repetam denuo, non omittam tamen illa inter cætera vrgere, quod ſemper feudum ſit nouum, quando ex noua cauſa (provt hic, ex cauſa tranſactionis) tranſit in alium, & præcipuè, quia expreſse inueſtituræ fuerunt factæ authoritate nouæ conceſſionis, & denique quia in feudo mixto non videtur quod vnquam poſſit dari refutatio, ſed tantum vera alienatio, quia in eo non ſuccedunt, niſi hæredes, & viuentis nulla eſt hæreditas, vt ibi probabam in quinto fundamento.

Addo nunc vltra tunc deducta, refutationem hanc fuiſſe realem, expreſsè declaratum fuiſse à Domino Ludouico refutante in donatione facta Domino Hippolyto, *in proceſſu, fol. 36. fac. 2.* ibi, " *Magnificus Dominus Ludouicus inhærendo inſtrumento refutationis,* " *omnino realis, iuxta tunc illius mentem, & intentionem,* " *prout ita dixit, & declarauit, facta prædicto Domino* " *Hippolyto, & communibus eius filijs emancipatis, publico apparente documento, rogato per q. egregium Dominum Alexandrum Forapanum, &c.* quod eſt, illud inſtrumentum tranſactionis, in quo fuit facta ſæpedicta refutatio, quæ quidem refutatio vbi non eſſet clarum, eam fuiſse realem, ſaltem tamen etiam clarum non eſt fuiſse perſonalem, & per conſequens remaneret dubia, propterea potuit declarari ab authore illius, quia declaratio poteſt fieri ab eo qui fecit actum dubium, Menoch. *conſ. 296. numer. 39.* cum multis qui adduci poſſent.

7 Nec refert † quod ex aduerſo dicitur nos verſari in claris, & ob id non fuiſſe locum declarationi, maximè in præiudiciũ tertij, quia ex prædictis patet, nos non eſſe in claris, & vbi verba non ſunt omnino clara, licet aliquis intellectus præſumptiue à iure illis dari poſſit, tamen ſemper declarationi locus eſſe poteſt, vt docet Aretin. *conſ. 84. num. 5.* Anguil. *conſ. 68. num. 34. & conſ. 105. num. 62.* Purpurat *conſ. 242. num. 4.* etiam vbi videtur
8 ius † quæſitum tertio, quia in effectu non dicitur vere quæſitum, ut tradit Caſtr. *in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, ſub num. 4. ff. de teſtament.* Becci. *conſ. 3. num. 44.* Surd. *conſ. 117. num. 6. & 22.* Rimin. Iun. *conſ. 203.*
9 *num. 69.* & ratio eſt, † ſecundum eos, quia declara-
10 tio retrotrahitur, † & cenſetur facta tempore diſpoſitionis, quo caſu nullum ius quæſitum erat parti, & quia declaratio facta à Domino Ludouico, non poteſt impugnari ab actoribus vti eius hæredibus vniuerſalibus.

11 Nec † obſtant adductum in contraria, nam ad illud quod refutatio iſta fuerit ſimplex, & ad effectum vt certæ perſonæ inueſtirentur, reſpondetur, quod tunc præſumeretur perſonalis tantum, niſi alia vrgerent quæ declarant ipſam fuiſse realem, quæ deduxi in primis ſcriptis, & præcipue id colligitur tam ex inueſtiente, qui inueſtiuit authoritate nouæ conceſſionis, qua ex refutante qui declarauit eam fuiſſe realem.

12 Ad ſecundum, † quod inueſtituræ tenor expreſsus manifeſtat ipſos filios inueſtitos fuiſse, vti de feudo antiquo, & propterea tranſuerſales eis ſuccedere potuiſſe, reſpondetur, conceſſionem fuiſse nouam, & incipientem in perſonis filiorum inueſtitorum, poſt refutationem, ſed factam fuiſse in vim antiqui feudi; provt hoc non repugnare (licet ex aduerſo ſecus credatur) manifeſtè conſtat ex receptiſsimis omnium traditionibus, qui ſcripſerunt, feudum nouum poſſe concedi in vim antiqui, vt poſt alios, habetur apud Roſental. *de feud. cap. 2. concluſ. 11.* quod quidem feudum nouum conceſsum in vim antiqui, valde differt à feudo vere antiquo, vt colligere licet ex differentijs adnotatis per Roſental. *cap. 2. concluſ. 15.*

13 Exeo † autem quod conceſsio fuit noua in dictis filijs in vim antiquæ, ſequitur, quod nemo potuit ſuccedere in dictis feudis, niſi qui eſſet heres primi inueſtiti, mediate vel immediate, Surd. *conſ. 427. num. 23.* Roſental. *cap. 7. concluſ. 21. num. 6.* vnde cum actores non fuerint hæredes, nec Domini Ioannis, qui fecit teſtamentum, & inſtituit Dominum Annibalem reorum patrem, vt fatentur aduerſarij in libello, *fol. 2 fac. 2.* & quod teſtamentum fuit ratificatum, & approbatum à Domino Ludouico, vt *fol. 100. fac. 1.* cuius approbationem infringere non poſsunt actores, vti illius hæredes, nec etiam fuerint hæredes Domini Hippolyti, provt colligitur ex renuncia, de qua in proceſsu *fol. 40. fac. 2.* & melius ex inſtrumento concordij ſecuti inter actores, & reos, de quo *fol. 129. fac. 2.* in quo actores componunt cum reis tanquam hæredibus mediatis dicti Domini Hippolyti, per conſequens, vti hæredes non poſſunt prætendere partem aliquam in iſtis feudis mixtis.

Et vbi prætendere potuiſsent quod negatur, ſibi præiudicaſſent, cum paſsi ſunt alios inueſtitos de ſuo prætenſo feudo, poſsidere per annum, vt probaui in primis allegationibus, in nono fundamento ſecundæ quæſtionis.

Ad tertium, quod feudum deuolutum eſſet ád Dominum, primo omiſſo quod hæc eſset exceptio de iure tertij non excluſiua ipſo iure intentionis reorum, cum feudum non deuoluat niſi volente Domino, dico, reſpectu partis Domini Ioannis, qui fuit inueſtitus vna cum Domino Annibale cum verbis diſtributiuis, vt ex fide producta, *fol. 125. fac. 1.* quo caſu vnus frater alteri ſuc-
14 cedere poteſt, etiam in feudo nouo, quia † verba diſtributiua tribuunt actum ſeu rem vnicuique inſolidum, Burſat. *conſ. 181. ſub n. 1.* cum alijs vulgo notis.

Et licet de hoc controuertatur, quando diſtributiuum, non eſt appoſitum ipſis inueſtitis, ſed tantum eorum hæredibus, vt in caſu iſto, tamen omitto quod multi noluere hoc ſufficere ad cauſandum ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi inter primos inueſtitos, inter quos Socin. Sen. *conſil. 66. ante n. 14. vol. 3.* Bald. *conſil. 251. vol. 2.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 2. ſub nu. 17.* ex ſequenti reſponſione tollitur omnis hęſitatio.

Reſpectu igitur communi, videlicet, tam Domini Ioannis, quam Domini Hippolyti, reſpondeo, motiuo quod cum fuerint inueſtiti, vti de feudo antiquo, quod tunc exiſtentibus tranſuerſalibus feudum deuoluere non potuit, etiam in conceſſione noua, vt dixi ſupra *in verſic. & quod feuda iſta refutata, &c.* nec retorqueatur, ergo etiam actores ſuccedere potuerunt, quia ſuperius reſpondi, ipſos non fuiſſe hęredes, & ideo non potuiſſe ſuccedere in feudo mixto.

15 Sed † vbi daremus refutationem hanc fuiſſe perſonalem, & feudum remanſiſſe antiquum, vt contendunt aduerſantes, adhuc obtinere nequeunt, quia defuncto
16 vno ex illis † quibus fuit facta refutatio ſine liberis, & non facta aliqua diſpoſitione, tunc feudum reuertitur in totum ad refutantem, non autem ad cæteros, qui cum eo poſsent ſuccedere ab inteſtato, vt latè probavi, in primis allegationibus, *verſic. Aut fuit perſonalis,* & maxime in octauo fundamento, vbi in fine illius citaui deciſionem in terminis terminantibus, Io. Vincent. de Anna *in repetitione rubr. de vaſſal. decrepitæ ætatis, num. 367. & num. 397.* & Afflict. licet non ita clare, *in eodem capite ſub num. 4.* Vnde reverſo feudo ad patrem, qui refutauerat, potuit deinde vigore conſuetudinis illud alienare ante ius quæſitum actoribus, ſicuti alienauit cedendo omnia ſua iura competentia in hæreditatibus Ioannis, & Hippolyti, Domino Annibali reorum patri, vt ex inſtrumento, *fol. 40 fac. 2. & fol. 95. fac. 1.*

ARGVMENTVM.

Agitur de vſufructu vxoris relicto per teſtatorem, non impediendo à filio, ſi Legitimam illæſam conſecutus eſt ex inſtitutione.

SVM-

A R G V M E N T V M.

De ſubinueſtientis in feudo iuribus & facultatibus, quoad ſubinueſtitum. Aliqua de alienatione feudi: Et de patientia in id Domini directi, ac præſumpto conſenſu, & eius virtute.

S V M M A R I V M.

1 *Subinueſtitus retinet reliquias iuris realis & Dominij vtilis erga ſubinueſtitum, niſi expreſſe appareat de totali abdicatione.*

2 *Id procedit cũ ſubinueſtiens continuat ſuſcipere inueſtiturã à primo Domino, & ſolueret cenſum eidem pro re ſubinfeudata.*

3 *Finita linea Vaſſalli, feudum reuertitur ad Dominum directum.*

4 *Subinueſtiti linea finità ſimiliter deuoluitur feudum ad mediatè concedentem, ſeu ſubinueſtientem.*

5 *Pro cenſu cum pacto affrancandi non competit niſi perſonalis actio ex mente.* Socin. *ſed vid. n. 7.*

6 *Pactum de affrancando, vt nec permiſſio de vendendo transfert aliquod Dominium.*

8 *Scriptura ſi non producatur in iudicio, non nocet Aduerſario.*

9 *Inueſtitus ſine cauſa non poteſt diſueſtiri.*

10 *Alienatio feudi, vel emphyteutici feudi, ſi ſit ſimulata, non facit cadere à iure feudatarium, vel emphyteutam. Vel cum promiſſa ſit alienatio, cum clauſula,* Habitis licentijs. num. 11.

12 *Feudum illicitè alienatum, de iure communi deuoluitur ad Dominum mediatum, non vero immediatum. & num. 14.*

13 *Extantibus aliquibus comprehenſis in inueſtitura, feudum illicitè alienatum non deuoluitur ad Dominum, ſed ad comprehenſos.*

15 *Elapſo decennio à die alienationis ſine querela Domini, præſumitur obtenta licentia alienandi.*

16 *Venditori feudi conceditur tempus quindecim dierum, ad obtinendum Domini directi licentiam, ex Statuto Mantuæ.*

17 *Caducitas remiſſa cenſetur per Dominum ex inueſtitura poſtea facta: Etiam ſi inueſtitura eſſet facta cum clauſula,* Salvo iure noſtro. *&c.*

19 *Conceſſio, ſeu alienatio rei feudalis ſi eſt facta cũ conſenſu & licentia Domini, liuellus impoſitus eſt quid allodiale, & deuoluit ipſum feudum cum tali onere.*

C O N T R O V E R S I A D X C V I I I.

Diſijciam prius nebulas cuiuſdam impoſſibilitatis allegatæ in fine Scripturæ pro Illuſtriſſimo Dom. Marchione Carolo Gonzaga editæ, dum dicitur non poſſe ſtare, quod Dominus Annibal Lanzonus ex cuius inueſtitura agũt Domini Ludouicus Ioannes & Marcus Antonius eius filij, fuerit inueſtitus de petia terræ controuerſa de Anno 1575. & quod illa fuerit conceſſa ad liuellũ à Domino Ludouico eius fratre, Bernardino de Paſqualibus de Anno 1555. & quod eadem peruenerit ad Coruinum de Anno 1571. & his ſublatis, ex quorum reſolutione reſultabit clara facti quæſtio, deueniam deinde ad ea quæ conſiſtunt in Iure.

Ænigma igitur reſoluitur hoc modo, quod Dominus Ludouicus Lanzonus Senior fuit pater Dominorũ Annibalis Ioannis & Hippolyti, de quibus in inueſtitura *fol. 3. fac. 1.* atque inter multas petias terræ feudales, quæ habentur in eadem inueſtitura, & erant iuris illius, poſſidebat illam, de qua controuertitur, quam de Anno 1551. cum licentia Illuſtriſſimi Domini directi Curiæ Podij, conceſſit ad liuellum prædicto de Paſqualibus, vt in alia inueſtitura, *fol. 14. fac. 2.* proceſſus Senatorij præſentis litis, ſed nihilominus ipſe Dominus Ludouicus remanſit feudatarius Curiæ, & de dicta petia terræ eam recognoſcebat, atque ſoluebat cenſum; poſtmodum de Anno 1557. dictus de Paſqualibus renunciauit cum licentia, iura quæ habebat ex prædicta inueſtitura Io. Franciſco Martinello, vt in proceſſu actitato coram Domino Prætore Riperij à D. Iſidoro Bottazzario, contra Illuſtr. Dominã Iuliam Raffani Lanzonam, *fol. 19. fac. 2.* qui proceſſus fuit productus in hac cauſa, *fol. 3. fac. 1.* deinde de Anno 1561. idem de Martinellis cum licentia, vendidit ius ſibi competens in eadem petia terræ, quam recognoſcebat à Lanzono, Antonio Coruino, vt in d. proceſſu Riperij, *fol. 7. fac. 2.* Qui Coruinus tandem vendidit de Anno 1571. eandem petiã terræ Io. Franciſco Bottazzario, vt in proceſſu Senatorio, *fol. 17. fac. 1.* & in proceſſu Riperij, *fol. 13. fac. 1.* ſine tamen ſcientia & licentia ipſius de Lanzonis, vt tunc fuit aſſertum, & ob id ei non præiudicat, ſi ipſo inſciente, Bottazarius recognouit Curiam vigore dictæ emptionis, prout enunciatiue habetur in inueſtitura ipſius Bottazzarij in eius proceſſu cum prædicto Illuſtriſſimo Domino Marchione, *fol. 5. fac. 1.* & in hoc proceſſu, *fol. 31.*

His ita ſe habentibus, de Anno 1575. die 22. Ianuarij, prędictus Dominus Ludouicus Lanzonus emancipauit Dominos Annibalem Ioannem & Hippolytum eius filios, & cum eis venit ad diuiſionem, refutauit multas terras feudales, & pręcipuè hanc controuerſam, prout de hac diuiſione & emancipatione fit mentio in inueſtitura Domini Annibalis. *fol. 4. fac. 1. proceſſus Senatorij,* & de hoc integro negotio latius apparet in alia cauſa vertente inter conſortes de Lanzono, hinc inde coram eodem Senatu, in qua adeſt inſtrumentum prædictæ refutationis, diuiſionis, & emancipationis, qui Senatus ob id de omnibus debet eſſe informatus.

In executione cuius diuiſionis & realis refutationis, ipſe Dominus Annibal ſuſcepit nomine proprio, & Domini Ioannis fratris nouam illam inueſtituram, de Anno 1575. de qua in dicto proceſſu Senatorio, *fol. 3.* & tunc in poſterum Bottazzarius cępit recognoſcere ipſum Dominum Annibalem, & ei ſoluere liuellos vti ad quem in diuiſionibus obtigerat illa petia terræ, ſeu eius ſubalternum dominium, prout de ſolutionibus, & recognitionibus factis à dicto Bottazzario erga Dominos Lãzones modernos filios ipſius Domini Annibalis patet in diuerſis proceſſiculis productis, & propterea rectè contendunt ipſi fratres de Lanzonis, ex dicta inueſtitura Anni 1575. iuncta alia facta ipſi de Paſqualibus, cuius effectus tranſiuit in ſucceſſores, qui cum eiſdem pactis ſemper recognouerunt prædictam petiam terrę ad ſe deuolutam eſſe.

Quia quidquid dicatur in principio dictæ ſcripturæ ex aduerſo productæ, (& nunc venio ad reſolutionem eorum quæ in iure conſiſtunt) regulariter quidem,
1 quando expreſsè † non conſtat de totali abdicatione, remanent reliquiæ iuris realis, & dominij vtilis ſuperioris apud ſubinueſtientem, cuius vigore ſubinueſtitus erga eum obligatur; ſicuti ſubinueſtiens erga primum Dominum, vt latè deductum fuit per M. Excellentes I. C. qui pro Dominis Lanzonis ſcripſerunt ſuper hoc, & adductis ab eis addo Surdum hoc exornantem, *in conſ. 210. numer. 43. cum ſeqq.* & Roſental. qui more ſuo infinitos congerit, *in ſynopſi feudal. cap. 9. concluſ. 47. tomo* 1.

2 Sed † ſine aliqua difficultate hoc verum eſt, quando ſubinueſtiens continuat ſuſcipiendo inueſtituram à primo Domino, & ei ſoluendo cenſum debitum pro re de qua alium ſubinueſtiuit, qui ſibi quoque ſoluit annuum liuellum, ſicuti hæc omnia concurrunt in caſu noſtro, ita præcisè notat Soc. *conſ. 256. colum. 2. verſic. & per ſolutione terum, quæ in contrarium, &c. & infra, verſic. quod etiam patet, quia ſecundus, &c. vel. 2. & conſil. 96. ſub num. 2. & 3. vol. 3.*

3 Hincque fit, † vt quemadmodum finita linea vaſſali, feudum reuertitur ad Dominum directum, à quo illud recognoſcebatur, *cap 1. de ſucceſſ. fratris, & grad. ſucc. in feud. & cap. 1. de fratrib. de nou. benef. inueſtit.*

Digitized by Google

ueſtit. cum multis apud Roſental. *de feud. cap. 7. concl. 70.*
4 *ſub n. 12. gloſſ. L.* itaquoq; finita linea † ſubinueſtiti res
ad liuellum conceſsa reuertatur, & deuoluatur ad con-
cedentem immediatum, argumento text. *in c. Imperialē,*
§. illud quoque præcipimus, de prohibita feud. alienat. per
feder. & declarat, & bene Schrader. *de feud. part. 8. cap.*
5. ſub num. 25. tom. 1. fol. 2 2. & ſupponit apertè Soc.
dictis. conſ. 256. vol. 2. & 96. vol. 3.

Et poteſt deduci manifeſta ratio, quia primus Do-
minus iam obligatus eſt, erga totam lineam primi inue-
ſtiti, donec durat ſuus vaſſallus, vnde deficiente ſubinue-
ſtito, non poteſt diueſtire ſine cauſa primum, adhuc
eius linea, & iure vaſſali durante.

Nec refragatur, quod licentia de concedendo
ad liuellum dictam petiam terræ, dicat cum facultate
affrancandi pro aureis 620. vt *fol. 26. fac. 2.* quo caſu
videtur totalis alienatio, & conſtitutio cuiuſdam cen-
5 ſus ratione pretij non ſoluti, ad quem competit † tan-
tum actio perſonalis, vt conſiderat Socin. *d. conſ. 256.*
colum. final. verſic. Nam primus emphyteuta promiſit
facere cartam venditionis ſoluto pretio, &c. vol. 2. & conſ.
96. ſub n 4. vol. 3. quia omiſſo quod poſſit dubitari de
veritate doctrinę Socini in hoc particulari, cum pactum
de affrancando contineat quandam promiſſionem ven-
dendi, ſicuti præciſa erat promiſſio vendendi in eius ca-
6 ſu, & per conſequens † tale pactum, ſicuti nec pro-
miſſio de vendendo non transfertur aliquod domi-
nium, vt poſt Alexandrum docet Bero. *conſil. 123. ſub*
n. 18. vol. 1. omiſſo etiam quod de hoc pacto non adeſt
aliquod verbum in inueſtitura, ſed tantum quod liuel-
lus fuit regulatus ſecundum valorem, dico quod Soci-
7 nus loquitur † prout expreſsè ſe ipſum declarat in di-
ctis locis, quando ſecundus non recognoſcit primum
per aliquam inueſtituram, quinimo ſuſcepto in ſe omni
onere erga Domin. directum, illum incipit recognoſce-
re, ex hoc enim dicitur translatum dominium & conſti-
tutus, ſeu reſeruatus cenſus, cuius ſolutio prę ſupponit
dominium in ſoluente, vt ſecus, inquit ipſe, eſſet, quan-
do ſecundus recognit primum inueſtitum, & primus
ſuperiorem Dominum, tunc enim pactum affrancandi
non indicant abſolutam dominij tranſlationem, & iuris
realis, quia de contrario apparet, nam ſi omnino ſe
ſpoliaſset, non eſſet quod recognoſceretur ab eo, nec
haberet quod ab alio ipſe recognoſceret, & iſto in ca-
ſu nobiſcum manifeſtè ſentit Socinus, nam & quotidie
videmus Eccleſias, vel alios inueſtire aliquē in emphy-
teuſim, cum pacto ad libitum ſe affrancandi, & nemo
vnquam affirmauit, tunc talem inueſtientem non re-
ſeruare ſibi aliquod dominium, ſed totum contrarium
ſcribunt omnes, directum apud eum manere, quod in-
de patet, quia diſputant, an cadens ab inueſtitura, ca-
dat a pacto francandi.

Sicuti nec obſtat quod Bottazzarius ſuſceperit inue-
ſtituram à Domino Curiæ, cui etiam ſoluebat decimas,
& quoſdam affictus, vt in proceſſu ipſius Bottazzarij,
fol. 4. fac. 2. & fol. 11. & 12. quia omiſſo quod dictus pro-
ceſſus non eſt reproductus pro parte Illuſtriſſimi Do-
mini, in hac cauſa quam habet cum Dominis Lanzo-
8 nis, & proinde † contenta in eo non nocent, Oſaſc.
deciſ. 1. num. 40. Burſat. *conſ. 145. ſub num. 43.* Maſcard.
concluſ. 33. num. 43. Pacian. *de probation. lib. 1. cap. 65.*
num. 104. & 105. Reſpondeo quod ſolutio non appa-
ret facta pro hac petia terræ, cum multas alias poſſide-
ret Bottazzarius, vt in dicta eius inueſtitura, quinimo
ex quo in petia terræ controuerſæ, de qua in ſua inueſti-
tura, primo loco non deſcribitur, pro ea ſolui cande-
lam in ſingula bubulca, credibile eſt, ſicuti eſt etiam
verum, cenſum prædictum fuiſse ſolutum à Dominis
Lanzonis, cum non fuerit aſcriptus ipſi Bottazzario;
quo vero ad inueſtituram ſuſceptam, dico eam non ob-
eſſe, quia multo antea erant inueſtiti Lanzoni, & con-
tinuarunt ſuſcipiendo inueſtituras de ea petia terræ,
quo fit vt ipſis non conſentientibus, & ſine aliqua eo-
9 rum † culpa non potuerint diueſtiri, alium inueſtien-
do, & cũ inueſtitura præualere debeat, *cap. 1. an prin-*
cipio, de natura feud. cap. 2. qui ſucceſſor. teneantur, tit.
2. Calcan. *conſ. 116. in principio,* Ioann. de Anna. *conſ.*
32. poſt principium, Brun. *conſil. feudal. 8. num. 31.* Curt.
Sen. *conſil. 48. ſub num. 51.* Iaſ. *conſil. 177. num. 5. cum*
ſeqq. vol. 2.

Non turbant denique aſſertæ caducitates & deuolu-
tiones, de quibus in proceſsu ſæpedicti Bottazzarij, *fol.*
26. fac. 2. nam quoad contractationes ibi recenſitas pa-
tet, aſſignationes non habuiſse effectum, neque vn-
quam Io. Franciſ. priuatum fuiſſe poſſeſſione feudi, vt
bene deducit ſcriptura *in dicto proceſſu, fol. 52. cum ſeqq.*
& in alia, fol. 88. ſed tantum comparuiſse filios in ſub-
haſtatione, vt præſeruarent iſta bona ab alijs credito-
10 bus, & † vbi alienatio eſt ſimulata, non cadit vaſ-
ſalus, vel emphyteuta, Corbul. *de caducit. ob alienation.*
ſimulation. 23. propterea ſuper iſtis caducitatibus, me-
ritò nulla facta eſt vis à M. Illuſtr. Domino iudice à
quo, in eius motiuis, nec ſuper dicto proceſsu lata fuit
aliqua ſententia, præterquam quod vbi etiam proba-
tum fuiſſet tranſlatam fuiſse poſseſſionem de vno in
11 in alium, quod certe non apparet, clauſula † *habitis*
licentijs, & non aliter preſeruaret, vt latiſſime per Ro-
ſental. *cap. 9. concluſ. 61. litera a.* & ita ſæpe iudicatum
fuit in hac Patria à Perill. Senatu, & in omnem caſum,
12 licet feudum illicite alienatum † de iure communi, ſe-
cundum crebriorem ſententiam, deuoluat ad Domi-
num mediatum, non autem immediatum, Roſental. *de*
feudis, cap. 9. concluſ. 64. tamen illud crederem proce-
dere quoties Dominus immediatus vellet cõſequi tale
feudum ex caſu caducitatis, nam in concurſu allegata
hinc inde caducitate deferrem Domino mediato, ſed
ſi Dominus immediatus vult illud, & ex eo quod alie-
nator non potuerit ei præiudicare, vti de eo inueſtito,
13 putarem audiendum eſſe; ſicuti videmus † quod ex-
tantibus aliquibus de comprehenſis in inueſtitura, feu-
dum illicite alienatum non deuoluit ad Dominum, ſed
ad comprehenſos, Intrigliol. qui de mag. communi te-
ſtatur, & infinitos refert, *in 2. centuria feudali, articu-*
lo 19.

Quo vero ad deuolutionem declaratam *in dicto pro-*
ceſſu, fol. 26. ratione infamiæ voluntariæ, ex quo Bot-
tazzarius ceſſit bonis, vbi ex hoc caderet, tunc dico,
quod feudum deuolueret ad Dominum immediatum,
14 non † autem ad ſuperiorem, iuxta textum *in cap. Im-*
perialem, §. illud de prohibita feud. alienation. per Federi-
cum, & tradita à Roſental. *de feud. cap. 10. concluſ. 10.*
& cap. 11. concluſ. 18. vbi concludit regulariter feudum
deuoluere ad Dominum immediatum, non autem me-
diatum.

Denique non obſtat aſſerta deuolutio, eo quia de
Anno 1571. Coruinus vendiderit Bottazzario ſine li-
centia, vt *fol. 17.* & ſuper qua edidit motiua M. Illuſtr.
Dominus Commiſſarius, & vt credere eſt, propter il-
lam tulit ſententiam contra Dominos Lanzonos, quia
omiſſo quod caducitas non poteſt declarari ab hærede
contra hæredem, ſicut eueniret hic, de qua re egit Do-
minus Zanachus, ad cuius ſcripta me remitto, dico
15 quod ex lapſu † decennij à die alienationis ſine quæ-
rela Domini, & multo magis ſi longius interceſſerit
tempus, prout interceſſit hic, præſumitur quod obtenta
fuerit licentia, Dec. *conſ. 409. nu. 11.* Roland. *conſ. 100.*
num. 99. Magon. *deciſ. Florentin. 26. num. 15.* latè Cor-
bul. *de cauſa priuationis ob alienationem, limitatione, 31.*
vbi multos cumulat; Menoch. *lib. 3. præſumpt. 132. num.*
16 48. & præcipuè hic, quod † tempus conceditur etiam
à ſtatut. ſub rubrica, *qualiter inueſtitus ad affict. verſic.*
venditione autem facta, & eo magis quia in executione
dicti contractus Bottazzarius fuit inueſtitus, vt in eius
proceſſu, *fol. 4. fac. 2.*

17 Per † quam inueſtituram vbi etiam nulla obtenta fuiſ-
ſet licentia, diceretur pro remiſſa caducitas, Dec.
conſ. 460. num. 10. Bero. *conſ. 106. ſub num. 48. vol. 1.*
Decian. *conſ. 57. num. 21. vol. 3.* Roſental. *de feud. cap. 6.*
concluſ. 61. gloſ. 1. vbi refert nonnullos, ampliantes hoc
18 procedere, quamuis † inueſtitura facta fuiſſet cum
clau-

Digitized by Google

clauſula, *Saluo iure noſtro*, quorum ſententiam ſequi videtur, ſicuti poſt Baldum, ſequitur etiam Schrader. *de feud. part. 6. cap. 3. num. 87.*

Sed vbi videretur Perill. Senatui (quod non creditur) tranſlatum fuiſſe omne ius à Lanzonis in ſubinueſtitos, & nullas remanſiſſe reliquias apud eos, ac per alienationes, ſeu per lineam finitam feudum deuo-
19 lutum eſſe ad Dominum, tunc cum conceſſio † facta fuerit cum licentia Domini, liuellus impoſitus eſſet quid allodiale, & feudum deuolueretur cum illo onere ſoluendi liuellum Lanzonis, ex late conſultis per Soc. *conſ. 261. & conſ. 256. per totum, vol. 2. quod conſilium 256. eſt etiam repertum in conſ. 96. vol. 3.* & inſert Roſental. *cap. 9. conceſ. 49. concluſ. 18.* & ita vbi non placeret eidem Senatui reuocare priorem ſententiam, ſaltem moderanda videretur, vt feudum deuolueretur cum illo onere.

Ad vltimum, quod non conſtet Dominos Lanzonos eſſe tales, quales ſe faciunt; vltra quod hoc eſt notorium, & colligitur ex fide tutelæ, de qua *fol. 20. fac. 2.* id poſſunt demonſtrare per inueſtituram ipſis factam ab Illuſtriſ. Dom. iſto, vti filijs Domini Annibalis, & vti talibus quales ſe faciunt.

ARGVMENTVM.

Plenè agitur de renunciatione iuris facta ſub prætextu cauſæ iniuſtæ cuius plures ſpecies examinantur. De læſione in ipſa renunciatione; Erroreque, ac dolo, & fraude ob quæ reſcindatur. Quid in ea operetur Iuramentum, & Geminatio. Ius reſcindendi cui competat; Et de actuum correſpectiuitate. De actus validatione, per Principem facta, eiusque effectibus, & vigore. De præſumptione aſſenſus in illum ex taciturnitate per longum tempus, & actus publici auctoritate, &c.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio, quod ſi bonorum diuiſorum pars euinceretur, alter alterum, vel heredes conſeruare indemnem teneatur pro dimidia damni paſſi, eſt iuri conformis.*

2 *Stante hoc pacto, licet ſine circuitu agere contra obligatum, de euictione, ſi caſus occurrat.*

3 *Damni hinc inde paſſi per obligatos, mutua compenſatio fieri poteſt.*

4 *Renunciatio facta ſub prætextu quarundam cauſarum præmiſſarum in ea, eſt donatio non quidem pura, ſed ob cauſam expreſſam.*

5 *Cauſa illa ceſſante, vel non exiſtente vera, renunciatio eſt inſubſiſtens, & nulla, & num. 6.*

7 *Finalis cauſa præſumitur, quia in renunciatione exprimitur eſſe ad eam deuentum ob ipſas cauſas, & nihilominus renunciauit vltra exiſtimationem.*

10 *Error facit deficere conceſſum neceſſarium in actu, & nu. 16. Etſi decretum iudicis interueniat, num. 11.*

11 *Decretum Iudicis, vel Principis, redditur ipſo iure nullum propter falſam cauſam. Imò & partim veram, & partim falſam, num. 12.*

12 *Modicum fel amaricat mel, & vnica menda faciem deformat.*

13 *Vbi in aliquo eſt erratum, contractus irritatur in totum. Etſi error perueniſſet a b allegante nullitatem, num. 14.*

15 *Etſi iuramentum interueniſſet. Nam iuramentum non validat actum errore factum, Nec tunc abſolutio à iuramento exigitur, num. 16.*

17 *Iuramentum non operatur aliquid, deficiente conſenſu ſuper actu, Etiamſi iuretur talem actum eſſe vtilem, num. 18.*

19 *Renunciatio facta omni legum auxilio, non tollit remedium competens ex errore, & ignorantia.*

20 *Iteratio aut confirmatio renunciationis ex errore non tollit remedium nullitatis ob eum errorem.*

21 *Mulieres poſſunt ſua negotia per alias perſonas, ſeu procuratores gerere, & cauſa ob earũ inhabilitatẽ falſa eſt.*

22 *Cauſa renunciationis, quod patris hereditas ſit debitis onuſta, eſt reprobata, & cur.*

23 *Reprobatur etiam illa, quia, ſcilicet, rem renunciatam retinere, eſſet onus magna impenſa, & cur.*

24 *Cauſa deſumpta à caſu & fortuna contingente, non eſt ſufficiens & iuſta ad alienationem faciendam.*

25 *Periculum de raro contingens non eſt conſiderandum.*

26 *Decretum interponi non poteſt in ijs quæ incerta ſunt, & poſſunt eſſe, vel non eſſe.*

27 *Quod pendet non habetur quaſi ſit.*

28 *Alienari non poſſunt bona ſtabilia minorum ſine decreto, etſi ſint ſubiecta periculis inundationis, & ſimilium raro contingentium.*

29 *Mali euentus non ſunt in conſideratione habendi, nec expectandi.*

30 *Vbertas aliorum annorum eſt compenſanda cum ſterilitate aliquorum.*

31 *Cauſa renunciandi ſufficiens non eſt ob liberationem ſimplicem conſequendam à ſolutione liuellorum.*

32 *Cum non apparet de rei deterioratione, non poteſt quis cogi ad ſatiſdandum, rem illam ſaluam fore.*

33 *Vbi inueniri non poteſt fideiuſſor, admittitur iuratoria cautio. Aut conſignatio rei alicui apto, qui ſoluat ſingulis portiones, num. 34.*

35 *Cauſa vt annullet actum, ſufficit eſſe falſam de iure tantũ, licet non de facto.*

36 *Male renuncians poteſt res ita renunciatas recuperare, Item & eius heredes, num. 37. & 69.*

38 *Cedi poteſt quodlibet ius, cuius ceſſio non ſit ſpecialiter prohibita.*

39 *Ceſſionarius reputatur eadem perſona cum cedente, & in eius locum ſubrogata.*

40 *Ius competens auctori competit & ſingulari ſucceſſori.*

41 *Renuncians cum læſione enormi eſt reſtituendus in re renunciata, & eius fructibus.*

42 *Dolus præſumitur ex propoſito ineſſe in contrahente, cum pars fuit læſa enormiter.*

43 *Mulier contrahens cum læſione, etiam modica, cenſetur dolo ſeducta.*

44 *Mulierum ſexus eſt admodum fragilis, & ſeductionibus ſubiectus.*

45 *Renunciatio cum læſione, ſi non eſt ipſo iure nulla, ſaltem eſt reſcindenda.*

46 *Non obſtante iuramento.*

47 *Decreto iudicis.*

48 *Conſanguineorum præſentia.*

49 *Actus geminatione.*

50 *Expreſſa ratificatione.*

51 *Renunciatione.*

52 *Renunciatione læſionis, quia qua facilitate mulier enormiter læditur, eadem renunciare poteſt læſioni.*

53 *Renuncians enormi læſione non renunciat enormiſſimæ; & huic renuncians, non renunciat toti.*

54 *Non renunciatur tali reſciſſioni competenti, etiam quouis curſu temporis labente.*

55 *Dolus in læſione inducit malam fidem, quæ excludit quamuis præſcriptionem. Præcipuè ſtante ab initio, titulo inualido. num. 57.*

56 *Diſpoſitio* c. fin. de præſcript. *tamquam fauens animæ, ſeruatur etiam de iure ciuili.*

58 *Etiam neceſſaria renunciatio, ſi adſit læſio, poteſt reſcindi.*

59 *In actu neceſſario poteſt contingere læſio, & illius debet haberi ratio.*

60 *Renunciatio facta, nihil accepto, dicitur donatio. Niſi ſit ob aliquam cauſam, num. 62.*

61 *Læſio non conſideratur in donatione, nec ob eam poteſt reſcindi. Poteſt tamen obtinere ratio læſionis, metus, vel ſeductionis, num. 63.*

64 *Læſio inualidat donationem, quando donans errat*

ignorat

Digitized by Google

ignorat quod donat, donans multum, credens donare parum.

65 Donatio inter virum & vxorem, & de iure, & de ſtatuto Mantuae eſt nulla.

66 Nec validatur eum clauſul. vim iuramenti habense.

67 Iuramentum tamen ſi realiter interueniat ipſam confirmat. Niſi præſumatur fraus, vel colors hinc quæſitus, n. 68.

69 Vxor ex ſtatuto Mantua non poteſt ſe obligare erga virum, niſi adhibitis aliquibus ſolemnitatibus.

70 Refutatio nulla reſpectu vnius partis, eſt talis reſpectu totius.

71 Reſciſſio contractus eſt indiuidua, vt ſi reſoluatur in parte, reſoluatur in toto.

72 Actus vnicus dicitur, & ſtipulatio vna, cum res vniuerſaliter deſignatur.

73 Renunciatio, & inueſtitura facta eodem ſucceſſiuo tempore, coram eiſdem teſtibus, & Notario cenſentur correſpectiua, & vna in gratiam alterius, & n. 74.

75 Vno correſpectiuorum non ſubſiſtente, corruunt omnia. Et annullato contractu in vna parte, annullatur quoad ea in totum, & n. 76.

77 Renunciatio in ſolidum rei poſſeſſæ in communi etiam à pluribus, cenſetur vnicus actus; dum quilibet habet partem in ſingulo puncto.

78 In indiuiduis beneficium vnius prodeſt alteri.

79 Sententia lata contra vnum nocet alijs habentibus ius connexum.

80 In qualibet diſpoſitione ſemper attenditur cuius contemplatione ſit illa facta.

81 Acquiritur res illi, cuius contemplatione fuit data, vel relicta; etſi ad eum verba non ſint directa.

82 Contemplatione cuius quid datum ſit, vt cognoſcatur, afferatur coniectura.

83 Vt ſi maior ſit amicitia cum vno quam cum alio.

84 Vir & vxor ſunt duo in carne vna; & ſocij humanæ & diuinæ naturæ, num. 85.

86 Inter virum & vxorem maior eſt vnitas, quam inter patrem & filium.

87 Sententia inter alios ſecuta, non nocet tertio non citato.

88 Donatio inofficioſa facta a matre non poteſt rumpi à filijs, & heredibus eius.

89 Nulla competit actio ex perſona propria, illi, cum quo nullum geſtum eſt negotium.

90 Actio de euictione perſonalis non competit contra auctorem auctoris.

91 Succeſſori competit idem ius quod ſuo auctori, quando, & in quibus procedat, & num. 92.

93 Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

94 Qualem quis facit aliquem pro fundamento ſuæ intentionis, talem etia m probare debet.

95 Qui dicit ſe heredem, hoc debet probare.

96 At reſpectu patris, ſufficit, ſi appareat aſſerentem eſſe filium.

97 Medium inhabile impedit extrema coniungi.

98 Remedio impertinenti vtens non poteſt obtinere ex alio opportuniori.

99 Conſenſus renunciantis exigitur, vt reſcindatur renunciatio ex falſa cauſa.

100 Cedi non poteſt tertio ius declarandi nullam renunciationem, quæ propter cedentem non fuit declarata nulla.

101 Ceſſio de actione ad rem immobilem facta à minore ſine ſolemnitatibus eſt nulla.

102 Nullitas actus excluſiua ipſo iure intentionis, & iuris agentis poteſt allegari a tertio.

103 Donatio non eſt permiſſa minori etiam habilitato generaliter ad omnes contractus, vel reddito maiori ex Principis reſcripto.

104 Inſtrumentis ſtandum eſt, donec liquidiſſime contrarium probetur, & n. 106. & 167.

105 Præſumitur ſemper inſtrumentum verum, & ſolemne in forma, & in cauſa.

107 Diſponere vnicuique libet de re ſua ad libitum. Amplia ibidem.

108 Fœmina in contractibus æquiparantur viris, niſi ſpecialiter ſit contra diſpoſitum.

109 Fœmina cum ſit maior poteſt inire quemcunque contractum abſque ſolemnitate. Etiam cum marito ipſo, excepta tamen donatione, & num. 110.

111 Princeps poteſt validare donationem inter coniuges de iure prohibitam, & ob id nullam.

112 Donatio ob cauſam non eſt prohibita inter coniuges.

113 Donans non facit deteriorem ſuam conditionem, cum donat in ſui commodum, & exonerationem.

114 Contractus vicißitudinarius non eſt prohibitus inter coniuges.

115 Renunciatio cum Iudicis decreto cenſetur vtilis renunciantibus. Et abſq; dolo & fraude facta, & n. 116.

117 Renunciationis cauſa iuſta præſumitur cum iudicis decretum interuenit.

118 Ex hoc etiam vera præſumitur ex ſola expreſſione facta in inſtrumento, cum enunciatione cognitionis cauſa.

119 Actus non exigit cauſæ cognitionem, cum fit a maiore.

120 Decretum in contracta, etiam inualidum, excuſat à dolo. Nec illud facit præſumere, n. 123. & ſeq.

121 Dolus excluditur ex præſentia matris, & cognatorum iurantium, ſuper vtilitate actus, & veritate narratæ cauſæ. Item depoſitione in hoc celebrium virorum teſtium, num. 122.

125 Principis auctoritas ſuper actu facit, vt non poſſit in eo peti reſtitutio in integrum, vel læſio allegari.

126 Princeps cum aliquid facit, præſumitur facere ex iuſta cauſa. Maxime ſi id facit de conſilio Senatorum, num. 127.

128 Ex hoc excluditur præſumptio obreptionis, ſubreptionis, & importunitatis. Et etiam erroris, & num. 129.

130 Principis auctoritas in renunciatione, ſanat omnes defectus, & nullitates.

131 Princeps poteſt derogare iuri Ciuili, & Statutis Ciuitatis; Validat inualida, & ſupplet omnes defectus, num. 132. & 133.

134 Principis decretum non ligatur ſtatuto.

135 Iura obſtantia Actori cenſentur ſublata per Principem, ex clauſula, Non obſtantibus: Præcipue vbi valt obſtantia haberi pro expreſſis, n. 136.

137 Iuramenti vigore actus nullus validatur. Etiam ſi ſit contractus mulieris, n. 138. Adhuc etiamſi ſtatutum obſtaret, num. 139.

140 Renuncians omni legum auxilio, excluditur ab allegatione læſionis enormis, & enormiſſimæ, & num. 141.

142 Renunciatio iurata non requirit aliquam certiorationem.

143 Error non præſumitur in contractu, niſi probetur concludenter.

144 Iuramenti virtus quoad effectum validitatis contractus tranſit ad heredes. Non tamen quoad effectum periurij, num. 145.

146 Geminatio, maxime cum interuallo temporis, multum confert ad validitatem actus. Etſi alias eſſet inualidus, num. 147. Ita vt amplius non poſſet retractari, numer. 148. Videtur enim magis deliberatè factus, numer. 149.

150 Non præſumitur error in tali actu geminato, nec falſa cauſa, num. 151. Nec fraus, n. 152. Nec læſio, n. 153.

154 Actus geminatus ſupplet defectus ſolemnitatum.

155 Actui geminato non poteſt opponi aliquis defectus.

156 Ex ſcientia, & taciturnitate defectuum præcenſorum reſultat præſumptio validitatis, & contra eum actum nil poteſt opponi, 157.

158 In alienatione titulo oneroſo nulliter facta, poſt quinquennium ab ætate legitima lapſum, non datur querela; ita ea ex titulo lucratiuo poſt decem annos, n. 159.

160 Tex. in l. fin. C. ſi maior. fact. in quibus caſibus procedat.

161 Non habet locum eius diſpoſitio in dolo vero; ſecus in præſumpto, & quinam hic ſit, n. 162.

163 Ex longo temporis curſu præſumitur quem nolle recuperare rem, ſed approbare contractum.

164 Contractus, & quiuis actus præſumitur ſemper validus, verus

Digitized by Google

verus licitus, & legitime factus.
165 *In dubio contractus, & actus interpretandus eſt in bonā partem, & contra nullitatem, & nu. 166.*

CONTROVERSIA DXCIX.

RENunciatio, alias de Anno 1540. facta à Dominabus
Benedicta, & Paula ſororibus de Sancto Marco de
Curijs Libiolæ, & Subſtinenti in manibus Illuſtriſſimi
Præpoſiti, cum hoc quod de eis inueſtirentur inſoli-
dum D. Iacobus earum patruus, & Guariſcus Am-
broſonus maritus dictæ Benedictæ, eo quia ipſæ erant
mulieres inexpertes, & ineptæ ad tantam molem, & va-
cationem culturæ dictarum terrarū, & quia erant ſubie-
ctæ frequentibus Padi inūdationibus, quibus ob id ma-
ximū imminebat periculū, & iactura, cū pro eis ſoluerētur
quot annis ducati octingenti ſine aliquo reſtauro pro-
pter caſus fortuitos à primo inueſtito in ſe ſuſceptos fuit
declarata nulla reſpectu perſonæ D. Paulę, ad inſtan-
tiam Dominorum fratrum de Bonacurſijs eius filia-
rum, & erga eos fuerunt condemnati Illuſtres conſor-
tes de Sancto Marco deſcendentes à dicto Iacobo, ad
cuius commodum fuerat facta renunciatio ad reſtituen-
dum partem dimidiam dimidiæ tangentis in dictis cu-
rijs ipſi Paulæ, & ſic quartam partem totius, & pro alia
dimidia ſeu reſpectiuè alia quarta eiſdem fuit reſerua-
tum ius contra quos de iure.

Qui greſſus direxerunt contra multos, & inter alios
contra Illuſtres Dominos Iulium, & Philippum fratres
de Cereſarijs vti poſſeſſores terrarum obuentarum Do-
mino Guariſco, altero ex eis ad quorum commodum
renunciauerat Paula, ad quos peruenerunt mediantibus
ſuis actoribus, quibus ſuerant aſſignatę in ſolutum.

Ipſi vero de Cereſarijs vti ſucceſſores eorum, quibus
pro euictione quam patiuntur à dictis Bonacurſijs, obli-
gata erant omnia bona Iacobi de Sancto Marco, vigore
inſtrumenti diuiſionis, & promiſſionis de euictione,
ſecutæ inter dictum Iacobum, & alterum Iacobum fi-
lium dicti Guariſchi auctorem mediatum ipſorum de
Cereſarijs, quod inſtrumentum habetur in proceſſu, *fol.
39. fac. 2.* agunt pro ſua indemnitate, contra Dominos
conſortes de Sancto Marco deſcendentes à dicto Iaco-
bo, vt de actione ex hoc capite intendata habetur in li-
bello ſatis obſcuro in proceſſu, *fol. 144.*

Nec non vti ceſſionarij Vincentij Ambroſoni nepo-
tis ex filio dictę Benedictæ, & eius hæredis petunt de-
clarari eandem renunciam penitus, & omnino nullam,
etiam reſpectu perſonæ Benedictæ, ſicut declarata fuit
reſpectu perſonæ Paulæ, atque inſtant condemnari Do-
minos de Sancto Marco, ad reſtitutionem terrarum
eius vigore illis obuentarum, vna cum fructibus perce-
ptis, & qui veriſimiliter percipi potuerunt a die prædi-
ctæ renunciæ, & hoc ſtantibus eius qualitatibus, ac alijs
actibus ante, & poſt eam geſtis, & celebratis, illam fun-
ditus nullam reddentibus, vt in altero eorum libello pro-
ducto, *fol. 3.*

Et quo ad primum caput recte agere videntur, nam
clara extat conuentio, quod ſi vnquam aliqua portio
bonorum diuiſorum inter prædictos de Sancto Marco,
& Ambroſono euinceretur, quod alter alterum, ſeu eo-
rum hæredes teneretur conſeruare indemnem pro dimi-
1 dia damni paſſi, quę † conuentio eſt etiam iuri com-
muni conformis, *l. item quamuis, in fine, ff. commun. di-
uidund.* Peregr. *de fideicom. artic. 52. ſub num. 53.* vn-
de data euictione intenta à Bonacurſijs fiet locus dictæ
conuentioni, & cum Domini Cereſarij habeant iura
ceſſa à ſuis auctoribus, licebit eis ſine aliquo circuitu
omiſſis auctoribus immediatis, agere contra eum qui illos
indemnes conſeruare eſſet obligatus, *l. ſi res, ff. de euict.*

Nec obſtat quod Dñi. S. Marchi iā paſſi ſint tantūdē
2 damni † ab eiſdem Bonacurſijs, ad cuius refectionem
tenerentur hæredes Ambroſoni, ea ipſa conuentione
qua illi petunt hanc indemnitatem, & ob id vbi etiam
ſequeretur euictio promota contra Dominos Cereſa-
3 rios, damni † hinc inde paſſi faciendā eſſe mutuam

compenſationem, ſicque neutram remanere alteri obli-
gatam, argumento text. *in l. Maunis, §. arbiter, ff. fa-
mil. herciſcund. & in l. eleganter, in fine principij,* vbi
Bartol. *ſub num. 2. ff. de pignorat. action.* Sebaſtian. Me-
dic. *in tractat. de compenſat. part. 2. quæſt. 25. nu. 5.* nam-
que replicant actores euictionem paſſam à Dom. San-
cto Marco, ſecutam fuiſſe ob culpam eorum, qui nulli-
ter, & nullo iure detinebant tales terras, vtpote ex re-
nuncia inualida, ſicuti ex deducendis in ſequenti capite
oſtendere fortè nituntur.

Quo igitur ad dictum ſecundum caput, prætenſæ nul-
litatis, pariter reſpondendum videretur prędictam re-
nunciam iuribus nequaquam ſubſiſtere poſſe.

4 Primò, quia facta fuit ſub prætextu quarundam †
cauſarum præmiſſarum in ea, quo fit vt non poſſit con-
ſiderari tamquā donatio pura, & mera proueniens ex
mera liberalitate, ſed tantum ob cauſam expreſſam, vt
5 aduertit Crauet. *conſ. 729. numer. 1.* quæ cauſa ſi † ſit
falſa, vel erronea, renunciatio remanet ſine fundamen-
to, & per conſequens omnino nulla, vt reſpondit pul-
chrè Crauet. *d. conſil. 729. per totum,* vbi conſiderat va-
nam eſſe cauſam illam renunciandi, eo quia quis rebus
ſuis ſupereſſe non poſſit; quia per alium id commode
adimplere poteſt, & quod ex falſitate ſeu errore cauſæ
6 finalis † annulletur renunciatio, & quilibet actus, do-
cuerunt quoque Bartol. *conſ. 90. in 4. dubio, num 4. vol.
1.* Alex. *conſ. 89. num. 12. & 14. vol. 2.* Ruin. *conſ. 137.
num. 11. vol. 3. & conſ. 101. num. 6. vol. 5.* Pariſ. *conſ. 12.
ſub num 171. volum. 2.* Crot. *conſ. 120. num. 18.* Burſat.
conſil. 115. num. 19. Ceph. *conſil. 427. num. 11. & conſ.
583. num. 37.* Purpur. *conſil. 271. num. 7.* Maſcard. *conſ.
38. num. 20.* Tiraquel. *in tract. ceſſant. cauſ. part. 1. n.
36.* Surd. *deciſ. 344. num. 19. part. 2.* Menoch. *conſ. 769.
num. 4.* Decian. *conſ. 21. num. 37. vol. 2.* Renunciatio
namque regulatur à ſua cauſa, *l. 2. §. final.* vbi Bartol.
ff. de donation. Rota *deciſ. 624. numer. 2. part. 1. nouiſſi-
marum.* Io. Gædde. *conſil. 24. n. 45. inter conſ. Acade-
mic. Margpurgenſ.*

Cauſas autem narratas fuiſſe finales præſumendum
7 eſt, † quia reperitur expreſſum in proœmio ob eas de-
uentum fuiſſe ad renunciationem, iuxta *l. final. ff. de hæ-
red. inſtit. & l. 1. in ff. ad Macedon. l. regula, §. final. ff.
de iur. & fact. ignorant.* Dec. *conſ. 600. num. 1.* Barbat.
conſ. 64. col. 1. & 2. volum. 4. Tiraquel. *in tract. ceſſante
cauſa, limitatione, 1. num. 64.* Burſat. *conſ. 101. num. 17.
& conſ. 109 n. 31.*

Sicuti etiam non videtur valere, ex quo credidit re-
8 nunciare † modicum, & nihilominus multum, & lon-
ge vltra ſuam exiſtimationem renunciauit, Surd. *conſil.
46. ſub. n. 13. & 14.* Bertrand. *conſil. 255. parte ſecunda
tertij voluminis,* Alciat. *conſ. 6. n. 20. lib. 3. alias eſt conſ
166. ſub n. 1.* Iacob Marcheſel. *lib. 1. recollectar. q. 85
9 n. 15.* iuri enim ignorato † quis renunciare non cenſe-
tur, *l. mater decedens,* vbi Gl. *ff. de inoffic. teſtam. l. ſi quan-
do, C. eod. tit. l. legitima, ff. de petition. hæreditat.* Arctin.
conſ. 33. num. 9. Magon. *deciſ. Florentin. 102. n. 11.* Ri-
10 min. Iun. *conſ. 54. n. 17.* & error facit deficere conſenſum
qui eſt neceſſarius in actu, *l. ſi per errorem, ff. de iuriſdi-
ction.*

11 Quæ omnia procedunt quamuis interuenerit † de-
12 cretum iudicis, vel Principis; namque & illud † reddi-
tur ipſo iure nullum propter falſam cauſam, *l. magis pu-
to, §. 1. ff. de reb. eor.* Alex. *conſ. 69. n. 3. volu. 3.* Pariſ.
conſ. 12. n. 63. vol. 2. Crauet. *in reſponſ. pro gener. n. 200.*
Simoncell. *de decreto tit. 1. n. 21.* & in decreto Principis,
tradit Cephal. *conſil. 207. n. 83. cum ſeqq.* Rimin. Iun.
conſ. 5. n. 174. & num. 209. Nat. *conſ. 631. n. 31.* Roland
conſ. 17. n. 85. vol. 3. Bertaz. *conſ. ciuil. 12. n. 30.* omnes
loquentes in decreto conceſſo à tutoribus noſtri Princi-
pis, quale præcisè eſt etiam illud, de quo in caſu præ-
ſenti.

Imo redditur nullum, ne dum ex cauſa falſa omnino,
ſed etiam ex cauſa, partim vera, & partim falſa, cum ſit
indiuiduum, Ceph. *d. conſil. 207. numer. 86.* Roland. &
ipſe *d. conſil. 7. pariter num. 86.* Rimin. Iun. ibidem, *n.*

210. & Bertaz. *vbi ſupra, n.* 31. Barbat. *conſ. 6. ſub. nu.*
13 14. *circa medium, vol.* 4. inquiens, quod † fel modicum
mel amaricat, & vnica menda totam faciem deformat,
Riminald. Iun. *conſ.* 474. *n.* 38. Et vbi in aliquo eſt er-
ratum, quod contractus irritetur in totum, ſcribit etiam
Soc. Iun. *conſ.* 129. *n.* 39. *vol.* 1.
14 Etiam ſi error prouenirét ab eo † qui illud obtinuit,
& allegat nullitatem, Alex. *conſ.* 69. *n.* 4. *vol.* 3.
15 Atque † adeo vera prædicta ſunt, vt etiam vendi-
cent ſibi locum, licet actus fuerit iuramento firmatus,
Pariſ. *conſ.* 96. *n.* 24. *vol.* 1. Decian. *conſ.* 32. *ſub n.* 35. *vol.*
16 3. Rim. Sen. *conſ.* 345. *n.* 13. vbi inquit quod hoc † caſu
non eſt neceſſaria abſolutio, Mancin. *in tractat. de iura-
ment. part.* 4. *q.* 9. *primi effectus, n.* 1. *fol.* 188. Cephal.
conſ. 427. *num.* 11. Bertaz. *conſ. ciuil.* 25. *n.* 111. Seraph.
de iuram. priuileg. 90. *ſub n.* 3. *verſic. Sed in contrarium,*
17 *& num.* 7. quia error excludit † conſenſum, *d. l. ſi per
errorem, ff. de iuriſdictio. omn. iudic. l.* 2. *in principio, ff.
de iudic. l. non idcirco, C. de iur. & fact. ignorant.* & vbi
deficit conſenſus, iuramentum non operatur, Bald. *in l.*
1. *in* 2. *quæſtione, num.* 12. *C. commodati,* Virgin. Boc-
cacius *in conſtit. Ægidian. vt minorum, Gloſſ.* 2. *ſub n.* 50.
vbi pulchre.

Et amplius præcedunt quamuis attinentes iurauerint
18 talem † renunciam eſſe vtilem, Bertaz. *conſil. ciuil.*
25. *n.* 112.

19 Nec non licet renunciatum fuerit omni legum auxi-
lio, quia talis renunciatio non tollit remedium compe-
tens propter errorem, & ignorantiam, Pariſ. *conſ.* 20.
n. 99. *vol.* 1. Rimin. Sen. *conſ.* 89. *n.* 7. *vol.* 1. poſt Caſtr.
in l. final. §. item quæſitum, num. 2. *ff. de condic. in-
debit.*

20 Atque demum † habent locum licet renunciatio
fuerit iterata, ſeu confirmata, quoniam defectus qui re-
peritur in primo actu, præſumitur & in ſequenti, qui fit
per illius corroborationẽ, Riminal. Iun. *conſ.* 81. *nu.* 3.
Seraphin. *de iurament. priuilegio,* 90. *ſub num.* 7. Bertaz.
conſ. 46. *n.* 22. *in ciuilibus,* & facit Corn. *conſ.* 132. *num.*
6. *vol.* 4.

Quod autem cauſæ ſub quarum prætextu fuit facta
renunciatio à Domina Benedicta fuerint falſæ, demon-
ſtrari poſſe videtur, ſingulas perpendendo.

Nam ea quod eſſet mulier, & ideo inexperta & non
apta huic moli vacandi culturæ harum curiarum, non
eſt habenda in conſideratione; tum quia mulieres poſ-
21 ſunt † per alias perſonas huiuſmodi negotia gerere,
alias enim ſemper priuarentur bonis ſuis, quod eſt ad-
modum abſurdum, & contra communem experien-
tiam, ita falſitatem cauſæ in terminis conſiderant Cra-
uet. *conſil,* 729. *ſub num.* 3. & Rum. *conſ.* 63. *ſub num.* 11.
Tum quia non erat opus multo labore in hac negotia-
tione, ex quo fere ſuper omnibus iſtis terris aderant co-
loni perpetui reddentes partem Domino ſine aliquo
onere, vel impenſa.

22 Sicuti nec alia † quod eſſet multis debitis implici-
ta hereditas patris, ſufficit, vt eam reprobat Cranet.
vbi ſupra, nam poſtquam adita erat hæreditas, renun-
ciando ſine aliquo lucro, fuiſſet addere iacturam iactu-
ræ.

23 Prout & tertia, † de qua in inſtrumento confirma-
tionis, in proceſſu *fol.* 119. *fac.* 1. videlicet quod eſſet
onus magnæ impenſæ, admittenda non videtur, auctore
Rum. *conſ.* 63. *ſub num.* 11. *vol.* 1, & ratio poteſt eſſe,
quia licet expenſa eſſet magna introitus nihilominus, &
cenſus equiualebat, imo ſuperabat eam; præterquam
quod videtur illud negari poſſe, quod opus eſſet ma-
gna impenſa, quia, vt dictum eſt, hæ terræ colebantur
expenſis colonorum.

Quarta cauſa, quod hæ curię eſſent ſubiectæ inun-
dationibus, & Padi rupturis, nec ipſa videtur ſufficiens,
namque cum huiuſmodi caſus non ſint perpetui, vel
ſoleant vt plurimum contingere, ſed quandoq. tan-
24 tum, & pendeant à futuro euentu, † adeo vt ſicut poſ-
ſent euenire, ita poſſent etiam non accidere, ex eis non
reſultat iuſta cauſa alienandi, Bald. *in l. & ſi ſine, §. quæ-
ſitum, in poſteriori lectura, ff. de minoribus, fol. mihi,* 231.
25 *col.* 3. vbi dicit, quod ſi eſt periculum † de raro con-
26 tingens, non eſt conſiderandum, & ideo in his † quæ
incerta ſunt, & poſſunt eſſe vel non eſſe, decretum in-
terponi non poteſt, Socin. patruus, *in conſil.* 72. *num.* 6.
vol. 3. Bero *conſ.* 183. *nu.* 2. *vol.* 1. Simoncell. *in tractat.
de decret. tit.* 1. *num.* 39. de futuris enim contingenti-
bus non eſt determinata veritas, & ideo quod pendet à
27 futuro, † non debet reputari ac ſi eſſet, *l. ſi damnum
dat. §.* 1. *vbi* Cagnol. notat, *ff. de regul. iur.* Paleth. *conſ.*
124. *num.* 2. Corn. *conſ.* 231. *numer.* 2. *vol.* 1. vbi quod
futurum, eſt incertum naturæ naturatæ, & ita etiam
legi.

Et ob id bona minorum ſtabilia ſubiecta huiuſmodi
28 periculis † non poſſunt alienari ſine decreto, Pinel. *in
l.* 1. *parte* 3. *ſub numer.* 28. *C. de bonis maternis,* Surd. *in
tract. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 45. *ſub num.* 4. ex quo
datur intelligi inquirendum eſſe in cauſæ cognitione, an
talia ſint pericula, & ita certa vt concedenda ſit aliena-
tio, an vero adeo incerta, & de raro contingentia, quod
29 deneganda ſit, quia mali euentus † non ſunt in conſi-
deratione, nec expectandi, Maluaſ. *conſ.* 42. *n.* 52. Ma-
gon. *deciſ. Florentin.* 103. *n.* 20.

Quinta cauſa, quod ſoluebantur quot annis ducati
800. ſine aliqua ſpe reſtauri, non releuat, quia hoc non
obſtante, apparet quod curiæ erant multo maioris va-
loris, & redditus, ex quo in diuiſione facta inter Domi-
nos Ioan. Franciſcum patrem mulierum quę renun-
ciauerunt, & Iacobum fratres de Sancto Mar-
co, multa ſtabilia obuenerunt ipſi Iacobo, & hę Curiæ,
tantum Ioan. Franciſc. cum onere dandi ducatos mille
fratri, pro adæquatione, argumentũ efficax eas vltra li-
uellum ducat. 800. fuiſſe multo maioris redditus æſti-
matas, vt deducitur ex inſtrumento diuiſionis in pro-
ceſſu antiquo, *fol.* ...

30 Quod † etiam deprehenditur ex augmento liuel-
li facto de Anno 1548. de ducatis 180. quando Illuſtriſ-
ſimus Cardinalis Hercules conquerebatur tales curias
fuiſſe conceſſas pro liuello viliori, vnde deuentum fuit
ad æſtimationem, & ſic penſio de ducatis 800. fuit aucta
ad ducatos 980. Et licet aliquando non colligerentur,
forte fructus ſufficientes, tamen vbertas aliorum anno-
rum compenſanda erat cum ſterilitate aliquorum, *l. ex
conducto, §. Papinianus, ff. locat. l. licet. C. eodem tit.*
31 nec eſt ſufficiens † cauſa renunciandi propter libe-
rationem ſimplicem conſequendam à ſolutione liuel-
lorum, Afflict. *deciſ.* 87.

Sexta cauſa narrata Principi quando fuit obtentum
decretũ confirmationis, de qua in proceſſu, *fol,* 119. *fac.*
1. *& fol.* 130. *fac.* 1. *in fine,* videlicet, quod dictę ſorores
requiſitæ fuerant ab Illuſtriſſimo Dom. directo ad ſa-
tiſdandum pro liuellis, nec inueniebant fideiuſſionem,
minus apta videtur, tum quia non videbantur poſſe co-
32 gi ad hanc ſatiſdationem, † ex quo non conſtabat in
deterius mutatam eſſe eorum conditionem, Ioſeph.
Ludouic. *concluſ.* 8. Surd. *conſ.* 68. tum quia vbi non
33 potuiſſent † inuenire fideiuſſorem, debebat admitti
cautio curatoria, iuxta Auth. *Generaliter C. de Epiſc. &
cleric.* Surd. *deciſ.* 141. *nu.* 7. vel ſaltem conſignare cu-
34 rias penes idoneam perſonam, quæ † reſponderet
Præpoſito de liuellis, & de reſiduo ipſis mulieribus, ſe-
cundum remedium, de quo apud Surd. *in d. deciſ.* 141.
num. 14. & 15.

Septima, de qua in prædicto inſtrumento ratifica-
tionis, & propoſita Principi, vt in proceſſu, *fol.* 130. *fac.*
2. quod arbitrarentur dictæ ſorores earum patrem de-
deniſſe ad perniciem ob dictas curias, & illarum onus
ac expenſas redditur falſa ex atteſtationibus teſtium exa-
minatorum à Dominis Bonacurſijs concludentium eas
terras fuiſſe fertiles, & potuiſſe valde lucrari ex illa vl-
tra liuellũ qui pro eis ſoluebatur, & quia Guariſcus, &
Dominus Iacobus, quibus fuit facta renunciatio, facti
ſunt poſtea diuites.

Octaua & vltima, quod liberabantur non ſolum à li-
uellis futuris, ſed etiam præteritis, de qua in inſtrumento
ratifi-

Digitized by Google

ratificationis, *fol.* 119. *fac.* 2. & in decreto, de quo in d.
inſtrumento, *fol.* 130. *fac.* 2. infringitur, tum quia non
conſtat de aliquo debito pro liuellis præteritis in inuē-
tario confecto ab ipſis ſororibus de hæreditate pater-
na. Tum quia ex fide producta in proceſsu antiquo, *fol.*
confecta ſub die 20. Auguſti 1537. patet, D. Io. Franc.
d. Sancto Marco ſoluiſſe anticipate Illuſtriſſimo Præ-
poſito ducatos 1200. ad computum, vt in ea dicitur
annorum futurorum, & eorum liuellorum, vnde cum
liuelli bipartite ſoluerentur, videlicet, prima paga in Fe-
ſto Natiuitatis poſt recollectum, & alteram Feſto San-
cto Petri proximi, & D. Io. Franciſc. deceſserit de men-
ſe Maij 1540. ſequitur, facta computatione dictorum
ducatorum 1200. anticipare ſolutorum, quod tempore
mortis non eſset in aliquo debitor pro dictis liuellis, &
per conſequens, nec tempore dictę renunciæ, quæ fuit
facta die 26. Maij 1540.
35 Ad cauſandā autem nullitatē † ob falſitatem cauſę,
ſufficit, etiam ſi cauſa ſit falſa, in iure tantū, licet non in
facto, Ruin. *conſ.* 63. *ſub n.* 17. *vol.* 1. Rim. Iun. *conſ.* 5. *n.*
174. contractus enim dicitur iniuſtus ex cauſa iniuſta, vt
poſt Caſtrenſem, tradit Marius Anguſ. *conſ.* 24. *n.* 17.
Ex qua falſitate cauſarum, reſultat etiam manere pro-
batum, Dominam Benedictam plus ſatis renunciaſse,
quam in rei veritate credebat, cum probatū ſit per teſtes
eas terras fuiſſe fertiles, & valoris longe maioris, quam
eſset capitale liuelli, qui ſoluebatur Præpoſito, & ipſos
quibus renunciatæ fuerunt, diuites euaſiſse, vt dixi in
reprobatione quintæ, & ſeptimæ cauſæ.
36 Cum autem ſtante præſuppoſita † nullitate renun-
ciæ potuiſset contrauenire, & bona renunciata recupe-
rare ipſamet Domina Benedicta, Surdus, *deciſ.* 317. *n.*
10. & *conſ.* 284. *num.* 2 & *conſ.* 489. *nu.* 32. Deci. *conſ.*
408. *num.* 2. Caſtr. per illum textum, *in l. final.* §. *idem
quaſiit, ff. de condic. in debit.* Ceph. *conſ.* 427. *num.* 11.
& tradunt omnes illi qui dicunt geſta ſub prætextu fal-
37 ſę cauſæ eſse nulla, quos ſuperius allegaui; ita † quoque
& eius hæredibus hoc licet. *l. non idcirco, C. de iuris, &
fact. ignorant.* Aretin. *conſ.* 123. *ſub num.* 7. *verſic. Ad
aliud dubium, &c.* Alciat. *conſil.* 80. *num.* 8. *lib.* 8. *alias
eſt conſil.* 587. *ſub num.* 4. Pariſ. *conſil.* 70. *num.* 20. *vol.*
3. Ceph. *conſil.* 532. *num.* 23. Io. Vincent. de Anna *in re-
petitione conſtitutionis Diua memoria*, *num.* 248. Crauet.
conſil. 200. *ſub num.* 7. & ſicuti hoc poterat Iacobus pri-
mus hæres, & filius Benedictæ, ita & Vincentius nepos,
& hæres hæredis, Ioſeph. Ludouic. *in concluſ. de heredi-
bus, in* 44. *illatione, verſic. Ampliatur quarto, &c. & in*
82. *illatione, verſic. Vndecimo amplia, &c.* Et ex ceſſio-
ne habita poſtmodum à Vincentio, idem ius nunc com-
38 petit Dominis Cereſarijs; quodlibet enim ius † ce-
di poteſt, cuius non eſt ſpecialiter ceſſio prohibita, Ti-
taquel. *de retract. conſanguin.* §. 26. *gloſ.* 3. *num.* 2. Surd.
39 *conſ.* 567. *num.* 8. & ceſſionarius † ſubrogatur in lo-
cum cedentis, ac reputatur eadem perſona cum illo,
Crot. *conſ.* 83. *num.* 10. Beriaz. *conſil. eiuſd.* 42. *num.* 9.
Surd. *conſil.* 22. *num.* 16. vbi latè exornat. & *conſil.* 82.
num. 13.
Quod quidem ius videtur quoque competere eiſdem
D. Cereſarijs; ex eo tanū quod habent cauſam à dictis
hæredibus mediante acquiſitione facta ab eis, quibus hæ
40 terrę datæ fuerant in ſolutum; quia ius competens †
auctori, competit etiam ſingulari ſucceſſori, *l. dolia*, §.
1. *ff. de contrahend. emption. l. inuitus*, §. *plerunque, ff.
de regul. iur.* Tiraquel. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.*
9. *num.* 131. Surd. *conſ.* 22. *num.* 17.
Secundum principale fundamentum fauens Dominis
Cereſarijs, reſultat ex præcedenti, nam cum Domina
Benedicta renunciauerit ſub quodam prætextu, qui ap-
paret falſus, & cum præſuppoſito renunciandi parum,
imo potius ſe exonerandi, & tamen renunciauit mul-
tum, ſequitur quod dicatur læſa, & læſa ænormiſſime,
ex quo dedit totum pro nihilo, & ſic læſio fuit in toto,
vnde nulla fuit penitus renunciatio, & res venit reſtituē-
da cum fructibus, Cagnol. *in l.* 2. *num.* 81. *C. de reſcind.
vendition.* Merzar *conſ.* 19. *verſic. & aduertendum eſt,
&c. pagin.* 195. *in impreſſione Florentina*, Beret. *conſil.*
10. *num.* 4. Gamma *deciſ.* 94. Soc. Iun. *conſ.* 129. *nu.* 40.
& 47. *vol.* 1. vbi loquitur in renunciatione.
42 Quia † ex ea arguitur dolus re ipſa, qui ęquipatatur
in caſu iſto, dolo ex propoſito, Cagnol. *vbi ſupra, n.* 79.
in fine, & num. 81. Corn. *conſ.* 283. *ſub nu.* 9. *circa prin
cipium, vol.* 4. Roman. *conſ.* 68. *num.* 3. Bero. *conſ.* 37.
ſub num. 30. *vol.* 1. Beret. *d. conſ.* 10. *ſub numer.* 4. Cra-
uet. *conſ.* 29. *num.* 5. & *conſ.* 192. *num.* 3. Alba *conſ.* 81.
num. 49. Pariſ. *conſ.* 75. *numer.* 20. *vol.* 3. Soc. Iun. *conſ.*
48. *num.* 24. & *conſ.* 129. *nu.* 40. vbi de mag. commun.
vol. 1. Decian. *conſ.* 78. *num.* 35. & 36. *vol.* 1. latè Ruin.
conſ. 170. *n.* 19. *vol.* 1.
43 Præcipuè, † cum contractus ſit celebratus à mulie-
re, quæ ex immodica læſione præſumitur doloſe ſedu-
cta, Socin. Iun. *conſ.* 48. *num.* 26. *vol.* 1. Decian. *conſ.*
39. *ſub num.* 151. *vol.* 2. Anchar. *q.* 35. *ſub num.* 5. *part.*
2. Martin. Monter. *in reſponſ. pro vxor. part.* 1. *num.* 57.
Curt. Iun. *conſ.* 141. *ſub. num.* 17. Alba. *conſ.* 77. *nu.* 25.
44 cum mulierum ſexus † ſit admodum fragilis, & iſtis
ſeductionibus ſubiectus, vt latè probat Iaſ. *conſ.* 204.
n. 7. *vol.* 2.
45 Et vbi non eſset ipſo iure † nulla, ſaltem veniret re-
ſcindenda, vt tradit poſt multos, Io. Gædens *in conſ.* 27.
n. 212. *inter conſilia Academiæ Marpurgen.* Menoch.
conſ. 80. *n.* 71. Pedroch. *conſ.* 26. *nu.* 35. Crauet. *conſil.*
729. *num.* 14. Ruin. *conſil.* 170. *numer.* 16. *cum pluribus
ſeqq. vol.* 1.
46 Non † obſtante iuramento. Pariſ. *d. conſ.* 75. *num.*
20. *vol.* 3. Alba *conſ.* 89. *num.* 6. latè Merzar. *conſil.* 20.
ante num. 25. *verſic. Qua concluſione, &c. in pluribus
ſequentibus*, Deci. *in conſil.* 78. *vol.* 5. Ruin. *conſil.* 170.
n. 19. *vol.* 1.
47 Nec † iudicis decreto, quia ob enormiſſimam læ-
ſionem præſumitur ſubreptitium, Ceph. *conſ.* 676 *num.*
17. Ruin. *d. conſ.* 170. *n.* 24. *vol.* 1.
48 Nec † conſanguineorum præſentia, Alba *conſ.* 89.
n. 7. Ruin. *vbi ſupra.*
49 Nec † actus geminatione, Pancirol. *conſ.* 44. *n.* 31.
50 Vel † expreſsa ratificatione, *l.* 1. *C. ſi maior. fact.
alienat. rata habuer.* Surd. *conſ.* 656. *n.* 7.
51 Neque † renunciatione, *leg.* 2. *C. de reſcind. ven-
ditione*, Alba *conſ.* 81. *n.* 51.
52 Neque † renunciationis læſioni, quia qua facilita-
tate enormiſſime læditur mulier, eadem læſioni renun-
ciat, Menoch. *conſil.* 412. *num.* 75. & 93. Ruin. *d. conſ.*
53 170. *n.* 25. & quia renuncians † enormi læſioni, non
dicitur renunciare enormiſſimæ, & renuncians enormiſ-
ſimæ non dicitur renunciare toti, Pariſ. *conſil.* 20. *ſub
numer.* 92. *vol.* 1. Decian. *d. conſil.* 78. *ſub num.* 33. *vo-
lum.* 5.
54 Neque † pariter obſtante curſu temporis, Ruin.
ſæpedict. conſil. 170. *ſub num.* 28. *vol.* 1. Surd. *conſil.* 49.
num. 43. Purpur. *conſil.* 544. *num.* 5. quia propter do-
55 lum † inducitur mala fides, quæ excludet omnem præ-
ſcriptionē cuiuſcunq; temporis, etiam longiſſimi, de iure
56 Canonico, *cap. final. de præſcriptio.* cuius diſpoſitio † tan-
quam fauens animæ, ſeruatur, etiam de iure ciuili, Alex.
conſil. 99. *num.* 4. & 5. *vol.* 3. Burſat. *conſ.* 23. *num.* 19.
& *conſil.* 330. *num.* 149. & 150. vbi de communi.
57 Præſertim † vbi de titulo inualido apparet ab ini-
tio, tunc enim nec præſcriptio immemorabilis ſuffra-
gatur, Cravet. *conſ.* 134. *numer.* 44. Rimin. Iun. *conſil.*
258. *num.* 43. Honded. *conſil.* 86. *num.* 18. *vol.* 1. & *conſ.*
80. *n.* 77. *vol.* 2.
58 Neque † demum vbi etiam renunciatio iſta fuiſſet
neceſſaria propter aliquam cauſam iſtis mulieribus, quia
59 etiam in actu neceſſario † poteſt contingere læſio, &
illius debet haberi ratio, Anguil. *conſ.* 14. *n.* 117.
60 Et hoc reſpectu † læſionis ſicuti ipſa Domina Be-
nedicta læſa poterat contrauenire, ita & eius hæredes,
Pariſ. *d. conſil.* 75. *num.* 20. & 21. *vol.* 3. & conſequen-
ter eorum ceſſionarij, iuxta ſuperius deducta in capite
falſæ cauſæ & erroris.
61 Licet autem renunciatio † facta nihil accepto, di-

entur donatio. *l. ſi quis delegauerit, ff. de donation.* Alba *conſ.* 125. *num.* 16. Anguil. *conſil.* 30. *num.* 294. Bal. *conſ.* 184. *in principio, vol.* 4. latè Maſcard. *concl.* 1268. *n.* 1. & in donatione non habeatur in conſideratione læſio, nec ex ea licet enormiſſima, reſcindi poſſit, Alba *conſil.* 4. *num.* 35. *& conſil.* 11. *num.* 7. vbi de communi, Honded. *conſ.* 42. *num.* 23. *vol.* 1. Pedroc. *conſil.* 26. *num.* 27. *& conſil.* 35. *num.* 109. Barz. de communi, *deciſ.* 25. *n.* 66. tamen hoc non procedit in donatione non prouenienie
62 ex mera liberalitate, ſed ob aliquam cauſam, † qualis eſt præſens, Corn. *conſ.* 161. *ſub num.* 8. *&* 9. *vol.* 3. Alba *conſil.* 81. *ſub num.* 55. Rota *deciſ.* 102. *ſub num.* 6. *&* 7. *part.* 2. *nouiſſimarum.*

63 Quamuis † etiam vbi conſideraretur, vti pura, & mera donatio, adhuc in ea habetur ratio læſionis quando in ea veriſimiliter interuenit dolus, metus, vel ſeductio, ſicuti hic præſumi ſuperius deductum eſt, ita obſeruant poſt alios, Alba *conſil.* 77. *ſub num.* 22. *& conſ.* 81. *num.* 56. *& conſ.* 100. *n.* 5. Magon. *deciſ. Florent.* 18. *num.* 4. Rota *d. deciſ.* 102. *n.* 8. *part.* 2.

64 Sicuti † & læſio inualidat donationem, quando donans ignorabat quid donaret, & errauit, donans multum, credens donare paruum, prout deduxi ſupra *in verſic. ſicuti etiam non videtur valere, &c.* & in ſpecie declarat Rota *d. deciſ.* 102. *num.* 9. *&* 10. quæ multos allegat.

65 Tertio principaliter facit, † quia vbi etiam renunciatio iſta conſideraretur tanquã ſimplex donatio, eſſet donatio inter virum & vxorem, vti facta D. Guariſco marito renunciantis, quæ tam iure communi, *l.* 1. *& per totum, ff. de donation. inter virum & vxor.* Clar. *§. donatio, quæſtion.* 9. quam patrio ſtatuto ſub ſimili rubrica, non valet, & licet de iure communi ſoleat morte donantis confirmari, tamen eodem ſtatuto non admittitur niſi expreſſa confirmatio, de qua non apparet. Pro-
66 vt etiam ſimiles † donationes non validari ex clauſula vim iuramenti habente, iam fuit deciſum in hac patria, vt patet apud Surd. *deciſ.* 154. licet alias in illa ſatis dubia quæſtione, an per iuramentum reale firmetur do-
67 natio † inter virum & vxorem, videatur affirmatiua magis præualuiſſe ſententia, vt per Surd. *d. deciſ.* 154. & Seraph. *de iurament. priuileg.* 71. Nat. *conſil.* 28. *nu.* 6. *&* 7. cum multis alijs, quod tamen iuramentum for-
68 male nequaquã hoc in caſu operatur, ſi præſuppoantur aliqua fraus, vel color quæſitus, Bolog. *conſ.* 18. *n.* 16.

69 Nec non videtur inualida, quia ex diſpoſitione † alterius ſtatuti ſub rubrica, *in quibus caſibus, & qualiter vxores aliorum poſſint, & valeant ſeſe obligare* prohibita eſt vxor facere aliquem contractum, per quem ipſa obligetur erga virum, niſi interuenientibus aliquibus ſolemnitatibus, quę adhibitæ non fuerunt.

Qui quidem defectus non videntur ſublati per decretum Principis, quia fuit ſubreptitium, & interpoſitum ſub prętextu falſarum cauſarum, ex quibus redditur nullum, vt ſupra late fuit comprobatum.

70 Et cum contractus, † & renunciatio ſit nulla, reſpectu partis renunciatæ marito, remanet etiam nulla reſpectu alterius portionis reſutatæ ad contemplationem patrui, quia fuit vnicum negotiũ, nec diuidi poteſt, vt in ſpecie tradit Rim. Iun. *conſ.* 569. *n.* 19. & quoad
71 reſciſſionem, contractum reputari indiuiduum, ita † vt quod ſi reſoluatur in parte, reſoluatur etiam in totum, ſcribit Alex. *conſil.* 105. *num.* 24. *vol.* 3. Ioan. Vincent. de Anna *allegat.* 9. *num.* 9. *part.* 2. Raud. *conſ.* 46. *num.*
72 27. *vol.* 1. cum enim res † vniuerſaliter deſignatur, dicitur vnicus actus, & vnica ſtipulatio, *l. ſcire debemus,* 29. *in principio,* & ibi ſcribentes, *ff. de verb. obligatio.* quod contingit hic, quia renunciauit in ſolidum.

Nec refert quod inter ipſam Benedictam, & maritum, ac patruum, nullum negotium geſtum videatur, cum non ipſis, ſed tantum Præpoſito renunciauerit, cui poſtea placuit ipſos inueſtire, ut narratur in inſtrumento ratificationis, in proceſſu *fol.* 130. *fac.* 2. namque talem renuntiationem factam fuiſſe contemplatione ipſorum patrui, & mariti dicitur expreſſe in inueſtitura facta illis ab ipſo præpoſito, *fol.* 110. *in fine*, ex quo inſtrumento claro declarantur præcedentia obſcura.

73 Præterea cum † dicta renuntia, & inueſtitura fuerit facta eodem ſucceſſiuo tempore coram eiſdem teſtibus, & Notario, dicuntur inuicem correſpectiuæ, & vna facta gratia alterius, vt latè per Menoch. *lib.* 6. *præſump.* 12. & ſic cenſetur actum inter patres, vt ipſo Illuſtriſſimus Præpoſitus habita renuncia, deberet inueſtire ipſos Guariſcum, & Iacobum.

74 Et ita in † terminis tradit Io. Lopez. *in repetit. rubr. de donation. inter virum, & vxor, §.* 30. *ſub n.* 6. *verſic. Ex quo ego dixi,* inquiens, quod ſi vxor renunciat emphyteuſim in manibus Domini, qui deinde inueſtiat maritum, quod dicitur donatio inter virum, & vxorem.

75 Correſpectiuorum † autem vno non ſubſiſtente, corruunt omnia, *l. alumnæ, & l. filio, §. matri, ff. de adimend. legat.* Menoch. *d. præſumpt.* 12. *num.* 2. Rota *deciſ.* 677. *n.* 2. *part.* 1. *nouiſſim.* Honded, *conſ.* 82. *num.* 56.
76 *vol.* 1. vbi inquit, quod annullato contractu † in vna parte, annullatur in totum in correſpectiuis, Pedro. *conſ.* 39. *n.* 82. propterea ſi nõ valet renũciatio facta reſpectu mariti & patrui, non valebit, etiam facta præpoſito, & ex hoc comprobatur etiam illud quod ſupra dicebatur, hanc renunciationem non valere pro parte renunciata patruo, ex quo non valet pro parte renunciata marito, quia vltra rationes ibi adductas, videtur etiam corruere ratione correſpectiuitatis.

Quarto, ex proximè deductis videtur hanc renun-
77 ciationem factam ab illis ſororibus fuiſſe † vnicum actum, & indiuiduum, ex quo ambo poſſidentes in communi, renunciarunt in ſolidum; tunc enim, quia quęlibet habebat partem in quolibet puncto, reputabitur indiuidua, vt in ſimili tradit Siluan. *conſil.* 20. *nu.* 14. vnde ſequitur quod reſoluto contractu pro parte Paulæ ex ſententiæ Senatus, veniat etiam reſoluenda ex parte
78 Benedictę, quia in indiuiduis, beneficium vnius prodeſt alteri, *l. ſi communem, in principio, ff. quemad. ſeruit. amittat.* Glo. *in verb. patrocinar, in l. vnica C. ſi in commun. eademque cauſa,* Odo *de reſtitut. q.* 46. *articul.* 4. Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 72. *&* 73. *vol.* 2. Et ſenten-
79 tia † lata contra vnum, nocet alijs habentibus ius connexum, Menoch. *conſil.* 421. *nu.* 63. *& conſ.* 795. *nu.* 15. vnde ſi nocuit Domin. de Sancto Marco reſpectu Paulæ, videtur etiam quod noceat eidem reſpectu Benedictæ, propter ius vnico contextu acquiſitum ab eis, & quod eadem ratione regulari & cenſeri debet, & vt ſupra deduxi contractus reputantur indiuidui quoad reſolutionem.

Quinto videtur, quod iactura nullitatis reſpectu perſonæ Paulę debeat afficere tantum Domin. de S. Marco, non autem ſucceſſores Guariſchi, quia in renunciatione iſta facta ab illis mulieribus veriſimile eſt quod Benedicta noluerit renunciare portionem ſuam in totum ad commodum mariti, non autem etiam patrui, & quod ipſa Paula ſola renunciauerit contẽplatione patrui cũ non adeſſet ratio renunciandi ad fauorẽ alterius, ſicuti
80 vigebat in ſorore, in qualibet enim † diſpoſitione ſemper attenditur, cuius contemplatione ſit facta, *l. iſta quidem, §. final. ff. quod met. cauſa, l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, ff. de legat.* 1. *l. ſi pater, §. qui duos,* vbi Bald. *in vlt. notabili, ff. de adoption,* & ei res acquiritur cuius intuitu
81 fuit data vel relicta, † licet ad ipſũ verba nõ dirigantur, *l. profectitia, §.* 1. *ff. de iur. dotium. l. ſed & ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulgar. & pupil.* Bartol. Bal. Imol. & alij in *l. filio familias, ff. de condit. & demonſtra,* Menoc.
82 *lib.* 3. *præſumpt.* 28. *numer.* 1. † ad cognoſcendum autem cuius contemplatione quid datum dicatur, tradit regulam Bartol. *in l. ſi pupilli, §. item quæritur, num.* 5. *ff. de negotijs geſtis,* quod attendantur coniecturæ, puta
83 ſi maior † amicitia ſit cum vno quam cum alio; In caſu autem iſto nulli dubium eſt, quod eſt maior amici-
84 tia, & vnitas † vxoris cum viro, quam cum patruo, quia vir & vxor ſunt duo, in carne vna, *cap. gaudemus*
85 *de diuortijs,* & ſunt ſocij humanæ, † & diuinæ naturę, *l. quamuis, C. ad l. Iuliam de adulter.* & ſcriptum eſt

quod

Digitized by Google

quod iugales debent relinquere patrem & matrem, vt
86 ſocium ſequantur, & demum maior eſt † vnitas inter
virum & vxorem, quam inter patrem & filium, Menoc.
conſil. 250. *num.* 5. Coraſ. *inter conſil. Euerard. conſ.* 75.
num. 160. & adeo propenſus eſt amor mariti & vxoris,
vt leges prohibuerint inter eos donationem, ne mutuo
amore ſe ſuis bonis ſpoliarent, ex quibus rationibus cō-
cludendum eſt, Benedictam potius contemplatione vi-
ri, quam patrui ſui portionem renunciaſſe, propterea
cum quarta pars bonorum renunciatorum videatur
eſſe ſine cauſa penes Dominos de Sancto Marco, ad-
uerſus eoſdem pariter videtur competere actio ſucceſſo-
ribus Guariſchi pro ſua indemnitate, vel ſaltem pro
vendicanda ea parte quæ magis contemplatione ſui au-
ctoris, quam alterius renunciata fuit.

Nec releuat quod iam fuerit iudicatū Paulā cenſeri re-
nunciaſſe dimidiam ſuæ portionis patruo, & alteram
Guariſco & ſic quoque Benedictam, quia talis ſenten-
87 tia vti inter alios ſecuta non † nocet tertio non cita-
to, & quæ non interuenit in cauſa, & ſic iſtis ſucceſſo-
ribus Guariſcorum, *ad l. ſæpe, cum sua materia, ff. de re
iudicat.* Surd. *deciſ.* 256. *n.* 4.

Sexto, & vltimo, cum renunciatio iſta fuerit facta ſi-
ne cauſa ſaltem vera, & iuſta, vt ſuperius fuit demon-
ſtratum, caſu quo poſſit ſubſiſtere, non valeret niſi vti
donatio; quia vt iam dictū eſt, renunciatio ſine cauſa, eſt
donatio, igitur tanquam de omnibus bonis facta, & ſic
88 inofficioſa † poſſet † rumpi à filijs, & hæredibus
matris renunciantis, vt in ſpecie tradunt Bal. *conſ.* 184.
refutatio facta, &c. in principio, colum. 4. Anguil. *conſil.*
30. *num.* 298. Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verbo donatio-
ne largitus, num.* 178. *C. de reuocand. donationib.*

Hæc ſunt forte in quibus actores vim facere inten-
dunt, quæ ſerioſa, & tædioſa ſcriptura neceſſe fuit com-
plecti, vt diuinarentur ea, quæ ſub nimio generali,
& obſcuro inuolucro verborum ab eis de aſſerta nulli-
tate propoſita fuerunt, dum dixerunt hanc renuncia-
tionem ſtantibus eius qualitatibus, ac alijs ante, &
poſt eam geſtis penitus nullam eſſe, quas generalitates
deberent reijcere iudices, & cogere partes ad ſpecifice
declarandum ſpecies, & cauſas nullitatis, ne aduoca-
ti in compilando, & exharando, etiam impertinentia
pro diuinanda intentione actorum, iudices vero, in eis
legendis ſuperfluo labore fatigentur.

Quibus non obſtantibus, exiſtimo Illuſtres Dominos
de Sancto Marco abſoluendos eſſe. Nam Domini Ce-
reſarij non habent aliquam actionem ex iure, & per-
89 ſona propria, † quia nullum geſtum eſt negotium in-
ter eos, & Dominos de Sancto Marco, *l. ſi in area, ff. de
condictio. indeb.* Alciat. *conſ.* 750. *ſub n.* 1. *alias eſt conſil.*
108. *lib.* 8. Gabr. *conſ.* 146. *num.* 1. *vol.* 1.

Nec etiam tanquam ſucceſſores in locum ſuorum
auctorum poſſunt agere de euictione, tum quia hæc eſt
90 actio perſonalis † quæ non competit contra auctorem
auctoris, vel eum qui obligatus eſt conſeruare indem-
nem, ſine ceſſione, *l. ſi res*, & ibi Angel. *n.* 1. *ff. de eui-
ction.* quæ iurium ceſſio etſi facta fuerit Dominis Cere-
ſarijs ab Hæbreis, vti aſſerentibus habere cauſam à Do-
mino Iacobo Guariſco, tamen nullibi conſtat de hoc
præſuppoſito, quod iſti Hæbrei acquiſiuiſſent à Gua-
91 riſco, & quod eis fuiſſent ceſſa iura ab eo, & nihil † re-
leuat ceſſio, niſi appareat de iure cedentis, & quod di-
cebatur ſucceſſori competere idem ius quod competit
ſuo auctori, non obſtat quia procedit vbi de eo appa-
ret, vt dixi, de quo iure Hæbreorum contra D. San. Mar-
cos, vel Guariſcum non conſtat; præterea concluſio il-
92 la † habet tantum locum in iure reali rei coherenti,
non in perſonali, vt declarat Tiraquel. *in tract. de re-
tract. conſanguin. §.* 1. *gl.* 9. *ſub num.* 131. *in fine verſic.
Sed hæc ne fallaris, &c.*

Sed vbi conſtaret de aliqua actione, & iure, ratione
euictionis contra D. de Sancto Marco ceſſaret, ex quo
ſam ipſi paſſi ſunt eandem iacturam, propter terras eis
ademptas à Dominis Bonacurſijs, propter quam illis
obligata eſſent bona Guariſchi, vnde cum peterent
quod reſtituturi eſſent, mutua compenſatione perimi-
tur mutua actio euictionis, vt probaui principio, *ver-
93 ſic. Nec obſtat quod D. San Marci, &c.* & quem † de
euictione tenet actio, eundem agentem repellit exce-
ptio, *l. vindicantem, ff. de euictionib.*

Non demum poſſunt agere vti ceſſionarij Vincentij
Guariſchi, ſub aſſerto prætextu nullitatis renunciæ fa-
ctæ ab eius auia, Domina Benedicta, quia Dominus
Vincentius fecit hanc ceſſionem, vti hæres auię, me-
diante perſona Dom. Iacobi ſui patris, vt patet in in-
ſtrumento, *fol.* 1. *fac.* 2. & tamen nulli apparet proba-
tum Iacobum fuiſſe hęredem Dom. Benedictæ matris,
ſed tantum patris, quod neceſſarium eſt, nam qualem
94 quis † facit alium pro fundamento ſuo intentionis ta-
lem, eum probare debet, vt latè per Maſcard. *in verbo,
95 Qualis concluſ. mihi*, 1253. & ob id qui dicit † ali-
quem fuiſſe hæredem alicuius, hoc probare neceſſe ha-
bet, etiam ſi eſſet filius, Gl. *in l. ſi cum dotem, §. tranſ-
grediamur, in verbo extiterit, ff. ſolut. matrimon.* Are-
tin. *conſ.* 32. *num.* 2. Boer. *deciſ.* 10. *ſub numer.* 2. Surd.
deciſ. 154. *num.* 17. & licet nonnulli voluerint ſatis dici
96 probatum aliquem fuiſſe hæredem, ſi conſtat eum fuiſ-
ſe filium, (quod tamen eſt contra auctoritates prædi-
ctas) nihilominus iſtud procedit reſpectu patris, non
matris, vt ex multorum ſententia probat, & bene Car-
tar. *deciſ. Genuenſ.* 54. *nu.* 22. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 62.
97 *num.* 14. Io. Botta *conſ.* 34. *numer.* 19. medium † au-
tem inhabile impedit extrema coniungi, *l. tria prædia,
ff. de ſeruit. vrban. prædior.* Surd. *conſ.* 8. *nu.* 17. cum mul-
tis alijs.

Et quamuis forte ipſe Vincentius poſſet abſque per-
ſona patris, & abſque eo quod ipſe fuiſſet hæres matris
cedere ex perſona propria, adeundo hereditatem auiæ
(quo tamen in caſu multæ ſubeſſent difficultates, &
præſcriptionis, & quod non apparet cauſā non fuiſſe ab
aliquo aditam, & adhuc eſſe iacentem, & aliæ) nihilo-
98 minus hoc non releuat, quia vtens † remedio imper-
tinenti, non poteſt obtinere ex alio oportuniori, quo
vti potuiſſet, *l. habebat, in principio, ff. de inſtit. action.*
cum alijs apud Surd. *conſil.* 214. *num.* 15. *& conſ.* 273.
num. 14. Crauet. *conſil.* 80. *num.* 17. Roland. *conſil.* 52.
numer. 11. *vol.* 3. Magon. *deciſ. Florentin.* 104. *n.* 21.

Secundo, cum ita demum renunciatio ex defectu
99 falſæ cauſæ reſoluatur, † ſi renuncians velit, & non aliter,
vt multorum auctoritate comprobat Chriſtophor. Tor-
niola, *conſil.* 37. *num.* 11. nec apparet quod Benedicta
ipſa, nec Iacobus eius filius voluerint eam annullare,
quinimo nec Vincentius ipſe declarauerit illius aſſertam
100 nullitatem, non potuit inter viuos cedi iſtud † ius
declarandi eam, in tertium, vt plene habetur in deciſ-
ſione Martini Monter. *Regni Arragonum*, 35. *per tot.*

101 Tertiò, non ſunt audiendi actores, quia ceſſio illis
facta de actione ad rem immobilem à Vincentio mi-
nore ſine ſolemnitatibus, eſt nulla, Speculat. *in titulo de
ceſſion. action. in principio, ſub num.* 18. *verſic. Sed num-
quid minor, &c.* Bartol. *in l. ſi ſic legatum*, *§. final. nu-
mer.* 6. *verſic. Modo quidam minor, ff. de legat.* 1. latiſ-
ſimè Simoncel. *in tractat. de decret. lib.* 1. *tit.* 3. *in primo
102 caſu, num.* 2. *fol.* 57. quæ nullitas cum † ſit ipſo iu-
re excluſiua intentionis, & iuris agentis, poteſt allega-
ri à tertio. Ruin. *conſ.* 40. *num.* 8. *vol.* 5. Burſat. *conſil.*
82. *per totum, maxime num.* 10. *&* 11.

Nec releuat quod in inſtrumento dictæ ceſſionis aſ-
ſeratur habilitatus ad omnes contractus, tum quia de
hoc non apparet, tum quia non conſtat eum fuiſſe obli-
gatum ad hanc ceſſionem faciendam; ideirco reſol-
uitur in puram donationem, vt dixi ſupra, *in verſic. li-
103 cet autem renunciatio, &c.* quę donatio non eſt † per-
miſſa minori etiam habilitato generaliter ad omnes
contractus, vel reddito maiori per Principis reſcriptum,
Caſtr. *conſil.* 161. *circa medium, verſic. Et eadem ratio-
ne, &c. vol.* 2. Socin. *conſ.* 130. *ſub num.* 3. *vol.* 1. Ri-
min. Iun. *conſil.* 592. *num.* 61. & ita etiam ſemper con-
ceditur in hac patria habilitatio preterquam ad donan-
dum & fideiubendum.

Et vbi conſtare poſſet fuiſſe obligatum ad hanc ceſſionem ex eo, quod pro aliquibus terris prouentis à patre tenentur de euictione, tamen certum eſt non potuiſse cogi cedere totam hanc pretenſam actionem, quæ longè euadit obligationem euictionis.

Quartò, Domini de Sancto Marco habent fundatam intentionem in inſtrumentis renunciationis, & ra-
104 tificationis, † quibus ſtandum eſt donec liquidiſſimum contrarium probetur, *l. cum precibus C. de probation.* Caſtr. *conſil. 261. num. 1. vol. 2.* Cephal. *conſ. 180. num. 20.* Alciat. *regul. 3. præſumpt. 13. num. 4.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 44. num. 3.* & pulchrè Virgin. Boccacc. *in conſtitut. Picen. vt minorum, gloſs. 3. ſub nnmer. 12.* & an, hos omnes, Bal. *conſ. 37. num. 3. vol. 1.* quia præſumi-
105 tur inſtrumentum verum & † ſolemne in forma, & in cauſa, Bal. *conſ. 170. num. 3. vol. 2. & conſil. 39. num. 1. vol. 3.* Socin. nepos *conſ. 179. num. 15. vol. 2.* & ideo ſi dicatur contrahentem ex certa ſcientia,
106 † & benè conſultum non vi neque dolo contraxiſſe, ſtatur tali inſtrumento, niſi probetur contrarium, Bal. *in l. mater, num. 5. & 6. Cod. de rei vendicat.* Alciat. *de præſumpt. 13. ſub num. 5. in fine.*

107 Idque eo magis † in caſu iſto, quia inſtrumenta iſta continent quid vnde quaque licitum nec à regulis
108 iuris exorbitans, vnicuique enim licet de re † ſua ad libitum diſponere, *l. in re mandata, C. mandati cum ſimilibus*; quod procedit ne dum in maſculis; ſed & in fœminis, quæ in contractibus, viris æquiparantur, vbi ſpecialiter diuerſum non eſt diſpoſitum, Bal. *in l. & ſi à muliere, C. de inſtitor. action.* Philipp. Math. *inter conſil. Achadem. Marpurgenſ. conſ. 32. numer. 31. vol. 1.* Franc. *deciſ. 259. num. 8.* & ideo dummodo ſint maiores (ſicuti erat Benedicta, vt aſſeritur in inuentario bonorum hæreditatis patri in proceſſu magno, fol. . . . .) licitum eſt
109 † eis inire quemcumque contractum ſine aliqua ſolemnitate, Bero. *conſ. 176. nu. 45. vol. 1.* etiam cum ma-
110 rito † ipſo, excepta tantum donatione, *l. non tantum, 20. ff. de re iudicat.* Alex. *conſ. 86. num. 1. volum. 5.* Grat. *conſ. 15. num. 37. vol. 1.* Franciſc. Marcus *quæſt. 507. num. 1. vol. 1.* Lancellott. Gallia *ad conſuetud. Alexadr. in verbo legare, quæſt. 6. num. 13. fol. 164.*

Nec obeſſet ſi diceretur nos verſari in caſu exceptionis, cum hæc videatur donatio facta marito à Benedicta, nam reſpectu renunciationis factæ patruo, cuius caput nos tantum tuemur, non militat obiectum, quod etiam ceſſat, quia Princeps ſuper hoc diſpenſauit, vt ex decreto in proceſſu *fol. 129. fac. 2.* quem non eſt ambigendum
111 poſse † validare donationes factas inter maritum, & vxorem, per ea quæ tradit Lancell. Gallia *ad dictam conſuetudinem Alexandr. in verbo non poſſit, quæſt. 3. n. 1. fol. 113.* & demum quia hæc non fuit donatio ſimplex,
112 ſed ob cauſam, † quæ non eſt prohibita inter coniuges, Bertrand. *conſ. 176. num. 13. part. 2. tertij voluminis* Ancharan. *quæſt. 12. num. 6. lib. 2.* ſicuti nec eſt prohibi-
113 ta, quando donans † non facit deteriorem ſuam cōditionem, prout euenit hìc, quia renunciatio facta fuit in ſui commodum, & exonerationem, Burſatt. *conſil. 183. num. 10. & conſil. 303. numer. 7.* & cum patruus, & maritus aſſumpſerint in ſe onus liuellorum, videtur
114 quodammodo donatio, ſeu contractus † viciſſitudinarius, qui pariter non prohibetur inter virum, & vxorem, Crauett. *conſ. 245. num. 11.*

Quarum reſponſionum duæ priores, ſcilicet, quod hìc non agamus de tuenda renunciatione reſpectu mariti; ſed tantum reſpectu patrui, & quod Princeps diſpenſauerit, deſeruiunt etiam obiectioni, quæ fieri poſſit de Statuto, ſub rubrica, *in quibus caſibus vxores aliorum poſſint ſe obligare*, ſed vltra eas poteſt dici, quod Statutum illud non prohibet abſolutè vxorem ſe obligare ad commodum viri; ſed ita demum ſi non adhibeantur ſolemnitates quædam ibi præſcriptæ, quæ hìc interuenerunt.

115 Cumque in hac renunciatione interuenerit † Iudicis decretum, præſumitur fuiſse vtilis renunciantibus, Bal. *in cap. 1. in princip. num. 6. de his, qui feud. dare poſſ.* Cephal. *conſ. 651. num. 17.* Mazzol. *conſ. 16. num. 51.* Simoncell. *de decret. libr. 3. tit. 8. num. 24.* Honded. *conſil. 37. numer. 14. volum. 2.* nec interueniſse aliquam læſio-
116 nem, † dolum, metum, vel fraudem, Alex. *conſ. 92. num. 15. vol. 6.* Deci. *conſ. 341. num. 12. & 536. num. 5.* Pariſ. *conſ. 39. num. 15. volum. 4.* Rumin. Sen. *conſil. 74. num. 6. volum. 1.* Cephal. *conſ. 651. num. 15. & 16.* Barbat. *conſ. 53. num. 13. vol. 2.* Simoncell. *d. libr. 3. tit. 8. numer. 45.*

117 Et cauſam † renunciationis fuiſse iuſtam, Bal. *in l. fin. C. de pred. minor.* Alex. *conſ. 80. num. 6. vol. 5.* Mazzol. *conſ. 13. num. 16.* Paſeth. *conſ. 220. num. 8.*

118 Imo & verā † ex ſola ipſa eius expreſsione facta in inſtrumento cum enunciatione cauſæ cognitionis, Alciat. *regul. 3. præſumpt. 10. num. 1.* Ancharan. *quæſt. 6. ſub num. 17. lib. 2.* Bero. *conſ. 87. num. 12. vol. 2.* quod vtique non videtur habere aliquam difficultatem, quan-
119 do talis † actus non requirebat exactam cauſæ cognitionem, iuxta latè diſputata ab Alciat. *in dict. præſumpt. 10.* & Menoch. *lib. 2. præſumpt. 75.* ſicuti hoc non requirebatur reſpectu Benedictæ renunciantis, quia erat maior viginti quinque annis, & vbi etiam decretum
120 fuiſset † inualidum, quod negatur, excuſaret à dolo, Thomas Docius *conſ. 109. num. 3.*

121 Sicuti & vtilitatis præſumptio, fraudis, doli, † ac machinationis excluſio reſultat quoque ex præſentia matris, & duorum cognatorum, qui iurarunt ſuper veritate cauſarum narratarum, & vtilitate renunciationis, Crauett. *conſ. 282. num. 9.* Crot. *conſil. 5. numer. 17.* Raudenſ. *conſ. 10. num. 137. vol. 1.* Simoncell. *de decret, lib. 1. tit. 1. ſub num. 59. & libr. 3. tit. 8. num. 11.* Pedrocc. qui loquitur in renunciatione, & multos allegat, *conſ. 35. num. 108.* Dom. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 118.* Quod reſultat etiam ex interuentu grauium virorum, & celebertimorum doctorum, qui fuerunt teſtes in inſtrumento dictæ renunciæ, Philipp. Matth. *inter conſil. Achadem. Marpurg. conſ. 32. num. 29. vol. 1.*

122 Quæ omnia, † & multo fortius præſumuntur ex
123 Principis † decreto pro eiuſdem renunciationis cōprobatione ſubſecuto, *cap. 1. in fine, de tranſact. capit. 1. & 2.* & ibi notant Canoniſtæ, *de confirmat. vtil. vel in-*
124 *util.* Crauett. *conſ. 253. n. 9.* vbi quod præſentia, † & authoritas Principis facit ceſsare omnem præſumptionem doli, fraudis, machinationis, & deceptionis, cum quo concordat Barbat. *conſ. 53. ſub num. 13. vol. 2.* Crot. *conſ. 43. num. 11.*

125 Et eadem auctoritas Principis facit † ne poſsit allegari læſio, vel peti in integrum reſtitutio, Crauett. *conſil. 5. numer. 2.* Cephal. *conſ. 3. num. 25. & conſ. 77. n. 10. & conſil 403. num. 56.* Burſatt. *conſ. 78. num. 1.* Decian. *conſ. 18. num. 210. vol. 1.* Menoch. *conſ. 1. num. 355.*

126 Et quando † Princeps aliquid facit præſumitur facere ex iuſta cauſa, Crauett. *d. conſ. 153. num. 8.* Ceualos qui alios allegat *in ſpecul. comm. opin. contra commun. quæſt. 578. num. 8.*

Maxime vbi participauit, & reſoluit cum voto ſuo-
127 rum † Senatorum, & Conſiliariorum, vt fecit in caſu iſto, quia tunc tale factum præſumitur iuſtum, & caret omni ſuſpicione, Ifernia *in cap. 1. qui ſucceſſ. teneant.* Decian. *conſ. 25. numer. 19. vol. 1.* Mar. Anguiſol. *conſ. 142. num. 21.*

128 Et excluditur omnis præſumptio obreptionis, † ſubreptionis, & importunitatis, Mototi. *conſ. 15. numer. 8.*
129 *& 10.* nec in eo poteſt conſiderari † aliquis error, Grammatic. *conſ. 58. num. 21. in criminalibus.*

Et vbi adfuiſset aliqua nullitas, vel defectus in hac renunciatione (quod profecto cōſiderari nequit ſaltem
130 reſpectu perſonæ patrui) fuiſset ſanata, † & ſublata ex Principis auctoritate, & poteſtate, cum voluerit valere aliquibus non obſtantibus, Pariſ. *conſ. 118 num. 10. volum. 1.* Menoch. *conſ 818. num. 85.* poteſt enim Prin-
131 ceps † derogare iure ciuili, Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 78. extra de conſtit.* Io: Franc. de Pont. *conſ. 53. num. 24.* ac Statutis ſuæ Ciuitatis, Borgnin. *deciſ. 30 num. 10. part. 1.* Simon. de Prat. *conſ. 100 nu. 19.*

& va-

132 & validare † inualida, Rolandus conſil. 3°. num. 31.
vol. 2. Gallia in conſuetud. Alexandr. in verbo non potuit,
quæſt. 3. num. 6. Alex. conſ. 153. num. 15. volum. 2. & de-
133 nique poteſt ſupplere † omnes defectus, Colleg. Pa-
tauin. conſ. 3. num. 39. inter conſil. vltimar. voluntat. vo-
134 lum. 2. cum decretum † Principis non ligetur aliquo
Statuto, Sforz. Odd. conſ. 11. num. 68. qui quidem defe-
ctus, & Statuta, vel iura obſtantia cenſentur ſublata
135 † etiam ex ſola clauſula, non obſtantibus, Socin.
conſ. 41. num. 3. vol. 3. multo magis ergo, quando Prin-
ceps vult omnia obſtantia haberi pro expreſsis, prout
136 in caſu iſto; † tunc enim idem eſt, ac ſi omnibus
ſingulariter derogatum eſset, l. omnes, ibi, ſpecialiter,
& nominatim, Cod. de præſcript. 30. annor. Federic. de
Sen. conſ. 47. Bald. conſ. 408. ſub num. 2. vol. 5. Soc. Iun.
conſ. 82. num. 20. volum. 2.

Augetur præſumptio validitatis huius diſpoſitionis
ex clauſula vim iuramenti, ex ordinibus patriæ haben-
137 te, appoſita in ea, cuius iuramenti virtute † contra-
ctus etiam aliàs ſui natura nullus validatur, cap. cum
contingat, de iureiurand. Authent. Sacramenta pube-
rum, Cod. ſi aduerſus vendition. Menoch. conſil. 401.
138 num. 170. & 171. quod habet locum † etiam in con-
tractibus mulierum, Plot. conſ. 32. num. 3. immo etiam
ſecundum nonnullos, ſi ſtatutum obſtaret, (quod tamen
in hac patria non obſtat mulieri maiori contrahenti cũ
patruo) Aretin. conſil. 34. ſub n. 1. Mari. Anguiſ. conſil.
211. num. 11. Lãberteng. in tract. de contract. in fine, nu-
139 mer. 9. & cum † renunciatum fuerit omni legum au-
xilio, quinimo in inſtrumento ratificationis, & finis,
fol. 134. fac. 2. renunciatum, & diſpenſatum fuerit ſuper
140 quacumque læſione, excluditur † contrahens ab alle-
gatione alicuius læſionis ne dum enormis, Alciat. con-
ſil. 22. num. 5. lib. 8. quod aliàs eſt conſ. 123. vbi loquitur in
minori, Io: Franc. de Pont. conſ. 53. num. 34. Menoch.
141 conſ. 508. num. 37. ſed † etiam enormiſsimæ, ſecundũ
vnam magis communem, de qua per Burſatt. conſil. 75.
num. 5. & conſ. 176. num. 61. quamuis nihil receptum ſit
ſecundum multorum ſententiam, de qua per Cephal.
conſil. 137. num. 50. licet ipſe contrarium teneat; & vbi
142 renunciatio † eſt iurata; tunc non requiritur aliqua
certioratio, ſecundum Polidor. Rip. obſeruat. 3;. nu-
mer. 4.

Et licet iuramentum non excludat allegationem, &
143 probationem erroris, tamen, alio concludenter † non
docto, facit præſumi nullum interueniſse errore, ex eo
quod quis videatur deliberate accedere ad actum, vt
ſat e per Seraphin. de iurament. priuileg. 90. Socin Iun.
conſ. 67. num. 18. vol. 4.

144 Cuius iuramenti † virtus quo ad effectum validi-
tatis contractus tranſit ad hæredes, vt per Caſtrenſ. in
d. Auth. ſacramenta puberum, num. 9. Couarruu. in cap.
quamuis, part. 2. §. 1. num. 7. de pact. in 6. vbi de com-
muni, Campeg. de dote, part. 4. quæſt. 11. num. 4. Mancin.
in tract. de iurament. part. 4. quæſt. 14. effect. 5. fol. 214. li-
145 cet † non quo ad effectum periurij, vt per eos, de
quo tamen non eſt difficultas in hac patria, quia clau-
ſula iuramenti non obligat ad periurium.

Rurſus multum operatur, quod actus huius renun-
ciationis ne dum fuit grauatus, ſed & triplicatus, pri-
mo in renuncia facta in manibus Illuſtriſsimi Prepoſiti;
de qua in proceſsu nouo fol. 104. ſecundo in inueſtitura
de illis terris renunciatis conceſsa ab ipſo Prepoſito
Dominis Guariſco Ambroſono, & Iacobo San Marco,
cui ipſa Benedicta fuit præſens, & conſenſit, immo
in ſtitit vt fieret in proceſsu fol. 111. fac. 1. tertio fermè poſt
quadriennium eadem Benedicta vna cum ſorore præ-
cedente Principis decreto ab illis met impetrato, confir-
mauit prædictam renunciam fol. 117. vſque ad fol. 135.
146 quæ geminatio maxime cum interuallo † temporis
aprime confert ad validitatem actus, vt docet Bartol.
in leg. cum ſcimus, in fine, Codic. de agricol. & cenſit.
libr. 11. etiam ſi alias eſset inualidus, Corſet. in tractat.
de verb. geminat. num. 20. ita vt amplius retractari ne-
147 queat, Bero. conſ. 153. num. 14. vol. 1. videtur † enim
magis deliberatè factus, iuxta l. baliſta, ff. ad trebell.
gl. final. in cap. ſi quis iratus, ſecunda, quæſt. 3.

148 Et ideo non præſumitur † in eo error, & ſic nec
falſa cauſa, gl. in fine, in cap. ex litteris de diuortijs. Ceph.
conſ. 142. num. 8. & conſ. 440. num. 79. Roland. conſ. 28.
num. 44. volum. 4. Decian. conſ. 91. num. 15. vol. 3. Dec.
conſ. 180. aliàs eſt, 181. ſub num. 5. verb. ſecundum eſt.

149 Nec dolus; † ſeu fraus; Alciat conſ. 123. nu. 7. quod
alias eſt conſ. 22. lib. 8. Alba conſ. 4. num 37. & per conſe-
150 quens † non attenditur etiam læſio enormis, & quæ
reſultaret ex dolo re ipſa, Rubeus conſ. 133. ſub num. 9.
poſt Decium d. conſ. 180. Crauett. conſ. 54. num. 7. & con-
ſil. 160. num. 3. Menoch. conſ. 402. nu. 167 Philip. Math.
de communi inter conſil. Achad. Marpurg. conſ. 32. num.
36. Paleth. conſ. 194. num. 34. & bene Couarruuias in ca-
pit. quamuis in tertia parte, §. 4. ante num. 7. verſic. octa-
151 ua concluſio, de pact. in 6. & ſupplẽtur † omnes defe-
ctus ſolemnitatum, Roland. conſ. 28. num. 44. volum. 4.
152 Bero. conſ. 56. num. 12. vol. 2. ac † denique nihil actui
geminato, & ſepius celebrato opponi poteſt, Bald.
in quæſtione ſchiſmatis, quam ponit ante rubr. Cod. ſi quis
aliquem teſtatur prohib. in 2. part. num. 15. Dec. d. conſil.
8., ſub num. 5. verſ. ſecundum eſt, &c.

153 Amplius † ex diuturna obſeruatione, & non
contradictione facta huic renunciæ pro parte Benedictæ
ab anno 1540. vſque ad annum 1603. ſtante etiam quod
Iacobus filius dictæ Benedictæ, & pater Vincentij Gua-
riſci habuerit ſcientiam de lite mota à Bonacurſijs,
cum ei Domini de S. Marco denunciauerint illam vt te-
neretur de euictione ſicuti dicitur conſtare in proceſſi-
154 bus antiquis, & ſic potuerit † ſcire prætenſos defe-
ctus huius contractus, reſultat non ſolum præſumptio
validitatis, Bal. conſ. 401. in fine, volum. 5. & conſil. 37.
num. 4. volum. 1. Bertaz. conſil. criminal. 521. numer. 23.
155 ſed immo † nil contra eam amplius opponi poteſt,
Dec conſ. 448. num. 18. Pariſ. conſ. 88. num. 47. lib. 3. la-
te, & bene Bertaz. conſil. criminal. 521. num. 24. cum
ſequ. Menoch. conſ. 422. numer. 37. In alienatione enim
156 † nulliter facta titulo oneroſo poſt quinquennium
ab ætate legitima completa non datur amplius reuoca-
157 tio, & querela, in ea † verò quæ fit titulo lucratiuo
poſt decem annos, l. final. Cod. ſi maior factus, libr. 5.
Codicis, Dec. conſ. 231. num. 4. Pariſ. conſil. 33. & co
49. num. 24. volum. 1. Menoch. conſ. 401. num. 191. nſil.
pic. dec. 92. num. 2. Chriſtoph. Torniola conſ. 1. nu Ca-
158 mer. 23. quæ lex † ſi procedit in minori, multò magis
videtur habere locum in maiore, & procedit ne dum
in nullitate occaſione decreti omiſſi; ſed etiam in
quamuis ſpecie nullitatis, Menoch. de recuper. poſſeſſ.
remed. 15. num. 142. cum ſequ. Borgn. de tutor. num. 146.
Gabr. conſ. 13. num. 22. lib. 1.

159 Et licet † non habeat locum, quando interuenit
dolus, tamen illud verum eſt quando dolus eſt verus,
ſecus ſi præſumptus, Menoch. d. conſ. 401. num. 192. Ga-
160 br. conſ. 146. num. 12. libr. 1. qualis eſt † qui reſultat re
ipſa, vt in caſu iſto, qui non æquiparatur dolo ex pro-
poſito, vt defendit Alex. conſ. 42. num. 20. vol. 1.

161 Et ratio † primi dicti eſt, quia ex longo temporis
curſu quis præſumitur nolle recuperare rem, per tradi-
162 ta à Menoch. conſ. 626. ſub num. 7. † & renunciare iu-
ri ſuo, ac approbare contractum, Cephal. conſil. 337
num. 9. & conſ. 496. num. 22. & conſ. 485. num. 108.

163 Denique accedit generalis præſumptio, † quod
actus, contractus, donatio, vel renunciatio præſumi-
tur validus, verus, licitus, & legitime factus, l. cum
te, & l. cum precibus, Cod. de probation. Bal. in l. roga-
ſti, §. ſi tibi, num. 19. ff. ſi certum petat. Cephal. conſil.
305. num. 18. Burſatt. conſ. 117. num. 4. Roland. conſ. 18.
num. 3. volum. 4. Menoch. conſ. 343. num. 1. Surd. conſil.
327. num. 53. Raudenſ. deciſ. 17. ſub num. 4. Mar. Anto-
164 nin. variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 40. num. 44. † & vbi
165 poteſt interpretari in bonam, & † in malam partem,
ſemper interpretari debet in bonam, Cephal. conſ. 719.
numer. 65. Roland. conſ. 40. numer. 5. volum. 2. & contra
166 nullitatem in dubio eſt pronunciandum pro † validi-
ta:e

tate, *l. quoties*, *ff. de reb. dub. l. ſi quando*, *ff. de leg. 1.* Rimin Iun. *conſ. 561. num. 3.*

167 Si igitur, † vt tandem concludam in hoc quarto argumento principali, prædictis inſtrumentis, & præſumptionibus ex eis reſultantibus ſtandum eſt, donec probatur plenè contrarium, vt dixi in principio dicti quarti argumenti, & ſunt textus vltra iura ibi deducta, *in l. & ſi præſes, C. de prædijs minor. & in l. 1. in fine principij, ff. de reb. cor.* & tradit Bal. *conſil. 37. num. 3. vol. 1.* Menoch. *lib. 6 præſumpt. 4. numer. 2.* vtique abſoluendi ſunt DD. de Sancto Marco, & condemnandi DD. de Cereſarijs actores in expenſis, vti qui nihil omnino ne dum probarunt, ſed nec capitularunt contra prædicta.

ARGVMENTVM.

Proponitur hypotheſis, & diſquiſitio ſuper probatione filiationis concludenter, vel præſumptiuè. De teſtibus, cum repetuntur, depoſitione.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſi ſit delatum teſtibus parte non citata, ipſis nulla habetur fides. Et ſunt tales cum iurant in diuerſo loco, num. 2.*
3 *An omitti poſſit citatio partis cum teſtes ſuper eius interrogatorijs examinantur.*
4 *Princeps an poſſit ſupplere defectum citationis. Aliqui negant, quia eſt de iure natura, ibid.*
5 *Ex habitatione ſeparata ab alijs fratribus per ſpatium longi temporis, præſumitur facta inter eos diuiſio.*
6 *Examen non citata parte factum, eſt nullum.*
7 *Teſtes repetiti non poſſunt ſe remittere ad examen antiquum, ſed debent extenſe deponere, ſi primum examen eſt nullum puta defectu citationis.*
8 *Parochi debent facere notam matrimonij in particulari libro, iuxta diſpoſitionem Conc. Trident.*
9 *Teſtes ſibi contrarij non probant.*
10 *Quaſi poſſeſſio in petitorio non releuat.*
11 *Tractatio alicuius vt filij non nocet venientib. ab inteſtato.*

CONTROVERSIA DC.

DE anno 1603. die 17. Maij noctis tempore veniente die 18. interfectus fuit in domo propria, dum in lecto cubaret a nocturno latrone Dominus Albertus Boccacinus, vt ex fide producta ſub die 12. Nouembris 1604. *fol. 118. fac. 1.*

Cui inteſtato defuncto ſine filijs, ſucceſſit illiuſque hereditatem adiuit Dominus Petrus Boccacinus eius ex fratre Nepos legitimus, & naturalis, provt talem admittit aduerſarius in ſuo libello, *fol. 4. fac. 1.* tamquam proximior agnatus.

Qui cum poſſideret dictam hæreditatem, vt eum poſſeſſorem illius fatetur actor in proprijs petitionibus productis ſub die 12. Maij 1604. *fol. 15. fac. 1.* fuit conuentus à quodam Io: Dominico aſſerto de Boccacinis, ſub infraſcripto prætextu.

Quod fuerint alias tres fratres Chriſtophorus Pater Domini Petri, Io: Maria, aſſertus pater Io: Dominici actoris, & Albertus defunctus ſine liberis, quorum omnium hæreditates occuparet ipſe Dominus Petrus, cum numquam fuerint diuiſi, & ob id tamquam prætendens totam portionem Io: Mariæ ſui patris, & dimidiam Domini Alberti patrui, obtentis precibus à Sereniſſimo Domino Noſtro, *fol. 4. fac. 1.* quod Senatus reiectis quibuſcunque cauillationibus ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, ſummariè, & quam celerimè iuſtitiam faceret.

Dato libello petijt condemnari dictum Dominum Petrum ad dimittendum, & relaxandum tenutam, & corporalem poſſeſſionem dimidiæ omnium bonorum ab eo poſſeſſorum de hæreditatibus prædictorum fratrum vnà cum fructibus.

Cui generaliter reſponſio data eſt in ſcriptura, concludendo ipſum non eſſe audiendum ſtante natura cauſæ, qualitate actoris, & facti, de quo agitur.

Pro iuſtificanda ſua intentione actor eum ageret vti filius legitimus dicti Ioannis Mariæ, provt talem ſe fecit & nominauit in libello, & talem etiam tenebatur probare ſe, cum reſpectu hæreditatis Domini Alberti ageret vt agnatus, produxit quamdam ſcripturam priuatam vti factam à Reuerendo Fratre Camillo Magnano, Carmelitano, Curato Sancti Griſogoni Vrbis Romæ, ſigillatam Sigillo dictæ Eccleſiæ, & ſubſcriptam ab alijs tribus Reuerendis Carmelitis, in qua facit fidem, ſicuti quidam Lactantius à Meglia, Octauius à Monte Falco, & Sebaſtianus de Martinis confeſſi fuerant, & dixerant ipſi Curato in præſentia aliorum ſubſcriptorũ, aliàs quendam Io: Mariam Boccacinum Fabrum murariũm Vitellianenſem, dum degeret Romæ, habuiſſe in vxorem quamdam Prudentiam, & ex ea ſuſcepiſſe filium vnum nominatum Io: Dominicum, qui poſt mortem patris fuerat vocatus ad patriam à quodam ſuo patruo, quæ ſcriptura non fuit tunc recognita, nec aliter iuſtificata.

Fol. 9 fac. 2. deinde produxit fidem extractam ex libris æſtimi Vitellianæ, quemadmodum q. Dominus Albertus Boccacinus poſſidebat quaſdam petias terræ, de quibus in ea, & alias petias terræ poſſederat Dominus Chriſtophorus pater Domini Petri, *Fol. 12. fac. 1. & 2.* dedit poſitiones, continentes.

Quod alias fuerunt in humanis Chriſtophorus, & Albertus Fratres de Boccacinis, & quod ex Chriſtophoro natus erat D Petrus, & Dominus Albertus deceſſerat ſine liberis quæ fuerunt confeſſæ.

Quod ſimiliter fuit in humanis Ioannes Maria Boccacinus prædictorum frater, qui decedens reliquit poſt ſe Ioannem Dominicum ſuum filium legitimum, & naturalem: fuerunt negatæ.

Quod prædicti Fratres de Boccacinis ſemper vixerant in communione bonorum nec ipſi nec eorum deſcendentes fecerunt aliquam diuiſionem; fuerunt negatæ.

Quod Dominus Albertus reliquit in ſua hæreditate bona de quibus in fide æſtimi, merces, credita, pecunias numeratas, beſtiamina, ſuppellectilia, & molendina, quorum aliquæ fuerunt confeſſæ, aliquæ negatæ, prout in earum margine, ſuper quarum diſcuſſione non eſt opus magis ſpecifica relatione, cum difficultas nunc non verſetur circa hoc.

Quod idem Dominus Albertus viuens miſit Romam pro conducendo Ioanne Dominico actore, vti ſuo Nepote ad Vitellianam, & quod ille fuit recognitus, tractatus, nominatus, & reputatus pro Nepote ab ipſo Domino Alberto, & pro patrueli à Domino Petro, & quod mortuo Domino Alberto, Dominus Petrus voluit dare quædam bona pro portione tangenti ipſi Ioanni Dominico in hæreditate Alberti, fuerunt negatæ.

Quod Dominus Petrus mortuo Domino Alberto accepit poſſeſſionem, & occupauit hæreditatem illius, & bona dictæ hæreditatis, & nunc de præſenti eam poſſidet, & occupat; fuerunt confeſſæ quo ad poſſeſſionẽ, & negatæ quo ad occupationem.

Quod Dominus Petrus habuit, poſſedit, & poſſidet hæreditatem q. Domini Chriſtophori ſui patris, confeſſa.

Et Ioannis Mariæ; negata.

Fol. 16. fac. 1. antequam reſponſum daretur dictis poſitionibus fuerunt reproductæ loco capitulorum citra præiudicium reſponſionum dandarum. *à fol. 16.* emanauit commiſſio Sereniſſimi, quod M. Illuſtr. Dominus Senator Cerrutus, vna cum Domino Patrimoniali ſe conferret Vitellianam, & omnibus vijs, & auctoritate etiam rigoroſa inquireret veritatem per examen teſtium, ac alijs vijs neceſſarijs circa qualitatem, quãtitatem, & valorem bonorum hæreditatis Domini Alberti; & gradum conſanguinitatis Ioannis Dominici cum eo, & quod informationibus aſſumendis, ac cuicumque rei geſtæ plena, & indubitata fides, in hac

cauſa

cauſa adhiberetur; mandans etiam quod publicare faceret proclama, vt quicumque haberet notitiam de bonis dictæ hæreditatis, detegere deberet infra duos dies, ſub pœna indignitationis ſuæ Celſitudinis.

Paucis interpoſitis diebus poſt dictam commiſſionē, Dominus Petrus reſpondit poſitionibus, &

*Fol.*18. *fac.*2. datus eſt terminus vtrique parti ad probandum de iuribus, cum ſolita monitione ad intereſſendum hora iuris coram Senatu, ad videndum iurare teſtes, & nihilominus ſine alia citatione, ſeu monitione dum M. Illuſtr. Dominus Senator eſſet Vitellianæ occaſione dictæ commiſſionis, ibi fuerunt examinati, & iurati teſtes, & ſic in loco diuerſo ab eo in quo moni-
1 tus fuerat adeſſe; Vnde tamquam iurati † parte non citata nullam fidem facere debent, *l. ſi quando*, & *Authent. ſed ſi quis*, *Cod. de teſtib. cap.* 2 *ext. eod. tit.* Corn. *conſ.*34. *num.*3. *volum.*2. cum latè congeſtis à Farinacc. *quaſt.*72. *num.*1. *cum ſeqq.* & *quaſt.*74. *num.* 1. & 45. di-
2 cuntur .n. examinati non citata parte, † ſi iurant in alio loco, Caputaq. *deciſ.*266. *part.*1. *num.*1.
Nec refert, † quod fuerunt examinati cum interro-
3 gatorijs partis, quo caſu nonnulli tunc voluerunt † omiſſionem citationis non vitiare, vt per Farinacc. *d. qu.* 72. *num.* 34. quia adeſt proteſtatio Procuratoris Domini Petri, quid intendit vt ſeruetur ordo iuris, *fol.*18. *fac.* 2. ſub die 20. Maij 1604.
4 Sicuti, † nec refragatur commiſſio Sereniſſimi, quia in ea non remittitur citatio partis, & vbi expreſſe remiſſa non reperitur, non debet cenſeti hoc voluiſſe Principem, præcipuè cum communis opinio videatur, vt Principes non poſſint ſupplere defectum citationis cum ſit de iure naturali, quemadmodum poſt alios docet Vantius, *de nullitate, tit. de nullitat. ex defectu citationis, numer.*9.

Qui teſtes circa id, de quo in præſenti caſu agitur deponunt, Dominum Albertum feciſſe conducere Ioannem Dominicum ex Vrbe Roma, & recepiſſe illum tamquam Nepotem ex fratre, in domo, & eum nominaſſe, & tractaſſe pro Nepote, & aliqui deponunt etiã eumdem fuiſſe recognitum pro patrueli à Domino Petro.

Dum autem eſſet Vitellianæ, Dominus Senator Cerrutus publicato proclamate iuxta præcedentem cõmiſſionem, comparuere multi, qui manifeſtarunt varia bona hæreditaria Domini Alberti credita, & ſcripturas à *fol.*22. *vſque ad* 71. ſuper quibus non eſt nunc opus inſiſtere.

Multique ex illis depoſuere publice, audiuiſſe dicere, Ioannem Dominicum fuiſſe Nepotem prædicti Alberti, nonnulli verò ipſum pro Nepote ab eo appellatum fuiſſe, quibus tamen nulla fidés eſt adhibenda cum formiter citata parte non depoſuerint, & Sereniſſimus ex poſt ad inſtantiam Domini Petri reuocauerit d. priorē commiſſionem qua mandauerat fidem adhiberi informationibus vtcumque aſſumendis, reſcribendo vt fieret iuſtitia, prout infra ſuo loco indicabo.

Ex aduerſo autem pro parte Domini Petri rei conuēti, fuerunt datæ, *fol.*84. *fac.*2. poſitiones.

Quod Io: Maria Boccacinus deceſſerat à Vittelliana iam annis 40. & plus, reſponſum fuit credere de annis, 25. tamen teſtes, & vtriuſque partis probant, quod de anno 1575. d. Ioannes Maria habitabat Romæ.

Quod fuit habitatum Romæ, & ibi mortuus eſt, fuerunt confeſſæ.

Quod mortuus erat Romæ iam annis 26. & vltra, Reip. credere de quindecim annis.

Quod Ioannes Dominicus natus eſt Romæ, confeſſa fuit.

Poſt mortem Ioannis Mariæ, & quod hoc ipſe Ioannes Dominicus affirmauerat pluribus in locis, fuerunt negatæ.

Quod præciſe in precibus porrectis pro obtinendo decreto ciuilitatis aſſeruerat ſe natum poſt mortem patris, reſponſum fuit credere prout in precibus, & in decreto ciuilitatis.

Quod Ioannes Dominicus vixit, & habitauit Romæ per quatuordecim annos.

Reſpondetur credere de decem annis.

Quod Dominus Albertus Boccacinus pluries dixerat Ioannem Dominicum non fuiſſe filium Ioannis Mariæ legitimum, & quod ob id eum expulerat e domo, nominando eum pro baſtardo, & quod nolebat ei relinquere quidque, quodquã eum pœnitebat feciſſe, quod fecerat pro eo, negatæ fuerunt.

Super quibus poſitionibus reproductis loco capitulorum, habito termino à Cancellaria, *fol.*92. *fac.*2. fuerunt examinati 17. teſtes deponentes, per octo annos antequam moreretur Dominus Albertus, eieciſſe e domo Ioannem Dominicum, & eum vocaſſe pro baſtardo, nec vnquam amplius voluiſſe eum receptare, & nonnulli reddunt rationem, quia cum perquiſiuiſſet aliquam informationem, quod ipſe eſſet filius Ioannis Mariæ, numquam potuit de hoc certificari per fidem Baptiſmatis, vel alio pacto; vnde venit in opinionem quod non eſſet eius filius, ſaltem legitimus, & quod Ioannes Dominicus pluries confeſſus fuerat, ſe natum eſſe poſt mortem patris.

Præterea idem Dominus Petrus produxit preces, in quibus ſupplicauit Sereniſſimo, vt non obſtante commiſſione aliàs à ſua Celſitudine data, quod adhiberetur fides informationibus vtcumq; aſſumendis à Domino Senatore Cerruto, mandaret, vt ea tantum fides illis pręſtaret, quæ de iure danda eſſet, quibus reſcriptum fuit, vt Dominus Cerutus faceret iuſtitiam.

*Fol.*100. *fac.*2. denique produxit decretum ciuilitatis obtentum ab ipſo Domino Ioanne Dominico, in quo quatuor apparentur primo ipſum narraſſe ſe natũ poſt mortem patris, ſecundo eſſe, & fateri ſe forenſem tertio eundē nõ poſſe acquirere titulo lucratiuo maiorē quãtitatē bonorũ in hoc dominio, quam proprijs pecunijs titulo oneroſo prius acquiſiuerit, quarto, & vltimo decretum eſſe conditionale, vt ipſe Ioannes Dominicus teneretur infra annum acquirere in hoc territorio bona ſtabilia, allodialia valoris aureorum quinquaginta, quod tamen priuilegium non fuit productum in Authentica forma tunc; ſed tantum multò poſt, vt infra dicetur.

His ita hinc inde deductis, M. Illuſtris Dominus Senator Cerrutus promulgauit ſententiã in quantitatibus rebus, prout ſtant, admittit actorem ad dimidium omnium bonorum mobilium, molendinorum ſuper nauiculis, iurium, & actionum hæreditatis q. Alberti, & condemnauit Dominum Petrum ad relaxandam tenutam, & poſſeſſionem dictæ dimidiæ, vna cum fructibus à die litis conteſtatæ, reſeruata facultate terminãdi ſuper ſtabilibus.

*Fol.*110. *fac.*2. A qua fuit appellatum ad Sereniſſimũ Dominum, & interim antequam delegaretur cognitio in ſecunda inſtantia, producta fuit fides illa facta à dictis Reuerendis, quod Ioannes Maria habuiſſet in Vxorem Prudentiam, de qua dictum eſt in principio, recognita Ferrariæ ab vno ex dictis Reuerendis illi ſubſcriptis.

Qua viſa idem M. Illuſtris Dominus Cerrutus protulit ſummam ſuper capite reſeruato, & non obſtante, quod vbique conſtaret actorem eſſe forenſem, nec poſſe acquirere ex ſucceſſione pluſquam acquiſiuiſſet titulo oneroſo, quinimo, nec appareret ipſum adimpleuiſſe conditionem priuilegij ciuilitatis, admiſit eum ad dimidiam ſtabilium hæreditatis prædicti Alberti.

A qua ſumma pariter fuit appellatum.

Et cognitio vtriuſque capitis fuit demandata Perilluſtribus Dominis Senatoribus Nattæ, & Lugo, non retardata executione, quæ executio deinde fuit limitata, & multa ſecuta, quæ non ſunt præſentis ſpeculationis, *à fol.*121. *vſque ad fol.*137.

In hac ſecunda inſtantia ex parte Domini Petri fuit productum authenticum dictum priuilegium ciuilitatis conceſſum Ioanni Dominico vti forenſi quod aliàs fuerat productum in forma non probanti.

Præ-

Digitized by Google

Præterea ad oſtendendum ipſum Ioannem Dominicum ne dum non adimpleuiſse conditionem dicti priuilegij, acquirendo ſtabilia valoris 50. aureorum, ſed nec etiam poſſidere aliqua alia ſtabilia, & per conſequens vbi talis eſset qualem ſe facit, non poſse ſuccedere in ſtabilibus in hoc Territorio produxit fidem Domini Spattaloni Notarij Vitellianæ ad officium æſtimi, atteſtantis dictum Ioannem Dominicum non habere æſtimum pro aliquibus bonis immobilibus, nec minus eſse deſcriptum in dicto æſtimo pro eius capite.

Et ad probandum, quod Ioannes Dominicus non tractaretur vti Nepos à Dom. Alberto tempore mortis nec per multum tempus ante, datæ ſunt poſitiones.

Quod ipſe Ioannes Dominicus per duodecim annos, & vltra continuos alijs inſeruiuerit pro famulo, manendo in domibus dominorum, quibus reſpondit credere de ſex annis, & vltra.

Cum autem Ioannes Dominicus cognoſceret ſe agẽtem, vti agnatum, & Nepotem legitimum ad hæreditatem Domini Alberti, prout tale ſe fecit in libello, teneri probare ſe legitimum, maxime cum vellet concurrere cum alio, quem ea ſua met confeſſione conſtabat eſse legitimum, quod vtique non præſtiterat eum ad probandam legitimitatem nec ne, ſit probandũ matrimonium verũ, vel preſumptum, capta occaſione ex quodam aſserto errore, quod aliàs narraſſet Principi ſe natum poſt mortem patris, qui obtinuit priuilegium ciuilitatis, cum tamen vere natus eſset eo viuente fingendo velle probare hunc errorem, cum tamen vellet probare filiationem, & matrimonium, & idem in effectu ſuper quo caſu erant publicatæ atteſtationes, dedit capitula continentia, quod Ioannes Maria Boccacinus dum Romæ degeret duxit in Vxorem ſecundum Ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Prudentiam Mediolanenſẽ, ex quibus iugalibus viuentibus eum figura veri, & legitimi matrimonij natus eſt ipſe Ioannes Dominicus eorum filius legitimus, & naturalis pro tali tam ab ipſis, quam ab omnibus eum cognoſcentibus nominatus, tractatus, & reputatus.

Super quorum admiſſione maxime fuit altercatum à *fol.* 145. *vſque ad fol.* 150.

Tandem fuerunt admiſsa, ſaluis iuribus partium, & exceptionibus, &c.

Et nominatis ſeptem teſtibus, *fol.* 151. *fac.* 2. vigore commiſsionis Ducalis, quod non obſtante oppoſitione facta de ſatiſdando de præſentandis teſtibus, procederet ad vlteriora, *fol.* 152. *fac.* 2. conceſsæ fuerunt litteræ ſubſidiales pro examinandis dictis teſtibus Romæ, *fol.* 154. *fac.* 2.

Super quibus capitulis multi fuerunt examinati teſtes, ſed tantum repetiti quatuor teſtes ex ſeptem aliàs pendente hac lite examinatis Romę ad perpetuam rei memoriam, ad inſtantiam dicti Ioannis Dominici, nemine citato.

Et vna cum litteris reſponſiuis fuerunt producti dicti teſtes repetiti.

Nec non etiam productæ ſunt atteſtationes dictorum ſeptem teſtium nulliter aliàs ad perpetuam rei memoriam examinatorum, qui deponunt Ioannem Mariam habuiſse in vxorem quandã Prudentiam, & ex ea ſuſcepiſse Ioannem Dominicum, ſed ita inuicem, & ſibimet ipſis contrariantur, vt nulla eis fides ſit adhibenda.

Dum autem verteretur hæc quæſtio, Dominus Petrus Boccacinus, vt inquireret veritatem de atteſtatione facta à Reuerendis Carmelitanis in illa fide producta *fol.* 8. & de qua in principio facta eſt mentio, curauit in Vrbe Romæ examinari ad perpetuam rei memoriam duos ex teſtibus nominatis in dicta fide.

Quarum atteſtationes produxit pro demonſtranda varietate, & contrarietate ipſorum teſtium, qui etiam fuerunt examinati ab ipſo Ioanne Dominico, & non nullæ eorum varietates notantur in ſcriptura pro dicto Petro, data vltra multas alias diligenter cumulatas in allegationibus iuris.

Inſuper pro debilitandis probationibus Ioannis Dominici ex parte Domini Petri productum eſt teſtamentum Prudentiæ matris d. Ioannis Dominici, in quo aſſeritur eam fuiſse vxorem cuiuſdam Ioannis Marię Mediolanenſis, apparetque eam fuiſse meretricem, tum ex teſtibus examinatis, pro intereſse Conuertitarum, quibus in Vrbe meretrices tenentur relinquere certam partem ſuorum bonorum, productis tum ex eo quod relinquitur monaſterio cõuertitarum omne id quod prætendere poterat, quam tamen omnes teſtes examinati per Ioannem Dominicum aſseruerant fuiſse mulierem honeſtam, & in dicto teſtamento nullam fecit mentionem de hoc Ioanne Dominico, cum tamen reliquerit nonnulla bona cuidam ſuo Nepoti.

Pręterea producta fuit fides mortis eiuſdem Prudentiæ, in qua apparet eam eſse mortuam ſub die 18. Aprilis 1600. & fuiſse quadragenariam.

Tandem cum à teſtibus aſseratur ipſum Ioannem Dominicum fuiſse baptizatum in Eccleſia Sancti Griſogoni, Romę Dominus Petrus procurauit inquiri libros baptizatorum dictæ Eccleſiæ, & cum non reperirentur aliqui libri niſi ab anno 1581. citra, facta fuit diligens rimatio in illis, nec repertum eſt nomen ipſius Io: Dominici, vt ex fide producta.

Ex quibus omnibus puto deueniendum eſſe in eam ſenſentiam, vt Dominus Petrus abſoluendus ſit à petitis per ipſum Ioannem Dominicum, per ea quę aliàs late deducta fuerunt in allegationibus iuris.

Quin enim ad prætenſas partes, ſub prætextu, quod nulla vnquam fuerit ſecuta diuiſio inter ipſos fratres de Boccacinis, merito de hoc nulla habita eſt ratio in prio-
5 ribus ſententijs, quia cum per quadraginta annos, † & vltra Io: Maria, & eius aſſertus filius vixerint ſeparati ab alijs fratribus, præſumitur ſecuta inter eos diuiſio, vt ex Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 6. *num.* 3. & Teſſaur. *deciſ.* 305. *num.* 1. & alijs, deduxi in primis allegationibus, *in principio*.

Nec refragantur teſtes aduerſarij examinati Vitellianæ, aſſerentes numquam ſecutam fuiſſe diuiſionem inter ipſos, tum quia cum deponant ſuper negatiua debebant ſubiungere, quod non potuiſſet fieri, quin ipſi ſciuiſſent, vt probaui in dictis allegationibus *circa principium, verſic. Nec refert*; tum quia ferè omnes videntur deponere, quod non fuerit facta diuiſio inter Franciſcum, Chriſtophorum, & Albertum, qui remanſerunt domi, non autem inter Ioannem Mariam; tum & tertio, quia prædicti teſtes non probant tamquam examinati, & iurati parte non citata, vt plenè demonſtraui ſupra *in verſic. Paucis interpoſitis diebus*. Tũ deniq; quia non probauit ſe filium Ioannis Mariæ, ſaltem legitimum, quod neceſſe erat; nam filius baſtardus non ſuccedit patri ab inteſtato extantibus agnatis in tota hæreditate, vt in dictis primis allegationibus, *verſic. & cum agat, &c.*; & in omnem caſum Chriſtophorus ſenior pater dictorum Fratrum non reliquit in eius hæreditate niſi vnam domunculam appellatam, *la caſa vecchia*, vt ex omnibus teſtibus Ioannis Dominici examinatis Vitellianæ.

Quo verò ad prætenſam ſucceſſionem in dimidia hæreditatis Alberti, pariter excludendus venit; nam cum velit concurrere cum Domino Petro, quem in libello aſſerit eſſe Nepotem legitimum defuncti, vtique facit ſe legitimum; & principale fundamentum conſtituit in legitimitate, & ideo talem ſe probare debebat, vt ex infinitorum auctoritate probaui in dictis primis allegationibus, *verſic. Quo vero ad ſucceſſionem*, vbi *in verſic. ſequenti* oſtendi hoc in caſu agi principaliter de legitimitate, non autem incidenter, quando actor ponit ſuũ principale fundamentum in ea, vt hic, quia in libello narrat ſe legitimum, & per conſequens inquit ad ſe ſpectare dimidiam hæreditatis Alberti, quæ vbi talis non eſſet, in totum pertineret ad Dominum Petrum.

Quæ quidem filiatio, & legitimitas cum hic agatur de hæreditate, & verſemur in deciſorijs, & iudicio ordinario, debuit probari plenè, & concludenter, probando eius proprietatem non autem per quaſi poſſeſſionẽ,

vt ex

Digitized by Google

vt ex authoritate 38. Doctorum demonſtraui in prioribus ſcriptis, *verſic. cumque vt ſuperius*, vbi oſtendit hanc eſſe magis communem opinionem, & particulariter ſatisfeci multis Doctoribus contrarium tenentibus.

Sed nec vere, nec per quaſi poſſeſſionem probata eſt à Ioanne Dominico hæc ſua aſſerta filiatio legitima.

Nam quo ad proprietatem, & veram probationem hæc non probatur ex dicta fide ipſorum Reuerendorum Carmelitarum producta *fol.* 8. tum quia eſt quædam atteſtatio de auditu alieno quæ regulariter fidem non facit, tum quia non eſt iurata, & teſtibus non iuratis non creditur; tum quia fuit recognita ab vno tantum, & ſic remanet dictum vnius, quod reputatur dictum nullius, tamen quia ipſi religioſi non habuerunt facultatem recipiendi atteſtationes ipſorum in ea relatorum, cum probationes non fiant, niſi coram Iudicibus competētibus, & citata parte, vt ſua poſſit dare interrogatoria, vt hæc omnia probaui in primis ſcriptis, *ſub verſic. cuius filiationis proprietas*.

Sicuti nec probatur ex teſtibus examinatis Romæ ad perpetuam rei memoriam ad inſtantiam Ioannis Dominici, & poſtea repetitis ſuper interrogatorijs partis,
6 nam primum examen † eſt nullum tanquam factum non citata parte eo tempore ne dum quo agere poterat ſed quo de facto agebat, vt deduxi in ſecundis allegationibus in fine verſiculi, ſecundo teſtes vltimo examinati ex Farinacc. *quaſt.72. num.2. & quaſt.76. num.61. &* 171. prout etiam nullum eſt ſecundum examen factum cum interrogatorijs, tum quia fuit factum ſuper eo ſuper quo antea fuerant examinati teſtes, & publicatæ atteſtationes, quo caſu cum fuerint admiſſa capitula ſaluis iuribus in fine litis, habenda eſt de hoc ratio, vt in dictis ſecundis allegationibus, *verſic. primo, quia capitula, &c.* tum quia teſtes repetiti retulerunt ſe ad examen antiquum, & nihil depoſuerunt ſuper capitulis datis, ſed tantum ſuper interrogatorijs, & tamen vbi primum e-
7 xamen † eſt nullum defectu citationis, vel vbi eſt factum in cauſa ſummaria, tunc teſtes non poſſunt ſe ad illud referre; ſed debent extenſè deponere, ita probaui in ſecundis ſcriptis, *verſic. ſecundo teſtes iſti*, ex Menoc. *de arbitrar. caſ.* 109. *ſub numer.* 16. Hieron. de Laurent. *deciſ.91. num.4. &* 5. Farinacc. *de teſtibus*, *quaſt.66. numer.48.*

Sed vbi examen fuiſſet admiſſibile, & eſſet validum, tunc nullum fundamentum faciendum eſſet ſuper tribus poſterioribus teſtibus examinatis à Ioanne Dominico, ad perpetuam rei memoriam, quia non fuerunt poſtea repetiti ſuper noſtris interrogatorijs, quemadmodum probaui in vltimis allegationibus, *verſic. tertio animaduerto*.

Cæteris vero quatuor nulla fides eſt adhibenda, nam ſi velimus hodie ſemper probandum eſſe verum matrimonium, ſiue principaliter, ſiue incidenter deducatur, non autem ſufficere quaſi poſſeſſionem, ex quo facilis eſt probatio, cum palam, & præcedentibus denunciationibus
8 debeat † contrahi ex diſpoſitione Concilij Tridentini, & de eo teneantur Parochi facere notam in particulari libro, prout voluerunt Nauar. *in Manuali Confeſſor. cap.25. ſub num.*144. Menoch. *lib.3. præſumpt.1. ſub. num.* 98. Virgin. Boccac. *in tract. de litter. remiſſor. cap. 4. ſub num.* 5. quos allegaui in poſterioribus allegationibus, in principio, *verſic. Quod etiam optimè nouit aduerſarius*, tunc ſuper eo vnicus tantum deponit teſtis, Octauius ſcilicet de Monte Falco, cui non creditur, tum quia vnicus, tum quia in hoc particulari ita contrariatur in tribus ſuis teſtificatibus, vt ne dum ei credi non debeat; ſed vt de falſo puniri poſſet, prout contrarietates indicaui in dictis ſecundis ſcriptis, *verſic. Quæ probatio veri matrimonij*.

Alij enim teſtes, & ſi dicant Ioannem Mariam habuiſſe in Vxorem Prudentiam, tamen non reddunt aliquam rationem, per quam probent verum matrimoniū, videlicet, quod fuerint præſentes, quando ſe deſponſarunt, vt in dictis ſecundis allegationibus, *verſic. Multi autem, &c.*

Si vero admittamus ſufficere probationem matrimonij per quaſi poſſeſſionem, quæ reſultat ex probatione cohabitationis diuturnæ annorum decem, viri, & mulieris in figura matrimonij tractantium ſe inuicem, vti iugales commedendo ad eamdem menſam, & dormiendo in eodem cubili, & per mutuam nominationem, & communem reputationem, vt deduxi in ſecundis allegationibus, *verſic. ſed vbi admitteremus, &c.* tunc nec iſta quaſi poſſeſſio remanet probata, tum quia teſtes
9 ita contrariantur inuicem † & ſibi met ipſis, vt nihil probent, prout contrarietates notaui particulariter in dictis ſecundis ſcriptis *à verſic. Octauius enim de Monte Falco, vſque ad verſic. Rurſus contrariatur incluſiue, & in verſic. ſequent*, demonſtraui varietates, & in non ſubſtantialibus, obeſſe cum verſemur in negotio ſuſpecto, tum etiam non probant, quia non iuſtificatur cohabitatio decem annorum, nec quod nominationes fuerint principaliter propter ſe factas, non autem incidenter, nec ſpecificantur tractatus, qui inferant matrimoniū, tum quia habet nominationes, & tractatus non præiudicant tertio, vt hæc omnia latè probaui, vbi ſupr. in *verſic. Quartò principaliter*, vſque ad finem.

Hactenus de probatione proprietatis filiationis legitimæ.

Nunc de quaſi poſſeſſione agendum, quæ tamen vt dixi non ſufficit in deciſorijs, & petitorio; Nec iſta probata, nec reſpectu aſſertorum parentum, nec reſpectu agnationis Alberti.

Non reſpectu parentum, & primo reſpectu patris, quia Ioannes Dominicus faſſus eſt tam in precibus porrectis Principi pro obtinenda ciuilitate, vt ex priuilegio producto, *fol.*100. & *fol.*137. quam ſępè alias, vt probant teſtes examinati pro Domino Petro, ſe natum eſſe poſthumū, & tamquam geminata confeſſio non potuit reuocari, nec in ea præſumitur error, vnde ſi natus eſt poſt mortem patris, ab eo non potuit tractari pro filio, non reſpectu matris, quia eum præteriuit in teſtamento, non reſpectu vtriuſque, quia teſtes de hoc ponentes contrariantur ita, quod nulla fides eſt eis adhibenda, nec formiter deponunt ſuper dictis nominationibus, & tractibus, vt deduxi in ſecundis allegationibus. & paulò ſupra etiam tetigi.

Non eſt etiam probata quaſi poſſeſſio reſpectu Alberti de cuius hæreditate agitur, quia etſi teſtes examinati Vitellianæ dicant eum feciſſe conducere dict. Ioannem Dominicum ex Vrbe Romæ, & eum tractaſſe, & nominaſſe pro nepote, tamen hoc non releuat, tum quia non probant tanquam examinati non citata parte, vt bis ſupra admonui, & præcipue *in verſ. Paucis interpoſitis dieb. &c.* tū quia nō deponunt, quod eū tractauerit, & nominauerit pro nepote legitimo, quod tamen neceſſe erat, vt probaui in primis allegationibus, *verſic. ſed demus citra veritatis præiudicium*, tum quia ex poſteriori tractatu contrario, de quo apparet per teſtes Domini Petri, & ex poſitionibus ab eo datis, & confeſſis à Ioanne Dominico, *fol.* 139. *fac.*2. derogatum eſt priori, & ſublata eſt omnis eius virtus, vt deduxi in primis allegationibus, *verſic. Quintimo etiam vbi fuiſſet. &c.* vbi in verſiculis ſequentibus ſatisfeci obiectis, tū deniq;
11 quia tractatus † non nocet venientibus ab inteſtato, vt ibidem probaui, *verſic. Demum dico, quod tractatus. &c.*

Denique vbi eſſet probata filiatio legitima, dicebam eum vti forenſem, non poſſe ſuccedere in ſtabilibus, prçcipue, quia hoc expreſſum eſt in decreto ciuilitatis, vt plus alio titulo acquirere non poſſet, quam ære proprio in hoc territorio acquiſiuiſſet, quem aliquid acquiſiuiſſe non conſtat, & hoc caſu probaui ius acquiſitum eſſe venientibus ab inteſtato, non autem Fiſco, vt late deduxi in primis ſcriptis à *verſic. Vbi autem conſtaret vſq; ad finem*, quò loci ita plene ſecundum imbecillitatē mei ingenij omnia complexus ſum, vt nihil reliquum habeam, quod nunc addam.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Matrimonij, & Filiationis probatio quomodo, & qualiter fiat: De Teſtium depoſitione ſuper hoc, eorum variatione, ſuſpicioneque. Fama quomodo probetur, & quando aliquid releuet.

SVMMARIVM.

1 *Legitimitas non aliunde cauſatur niſi à matrimonio.*
2 *Eam probare intendens debet probare, & capitulare matrimonium, tanquam neceſſarium antecedens.*
3 *Probatio præſumptiua ſufficit, cum incidenter aliquid deducitur. Limita in matrimonio, & cur, & n. 4.*
5 *Matrimonij probatio concludens quomodo fiat.*
6 *Vnicus teſtis non probat.*
7 *Teſtis contrarius contrarietate inſanabili nullam fidem facit.*
8 *Teſtis in vno contrarius reputatur talis in omnibus. Et poteſt puniri de falſo, & n. 9.*
10 *Teſtis certitudinariè deponens, & ſine cauſa ſcientiæ non probat.*
11 *Matrimonij præſumptiua probatio quænam ſit.*
12 *Probatio ſuper poſitionibus eſt eadem quæ ſuper capitulis idem continentibus. Nec admittuntur nouæ probationes poſt didicitas atteſtationes ſuper ipſis, nec repetitio teſtium. Et n. 13.*
14 *Capitula non admittenda, admiſſa. cum clauſula*, Saluis iuribus partium, in fin. litis, &c. *habentur pro non admiſſis, & promiſſiones facta nil releuant.*
15 *Exceptio reſeruata in fine litis, ſi eſt vera, reddit nulla omnia acta retro facta.*
16 *Teſtes repetiti debent extenſe deponere, non ſe referendo ad alias dicta, cum ſint imperfectè interrogati in prima depoſitione.*
17 *In examine ad perpetuam rei memoriam exigitur partis citatio. Præcipue ſi fiat tempore inſtitutæ actionis, vel inſtituendæ, & c. & num. 18*
19 *Teſtes examinati parte non citata, & ſine interrogatorijs, nihil operantur in partis præiudicium.*
20 *Teſtis deponens de ignorantia nominis, & poſtea de ſcientia eius, eſt falſus.*
21 *Multa de contradictionibus teſtium.*
22 *Negatiua rectè probatur ex inſpectione ſcripturæ.*
23 *In negotio ſuſpecto, teſtes contrarij non probant, etſi contrarientur in non ſubſtantialibus.*
24 *Suſpicio oritur ex omiſſione aliquorum teſtium in ipſorum repetitione.*
25 *Varians teſtis in patria, & adminiculis eius de quo deponit, eſt ſuſpectus.*
26 *Matrimonium præſumptum probatur per cohabitationem diutinam decem annorum. Non alias, n. 27.*
28 *Nominatio alicuius in filium debet eſſe principaliter, & ſolemniter, non incidenter, & num. 36.*
29 *Nominatio talis probat filiationem, & matrimonium in nominantis, non vero tertij præiudicium, & n. 35.*
30 *Nominatio per ſe non ſufficit ad probandam quaſi poſſeſſorem matrimonij, niſi alia concurrant, & n. 43, & 44.*
31 *Matrimonij, & Filiationis tractationes à teſtibus ſunt deſcribendæ, etſi non interrogentur, & n. 32.*
33 *Probari non dicitur vxor eſſe ex ſola cohabitatione, niſi dicatur quod teneat puta claues mobilium, & alia vti vxor.*
34 *Filiatio, & minus legitimitas probatur ex eo, quod faſciabatur, & in vlnis ferebatur ab aſſerta matre, & cur.*
37 *Deponens teſtis ſuper fama, debet etſi non interrogatus, nominare eos, a quibus id audiuit.*
38 *Teſtes duo ſufficiunt ad probandam famam. At debent eſſe ſpectatæ fidei, & omni exceptione maiores & numer. 39.*
40 *Fama non releuat contra quem extet aliqua præſumptio.*
41 *Filiationis, & matrimonij quaſi poſſeſſio, probata coniecturis, poteſt ijſdem contrarijs debilitari, & tolli.*
42 *Fama abſque alijs adminiculis non ſufficit ad probationem.*

CONTROVERSIA DCI.

IN allegationibus alias factis in hac cauſa Boccacina de-
monſtraui *in verſic. Quo verò ad ſucceſſionem, &c.* Io.
Dominicum aſſertum de Boccacinis aſpirantem ad
hereditatem q. Alberti Boccacini tanquam nepotem
illius, & concurrentem ad illam cum Domino Petro
nepote legitimo, & naturali neceſſario agere tanquam
legitimum, tum quia ſi eſſet illegitimus, non poteſt ſuc-
cedere ab inteſtato patruo, & tanto minus eo agen-
te vti agnato, tum quia etiam excluderet ur à legitimo
nepote, & per conſequens dixi eum teneri probare le-
gitimitatem ex auctoritate quadraginta quatuor Do-
ctorum, quos ibi citaui.
1 Quæ quidem † legitimitas, naturaliter ſumpta, de
qua nos agimus (quia non præſupponitur aliqua legi-
timatio) cum non cauſetur niſi mediante matrimonio,
Decius *conſil. 283. alias eſt conſil. 284. num. 15.* Cephal.
2 *conſ. 525. num. 75.* neceſſe habet is qui vult † probare,
eam capitulare, & probare matrimonium, tanquam
neceſſarium antecedens, Bald. *conſ. 180 ſub numer. 3.
vol. 3.* Nat. *conſ. 421. num. 1. & conſ. 473. num. 33.* idem
*in addit. ad Alexand. conſ. 51. verſic. & de veritate, vol.
1.* Alexand. *conſ. 74. ſub numer. 1. vol. 2. & conſ. 25. ſub
num. 8. vol. 4.* Socin. Iun. *conſil. 86. num. 40. volum. 2.*
Petr. Ant. Anguiſ. *conſ. 79. numer. 8. lib. 6.* Maſcard.
concluſ. 800. num. 1. Anguiſla *conſil. 13. num. 60.* Petra.
*de fideicommiſſ. quæſt. 11. num. 489. iuncto num. 464. in
fine,* Peregr. *in ſimili tractat. articul. 43. ante n. 72.*
3 Quod † etiam optime nouit Aduerſarius, dum il-
lud capitulauit, *fol. 144.* Et licet hoc in caſu matrimo-
nium dicatur deduci incidenter, & ob id alias ſufficeret
probare illud præſumptiue tantum per illius quaſi poſ-
ſeſsionem, ſine neceſſitate probandi eius veritatem, &
proprietatem, Menoch. *conſil. 490. ſub num. 6. & conſ.
927. num. 11.* Cephal. *conſ. 435. num. 45. & 51.* tamen
4 hodie ex matrimonia † publicè & palam præceden-
tibus denunciationibus contrahantur & parochi te-
neantur deſcribere matrimonia ſuper libris particulari-
bus, ex quibus de facili verum matrimonium probari
poteſt, ex diſpoſitione Concilij Tridentini *in Seſsione
24. cap. 1. de reformatione matrimonij,* non eſt ſufficiens
probatio præſumptiua, per quaſi poſſeſsionem, ſed ne-
ceſſaria eſt probatio veri matrimonij, & proprietatis
illius, vt tradunt Nauar, *in manuali confeſſor. cap. 25. ſub
num. 144.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 1. ſub num. 98.* Vir-
ginius Boccacius *in tractat. de litteris remiſſorialibus,
cap. 4. ſub n. 5.*
5 Quæ probatio veri matrimonij † vno ex tribus mo-
dis fieri poteſt, vel per teſtes qui fuerint præſentes quan-
do vir & mulier, ſolitis ceremonijs illud contraxerunt,
vel per publicum inſtrumentum ſuper eo confectum, vt
per Menoch. *d. conſ. 490. numer. 2.* Burſat. *conſ. 434. in
principio,* vel denique per prędictum librum parochi; li-
cet autē fuerit attētata hæc iuſtificatio veri matrimonij
tamen non fuit probata, nam de eo non apparet ali-
qua fides extracta ex libro parochi, nec productum eſt
aliquod inſtrumentum, teſtes vero, etſi fuerint ſuper
hoc inducti, nihilominus vnus tantum ex multis ſuper
hoc deponit, qui eſt Octauius de Monteſalco cui nulla
6 fides eſt adhibenda, ne dum quia vnicus. † & per con-
ſequens non ſufficiens ad cauſandum talem probatio-
nem, per quam aliqua quæſtio terminari poſſit, *cap. li-
cet vniverſis, cap. veniens, cap. de omni negotio, extra de
teſtib. l. iuſiurandi, C. eod.* latè Farinacc. *q. 63. num. 1.*
ſed quia in tribus ſuis teſtificatibus ſuper hoc particula-
ri eſt ita contrarius, vt manifeſto vitio falſitatis laborat:
quando enim prima vice fuit examinatus ad perpe-
tuam rei memoriam ad inſtantiam Domini Petri Boc-
cacini, dixit, ſe audiuiſſe tantum publicationes, ſed non
fuiſſe præſentem matrimonio, vt *fol. 175. fac. 2. & fol.
176. fac.*

176. *fac.* 1. & tunc depoſuit de quodam Io. Maria, quem
dixit ignorare vnde eſset, & eius cognomen, in ſecundo
vero examine facto ad inſtantiam Ioan. Dominici, *fol.*
158. *fac.* 2. deponit fuiſse præſentem matrimonio Io.
Mariæ (prædicti) ita dicit ipſe cum tamen illum an-
tea nō nominaſset, adeo vt appareat retuliſse ſe ad per-
ſonam ſibi ſuggeſtam ab examinatore, licet eam non
cognoſceret, tertiò vero repetitus ſuper interroga-
torijs Domini Petri, dicit vidiſse tantum aſsertos iuga-
les, quando ibant ad Eccleſiam, vti ſponſi ad contra-
hendum matrimonium, & ſubdit fuiſse annotatum di-
ctum matrimonium, & fuiſse multos præſentes, quo-
modo autem poteſt hoc ſcire, ſi non fuit præſens, ſed
tantum vidit ſponſos euntes ad Eccleſiam? quomodo
pariter poteſt concordari abſoluta negatiua, de qua in
primo examine, quod non fuerit præſens, ſed tantum
audierat publicationes cum abſoluta affirmatiua, de
qua in ſecundo examine, quod fuerit præſens dicto ma-
trimonio? vtique hoc fieri nequit, propterea rema-
7 net † contrarius contrarietate inſanabili, & ob id nul-
lā fidem facit, *cap. licet cauſam, extra teſtib.* vbi Gloſ. *in
verb. contradicunt,* latè Farinacc. *quæſt.* 66. *n.* 13. vbi *n.*
8 19 ampliat, vt in vno † contrarius in omnibus repu-
tatur contrarius, & nihilominus probet in aliqua par-
6 te, quinimo poſſit † puniri de falſo, vt per eundem,
ibid. n. 56. maximè in caſu iſto, in quo ferè manifeſta ap-
paret ſubornatio, & inſtructio ad ſpecificè deponen-
dum ſuper multis quæ alias ignorauit.

Multi autem ex alijs teſtibus, etſi dicant Pruden-
tiam fuiſse deſponſatam à Io. Maria, tamen non dedu-
cunt aliquam rationem ſcientiæ, per quam appareat
10 eo † hoc certitudinariè ſcire, & ideo non probant, ad
latè tradita à Farinacc. *quæſt.* 70. *ſub num.* 1. videntur
enim ſe tantum referre ad auditum alterius, & tamen
vt probarent hoc verum matrimonium, neceſse eſset,
quod fuiſsēt præſentes, vt ſuperius deduxi *in verſic. Quæ
probatio, &c.* & tradit Verallus *deciſ.* 205. *part.* 2.

Sed vbi admitteremus ſufficere etiam hodie proba-
11 tionē † matrimonij præſumpti, per quaſi poſſeſsio-
nem quando incidenter deducitur, quæ reſultare ſolet ex
probatione cohabitationis diutinæ annorum decem
viri, & mulieris in figura vere matrimonii, tractantiū ſe
inuicem vti iugales, comedendo ad eandem menſam, &
dormiendo in eodem cubili, & per mutuam nomina-
tionem, & communem reputationem, vt per Anton.
de Butrio *in cap. illud, num.* 8. & ibi per Abbat. *num.* 5.
de præſumption. Alexand. *conſil.* 150. *num.* 10. *& conſ.*
151. *num.* 9. *vol.* 5. Nat. *conſil.* 473. *numer.* 18. Petra *de
fideicommiſ. quæſt.* 11. *num.* 496. Maſcard. *concluſ.* 800.
per totam, adhuc in propoſito caſu non ſufficerent iſtæ
probationes, & per conſequens Dominus Petrus reus
conuentus eſt abſoluendus.

Primò, quia capitula ſuper quibus examinati ſunt te-
ſtes ad probandam hanc legitimitatē, & matrimoniū
continent idem quod continebant poſitiones, de qui-
bus, *fol.* 12. *fac.* 2. ibi.

*Che il Signor Gio. Maria è morto, laſciato doppo ſe il
preſente ſuo figliolo legitimo, & naturale per tale tanto dal
detto ſuo padre quanto da tutti, che di loro hanno hauuta
cognitione tenuto, trattato, nominato, & reputato, &c.*
quod in ſubſtantia capitulatum eſt etiam in capitulis de
quibus *fol.* 144. nam licet in poſitionibus nullum adeſt
verbum de matrimonio, tamē de neceſſitate probatio-
nis includebatur, cum quis non poſſit probari legitimus,
niſi probato matrimonio, vt ſupra dicebam, quo caſu
12 idem ius viget, † ac ſi ſuper eiſdem capitulis præciſè
fieret probatio, vt per Farinacc. *de teſtib. quæſt.* 75. *n.* 91.
qui ob id concludit iſto in caſu nō admitti probationes
13 poſt † publicatas primas atteſtationes, in quibus idem
de neceſsitate continebatur, ne dum ad nouas proba-
tiones fiendas, ſed nec etiam ad repetendum tantum
teſtes, Gloſ. *vlt. in cap. per tuas,* & ibi Abb. *col.* 2. *verſic.
ad inſtantiam, &c.* Aretin. *col.* 3. *in principio.* Felinus *ſub
num.* 1. *cap. de teſtibus,* Farinac. *d. quæſt.* 75. *num.* 72. &
per conſequens cum publicatæ fuiſſent atteſtationes

ſuper poſitionibus, non erant admittenda poſteriora
capitula, niſi ſuper particulari aſſerti erroris, non autem
filiationis legitimæ; vnde cum fuerint admiſsa ſaluis
14 iuribus partium cognoſcendis † in fine litis, habentur
pro non admiſsis, & probationes ſuper illas factæ ſunt
nullius momenti, nec parti aliquod præiudicium gene-
rare poſſunt, Curt. Senior *in repetit. l.* §. *quod obſeruari,
in fine neui breui loquij, C. de iureiur. propt. calumn.* Pa-
riſ. *conſ.* 58. *num.* 53. *&* 54. *vol.* 4. Grat. *conſ.* 115. *num.*
37. Gail. *lib.* 1. *obſeruat.* 81. *num.* 12. *part.* 1. nam hoc
15 eſt regulare † quod qualibet exceptio reſeruata in fi-
ne litis ſi vera reperitur, reddit omnia acta retro nulla,
Gl. *in c. cum contingat,* vbi Butrius notat, *de offic. deleg.*
Bartol. *in l. ille à quo,* §. *ſi de teſtamento, ff. ad Trebell.*
idem *in l. ſi prætor,* §. 1. *n.* 5. *ff. de damn. infect.* Caſtr. *in
l. ait prætor, la.* 2. *in principio,* vbi etiam Iaſ. *num.* 24. *ff.
de iureiur.* Marſil. *ſingul.* 198. *&* 365.

Secundò, teſtes iſti vltimo examinati nihil depoſue-
runt ſuper capitulo dato, & ſuper quo facta fuerunt
interrogatoria, ſed tantum ſuper ipſis interrogatorijs,
in reliquis ſe remittentes ad aliud examen, factum an-
tea ad perpetuam rei memoriam, quo caſu non valet
eorum depoſitio, quia vbi primum examen eſt nullum
defectu citationis, vel eſt factum in cauſa ſummaria,
16 tunc teſtes non poſſunt † ſe ad illud referre, ſed te-
nentur extenſe deponere iterum, & ratio eſt manifeſta,
quia ſuper primo pars non potuit dare particularia in-
terrogatoria, ita nec fuit diligenter, & plene facta inter-
rogatio, Menoch. *de arbitrar. caſu,* 109. *nu.* 6. Hiero-
nym. de Laurent. *deciſ.* 91. *num.* 4. *&* 5. & melius Fari-
nac. *de teſtibus, quæſt.* 66. *num.* 48. hìc autem primum
17 examen fuit ipſo iure nullum, † quia fuit factum, ne
dum eo tempore quo Io. Dominicus poterat agere,
quo caſu, in examine ad perpetuam rei memoriam re-
quiritur partis citatio, Farinacc. *q.* 72. *num.* 2. *& quæſt.*
76. *num.* 61. *&* 171. ſed fuit factum præciſe eo tempore
quo iam de facto agebat, & idcirco non potuit omitti
partis citatio, ſicuti etiam cauſa illius examinis fuit
18 ſummariſſima, & in qua plenè non fuit cognitum, nec
adhibita exacta diligentia, vt videre eſt ex eius le-
ctura.

Tertiò animaduerto, quod ex ſeptem illis teſtibus
examinatis à Io. Dominico ad perpetuam rei memo-
riam, de quibus in proceſsu, *fol.* 157. *cum ſeqq.* tres po-
ſteriores non fuerunt repetiti ſuper noſtris interroga-
19 torijs, & propterea tanquam examinati parte † non
citata, & non ſecuta repetitione nihil probant, nec ſu-
per eis faciendum eſt aliquod fundamentum ad præiu-
ditium Domini Petri, ad tradita per Burſat. *conſil.* 69.
num. 22. & Bertaz. *conſ. criminal.* 1. *num.* 26. *& conſil.*
33. *num.* 10. *& conſ.* 114. *numer.* 11. Cæteris quoque
quatuor nulla videtur adhibenda fides, propter multas
eorum varietates, & contrarietates, ne dum inter ipſos,
ſed etiam ſibimetipſis, quinimo, & falſitates:

Octauius enim de Montefalco, qui eſt primus repeti-
torum conuictus eſt ſuperius de manifeſta contrarieta-
te, & ſic falſitate in ſubſtantialibus, dum vna vice nega-
uit fuiſse præſentem matrimonio Io. Mariæ, & Pruden-
tiæ, & alia vice affirmauit: ſicuti, & in eo quod exami-
natus ad inſtantiam Domini Petri, *fol.* 175. negat ſcire,
20 vnde † eſſet iſte Io. Maria, & eius cognomen, & in
alio examine præciſè deponit de Io. Maria Boccace-
no ei ſuggeſto, ac ſi optime ſciret eſse eundem, ideo
falſus, Surd. *in ſpecial. conſ.* 530. *ſub numer.* 15. *fol.* 321.
vol. 1. *in fine.*

Rurſus, pro Domino Petro deponit, *fol.* 176. *fac.* 1.
Io. Mariam deſponſaſse Prudentiam poſt conſtructio-
nem pontis Sanctæ Mariæ, repetitus verò in vltimo
21 examine pro Io. Dominico, dicit † fuiſse ante con-
ſtructionem dicti pontis.

Pro dicto Io. Dominico examinatus, prima vice
dicit iſtud aſsertum matrimonium fuiſse contractum
de Anno 1575. qui fuit Annus ſanctus; repetitus verò
pro eodem, deponit fuiſse de Anno præcedenti dictum
Annum ſanctum: Vnus verò ex teſtibus Domini Pe-

tri, ſcilicet, *16. fol. 62. fac.* 2. deponit ſe fuiſse Romæ de Anno 1575. & per diem integrum ſtetiſse cum ipſo Io. Maria , & quod tunc non habebat vxorem.

Idem pro Domino Petro *fol.* 175. *fac.* 2. negat ſcire cuiuſnã eſset filia Prudentia,& pro Io. Dominico repetitus, inquit eius Patrem , & Matrem fuiſse à Corſica, in Fide vero , de qua in proceſsu , *fol.* 8. aſseritur eius Patrem fuiſse Mediolanenſem.

Idem Octauius in primo examine pro Io. Dominico, *fol.* 159. *fac.* 2. deponit Ioannem Mariam fuiſse ſepultum in Eccleſiæ Sancti Andreæ *dalle Schaffe* , cui contrariatur Sebaſtianus de Martinis, examinatus pro Domino Petro, *fol.* 178. *fac.* 1. qui inquit illum fuiſse ſepultum in Eccleſia Sancti Saluatoris , ad pontem S. Mariæ.

Prædictus Octauius deponit, repetitus in vltimo examine Io. Dominicum natum fuiſse Anno quinto, vel ſexto poſt contractum matrimonium, & tunc eius matrem fuiſse Annorum 20. ita quod tempore matrimonij fuiſset annorum 14. tertius vero teſtis ex dictis repetitis, deponit ipſam Prudentiam tempore matrimonij fuiſse Annorum 22. Hinc inſurgit alia contrarietas, quod ſi erat annorum 22. tempore matrimonij, vt deponit tertius teſtis , qui fuit de Anno 1574. vel 1575. quando deceſſit de Anno 1600. fuiſset Annorum 47. vel 48. & tamen in fide mortis dicitur quadragenaria tantum , inſuper cum Io. Dominicus natus ſit quinto vel ſexto Anno poſt celebratum matrimonium, tempore partus Prudentia habuiſset 28. annos , & tempore eius mortis , quæ fuit de Anno 1600. cum eſset quadragenaria Io. Dominicus habuiſset tantum annos 12. & nunc eſset annorum 19. & tamen ex aſpectu patet habere ſaltem 28. Annos.

Secundus teſtis repetitus , qui eſt Dominicus Riualdus, deponit Prudentiam ſemper fuiſse mulierem honeſtam, quod, & dicit prædictus Octauius,& tamen tam ex teſtibus , de quibus *fol.* 188. *cum ſeqq.* quam ex teſtamento ipſiuſmet Prudentiæ producto, *fol.* 185. deducitur ipſam fuiſse meretricem , quandoque , & ſic non ſemper honeſtam.

Præterea deponit Io. Dominicum fuiſse baptizatum in Eccleſia ſancti Griſogoni, quod etiam dicunt alij teſtes,& tamen ex fide producta riuationis factæ in libris baptizatorum dictæ Eccleſiæ probatur contrarium, cum in illis non reperiatur deſcriptus;negatiua enim re-
22 cte † probatur ex inſpectione ſcripturæ, Herculan. *de probatione negatiua, num.* 163.

Inſuper ſuper ſecundo interrogatorio, dicit Prudentiam non habuiſse niſi vnum maritum , ſcilicet, ipſum Io. Mariam Boccacinum , quod ſuper eodem interrogatorio deponit etiam Octauius primus teſtis. & nihilominus patet ex teſtamento eiuſdem Prudentiæ, *fol.* 185. ipſam fuiſse vxorem cuiuſdam Io. Mariæ Mediolanenſis, quam non eſt veriſimile ignoraiſe patriam mariti, & ſic falluntur iſti teſtes, & depoſuerunt de Io. Maria Boccacino , quem non cognoſcebant per errorem ad ſuggeſtionem examinatoris , qui illum pro tali nominauit, cum intelligerent deponere de eo Io: Maria , qui fuit verè maritus , & erat Mediolanenſis .

Tertius teſtis ex repetitis , qui eſt Magiſter Silueſter Cellanus manifeſto contrarietatis vitio laborat, dum primo examinatus pro dicto Io. Dominico, *fol.* 161. *fac.* 1. deponit Io. Mariam maritum Prudentiæ , deceſſiſse ante eam, ſecundo vero repetitus totum contrarium deponit,ſcilicet, ipſam Prudentiã prædeceſsiſse.& per conſequens non probat in aliquo,cum in vno falſus,&c. vt ſuperius dixi de Octauio, *in verſic. Quæ probatio veri matrimonij;* contrariatur etiam primo, ſicut notaui, *in verſiculo prædictus Octauius, &c.*

Quartus teſtis ex eiſdem repetitis , qui eſt Sebaſtianus de Martinis primo examinatus pro Domino Petro, *fol.* 177. *fac.* 2. deponit, ſe neſcire cuius eſset Io. Maria, maritus Prudentiæ , nec cuius familiæ , idcirco in alijs ſuis teſtificatibus, poſtea non poteſt aſsetere fuiſse illum de quo diſputatur.

Rurſus contrariatur primo circa ſepulturam Io. Mariæ, vt indicaui ſupra , *in verſic. Idem Octauius in primo examine* , conuincitur pariter de mendacio , circa id quod deponit, Io. Dominicum fuiſse baptizatum in Eccleſia Sancti Griſogoni , prout tetigi circa ſecundum teſtem, & denique conſiderata eius ætate , cum ſit Annorum 36. tantum,facile deducitur modicam ei adhibendam eſse fidem, cum multa de quibus deponit contigerint ne dum eo exiſtente pupillo, ſed etiam infante.

23 Et † quamuis multæ ex ſupradictis varietatibus circa iſtos teſtes non concernant ſubſtantialia negotij , tamen cum verſetur in negotio ſuſpecto, non probant, quamuis contrarientur etiam in non ſubſtantialibus, *cap. licet cauſam.* ibi, *de ſingulis circumſtantijs*, vbi Decius *n.* 52. *extra de probation.* Farinacc. *de teſtib. q.* 66. *n.* 25. *& quæſt.* 73. *numer.* 52. Alexand. *conſ.* 153. *numer.* 8. *volum.* 5.

Quod autem negotium eſt ſuſpectum, colligitur ex varietatibus teſtium , & ex eo quod in teſtamento Prudentiæ maritus nominatur Mediolanenſis , atque in eo nullam facit mentionem filij. & tamen meminit de perſonis minus coniunctis, & ex eo quod non reperitur fides matrimonij iugalium , nec baptiſmatis filij, & ex eo quod Io. Dominic. faſsus eſt ſe natum poſthumum, & poſtea voluit probare contrarium , in quo eum erraſſe non cadit in ſenſum viri prudentis, & ex eo quod nominati fuerunt plures teſtes examinandi ex aduerſo imo
24 iam fuerant examinati † ſeptem, & tamen fuerunt repetiti tantum 4. ſignum vrgens fuiſse omiſsos,quia forte pateſeciſſent veritatem ſuper interrogatorijs, vel dicturi fuiſſent aliquid contrarium intentioni producentis, vt in ſimili conſiderat Crauet. *conſil.* 134. *ſub num.* 28. & Lancellot. Gallia *conſil.* 15. *num.* 35. & oritur ſuſpicio
25 etiam † ex eo, quod Io. Dominicus capitulat , matrem fuiſse Mediolanenſem, & tamen teſtes dicunt fuiſſe Romanam, ex patre Corſo, ad tradita à Burſat. *conſ.* 88. *ſub num.* 7. *& conſ.* 192. *num.* 8. Decian. *conſil.* 92. *num.* 51. *vol.* 2. & denique ſuſpicio inſurgit ex eo quod Lactantius de Lactantiis habuit in vxoré ſororé Prudentiæ , vt in fide producta *fol.* 8. & tamen ipſe in ſuo teſtificatu *fol.* 167. hoc tacet , & de iſta Prudentia meminit tanquam de muliere omnino extranea, ne propter affinitatem ſuſpectus redderetur, vnde ab eo poſſumus argumentari ad alios, quantum credibile ſit præmeditato ſermone depoſuiſſe in fauoré inducentis, iuxta illud, *Ab vno diſce omnes.*

Quarto , principaliter vbi teſtes non repellerentur prædictis defectibus, adhuc non probarent matri-
26 monium præſumptum, nam † debet probari cohabitatio diutina decem annorum, Burſat. *conſil.* 434. *nu.* 5. *in fine*, Menoch. *conſ.* 917. *num.* 5. Maſcard. *concluſ.* 100. *n.* 9. & dixi ſupra *in verſic. Sed etiam vbi admitteremus, &c.* quæ non eſt probata in caſu iſto , niſi per Dominicum Riuallum in primo examine pro Io. Domino, *fol.* 163. cuius dictum reputatur dictum nullius. vltra quod dubitatiuè deponit, Silueſter Cellanus , *fol.* 161. *fac.* 1. deponit tantum de octo annis , cæteri non exprimunt tempus determinatum.

27 Præterquam † quod ſola diutina cohabitatio non ſufficit ad faciendum præſumi matrimonium. Menoch. *conſil.* 490. *num.* 10. *& conſil.* 614. *ſub num.* 18. *& lib.* 6. *præſumpt.* 54. *num.* 40. *in fine*, Gigas *conſil.* 39. *nu.* 104. Magon. *de commun. deciſ. Lucenſ.* 86. *num.* 18.

Quo vero ad aſſertas nominationes factas inuicem à dictis iugalibus, & ab eiſdem erga Ioan. Dominicum, quod eſset eorum filius, reſpondetur , quod deberet conſtare has nominationes fuiſse factas principaliter,
28 propter † ſe, non autem incidenter , de quo tamen non apparet, & ob id non releuant, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 54. *num.* 36. *& præſumpt.* 53. *num.* 38. *& de arbitrar. caſu* 89. *num.* 77. Anguil. *conſil.* 13. *ſub num.* 65. Gabr. *conſ.* 25. *num.* 3. *vol.* 1. Ruin. *conſil.* 52. *ſub num.* 4. *vol.* 5. Paſeth. *conſil.* 216. *num.* 8. Maſcard. *concluſ.* 750. *num.* 29.

29 Secundo reſpondetur, quod nominatio † iſta non

probat

probat matrimonium, nec filiationem legitimam in
præiuditium tertij, ſed tantum nominantis, Menoch.
conſil. 199. nu. 51. verſic. reſpondeo ſecundo, & conſ.614.
num. 13. Magon. d. deciſ. Lucens. 86. num. 17. Iaſ. conſ.
206 num. 2. & 5. vol. 1. Gigas conſil. 38. ſub num. 103.
Maſcard. concluſ. 790. num. 7. Paleth. conſil. 99. num. 3.
in fine, & conſil. 109. ſub num. 8. vbi dicit quod alias ſe-
queretur maximum abſurdum, quod aliqui nominan-
do, & tractando ſe pro coniugibus, & nominando, &
tractando aliquem pro filio, poſſent facere eum conſe-
qui magnas hæreditates.

30 Tertio nominatio per ſe † non ſufficit, alijs non
concurrentibus, nec ad probandam quaſi poſſeſſionem
matrimonij, Menoch. d. conſil. 199. ſub num. 51. verſic.
reſpondeo quarto, &c. & conſil 614. num. 14. Nec filia-
tionis legitimæ, Maſcard. de communi, concluſ. 790. nu.
10. Gabr. conſil. 25. ſub num. 7. vol. 1.

31 Ad id veró, † quod in ſimul vixerint, & tractaue-
rint ſe vti coniuges, & Io. Dominicum vti filium, re-
ſpondeo, quod iſti tractatus matrimonij, & filiationis
legitimæ, debent deſcribi à teſtibus, etiam ſi non inter-
rogentur per actus ſpeciales, ita quod poſſit moueri ani-
mus iudicis, ad ita præſumendum, vt de tractatibus
coniugum, tradunt Pariſ. conſ. 13. num. 18. vol. 2. Ma-
gon. d. deciſ. Lucenſ. 86. num. 19. Bertaz. conſil. 434. ſub
num. 7. verſic. Præterea, &c. Menoc. d. conſil. 614. num.
21. Maſcard. concluſ. 880. num. 19. & de tractatibus
32 filiationis. † Ruin. conſil. 52. ſub num. 5. circa finem,
vol. 5. Menoch. d. conſil. 614. ante numer. 22. Maſcard.
concluſ. 789. num 28. Anguiſ. conſil 13. numer. 4. de
33 quibus tamen tractatibus ſufficientibus † teſtes non
deponunt, nam non ſufficit ſi dicant quod cohabita-
bant, ſimul edebant, & dormiebant, cum hi actus ſo-
leant etiam fieri à concubinarijs, ſed opus eſt quod di-
cant, quod mulier vti vxor tenebat claues mobilium, &
faciebat ſimilia quæ ſolent tantum fieri ab vxoribus,
vt per Menoch. præciſè, conſil. 614. ſub num. 21.

Sed vbi ſufficeret cohabitatio, & quod comederent ad
eandē menſā, & ſimul dormirēt, adhuc de iſtis tractati-
bus teſtes non deponunt, tangunt enim tantū de coha-
bitatione, ſed non deponunt de diutina decem annorū,
nec quod comediſſent ad eandem menſam, & dormi-
rent in eodem cubili, prout neceſſe eſt, ſicuti ſupe-
rius probaui prout etiam dixi, eam ſolam non ſufficere.

De tractatibus autem Ioannis Dominici hoc tantum
deponunt teſtes, quod lactabatur à Prudentia tanquam
filius, & ab ea faſciabatur, ferebatur in vlnis à Io. Ma-
34 ria, ſed † hi tractatus ne dum non inferunt ad legiti-
mitatem, ſed nec ad filiationem, cum & extranei, &
baſtardi ita tractari ſoleant, ita Alexand. conſil. 74. nu.
2. vol. 2. Maſcard. concluſ. 789. n. 18. Petra de fideicom-
miſ. quæſt. 11. ante num. 423. Pacian. de probation. lib. 2
cap. 12. n. 20.

Quinimo de contrario quod non fuerit tractatus vti
filius patet, quia Prudentia præterijt illum in ſuo teſta-
mento.

35 Secundo dico, † quod tractatus non operatur ad
præiuditium tertij, ſed tantum tractantis, vt deduxi ſu-
pra circa nominationem, & tradit etiam Menoch. conſ.
927. ſub num 46.

36 Tertio reſpondetur, † quod ſolus tractatus non
ſufficit, ex quo iam probaui nominationes non fuiſſe
aptè factas, Menoc. d. conſ. 199. num. 50. in fine, Ma-
ſcard. concluſ. 1025. num. 7.

Remanet ſola publica vox, & fama, ac reputatio, in
qua vnica videntur inniti horum teſtium depoſitiones,
& cum, vt ſuperius admonui, non ſit facienda aliqua vis
in illis qui non fuerunt repetiti, animaduerto, quod ex
iſtis quatuor repetitis Sebaſtianus de Martinis eam non
probat, quia in aliquo ex ſuis teſtificatibus non nomi-
37 nat quemquā à quo id audiuerit, cum tamen † etiam
non interrogatus is qui deponit ſuper fama, eos nomi-
nare debet à quibus hoc audiuit, ita Maſcard. in concl.
mihi 791. ſub num. 17. vol. 1. Ruin. conſil. 7. nu. 2. vol.
5 Gigaſ. conſ. 38. num 91. Roland. conſ. 54. num. 17. vol.

1. Riminal. Iun. conſ. 524. numer. 54. & conſil. 589 ſub
num. 27. vbi de communi, Petra de fideicommiſſ. q.
11. num. 448.

Octauius vero de Montefalco eſt contrarius, & falſus
in ſubſtantialibus, & ob id in totum repellitur: Ita vt
38 remaneant tantum duo, per quem † numerum, etſi
ſufficienter poſſit probari fama, vt per Farinacc. q. 47.
num. 208. tamen vt ille ſubdit, num. 210. ex auctoritate
39 multorum, teſtes iſti debent † eſſe ſpectatæ fidei, &
omni exceptione maiores, quales vtique non ſunt iſti,
quia patiuntur multos defectus, & inuicem in multis
contrariantur, & ad hoc, vt probetur fama neceſſaria
ſunt ſeptem requiſita, de quibus per Farinacc. vbi ſupra,
quæ hic non videntur concurrere.

40 Inſuper fama non releuat † quando contra eam
extat aliqua præſumptio, vt per Maſcard. concluſ. 791.
n. 14. vt hic, quod non fuit nominatus Io. Dominicus in
teſtamento ab aſſerta matre, quod non reperitur anno-
tatio matrimonij, nec baptiſmatis, & multa alia, de
quibus ſupra, ſicuti enim quaſi poſſeſſio filiationis legi-
41 timæ, & matrimonij coniecturis inducitur, † ita con-
trarijs coniecturis vel diluitur, vel debilitatur, Nat. conſ.
473. ſub num. 49. Roland. conſ. 11. ante numer. 1. vol. 4.
Ceph. conſil. 540. ſub num. 88. Menoch. conſil. 927. nu-
mer. 36.

42 Denique ex ſupradictis † videntur ceſſare, vel
ſaltē non probata, vel debilitata alia adminicula; fama
autem ſine alijs adminiculis per ſe non ſufficit, Maſcard.
concluſ. 1029. & 791. num. 5. Socin. Sen. conſ. 39. ſub n.
6. vol. 1. Grat. conſ. 146. num. 5. vol. 2. Pariſ. conſil. 10.
num. 19. & ſub num. 57. vol. 2. Ruin. conſil. 52. num. 5.
in fine vol. 5. Menoch. conſ. 199. ſub num. 47. Felinus in
cap. per tuas, num. 15. de probationibus.

Et cum regulariter ex ſimilibus probationibus factis
43 in caſu iſto, imo multo fortioribus † non dicatur proba-
tum matrimonium ſufficienter, nec filiatio legitima, vt
per infraſcriptos Doctores videndos, Crauet. conſ. 249.
ſub num. 3. Maſcard. concluſ. 789. num. 14. & 790. num.
25. & 791. num. 17. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 11. nu.
316. & melius Magon. deciſ. Lucenſ. 86. Menoch. conſil.
199. & conſil. 614. & conſil. 615. & conſ. 927. per totum,
multo minus debet dici ſufficiens probatio in caſu iſto
44 ſtantibus tot † varietatibus teſtium, & alijs circum-
ſtantijs, vt per eundem Menoc. d. conſil. 614. ſub nu. 21.
verſic. Reſpondetur tertio, ita vt cum probatio videatur,
maximè dubia ex parte actoris nō poſſit ferri ſententia
ad eius fauorē, ſed in dubio reus ſit abſoluendus, præci-
puè cum ſit poſſeſſor, vt falſus eſt Aduerſarius in ſuis
poſitionibus.

ARGVMENTVM.

Scriptura producta, an, & quando noceat produ-
centi, ſiue ſimpliciter, ſiue cum clauſul. reſerua-
tiuis, & proteſtatione.

SVMMARIVM.

1 *Reus etſi expreſſe fateatur de iure agentis, ad finem tamen illud excludendi non auget ius aduerſarij; niſi per eum ſit illud plenè iuſtificatum.*
2 *Multo minus præiudicat tacita confeſſio reſultans ex productione ſcripturæ. Quæ ficta dicitur, & n. 4.*
3 *Plus non poteſt tacitum, quam expreſſum.*
5 *Si teſtium depoſitiones impugnantur, non eſt præſumendum, pro conſenſu in eorum atteſtationes.*
6 *Nemo comprobare videtur tacitè, quod expreſſè impugnauit.*
7 *Quod fit ad priuationem, non debet inducere habitum.*
8 *Verba prolata ad oppoſitum, non debent torqueri ad propoſitum.*
9 *Ex ſcriptura producta, vt legatur teſtibus, vt ſciant in quo deponant, non inducitur aliquid aliud contra mentem diſponentis.*

10 *Voluntas deducta ex actu non extenditur vltra id quod ex neceſſitate infertur.*

11 *Scriptura producta cum Clauſul.* reſeruatiuis, *non producit confeſſionem contra producentem, quæ aliàs non apparebat. Oppoſita ſententia, quando procedat, & n. 12.*

13 *Producens ſcripturam in parte, &c. fatetur ea quæ pro ſe faciunt, cum ſit id in eius poteſtate.*

14 *Proteſtatio in productione facit, vt ſcriptura producta ſi nocet producenti non cenſeatur approbata.*

15 *Proteſtatio iuuat proteſtantem in his, quæ pendent ab approbatione ſua.*

16 *Scriptura producta, vt noceat producenti, debet eſſe producta etiam ab aduerſario, qui contradicat proteſtationi producentis.*

17 *Ex eo, quod quis impugnat, ſe iuuari non poteſt.*

CONTROVERSIA DCII.

MOdula teſtium aliàs Romæ examinatorum, & pro-
ductorum ad inſtantiam Domini Petri Boccacini
pro oſtendendis eorum varietatibus, & mendacijs in
diuerſis eorum atteſtationibus contentis, non poteſt of-
ficere quidquam intentioni ipſius Domini Petri, nec
mouere auctoritate Dominorum Iudicum ad aliquid
contra eum opinandum, ſeu præſumendum ex dicta
productione, quod eos non mouiſſet prædicta produ-
ctione non facta, cum non fuerint producti animo il-
los approbandi, ſed imo cum expreſſa proteſtatione
eoſdem impugnandi, & ad effectum tantum detegendi
ipſorum mendacia, falſitates, & varietates, vt cantat
productio, *fol. 172. fac. 2.*

Primo moueor, quia vbi rei intentio eſt impugnandi,
& contradicendi prætenſo fundamento actoris ex quo
ius ſuum metitur, tunc etiam ſi ipſe reus ſe defendendo
1 expreſſe fatetur † de iure agentis, ad finem tamen illum
excludendi, numquam ſibi præiudicat nec auget ius ad-
uerſarij, niſi ille plenè iuſtificet ſuam intentionem, text.
eſt in *cap. cum venerabilis, extra de exception.* vbi licet
reus expreſſè dixiſſet Eccleſiam Sancti Viti fuiſſe iuris E-
piſcopalis Sabinenſis, quod erat fundamentum inten-
tionis actoris, attamen prædictæ confeſſionis non fuit
habita ratio, quia reus ſe defendendo, & impugnando
actoris intentionem, id aſſeruerat, cum actor ex aduerſo
non iuſtificaſſet, quod erat fundamentum actionis; ſi
igitur expreſſa confeſſio non præiudicat, quando reus
id agit, vt tacitè impugnet intentionem agentis, multò
2 minus † præiudicabit tacita confeſſio reſultans ex pro-
ductione ſcripturæ, quando producitur cum expreſſa
3 proteſtatione impugnandi eam, cum plus non † poſ-
ſit tacitum, quam expreſſum, *leg. 3. §. qui habet, ff. de
ſeruitut. ruſtic. prædior. leg. ſi ſponſus, §. ſi maritus, ff. de
donation. inter vir. & vxor.* Deci. *in d. cap. cum venerabi-
lis, num.* 19. confeſſionem autem reſultantem ex produ-
4 ctione ſcripturæ eſſe non ſolum tacitam, † ſed etiam
expreſſam, tradit Dec. *in l. 2 n. 8. C. de inſtitut. & ſubſtitut.*
Gabr. *de confeſſ. concluſ. 4. num. 32.*

Secundo cum dicti teſtes fuerint expreſsè producti ad
impugnandam intentionem aduerſarij, & ad detegen-
dum ipſorum falſitates, nullo modo induci poteſt quod
5 eorum fides fuerit approbata, & quod producens † vo-
luerit fateri contenta in eis, eſſe veram ex doctrina Bart.
in *leg. procurator, §. 1. in 1. oppoſition. ff. rem ratam habe-
6 ri*, vbi ſcribit eum nō videri † tacitè id approbare, quod
apertè impugnauit; ſequitur Natt. *conſ. 101. numer. 12.*
& Aretin. *conſil. 127. num. 8* cum multis alijs apud Surd.
deciſ. 267. num. 3. cum ſeqq. vbi rem hanc comprobando
ſubdunt, non poſſe cadere in mentem ſenſati, producen-
tem ſcripturam ad impugnandum aduerſarij probatio-
nem, voluiſſe eam in ſui præiudicium approbare, ex re-
7 gula illa, † quod fit ad priuationem non debet indu-
cere habitum, *leg. ex facto etiam, ff. de hæred. inſtit.* &
quæ fiunt ad extenuandum ius alicuius non proſunt ad
illud augendum, *leg. qui familiæ, ff. famil. herciſcund.* &
8 verba prolata † ad oppoſitum, Bal. *in l. ex his verbis,
num. 6. C. de teſtam. militar.*

Tertio ſatis confert *d. deciſ.* Surd. 267. in qua deciſum
9 fuit, quod quando ſcriptura † aliqua producitur, vt
legatur teſtibus, & vt ſciant, de qua re ſint depoſituri,
& ad quem effectum; tunc, quia conſtat de fine, & ef-
fectu productionis, non poteſt induci aliquid aliud cō-
tra intentionem producentis, quia voluntas, quæ de-
10 ducitur † ex actu, non extenditur vltra quam ex eo de
neceſſitate inferatur, Bart. *in leg. 1. §. hoc interdicto, ff.
de itiner. actuq. priuat.* & *in Authent. qui rem, circa finem,
C. de Sacroſanct. Eccleſ.*, Dec. *conſil. 62. colum.* 3. cum
alijs relatis ab eodem Surd. *conſ. 12. num* 73. quos om-
nes refert, & ſequitur *in d. deciſ. 267. num.* 5. ſubdens,
quod vbi illatio non cadit per neceſſe, tunc non eſt bo-
na, ſic igitur cum in propoſito caſu habeamus expreſ-
ſam, & præciſam intentionē producentis, quæ fuit cauſa
impugnandi dictos teſtes, & detegendi eorum falſitates,
non poteſt induci aliqua ipſorum approbatio, nec ex
illis debent moueri Iudices, cum nullam maiorem pro-
bationem faciant vigore dictæ productionis, ac ſi pro-
ducti fuiſſent ab aduerſario, quo caſu certum eſt, quod
ſi producti fuiſſent à Ioanne Maria non adiuuaſſent,
quidquam eius intentionem.

Quarto quoties inſtrumentum, vel alia ſcriptura nō
producitur ſimpliciter, ſed cum prædictis clauſulis re-
ſeruatiuis, tunc numquam vbi alias per ſe non probaret
11 † ex dicta productione reſultat aliqua confeſſio con-
tra producentem, nec ex tali productione poteſt mo-
ueri Iudex, quia ſine productione per ſe fidem non fa-
ciebant, & ex productione noluit producētis augere eius
fidem, vt tradunt Innocent. Anton. de Butrio. Salicet.
& alij, quos refert, & ſequitur Felin. *in d. cap. cum Vene-
rabilis, num. 23. ext. de exception.* Bald. Alberic. Alexād.
Pract. Papienſ. Gabr. & Ripa, qui teſtantur de commu-
ni, omnes relati ab Honded. *conſ. 78. numer. 85. volum. 2.*
12 vbi notabiliter tradit, quod licet multi teneant † pro-
ductionem factam in parte, & partibus non prodeſſe;
tamen quia illi mouentur ea ratione, quod non ſit in
poteſtate producentis reſtringere vim probatoriam ta-
lis ſcripturæ productę coram Iudice, & impedire quo-
minus Iudex poſſit illi fidem adhibere etiā contra pro-
ducentem, ideo eorum opinio procedit tantum ad hoc
vt Iudex non obſtante proteſtatione poſſit adhibere fi-
dem dictę ſcripturæ, & in illa ſe fundare, quatenus per
ſe probat abſque alio adminiculo confeſſionis reſultan-
tis ex productione, ita vt vbi per ſe probet non poſſit di-
ci illam non fuiſſe productam, nec eſſe de actis, quate-
nus facit contra producentem, ſed nullo modo talis o-
pinio recipienda eſt ad effectum augendi fidem inſtru-
mento, vel aliæ ſcripturæ ex productione ea ratione,
quod producens videatur fateri omnia contenta in illo
13 cum enim † fateri, & approbare in totum, vel in par-
tem dependeat à voluntate producentis, producens cum
dicta proteſtatione fatetur, & approbat tantum ea, quæ
pro ſe faciunt, & in quibus ſe fundat, & non aliter; ita
declarat poſt alios Honded. *d. conſ. 78 ſub nu* 85. & 87.
volum. 2. Maſcard. *concl. 915. alias eſt 916. num.* 7. & tan-
dem concludit Honded. *d. loco* ipſam proteſtationem
14 operari † vt ſi inſtrumentum per ſe conſideratum non
nocet producenti, illud non intelligatur approbatum;
ita vt illius fides vi tacitæ confeſſionis augeatur.

Facit ratio, quam in propoſito adducit Alex *in l. v-
nica, ſub num* 10. *C. vt quæ deſiderat aduocat.* vbi inquit,
15 quod in his quæ pendent † ab approbatione ſua, pro-
teſtatio iuuat proteſtantem, ſed cum præſupponamus
alias ſine productione tales atteſtationes non facere a-
liquam fidem, ſequitur, quod Dominus Petrus potuerit
eas producendo proteſtari, quod non volebat illis præ-
bere aliquam fidem, vel authoritatem.

Quinto vbi etiam ſcriptura ab vno producta poteſt
16 prodeſse aduerſario, neceſse † eſt quod reproducatur,
etiā ab eo, & quod ipſe contradicat proteſtationi produ-
centis, Alex. *in d. l. vnic. ſub d. num.* 10. Maſcard. *concl.
915. alias 916. num. 13.* Crauett. *conſil. 201. ſub numer.* 5.
ſed horum neutrum factum eſt ex aduerſo, ergo, &c.

Sexto,

Digitized by Google

Sexto, & denique aut aduerſarius acceptat productionem cum proteſtatione, & tunc habemus intentum, quia tenetur acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus, 17 aut eam impugnat, & tunc ſuccedit regula, ex † eo, quod quis impugnat, ſe iuuare non poteſt, cap. *ex eo, de regul. iur. in 6. l. poſt legatum*, vbi Bart. *ff. de his quib. vt indignis*, latè Iaſ. *in l. Iulianus, num. 13. ff. de condict. indebit.*

A R G V M E N T V M.

Agitur de probationibus admittendis poſt publicationem depoſitionum; quando id permittatur, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Acta publica admittunt probationem in contrarium, vt & præſumptiones etiam iuris, num. 2.*

3 *Non probat hoc eſſe, quod poteſt abeſſe.*

4 *Publicatione proceſſus non facta quo ad aliquem, ab eo poteſt adhuc fieri probatio.*

5 *Probationibus non dicitur obſtare publicatio, ſi eæ poſſint quidem comprehendi in capitulis iam publicatis, at non neceſſario comprehendantur.*

6 *Actu capitulato cum certis circumſtantijs, publicata probatione actus adhuc poſſunt ſpecificè capitulari circumſtantia.*

7 *Teſtibus deponentibus aliquid extra capitulata ſuper prædictis capitulis; poſt publicationem admittitur probatio ſuper illis depoſitionibus extra capitulata.*

8 *Teſtis vnicus deponens de aſſerta ſubornatione, non probat.*

CONTROVERSIA DCIII.

ADmittenda eſt Domina Iſabella Barberia ad probandum, quod bona hæreditatis quondam Domini Ioſephi Fadinæ eius ſecundi viri, de quibus in inuentario, ſeu deſcriptione producta in proceſſu Senatorio antiquo, *fol. 22. fac. 2.* ſeu eorum maior pars peruenerint ad manus q. Magnifici Domini Camilli Azzini, & & ab eo conſumpta, & diſpenſata, & in proprios vſus conuerſa fuerint, non obſtantibus, quæ ex aduerſo opponuntur, ne talis probatio admittatur in vltimo proceſſu *fol. 8. fac. 1.*

Dum enim primo dicitur ex dicto inuentario, *fol. 25. fac. 1.* apparere ipſa bona remanſiſſe penes dictam Dominam Iſabellam, & ob id præſumi etiam penes eam 1 extare niſi probentur conſumpta. † Reſpondetur, quod acta publica admittunt probationem in contrarium, vnde non obſtante dicta aſſertione poſſet probari imo ea apud illam non remanſiſſe.

Præterea licet per dictam aſſertionem probaretur eā habuiſſe dicta bona, tamen non probatur, quod continuauerint apud ipſam, & cum poſſit eſſe id quod aſſeritur, & nihilominus quod etiam ex poſt peruenerint ad dictum Dominum Camillum non poteſt declinari probatio petita ſub prætextu dictæ aſſertionis, quia 2 præſumptio, † quod adhuc præſumātur extare, recipit probationem contrariam, ſicuti quælibet alia præſumptio tollitur per probationem.

Ad ſecundum, quod non poſſit eſſe verum, dicta bona perueniſſe ad Dominum Camillum ante ortam litē cum tunc eſſet pupillus, & viueret eius pater, reſpondetur contrarium probari ex fide curæ, de qua in proceſſu antiquo, *fol. 6. fac. 2.* vbi patet, quod de anno 1595. quo anño fuit cepta lis, ipſe erat maior decem octo annis; vnde duobus, vel tribus annis ante, vel etiam minori tempore, quo erat adultus potuit conſequi dicta bona, & ſic tollitur aſſerta impoſſibilitas.

Similiter tertium obiectū nō impedit hāc admiſſionē, ſcilicet, quod ex dicto proceſſu ſenatorio antiquo conſtet, *fol. 51. fac. 2.* multa mobilia fuiſſe vendita ad publicum incantum ad inſtantiam Domini Pauli Rinaldi, vti creditoris dictæ Dominę Iſabellæ, quæ tamen nunc petuntur, vti peruenta ad Dominum Azzinum, & nihilominus neceſſe eſt, quod illa vendita eſſent de iſtis, cum Domina Iſabella non haberet alia bona, ex quo fatetur dediſſe omnia ſua bona viro.

Namque reſpondetur quod non colligitur neceſſario bona vēdita fuiſſe de illis de quib. in inuētario, & ex proceſſu patet Dominam Iſabellam potuiſſe habere alia bona.

Rurſus capitulum non ſe reſtringit ad omnia bona, ſed vt melius deponunt teſtes, vnde ſi pars eorum apparebit vendita, non erit habenda ratio illorum.

Et denique cum creditum illud propter quod fuerunt vendita eſſet creatum ad commodum Dominæ Paulæ hæredis Falinæ, & eius Mariti, quibus inſeruiebat, & ſæpè eorum nomine multas res pro eorum indigentijs accipiebat à diuerſis perſonis, vt dicunt teſtes pro ea examinati, & ſic etiam à Domino de Riualdis, non erit reddenda ratio de illis à dicta Domina Iſabella.

Ad quartum, quod ex liſta producta in vltimo proceſſu *fol. 10. fac. 2.* appareat ipſam ſubpignoraſſe multa ex bonis, quæ nunc petuntur, reſpondetur non conſtare eſſe de illis, de quibus in inuentario; ſecundo dicitur quod vbi probaretur indemnitas, potuerunt ſubpignorari, & nihilominus, ex poſt etiam peruenire ad dictum 3 Azzinum, † quia medio tempore potuerunt relui à pignore. Tertio probatio petita non afficit vniuerſaliter omnia bona, ſed indefinitè, & ea, de quibus deponent teſtes.

Ad quintum, in quo ſit maior vis, quod obſtat publicatio teſtium nomine vtriuſque partis examinatorum.

Reſpondetur quo ad teſtes examinatos per Azzinum, quod noſtra probatio non eſt de directo contrariā, nam ipſe, *fol. 40. fac. 2.* capitulauit, quod Domina Iſabella ſtetit in poſſeſſione bonorum Falinæ, & quod illis gauiſa eſt diſtribuendo, & pignorando, ſed hoc non concludit, quia ex poſt etiam potuerunt peruenire ad Azzinum, quia non dicit, quod fuerint ab ea conſumpta.

Sed vbi directo contraria eſſet probatio petita, adhuc deberet admitti, quia ex inſpectione proceſſus patet dictos teſtes numquam fuiſſe publicatos ipſi Dominę Iſabellæ, & numquam illos habuit, prout videre eſt in eius ſcripturis, & proceſſibus, & ante publicationem certi iuris eſt admitti probationes, etiam directo contrarias.

4 Nec publicatio, † de eis facta Azzino impedit probationem fiendam ab eo cui publicati non fuerunt, Farinacc. *quæſt. 75. num. 90.*

Quo verò ad teſtes examinatos per d. D. Iſabellam, & qui ei publicati fuerunt, dicitur, quod probatio nunc fienda non eſt ſuper eiſdem capitulis, ſed diuerſis, nam alias *fol. 51. fac. 2.* capitulauit, quod dicta bona remanſerunt penès Paulam ſororem defuncti, & quod illis gauiſa eſt, & conuertit in vſus proprios, nunc verò capitulat dicta bona, vel eorum bonam partem perueniſſe ad D. Camillum Azzinum, quod profecto valde diuerſum eſt à prima inſtructione.

Nec eſt verum, quod hę probationes dicantur contrariæ, & ſimul pugnantes, & ob id non admittenda hæc poſterior, quia poteſt eſſe, quod Paula conſumpſerit, & in vſus proprios conuerterit, dando ea ipſi Azzino; vſus enim proprius etiam dicitur dum ad libitum diſponitur de re aliqua, dandò alij, & ſic vtrumque ſtare poterit, quod Paula ea diſtribuerit dando Azzino, & quod etiam peruenerit ad Azzinum.

Non obſtat, quod ſtante hac concordia, tunc iſta probatio etiam in effectu cōprehenſa fuiſſet in primis 5 capitulis, quia † vbi poſſunt comprehendi, ſed non neceſſario, tunc non obſtat publicatio, Marian. Socin. *in cap. fraternitatis, fol. mihi 273. column. 2. verſic. Quidam verò, &c. & fol. 277. column. 3. numer. 45. de teſtibus.* ſicuti, etiam, non obſtat ſi neceſſario contineātur de neceſſitate facti, non de neceſſitate probationis,

puta quando capitulatur aliquid, quod neceſſe eſt fa-
ctum fuiſſe cum certis circumſtantiis, & tamen non ex-
primuntur dictæ circumſtantiæ, ſed ſimpliciter capitu-
6 latur actus ille, † tunc enim non obſtante publicatione
poſſunt ſpecificè capitulari circumſtantiæ dicti actus,
Farinacc. *quæſt. 15. num. 205.* & idcirco etiam in caſu iſto
capitulat à prius diſtributione dictorum bonorum fa-
cta per Paulam, poterit deinde capitulari talia bona per-
ueniſſe ad Dominum Azzinum.

Non obſtat etiam, quod multi ex teſtibus examina-
tis ſuper prima inſtructione à dicta Domina Iſabella
dicunt id quod nunc ipſa capitulauit, multa ex dictis bo-
nis perueniſſe ad Dominum Azzinum, & ab eo ſubpi-
gnorata fuiſſe, quia licet hoc ipſi dixerit, tamen non fuit
capitulatum prius, vt videre eſt ex ipſis capitulis, & vbi
7 teſtes deponunt aliquid extra † capitulata ſuper pri-
mis capitulis, tunc poſt publicationem admittitur pro-
batio ſuper eo, ſuper quo extra capitulata depoſuerunt,
Marianus *in d. cap. fraternitatis, folio mihi 274. column. 1. verſic. ſed circa prædicta quæro, &c.* Farinacc. *quæſt. 75. num. 218.*

Denique non refragatur, quod adſit timor ſuborna-
tionis, & falſitatis, cum in hoc genere mali ſit ſolita de-
linquere, quia euentus demonſtrauit nullam ab ea cō-
miſſam fuiſſe falſitatem, cum nulla ſecuta fuerit, nec ip-
8 ſius, nec teſtium condemnatio, & certum eſt † vnicum
teſtem, qui depoſuit de aſſerta ſubornatione non pro-
bare contra producentem, ſed ſtandum eſſe eius primo
dicto, maximè cum valdè ſit ſuſpectus de falſo in ſecun-
da depoſitione, dum dixit ſe non recordari de facto prin-
cipali, & poſtea ſtatim narret multas circumſtantias,
quas procul dubio veriſimile eſt minus recordari potuiſ-
ſe, vt in proceſſu criminali, *fol. 24. fac. 1.* quæ aſſertæ
falſitates fuerunt etiam aliàs confutatæ in ſcriptura pro-
ducta in proceſſu Domini Veneroſij, *fol. 9. cum ſeqq.*

Inſtatur itaque admitti capitula nouiter producta ad inſtantiam dictæ Dominæ Iſabellæ, non obſtantibus oppoſitis ex aduerſo, quæ ex ſupradictis patet non eſſe releuantia, & non obſtante etiam pronuncia, quæ ſuperioribus menſibus fuit reiecta, tum quia eſt interlocutoria, & idcirco reuocabilis ad libitum Excellentiſſimi Senatus, tunc quia hæc poſteriora capitula differunt à prioribus reiectis, illa enim loquebantur indefinitè de bonis inuentariatis, hęc verò continent tantum maiorem partem illorum, & ſic non omnia; pręſertim, quia in dubio ſemper admittenda eſt probatio, & ita dicitur, & inſtatur omni meliori modo, &c. citra præiudicium, &c.

A R G V M E N T V M.

De extremis in remedio *Can. Reintegranda, &c.* comprobandis. Illud non datur ex magis communi ſententia, contra ſucceſſorem ſingularem, cum titulo habito à bonæ fidei poſſeſſore. Teſtis an fidem faciat in alio iudicio. De venditione rei maternæ per patrem facta, conſentiente filio, & è contra. De ſcientiæ probatione ex coniecturis. De dote per patrem filiæ conſtituenda ex bonis ſuis, vel maternis, & iuris in hac præſumptione.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſione carens non poteſt eam in alium transferre, nec eius nomine ab alio res poſſideri.*

2 *Extremis in hoc remedio probatis, ſcilicet poſſeſſione antiqua actoris, & noua rei conuenti, iſte ſuccumbit.*

3 *Inſtrumentum dotis materna tanquam inter alios factum non probat contra tertium non nominatum in ipſo.*

4 *Enunciatiua verba, & non diſpoſitiua in inſtrumento, non nocent tertio. Imo nec probant inter partes cum principaliter ſuper eo diſceptatur, & num. 5.*

6 *Teſtes in vno iudicio examinati non attenduntur in alio, niſi producantur.*

7 *Teſtis inductus alicuius reſpectu, non poteſt operari in diverſo.*

8 *Confeſſio propria in vno iudicio non obeſt in alio, inter diverſas perſonas.*

9 *Locationis probatio facit reſultare poſſeſſionem contra conductorem, non contra tertium.*

10 *Res aliena vendi non poteſt.*

11 *Poſſeſſio conſtitutary non probatur ex clauſula* Conſtituti; *Sed acquirens ex eo probare debet, ipſum conſtituentem poſſedsſſe.*

12 *Remed.* Can. Reintegranda, *&c. non datur contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem titulatum, habentem cauſam ab actore titulato. Intellige, vt n. 13.*

14 *In mala fide eſt emens rem à perſona prohibita, ex quo id non obſeruat. Intellige tamen, vt num. 18. Poteſt enim præſcribere, ibid. & num. 20.*

15 *Res aliena vendi poteſt, & actus valet, niſi Dñus contradicat. Nec emptorem poteſt moleſtare, ſi ipſe eam approbet: & num. 16.*

17 *Venditio bonorum maternorum à patre facta valet, conſentiente filio, dum ei poteſt accedere fideiuſſor.*

19 *Adducitur ratio* l. 1. circa fin. C. de bon. matern.

20 *Agens rei vendicatione contra bonæ fidei emptorem non tenetur offerre pretium.*

21 *An Remedium* d. Canon. *detur in ſingularem ſucceſſorem cum titulo habito à bonæ fidei poſſeſſore, & n. 22.*

22 *Conſentiens mulier in venditionē rei ſuæ, non habet amplius actionem ad rem, ſed ad pretium, & nu. 33.*

23 *Ignorantia ſemper præſumitur, niſi ſcientia probetur, maxime in facto alieno, & n. 24.*

25 *Certioratio non præſumitur, niſi probetur.*

26 *Ratificari nequit quod ignoratur. Dum deficit conſenſus, & num. 27.*

28 *Pater tenetur de ſuo filiam dotare, & ita in dubio præſumitur, & num. 40. limitatur, vt num. 41.*

29 *Scientia probatur coniecturis, & plures referuntur remiſſiue, & num. 30.*

31 *Acceptando quis pretium rei alienatæ, & non contradicens cenſetur conſentire alienationi.*

32 *Ratificatio inducitur cum actus fieri nequit citra ius, & nomen ratificationis.*

34 *Conſenſus filij familias, maximè minoris non valet, quoad ſuſtinendam alienationem. Maxime cum alienatio tendit ad commodum patris, & num. 35.*

36 *Filius familias maior poteſt conſentiente patre alienare.*

37 *Remedium* Canon. Rintegranda, &c. *non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, & rei ceſſionarium ſine ſpeciali ceſſione.*

48 *Filius hæres patris non poteſt contrauenire venditioni rei etiam maternæ factæ à patre.*

39 *Cedens non poteſt plus iuris transferre in ceſſionarium, quam ipſe habuit.*

42 *Pater præſumitur dotare de re filiæ, vel maternis bonis, ſi conſtituit dotem excedentem ſuas vires.*

43 *Verbum,* Aliquid, *comprehendit omnes caſus, perſonas, & bona alias non comprehendenda.*

44 *Ex pretio declaratur quid venerit in venditione.*

CONTROVERSIA DCIV.

SEquendo ordinem motiuorum doctiſſime eleuatorum contra Dominum Alexandrum de Furnaſarijs in cauſa quam habet cum eo Multum Magnifica Domina Arpalices Gorna Andreaſia, dicitur, videri quod ipſe reus conuentus ſuccumbere debeat, & per conſequens ſit confirmanda prior ſententia lata ad fauorem actricis, cum videantur probata per eam extrema requiſita ad effectum obtinendi in remedio *Canonis Reintegranda*, nam de antiquiori poſſeſſione ex eius latere conſtat ex inſtrumento dotis Dominæ Magaritæ ſuæ matris, producto in proceſſu ordinarij, *fol. 5.* in quo fuit

mentio

Digitized by Google

mentio de hac domo , cuius partem nunc recuperare
contendit , aſſeritur quod fuiſſet de bonis hæreditatis
patris dictæ Dominæ Margaritę.
Idque etiam videtur conſtare ex inſtrumento vendi-
tionis factæ ab Illuſtr. q. Domino Ioan. Pedro Gorno
actricis patre, Domino Alexandro Grotto, de quo in
proceſſu criminali *fol. 30. fac.* 1. vbi ipſe vendit nomine
filiorum, inter quos erat Domina Arpalex, & conſtituit
1 ſe poſſidere nomine emptoris, † & per conſequens
etiam ipſe, & eius filij poſſidebant, quia ſi non poſſe-
diſſent, in alium poſſeſſorem transferre, vel eius nomine
tenere non potuiſſent, argumento *l. traditio, ff. de ac-
quir. rerum dominio.*
Et ſic videtur probata poſſeſſio antiquior agentis,
2 noua autem ex parte rei conuenti † reſultat ex inſtru-
mento eius acquiſitionis multo poſt factæ ab eo, quod
vendere non poterat, de quo in dicto proceſſu crimina-
li, *fol.* 16. quibus extremis probatis reum in hoc reme-
dio ſuccumbere debere, ſcribunt Menoch. *de recuperan.
poſſeſſ. remed.* 15. *quæſt.* 31. *ſub num.* 383. Roland. *conſil.*
41. *ſub num.* 12. *verſic. Quibus tamen non obſtantibus,
&c. vol.* 3. Honded. *conſil.* 23. *num.* 39. *vol.* 2.
Verum vbi aliæ non extent meliores probationes,
non enim vidi teſtes examinatos in hoc iudicio per
Dominam actricem, exiſtimo ex prædictis non conſta-
re de neceſſarijs iſtis requiſitis, cum enim agat ad recu-
perationem poſſeſſionis partis huius domus , vti de
hæreditate materna , debebat probare poſſeſſionem
matris, quod tamen non adimpleuit, nam inſtrumen-
3 tum † dotis dictę eius matris, tamquam inter alios
factum non probat contra tertium, in eo non nomina-
tum, Cyn. *in l. antiqua, quæſt.* 3. *C. ad Velleian* Bartol.
& alij in l. admonendi, ff. de iure iurand. Maſcard. *con-
cluſ.* 360. *num.* 4. *&* 373. *num.* 8. Surd. *conſ.* 60. *num.* 21.
& deciſ. 10. *num.* 2. præſertim quia de ea domo non fit
4 mentio in diſpoſitiuis dicti inſtrumenti, † ſed tantum
in verbis narratiuis , & enunciatiuis , quæ non nocent
tertio, *cap. ſi Papa, de priuileg. in* 6. Alexand. *conſil.* 74.
num. 13. *volum.* 4. imo nec probant inter ipſas partes,
5 quando de enunciato, ſeu aſſerto contingit principali-
ter diſputari. Alexand. *in addition. ad Bartol. in l. opti-
mam, C. de contrah. & committend. ſtip. & conſil.* 132.
ſub numer. 5. *verſic. Tertio principaliter, iuncto, verſic.
prætereafortius, ante numer.* 23. *volum.* 5. Iaſ. *conſ.* 81. *n.*
6. *vol.* 1. Nonius *conſ.* 27. *num.* 9. Cephal. *conſ.* 265. *nu-
mer.* 23.
Sicuti etiam talis poſſeſſio non remanet probata
duobus teſtibus alias examinatis per Dominum Vin-
centium Andreaſium in iudicio criminali turbatæ poſ-
ſeſſionis, *fol.* 8. *cum ſeqq.* tum quia teſtes prædicti non
6 fuerunt producti ab actrice , & certum eſt, † teſtes in
vno iudicio examinatos, in alio non attendi , niſi pro-
ducantur, Maſcard. *concluſ.* 33. *numer.* 43. tum etiam
quia tales teſtes non fuerunt inducti ad inſtantiam Do-
minæ actricis, ſed mariti , vt ſe tueretur ab accuſatione
7 turbatæ poſſeſſionis , & ideo tanquam inter alios † non
probant, iuxta Gloſ. & ibi latè notata per ſcribentes, *in
l. is apud quem, C. de edend.* Franc. *deciſ.* 345. quod adeo
8 verum eſt, vt nec † confeſſio propria noceat confiten-
ti in alio iudicio inter alias perſonas, Farinac. *quæſt.* 81.
num. 103. tum, & tertio , quia dicti teſtes deponunt
tantum de locatione facta ab ipſa Domina Margarita
9 matre Dominæ Arpalicis, per quam † locationem
probatur tantum poſſeſſio contra conducentem , ſed
non contra tertium. *l. conductores, C. locati , cap. inter
dilectos, §. final. de fide inſtrumentor.* per quę iura ita
decidunt, Bal. *conſ.* 330. *ſub num.* 1. *vol.* 1. & multi alij
quos refert, & ſequitur Menoch. *in tractat. de retinend.
poſſeſſ. remedio tertio, ſub num.* 571. Maſcard. *in concluſ.
an poſſeſſio probetur per locationem , quæ eſt in meo libro,
concluſ.* 1186. *num.* 1.
Sed nec etiam probata eſt poſſeſſio ipſius actricis,
nec cæterorum Dominorum ſuorum fratrum filiorum,
dictæ Dominæ Margaritæ qui ceſſerunt iura ſua dictæ
Dominæ Arpalici, nõ ex inſtrumento venditionis factæ
10 nomine ipſorum, Grotto à Domino Gorno , quia † res
aliena vendi poteſt , *l. rem alienam , ff. de contrahenda
emption.* non etiam ex *clauſula, conſtituti*, quia conſtitu-
tum non probat conſtituentem poſſidere contra ter-
tium, niſi de poſſeſſore aliter conſtet, & ideo acquirens
11 ab eo † ex dicta clauſula non probat ſuam poſſeſſio-
nem , niſi prius probet eum qui conſtituit poſſediſſe,
Angel. *in l.* 2. *verſiculo, Secundo modo expone, &c. C. de
acquir. poſſeſſ.* latè Tiraquel. *in tractat. de conſtitut. poſ-
ſeſſor. part.* 3. *limitatione prima, numer.* 8. Riminal. Iun.
conſil. 802. *num.* 10. Rota *deciſ.* 776. *num.* 1. *parte pri-
ma nouiſſimarum.*
Sequitur igitur quod non probatis extremis requiſi-
tis, actrix ſuccũberẽ debeat, niſi vt dixi, de his conſtaret
ex teſtibus examinatis, quos non vidi.
Verum, vbi de antiquiori ex parte agentis , & recen-
tiori poſſeſſore, ex parte rei conuenti conſtaret , adhuc
non videtur Dominam Arpalicem obtinere poſſe, quia
12 dictum remedium Canonis *Reintegranda* † non com-
petit contra tertium poſſeſſorem bonæ fidei titulatum
habentem cauſam ab auctore , pariter titulato, qualis
eſt Dominus Alexander, Bartol. *in l. rem quæ nobis, ſub
num* 2. *ff. de acquirend. poſſeſſ.* quam ſententiam vti ve-
riorem, & magis communem probat Menoch. *in tra-
ctatu de retinend. poſſeſſ. remed.* 15. *ſub num.* 89. *verſic.
contrarium itaque ſententiam.*
13 Cui argumento reſpondetur † in motiuis duplici-
ter , & primò quod doctrina Bartoli procedit quando
tam tertius poſſeſſor conuentus , quam eius au-
ctor fuerunt in bona fide , quam non videtur ha-
buiſſe Grottus auctor Furnaſarij, cum emerit à patre vſu-
fructuario, & legitimo adminiſtratore, rem filiorũ, quẽ
tamen ſcire debebat , vendere non poſſe , cum lex hoc
14 expreſſe prohibeat, † ita vt ne dum emptores ſcientes,
ſed nec etiam ignorantes excuſari poſſe velit, vt eſt tex-
tus *in l. prima, C. de bonis maternis*, ibi, *Ita vt ſi quam rem
alienare velint emptor, vel is cui res donatur obſeruent, ne
vnquam partem earum rerum, quas alienare prohibitum
eſt, ſciens acquirat, vel ignorans.*
Sed replicari poteſt , venditionem factam à patre
de bonis maternis filij non eſſe irritam niſi filius velit ,
15 quia hoc eſt regulare , vt res aliena vendi poſſit , † &
valeat venditio, niſi dominus contradicat, *l. rem alienã.*
16 *ff. de contrahend. empt.* & hinc eſt quod ſi filius † ap-
probet talem alienationem, emptor moleſtari non po-
17 teſt, *l. mater, C. de rei vendicat* , atque ideo † Impe-
rator *in d. l.* 1. *C. de bonis maternis*, admittit fideiuſſorẽ
pro hac alienatione , & ſic omnino non prohibet eam.
Propterea cum Grottus potuerit ſperare , fi-
lios non contradicturos, pro quibus etiam pater
promiſit de rato, non dicitur fuiſſe in mala fide,
& in materia iſta Doctores videntur præſuppo-
nere, eum non dici malæ fidei , qui habet titu-
lum , ſed tantum qui nullo titulo poſſidet , vt fur,
& prædo : Et quod talis emptor non dicatur in
18 mala fide, † patet, quia poteſt præſcribere, vt in Auth.
ſequenti poſt dictam, legem primam, quod facere non poſ-
ſet cum mala fide , & quamuis in *d. l.* 1. *circa finem*,
19 ſecus † dicatur; tamẽ non impeditur tunc præſcriptio
per malam fidem, ſed quia filius familias dum viuit pa-
ter, dicitur impeditus agere, vt in *d. Authent. immedia-
te ſequente* , huncque emptorem dici bonæ fidei tra-
dit Bald. *in l. mater, ſub n.* 1. *in* 3. *notabili, C. de rei ven-
dicat.* dum notat quod ex eo textu, quod agens rei
20 vendicatione contra bonæ fidei † emptorem non
tenetur offerre pretium, & ſic vocat bonæ fidei empto-
rem, qui emit rem filij à matre, vel patre, vt ibi.
Secundò dico, vt cum motiuis, imo opinionẽ contra
21 Bartolum, † quod ſcilicet, prædictũ remediũ detur con-
tra ſingularem ſucceſſorẽ, in titulo, habito à bona fidei,
poſſeſſore eſſe magis communem , tam ex Doctoribus
recitatis à Menoch. *in d. tractat. de recuperand. poſſeſſ.
remed.* 15. *num.* 20. quam ex multis alijs qui cumulari
poſſent, & quorum infiniti habentur apud Teſſaur. *de-
ciſ.* 29. *n.* 1. & Perſo.ial. q. 1. Pedroch. *conſil.* 32. *nu.* 170.
N h.I-

Digitized by Google

Nihilominus quidquid prædicti tenuerint, & aſſe-
22 ruerint, † magis communem ſtare pro Bartolo profi-
tentur ex denumeratione auctorum, Menoch. *d. re-
med. 15. ſub num. 89. & conſil. 966. numer.* 10. & Guti-
rez. *lib. 1. quæſt. Canonic. 34. num. 6*. qui videatur, quia
diſputat ad partes hanc Queſtionem, & relatis hinc in-
de fundamentis, reſidet in opinione Bartoli, & reſpon-
det omnibus contrarijs; de veriori quoq; & magis com-
muni in foro ciuili, teſtatur Oſaſc. *deciſ. 96. ſub num. 6.*
Ceualos *in tractat. communium opinionum, contra com-
munes quæſt. 52. ſub num. 5.* Surd. *conſil. 28. numer. 60.*
Polydor. Ripa *obſeruat. 282. n. 5.*

Tertiò dicebatur, quod vbi venditio fuiſſet inualida,
tamen ex quo Domina Arpalices cẽſetur habuiſſe ſciẽ-
tiam de venditione, & eam ratificaſſe acceptando præ-
tium dictæ domus nomine dotis, non competit am-
plius actio contra emptorem, ſed tantum datur pro re-
cuperatione pretij contra patrem venditorem, vel eius
hæredes, iuxta textum *in l. mater, C. de rei vendica-
tion.*

Dupliciter in motiuis reſpondetur huic argumento,
23 primò, quod Domina Arpalices præſumitur † igno-
raſſe hoc eſſe pretium domus maternæ, & quod illa
vendita eſſet, iuxta regulam *l. verius, ff. de probation. &
cap. præſumitur de regul. iur. in 6.* in quibus habetur ig-
norantiam præſumi niſi probetur ſcientia, maximè in
24 facto alieno, in quo † eſt probabilior, *l. final. ff. pro
ſuo, l. qui in alterius, ff. de regul. iur.* Surd. *conſil. 150. n.*
41. nec fuit certiorata, quod nomen debitoris ſibi da-
tum in dotem eſſet ex re, quæ ad eam ſpectabat, prout
25 talis certioratio, non legitur in inſtrumento dotis, † nec
præſumitur, ea non probata, Maſcard. *concluſ. 283. num.*
1. & 2. cumq; præſumatur ignoraſſe ius ſuum, per con-
ſequens etiam non cenſetur ratificaſſe dictam aliena-
26 tionem, quia ratificari nequit † quod ignoratur, *l. fi-
nal. C. plus valere quod agitur,* Surd. *conſil. 105. ſub num.*
26 35. & conſenſus † non extenditur ad ignorata, idem
27 Surd. *conſ. 7. num. 38.* & tanto minus † poteſt præſu-
mi conſenſus, & ratificatio, cum iuſtè credere poſſet
28 dotem eam eſſe de bonis paternis, ex quo pater † te-
nebatur de ſuo dotare, *l. final. C. de dotis promiſſio-
ne.*

29 Replicatur tamen, ſcientiam ſufficienter † conie-
cturis probari poſſe, vt latè per Maſcard. *in verbo ſcien-
tia, concluſ. mihi, 1298. num. 1.* quarum multæ ex ſuffi-
cientibus ad inducendam ſcientiam concurrunt in caſu
iſto, quas diligenter cumulauit Excellentiſſimus Dom.
Saccus, qui in hoc particulariter, & ex profeſſo inſtitit
30 in ſuis allegationibus, videlicet, ex coniunctione † ſan-
guinis, ex cohabitatione, ex eo quod veriſimiliter actũ
fuit de quibus bonis dos danda erat, & qua de cauſa
Grottus erat obligatus Domino Gorno dotanti, & alijs
de quibus per eum ad quem me remitto, ne eius
dicta tranſcribam; ſolum illud addendo, quod cum fit
mentio de contrata, in qua ſita erat domus vendita,
veriſimile eſt filiam ſciuiſſe patrem non habere niſi il-
lam domum bonorum maternorum in dicta contrata
quæ erat ſui iuris, nam filij regulariter ſolent eſſe infor-
mati de fortunis, & bonis parentum, & quibus in locis
habeant ſua bona, cumque præſumatur habuiſſe ſcien-
31 tiam, præſumitur etiam † acceptando pretium in do-
tem, & non contradicendo, ratificaſſe alienationes,
Maſcard. *in verbo ratificatio, concluſ. mihi, 1261. nu. 36.*
Surd. *deciſ. 229. num. 4.* cum alijs latè deductis per Do-
minum Saccum, actus enim ita tacitè ſicut expreſſe ra-
tificari poteſt, idem Surd. *conſ. 28. num. 19.* vbi *num.* 18.
inquit, quod ratificatio inducitur, quando actus fieri
32 nequit † citra ius, & nomen ratificationis.

Nec refert quod pater tenetur dotare de ſuo, & ob id
videatur acceptaſſe in exonerationẽ debiti, & obliga-
tionis paternæ, quia eſto quod noluerit liberare patrem
à pretio, & quod intenderet ſolutionem fieri de ſuo, de
quo tamen nonnulla dicam inferius, attamen certum
eſt, quod reſpectu emptoris ratam habuit alienatio-
33 nem, quo caſu † remanent tantum ſalua ei iura pro
pretio contra patrem vendentem, *d. l. mater, C. de
rei vendicat.*

Secundò, ad iſtud argumentum de ratificatione re-
ſpondetur in motiuis, quod ſicuti filius familias, ſi ipſe
34 conſentit † alienationi, non valet alienatio, maximè
ſtante minori ætate, *l. finali, §. filius autem, C. de bonis
quæ liberis,* ita nec etiam debet valere ratificatio, præ-
ſertim ſtante noſtro ſtatuto impediente contractus nul-
35 los minorum ratihaberi, & fortius quando alienatio †
tendit ad commodum patris, ad tradita per Lamber-
teng. *in tractat. de contract. eorum, qui ſine certa ſolem-
nitat. &c. in fine, n. 102.*

36 Sed replicatur, filium familias † maiorem non pro-
hiberi conſentiente patre alienare, Gloſ. *in d. l. final. §.
filijs, in verbo, voluntate,* & ibi Angel. & Salicet. *C. de
bon. quæ liberis,* Dominam autem Arpalicem fuiſſe mi-
norem, nec conſtat per veras probationes, nec per ali-
qua inditia, nec quod plus eſt, hoc allegatur ab ea
quod fuerit minor, quo ſtante, non eſt opus reſponde-
re, nec ad ſtatutum, nec ad doctrinam Lamberten-
ghi.

Quartò, principaliter vltra argumenta ſuperius de-
ducta, quæ fuerant conſiderata per dictum Excellentiſ-
ſimum Dominum ad fauorem Fumaſarij, moueor, quia
37 remedium reintegrandæ poſſeſſionis non tranſit in ſin-
gularem ſucceſſorem, & rei ceſſionarium ſine ſpecifica
ceſſione illius, vt defendit Menoch. *in tractat. de recupe-
rand. poſſeſſ. remed. 15. num. 64.* Beret. *conſ. 29. ſub nu.*
39. quæ ceſſio non fuit facta à Domino Accurſio, &
Domina Artemiſia, ex quorum ceſſione pro duabus
partibus venit actrix.

Quinto, pro parte ceſſa à Dom. Accurſio, dicendum,
quod fuit hæres patris, & ob id non potuit contraueni-
re venditioni rei maternæ factæ à patre, Pinellus *in d. l.* 1.
38 *in tertia part. n. 79.* de qua re, an fuerit hæres † ad omnẽ
bonũ, finem poſſet interrogari, vel actrix vel ipſe Do-
minus Accurſius, vel dari poſitiones; ſicuti igitur cedens
non potuiſſet contrauenire, ita nec ceſſionarius, in
39 quem plus iuris † non transfert quam cedens, ha-
buerit, & cuius perſona repræſentatur, Surd. *conſ. 22.
num. 16. & conſ. 82. num. 13.*

40 Sextò, licet pater dotando † filiam præſumatur
dotare de ſuo, *l. final. C. de dotis promiſſione*, tamen ſi
res quam dat in dotem erat propria filiæ, tunc præſumi-
41 tur dotare de bonis filiæ, & ceſſat dicta præſumptio, vt
per Bald. ibi, *nu. 23. verſic. pone pater promiſit pro dote.
&c.* quem ſequitur Carotius *in tractat. de patre filiam
ſimpliciter dotante, quæſt. 23.* igitur non poſſent habere
regreſſum ad rem, ſed tãtum contra dotem debitam à
patre, prout iuris.

Septimo, vbi pater de ſuo non poterat conſtituere
tantam dotem, ſicuti notorium eſt Dominum Gornum
non fuiſſe ita facultatibus commodum, vt potuerit filia-
bus conſtituere dotem ducatorum 1368. in vna manu,
& librarum 1443. in alia, maxime habito reſpectu ad
numerum filiorum, qui erant quatuor, vt patet ex in-
ſtrumento venditionis factæ Grotto, tunc, ſi dos valde
42 excedit † ſuas vires, præſumitur in dote comprehen-
dere & bona materna, prout ſentit Gloſ. *in d. l. final. in
verbo idoneam, C. de dotis promiſſion.* Alexand. *conſ. 149.
n. 9. vol. 7.* Carotius *in dicto tractat. de patre filiam ſim-
pliciter dotante, quæſt. 21.* vbi declarat patrem tunc
pauperem dici, quando ſi dotaret filiam de ſuo in tan-
ta quantitate, ei non remaneret vnde commode viuere
poſſet ſecundum ſuam qualitatem, & conditionem,
quæ in Domino Gorno requirebat magnam expenſam
cum eſſet Archiater, ſi igitur in dote data fuerunt com-
prehenſa bona materna, non eſt quod amplius actrix
quærat recuperare, id quod ſemel habuit, maximè à
tertijs poſſeſſoribus, quibus hæres patris teneretur re-
ficere damna.

Octauo, cum ipſa Domina Arpalices fecerit finem
patri de vlterius aliquid non petendo, non videtur, quod
nec etiam bona materna conſequi poſſit, tum quia finis
43 fuit vniuerſalis propter illud † verbum, *aliquid*, quod
com-

comprehendit omnes caſus, perſonas, & bona, etiam quæ alias non comprehenderentur, Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verbo, partem aliquam, ſub num.* 14. *C. de reuoc. donation.* Curt. Iun. *conſ.* 121. *ſub num.* 3. Crauet. *conſ.* 94. *num.* 1. *in fine*, latè Surd. *deciſ.* 283. *numer.* 6. *cum ſeqq.* Tum quia fuit dos ſufficiens pro omnibus bonis ſecundum deducta in præcedenti fundamento, vnde
44 ſicuti ex pretio † declaratur quid venerit in venditione, Gloſ. *in l.* 1. §. 1. *in verbo agendo, ff. de ſuperficieb.* Surd. *conſil.* 151. *num.* 7. *& conſ.* 243. *num.* 5. Maſcard. *concluſ.* 1254. *num.* 116. ita ex dote data videtur declarandum qualiter intelligenda ſit finis facta, & per conſequens cum dos ſufficiat pro omnibus bonis, tam paternis quam maternis, ita quoque finis debet liberaiſe ab obligatione omnium.

Aduerto etiam quod tempore contractus Dominus Gornus habebat filium, nomine Horatium, cui mortuo ſucceſſit pater in virili, vnde pro eius rata quoque non poſset moleſtari reus conuentus.

A R G V M E N T V M.

Diſquiritur excellenter de comprobando adulterio. Plura de indicijs proximis, & remotis ad id probandum; aut ad torturam inducendam; præcipue in Clerico. Vberrimè de probatione famæ. Confeſsione extraiudiciali, eiuſque vi, & efficacia in delictis. De Teſtibus ſingularibus, Variantibus. De auditu, & aliàs imperfectis. Ac de varijs præſumptionibus ad delictum conferētibus, necne.

S V M M A R I V M.

1 *Mulieri vxoratæ, & comatri Clericus ſe commiſcens committit adulterium, ſacrilegium, & inceſtum.*
2 *Delictum vt de eo quis puniatur, debet concludenter, & plenè probari.*
3 *Non probatur delictum ex præſumptionibus, etiam violentis ſi agatur criminaliter, ſecus ſi ciuiliter. Et de præſumptionibus adulterij, & num.* 4.
5 *Adulterium an probetur, ſi quis reperiatur in domo aliena cum pulchra muliere. Et num.* 6. *&* 12.
7 *Adulterium vltra deprehenſionē alicuius in domo mulieris etiam pulchra, exigit, vt probetur per alia adminicula, & præſumptiones violentas, & num.* 8.
9 *Domum alienam ingredi, & ibi moram trahere non eſt de genere malorum. Et num.* 22. *Maximè ſi is ſolebat conuerſari de conſenſu Viri, num.* 23.
10 *Actus remoti non probant carnalem copulam.*
11 *Indicia ob quæ quis condemnatur, debent eſſe indubitata.*
13 *Præſumptiua probatio vt fiat, exigit vt actus aliàs ſufficientes adducantur, ſed debent probari.*
14 *Tortura non infertur, niſi exiſtentibus legitimis indicijs.*
15 *Indicia mille imperfecta non poſſunt coniungi ad faciendū indicium ſufficiens ad torturam.*
16 *Indicia remota duo, vel plura eſſe debent, non tamen vnum ſufficit. Et vnumquodque eorum eſt probandum per duos teſtes, n.* 17. *Omni exceptione maiores, & num.* 18. *Etiam in atrociſſimis, num.* 19.
20 *Indicia proxima probantur per vnicum teſtem, ſed atteſtantem per ſenſum immediatum, de delicto. Et omni exceptione maiorem. & num.* 21.
23 *In Affini non præſumitur animus fornicandi, vel adulterandi.*
24 *Præſumptio fornicaria in alio iuridica ceſſat in Sacerdote, & Parocho.*
25 *Non oritur mala ſuſpicio ſi inueniatur quis ſolus cum ſola loqui.*
26 *Inimicus eſt, quis ex eadem familia offenſi, vel offendentis, & repellitur à teſtificando in communi cauſa.*
27 *Abſoluto vno ex adulteris, abſoluitur, & alter.*
28 *Famæ bonæ probatio excludit quamuis aduerſam præſumptionem.*
29 *Torqueri non poteſt Clericus de delicto, niſi præcedente infamia, etiamſi mille adeſſent contra eum indicia.*
30 *Fama mota poſt motam litem non habetur in conſideratione.*
31 *Indicium remotum eſt, quod factum ipſum immediatè, & eius veritatem non concernit, ſed ſolum circumſtantias.*
32 *Excuſatio actus ſuſtinetur cum ipſe bene concordat cum eadem.*
33 *Aliquid faciens ad vexationes iniuſtas præcauendas, ex hoc non debet oriri contra eum ſuſpicio.*
34 *Variatio teſtium in circumſtantijs non grauantibus, vel non inferentibus ad delictum, non nocet. Vt nec mendacia ſuper his in rei confeſſione, & num.* 35.
36 *Meretrix, & Mulier etiam ſine alio defectu non eſt teſtis omni exceptione maior in criminalibus.*
37 *Confeſſio extraiudicialis debet probari in criminalib. per duos teſtes conteſtes, & integros.*
38 *Laici, aut Mulieres non faciunt indicium ad torturam contra Clericum.*
39 *Indicia non poſſunt ſumi ex actu, qui poteſt eſſe, & non eſſe delictum.*
40 *Ex littera miſſa non inducitur mali ſuſpicio, dum ea poteſt continere etiam bonum.*
41 *Fama bona ſemper præualet malæ, in dubio, probationibus hinc inde factis. Præſertim ſi bona eſt magis probata, ibid.*
42 *Fama mala non ſufficit ad torquendum, niſi alia concurrant adminicula. Et diffamatio in ſpecie de delicto, ibid.*
43 *Confeſſio extraiudicialis delicti, eſt indicium remotum.*
44 *Si non creditur alicui, multò minus credetur eis, qui audierunt ab illo.*
45 *Confeſſio extraiudicialis, etſi plenè probata, in Clericis non facit indicium ad torturam.*
46 *Teſtes de auditu auditus non faciunt probationem, maximè in criminalibus.*
47 *Filia primi accuſatoris deponenti, ſuper eo delicto non creditur.*
48 *Teſtes ſingulares, etſi mille, minus probant, quam vnus. Nec enim poſſunt coniungi ad ſumendum indicium pro tortura, & num.* 50.
49 *Ancilla, vt vilis, & pauper non admittitur ad probandum adulterium.*
50 *Famam vt probent teſtes, debent deponere à quibus audierunt, & quod ita tenet maior pars populi. & de cauſa originis, & alijs remiſſiuè.*
51 *Fama non formiter probata reſoluitur in ſimplicem atteſtationem de auditu.*
53 *Teſti aſſerenti aliquid ex ore alterius, qui negat, non creditur.*
54 *Confeſſio vnius, quod alter rem ſecum habuerit, non facit indicium ad torturam, alijs non concurrentibus adminiculis.*
55 *Agi non poteſt in vno Tribunali de delicto commiſſo in alio diſtrictu.*
56 *Fama probanda eſt iuxta ſeptem requiſita Farinacij, remiſſiuè, & num.* 50.
57 *Fama probatur ſaltem per duos teſtes conteſtes.*
58 *Sacerdos poteſt ex communi opinione, abſoluere ſuam concubinam; Sed melius facit ſi eam mittat ad alium.*
59 *Choreis intereſſe non eſt prohibitum mulieri recreationis cauſa, & ſine ſcandalo. Imo, & choreizare, ibid.*
60 *Ludus non eſt illicitus etiam ad chartas pictas, cum non omittuntur debita officia.*

C O N T R O V E R S I A DCV.

Et ad accuſatoris inſtantiam vexatur in iudicio, & ex officio inquiritur Reuerendus Don Mandricardus de Pe-

Digitized by Google

de Pedraeijs pro varijs aſſertis criminibus, pro quibus
eum nec condemnari, nec torqueri poſſe mecum ipſe
reputo, & M. Illuſtri, & Reuerendiſſimo Domino Iu-
dici me demonſtraturum eſſe exiſtimo.

Vt autem cum illo ordine inquiſitionis, de quo in
eius proceſſu *fol.* 150. id quod principaliter intenditur
in hoc iudicio ex aduerſo, deſtruam capio primo aſ-
ſertum delictum, de quo accuſatur in querela *fol.* 1. &
inquiritur in quarto capite eiuſdem inquiſitionis, quod
habuerit rem carnalem cum Domina Iſabella Acerba
vxore Domini Herculis de Allegrinis dicto Reuerendo
1 inquiſito, † coniuncta affinitate temporali, & ſpiri-
tuali, & ſic quod commiſerit adulterium, ſacrilegium,
& inceſtum, tam temporalem, quam ſpiritualem, ad
tradita à Decian. *in tract. criminal. lib. 6. cap. 21 num 42.*
& cap. 23. n. 1. tom. 2. Nauarr. *lib. 5. conſilior. tit. 7. de here-*
ticis, conſ. 1. fol. 489.

Verum cum iſtud iudicium ſit criminale, prout pa-
tet ex inquiſitionibus, & ex inſtantijs etiam factis per
Allegrinum, *fol. 1. fac. 2. fol. 23. fac. 1. in fine, fol. 45. fac.*
1. & fol. 144. fac. 1. certum eſt non ſufficere præſumptio-
nes etiam violentas ad conuincendum aliquem, & cō-
2 demnandum criminaliter † de coitu damnabili, ſed
vere, & concludenter probari debere delictum, vt nō
obſcurè ſenſit Baldus, *conſ. 6. ſub num. 6. vol. 1.* & ex-
preſſe hoc notarunt Matheſilan. *in ſuo ſingula. 118. Nota*
quod præſumptio. Corn. *conſ. 192. circa finem, column. 4.*
Crauett. *conſ. 205. ſub num. 21.* Menoch. *conſ 31. ſub nu-*
mer. 25. Maſcard. de communi *concluſ. 57. ſub num. 4. &*
concluſ. 59. num. 10. & 21. & concluſ. 61. numer. 8. & in
verbo Præſumptio concluſ. 1226 pariter num. 8. Franciſc.
Monald. *conſ. 28. ſub num. 25.* vbi de magis communi,
volum. 1. Farinacc. *conſ. 78. ſub numer. 22. & 25.* conclu-
dentes non ſufficere, quod quis fuerit repertus ſolus cū
ſola, & deuenerit ad iocos, tactus, & oſcula; immo
quod fuerit nudus cum nuda, in eodem lecto, etiam
ſupra mulierem; vide Roſellus inter conſilia Bal. *conſ.*
3 445. *vol. 5.* † reſpondit non præſumi adulterium ad cō-
demnandum, etiam quod vir repertus fuerit in thalamo
clauſo cum muliere, & mulier recuſauerit aperire oſtiū
eoque aperto inuentus fuit vir deſpectoratus, & ſolutis
caligis; cuius dictum licet non recipiatur, vbi agitur
4 ciuiliter, prout ipſe conſuluit, † tamen ab omnibus
admittitur ſi actio ſit criminalis, quia tunc probatio-
nes debent eſſe luce meridiana clariores, & poteſt eſſe,
quod voluerint committere adulterium, & tamen non
commiſerint, nec perfeciſſe, aut conſumaſſe actum
præſumitur, ſicuti & quando vir viſus eſt ſupra mulie-
rem, poteſt eſſe, quod ipſa ſit ita arcta, vel ille adeo
impotens, quod implere nequiuerint, vt per prædi-
ctos Doctores.

Proinde cum nedum vera probatio, ſed nec etiam
per præſumptiones violentas facta ſit in caſu iſto, non
eſt agendum de aliqua condemnatione.

Sed vbi etiam ſufficerent præſumptiones violentæ,
quando agitur criminaliter, quod nequaquam verum
eſt, vt modo probaui, adhuc non poſſet ſequi aliqua
condemnatio, quia in hoc iudicio non adſunt illæ co-
niecturæ violentæ, ex quibus alias in ciuilibus ſolet pro-
bari adulterium.

Nam etſi Bartolus, quandoque ſcripſerit, *in l. 3. in*
5 *principio, ſub num. 1. ff. de furtis,* † probari adulterium
ſi quis reperiatur in domo aliena cum pulchra muliere,
de quo meminerunt Io: Baptiſta Ferret. *conſ. 389. num. 7.*
Riminald. Iun. *conſ. 274. num. 22.* Maſcard. *concluſ. 61. n.*
1. tamen ommiſſo, quod hic non conſtat de tali pul-
chritudine qualem requirit Bartolus, immò vrgent in
contrarium multæ coniecturæ deſtruentes ſiniſtram ſu-
ſpicionem, de quibus inferius verba faciam, dico, quod
6 doctrina † Bartoli non ita iudaice intelligi debet; ſed
ita demum ſi reperiantur in actibus veneri proximis,
prout alibi ſentiunt Bartolus tradit, *in l. capite quinto,*
ſub num. 5. ff. ad l. Iuliam, de adulter. & ita etiam eum in-
telligunt, & declarant Abb. *in capit. præterea, ſub num.*
6. extra de teſtibus, & in cap. tertio loco, ſub numer. 4.
de præſumptio. Ferrett. *d. conſ. 389. ſub num. 7.*
7 Quę ſententia † videtur probari, *in cap. litteris, de*
præſumpt. vbi Summus Pontifex ad probandam copulā
non contentatur, quod ſit ſolus cum ſola, ſed requirit,
quod ſit nudus cum nuda in eodem lecto; ſic quoque
in cap. tertio loco, eod tit. non ſufficit, quod vir, & mu-
lier ſimul deambularent per loca inuia, & abdita, ſed
addit confeſſionem vtriuſque, & publicam famam.
8 Idem probatur, † *in cap. præterea, de teſtibus,* vbi
poſtulat atteſtationem de viſu, vel auditu, non de au-
ditu alieno, ſed proprio; prout ibi exponit gloſſa, pu-
ta, quod viderint teſtes, vel audiuerint virum, & mu-
lierem ſimul concutientes, & anhelantes, & vltra
hoc, quod concurrant aliqua alia adminicula, & præ-
ſumptiones violentæ; & ſic patet, quod non eſt ſuffi-
ciens probatio, quod quis reperiatur in domo aliena
cum muliere etiam pulchra.
9 Ingredi enim domum alienam, & moram trahere
in ea, non eſt de genere malorum, vt in propoſito no-
tat Burſat. *conſ 435. num. 15.* & eſt quidam actus valde
10 remotus, per actus autem remotos non probari adul-
terium, & copulam carnalem colligitur ex ſupra pro-
xime citatis teſtibus, & tradit Bertaz. *conſ crim. 316. n.*
1. & melius Farinacc. *conſ 19. ſub num. 20. verſic. Nam*
de conſuetudine, alias enim opus eſſet condemnare om-
nes, qui probari poſſent fuiſſe in alienis domibus, in
quibus adeſſent pulchræ mulieres, qui tamen alia de
cauſa ibi potuerunt eſſe, vel etiam ſine aliqua occaſio-
ne, & tamen non commiſiſſe ſtuprum, vel adulterium;
& vt quis condemnetur ex inditis, debent eſſe indubita-
11 ta, non autem dubia, † & apparentia tantum, vt in
ſpecie tradit Farinacc. *conſ. 78. num. 26.*
12 Quodque † non probetur adulterium, vel ſtuprum,
ex eo quod quis inueniatur in aliena domo ſolus cū ſo-
la, non concurrentibus alijs adminiculis, & actibus
proximis ad venerem, ſcribunt Monaldus *conſ 28. ante*
num. 25. volum. 1. Farinacc. videndus *conſ. 19. ſub numer.*
20. conſ. 78. per totum, maximè ſub num. 26. verſic. reſpon-
detur tertio, &c. & ſub n. 34. vbi dicit, quod eſt actus re-
motus, Bertaz. *conſ. criminal. 283. ſub numer. 19. verſic.*
Quintus Mapheus, &c. Maſcard. *concluſ. 312. num. 20.*
Burſatt. videndus, *conſ. deciſiuo 435. per totum, præci-*
puè, num. 3. cum ſeqq. cuius in caſu multa concurrebāt
adminicula, & tamen, quia non fuerant probata for-
miter per teſtes conteſtes, & integros, putabat mulie-
rem abſoluendam eſſe, niſi poſtea, vt ipſe ſubdit, in fi-
ne ſibi conſtitiſſet, quod tunc temporis etiam teneba-
tur pro concubina in domo propria, palam à quodam
viro.

Licet autem multa deducantur in proceſſu vti admi-
niculantia præſumptionem huius adulterij, tamen cum
ſtatim demonſtraturus ſim ea non facere inditium ad
torturam, cum non fuerint ſufficienter iuſtificata, vt o-
pus eſſet multo minus poſſunt inducere probationem,
namque vt in terminis admonet Burſatt. *conſil. 435. ſub*
13 *num. 37.* † non ſufficit deducere actus alias ſufficientes
ad inducendam hanc probationem præſumptiuam, ni-
ſi etiam legitimè probentur, quod non eſt factum in ca-
ſu iſto; idcirco nec ex vera, nec ex præſumptiua pro-
batione locus eſſe poteſt alicui condemnationi.
14 Sed nec aliqua tortura inferri poteſt, quia ad tortu-
ram deueniri nequit, niſi exiſtentibus legitimis inditijs
l. 1. in princ. ff. de quæſt. Gloſſ. *in cap. cum in contempla-*
tione, in verbo quæſtionibus de regul iur. Burſatt *conſ. 316.*
num. 8. & 15, cum alijs iuribus, & auctoritatibus copio-
ſè cumulatis per Farinacc. *quæſt. 37. num. 1.*

Hiſque in ſua ſpecie perfectis, vt in materia adulte-
rij tradunt Burſatt. *conſ. 435. ſub num. 37. & 39.* Bertaz.
15 *conſ. 311.* adeo vt etiam ſi eſſent mille imperfecta, coniu-
gi non poſſint ad faciendum inditium ſufficiens ad tor-
turam, Antonius Galeatius Maluaſ. *conſ. 10. num. 14.*
15. & 16. volum. 1. crimin diuerſor. magn impreſſion Ale-
xand. *conſ. 13. ſub num. 19. volum. 1.* Marſil. *conſ. 20. ſub*
num. 46. verſic. non obſtat cum ſequ. & conſ. 88. numer. 22.
Boſſi. *in tit. de indicijs, num 20.* Petr. Cabal. *reſolut. cri-*
minal.

Digitized by Google

*num.*200. *num.*139. Et in materia adulterij, Burſatt.*conſ.* 435. *per totum.*

16 Et propterea ſi ſunt de remotis debent, ſaltem † eſſe duo, vel plura, nec ſufficit vnum tantum, Farinacc. *quaeſt.*37. *num.*43. 44. & 45. Regner. Sextin. *inter conſilia Academ. Marpurg. conſ.*16. *num.*98. *volum.*1. poſt Bartol. *in l. final. numer.*6. & ibi Blancum, *numer.*43. *ff. de quaeſt.*

17 Et vnumquodque † eorum debet probari per duos teſtes conteſtes, Farinacc. *d. quaeſt.*37. *num.*33. Bertaz. *conſ. crim.* 311. *num.*6. Burſatt. *d. conſ.*435. *num.* 2. 11. & *ſub num.*16. Farinacc. *conſ.*78. *ſub num.* 11. 12. & 13. Io: de Amicis, *conſ.*127. *num.*10.

18 Qui debent eſſe † omni exceptione maiores, nulla laborantes ſuſpicione, vel macula, Menoch. *de praeſ. lib.*1. *quaeſt.*91. *ſub num.*5. & 6. Farinacc. *d. quaeſt.*37. *nu-*
19 *mer.*18. & 23. vbi *num.*31. ampliat hoc procedere † & in atrociſſimis, & *conſ.*37. *ſub num.*21. & *conſ.*78. *ſub n.* 15. & 32. Menoch. *conſ.*850. *num.*12. Pariſ. *conſ.* 54. *numer.*14. 15. & 16. *volum.*4. Nec ſufficiunt contra clericum ſi ſint laici, vel mulieres, vt dico infra *verſic. Praeſertim, quia nec mulieres.*

20 Si verò ſunt de indicijs proximis, probantur † quidē per vnicum teſtem, ſed opus eſt, quod atteſtetur per ſenſum immediatum de ipſo delicto, gloſſ. *in leg.* 3. *in verb. coniunctus Cod. ad leg. Iuliam maieſtat.* Menoch. *de praeſumpt. libr.*1. *quaeſt.*89. *numer.* 5. Farinacc. *ſupradicta*
21 *quaeſt.*37. *num.*54. Et is debet † eſſe omni exceptione maior, vt per eumdem Farinacc. *ibidem*, *numer.* 58. 60. 63.

Quorum tamen requiſitorum nullum ſufficienter verificatur in propoſito caſu, tum ex his, quae notaui in margine proceſſus Dominae Iſabellae, ad quem recurrendum erit; tum ex his, quae nunc deducam diſcurrendo vnumquodque ex aſſertis inditijs, ſeu adminiculis, ſuper quibus ſictè aduerſarius fundat ſuam intentionem.

Quae circa tria tempora verſari videntur, videlicet circa tempus aſſerti delicti, circa tempus illud praecedens, & circa ſubſequens.

Et incipiendo ab inditijs temporis delicti, primo illud ſe offerret, quod ex confeſſione partium eſt probatum, dictum Reuerendum Mandricardum ſolum cum ſola Domina Iſabella hora nocturna moram duxiſſe in thalamo ipſius Dominae Iſabellae, quod pro vnico tantum inditio ego iudico, non autem duo, ſcilicet, quòd mora in domo faciat vnum, & hora nocturna aliud,
22 nam † ingredi domum alienam, non eſt de ſe malum, vt dicebam ex Burſatt. *d. conſil.*445. *numer.*15. maximè, quando is aliàs eſt ſolitus conuerſari de cōſenſu viri, Bertaz. *conſ. crim.*311. *num.*15. prout ſolitus erat ipſe Reuerendus Mandricardus, ſicuti vterque ex accuſatis dicunt in ſuis conſtitutis, paginis à me notatis in allegationibus Dominae Iſabellae, & deponit etiam Ioanna producta ex aduerſo, quae ob id etiam vnica probat contra producentem.

Et eo minus erat de genere mali ingredi ipſam domū per dictum Reuerendum, quia ipſe erat affinis in propinquo gradu, & vbique fatetur accuſator, & erat Parochus, & ſic pater ſpiritualis, vnde cum ingreſſus ſimplex non inferat delictum, ſequitur, quod ſi quae ſuſpicio oriri poſſet, naſceretur ex ingreſſu qualificato hora nocturna, & ſic deducitur hoc eſſe vnicum tantum inditium, non duo.

Sed illud diluitur primo, quia erat ſolitus conuerſari, & propterea in eo non oritur ſiniſtra ſuſpicio, vt dixi
23 ex Bertaz. *conſ. crim.*311. *num.*15. † Erat affinis in quo etiam reperto ſolo cum ſola, non praeſumitur actus fornicandi, vel adulterandi, licet aliàs eſſemus in caſu, quod praeſumeretur, Io: de Amicis, *conſ.*127. *num.*31. Maſcard. *concluſ.* 59. *num.*11. & *concluſ.*61. *numer.* 9. &
24 *concluſ.*312. *num.*7. & 9. † Erat Sacerdos, & Parochus, in quo pariter ceſſat dicta praeſumptio, quae in alio poſſet eſſe iuridica, Maſcard. *d. concluſ.*59 *num.*16. *cum ſeqq.* vbi & ſi controuerſum ſit, an mala oriatur ſuſpicio, ſi Clericus reperiatur deoſculari, & amplexari mulierem, alijs volentibus praeſumi eam benedicere, alijs ſecus putantibus, & cantantibus, A tali benedictione libera nos Domine, vt per eum, tamen, vbi non inueniatur in dicto actu proximo, ſed tantum ſolus cum ſola loquendo, nemo eſt, qui dicat, oriri malam ſuſpicionem, & idem Maſcard. *concluſ.*64. *num.*6.

25 Secundo diluitur † iſtud inditium, ex eo quod hora nocturna non erat inſolita, & incongrua, nam quidquid dicant Antonius Bertola, & Ioannes Baptiſta del Pino, ac Angela filia Ioannis Benedicti primi accuſatoris, quibus nulla fides eſt adhibenda, tum quia primi ſunt inimici cum percuſſerint dictum Reuerendum, tum quia omnes ſunt de eadem familia, quibus oriatur offenſa & ob id repelluntur à teſtificando, Monald. *conſil.* 78. *num.*11. *volum* 1. Camil. Borel. *conſ.*48. *num.*39. 40. & 41. Farinacc. *quaeſt.*49. *numer.*31. cum alijs adductis
26 pro Domina Iſabella, † probatum eſt per duos Religioſos inductos ad inſtantiam dictae Dominae Iſabellae, tunc quando Reuerendus Mandricardus abijt, fuiſſe circiter horam quartam noctis, vt in proceſſu eiuſdem Dominae *fol.*105. *fac.*2. *fol.*107. *fac.* 2. *fol.* 117. *fac.* 2. *fol.* 120. *fac.*1. & colligitur ex mea apoſtilla facta dicto proceſſui, *fol.*4. *fac.*2. qua hora tempore hiemali, & ſic de menſe Martij ferè omnes adhuc vigilant in domibus, & Doctores, qui inducunt ſuſpicionem ex hora nocturna loquuntur, quando hora eſt inſolita.

Qui teſtes debent etiam probare pro dicto Reuerendo, licet non fuerint examinati ad eius inſtantiam, quia
27 † in hoc crimine, abſoluto vno ex adulteris, abſoluitur & alter, Laurent. Tenninus *cautel.*6. *num.*134. Baiard. ad Clarum, §. *Adulterium*, *num.*94.

Tertio inducitur ex bona fama vtriuſque, concludenter probata ex teſtibus, hinc inde ab vtroque examinatis ad defenſam, ex qua tolli ſiniſtram opinionem, &
28 † inditium, quod aliàs oriri potuiſſet, in ſpecie ſcripſerunt Io: de Amicis, *conſ.*127. *ſub nu.*27. Menoch. *conſ.* 221. *num.*73. & *conſ.*283. *num.*13. & de bona fama Dominae Iſabellae, vltra teſtes notatos in eius allegationib. deponunt etiam in hoc proceſſu teſtes, *fol.* 167. *fac.*2. *in fine*, & *fol.*186. *fac.*1.

29 Quarto deſtruitur iſtud inditium, & omnia alia, quia Clericus torqueri non poteſt, niſi praecedente infamia de aſſerto delicto, de quo imputatur, etiam ſi mille adeſſent contra eum inditia, Monald. qui infinitos allegat, & de communi teſtatur, *conſ.*1. *num.*77. Farinac. *conſ.*38 *num.*16. Mar. Antoninus, *reſolut.*44. *ſub num.*4. *verſic. ſecundo promitto*, *lib.*3. *fol.*499. *column.*1. hoc autem, & ſi conſtet eum fuiſſe in dicto thalamo ſolus cum ſola, tamen non eſt diffamatus, quod commiſerit adulterium, immo teſtes examinati ad defenſam, dicunt neminem credere hoc, niſi qui dependet ex familia accuſatorum, & omnes illi, qui ſunt examinati ad offenſam aſſerunt non audiuiſſe de hoc vociferari, niſi poſt porrectam querelam ab accuſatore, quamuis interceſſerint ferè duo menſes à tempore, quo Reuerendus fuit repertus in dicta domo ad tempus accuſationis; fama
30 autem mota † poſt motam litem, vel propoſitam accuſationem non habetur in conſideratione, Farinacc. *quaeſt.*47. *num.*172. & 173. quamuis etiam nemo ex illis formiter probet famam, vt inferius deducam in alio propoſito, ſed potius ſuſurrationem quandam, redolentem teſtimonium de auditu.

Quinto ex probationibus factis ex parte Dominę Iſabellae, quod eius vir, & leuir ęgretulerint, quod ipſa noluerit renuntiare ſuas dotes dicto leuiro, & quod ſtatim accuſarunt eam, & ipſam Reuerendum, oritur aliqualis ſuſpicio calumnioſae accuſationis.

31 Sexto † in omnem caſum hoc eſſet vnicum inditiū, & remotum, quia inditium remotum eſt, quod factum ipſum immediatè, & eius veritatem non concernit, ſed circumſtantias tantum, vt eſt iſtud, Oſalc. *deciſ.*79. *n.* 15. Regner. Sextin. *conſ.*16. *num.*104. *volum.*2. *Academ. Marpurg.* vnicum autem inditium remotum non ſufficere ad torquendum, probaui ſuperius, *verſicul. Et propterea*

Digitized by Google

ptorea ſi ſunt.
Secundo fortè nituntur colligere inditium, ex eo
quod Reuerendus Mandricardus ingreſſus fuerit per
poſticum, vt fatetur Domina Iſabella, *fol.36,fac.*1.in
hoc proceſſu, & in alijs locis annotatis in eius allega-
gationibus, & ſic per viam indirectam, vt nituntur
perſuadere Antonius Bertola, & Io:Baptiſta del Pino,
*fol.*129.*fac.*1.*fol.*130.*fac.*2.
Sed nec ipſis teſtibus creditur dictum ingreſſum eſse
indirectum, vt affinibus accuſatoris, & inimicis, præ-
ſertim cum non appareat facta loci viſitatio, & certum
eſt in villis domus ſolere habere duas portas anteriorē,
& poſteriorem, & vtramque ordinariam. Immo dicti
teſtes, vbi ſupra, ſupponunt viam eſse indirectam, dum-
modo clauſa ſit porta curruum, & aliud quoddam o-
ſtiolum, quod fuiſse tunc clauſum non conſtat, & ſic
eorum probatio non concludit.
Tertio dicunt, quod dictus Reuerendus diſceſſit è
domo Dominæ Iſabellæ, *deſcalzo*, & *ſenza ſcarpe*, ſed
quod fuerit, *deſcalzo*, non fuit probatum, nec credi-
tur dictis Bertolæ, & del Pino; de eo verò, quod fuerit
ſenza ſcarpe, ſatis ſe excuſat in ſuis conſtitutis, quare
ſoleas exuiſset, & cũ vt ſuperius probaui propter conie-
cturas cõtrarias non præſumatur ingreſsus cauſa alicuius
mali, ſequitur, quod ei credēdum ſit, qua occaſione ſoleas
32 exuerit; maxime quia † effectus concordat cum eius
excuſatione, ex quo repertum eſt, vnam ex eis fuiſse to-
tam aqua madefactam, Maluaſ.*conſ*.20.*ſub numer*.26.
verſic. Quo verò ad inquiſiti.
Præterea cum tardius forte quam credidiſset, ibi mo-
ratus eſset, & vellet remouere omnem ſuſpicio-
nem mali, & ſcandalum, ad euitandas calumnioſas ve-
xationes quas pati potuiſset ſi fuiſset repertus ea hora
ibi, voluit forte exuere calceos, quo caſu non oritur præ-
33 ſumptio contra talem, vt† præcaueat iniuſtas moleſtias,
per ea, quæ tradit Farinacc. *quæſt*.5.*nu*.21. vbi qui tran-
ſigit ad reluendas vexationes, & vt ſe liberet ab eis, non
dicitur fateri delictum, neque ex hoc oritur ſuſpicio
contra eum.
Quarto ipſi Reuerendus Mandricardus, & Domina
Iſabella contrariantur in ingreſsu domus, nam ipſe dixit
ſe ingreſsum per portam anteriorem, vt *fol*.15.*fac*.2 *in
princip*. & *fol*. 27.*fac*.1. & *fol*.29.*fac*. 1. illa vero per po-
ſteriorem, vt *fol*.36.*fac*.1.
Sed cum hoc non inferat immediate ad delictum, non
nocet, immo non releuat, ex quo tam porta poſterior,
(vbi non erant clauſa quædam oſtia, quæ non apparent
fuiſſe clauſa) ita erat directa ſicut anterior, vt dixi ſupra
34 *in verſ. ſed nec ipſis teſtibus*, &c. & vbi variatio † eſt
ſuper circumſtantijs, quæ non grauant, nec inferunt
ad delictum, non nocet; Farinacc. *quæſt*.52. *num*.31. ſicuti
35 nec † mendacium nocet ſuper his, quæ ſi quis con-
feſsus fuiſset, ſibi non nocuiſsent, Farinacc. *conſil*. 78.
num.18.
Quinto arguuntur, quod eo tempore, quo moram
duxerunt in thalamo, ſteterint ſine lumine, vt in inſi-
nuare conantur Ioannes Baptiſta del Pino, *fol*.128.*fac*.2.
& Antonius Bertola, *fol*.130.*fac*.1. ſed vltra, quod eis
non creditur, id colligunt ex eo, quod non habebant
lumen, quando deſcenderunt ſcalam, quod profectò
non conuincit eos ſtetiſse ſine lumine in thalamo; vnde
cum vterque eorum dicat habuiſse lumen, vt *fol*.30.*fac*.
1. & *fol*.35.*fac*.1. eis ſtandum eſt, niſi probet concludē-
ter contrarium.
Et licet vnus dicat, quod quando abierunt lumen
extinxit ſe ob defectum olei, alter verò, quia percuſſit,
& vrtauit in alterum, hoc non releuat, quia non eſt
variatio in ſubſtantialibus, ſufficit enim, quod non
probatur eos non habuiſse lumen, dum ſimul ſtete-
runt.
Sicuti nec obeſt Dominica Bottazzaria, dum *fol*. 81.
fac.2. dixit Dominam Iſabellam ſibi confeſsam fuiſse,
quod extinxit lumen, dum quidam puer tranſiret, &
quod poſtea diu ſine lumine ſteterunt, quia eſt mere-
trix, vt notorium eſt, & eius inimica, cum iurgata fue-
35 rit cum illa, vt ipſa met dixit, & mulier, † quæ etiā
ſine alio defectu non dicitur omni exceptione maior in
criminalibus, Farinacc. in terminis noſtris, *conſ*.78.*n*.
13. maxime in foro Canonico, idem Farinacc. *conſil* 19.
ſub num.20. *verſ. præſertim cum de iure canonico*, &c.
& eſt ſingularis, & vnica in hoc, & tamen quælibet
37 confeſſio extraiudicialis † debet probari in criminali-
bus per duos teſtes conteſtes, & integros, Burſatt.*con-
ſil*.435.*ſub num*.23. Farinacc. *quæſt*.64.*num*. 145. & *qu*.
82. *num*.44.
Præterea confeſſio Dominæ Iſabellæ non habet no-
cere Domino Mandricardo, cum vt inferius dicam,
nec propria met illius confeſſio ſibi noceret.
Sexto ipſe Reuerendus dixit *fol*. 27.*fac*. 2. ſtetiſse diu
ſuper ſcala ſermonizando cum Domina Iſabella, illa
vero, *fol*.35.*fac*.2. *in fine* dixit nullam moram in ſcala
traxiſse, ſed ſtatim thalamum ingreſsos fuiſse. Reſpō-
detur hanc circumſtantiam, & variationem non eſse
circa ſubſtantialia, & ideo non grauare.
Septimo Domina Iſabella aſserit Reuerendum Man-
dricardum ſponte veniſse ad eam, *fol*.37.*fac*.1. & *vbiq*;
ipſe verò dixit ſe vocatum ab ea, *fol*.27.*fac*. 1. cum quo
conuenit Ioanna, *fol*. 53.*fac*. 1. & *fol*. 57.*fac*.2. ſed hoc
parum refert an ſponte, vel vocatus iuerit, quia ex hoc
non alteratur aſsertum delictum.
Octauo Domina Iſabella negat adfuiſse aliud lumen,
eo excepto, quod erat in thalamo, vt *fol*. 35.*fac*. 2.
Reuerendus vero, *fol*.29.*fac*.2. *in fine*, *fol*.30.*fac*.1. di-
xit aliud fuiſse in camera inferiori ſub camino, & idem
deponunt Antonius Bertola, & Ioannes Baptiſta del
Pino.
Reſpondetur, quod an adeſset lumen in thalamo in-
feriori nec ne, dummodo illud haberēt in camera, in qua
moram duxerunt, non infert quidquam ad delictum, &
idcirco non eſt conſiderabilis hæc variatio.
Nono, & nunc aggredior inditia ante aſsertum deli-
ctũ, Domina Iſabella miſit pluries edulia ipſi Reueren-
do ſub ficto nomine, vt per Heliſabet, *fol*.47.*fac*.2. &
per Ioannam, *fol*.50.*cum ſeqq*.
Reſpondetur, vt dixi in apoſtillis ad proceſsum Domi-
næ Iſabellæ, quod illæ mulieres ſunt ſingulares, nam con-
ſtat ipſam miſiſse edulia, ſed variant cui miſerit, vna
dixit miſiſse Reuerendo Mandricardo altera dicit per-
ſonæ notæ Ioannæ, dicta verò Domina Iſabella di-
xit miſiſse ſorori Ioannæ; vnde cum hoc ſit inditium re-
motum, non remanet probatum per has mulieres ſin-
gulares, & non omni exceptione maiores.
38 Præſertim quia nec † mulieres, nec laici faciunt in-
ditium ad torturam contra Clericum, Monald. *conſil*.
28. *num*.2. & 6. Farinacc. in materia adulterij, *conſ*.78.
ſub num.8. & *quæſt*.61. *num*.98. *cum ſeqq*.
Præterea mittere edulia Parocho, & affini, & acce-
ptare à filia ſpirituali, & affini, non ſonat in delictũ, cum
hoc fere omnes aliæ mulieres facere ſoleant ſuis paro-
chis, vt deponunt teſtes recepti ad defenſam pro Do-
mina Iſabella in eius proceſsu *fol*.102.*fac*.1. *fol*.113.*fac*.2.
39 Et inditium non poteſt † ſumi ex actu qui poteſt eſse,
& non eſse delictum, Farinacc. *conſ*.37. *num*. 20.
Decimo aſſertur, quod Domina Iſabella tranſmiſe-
rit vnam epiſtolam, ſeu litteram ipſi Reuerendo, vt
deponit Ioanna, *fol*. 56. *fac*. 1. *fol*. 63. *fac*. 2. & *fol*. 72.
fac.2.
Sed hoc nihil eſt, tum quia eſt vnica, & mulier, quæ
non eſt omni exceptione maior, maxime in foro Ca-
nonico contra Clericum, vt ſupra probatum fuit, &
tamen hoc probari debuiſset per duos teſtes conteſtes
omni exceptione maiores, tum quia ipſa, *d.fol*.56.*fac*.1.
dicit attuliſse cartam, quam putauit litteram; ſed ta-
men non vidiſse an eſset ſcripta, vnde cum non eſset
ſigillata, & potuit videre, non facit fidem, quia po-
tuit eſse carta non ſcripta. Tum denique, quia vbi
certum eſset fuiſse litteram, opus eſset ad faciendum
inditium, quod appareret, quid in ea contineretur,
40 nam cum poſset in ea contineri † bonum, & malum.
alio non apparente non ſumitur inditium mali, prout
in ſpe-

in ſpecie docet Farinacc. *conſ.36. ſub num.20.*

Vndecimo allegatur, *fol.89. fac.2.* quod ipſe Reuerendus erat homo malæ naturæ, & ſolitus delinquere maximè in hoc genere mali adulterandi, & carnaliter cognoſcendi ſuas filias ſpirituales, ad quod data fuerũt capitula, *fol.90.* ſuper quibus multi examinati fuerunt teſtes.

Verum ommiſſo pro nunc, an delicta impicta fuerint probata, de quo particulariter inferius agendum erit, dico quod e conuerſo, probata eſt eius bona fama, natura, & honeſtas per teſtes idoneos, & ſufficientes,
41 quæ præualet † malæ, Farinacc. *quæſt.47. num.186. & 193.* præſertim, quia fama illa, quæ probata eſt teſtibus magis idoneis, tollit contrariam famam, vt per eum, *num.167.*

Et eo magis quia probata eſt honeſtas Dominæ Iſabellæ, & quod numquam conſenſiſſet ſimili delicto, quo circa cum ſit delictum, quod per vnum tantum cõſumari non poteſt, niſi alter coadiuuet, non ſufficit mala fama vnius, niſi concurrat etiam in altero.

42 Preterea mala fama pro ſe † non ſufficit ad torquendum, niſi concurrant alia adminicula, idem Farinacc. *d. quæſt.47. num.3. & 46.*

Demum dico quod ad torquendum Clericum non ſufficit mala fama in genere, ex quo neceſſe eſt ad hoc, vt torqueri poſſit, vt ſit diffamatus particulariter de eo crimine, de quo imputatur, vt probaui ſupra *in verſic. Quarto deſtruitur iſtud inditium, &c.*

Duodecimo (& nunc capio aſſerta inditia reſultantia poſt delictum) dicunt ipſum Reuerendum Mandricardum rogaſſe Antonium Bertolam, & Ioannem Baptiſtam del Pino, vt ipſi atteſtantur, *fol.5. fac.2. & fol.8 fac.2.* ne vellent detegere hoc, ſed vti dixi, ipſis nõ creditur, tum quia offenſi, tum quia inimici, cum per A cuſſerint ipſum Dominum Mandricardum, tum, quia vti laici non probant contra Clericum in criminalibus, vt ſuperius fuit probatum.

Dicunt etiam rogaſſe Sacripantem del Pino, vt vellet operari, ne prædicti, qui inuenerunt eum in dicta domo, ſibi darent damnum detegendo hoc. vt *fol.42. fac.2.* dictus met Sacripans deponit; ſed nec huic creditur, quia ſingularis, & quia laborat maxima ſuſpicione falſitatis, immo expreſſe apparet falſus, dũ in primo teſtificato aſſeruit Reuerendum Mandricardum ſibi iuraſſe, quod non iuerat ad Dominam Iſabellam pro aliquo malo. & in ſecundo teſtatur, quod ſibi confeſſus fuit habuiſſe rem cum ea ſemel ea nocte, quæ falſitas eſt manifeſtiſſima.

Arguitur etiam, quod poſt ea ſe excuſauerit, & dixerit ſe malè feciſſe, in hoc, *& che li rincreſceua ſino alla morte d' hauerli fatto quel torto*, vt deponit Domina Margarita Arnuarda, *fol.18. fac.2.*

Reſpondetur, quod ipſa eſt de domo Domini Herculis accuſatoris, & ob id vti ei, cui cenſetur communicata offenſa, non creditur, & minus, quia eſt in hoc ſingularis, vt ipſa dixit, quia nemo alius aderat, & eſt mulier, quæ non admittitur contra Clericum, vt hæc omnia alio loco ſupra probata fuerunt.

Decimotertio colligunt inditium ex eo, quod dictus Reuerendus faſſus eſt ſe ſemel dicta nocte habuiſſe rem cum ipſa Domina Iſabella, vt deponit Sacripans del Pino, *fol.142. fac.1.* & de auditu ab eo, Antonius Bertola, *fol.130. fac.1.* & Ioannes Baptiſta del Pino, *fol.128. fac.2.*

Reſpondetur hanc confeſſionem nõn probari cum
43 ipſe Sacripans ſit in hoc ſingularis, & vnicus; † cum enim confeſſio extraiudicialis dicatur inditium remotũ, Surd. *conſ.425. num.14.* Burlatt. *conſ.435. ſub numer.23.* ob id debet probari per duos teſtes conteſtes, vt per prædictos, & per Farinacc. *quæſt.64 num.145. & quæſt.82. num.44.* Thomaſ. Triulian. *deciſ.53. num.1. libr.2.* & cum ei non credatur, multo minus credendum eſt
44 † eis qui audiuerunt ab illo, *cap. licet ex quadam ext. de teſtibus*, Burlatt. *d. conſ 435 num.20.*

Et eo fortius dicendum eſt eos non probare, quia vnicuique legenti patet ipſos falſum deponere; cum prima vice examinati, nihil de hoc dixerint, & tum valde affectabant onerare qua magis poſſent dictos accuſatos,

45 Secundo reſpondetur, quod vbi etiam confeſſio † iſta extraiudicialis eſſet formiter probata, tamen quidquid ſit in alijs perſonis, non ſufficit ad torquendum Clericum, Diaz. *in ſua practica canonic. criminal. cap.127. num.2. fol.569. in noua impreſſ.* Farinacc. *quæſt.82. n.39.*

Decimo quarto ducunt inditium ab eo, quod Domina Iſabella confeſſa ſit ipſum Reuerendum pluribus alijs vicibus in eius domo nocte cum ea allocutum eſſe, vt deponunt Antonius Bertola, *fol.5. fac.2.* ſed ipſe loquitur de auditu, & teſtes de auditu auditus non admit-
46 tuntur in hac materia † adulterij, maxime in criminalibus, Burlatt. *d. conſ.435. num.1.* Menoch. *conſ.850. numer.14.* vltra quod eſt offenſus vti affinis, & inimicus.

Margarita Arnuarda, *fol.17. fac.2.* eſt de domo accuſatoris, mulier, & ſic non omni exceptione maior, & ſingularis, vt ipſa met dicit, *fol.18. fac.1.*

Angela Allegrina, *fol.20. fac.2.* eſt filia Ioannis Be-
47 nedicti primi † accuſatoris, ideo ei non creditur, vt in ſpecie tradit Monald. *conſ.28. num.8. volum.1.* & eſt ſingularis, vt patet ex ipſomet eius teſtificatu.

Iſabella del Pino, *fol.22. fac.1.* eſt mulier, quæ non admittitur contra Clericum, nec regulariter eſt omni exceptione maior, & eſt ſingularis, *vt ibi.*

Dominica Battazzaria, *fol.81. fac.2.* eſt meretrix inimica, quia iurgata eſt cum Domina Iſabella, & ſingularis, quia licet det in conteſtem Margaritam ancillam Abbadini, tamen ipſa nihil de hoc deponit.

Cum autem paulo ſupra probauerim confeſſiones extraiudiciales debere probari per duos teſtes conteſtes, adhoc vt faciant inditium ad torturam ſequitur, quod
48 cum hi omnes ſint ſingulares, eam non probent † quãuis ſint multi, quia etiam mille teſtes ſingulares minus probant, quam vnus tantum, Lanfranc. de Orian. *in ſua pract. capit.8. numer.26.* Cephal. *conſ.448. num.8. & 9.* Grat. *conſ.50. num.12. vol.2.* Dec. *conſ.188. num.8. & conſ.309. n.7.*

Et ſi propria confeſſio extraiudicialis immediata de delicto non ſufficit ad torquendum Clericum, prout ſuperius dicebam, multo minus ſufficere debet confeſſio alterius immediate non tendens ad delictum.

Decimo quinto, inditium deducitur ex depoſitis à D. Hercule Abbadino, *fol.25. fac.1.* vbi dixit Dominam Iſabellam ſibi confeſſam fuiſſe, quod amabat dictum Reuerendum, & quod ob id illum in domum introduxerit, & ipſe Reuerendus ſe proiecerat ſuper lecto, cum quo concordant Margarita Colta, *fol.79. fac.2* & Dominica Bottazzaria, *fol.81. & 82.* quæ duæ mulieres ſunt conteſtes, & addunt ipſam Dominam Iſabellam confeſſam fuiſſe, ſe tunc fuiſſe deoſculatam, & tactam à dicto Domino Mandricardo.

Reſpondetur, quoad Dominum Herculem, quod ipſe eſt affinis, ideo offenſus, & eſt ſingularis, vt ipſe met dicit, & cupidus nocendi dictæ Dominæ Iſabellæ, vt patet ibi, *& dicendoli ſo per cauarla*, qui volebat extorquere, vt ſe contra eam examinaret.

49 Ipſarum autem mulierum prior eſt ancilla † vilis & pauper, quæ ob id ad probandum adulterium non admittitur, Farinacc. *conſ.78. n.9.* & ex eo tantum etiam, quod ſit mulier, non eſt idonea, altera vero eſt meretrix, & inimica.

Præterea eſt valde inueriſimile, quod deponunt ipſi teſtes, vt Domina Iſabella ita de facili in re tam graui, & pro qua patiebatur hanc vexationem, voluiſſet confiteri hoc.

Denique, vt dicebam, alterius confeſſio extraiudicialis non nocet dicto Reuerendo, quia nec eius propria faceret inditium ſufficiens.

Decimo ſexto, & vltimo affertur publica fama de hoc delicto commiſſo ab ipſo Reuerendo; ſed reſpondetur, vt ſupra etiam dixi in *verſic. Quarto deſtruitur, &c.*

50 *&c.* quod hic non eſt probata fama, † quia deberent
deponere a quibus audiuerunt, & quod ita teneretur à
maiori parte populi, & deducere cauſam eius originis,
& in ſumma deberet habere illa ſeptem requiſita, de
quibus per Farinacc. *quaſt.47. num.205. cum plurib.ſeqq.*
quorum nullum fere verificatur, & omnino tollitur,
ex eo quod dicunt habuiſſe originem ab illis de domo,
& poſt ortam litem, vt per prædictum; Vnde non
51 formiter probata, ſequitur, † quod reſoluatur in at-
teſtationem de ſimplici auditu, quæ neutiquam rele-
uat, Petra *de fideicom. quaſt.11.n.350.*

Aduerto etiam, quod fama erat ipſum Reuerendum
fuiſſe repertum hora noctis cum Domina Iſabella, ſed
non quod rem carnalem habuiſſet cum ea, imo dicunt
noſtri teſtes. quod nemo hoc credebat, niſi qui depē-
dent ab accuſatore, ex quibus omnibus patet, quod
etſi multa in medium deducantur, tamen nequaquam
52 ſunt releuantia, tanquam imperfecta, † quæ admonui
non poſſe coniungi etiam ſi mille eſſent, ad faciendum
inditium ad torturam. Et vbi dici poſſet aliquid aliqua-
liter releuare, diluitur ex contrarijs coniecturis deductis
ſupra in *verſic. Sed illud diluitur, &c. cum ſeqq.* vide-
licet ex bona fama vtriuſque, ex eo quod erant affines.
& ipſe Sacerdos, & Pater ſpiritualis, & ex inſtrumen-
tis viſitationum productis, *fol* 190. *&* 194. in quibus fit
fides, Domino Viſitatori de bonis moribus Parochi, &
eius diligentia à multis viris fide dignis, quod etiam
faciunt multi Reuerendi Sancti Benedicti, *fol.198. fac.
2.* & quia præſumitur accuſatio calumnioſa, eo quia
Domina Iſabella noluit renunciare ſuas dotes, & quia
Reuerendus non erat diffamatus de hoc, nec contra
eum admittuntur mulieres, & alij teſtes laici, & de-
nique, quia apparet de malo animo, & calumnioſo
accuſatoris, tum ex fide falſa producta, *fol.137. fac.2.*
quia conuincitur falſa ex alia fide, *fol.198* & ex viſio-
ne libri, *fol.216.fac.2.* tum ex minis factis Benedictæ Co-
lumberiæ, vt deponeret falſum, vt *fol.208. cum ſeqq.* tum
ex eo quod depoſuit Bartholomæus Bertola, *fol.106.*

Vnde concludo, quod cum non extantibus, neq; pro-
bationibus, neq; inditijs ſufficientibus ad torturam, quo
ad illud primum caput ipſe Reuerendus eſt omnino ab-
ſoluēdus, de quo capite delicti ſufficiār prædicta in quo
latius immoratus ſum tanquā principale in hoc iudicio.

Aggredior alterum caput inquiſitionis, quod eſt pri-
mum in ordine in eo, quod ſcilicet defloraverit Catheri-
nam ancillā patris ſui, quæ erat ſub eius cura, & filia ſpi-
ritualis, & reddiderit illam pregnantē, atq; induxerit ean-
dem ad declarandum cum iuramento, partum eſſe alte-
rius, vt *fol.150.fac.2.*

Verū cū regula ſit, quod Fiſco non probante reus ab-
ſolui debeat, vtiq; Reu Mandricardus non poſſet vexari
hac de cauſa cū nihil de oppoſitis probatum ſit à Fiſco.

Quod enim fuerit deflorata, & reddita pregnans à R.
Mandricardo, deponit tantum Catherina de Gualartis,
fol.117 fac.2. quę, ommiſſo, quod loquitur de auditu, & eſt
ſingularis, & ob id non probat, dixit audiuiſſe hoc a præ-
dicta ancilla, quæ vtrumq; verum eſſe negat, *fol.133.fac.2.*
53 *& fol.140. & ſeq.* teſti † autem allegant alium, qui dicit
contrarium, nō creditur, Bal. *in c cum certum, q.ia inter, n 17.
de teſtib.* Bertaz. *cōſ. crim.334.n.3.* Burſ. *conſ.69 n.26. & cōſ.
88. ſub n.7. & conſ.191. ſub n.8.* Dec. *conſ.92.n.51.vol.2.*

Mattheus Broguolus aliàs, de Bertolis, & ipſe quo-
que, *fol. 121. fac. 2.* dicit audiuiſſe, quod dictus Reue-
rendus fuerat ille, qui pregnantem reddiderit Catheri-
nam, nec nominat aliquam, & propterea non tantum
quia deponit de auditu ei non creditur, ſed etiam quia
tractat de ſe exonerando, quia obligatus erat ſoluere
hoſpitali expenſam partus, vt *fol. 137. fac. 2. & fol. 206.
fac.1.* quam fatetur ipſe Matheus à ſe ſolutam non fuiſse,
& ob id ad eam nunc quoque tenetur. Et minus ei cre-
ditur, quia conuincitur de falſo, nam aſserit ſe non ha-
buiſſet, tunc temporis, niſi quatuordecim annos, & ta-
men ex fide, *fol. 198. & 216.* conſtat eum habuiſse an-
nos 21. Vnde veriſimile, & credibile eſt, quod redde-
rit pregnantem ipſam Catherinam, prout ipſa cum iu-
ramento pluries affirmauit, eum habuiſse rem ſæpè
cum ea, & cum non credatur Matheo, non creditur &
Ioſepho Veronæ, qui *fol. 119. fac. 1.* dixit audiuiſse hoc
ab ipſo Matheo.

Secundo, quod ſaltem habuerit rem carnalem ſe-
mel cum dicta Catherina, deponit ipſa, *fol. 133. & fol.
140. fac. 1.* ſed ei non creditur, tum quia infamis, cum
ſæpè peccauerit in ſuum corpus, vt ipſa fatetur, tum
quia mulier contra Clericum non admittitur, tum quia
54 confeſſio † vnius, quod alter rem cum illo habuerit,
non facit inditium ad torturam, niſi concurrentibus
alijs adminiculis, Farinacc. *queſt.43. num.88.* hic autē
nulla concurrunt, quia de hoc nemo præter ſupradi-
ctus deponit, nec aliqua alia adeſt coniectura.

Tertium caput inquiſitionis eſt, de quo *fol. 10. fac.
2.* quod tam in loco Bondanelli, quam Sancti Benedi-
cti habuerit rem carnalem cum Paula maritata ſua filia
ſpirituali, & illi adminiſtrauerit Sacramenta vſque ad
mortem, eamque ſeduxerit à viro ſuo.

De qua multi multa dicunt; ſed omnes probationes
ſunt imperfectæ.

55 Et primo dum eſset Parochus in Bondanello, vide-
tur, quod non eſset agendum coram hoc Tribunali de
hoc aſserto crimine, cum talis iuriſdictio ſit ſub alieno
foro, ad late tradita à Farinacc. *quaſt.7.*

Sed adhuc nemo eſt, qui concludat, de hoc, nā mul-
ti dicunt, quod vox erat, quod haberet rem cum ea, vt
*fol. 87, cum ſeq. fol 99. fac. 1. fol. 107. & fol. 108 fol. 110.
fac. 2. fol. 119. fac. 2. fol. 126. fac. 1. in fine, fol.165.*
56 *fac. 2.* † qui tamen ſi diligenter videantur non probāt
famam, cum nō deponunt ſecundum illa ſeptem requi-
ſita, de quibus per Farinacc. *quaſt. 47. num. 208. cum
ſeq.* de quo etiam ſuperius dixi, nec nominent eos à
quibus audiuerint, nec vnde habuerit originem, & fe-
re omnes ſunt ſingulares, & tamen ad probandam
57 famam † requiruntur ſaltem duo teſtes conteſtes, Fa-
rinacc. *d. q.47. n. 208. & 209.*

Ioannes de Gratioſis, *fol. 125. fac. 1.* & Ioanna eius
vxor, *fol. 164. fac. 1.* dicunt vidiſse per tres vices Re-
uerendum Mandricardum tranſire canale de nocte, &
ſermonem habere cum Paula, ſed hoc eſt inditium val-
de remotum, quod per ſe non ſufficit, vltra quod ſunt
ſuſpecti de falſo, & ita contrariantur, vt eis non ſit
credendum; vnus enim dixit, quod tranſibat cum ſcha-
fa, alter verò ſine, quia flumen erat ſine aqua.

Dominicus de Boſijs, *fol. 135. fac. 1.* dixit ſe nocte
aſsociaſse dictum Reuerendum ad domum Paulæ, &
in ea ingreſsum fuiſse, atque illum expectaſse, reſpon-
detur, quod eſt ſingularis, vt ibi notaui, & deponit de
actu valde remoto, quod ob id deberet probari per
duos teſtes; nam non deponit, quod cauſa alicuius ma-
lificii iuerit, & ignorat, quid fecerit in ea domo, & ta-
men neceſse eſt ad probandum adulterium, quod teſtes
de actibus veneri proximis deponant.

Multi alij dicunt dictam Paulam dereliquiſse virum,
& veniſse habitatum in Sancto Benedicto ad inſtantiam
Reuerendi Mandricardi, ſed fere omnes loquuntur de
imaginatione non autem de ſcientia, vt videre eſt apud
eos, excepta Liuia Coſtula, quæ dixit hoc audiuiſse ab
ipſa Paula, *fol 92. fac. 2. & fol. 94. fac. 2.* verum ipſa
multas patitur obiectiones, de quibus infra, & loquitur
de auditu, & confeſſio non probatur, niſi per duos te-
ſtes, & tamen eſt vnica, quæ confeſſio etiam non ha-
bet nocere Reuerendo, cum nec ex propria torqueri
poſset, vt ſæpe ſupra deduxi.

Liuia Coſtula, *fol. 93. fac. 1.* & repetita, *fol. 160.* de-
ponit Reuerendum Mandricardum vna vice cenaſse cū
Paula, & dicta nocte cum ea dormiuiſse, & quod cena-
uit deponunt etiam Iulius Laciolus, *fol. 99.* & Thomas
Zemignanus, *fol. 101.* qui dicunt poſt cenam abijſse, &
reliquiſse ibi dictum Reuerendum, ſed ignorant an dor-
mierit in ea domo, an verò diſceſserit poſt eos, vnde
ſola remanet Liuia, cui non creditur, tum quia inueri-
ſimilia deponit, ex quo Paula tunc alternis diebus fe-
bricitabat, vt per eam, tum quia dicta teſtis eſt demo-
niaca

niaca, vt deponit Don Gherardus Sena, *fol.* 117. vnde cum ſepe dęmon mendacij pater in ore oppreſsorum, loquatur, ei credendum non eſt, præcipue, quia *fol.* 218. *fac.* 1. addit eam eſse maleficam, & quod non confitebatur, nec communicabatur, & tamen cum ſit vnica in hoc, dato quod eſse inditium immediatum de delicto, deberet eſse omni exceptione maior ad hoc vt probaret, præterquamquod ex eo tantum, quod ſit mulier non probat.

Fortunatus de Vecchis, *fol.* 87. *fac.* 1. dixit, quod miſerit ſuam ancillam ad Paulam, vt eam conduceret ad domum ſuam, & quod illa negauit venire, aſserens ſe ægrotare, ſed quod audiuerat Reuerendum Mandricardum eſse in illius domo,

Reſpondetur, quod loquitur de auditu, & eſt ſolus; quod ancilla potuit decipi; & demum quod non eſt delictum, quia palam dictus Reuerendus alijs ſociatus iuit cenatum cum dicta Paula, quando autem actus fit palam excluditur præſumptio delicti.

Addamus, quod Paula eſset meretrix, vt dicit d. Fortunatus, *fol.* 88. *fac.* 2. vnde veriſimilius eſt, quod, vbi prædicta vera eſsent, quod ſponte ſequeretur ipſum Reuerendum, & eum prouocaret, eſset leuius delictum, maxime quia Liuia dixit ſemel tantum fuiſse cum ea, in *fol.* 94. *fac.* 2. omnis enim homo currit, & magna eſt fragilitas humana.

Quod denique adminiſtraret Sacramenta Paulæ, vltra quod multi negant, quod ei confiteretur, vt *fol.* 95. *fac.* 1. *fol.* 100. *fac.* 1. *fol.* 10[?]. *fac.* 2. licet alij ſecus dicũt, *fol.* 111. *fac.* 2. & *fol.* 165. *fac.* 2. qui tamen ſunt ſingulares, dico, quod non conſtito de copula, non reſultat aliquod malum, præterquamquod communis eſt opinio,
58 quod Sacerdos † poſſit abſoluere ſuam concubinam, Summa Angelic. *in verb. confeſſio*, §. 5. *num.* 8. vbi dicit, quod melius facit, ſi eam mittat ad alium, Nauar. *de Simon. conſ.* 61. *ſub num.* 13. *libr.* 5. *tit.* 3. *fol.* 471.

Vnde etiam non eſſet delictum punibile, ſi ei in extremis dedit Oleum Sanctum, vt *fol.* 94. *fac.* 1. & *fol.* 101. *fac.* 2.

Quarto inquiritur, quod habuerit rem cum quadam ſua filia ſpirituali maritata, cuius nomen tacetur, *fol.* 151. *fac.* 2.

Sed non probatur tale delictum, quia duo tantum deponunt de attentatione, non autem de conſumatione, quibus tamen non creditur, nec quo ad atteſtationem, nam de hoc deponit quidam A. nepos dictæ mulieris, *fol.* 115. cui non creditur, tum quia dubitatiue deponit, tum quia vnicus, tum quia ignoratur eius nomen, qui propterea reprobari non poteſt, tum quia coniunctus, qui reputat iniuriam communem, & ob id repellitur, vt ſuperius per me probatum fuit, maximè quia vnicus teſtis debet eſſe omni exceptione maior; cũque illi non credatur, pariter nec creditur Margaritæ Andreaſiæ, quæ dixit hoc audiuiſſe ab eo, *fol.* 113. *fac.* 2.

Quinto inquiritur, *fol.* 151. *fac.* 2. quod veſtibus ſuperfluis, & ſuam conditionem excedentibus vteretur, & faceret, vt dicitur *del moroſo*, vt inuitaret mulieres ad libidinem, & ad adulteria, quodquod rideret, & iocaretur cum mulieribus de diuerſis parum honeſtis tam in Eccleſia, quam extra.

Sed profecto, nihil ex prædictis, quod inferat delictum, probatum eſt, vt videre licet apud teſtes, qui ſuper hoc deponunt, *fol.* 96. *fac.* 1. *fol.* 100. *fac.* 1. *fol.* 104. *fac.* 1. *fol.* 106. *fac.* 1. *fol.* 108. *fac.* 1. *fol.* 123. *fac.* 1. dicunt enim tantum quod ipſe Reuerendus veſtiebat eleganter, & qualiter conueniebat pari ſuo, vbi autem vſus fuiſſet etiam veſtibus ſericijs, de quo non conſtat, non dicitur deliquiſſe, quia tantum veſtes verſicolores prohibentur in *cap. clerici officia, de vita, & honeſtate clericorum*; imo potius decet Clericum politia, quam eſſe ſordidum; dicunt præterea, quod erat natura letus, & ridens, ſed negant aliquid inhoneſte factum vnquam ab eo, & illud certum eſt, hominem eſſe animal natura propria riſibile.

Et licet Liuia, *d. fol.* 96. *fac.* 1. videatur aliqualiter onerare eum, tamen nihil dicit, quod inferat delictum, & ei non creditur, rationibus, & defectibus ſuperius ad eã notatis, *verſic. Liuia Coſtula*.

Sexto inquiritur, quod noctu iuerit ad tripudia, & choreas, & ibi manſerit tota nocte in magno ſcandalo habitantium ſub eius cura.

Verum non eſt probatum ſcandalum prædictum, nec quod diu moraretur ſuper tripudijs, ſed quod tantum aliquando ibat ad tripudia in locis priuatis, & ibi parum morabatur, & nihil ſcandaloſum verbis, vel actibus faciebat, vt videre eſt apud teſtes de hoc deponentes, *fol.* 100. *fac.* 2. *fol.* 106 *fac.* 1. *fol.* 108. *fac.* 2. *fol.* 123. *fac.* 1. iſtud autem recreationis gratia, & in locis priuatis ſine ſcandalo facere non videtur prohibitum,
59 vel † ſaltem aliqua ratione punibile, quando ſit ſine ſcandalo, vt per ſummam Angelicam *in verbo ludus*, *verſic. idem dico, quando quis ex tali, &c.* vbi dicit, quod etiam ei liceret choreizare in locis priuatis cum domeſticis.

Septimo imputatur de ludo ad cartas pictas in vltimo capite inquiſitionis, verum cum teſtes de hoc deponentes dicant, quod ludebat in minima quantitate, & recreationis gratia, & per ſæpe edulia tantum, vt *fol.* 100. *fac.* 2. *fol.* 104. *fac.* 2. *fol.* 105. *fac.* 1. *fol.* 108. *fac.* 1.
60 *fol.* 122. *fac.* 2. non † videtur talis ludus prohibitus, maxime quando propter illum non ommittuntur debita officia, Nauarr. *in manuali*, *cap.* 20. *num.* 9. Gregorius Sayrus *in ſua claui regia*, *lib.* 11. *cap.* 12. *ſub num.* 4. *fol.* 879. vbi plus ſubdit, quod ſi in regione conſuetudine abrogatæ eſſent leges, prohibentes clericos ludere in magna quantitate, tunc ludendo quid magnum non peccarent, notum autem eſt Clericos in hac regione ſolitos eſſe ludere, dummodo ludant ſine ſcandalo.

Vltimo licet nihil de hoc dicatur in inquiſitione, tamẽ ab accuſatore arguitur, quod dum eſſent ſæpe tres ſocij ſimul, dictus Reuerendus dicebat ſe eſſe *la Trinità*, vt deponit Iulius Laciolus, *fol.* 98. *fac.* 2. verum quia iſtud non mala intentione proferrebatur ab ipſo Reuerendo, ſed vt ſignificaret ipſos eſſe tres eiuſdem voluntatis, non videtur delictum punibile, ſecundum quod præſuponitur ex aduerſo, ſed tantũ admonitione, vbi tamen probaretur, quia de hoc nemo alius atteſtatur increpandus, vt a ſimilibus locutionibus temerarijs abſtineret, cum tale verbum non poſſit conuenire, niſi Trinæ Vnitati Sanctiſſimæ.

A R G V M E N T V M.

De Alienationis prohibitione, & fideicommiſſo ex teſtatoris diſpoſitione. Quando vocatus quis dicatur diſpoſitiuè, vel conditionaliter, & de ſingulorum effectibus. Aliqua de vulgari, & reciproca ſubſtitutione, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Alienatio non eſt prohibita ei, vltra quem nemo alius eſt vocatus.*

2 *In conditione poſiti non dicuntur vocati, ſed ſolum reſeruata eorum ſucceſſio, & eſt de communi, num.* 3.

4 *Diſputatio in teſtamento ceſſat, cum teſtator mandat teſtamentum ſuum ſeruari de verbo ad verbum, & vt iacet ſine aliqua interpretatione.*

5 *Poſiti in conditione ſi ſunt grauati, videlicet ſi eis ſubſtituitur, cenſentur vocati.*

6 *Non tamen vocati dicuntur, ſi ſubſtitutio fiat honoratis. Etiamſi conditio eſſet facta copulatiuè, non autem alternatiuè, & num.* 7.

8 *In dubio grauamen cenſetur iniunctum honoratis de communi ſententia.*

10 *Reciproca non eſt ſubſtitutio, cum pluros ſunt poſiti ſolum in conditione, non autem expreſſe vocati, vel ſub-*

50

51

ARGVMENTVM.

CON-

CONTROVERSIA DCVII.

NVllum ex tribus teſtamentis, ſcilicet, Ambroſij Senioris, Baptiſtæ Senioris, & Ambroſij Iunioris de Burſatis, obſtat quin Illuſtriſſimus Dominus Iacobus Antonius poſſit ad libitum alienare bona à ſuis maioribus ad ſe peruenta, & pronunciandum ſit, iuxta per eius nomine petita fideicommiſſa, de quibus in dictis teſtamentis, expiraſſe in illius Perſona, & ei licere deuenire ad quamcumque alienationem, & præcipue eorum bonorum in quibus non fuit inſtitutus Iacobus eius auus, ſed peruenerunt ad ſe, eo quia fratres prædicti ſui aui non reliquerunt filios maſculos, natos ex legitimo Matrimonio, quorum pars eſt domus, de cuius alienatione nunc agitur, in qua prędictus Iacobus nullam habuit partem.

Et perpendendo vnumquodque eorum, in primo Ambroſij Senioris condito de Anno 1559. 21. Martij plures extant ſubſtitutiones, quarum tamen nulla eſt impedimento huic intentioni:

Prima eſt, in qua in parte relicta Iacobo, ſubſtituit eidem Iacobo quandocunq; decedenti omnes eius filios maſculos, legitimos, & naturales, & natos ex legitimo matrimonio, & eis quandocunq; decendentibus ſubſtituit eorum filios maſculos ſimiliter natos ex legitimo matrimonio, nec vlterius progreſſus eſt, vnde talis ſubſtitutio extenditur tantum ad Dominum Iacobum Antonium, qui eſt ſolus de filijs filiorum Iacobi, & per
1 conſequens cum nemo vltra † eum reperiatur vocatus, non eſt prohibita ei tanquam vltimo alienatio, (*l. cum pater, §. libertis, l. qui ſolidum, §. prædium, ff. de legat.* 2. Gabr. *conſ. 96. num. 8. vol. 1.* Molin. *de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 4. ſub num. 1. & lib. 3. cap. 2. num. 24.* Menoch. *conſ. 489. n. 15.*

Secunda fideicommiſſaria ſubſtitutio eſt ea, in qua, in euentum in quem ex dicto Iacobo, ſeu eius filijs, & ipſorum filiorum filijs, & ſic in infinitum nulli extarent filij maſculi nati, & procreati ex legitimo matrimonio, eis ſubſtituit fratres prædicti Dom. Iacobi, ſi ſupererint, ſin autem eorum filios, ac ipſorum filiorum filios maſculos, vt ſupra, & inferius repetiuit quod deficiente linea tantum maſculina ipſius Iacobi, & eius filiorum, bona ei relicta deuenirent ad dictos fratres Iacobi, & eorum filios, & ſic ad nepotes, & pronepotes teſtatoris, in qua pariter patet, quod noluit extendere fideicommiſſum vltra tertium gradum, ſicuti nec in prima ſubſtitutione.

Nec refert quod non vocauerit fratres Iacobi, niſi vbi in infinitum deficerent eius filij, & filij filiorum maſculi, & penitus extincta eſſet eius linea maſculina, & ſic videatur voluiſſe prouidere deſcendentibus Iacobi in infinitum, non autem vſque ad certum gradum, quia, & ſi noluerit fratres Iacobi ſuccedere niſi deficientibus omnibus maſculis in infinitum, tamen non vocauit dictos maſculos, niſi vſque ad nepotes Iacobi, cæteros
2 autem poſuit tantum in conditione, † & per conſequens non dicuntur vocati, ſed tantum reſeruata eis ſucceſſio ab inteſtato (ſecundum opinionem Gloſ. *in l. Lucius, la 2. in verbo, liberos, ff. de hæredib. inſtituend.*
3 quam † magis communiter approbari relatis infinitis auctoritatibus, demonſtrat Ioſeph. Ruſtic. *in tractat. de filijs poſit. in condition. lib. 1. cap. 2. parte 1. nu. 1. fol. 7.*) quod eo fortius dicendum eſt, quia teſtator inferius repetendo, dixit velle dictam partem hæreditatis dicto Iacobo ſoli, relictam, vt ſupra, venire totam ad eius filios, & in eorum defectum ad ipſorum filios modo, & forma, quibus ſupra, & ſic ſe reſtrinxit tantum ad expreſſam vocationem diſpoſitiue factam, vnde videtur ceſſare diſputatio, an filij poſiti in conditione cenſeantur vocati, ſicuti in ſimili ceſſat, quando teſtator
4 mandat ſuum teſtamentum ſeruari † vt iacet de verbo ad verbum ſine aliqua intelligentia, vel interpretatione (Ruſtic. *in dicto tractat. lib. 4. cap. 4. num. 15. fol. 92.*)

Neque obſtat quod cum deſcendentes Iacobi in infinitum videantur grauati, ex quo eis ſubſtituit Dominos Franciſcum, Iolium, Ambroſium, & Simonem per
5 conſequens etiam † licet poſiti in conditione cenſeantur vocati (iuxta communem opinionē, de qua per Ruſticum *in eodem tractat. lib. 4. cap. 2. parte prima, nu. 1. fol. 75.* quia reſpondetur, grauamen non eſſe impoſitum ipſis deſcendentibus poſitis in conditione, ſed tantum ipſis filijs, & filijs filiorum vocatis, quia dixit teſtator in euentum in quem ex dicto Iacobo, ſeu eius filijs, & ipſorum filiorum filijs, & ſic in infinitum nulli extarent maſculi, eis ſubſtituit, & ſic dictis filijs, & filijs filiorum iam vocatis, quo caſu ſubſtitutio dicitur facta ſub duplici conditione, & grauamen tantum iniunctū
6 ipſis honoratis, † & conſequenter poſiti in conditione, tunc non cenſentur vocati, (vt per Ruſticum, *lib.*
5 *4. cap. 1. n. 1. fol. 74.*) vbi ſubdit *n. 2.* hoc procedere † etiam quod conditio concepta eſſet copulatiuè, prout in caſu noſtro, non autem alternatiuè tantum, Peregr. *de fideicommiſ. artic. 12. n. 6. & 9.*

Et vbi verſaremur in dubio, an grauamen eſſet iniunctum honoratis tantum, vel etiam poſitis in conditione, ſicuti hic, optime referri poteſt tantum ad honoratos, licet etiam ad poſitos in conditione, tunc com-
8 munis eſt omnium † ſententia, quod grauamen cenſeatur tantum iniunctum honoratis. [Ruſtic. *d. lib. 4. cap. 5. num. 1. fol. 92.*]

Et ea eſt etiā probata ſententia, vt plures poſt quorū mortem ſit facta ſubſtitutio non cenſeantur reciproce inuicem ſubſtituti, quando illi plures non ſunt expreſſe
9 vocati, ſed tantum † poſiti in conditione, vel quando ſubſtitutio non eſt facta vltimo morienti, quorum vtrūque contingit in caſu iſto, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 62. per totam.*

Sed quidquid ſit cum non agatur de alienatione bonorum relictorum Iacobo, ſed tantum de alijs relictis eius fratribus, inter quæ erat domus nunc alienanda, non videtur curandum, an in hoc capite fideicommiſſum extendatur vltra Domin. Iacobum Antonium, quamvis non extendi ex ſupradictis videtur concludendum.

Tertia eſt ſubſtitutio eiuſdem teſtamenti Ambroſij Senioris, in qua in bonis relictis Dominis Franciſco, Iulio, Ambroſio, & Simoni, & de quorum alienatione nunc agitur, dictos inſtitutos inuicem ſubſtituit, vbi eorum alter, vel plures decederent ſine filijs maſculis ex legitimo matrimonio.

Quarta eſt, & quæ facit ad caſum noſtrum, in qua decedentibus omnibus prædictis fratribus Franciſco, ſcilicet, Iulio Ambroſio, & Simone ſine filijs maſculis ex legitimo matrimonio, ſubſtituit prædictum Iacobum, ſeu eius filios, & filiorum filios maſculos ex legitimo matrimonio, quæ pariter ſubſtitutio non reſiſtit intentioni Domini Iacobi Antonij, tum quia teſtator non egreſſus eſt gradum eius perſonæ, tum quia illi filij Iacobi, & filij filiorum fuerunt vocati ſucceſſiuè vbi prius vocati non extarent, non autem primis admiſſis fuerunt grauati ad reſtituendum poſterioribus.

Vltimo prędictus teſtator fecit prohibitionem alienationis dictorum bonorum perſonalem, dictis hæredibus inſtitutis ſine aliqua cauſa, ita vt non egrediatur eorum perſonas, ſed reſtringatur ad fideicommiſſa precedentia, & per conſequens pariter non obſtet huic nunc deſideratæ alienationi.

Secundum eſt teſtamentum conditum à Domino Baptiſta Seniore, de Anno 1566. die 26. Ianuarij, in quo plures fecit ſubſtitutiones, ſed quia in omnibus permiſit expreſſe grauatis alienationem bonorum, de quibus ipſe diſponere poterat, & eo tantum in caſu voluit fideicom. locum habere, vbi de illis non diſpoſuiſſent, ob id nequaquam obſtare poteſt, reſpectu dictorum bonorum.
10 Reſpectu vero † aliorum de quibus diſponer[e] poterat propter fideicommiſſa facta à Dom[ino Am]broſio eius patre, & in quibus decedentibus Franciſco Iulio, & Ambroſio, vel altero eo[rum ſine fi]lijs maſculis ex legitimo matrimonio, alios fra[tres]

u

de Pedraeijs pro varijs aſſertis criminibus, pro quibus
eum nec condemnari, nec torqueri poſſe mecum ipſe
reputo. & M.Illuſtri, & Reuerendiſſimo Domino Iu-
dici me demonſtraturum eſſe exiſtimo.

Vt autem cum illo ordine inquiſitionis, de quo in
eius proceſſu *fol.* 150. id quod principaliter intenditur
in hoc iudicio ex aduerſo. deſtruam capio primo aſ-
ſertum delictum, de quo accuſatur in querela *fol.* 1. &
inquiritur in quarto capite eiuſdem inquiſitionis, quod
habuerit rem carnalem cum Domina Iſabella Acerba
vxore Domini Herculis de Allegrinis dicto Reuerendo
1 inquiſito, † coniuncta affinitate temporali, & ſpiri-
tuali, & ſic quod commiſerit adulterium, ſacrilegium,
& inceſtum, tam temporalem, quam ſpiritualem, ad
tradita à Decian. *in tract.criminal.lib.6.cap.*21 *num* 42.
*& cap.*23.*n.*1.*tom.*2. Nauarr. *lib.*5.*conſilior.tit.*7. *de here-
ticis, conſ.*1.*fol.*489.

Verum cum iſtud iudicium ſit criminale, prout pa-
tet ex inquiſitionibus, & ex inſtantijs etiam factis per
Allegrinum, *fol.*1.*fac.*2.*fol.*23.*fac.*1.*in fine*, *fol.*45.*fac.*
1.*& fol.*144.*fac.*1. certum eſt non ſufficere præſumptio-
nes etiam violentas ad conuincendum aliquem, & cō-
2 demnandum criminaliter † de coitu damnabili, ſed
vere, & concludenter probari debere delictum, vt nō
obſcurè ſenſit Baldus, *conſ.*6.*ſub num.* 6. *vol.* 1. & ex-
preſſe hoc notarunt Matheſilan. *in ſuo ſingula.*118. *Nota
quod præſumptio.* Corn. *conſ.* 192. *circa finem, colum.*4.
Crauett. *conſ.*203. *ſub num.*21. Menoch. *conſ.*31. *ſub nu-
mer.* 25. Maſcard. de communi *concluſ.*57.*ſub num.* 4. *&
concluſ.*59.*num.*10. *&* 21. *& concluſ.* 61. *numer.* 8. *& in
verbo Præſumptio concluſ.*1226 *pariter num.* 8. Franciſc.
Monald. *conſ.* 28. *ſub num.* 25. vbi de magis communi,
*volum.*1. Farinacc. *conſ.*78. *ſub numer.*22. *&* 25 conclu-
dentes non ſufficere, quod quis fuerit repertus ſolus cū
ſola, & deuenerit ad iocos, tactus, & oſcula; immo
quod fuerit nudus cum nuda, in eodem lecto, etiam
ſupra mulierem; vnde Roſellus inter conſilia Bal. *conſ.*
3 445.*vol.*5. † reſpondit non præſumi adulterium ad cō-
demnandum, etiam quod vir repertus fuerit in thalamo
clauſo cum muliere, & mulier recuſauerit aperire oſtiū
eoque aperto inuentus fuit vir deſpectoratus, & ſolutis
caligis; cuius dictum licet non recipiatur, vbi agitur
4 ciuiliter, pro vt ipſe conſuluit, † tamen ab omnibus
admittitur ſi actio ſit criminalis, quia tunc probatio-
nes debent eſſe luce meridiana clariores, & poteſt eſſe,
quod voluerint committere adulterium, & tamen non
commiſerint, nec perfeciſſe, aut conſumaſſe actum
præſumitur, ſicuti & quando vir viſus eſt ſupra mulie-
rem, poteſt eſſe, quod ipſa ſit ita arcta, vel ille adeo
impotens, quod implere nequiuerint, vt per prædi-
ctos Doctores.

Proinde cum nedum vera probatio, ſed nec etiam
per præſumptiones violentas facta ſit in caſu iſto, non
eſt agendum de aliqua condemnatione.

Sed vbi etiam ſufficerent præſumptiones violentæ,
quando agitur criminaliter, quod nequaquam verum
eſt, vt modo probaui, adhuc non poſſet ſequi aliqua
condemnatio, quia in hoc iudicio non adſunt illæ co-
niecturæ violentæ, ex quibus aliàs in ciuilibus ſolet pro-
bari adulterium.

Nam etſi Bartolus, quandoque ſcripſerit, *in l.*3. *in
5 principio, ſub num.*1. *ff. de furtis*, † probari adulterium
ſi quis reperiatur in domo aliena cum pulchra muliere,
de quo meminerunt Io:Baptiſta Ferret. *conſ.*389.*num.*7.
Rimnald. Iun. *conſ.*274. *num.*22. Maſcard. *concluſ.*61.*n.*
1. tamen ommiſſo, quod hic non conſtat de tali pul-
chritudine qualem requirit Bartolus, imò vrgent in
contrarium multæ coniecturæ deſtruentes ſiniſtram ſu-
ſpicionem, de quibus inferius verba faciam, dico, quod
6 doctrina † Bartoli non ita iudaice intelligi debet; ſed
ita demum ſi reperiantur in actibus veneri proximis,
prout alibi iterumet Bartolus tradit, *in l. capite quinto,
ſub num.*5. *ff. ad l. Iuliam, de adulter.* & ita etiam eum in-
telligunt, & declarant Abb. *in capit. præterea, ſub num.*
6. *extra de teſtibus, & in cap. tertio loco, ſub numer.* 4.
de præſumptio. Ferrett. *d.conſ.*389. *ſub num.*7.

7 Quæ ſententia † videtur probari, *in cap. litteris, de
præſumpt.* vbi Summus Pontifex ad probandam copulā
non contentatur, quod ſit ſolus cum ſola, ſed requirit,
quod ſit nudus cum nuda in eodem lecto; ſic quoque
in cap. tertio loco, eod tit. non ſufficit, quod vir, & mu-
lier ſimul deambularent per loca inuia, & abdita, ſed
addit confeſſionem vtriuſque, & publicam famam.

8 Idem probatur, † *in cap. præterea, de teſtibus*, vbi
poſtulat atteſtationem de viſu, vel auditu, non de au-
ditu alieno, ſed proprio; prout ibi exponit gloſſa, pu-
ta, quod viderint teſtes, vel audiuerint virum, & mu-
lierem ſimul concutientes, & anhelantes, & vltra
hoc, quod concurrant aliqua alia adminicula, & præ-
ſumptiones violentæ; & ſic patet, quod non eſt ſuffi-
ciens probatio, quod quis reperiatur in domo aliena
cum muliere etiam pulchra.

9 Ingredi enim domum alienam, & moram trahere
in ea, non eſt de genere malorum, vt in propoſito no-
tat Burſat. *conſ* 435. *num.*15. & eſt quidam actus valde
10 remotus, per actus autem remotos non probari adul-
terium, & copulam carnalem colligitur ex ſupra pro-
xime citatis teſtibus, & tradit Bertaz. *conſ crim.*316. *n.*
1. & melius Farinacc. *conſ* 19. *ſub num.*20. *verſic. Nam
de conſuetudine*, aliàs enim opus eſſet condemnare om-
nes, qui probari poſſent fuiſſe in alienis domibus, in
quibus adeſſent pulchræ mulieres, qui tamen alia de
cauſa ibi potuerunt eſſe, vel etiam ſine aliqua occaſio-
ne, & tamen non commiſiſſe ſtuprum, vel adulterium;
& vt quis condemnetur ex indiciis, debent eſſe indubita-
11 ta, non autem dubia, † & apparentia tantum, vt in
ſpecie tradit Farinacc. *conſ.*78. *num.*26.

12 Quodque † non probetur adulterium, vel ſtuprum,
ex eo quod quis inueniatur in aliena domo ſolus cū ſo-
la, non concurrentibus alijs adminiculis, & actibus
proximis ad venerem, ſcribunt Monaldus *conſ.*28. *ante
num.*25. *volum.*1. Farinacc. videndus *conſ.*19. *ſub numer.*
20. *conſ.*78. *per totum, maximè ſub num.*16. *verſic. reſpon-
detur tertio, &c. & ſub n.*34. vbi dicit, quod eſt actus re-
motus, Bertaz. *conſ. criminal.* 283. *ſub numer.*19. *verſic.
Quintus Mapheus, &c.* Maſcard. *concluſ.*312. *num.* 20.
Burſatt. videndus, *conſ. deciſiuo* 435. *per totum, præci-
puè, num.*3. *cum ſeqq.* cuius in caſu multa concurrebāt
adminicula, & tamen, quia non fuerant probata for-
miter per teſtes conteſtes, & integros, putabat mulie-
rem abſoluendam eſſe, niſi poſtea, vt ipſe ſubdit, in fi-
ne ſibi conſtitiſſet, quod tunc temporis etiam teneba-
tur pro concubina in domo propria, palam à quodam
viro.

Licet autem multa deducantur in proceſſu vti admi-
niculantia præſumptionem huius adulterij, tamen cum
ſtatim demonſtraturus ſim ea non facere inditium ad
torturam, cum non fuerint ſufficienter iuſtificata, vt o-
pus eſſet multo minus poſſunt inducere probationem,
namque vt in terminis admonet Burſatt. *conſil.* 435. *ſub
13 num.*37. † non ſufficit deducere actus aliàs ſufficientes
ad inducendam hanc probationem præſumptiuam, ni-
ſi etiam legitimè probentur, quod non eſt factum in ca-
ſu iſto; Idcirco nec ex vera, nec ex præſumptiua pro-
batione locus eſſe poteſt alicui condemnationi.

14 Sed nec aliqua tortura inferri poteſt, quia ad tortu-
ram deueniri nequit, niſi exiſtentibus legitimis inditijs
l. 1. *in princ. ff. de quæſt.* Gloſſ. *in cap. cum in contempla-
tione, in verbo quæſtionibus de regul iur.* Burſatt *conſ.*316.
*num.*8. *&* 15. cum alijs iuribus, & auctoritatibus copio-
sè cumulatis per Farinacc. *quæſt.* 37. *num.*1.

Hiſque in ſua ſpecie perfectis, vt in materia adulte-
rij tradunt Burſatt. *conſ.* 435. *ſub num.* 37. *&* 39. Bert. 2.
15 *conſ.*311. adeovt etiam ſi eſſent mille imperfecta, coniun-
gi non poſſint ad faciendum inditium ſufficiens ad tor-
turam, Antonius Galeatius Maluaſ. *conſ.*1 0. *num.* 14.
15. *&* 16. *volum.*1. *crimin diuerſor. magn impreſſion* Ale-
xand. *conſ.*13. *ſub num.*19. *volum.*1. Marſil *conſ.* 20. *ſub
num.*46. *verſic. non obſtat cum ſeqq. & conſ.*88. *numer.* 22.
Boſſi *in tit. de indicijs, num* 20. Pett. Cabal. *reſolut. cri-
num.*

min.200. *num*.139. Et in materia adulterij, Burſatt.*conſ.*
435.*per totum*.
16 Et propterea ſi ſunt de remotis debent,ſaltem † eſſe
duo, vel plura, nec ſufficit vnum tantum, Farinacc.
quaeſt.37.*num*.43.44.*&* 45. Regnet.Sextin. *inter conſilia*
Academ. Marpurg.conſ.16. *num*.98. *volum*.1. poſt Bar-
tol. *in l.final.numer*.6.& ibi Blancum, *numer*.43.*ff.de*
quaeſt.
17 Et vnumquodque † eorum debet probari per duos
teſtes conteſtes, Farinacc. *d.quaeſt*.37. *num*. 33. Bertaz.
conſ.crim. 311. *num*.6. Burſatt. *d.conſ*.435. *num*. 2.11. *&*
ſub num.16. Farinacc. *conſ*.78. *ſub num*. 11. 12. *&* 13. Io:
de Amicis, *conſ*.127. *num*.10.
18 Qui debent eſſe † omni exceptione maiores,nulla
laborantes ſuſpicione, vel macula, Menoch. *de praeſ.*
lib.1. *quaeſt*.91. *ſub num*.5.*&* 6. Farinacc. *d.quaeſt*.37. *nu-*
19*mer*.18.*&*23. vbi *num*.31. ampliat hoc procedere † &
in atrociſſimis, *& conſ*.37. *ſub num*.23. *& conſ*.7º. *ſub n*.
15. *&* 32. Menoch. *conſ*.850. *num*.12. Pariſ. *conſ*. 54. *nu-*
mer.14. 15. *&* 16. *volum*.4. Nec ſufficiunt contra cleri-
cum ſi ſint laici, vel mulieres, vt dico infra *verſic.Prae-*
ſertim, quia nec mulieres.
20 Si verò ſunt de indicijs proximis,probantur † quidē
per vnicum teſtem, ſed opus eſt, quod atteſtetur per
ſenſum immediatum de ipſo delicto, gloſſ. *in leg*. 3. *in*
verb.conuinctus Cod.ad leg.Iuliam maieſtat. Menoch. *de*
praeſumpt.libr.1. *quaeſt*.89. *numer*. 5. Farinacc. *ſupradicta*
21 *quaeſt*.37. *num*.54. Et is debet † eſſe omni exceptione
maior, vt per eumdem Farinacc. *ibidem*, *numer*. 58.
60.63.

Quorum tamen requiſitorum nullum ſufficienter ve-
rificatur in propoſito caſu, tum ex his, quae notaui
in margine proceſſus Dominae Iſabellae, ad quem re-
currendum erit; tum ex his, quae nunc deducam diſ-
currendo vnumquodque ex aſſertis inditijs, ſeu admi-
niculis, ſuper quibus ficte aduerſarius fundat ſuam in-
tentionem.

Quae circa tria tempora verſari videntur, videlicet
circa tempus aſſerti delicti, circa tempus illud praece-
dens, & circa ſubſequens.

Et incipiendo ab inditijs temporis delicti, primo il-
lud ſe offerret, quod ex confeſſione partium eſt proba-
tum dictum Reuerendum Mandricardum ſolum cum
ſola Domina Iſabella hora nocturna moram duxiſſe in
thalamo ipſius Dominae Iſabellae, quod pro vnico tan-
tum inditio ego iudico,non autem duo, ſcilicet, quod
mora in domo faciat vnum, & hora nocturna aliud,
22 nam † ingredi domum alienam, non eſt de ſe malum,
vt dicebam ex Burſatt. *d.conſil*.445. *numer*.15. maximè,
quando is aliàs eſt ſolitus conuerſari de cōſenſu viri,Ber-
taz. *conſ.crim*. 311. *num*.15. prout ſolitus erat ipſe Reue-
rendus Mandricardus, ſicuti vterque ex accuſatis di-
cunt in ſuis conſtitutis,paginis à me notatis in allegatio-
nibus Dominae Iſabellae, & deponit etiam Ioanna pro-
ducta ex aduerſo, quae ob id etiam vnica probat contra
producentem.

Et eo minus erat de genere mali ingredi ipſam domū
per dictum Reuerendum, quia ipſe erat affinis in pro-
pinquo gradu,& vbique fatetur accuſator, & erat Paro-
chus, & ſic pater ſpiritualis, vnde cum ingreſſus ſim-
plex non inferat delictum, ſequitur, quod ſi quae ſu-
ſpicio oriri poſſet,naſceretur ex ingreſſu qualificato ho-
ra nocturna, & ſic deducitur hoc eſſe vnicum tantum
inditium,non duo.

Sed illud diluitur primo, quia erat ſolitus conuerſari,
& propterea in eo non oritur ſiniſtra ſuſpicio, vt dixi
23 ex Bertaz. *conſ.crim*.311.*num*.15. † Erat affinis in quo
etiam reperto ſolo cum ſola,non praeſumitur actus for-
nicandi, vel adulterandi, licet aliàs eſſemus in caſu,
quod praeſumeretur, Io:de Amicis, *conſ*.127.*num*.31.
Maſcard. *concluſ*. 59. *num*.11. *& concluſ*.61. *numer*. 9. *&*
24 *concluſ*.312. *num*.7. *&* 9. † Erat Sacerdos, & Paro-
chus, in quo pariter ceſſat dicta praeſumptio, quae in
alio poſſet eſſe iuridica, Maſcard. *d.concluſ*.59. *num*.16.
cum ſeqq. vbi & ſi controuerſum ſit,an mala oriatur ſu-
ſpicio, ſi Clericus reperiatur deoſculari, & amplexari
mulierem, alijs volentibus praeſumi eam benedicere, a-
lijs ſecus putantibus, & cantantibus, A tali benedictione
libera nos Domine, vt per eum, tamen, vbi non inue-
niatur in dicto actu proximo, ſed tantum ſolus cum ſo-
la loquendo, nemo eſt, qui dicat, oriri malam ſuſpicio-
nem, & idem Maſcard. *concluſ*.64. *num*.6.
25 Secundo diluitur † iſtud inditium, ex eo quod ho-
ra nocturna non erat inſolita, & incongrua, nam quid-
quid dicant Antonius Bertola, & Ioannes Baptiſta del
Pino, ac Angela filia Ioannis Benedicti primi accuſato-
ris, quibus nulla fides eſt adhibenda, tum quia primi
ſunt inimici cum percuſſerint dictum Reuerendum, tum
quia omnes ſunt de eadem familia, quibus oriatur of-
fenſa & ob id repelluntur à teſtificando, Monald. *conſil*.
78. *num*.11. *volum* 1. Camil. Borel. *conſ*.48. *num*.39. 40.
& 41. Farinacc. *quaeſt*.49. *numer*. 32. cum alijs adductis
26 pro Domina Iſabella, † probatum eſt per duos Reli-
gioſos inductos ad inſtantiam dictae Dominae Iſabellae,
tunc quando Reuerendus Mandricardus abijt, fuiſſe cir-
citer horam quartam noctis, vt in proceſſu eiuſdem
Dominae *fol*. 105. *fac*.2. *fol*.107. *fac*. 2. *fol*. 117. *fac*. 2. *fol*.
110. *fac*.1. & colligitur ex mea apoſtilla facta dicto pro-
ceſſui, *fol*.4. *fac*.2. qua hora tempore hiemali, & ſic de
menſe Martij ferè omnes adhuc vigilant in domibus, &
Doctores, qui inducunt ſuſpicionem ex hora noctur-
na loquuntur, quando hora eſt inſolita.

Qui teſtes debent etiam probare pro dicto Reueren-
do, licet non fuerint examinati ad eius inſtantiam, quia
27 † in hoc crimine, abſoluto vno ex adulteris, abſoluitur
& alter, Laurent. Tenninus *cautel*.6. *num*.134. Baiard.
ad Clarum, §. *Adulterium*, *num*.94.

Tertio inducitur ex bona fama vtriuſque, concluden-
ter probata ex teſtibus, hinc inde ab vtroque examina-
tis ad defenſam, ex qua tolli ſiniſtram opinionem, &
28 † inditium, quod aliàs oriri potuiſſet, in ſpecie ſcrip-
ſerunt Io:de Amicis, *conſ*.127. *ſub nu*.27. Menoch. *conſ*.
221. *num*.73. *& conſ*.283. *num*.13. & de bona fama Do-
minae Iſabellae, vltra teſtes notatos in eius allegationib.
deponunt etiam in hoc proceſſu teſtes, *fol*. 167. *fac*.2. *in*
fine, *& fol*.186. *fac*.1.
29 Quarto deſtruitur iſtud inditium, & omnia alia, quia
Clericus torqueri non poteſt, niſi praecedente infamia
de aſſerto delicto, de quo imputatur, etiam ſi mille
adeſſent contra eum inditia, Monald. qui infinitos al-
legat, & de communi teſtatur, *conſ*.1. *num*.77. Farinac.
conſ.38 *num*.16. Mar. Antoninus, *reſolut*.44. *ſub num*.4.
verſic.ſecundo promitto, *lib*.3. *fol*.499. *column*.1. hoc au-
tem, & ſi conſtet eum fuiſſe in dicto thalamo ſolus cum
ſola, tamen non eſt diffamatus, quod commiſerit a-
dulterium, immo teſtes examinati ad defenſam, dicunt
neminem credere hoc, niſi qui dependet ex familia ac-
cuſatorum, & omnes illi, qui ſunt examinati ad offen-
ſam aſſerunt non audiuiſſe de hoc vociferari, niſi poſt
porrectam querelam ab accuſatore, quamuis interceſſe-
rint ferè duo menſes à tempore, quo Reuerendus fuit re-
pertus in dicta domo ad tempus accuſationis; fama
30 autem mota † poſt motam litem, vel propoſitam ac-
cuſationem non habetur in conſideratione, Farinacc.
quaeſt.47. *num*.172. *&* 173. quamuis etiam nemo ex illis
formiter probet famam, vt inferius deducam in alio
propoſito, ſed potius ſuſurrationem quandam, redolen-
tem teſtimonium de auditu.

Quinto ex probationibus factis ex parte Dominę Iſa-
bellae, quod eius vir, & leuir egreſſi fuerint, quod ipſa
noluerit renuntiare ſuas dotes dicto leuiro, & quod ſta-
tim accuſarunt eam, & ipſum Reuerendum, oritur ali-
qualis ſuſpicio calumnioſae accuſationis.
31 Sexto † in omnem caſum hoc eſſet vnicum inditiū,
& remotum. quia inditium remotum eſt, quod factum
ipſum immediatè, & eius veritatem non concernit, ſed
circumſtantias tantum, vt eſt illud, Oſaſc. *deciſ*.79. *n*.
15. Regnet.Sextin. *conſ*.16. *num*.104. *volum*.2. *Academ.*
Marpurg. vnicum autem inditium remotum non ſuffi-
cere ad torquendum, probaui ſuperius, *verſicul. Et pro-*
pterea

pterea ſi ſunt.

Secundo fortè nituntur colligere inditium, ex eo quod Reuerendus Mandricardus ingreſſus fuerit per poſticum, vt fatetur Domina Iſabella, *fol.36, fac.1.* in hoc proceſſu, & in alijs locis annotatis in eius allegationibus, & ſic per viam indirectam, vt nituntur perſuadere Antonius Bertola, & Io: Baptiſta del Pino, *fol.129. fac.1. fol.130. fac.2.*

Sed nec ipſis teſtibus creditur dictum ingreſſum eſse indirectum, vt affinibus accuſatoris, & inimicis, præſertim cum non appareat ſacta loci viſitatio, & certum eſt in villis domus ſolere habere duas portas anteriorẽ, & poſteriorem, & vtramque ordinariam. Immo dicti teſtes, vbi ſupra, ſupponunt viam eſse indirectam, dummodo clauſa ſit porta curruum, & aliud quoddam oſtiolum, quod fuiſse tunc clauſum non conſtat, & ſic eorum probatio non concludit.

Tertio dicunt, quod dictus Reuerendus diſceſſit è domo Dominæ Iſabellæ, *deſcalzo, & ſenza ſcarpe*, ſed quod fuerit, *deſcalzo*, non fuit probatum, nec creditur dictis Bertolæ, & del Pino; de eo verò, quod fuerit *ſenza ſcarpe*, ſatis ſe excuſat in ſuis conſtitutis, quare ſoleas exuiſset, & cũ vt ſuperius probaui propter coniecturas cõtrarias non pręſumatur ingreſsus cauſa alicuius mali, ſequitur, quod ei credẽdum ſit, qua occaſione ſoleas
32 exuerit; maxime quia † effectus concordat cum eius excuſatione, ex quo repertum eſt, vnam ex eis fuiſse totam aqua madefactam, Maluaſ. *conſ.20. ſub numer.26. verſic. Quo verò ad inquiſiti.*

Præterea cum tardius forte quam credidiſset, ibi moratus eſset, & vellet remouere omnem ſuſpicionem mali, & ſcandalum, ad euitandas calumnioſas vexationes quas pati potuiſset ſi fuiſset repertus ea hora ibi, voluit forte exuere calceos, quo caſu non oritur pręſumptio contra talem, vt † præcaueat iniuſtas moleſtias,
33 per ea, quæ tradit Farinacc. *quæſt.5. nu.21.* vbi qui tranſigit ad reluendas vexationes, & vt ſe liberet ab eis, non dicitur fateri delictum, neque ex hoc oritur ſuſpicio contra eum.

Quarto ipſi Reuerendus Mandricardus, & Domina Iſabella contrariantur in ingreſſu domus, nam ipſe dixit ſe ingreſsum per portam anteriorem, vt *fol.15. fac.2 in princip. & fol.27. fac.1. & fol.29. fac.1.* illa vero per poſteriorem, vt *fol.36. fac.1.*

Sed cum hoc non inferat immediate ad delictum, non nocet, immo non releuat, ex quo tam porta poſterior, (vbi non erant clauſa quædam oſtia, quæ non apparent fuiſſe clauſa) ita erat directa ſicut anterior, vt dixi ſupra
34 *in verſ. ſed nec ipſis teſtibus, &c.* & vbi variatio † eſt ſuper circumſtantijs, quæ non grauant, nec inferunt ad delictum, non nocet; Farinacc. *quæſt.52. num.31.* ſicuti
35 nec † mendacium nocet ſuper his, quæ ſi quis confeſsus fuiſset, ſibi non nocuiſsent, Farinacc. *conſil. 78. num.18.*

Quinto arguuntur, quod eo tempore, quo moram duxerunt in thalamo, ſteterint ſine lumine, vt in inſinuare conantur Ioannes Baptiſta del Pino, *fol.128. fac.2.* & Antonius Bertula, *fol.130. fac.1.* ſed vltra, quod eis non creditur, id colligunt ex eo, quod non habebant lumen, quando deſcenderunt ſcalam, quod profectò non conuincit eos ſtetiſse ſine lumine in thalamo; vnde cum vterque eorum dicat habuiſse lumen, vt *fol.30. fac. 1. & fol.35. fac.1.* eis ſtandum eſt, niſi probet concludẽter contrarium.

Et licet vnus dicat, quod quando abierunt lumen extinxit ſe ob defectum olei, alter verò, quia percuſſit, & vrtauit in alterum, hoc non releuat, quia non eſt variatio in ſubſtantialibus, ſufficit enim, quod non probatur eos non habuiſse lumen, dum ſimul ſteterunt.

Sicuti nec obeſt Dominica Bottazzaria, dum *fol. 81. fac.2.* dixit Dominam Iſabellam ſibi confeſsam fuiſse, quod extinxit lumen, dum quidam puer tranſiret, & quod poſtea diu ſine lumine ſteterunt, quia eſt meretrix, vt notorium eſt, & eius inimica, cum iurgata fue-
35 rit cum illa, vt ipſa met dixit, & mulier, † quæ etiã ſine alio defectu non dicitur omni exceptione maior in criminalibus, Farinacc. in terminis noſtris, *conſ.78. n. 13.* maxime in foro Canonico, idem Farinacc. *conſil 19. ſub num.20. verſ. præſertim cum de iure canonico, &c.* & eſt ſingularis, & vnica in hoc, & tamen qualibet
37 confeſſio extraiudicialis † debet probari in criminalibus per duos teſtes conteſtes, & integros, Burſatt. *conſil.435. ſub num.23.* Farinacc. *quæſt.64. num. 145. & qu. 82. num.44.*

Præterea confeſſio Dominæ Iſabellæ non habet nocere Domino Mandricardo, cum vt inferius dicam, nec propria met illius confeſſio ſibi noceret.

Sexto ipſe Reuerendus dixit *fol. 27. fac. 2.* ſtetiſse diu ſuper ſcala ſermonizando cum Domina Iſabella, illa vero, *fol.35. fac.2. in fine* dixit nullam moram in ſcala traxiſse, ſed ſtatim thalamum ingreſsos fuiſse. Reſpõdetur hanc circumſtantiam, & variationem non eſse circa ſubſtantialia, & ideo non grauare.

Septimo Domina Iſabella aſserit Reuerendum Mandricardum ſponte veniſse ad eam, *fol.37. fac.1. & vbiq;* ipſe verò dixit ſe vocatum ab ea, *fol.27. fac. 1.* cum quo conuenit Ioanna, *fol. 53. fac. 1. & fol. 57. fac. 2.* ſed hoc parum refert an ſponte, vel vocatus iuerit, quia ex hoc non alteratur aſsertum delictum.

Octauo Domina Iſabella negat adfuiſse aliud lumen, eo excepto, quod erat in thalamo, vt *fol. 35. fac. 2.* Reuerendus vero, *fol.29. fac.2. in fine, fol.30. fac.1.* dixit aliud fuiſse in camera inferiori ſub camino, & idem deponunt Antonius Bertola, & Ioannes Baptiſta del Pino.

Reſpondetur, quod an adeſset lumen in thalamo inferiori nec ne, dummodo illud haberẽt in camera, in qua moram duxerunt, non infert quidquam ad delictum, & idcirco non eſt conſiderabilis hæc variatio.

Nono, & nunc aggredior inditia ante aſsertum delictũ, Domina Iſabella miſit pluries edulia ipſi Reuerendo ſub ficto nomine, vt per Heliſabet, *fol.47. fac.2.* & per Ioannam, *fol.50. cum ſeqq.*

Reſpondetur, vt dixi in apoſtillis ad proceſsum Dominę Iſabellę, quod iſtæ mulieres ſunt ſingulares, nam conſtat ipſam miſiſse edulia, ſed variant cui miſerit, vna dixit miſiſse Reuerendo Mandricardo altera dicit perſonæ notæ Ioannæ, dicta verò Domina Iſabella dixit miſiſse ſorori Ioannæ; vnde cum hoc ſit inditium remotum, non remanet probatum per has mulieres ſingulares, & non omni exceptione maiores.

38 Præſertim quia nec † mulieres, nec laici faciunt inditium ad torturam contra Clericum, Monald. *conſil. 28. num.2. & 6.* Farinacc. in materia adulterij, *conſ. 78. ſub num.8. & quæſt.61. num.98. cum ſeqq.*

Præterea mittere edulia Parocho, & affini, & acceptare à filia ſpirituali, & affini, non ſonat in delictũ, cum hoc fere omnes aliæ mulieres facere ſoleant ſuis parochis, vt deponunt teſtes recepti ad defenſam pro Domina Iſabella in eius proceſsu *fol.102. fac.1. fol.113. fac.2.*
39 Et inditium non poteſt † ſumi ex actu qui poteſt eſse, & non eſse delictum, Farinacc. *conſ.37. num. 20.*

Decimo aſſertur, quod Domina Iſabella tranſmiſerit vnam epiſtolam, ſeu litteram ipſi Reuerendo, vt deponit Ioanna, *fol. 56. fac. 1. fol. 63. fac. 2. & fol. 72. fac.2.*

Sed hoc nihil eſt, tum quia eſt vnica, & mulier, quę non eſt omni exceptione maior, maxime in foro Canonico contra Clericum, vt ſupra probatum fuit, & tamen hoc probari debuiſset per duos teſtes conteſtes omni exceptione maiores, tum quia ipſa, *d. fol.56. fac.1.* dicit attuliſse cartam, quam putauit litteram; ſed tamen non vidiſse an eſset ſcripta, vnde cum non eſset ſigillata, & potuit videre, non facit fidem, quia potuit eſse carta non ſcripta. Tum denique, quia vbi certum eſset fuiſse litteram, opus eſset ad faciendum inditium, quod appareret, quid in ea contineretur,
40 nam cum poſset in ea contineri † bonum, & malum, alio non apparente non ſumitur inditium mali, prout

in ſpe-

Digitized by Google

in ſpecie docet Farinacc. *conſ.36. ſub num.20.*

Vndecimo allegatur, *fol.89. fac.2.* quod ipſe Reuerendus erat homo malæ naturæ, & ſolitus delinquere maximè in hoc genere mali adulterandi, & carnaliter cognoſcendi ſuas filias ſpirituales, ad quod data fuerũt capitula, *fol.90.* ſuper quibus multi examinati fuerunt teſtes.

Verum ommiſſo pro nunc, an delicta impicta fuerint probata, de quo particulariter inferius agendum erit, dico quod e conuerſo, probata eſt eius bona fama, natura, & honeſtas per teſtes idoneos, & ſufficientes,
41 quæ præualet † malæ, Farinacc. *quæſt.47. num.186. & 193.* præſertim, quia fama illa, quæ probata eſt teſtibus magis idoneis, tollit contrariam famam, vt per eum, *num.167.*

Et eo magis quia probata eſt honeſtas Dominæ Iſabellæ, & quod numquam conſenſiſſet ſimili delicto, quo circa cum ſit delictum, quod per vnum tantum cõſumari non poteſt, niſi alter coadiuuet, non ſufficit mala fama vnius, niſi concurrat etiam in altero.

42 Præterea mala fama pro ſe † non ſufficit ad torquendum, niſi concurrant alia adminicula, idem Farinacc. *d.quæſt.47. num.3. & 46.*

Demum dico quod ad torquendum Clericum non ſufficit mala fama in genere, ex quo neceſſe eſt ad hoc, vt torqueri poſſit, vt ſit diffamatus particulariter de eo crimine, de quo imputatur, vt probaui ſupra *in verſic. Quarto deſtruitur iſtud inditium, &c.*

Duodecimo (& nunc capio aſſerta inditia reſultantia poſt delictum) dicunt ipſum Reuerendum Mandricardum rogaſſe Antonium Bertolam, & Ioannem Baptiſtam del Pino, vt ipſi atteſtantur, *fol.5. fac.2. & fol.8 fac.2.* ne vellent detegere hoc, ſed vti dixi, ipſis nõ creditur, tum quia offenſi, tum quia inimici, cum percuſſerint ipſum Dominum Mandricardum, tum, quia vti laici non probant contra Clericum in criminalibus, vt ſuperius fuit probatum.

Dicunt etiam rogaſſe Sacripantem del Pino, vt vellet operari, ne prædicti, qui inuenerunt eum in dicta domo, ſibi darent damnum detegendo hoc. vt *fol.12. fac.2.* dictus met Sacripans deponit; ſed nec huic creditur, quia ſingularis, & quia laborat maxima ſuſpicione falſitatis, immo expreſſe apparet falſus, dum in primo teſtificato aſſeruit Reuerendum Mandricardum ſibi iuraſſe, quod non iuerat ad Dominam Iſabellam pro aliquo malo. & in ſecundo teſtatur, quod ſibi confeſſus fuit habuiſſe rem cum ea ſemel ea nocte, quæ falſitas eſt manifeſtiſſima.

Arguitur etiam, quod poſt ea ſe excuſauerit, & dixerit ſe malè feciſſe, in hoc, *& che li rincreſceua ſino alla morte d'hauerli fatto quel torto*, vt deponit Domina Margarita Arnuarda, *fol.18. fac.2.*

Reſpondetur, quod ipſa eſt de domo Domini Herculis accuſatoris, & ob id vti ei, cui cenſetur communicata offenſa, non creditur, & minus, quia eſt in hoc ſingularis, vt ipſa dixit, quia nemo alius aderat, & eſt mulier, quæ non admittitur contra Clericum, vt hæc omnia alio loco ſupra probata fuerunt.

Decimotertio colligunt inditium ex eo, quod dictus Reuerendus faſſus eſt ſe ſemel dicta nocte habuiſſe rem cum ipſa Domina Iſabella, vt deponit Sacripans del Pino, *fol.142. fac.1.* & de auditu ab eo, Antonius Bertola, *fol.130. fac.1.* & Ioannes Baptiſta del Pino, *fol.128. fac.2.*

Reſpondetur hanc confeſſionem nón probari cum
43 ipſe Sacripans ſit in hoc ſingularis, & vnicus; † cum enim confeſſio extraiudicialis dicatur inditium remotũ, Surd. *conſ.425. num.14.* Burſatt. *conſ.435. ſub numer.23.* ob id debet probari per duos teſtes conteſtes, vt per prædictos, & per Farinacc. *quæſt.64 num.145. & quæſt.82. num.44.* Thomaſ. Triuiſan. *deciſ.53. num.1. libr.2.* & (cum ei non credatur, multo minus credendum eſt
44 † eis qui audiuerunt ab illo, *cap. licet ex quadam ext. de teſtibus*, Burſatt. *d.conſ 435 num.20.*

Et eo fortius dicendum eſt eos non probare, quia vnicuique legenti patet ipſos falſum deponere; cum prima vice examinati, nihil de hoc dixerint, & tum valde affectabant onerare qua magis poſſent dictos accuſatos,

45 Secundo reſpondetur, quod vbi etiam confeſſio † iſta extraiudicialis eſſet formiter probata, tamen quidquid ſit in alijs perſonis, non ſufficit ad torquendum Clericum, Diaz. *in ſua practica canonic. criminal. cap.127. num.2. fol.569. in noua impreſſ.* Farinacc. *quæſt.82. n.39.*

Decimoquarto ducunt inditium ab eo, quod Domina Iſabella confeſſa ſit ipſum Reuerendum pluribus alijs vicibus in eius domo nocte cum ea allocututm eſſe, vt deponunt Antonius Bertola, *fol.5. fac.2.* ſed ipſe loquitur de auditu, & teſtes de auditu auditus non admit-
46 tuntur in hac materia † adulterij, maxime in criminalibus, Burſatt. *d.conſ.435. num.1.* Menoch. *conſ.850. numer.14.* vltra quod eſt offenſus vti affinis, & inimicus.

Margarita Arnuarda, *fol.17. fac.2.* eſt de domo accuſatoris, mulier, & ſic non omni exceptione maior, & ſingularis, vt ipſa met dicit, *fol.18. fac.1.*

Angela Allegrina, *fol.20. fac.2.* eſt filia Ioannis Be-
47 nedicti primi † accuſatoris, ideo ei non creditur, vt in ſpecie tradit Monald. *conſ.28. num.8. volum.1.* & eſt ſingularis, vt patet ex ipſomet eius teſtificatu.

Iſabella del Pino, *fol.22. fac.1.* eſt mulier, quæ non admittitur contra Clericum, nec regulariter eſt omni exceptione maior, & eſt ſingularis, *vt ibi.*

Dominica Battazzaria, *fol.81. fac.2.* eſt meritrix inimica, quia iurgata eſt cum Domina Iſabella, & ſingularis, quia licet det in conteſtem Margaritam ancillam Abbadini, tamen ipſa nihil de hoc deponit.

Cum autem paulo ſupra probauerim confeſſiones extraiudiciales debere probari per duos teſtes conteſtes, adhoc vt faciant inditium ad torturam ſequitur, quod
48 cum hi omnes ſint ſingulares, eam non probent † quãuis ſint multi, quia etiam mille teſtes ſingulares minus probant, quam vnus tantum, Lanfranc. de Orian. *in ſua pract. capit.8. numer.26.* Cephal. *conſ.448. num.8. & 9.* Grat. *conſ.50. num.12. vol.2.* Dec. *conſ.188. num.8. & conſ.309. n.7.*

Et ſi propria confeſſio extraiudicialis immediata de delicto non ſufficit ad torquendum Clericum, provt ſuperius dicebam, multo minus ſufficere debet confeſſio alterius immediate non tendens ad delictum.

Decimoquinto, inditium deducitur ex depoſitis à D. Hercule Abbadino, *fol.25. fac.1.* vbi dixit Dominam Iſabellam ſibi confeſſam fuiſſe, quod amabat dictum Reuerendum, & quod ob id illum in domum introduxerit, & ipſe Reuerendus ſe proiecerat ſuper lecto, cum quo concordant Margarita Coſta, *fol.79. fac.2* & Dominica Bottazzaria, *fol.81. & 82.* quæ duæ mulieres ſunt conteſtes, & addunt ipſam Dominam Iſabellam confeſſam fuiſſe, ſe tunc fuiſſe deoſculatam, & tactam à dicto Domino Mandricardo.

Reſpondetur, quoad Dominum Herculem, quod ipſe eſt affinis, ideo offenſus, & eſt ſingularis, vt ipſe met dicit, & cupidus nocendi dictæ Dominæ Iſabellæ, vt patet ibi, *& dicendoli io per canarla*, qui volebat extorquere, vt ſe contra eam examinaret.

49 Ipſarum autem mulierum prior eſt ancilla † vilis & pauper, quæ ob id ad probandum adulterium non admittitur, Farinacc. *conſ.78. n.9.* & ex eo tantum etiam, quod ſit mulier, non eſt idonea, altera vero eſt meretrix, & inimica.

Præterea eſt valde inueriſimile, quod deponunt ipſi teſtes, vt Domina Iſabella ita de facili in re tam graui, & pro qua patiebatur hanc vexationem, voluiſſet confiteri hoc.

Denique, vt dicebam, alterius confeſſio extraiudicialis non nocet dicto Reuerendo, quia nec eius propria faceret inditium ſufficiens.

Decimoſexto, & vltimo aſſertur publica fama de hoc delicto commiſſo ab ipſo Reuerendo; ſed reſpondetur, vt ſupra etiam dixi in *verſic. Quarto deſtruitur, &c.*

50 *&c.* quod hic non eſt probata fama, † quia deberent deponere à quibus audiuerunt, & quod ita teneretur à maiori parte populi, & deducere cauſam eius originis, & in ſumma deberet habere illa ſeptem requiſita, de quibus per Farinacc. *quaeſt.47. num.20ↄ. cum plurib.ſeqq.* quorum nullum fere verſificatur, & omnino tollitur, ex eo quod dicunt habuiſſe originem ab illis de domo, & poſt ortam litem, vt per prædictum; Vnde non-
51 formiter probata, ſequitur, † quod reſoluatur in atteſtationem de ſimplici auditu, quæ neutiquam releuat, Petra *de fideicom. quaeſt.11.n.3*°*0.*

Aduerto etiam, quod fama erat ipſum Reuerendum fuiſſe repertum hora noctis cum Domina Iſabella, ſed non quod rem carnalem habuiſſet cum ea, imo dicunt noſtri teſtes. quod nemo hoc credebat, niſi qui depẽdent ab accuſatore, ex quibus omnibus patet, quod etſi multa in medium deducantur, tamen nequaquam
52 ſunt releuantia, tanquam imperfecta, † quæ admonui non poſſe coniungi etiam ſi mille eſſent. ad faciendum inditium ad torturam. Et vbi dici poſſet aliquid aliqualiter releuare, diluitur ex contrarijs coniecturis deductis ſupra in *verſic. Sed illud diluitur, &c. cum ſeqq.* videlicet ex bona fama vtriuſque, ex eo quod erant affines. & ipſe Sacerdos, & Pater ſpiritualis, & ex inſtrumentis viſitationum productis, *fol.*190. *&* 194. in quibus fit fides, Domino Viſitatori de bonis moribus Parochi, & eius diligentia à multis viris fide dignis, quod etiam faciunt multi Reuerendi Sancti Benedicti, *fol.*198. *fac.* 2. & quia præſumitur accuſatio calumnioſa, eo quia Domina Iſabella noluit renunciare ſuas dotes, & quia Reuerendus non erat diffamatus de hoc, nec contra eum admittuntur mulieres, & alij teſtes laici, & denique, quia apparet de malo animo, & calumnioſo accuſatoris, tum ex fide falſa producta, *fol.*137. *fac.*2. quia conuincitur falſa ex alia fide, *fol.*198 & ex viſione libri, *fol.*216. *fac.*2. tum ex minis factis Benedictæ Columberiæ, vt deponeret falſum, vt *fol.*208. *cum ſeqq.* tum ex eo quod depoſuit Bartholomæus Bertola, *fol.*206.

Vnde concludo, quod cum non extantibus, neq; probationibus, neq; inditijs ſufficientibus ad torturam, quo ad illud primum caput ipſe Reuerendus eſt omnino abſoluẽdus, de quo capite delicti ſufficiãt prædicta in quo latius immoratus ſum tanquã principale in hoc iudicio.

Aggredior alterum caput inquiſitionis, quod eſt primum in ordine in eo, quod ſcilicet defloraucrit Catherinam ancillã patris ſui, quæ erat ſub eius cura, & filia ſpiritualis, & reddiderit illam pregnantẽ, atq; induxerit eandem ad declarandum cum iuramento, partum eſſe alterius, vt *fol*, 150. *fac.*2.

Verũ cũ regula ſit, quod Fiſco non probante reus abſolui debeat, vtiq; Reu Mandricardus non poſſet vexari hac de cauſa cũ nihil de oppoſitis probatum ſit à Fiſco.

Quod enim fuerit deflorata, & reddita pregnans à R. Mandricardo, deponit tantum Catherina de Gualartis, *fol.*117 *fac.*2. quę, ommiſſo, quod loquitur de auditu, & eſt ſingularis, & ob id non probat, dixit audiuiſſe hoc a prædicta ancilla, quæ vtrumq; verum eſſe negat, *fol.*133. *fac.*2.
53 *& fol.*140. *& ſeq* teſti † autem alleganti alium, qui dicit contrariũ, nõ creditur, Bal. *in c cum certum, q. ea inter, n.*17. *de teſtib.* Bertaz. *cõſ. crim.* 334. *n.*3. Burſ. *conſ.*69. *n.*26. *& cõſ.* 88. *ſub n.*7. *& conſ.*192. *ſub n.*8. Dec. *conſ.*92. *n.*51. *vol.*2.

Mattheus Broguolus aliàs, de Bertolis, & ipſe quoque, *fol.* 121. *fac.* 2. dicit audiuiſſe, quod dictus Reuerendus fuerat ille, qui pregnantem reddiderit Catherinam, nec nominat aliquam, & propterea non tantum quia deponit de auditu ei non creditur, ſed etiam, quia tractat de ſe exonerando, quia obligatus erat ſoluere hoſpitali expenſam partus, vt *fol.* 137. *fac.* 2. *& fol.*206. *fac.*1. quam fatetur ipſe Matheus à ſe ſolutam non fuiſse, & ob id ad eam nunc quoque tenetur. Et minus ei creditur, quia conuincitur de falſo, nam aſserit ſe non habuiſset, tunc temporis, niſi quatuordecim annos, & tamen ex fide, *fol.* 198 *&* 216. conſtat eum habuiſse annos 21. Vnde veriſimile, & credibile eſt, quod reddenit pregnantem ipſam Catherinam, prout ipſa cum iuramento pluries affirmauit, eum habuiſse rem ſæpè cum ea, & cum non credatur Matheo, non creditur & Ioſepho Veronæ, qui *fol.* 119. *fac.* 1. dixit audiuiſse hoc ab ipſo Matheo.

Secundo, quod ſaltem habuerit rem carnalem ſemel cum dicta Catherina, deponit ipſa, *fol.* 133. *& fol.* 140. *fac.* 1. ſed ei non creditur, tum quia infamis, cum ſæpè peccauerit in ſuum corpus, vt ipſa fatetur, tum quia mulier contra Clericum non admittitur, tum quia
54 confeſſio † vnius, quod alter rem cum illo habuerit, non facit inditium ad torturam, niſi concurrentibus alijs adminiculis, Farinacc. *quaeſt.*43. *num.*88. hic autẽ nulla concurrunt, quia de hoc nemo præter ſupradictus deponit, nec aliqua alia adeſt coniectura.

Tertium caput inquiſitionis eſt, de quo *fol.* 1 0. *fac.* 2. quod tam in loco Bondanelli, quam Sancti Benedicti habuerit rem carnalem cum Paula maritata ſua filia ſpirituali, & illi adminiſtrauerit Sacramenta vſque ad mortem, eamque ſeduxerit à viro ſuo.

De qua multi multa dicunt; ſed omnes probationes ſunt imperfectæ.

55 Et primo dum eſset Parochus in Bondanello, videtur, quod non eſset agendum coram hoc Tribunali de hoc aſserto crimine, cum talis iuriſdictio ſit ſub alieno foro, ad late tradita à Farinacc. *quaeſt.*7.

Sed adhuc nemo eſt, qui concludat, de hoc, nã multi dicunt, quod vox erat, quod haberet rem cum ea, vt *fol.* 87, *cum ſeq. fol* 99. *fac.* 1. *fol.* 107. *& fol.* 108. *fol.* 110. *fac.* 2. *fol.* 119. *fac.* 2. *fol.* 126. *fac.* 1. *in fine, fol.*165.
56 *fac.* 2. † qui tamen ſi diligenter videantur non probãt famam, cum nõ deponunt ſecundum illa ſeptem requiſita, de quibus per Farinacc. *quaeſt.* 47. *num.* 208. *cum ſeq.* de quo etiam ſuperius dixi, nec nominent eos à quibus audiuerint, nec vnde habuerit originem, & ſere omnes ſunt ſingulares, & tamen ad probandam
57 famam † requiruntur ſaltem duo teſtes conteſtes, Farinacc. *d. q.*47. *n.* 208. *&* 209.

Ioannes de Gratioſis, *fol.* 125. *fac.* 1. & Ioanna eius vxor, *fol.* 164. *fac.* 1. dicunt vidiſse per tres vices Reuerendum Mandricardum tranſire canale de nocte, & ſermonem habere cum Paula, ſed hoc eſt inditium valde remotum, quod per ſe non ſufficit, vltra quod ſunt ſuſpecti de falſo, & ita contrariantur, vt eis non ſit credendum; vnus enim dixit, quod tranſibat cum ſchafa. alter verò ſine, quia flumen erat ſine aqua.

Dominicus de Boſijs, *fol.* 135. *fac.* 1. dixit ſe nocte aſsociaſse dictum Reuerendum ad domum Paulæ, & in ea ingreſsum fuiſse, atque illum expectaſse, reſpondetur, quod eſt ſingularis, vt ibi notaui, & deponit de actu valde remoto, quod ob id deberet probari per duos teſtes; nam non deponit, quod cauſa alicuius maleficij iuerit, & ignorat, quid fecerit in ea domo, & tamen neceſse eſt ad probandum adulterium, quod teſtes de actibus veneri proximis deponant.

Multi alij dicunt dictam Paulam dereliquiſse virum, & veniſse habitatum in Sancto Benedicto ad inſtantiam Reuerendi Mandricardi, ſed ſere omnes loquuntur de imaginatione non autem de ſcientia, vt videre eſt apud eos, excepta Liuia Coſtula, quæ dixit hoc audiuiſse ab ipſa Paula, *fol* 92. *fac.* 2. *& fol.* 94. *fac.* 2. verum ipſa multas patitur obiectiones, de quibus infra. & loquitur de auditu, & confeſſio non probatur, niſi per duos teſtes, & tamen eſt vnica, quæ confeſſio etiam non habet nocere Reuerendo, cum nec ex propria torqueri poſset, vt ſepe ſupra deduxi.

Liuia Coſtula, *fol.* 93. *fac.* 1. & repetita, *fol.* 160. deponit Reuerendum Mandricardum vna vice cenaſse cũ Paula, & dicta nocte cum ea dormiuiſse, & quod cenauit deponunt etiam Iulius Laciolus, *fol.* 99. & Thomas Zemiguanus, *fol.* 10°. qui dicunt poſt cenam abijſse, & reliquiſse ibi dictum Reuerendum, ſed ignorant an dormiuerit in ea domo, an verò diſceſserit poſt eos, vnde ſola remanet Liuia, cui non creditur, tum quia inueriſimilia deponit, ex quo Paula tunc alternis diebus febricitabat, vt per eam, tum quia dicta teſtis eſt demo-

niaca

Digitized by Google

niaca, vt deponit Don Gherardus Sena, *fol.* 117. vnde cum ſepe dęmon mendacij pater in ore oppreſſorum, loquatur, ei credendum non eſt, præcipue, quia *fol.* 218. *fac.* 1. addit eam eſſe maleficam, & quod non confitebatur, nec communicabatur, & tamen cum ſit vnica in hoc, dato quod eſſe ioditium immediatum de delicto, deberet eſſe omni exceptione maior ad hoc vt probaret, præterquam quod ex eo tantum, quod ſit mulier non probat.

Fortunatus de Vecchis, *fol.* 87. *fac.* 1. dixit, quod miſerit ſuam ancillam ad Paulam, vt eam conduceret ad domum ſuam, & quod illa negauit venire, aſſerens ſe ægrotare, ſed quod audiuerat Reuerendum Mandricardum eſſe in illius domo,

Reſpondetur, quod loquitur de auditu, & eſt ſolus; quod ancilla potuit decipi; & demum quod non eſt delictum, quia palam dictus Reuerendus alijs ſociatus iuit cenatum cum dicta Paula, quando autem actus fit palam excluditur præſumptio delicti.

Addamus, quod Paula eſſet meretrix, vt dicit d. Fortunatus, *fol.* 88. *fac.* 2. vnde veriſimilius eſt, quod vbi prædicta vera eſſent, quod ſponte ſequeretur ipſum Reuerendum, & eum prouocaret, eſſet leuius delictum, maxime quia Liuia dixit ſemel tantum fuiſſe cum ea, in *fol.* 94. *fac.* 2. omnis enim homo currit, & magna eſt fragilitas humana.

Quod denique adminiſtraret Sacramenta Paulæ, vltra quod multi negant, quod ei confiteretur, vt *fol.* 95. *fac.* 1. *fol.* 100. *fac.* 1. *fol.* 101. *fac.* 2. licet alij ſecus dicũt, *fol.* 111. *fac.* 2. *& fol.* 165. *fac.* 2. qui tamen ſunt ſingulares, dico, quod non conſtito de copula, non reſultat aliquod malum, præterquamquod communis eſt opinio,
58 quod Sacerdos † poſſit abſoluere ſuam concubinam, Summa Angelic. *in verb. confeſſio*, *§.* 5. *num.* 8. vbi dicit, quod melius facit, ſi eam mittat ad alium, Nauar. *de Simon. conſ.* 61. *ſub num.* 13. *libr.* 5. *tit.* 3. *fol.* 471.

Vnde etiam non eſſet delictum punibile, ſi ei in extremis dedit Oleum Sanctum, vt *fol.* 94. *fac.* 1. *& fol.* 101. *fac.* 2.

Quarto inquiritur, quod habuerit rem cum quadam ſua filia ſpirituali maritata, cuius nomen tacetur, *fol.* 151. *fac.* 2.

Sed non probatur tale delictum, quia duo tantum deponunt de attentatione, non autem de conſumatione, quibus tamen non creditur, nec quo ad atteſtationem, nam de hoc deponit quidam A. nepos dictæ mulieris, *fol.* 115. cui non creditur, tum quia dubitatiue deponit, tum quia vnicus, tum quia ignoratur eius nomen, qui propterea reprobari non poteſt, tum quia coniunctus, qui reputat iniuriam communem, & ob id repellitur, vt ſuperius per me probatum fuit, maximè quia vnicus teſtis debet eſſe omni exceptione maior; cũque illi non credatur, pariter nec creditur Margaritæ Andreaſiæ, quæ dixit hoc audiuiſſe ab eo, *fol.* 113. *fac.* 2.

Quinto inquiritur, *fol.* 151. *fac.* 2. quod veſtibus ſuperfluis, & ſuam conditionem excedentibus vteretur, & faceret, vt dicitur *del moroſo*, vt inuitaret mulieres ad libidinem, & ad adulteria, quodquod rideret, & iocaretur cum mulieribus de diuerſis parum honeſtis tam in Eccleſia, quam extra.

Sed profecto, nihil ex prædictis, quod inferat delictum, probatum eſt, vt videre licet apud teſtes, qui ſuper hoc deponunt, *fol.* 96. *fac.* 1. *fol.* 100. *fac.* 1. *fol.* 104. *fac.* 1. *fol.* 106. *fac.* 1. *fol.* 108. *fac.* 1. *fol.* 123. *fac.* 1. dicunt enim tantum quod ipſe Reuerendus veſtiebat eleganter, & qualiter conueniebat pari ſuo, vbi autem vſus fuiſſet etiam veſtibus ſericis, de quo non conſtat, non dicitur deliquiſſe, quia tantum veſtes verſicolores prohibentur in *cap. clericis officia, de vita, & honeſtate clericorum*; imo potius decet Clericum politia, quam eſſe ſordidum; dicunt præterea, quod erat natura letus, & ridens, ſed negant aliquid inhoneſte factum vnquam ab eo, & illud certum eſt, hominem eſſe animal natura propria riſibile.

Et licet Liuia, *d. fol.* 96. *fac.* 1. videatur aliqualiter onerare eum, tamen nihil dicit, quod inferat delictum, & ei non creditur, rationibus, & defectibus ſuperius ad eã notatis, *verſic. Liuia Coſtula*.

Sexto inquiritur, quod noctu iuerit ad tripudia, & choreas, & ibi manſerit tota nocte in magno ſcandalo habitantium ſub eius cura.

Verum non eſt probatum ſcandalum prædictum, nec quod diu moraretur ſuper tripudijs, ſed quod tantum aliquando ibat ad tripudia in locis priuatis, & ibi parum morabatur, & nihil ſcandaloſum verbis, vel actibus faciebat, vt videre eſt apud teſtes de hoc deponentes, *fol.* 100. *fac.* 2. *fol.* 106 *fac.* 1. *fol.* 108. *fac.* 2. *fol.* 123. *fac.* 1. iſtud autem recreationis gratia, & in locis priuatis ſine ſcandalo facere non videtur prohibitum,
59 vel † ſaltem aliqua ratione punibile, quando ſit ſine ſcandalo, vt per ſummam Angelicam *in verbo ludus*, *verſic. idem dico, quando quis ex tali, &c.* vbi dicit, quod etiam ei liceret choreizare in locis priuatis cum domeſticis.

Septimo imputatur de ludo ad cartas pictas in vltimo capite inquiſitionis, verum cum teſtes de hoc deponentes dicant, quod ludebat in minima quantitate, & recreationis gratia, & per ſæpe edulia tantum, vt *fol.* 100. *fac.* 2. *fol.* 104. *fac.* 2. *fol.* 105. *fac.* 1. *fol.* 108. *fac.* 1.
60 *fol.* 122. *fac.* 2. non † videtur talis ludus prohibitus, maxime quando propter illum non ommittuntur debita officia, Nauarr. *in manuali*, *cap.* 20. *num.* 9. Gregorius Saytus *in ſua clauis regia*, *lib.* 11. *cap.* 12. *ſub num.* 4. *fol.* 877. vbi plus ſubdit, quod ſi in regione conſuetudine abrogatæ eſſent leges, prohibentes clericos ludere in magna quantitate, tunc ludendo quid magnum non peccarent, notum autem eſt Clericos in hac regione ſolitos eſſe ludere, dummodo ludant ſine ſcandalo.

Vltimo licet nihil de hoc dicatur in inquiſitione, tamẽ ab accuſatore arguitur, quod dum eſſent ſæpe tres ſocij ſimul, dictus Reuerendus dicebat ſe eſſe *la Trinità*, vt deponit Iulius Laciolus, *fol.* 98. *fac.* 2. verum quia iſtud non mala intentione proferrebatur ab ipſo Reuerendo, ſed vt ſignificaret ipſos eſſe tres eiuſdem voluntatis, non videtur delictum punibile, ſecundum quod præſuponitur ex aduerſo, ſed tantũ admonitione, vbi tamen probaretur, quia de hoc nemo alius atteſtatur increpandus, vt a ſimilibus locutionibus temerarijs abſtineret, cum tale verbum non poſſit conuenire, niſi Trinæ Vnitati Sanctiſſimæ.

ARGVMENTVM.

De Alienationis prohibitione, & fideicommiſſo ex teſtatoris diſpoſitione. Quando vocatus quis dicatur diſpoſitiuè, vel conditionaliter, & de ſingulorum effectibus. Aliqua de vulgari, & reciproca ſubſtitutione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio non eſt prohibita ei, vltra quem nemo alius eſt vocatus.*
2 *In conditione poſiti non dicuntur vocati, ſed ſolum reſeruata eorum ſucceſſio, & eſt de communi, num.* 3.
4 *Diſputatio in teſtamento ceſſat, cum teſtator mandat teſtamentum ſuum ſeruari de verbo ad verbum, & vt iacet ſine aliqua interpretatione.*
5 *Poſiti in conditione ſi ſunt grauati, videlicet ſi eis ſubſtituitur, cenſentur vocati.*
6 *Non tamen vocati dicuntur, ſi ſubſtitutio fiat honoratis. Etiamſi conditio eſſet facta copulatiue, non autem alternatiue, & num.* 7.
8 *In dubio grauamen cenſetur iniunctum honoratis de communi ſententia.*
10 *Reciproca non eſt ſubſtitutio, cum plures ſunt poſiti ſolum in conditione, non autem expreſſe vocati, vel ſub-*

CONTROVERSIA DCVII.

NVllum ex tribus teſtamentis, ſcilicet, Ambroſij Se-
nioris, Baptiſtæ Senioris, & Ambroſij Iunioris de
Burſatis, obſtat quin Illuſtriſſimus Dominus Iacobus
Antonius poſſit ad libitum alienare bona à ſuis maiori-
bus ad ſe peruenta, & pronunciandum ſit, iuxta per eius
nomine petita fideicommiſſa, de quibus in dictis teſta-
mentis, expiraſſe in illius Perſona, & ei licere deuenire
ad quamcumque alienationem, & præcipue eorum
bonorum in quibus non fuit inſtitutus Iacobus eius
auus, ſed peruenerunt ad ſe, eo quia fratres prædicti ſui
aui non reliquerunt filios maſculos, natos ex legitimo
Matrimonio, quorum pars eſt domus, de cuius aliena-
tione nunc agitur, in qua prędictus Iacobus nullam ha-
buit partem.

Et perpendendo vnumquodque eorum, in primo
Ambroſij Senioris condito de Anno 1559. 21. Martij
plures extant ſubſtitutiones, quarum tamen nulla eſt im-
pedimento huic intentioni:

Prima eſt, in qua in parte relicta Iacobo, ſubſtituit
eidem Iacobo quandocunq; decedenti omnes eius filios
maſculos, legitimos, & naturales, & natos ex legitimo
matrimonio, & eis quandocunq; decendentibus ſubſti-
tuit eorum filios maſculos ſimiliter natos ex legitimo
matrimonio, nec vlterius progreſſus eſt, vnde talis ſub-
ſtitutio extenditur tantum ad Dominum Iacobum An-
tonium, qui eſt ſolus de filijs filiorum Iacobi, & per
1 conſequens cum nemo vltra † eum reperiatur voca-
tus, non eſt prohibita ei tanquam vltimo alienatio, (*l.
cum pater, §. libertis, l. qui ſolidum, §. prædium, ff. de le-
gat. 2.* Gabr. *conſ. 96. num. 8. vol. 1.* Molin. *de primog.
Hiſpan. lib. 1. cap. 4. ſub num. 1. & lib. 3. cap. 2. num. 24.*
Menoch. *conſ. 489. n. 15.*

Secunda fideicommiſſaria ſubſtitutio eſt ea, in qua,
in euentum in quem ex dicto Iacobo, ſeu eius filijs, &
ipſorum filiorum filijs, & ſic in infinitum nulli extarent
filij maſculi nati, & procreati ex legitimo matrimonio,
eis ſubſtituit fratres prædicti Dom. Iacobi, ſi ſupererint,
ſin autem eorum filios, ac ipſorum filiorum filios ma-
ſculos, vt ſupra, & inferius repetiuit quod deficiente li-
nea tantum maſculina ipſius Iacobi, & eius filiorum,
bona ei relicta deuenirent ad dictos fratres Iacobi, &
eorum filios, & ſic ad nepotes, & pronepotes teſtato-
ris, in qua pariter patet, quod noluit extendere fidei-
commiſſum vltra tertium gradum, ſicuti nec in prima
ſubſtitutione.

Nec refert quod non vocauerit fratres Iacobi, niſi
vbi in infinitum deficerent eius filij, & filij filiorum ma-
ſculi, & penitus extincta eſset eius linea maſculina, &
ſic videatur voluiſse prouidere deſcendentibus Iacobi
in infinitum, non autem vſque ad certum gradum, quia,
& ſi noluerit fratres Iacobi ſuccedere niſi deficientibus
omnibus maſculis in infinitum, tamen non vocauit di-
ctos maſculos, niſi vſque ad nepotes Iacobi, cæteros
2 autem poſuit tantum in conditione, † & per conſe-
quens non dicuntur vocati, ſed tantum reſeruata eis ſuc-
ceſſio ab inteſtato (ſecundum opinionem Gloſ. *in l.
Lucius, la 2. in verbo, liberos, ff. de heredib. inſtituend.*
3 quam † magis communiter approbari relatis infinitis
auctoritatibus, demonſtrat Ioſeph. Ruſtic. *in tractat. de
filijs poſit. in condition. lib. 1. cap. 2. parte 1. nu. 1. fol. 7.*)
quod eo fortius dicendum eſt, quia teſtator in-
ferius repetendo, dixit velle dictam partem hæreditatis
dicto Iacobo ſoli, relictam, vt ſupra, venire totam ad
eius filios, & in eorum defectum ad ipſorum filios mo-
do, & forma, quibus ſupra, & ſic ſe reſtrinxit tantum ad
expreſſam vocationem diſpoſitiue ſactam, vnde vide-
tur ceſsare diſputatio, an filij poſiti in conditione cen-
ſeantur vocati, ſicuti in ſimili ceſsat, quando teſtator
4 mandat ſuum teſtamentum ſeruari † vt iacet de verbo
ad verbum ſine aliqua intelligentia, vel interpretatione
(Ruſtic. *in dicto tractat. lib. 4. cap. 4. num. 15. fol. 92.*)
Neque obſtat quod cum deſcendentes Iacobi in in-
finitum videantur grauati, ex quo eis ſubſtituit Domi-
nos Franciſcum, Iulium, Ambroſium, & Simonem per
5 conſequens etiam † licet poſiti in conditione cenſean-
tur vocati (iuxta communem opinionẽ, de qua per Ru-
ſticum *in eodem tractat. lib. 4. cap. 2. parte prima, nu. 1.
fol. 75.* quia reſpondetur, grauamen non eſse impoſi-
tum ipſis deſcendentibus poſitis in conditione, ſed
tantum ipſis filijs, & filijs filiorum vocatis, quia dixit te-
ſtator in euentum in quem ex dicto Iacobo, ſeu eius fi-
lijs, & ipſorum filiorum filijs, & ſic in infinitum nulli
extarent maſculi, eis ſubſtituit, & ſic dictis filijs, & filijs
filiorum iam vocatis, quo caſu ſubſtitutio dicitur facta
ſub duplici conditione, & grauamen tantum iniunctũ
6 ipſis honoratis, † & conſequenter poſiti in conditio-
ne, tunc non cenſentur vocati, (vt per Ruſticum, *lib.
5 4. cap. 1. n. 1. fol. 74.*) vbi ſubdit *n. 2.* hoc procedere †
etiam quod conditio concepta eſset copulatiuè, prout
in caſu noſtro, non autem alternatiuè tantum, Peregr.
de fideicommiſ. artic. 12. n. 6. & 9.

Et vbi verſaremur in dubio, an grauamen eſſet in-
iunctum honoratis tantum, vel etiam poſitis in condi-
tione, ſicuti hic, optime referri poteſt tantum ad hono-
ratos, licet etiam ad poſitos in conditione, tunc com-
8 munis eſt omnium † ſententia, quod grauamen cenſea-
tur tantum iniunctum honoratis. [Ruſtic. *d. lib. 4. cap.
5. num. 1. fol. 92.*]

Et ea eſt etiã probata ſententia, vt plures poſt quorũ
mortem ſit facta ſubſtitutio non cenſeantur reciproce
inuicem ſubſtituti, quando illi plures non ſunt expreſse
9 vocati, ſed tantum † poſiti in conditione, vel quando
ſubſtitutio non eſt facta vltimo morienti, quorum vtrũ-
que contingit in caſu iſto, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 62.
per totam.*

Sed quidquid ſit cum non agatur de alienatione bo-
norum relictorum Iacobo, ſed tantum de alijs relictis
eius fratribus, inter quæ erat domus nunc alienanda, non
videtur curandum, an in hoc capite fideicommiſſum
extendatur vltra Domin. Iacobum Antonium, quam-
vis non extendi ex ſupradictis videtur concluden-
dum.

Tertia eſt ſubſtitutio eiuſdem teſtamenti Ambroſij
Senioris, in qua in bonis relictis Dominis Franciſco, Iu-
lio, Ambroſio, & Simoni, & de quorum alienatione
nunc agitur, dictos inſtitutos inuicem ſubſtituit, vbi
eorum alter, vel plures decederent ſine filijs maſculis
ex legitimo matrimonio.

Quarta eſt, & quæ facit ad caſum noſtrum, in qua de-
cedentibus omnibus prædictis fratribus Franciſco, ſci-
licet, Iulio Ambroſio, & Simone ſine filijs maſculis ex
legitimo matrimonio, ſubſtituit prædictum Iacobum,
ſeu eius filios, & filiorum filios maſculos ex legitimo
matrimonio, quæ pariter ſubſtitutio non reſiſtit inten-
tioni Domini Iacobi Antonij, tum quia teſtator non
egreſſus eſt gradum eius perſonæ, tum quia illi filij Ia-
cobi, & filij filiorum fuerunt vocati ſucceſſiuè vbi prius
vocati non extarent, non autem primis admiſsis fuerunt
grauati ad reſtituendum poſterioribus.

Vltimo prędictus teſtator fecit prohibitionem alie-
nationis dictorum bonorum perſonalem, dictis hære-
dibus inſtitutis ſine aliqua cauſa, ita vt non egrediatur
eorum perſonas, ſed reſtringatur ad fideicommiſſa prę-
cedentia, & per conſequens pariter non obſtet huic
nunc deſideratæ alienationi.

Secundum eſt teſtamentum conditum à Domino
Baptiſta Seniore, de Anno 1566. die 26. Ianuarij, in
quo plures fecit ſubſtitutiones, ſed quia in omnibus per-
miſit expreſse grauatis alienationem bonorum, de qui-
bus ipſe diſponere poterat, & eo tantum in caſu voluit
fideicom. locum habere, vbi de illis non diſpoſuiſſent,
ob id nequaquam obſtare poteſt, reſpectu dicto-
rum bonorum.

10 Reſpectu vero † aliorum de quibus diſponere non
poterat propter fideicommiſſa facta à Domino Am-
broſio eius patre, & in quibus decedentibus Dominis
Franciſco Iulio, & Ambroſio, vel altero eorum ſine fi-
lijs maſculis ex legitimo matrimonio, alios fratres ſuper-

uenientes, ſeu eorum filios, & deſcendentes ſubſtituit, & declarauit in hac ſubſtitutione comprehendi filios, & deſcendentes dicti Iacobi, iuxta facultatem ſibi datam à patre in codicillis declarandi has ſubſtitutiones ab eo factas, & ſic videntur omnes in infinitum vocati virtute
11 dictionis † *deſcendentes*, Intrigliol. *de ſubſtitut. centur. 3. quaſt. 83. num.* 1. Matheac. *de fideicommiſſ. lib. 2. cap. 10. num. 1. fol.* 78. nec fideicommiſſum terminari in dicto Domino Iacobo; dicitur adhuc hanc diſpoſitionem non obſtare, tum quia talis facultas declarandi data ipſi Domino Baptiſtæ, & alterandi ipſas ſubſtitutiones eſt merè captatoria, & per conſequens nullius valoris, tum quia illud verbum *deſcendentes* non videtur extendi vltra filios filiorum dicti Iacobi, ad quos reſtricta fuit ſubſtitutio facta à Domino Ambroſio Seniore, quam in hoc non videtur voluiſse alterare Dom. Baptiſta, ſed tantum in includendo ipſos filios Iacobi, & filios filiorum in ſucceſsione cuiuſque dictorum Franciſ. Iulij, & Ambroſij, qui fuerant vocati tantum poſt mortem omnium; tum denique quia deſcendentes viden-
13 tur vocati per vulgarem; ita quod purificata † ſubſtitutione in aliquibus illorum, cæteri remaneant excluſi, ad tradita à Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 19. ſub num.* 8. & Domino Ripa pro Cereſarijs, *num.* 47. Mattheac. bene *in tractat. de fideicommiſſ. lib. 2. cap. 14. fol.* 84 Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 39. num. 7. cum ſeqq.* vul-
13 garis enim ſubſtitutio † recte fit, & locum habere poteſt etiam in fideicommiſsis, Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 15. num 5. & artical. 17. ſub. n. 13.* Mattheac. *de fideicommiſſ. lib. 2. cap. 14. ante n. 2. fol.* 83.

Vltimum eſt teſtamentum Reverendi Domini Ambroſij Iunioris conditum die 19. Iulij. 1591. quod pariter minus cæteris obſtat, tum quia non grauat Dominum Iacobum Antonium, niſi in bonis ab ipſo teſtatore acquiſitis, de quibus nunc non eſt controuerſia, cum petitio declarationis facta ſit pro bonis tantum relictis in hereditate Ambroſij, & Baptiſtæ Seniorum, cum domus alienanda ſit de bonis antiquis ipſorum de Burſatis, tum quia grauat illum tantum eo caſu quo decedat ſine filijs, vnde cum habeat filios, & ſpes ſit eos ſuperſtites futuros patri, expirabit fideicommiſſum, iuxta vulgatum Conſilium Oldrad. 21.

Non refragantibus itaque teſtamentis prædictis intentioni prædicti Domini Iacobi Antonij, inſtatur per Multum Illuſtrum Senatum, declarari fideicommiſsa, de quibus in prædictis teſtamentis Ambroſij, & Baptiſtę expreſſe in eius perſona, & ob id ei licere facere quacunque alienationes, de bonis quibuſcunque relictis in eorum hæreditatibus, vel ſaltem de illis, in quibus non fuit inſtitutus Iacobus eius auus paternus, & ita inſtatur omni meliori modo, &c.

A R G V M E N T V M.

De effectu ſubſtitutionis, quoad comprehenſionem non nominatorum. De ſucceſſione tertij ſubſtituti pluribus, non vero de omnibus decendētibus, & eius effectu: Vberius quando de fideicommiſſum dicatur eſſe perpetuum non effectum vt prohibeatur alienatio. De prohibitionibus alienandi diverſimode factis, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio loquens particulariter de heredibus inſtitutis non extenditur ad eius filios.*
2 *Subſtitutione non loquente in eo caſu, ſi id allegetur, incumbit aduerſario diuerſum probare.*
3 *Subſtitutio fideicommiſſaria non efficiens aliquas perſonas per comprehenſionem nullo alio modo ad eos trahetur. Præcipue ſi ſit facta per dictiones relatiuas, n.* 4.
5 *Pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates.*
6 *Vocatus ſub conditione, ea adueniente admittitur ad ſucceſſionem, etiam quod alij cohæredes viverent.*
7 *Non tamē admittitur cum illi cohæredes ſunt inuicē ſubſtituti.*
8 *In fideicommiſſo verbum Hæredibus, intelligitur de liberis, non vero extraneis.*
9 *Vocato ad ſucceſſionem aliquo,* ſi alter ſine filijs deceſſerit, *exiſtentibus filijs eius, ille alius excluditur, etſi deinde ipſi ſine filijs moriantur.*
10 *Subſtitutus alicui decedenti ſine liberis non cenſetur vocatus, ſi moriatur cum liberis.*
11 *Limitationes* ad Conſilium Oldrad. 21. *remiſſiue.*
12 *Omnes vocati non dicuntur decedere ſine liberis iuxta conditionem præfixam, ſi aliqui decedant cum ipſis.*
13 *Ex prohibitione alienationis cum cauſa, an reſultet fideicommiſſum perpetuum impediens alienationem, & Affirmatur, num.* 14. *reſpondetur oppoſitis, num.* 35. *Negatur, n.* 26. *& pariter ſatisfit contrariis, nu.* 38.
15 *Mentio Hæredum maſculorum ſapit verbum collectiuum* liberorum, *&c.*
16 *Alienationis prohibitio cum cauſa num producat fideicommiſſum in caſum alienationis tantum, vel etiam reſtitutionem in caſum mortis. n. 17. & 18. Amplia, vt num.* 19.
20 *Verbum,* liberorum, *vel* deſcendentium, *& verbum,* Continuandi, *denotat in diſpoſitione perpetuitatem.*
21 *Item Verbum,* Hæredum, *quod comprehendit omnes in infinitum.*
22 *Fideicommiſſum reciprocum oritur ex prohibitione alienationis ad fauorem multorum, per verba collectiua.*
23 *Verba,* Liberorum, *vel* Deſcendentium, *aut* Hæredum *ſunt collectiua.*
24 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur, cum prohibitio, & eius cauſa diſpoſitiue profertur.*
25 *Prohibitio impersonalis,* Non ſi poſſi, *&c. cenſetur eſſe, ac realis.*
27 *Prohibitio reſtricta ad fideicommiſſum iam expiratum ceſſat cum ipſo, etſi non adſint verba reſtrictiua, nu.* 28. *& vt communis opinio. num.* 29.
30 *Amplia, & ad expreſſam ſubſtitutionem factam de agnatis, vt bona conſeruentur in familia.*
31 *Extincto fideicommiſſo, vel ſubſtitutione vt fundamento, ceſſat, & prohibitio alienationis, ipſorum intuitu.*
32 *Verbum,* Hæredum, *ſi debet intelligi de hæredibus ſanguinis, comprehendit tam filios, quam liberos, & deſcendentes.*
33 *Hæredum mentione debet intelligi de primo hærede; ſed vide num.* 37.
34 *Alienare non prohibetur qui ex fideicommiſſo vocatus, eſt vltimus, dum proviſio cenſetur facta ad eius fauorem.*
36 *Conſilium* Decij 636. *an tutum ſit, & n.* 40.
39 *Diſpoſitio cum non eſt principaliter facta, & à capite, puta per rubr.* Item, *vel* Di più, &c. *dicitur acceſſoria ad immediate præcedentem.*
41 *Si prohibitio alienationis ſtat acceſſorie non inducitur fideicommiſſum, ſecus ſi intuitu ampliatiue, ſecundū Auct.*
42 *Fideicommiſſum cum exiit in hoc caſu, non eſt reciprocum, niſi inter deſcendentes cuius libet ex ipſis inſtitutis.*
43 *Verba,* in perpetuum, *vel* in infinitum, *multum operatur in conſtitutione fidei commiſſi.*
44 *Cum prohibitio eſt facta fauore aliquorum alij extra eos admitti non poſſunt, nec in caſum alienationis.*

CONTROVERSIA DCVIII.

INſtitutis quatuor hæredibus vniverſalibus, videlicet Illuſtriſſimis Dominis Ludouico, Cæſare, Octauio, & Hercule Gonzagis, diuiſiſq; inter eos bonis ſtabilibus, ſubiunxit in hæc verba, Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Hercules Gonzaga teſtator:

Nelli quali beni, & poſſeſſioni, & Corti inſtituiſce ſeparatamente, detti Signori, come di ſopra. Et ordina che morendo l'vno d'eſſi ſenza figlioli legitimi, & natu-

rali

Digitized by Google

vali maſchi la portione ò parte del defonto vada, & peruenga alli altri coheredi inſtituiti, & che non li poſſino alienar; ma l'habbiano da conſeruar fra eſsi Illuſtriſsimi Inſtituiti, & ſuoi heredi maſchi, Et di piu ordina, & vuole che morendo tutti quattro detti Illuſtriſsimi heredi inſtituiti come di ſopra, ſenza heredi legitimi, & naturali, tanto Maſchi quanto femine, vadi la robba al Venerabile Monte di Pietà di Mantoua.

Quæritur, defuncto ipſo Illuſtriſsimo Domino Hercule vno ex hæredibus inſtitutis ſine filijs, ac cæteris cum filijs, an illis filijs dictorum hæredum obſtet aliquod fideicommiſsum, reſultans ex prædicta diſpoſitione, quin poſsint alienare dicta bona, vel earum partem, nec ne.

Et cum plura ſint capita dictæ diſpoſitionis tangam prius illa quæ nullã, vel ſaltem modicam videntur habere difficultatem, ac deinde veniam ad grauiora.

Prima igitur eſt diſpoſitio in qua ordinauit quod moriente vno ex inſtitutis ſine filijs, cæteri cohæredes ſuccederent in eius portione, & hanc certiſsimi iuris eſt
1 non † obſtare, quia loquitur tantum particulariter de hæredibus inſtitutis, non autem de eorum filijs, vel hæredibus, vnde ipſi non dicuntur ex ea grauati, nec reſpectiue vocati, vt tradunt Doctores allegati *infra circa finem, verſi. illo, Animaduerto tamen*, ad excludendam
2 enim ſubſtitutionem † ſufficit dicere eam non loqui eo in caſu, vel de illis perſonis, & affirmanti contrarium incumbit onus probandi, vt tradit Socin. Patruus, *conſ. 62. ſub numer. 4. verſic. Et in primis, vol. 3.* Socin. Iun. *conſil. 55. num. 6. vol. 2.* Pariſ. *conſ. 86. num. 11. volum. 2.* Becci. *conſil. 39. numer. 26.* cum alijs multis apud Surd. *conſil. 44. num. 1.* Burſat. *conſil. 86. numer. 1.* Riminald. Iun. *conſil. 50 num. 1. & conſil. 457. n. 27.* & cum per
3 comprehenſionem non † afficit aliquas perſonas ſubſtitutio fideicommiſſaria, nec per extenſionem etiam ex identitate, ſeu maioritate rationis, & veriſimili mente teſtatoris ad eas trahi debet, vt eſt doctrina Aretin. communiter approbata *in l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, col. 3. verſic. Secundo adde in quantum, &c. ff. de liber. & poſthum.* & ibi Crot. *numer. 53.* Deci. *conſil. 210. num. 5* vbi addunt Nat. *conſil. 678. ſub num. 29.* Rolan. *conſil. 56. num. 24. vol. 3.* Rimin. Iun. *conſil. 502. num. 2.* cum ſexcentis alijs, quos ſciens prætereo, præcipuè ſi
4 ſit facta per dictiones † relatiuas, & reſtrictiuas, puta per verbum *Ipſis*, vt in caſu iſto, Rim. Iun. *conſil. d. 457. num. 27. & 28.* & in ſimili teſtamento, ex prima illa diſpoſitione nullum extare fideicommiſſum, reſpondit Menoch. *conſil. 489. ſub numer. 22. & conſil. 462. per totum.*

Quinimo fideicommiſſum illud quod continetur in ea prima diſpoſitione, deuoluta portione Illuſtriſſimi Domini Herculis, qui deceſſit ſine filijs, ad alios cohæredes, ipſis deinde mortuis, cum filijs, expirauit, per defectum conditionis ſub qua inductum fuerat, ſcilicet, ſi deceſſiſſent ſine filijs, vt eſt celebre, & vulgo notum conſilium Oldradi 21. de quo inferius latius verba faciam.

Secunda eſt dubitatio, an Mons Pietatis aliquo vnquam tempore poſſet turbare emptores? Et negatiue ſimiliter reſpondendum arbitror, nec pro portione Domini Herculis qui deceſſit ſine filijs, nec pro alijs.

Nam quo ad portionem Domini Herculis, etſi tertius ſubſtitutus pluribus decedentibus ſine liberis ſuccedat vnicuique eorum non expectata morte omniũ, cum
5 pluralitas reſoluatur in ſingularitates, iuxta text. *in l. falſa, §. final. ff. de conditio. & demonſtrat. l. 2. ad finem, ff. de conditio, inſtitut.* & ſic Mons ipſe Pietatis videretur admittendus cum euenerit conditio, ſub qua
6 fuit vocatus, † etiam quod alij cohæredes viuerent, *l. final. §. filium, ff. de legat. l. Lucius, §. Caio, & l. heredes mei, §. cum ita,* vbi Bartol. *ſub nu. 5. verſic. in fideicommiſſariam, &c.* & poſt eum cæteri ibi, *ff. ad Trebellian.* Menoch. de communi, *lib. 4. præſumpt. 186. nu. 12. 24. 29. & 43.* Gabr. *conſil. 121. num. 40. vol. 1. & conſ. 93. num. 31. vol. 2.* Burſat. *conſil. 262. num. 15.* Peregrin.
7 *de fideicommiſſ. d. articul. 13. ſub nu. 55.* tamen † iſtud non habet locum, quando illi plures ſunt inter ſe inuicem ſubſtituti, Peregr. *de fideicommiſſ. d. articul. 13. ſub num. 4. verſic. Tertio præmitto, &c.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 186. num. 28. verſic. declaratur ſexto, &c.* cum igitur illi hæredes inſtituti fuiſſent ſubſtituti inuicem, altero ſine filijs decedente, ipſi fuerunt potiores Monte in ſuccedendo Domino Herculi, & ſic remanſit excluſus Mons, deinde perpetuo à parte iſta conſolidata, cum bonis ſuperuenentium, quibus ſuccedere non potuit, cum deceſſerint cum liberis, vt nunc deduco.

Quo vero ad portiones aliorum partiter timenda non eſt aliqua moleſtia ab ipſo Monte, quia cum fuerit ſubſtitutus, ſi illi deceſſiſſent ſine hæredibus, tam maſculis
8 quam fœmininis, licet illud verbum † *hæredibus* non intelligatur de extraneis, ſed de liberis, Peregr. *de fideicom. articul. 32. num. 36.* Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 54. num. 1. & 2. cum ſeqq.* tamen adhuc expirauit fideicommiſſum, cum reliquerint poſt ſe filios, & adeo
9 expirauit per ſuperexiſtentiam filiorum, vt quamuis † ipſi filij, ſine filijs decederent, amplius non ſit admittendus dictus Mons Pietatis, vt per Oldrad. *in d. conſ. 21.* Soc. *conſ. 62. ſub num. 4. vol. 3.* Alexand. *conſ. 139. ſub num. 3. vol. 6.* Deci. *conſ. 217. num. 7. & conſ. 218. num. 10.* Socin. Iun. *conſ. 111. numer. 20. & 21. vol. 1.* Berct. *conſ. 63. & conſ. 75. vtrobiq; n. 1.* Gabr. *de fideicommiſ. concluſ. 3.* latè Rimin. Iun. *conſil. 20. num. 1. & conſil. 21. pariter num. 1. cum ſeqq.* Mantic. *de coniectur. vltim.*
10 *volunt. lib. 11. tit. 6. numer. 6.* ſubſtitutus enim † alicui decedenti ſine liberis non cenſetur vocatus, ſi moriatur cum liberis, Rota *deciſ. 212. n. 3. part. 1.*
11 Et licet † multæ ſoleant dari limitationes ad dictũ conſilium Oldrad. 21. tamen vltra quod illę quæ habentur pro ſolidioribus non militant in caſu noſtro, latè reijciuntur ferè omnes ex communibus noſtrorum ſententijs, à Surdo *conſ. 448. per totum.*

Eoque magis expiraſſe dicta ſubſtitutio, dicitur quia Mons Pietatis fuerat ſubſtitutus, ſi omnes quatuor hæredes inſtituti deceſſiſſent ſine filijs, quo caſu vigore verbis vniuerſalis, *omnes*, multi volunt deficere conditionem reſpectu omnium, etiam ceſſante reciproca inter grauatos, quæ tamen non ceſſat in caſu iſto, ſi aliqui decedant cum liberis, & aliqui ſine, quia non eſt ve-
12 rum, omnes deceſſiſſe ſine liberis, vt per text. *in l. penult. C. de impuber,* & ex multorum ſententia tradit Riminald. Iun. *conſ. 250. num. 26. & conſil. 528. num. 20. & conſ. 627. n. 14.*

13 Tertia eſt dubitatio, † & in qua conſiſtit neruus huius diſpoſitionis, quo ad effectum de quo quæritur, an ſcilicet ex prohibitione alienationis cum cauſa, vt bona prædicta conſeruentur in ipſis inſtitutis, & eorum hæredibus maſculis, reſultet fideicommiſſum perpetuum, ex quo impediatur affectata alienatio.

14 Pro parte affirmatiua facit: Quia etſi controuerſum admodum ſit, an ex præfata prohibitione alienationis bonorum, vt conſeruentur in familia, vel deſcen-
15 dentibus, aut liberis per † verba collectiua, quorum vim habere mentionem hæredum maſculorum, ac ſi dictum eſſet *liberorum, vel deſcendentium*, tradunt Peregrin. *de fideicommiſ. articul. 19. ſub numer. 10. & 11. & ſub num. 16. verſic. vbi verba hæc, & ſuis hæredibus maſculis, &c. & articul. 32. n. 45. & conſil. 60. num. 1. vol. 3.* Menoch. *conſil. 489. num. 3.* Surd. *deciſ. 322. num. 27.* oriatur fideicommiſſum in caſum alienationis † tantum, vel etiam reſtitutorium in caſum mortis perpetuum, & ſucceſſiuum, multis, ac prope infinitis, quos refert, & ſequitur Intrigliol. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 72. nu. 35. & 37.* poſt vulgatum conſilium Socin. 227. *in primo dubio, volum. 2.* volentibus non reſultare fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, cum non ſit dictum quod prohibebat alienare extra familiam, vel deſcendentes, vt remaneret in familia, vel deſcendentibus, ſed tantum reſultare in caſum alienationis, quibus concordant multi alij relati per Peregr. *de fideicommiſ. articul. 14. num. 15.* Sforz. Odd. *conſil. 46. num. 25.* vbi de ma-
gis

Digitized by Google

gis communi, Gabr. de fideicommiſſ. concluſ. 9. numer.
16 7. Honded. conſ. 69. num. 19. vol. 2.
Totidem aſſerentibus contrarium, quod imo eo in
17 caſu inducatur † fideicommiſſum abſolutum perpe-
tuum, & ſucceſſiuum, per quod vnus alteri in caſum
mortis reſtituere tenetur, Aretin. in l. qui Roma, §. co-
hæredes, ſub num. 12. & ibi, Socin. num. 18. verſic. Quar-
tus eſt caſus, vbi multos concordantes addit Menoch.
in additionibus, ff. de verb. obligat. Peregr. de fideicom-
miſ. articul. 14. num. 14. idem. conſ. 45. ſub numer. ....
18 vol. 3. vbi dicit, quod alias non poſſet contingere † ef-
fectus deſideratus a teſtatore, quod bona conſeruaren-
tur in deſcendentes; idem conſ. 49. num. 7. dicto volum.
Surd. conſ. 67. & conſ. 96. num. 14. & conſ. 362. nu. 30.
& conſil. 494. num. 2. Rimin. Iun. conſil. 23. ſub num. 90.
Menoch. conſil. 620. num. 7. Beret. conſil. 115. numer. 1.
vbi de mag. communi, Fachin. lib. 4. controuerſiar. iur.
cap. 49. Quod procedit etiam quamuis non ſit appoſi-
19 tum verbum perpetuo † vel inſtitutum, quia cum ver-
bum liberorum, vel deſcendentium, denotet perpetui-
20 tatem, † donec adſunt aliqui ex illis, & verbum con-
tinuandi præſeferat actum ſucceſſiuum reſultat, abſq;
alia ſpecificatione, re ipſa perpetua diſpoſitio, Peregr.
de fideicommiſ. articul. 19. num. 24. in fine, & articul.
30. num. 2. Menoch. conſil. 731. num. 37. ſicuti idem eſt
21 ex vi verbi † hæredum, quod comprehendit omnes
in infinitum, l. hæredis appellatio, l. ſciendum, ff. de verb.
ſignificat. l. qui per ſucceſſionem, ff. de regul. iur. Peregr.
de fideicommiſſ. articul. 32. n. 60. Menoch. conſil. 867. n.
3. & 16.

Et cum inquam valde controuerſum ſit, quodnã fidei-
commiſſum reſultet ex dicta prohibitione, tamen in ca-
ſu iſto hoc referre non videtur, quia ad impediendam
alienationem ſufficit etiam fideicommiſſum tantum in
caſum alienationis, quod cum extare nemo dubitet, vti-
que videretur pro affirmatiua opinione concludendum
eſſe, diſpoſitionem teſtatoris obſtare intentioni alienare
volentis; & eo magis obſtabit ſi recipiemus eam ſen-
tentiam, quod ex ſæpedicta prohibitione alienationis
cum cauſa, vt bona conſeruentur in hæredibus, hoc eſt,
deſcendentibus inſtitutorum, reſultet fideicommiſſum
abſolutum, perpetuum, & ſucceſſiuum; nam non ſolum
deſcendẽtes cuiuſq; poterunt ſuccedere, & dicentur vo-
cati, vigore fideicommiſſi ſucceſſiui, vt ſupra dixi, ſed
22 etiã cæteri omnes, cum ex † tali prohibitione alienatio-
23 nis factæ ad fauorem multorum per † verba collectiua,
qualia ſunt verba liberorum, deſcendentium, vel hære-
dum, (vt de his omnibus tradit Peregr. de fideicommiſſ.
articul. 19. numer. 11.) inducatur fideicommiſſum reci-
procum, Anchar. conſil. 27. col. 2. & 3. Tiraquel. in l.
bonas, §. hoc ſermone limitation. 12. numer. 5. ff. de verb.
ſignific. Surd. conſil. 336. num. 11. Crauet. conſil. 130. nu.
9. & 10. & conſil. 113. num. 2. Odo conſil. 45. numer. 10.
Burſat. conſil. 170. num. 15. & conſil. 227. numer. 21. &
conſil. 297. num. 15. & 16. Merzar. conſil. 48. numer. 10.
Peregrin. conſil. 55. num. 16. & conſil. 62. numer. 19. &
conſ. 56. num. 7. vol. 1. & conſ. 30. n. 5. vol. 2. & conſil.
33. numer. 2. volum. 3. Menoch. lib. 4. præſumpt. 69. nu-
mer. 9.

Fideicomiſſ. autem abſolutũ, & ſimplex vltra prædicta
videtur facilius reſultare in propoſito caſu, quia cauſa
prohibitionis nõ eſt enunciatiue probata, ſed diſpoſiti-
uè, nã diſpoſitio teſtatoris videtur ita intelligenda, quod
vna oratio incipiat ibi, ordina che morendo, uno d'eſsi, la
parte del defonto peruenga alli altri, deinde facto pun-
cto, ſubſequatur alia oratio, Et ſcilicet, ordina che non
li poſſino alienare, (bona, videlicet, de quibus ſupra
locutus fuerat) ma s'habbino da conſeruare, &c. quo
24 caſu quando prohibitio † & eius cauſa diſpoſitiue
profertur, neminem hæſitare, quin abſolutum induca-
tur fideicommiſſum, ſcribit Roland. conſil. 23. num. 21.
vol. 4. latè Intrigliol. de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 72. nu.
51. augeturque argumentum ſi prohibitio eſſet realis,
puta quod diceret ſicuti legitur in aliquibus copijs dicti
teſtamenti, che non ſi poſſino alienare, non autem, che
non li poſſino alienare, nam tunc prohibitio illa vti im-
25 perſonalis non † differt à reali, ſed eadem cum ea re-
putatur, Menoch. conſil. 753. num. 6 & realis prohibi-
tio inducit abſolutum, & ſimplex fideicommiſſum, Pe-
droc. conſil. 38. n. 144.

26 Pro negatiua † vero opinione quod ſupradicta
prohibitio alienationis non præſtet aliquod impedi-
mentum venditioni, ſuadent inſraſcripta, quod illa di-
catur facta reſpectu fideicommiſſi præcedentis, cum
immediate poſt illud ſubſequatur, & per continuatum
ſermonem, atq; ob id ad caſus, & terminos illius, tantum
reſtringatur, non autem ampliet, ſeu indicat nouum fi-
deicommiſſum, & per conſequens cum per defectum
conditionis mediantibus, filijs relictis ã grauatis, expira-
uerit fideicommiſſum præcedens, ceſſat etiam omnis
virtus dictæ prohibitionis, nec aliquid amplius operare
poſſet, ita in terminis decidit Decius in ſuo famigerato
conſilio 636. ſub n. 6. verſic. ſola remanet dubitatio, &c. &
Alexand. conſ. 59. num. 13. & 21. vol. 3. quos ſequun-
tur Socin. conſ. 53. num. 11. vol. 1. Ceph. conſ. 17. n. 24. &
conſ. 153. num. 29. & num. 56. & conſ. 269. num. 46. & 48.
& conſ. 544 num. 12. Ruin. conſ. 134. nu. 16. vol. 3. Gabr.
conſ. 111. num. 21. & conſ. 132. pariter num. 21. vol. 1. Al-
ban. conſ. 1. num. 9. Rimin. Iun. conſ. 50. num. 65. & conſ.
80. num. 32. & conſ. 371. num. 83. Burſat. conſ. 195. num. 10.
Berat. conſ. 75. num. 7. Menoch. conſ. 315. num. 43. & conſ.
327. num. 69. & 72. & latè conſ. 376. num. 49. cum ſeqq. &
conſ. 999 num. 10. & conſ. 325. num. 70 & conſ. 972. nu. 18.
& 22. & lib. 4. præſumpt. 69. num. 20. Crauet. conſ. 328. n.
24. in fine, Pedroc. conſ. 19. num. 56. & conſ. 20. num. 64.
Roland. conſ. 34 ſub num. 65. vol. 4. Honded. conſ. 78. ſub
num. 35. & 37. vol. 1. & conſ. 41. num. 34. vol. 2. Peregrin.
conſ. 45. num. 8. & conſ. 68 num. 8. vol. 1. & conſ. 29. nu. 12.
28 vol. 2. vbi num. 16. dicit id verum eſſe † quando non
adſunt verba reſtrictiua, prout in effectu ita loquitur
29 Decius, & alij, quia dicunt, clauſulam prędictã cenſeri
conſecutiue † appoſitam, idem ait Fachin. lib. 10. contr.
iuris, cap. 19. vbi teſtatur de communiori, Paulus Leon.
conſ. 20. num. 18. & 19. Sforz. Od. conſ. 66. num. 44. Rota
deciſ. 49. & clarius deciſ. 168. numer. 7. parte 1. & in deciſ.
230. videnda part. 2. nouiſſimarum.

30 Idque procedit, ne dum in † prohibitione aliena-
tionis, ſed etiam in expreſſa ſubſtitutione facta de agna-
tis, vt bona permaneant in familia, quia intelligitur in
caſibus diſpoſitis in ſpecificis ſubſtitutionibus, & cenſe-
tur ab eis dependere, ita Alexand. conſ. 139. num. 3. &
4. vol. 6. Anchar. conſ. 137. Deci. conſ. 290. alias eſt conſ.
291. colum. penult. & conſ. 484. ſub n. 6. verſic. Non obſtat,
&c. Socin patruus conſil. 166. ſub n. 4. verſic. Quæ omni-
no, &c. vol. 3. Ruin. conſ. 153. ſub num. 5. vol. 2. Menoch.
conſil. 760. num. 10. Zuchard. in l. 1. ſub num. 90. verſic. &
hanc, etiam C. de pactis, Alciat. in l. pater filium, §. fun-
dum, ſub num. 8. verſic. Tertius caſus, &c. ff. de legat. 3.
& conſ. 31. num. 22. lib. 9. Rubeus conſ. 120. ſub numer. 9.
Decian. conſ. 3. num. 38. vol. 2. Rota deciſ. 230. parte 2. no-
uiſsima. quam loqui in expreſſa ſubſtitutione colligitur
ex deciſ. 568. parte 1. vbi meminit de ea, illã declarando.

31 Cum † igitur per ſuperuiuentiam liberorum de-
fierit ſubſtitutio, cuius gratia appoſita fuerat prohibi-
tio alienationis, ſequitur etiam quod fuerit extinctus
omnis illius effectus. vt ſupra dixi, & tradunt etiam ex-
preſſe Peregr. conſ. 44. num. 3. vol. 2 Ceph. conſil. 401. n.
45. Pedroc. conſ. 19. n. 57. & per conſequens quod libera
ſit facultas alienandi.

32 Secundo principaliter facit, quod † Illuſtriſſimus
teſtator non ſubſtituit Montẽ Pietatis, niſi vbi deficerent
omnino filij inſtitutorum, ſed vbi illi extarent non gra-
uauit eos, vel eorum hæredes aliquo pacto ad reſtitu-
endum aliquo tempore bona ipſi Monti, & tamen cer-
tum eum noluiſſe vltimo loco prædicta bona peruení-
re ad ipſum Montem, igitur probabili coniectura cre-
dendum eſt etiam quod in ſubſtitutione facta primo lo-
co fuerit eius intentionis non grauandi filios ipſorum
hæredum, ſed tantum diſponendi quod hæreditas ad
eos perueniret, & in ipſis tantum conſeruaretur, & ſic
verbum

Digitized by Google

verbum illud, vt bona conſeruarentur in hæredibus in-
ſtitutorum, reſtringetur ad primos hæredes, & filios,
quia cum intelligatur de hæredibus ſanguinis ſecundum
33 ſubiectā materiā † exponitur non minus de filijs quam
de liberis, & deſcendentibus, vt per Peregr. *de fideicom. artic.* 32. per diſcurſum, & hoc non eſt inconueniens
cum in dubio mentio hæredum, ne dum poſſit, ſed imo
debeat intelligi de primo hærede, Tiraquel. *in tractat. le mort. ſaiſit, in 2. parte, declaratione noua, num.* 4. Me-
noch. *conſ.* 610. *num.* 6. *lib.* 7. & licet ipſi ſint de illis pri-
mis in quibus teſtatur voluit bona conſeruari tantum,
cum prouiſio ſit facta ad eorum fauorem, & ſint vltimi,
34 cum non teneantur erga alios, non † prohibentur alie-
nare, *l. cum pater, §. libertis, l. qui ſolidum, §. prædium, ff. de leg.* 2. Gabr. *conſ.* 96. *num.* 8. *vol.* 1. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *ſub num.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 2. *num* 24. Me-
noch. *conſ.* 489. *n.* 15.

35 In † hac dubia Quæſtione, & quę ex arbitrio tan-
quā in coniecturis conſiſtens decidi poteſt, ſi cui arride-
et magis prior ſententia, quod ſcilicet obſtat fideicom-
miſſum, poſſet reſpondere ad ea quæ modo deduxi, &
primo reſpectu prioris argumenti illud procedere,
quando prohibitio alienationis eſt appoſita conſecuti-
ue, & acceſſorie, ſecus vero quando principaliter, vt de-
clarat Rota *deciſ.* 658. *parte* 1. *nouiſſimarum*, hic autem
videtur appoſita principaliter, & de per ſe, vt conſidera-
ui, ſupra *in verſic. Fideicommiſſum autem abſolutum, & ſimplex, &c.* quod ſuadetur etiam, quia ſi eſſet vnica
oratio conſecutiua, non dixiſſet teſtator, *& che non lo poſſino alienare*, ſed, *che non la poſſino alienare*, quia im-
mediate fuerat locutus de portione decedentis ſine filijs,
loquendo autem per illa verba. *che non li poſſino*, id eſt,
dicta bona, pater quod altius refert ſuam diſpoſitionem,
ad bona omnia, de quibus fuerat locutus, & quod inci-
pit nouam orationem, vt deduxi dicto verſiculo proxi-
me allegato.

36 Præterea † dictum Conſilium Decij 636. latè con-
futatur à Surdo *conſ.* 67. *& conſ.* 96. & à Petra *de fideicommiſſ. q.* 6.

Reſpectu vero ſecundi fundamenti poſſet dici, quod
non rectè infertur à ſubſtitutione Montis ad eam reſul-
tantem ex prohibitione alienationis cum habeamus in
hac clara verba importantia ſucceſſiuam, & perpetuam
conſeruationem, vnde in claris non eſt opus coniectu-
ris, nec deducenda eſt interpretatio ab alia, & diuerſa
ſubſtitutione, in qua teſtator potuit habere diuerſū ſpi-
ritū nobis ignotum, imo forte, fuit eius intentionis ſub-
ſtituere Montē deficiente linea cuiuſcunq; ex inſtitutis,
non autem illis tantum morientibus ſine liberis, licet
notarius neſciuerit hoc exprimere, nec conſeruatio bo-
norum in hæredibus debet reſtringi ad primos, quia de
proprietate ſermonis omnes in infinitum comprehen-
37 duntur, † *l. heredis appellatio, ff. de verborum ſignific.*
cum alijs ſuperius allegatis.

38 Sed † qui magis inclinaret in negatiuam opinio-
nem quod non obſtet aliquod fideicommiſſum huic
alienationi, poſſet reſpondere adductis pro priori ſen-
tentia, quod ea procedunt quando prohibitio aliena-
tionis appoſita eſt in principali oratione ad ampli-
andam diſpoſitionem, ſecus ſi conſecutiue, & acceſſo-
rie, prout acceſſorie, & reſtrictiue appoſita fuiſſe in du-
bio præſumitur ex infinitis auctoritatibus ſuperius de-
ductis, quod etiam ſuadetur hic nedum ex dictione, *&*,
quæ ſtat copulatiue, ſed ex eo quod vbi teſtator, vo-
luit facere nouam diſpoſitionem, ſemper incepit per
dictionem, *item, & più*, vel ſimilem, quarum altera
cum hoc in propoſito non fuerit vſus, non dicitur feciſ-
39 ſe principalem diſpoſitionem, ſed † acceſſoriam ad im-
mediatam præcedentem, vt in terminis præciſis decla-
rat, ita argumentando, Rota *deciſ.* 49. *ſub num.* 3. *parte* 1. *nouiſſimarum*, imo cum prohibitio regatur ab illo
verbo, *& ordina che morendo*, à quo regitur, & fideicom-
miſſum dicitur vnica oratio, & ſtare acceſſorie, Rota
dicta deciſ. 568. *num.* 3. *part.* 1.

Nec verba, *che non li poſſino alienare*, arguunt nouam
diſpoſitionem, quia opus erat vt ita loqueretur, ſi vo-
lebat prohibere alienationem omnium bonorum, non
autem partes tantum decedentis ſine liberis reſtrictiue
tamen in caſu à ſe diſpoſito.

40 Adducta † vero à Surdo, & Petra contra Decij
conſilium 636. non videntur attendenda, cum loquan-
tur contra communem.

Et licet regulariter, verbum *heredes* comprehendat
omnes in infinitū, tamē cū poſſit verificari ſine violētia
etiam in primis, & habeamus probabiles coniecturas
quod de primis tantū intellexerit teſtator, ad eos reſtrin-
genda erit diſpoſitio.

41 Ego in hac difficultate † nihil ſtatuo firmi, relin-
quendo aliorum arbitrio deciſionem; ſufficit mihi de-
diſſe cauſam diſputandi, & ex prædictis diſputando in-
ueniendi veritatem; puto tamen reſolutionem pende-
re ab hoc, an dicta prohibitio alienationis ſtet acceſſo-
rie, vel ampliatiue, ſecundum diſtinctionem Rotæ, *deciſ.* 568. *parte* 1. quæ optimè loquitur in materia iſta
& pro ſententia alienare volentis, facit bene dicta alia,
deciſ. Rotæ 230. *parte* 2.

42 Animaduerto tamen, † quod vbi etiam extaret
fideicommiſſum aliquod, illud non eſſet reciprocum,
vt tranſirent bona à deſcendentibus ab vno ex inſtitutis
ad alios ex alio inſtituto, ſed tantum inter deſcenden-
tes cuiuslibet ex ipſis inſtitutis, quia cenſetur teſtator
ordinaſſe quod conſeruarentur in hæredibus cuiuſque,
non autem quod pars vnius tranſiret in alium cohære-
dem, Pereg. *de fideicommiſſ. articul.* 13. *num.* 90. *& conſ.* 56. *num* 9. *& conſ.* 29. *num.* 19. *& conſ.* 60. *num.* 4. *volum.* 2. *& bene conſ.* 30. *num.* 2. *&* 3. *& conſ.* 37. *num.* 9. *vol.* 3.
Oddo *conſ.* 45. *ſub num.* 32. *& conſ.* 46. *nu.* 23. Menoch.
conſ. 327. *num.* 33. *&* 328. *num.* 49. & in terminis noſtris
latè *conſ.* 376. *num.* 55. *cum pluribus ſeqq. & conſ.* 475. *n.* 12. *& conſ.* 489. *per totum, maximo ſub numer.* 4. *verſic. Secundo non mediocriter, &c.* optime Salicetus *in l. quoties, la* 1. *ſub. num.* 2. *verſic. Sed hoc non teneo, &c. C. de fideicommiſſ.*

Et Doctores allegati ſupra, *ſub verſic. Etſi inquam valde controuerſum, &c.* vel loquuntur inter deſcen-
dentes ab vno tantum inſtituto, non autem quando
plures fuerunt hæredes, vel quando ſaltem adſunt ver-
43 ba † *in perpetuum*, vel *in infinitum*, quæ multum in
hoc operari, tradit Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quaſt.* 72. *num.* 41. vel male loquuntur.

Et cum cenſeatur facta prohibitio fauore tantum de-
ſcendentium ex vnoquoque, non poterunt alij admitti,
44 nec † in caſum alienationis, ad tradita à Salicet. *in d. l. quoties, la prima, num.* 2. *in princ. & circa finem dicti numeri, C. de fideicommiſſ.*

A R G V M E N T V M.

Agitur de rei furtiuæ identitate, & furto probando. De eo qui talem rem habuit bona fide; Et de actione in eum competente.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio venditoris poſt venditionem factam, non nocet emptori, Nec criminaliter, n.* 2.
3 *Nec confeſſio cedentis poſt ceſſionem, nocet ceſſionario.*
4 *Nemo in cauſa propria poteſt eſſe teſtis.*
5 *Mercatorum libris tanquam priuatis ſcripturis non creditur contra tertium.*
6 *Teſtes repetiti parte noncitata, & abſque eius partis interrogatorijs non probant.*
7 *Non probata identitate rei præſumitur diuerſitas.*
8 *Probatio Fiſci per neceſſe non concludens, non releuat.*
9 *Torqueri non poteſt, & minus condemnari quis ſuper re furtiua reperta penes tertium, de qua ipſe neſciebat.*
10 *Et ſcientia præſumptio in hoc deſtruitur per nominationem eius, a quo rem habuit.*
11 *Furtum non fit ſine animo furandi, & ex contrectatione de voluntate Domini, &c.*

12 *Sta-*

Digitized by Google

12 *Statutum vt liget, debet eſſe ſingulis annis publicatum.*

13 *Domino rei contra tertium rei furatæ poſſeſſorem competit iudicis officium ad æſtimationem, vel ſi principaliter, datur condictio.*

14 *Iudex non impartitur officium ſuum non requiſitus.*

15 *Reus condemnatus in iudicio criminaliter intentato non poteſt in illo condemnari ciuiliter.*

16 *Emens bona fide rem furtiuam, etſi ad rem teneretur ſi extaret, tamen ea conſumpta, non tenetur ad reſtitutionem.*

17 *Bona fides ſemper præſumitur, niſi probetur mala.*

CONTROVERSIA DCIX.

NEc criminaliter, nec ciuiliter condemnari poteſt Dominus Iacobus Gazetus pro libris illis centũ octuaginta, vel centum nonaginta lanæ, & ſtaminis, quas in ſuo primo conſtituto fatetur emiſſe à Franciſco de Fattoribus erga Fiſcum ad pœnam furti, vel reſpectiuè erga mercatores, quorum aſſeritur fuiſſe lana, & ſtamen, ad eius æſtimationes vel pretij reſtitutionem.

Non criminaliter, quia omiſſo quod contra eum, nec aliqua denunciatiatio, vel annunciatio, vel inquiſitio pro aliquo delicto legitur in proceſſu nomine actorum mercatorum, vel Fiſci, nam etſi ei publicata fuerint ſua conſtituta cum termino trium dierum ad ſe defendendum, tamen non fuit dictum prout conſueuit, & eſt neceſſarium, quod publicarentur loco inquiſitionis, vt videre eſt *fol. 61. fac.* 2. & propterea iudicium remanet ſine ſuis ſubſtantialibus, Hoc inquam omiſſo, dico quod criminaliter condemnari non poteſt.

Primo, quia non conſtat lanam, & ſtamen emptum per Gazetum ab illo de Fattoribus, eſſe illud met datum ei à mercatoribus ad vendẽdum, de hac enim identitate non extat aliqua probatio, niſi per confeſſionem ipſius
1 Franciſci, quæ non ſufficit ad faciendum condemnari tertium, nec ciuiliter, Surd. *deciſ.* 218. *per totam*, Ma-
2 ſcard. *concluſ.* 386. nec † criminaliter, Farinac. *quæſt.* 8r *ſub num.* 65. *limitatione* 24. Honded. *conſ.* 98. *nu.* 16. *vol.* 1. & hoc eſt regulare, quod confeſſio venditoris poſt venditionem factam non noceat emptori. Roland. *conſ.* 58. *num.* 13. *& conſ.* 85. *ſub nu.* 9. *vol.* 2. Surd. *conſ.*
3 452. *ſub num.* 32. ſicuti nec † confeſſio cedentis poſt ceſſionem nocet ceſſionario, Maſcard. *concluſ.* 374. idque præcipue verum eſt in caſu illo, in quo ipſe Franciſcus fatetur ad ſui commodum, & quodamodo vti accuſator ipſius Gazetti, contra quem proteſtatus eſt etiam in ſuis conſtitutis, de omnibus damnis, & intereſſe, quo
4 caſu omni iure † ſancitum eſt, neminem in cauſa propria valide teſtari poſſe, nec teſtis, & accuſatoris vice fungi, Farinacc. *in tractat. de teſtib. quæſt.* 60. *num.* 2. *& n.* 64.

Ex quo argumento ſequitur, quod ne dum ſit probata identitas ſtaminis, & lanæ venditæ Gazetto, ſed nec etiam quod ipſe de Fattoribus habuerit lanam, & ſtamen ab ipſis mercatoribus, nam libris illis ſuper quibus
5 aſſeritur annotatum debitum, nulla † adhibetur fides, tanquam priuatis ſcripturis contra tertium, Maſcard. *concluſ. mihi*, 978. *numer.* 1. minuſque confeſſioni eiuſdem Franciſci vt proxime probabam, & dico quod nec illis duobus teſtibus examinatis pro Reſtaria; tum quia nihil concludenter deponunt, ſed generice, & in confuſo, tum quia non ſunt repetitæ cum interrogatorijs par-
6 tis, † vnde remanent examinati parte non citata, ita vt nullam ne dum fidem, ſed nec inditium faciant, Angel. *in tract. de malefic. in verbo, quod ſama publica, ſub numer.* 10. *&* 11. Bertaz *conſ. criminal.* 1. *n.* 26. *& conſ.* 35. *num.* 10. *& conſ.* 114. *num.* 1. vbi de re communi, Burſat. *conſ.* 69. *num.* 22. Petrus Cabail. *reſolution. criminal.* 55. *n.* 1.

7 Non † probata autem identitate dicti ſtaminis, & lanæ, præſumitur diuerſitas, Maſcard. *concluſ.* 874. *num.* 11. *&* 12. *& concluſ.* 1179. *num.* 18. Barzius. *deciſ. Bononienſ.* 2. *num.* 30. præcipuè, quia potuit eſſe diuerſum ſtamen, & lana, ex quo iſte Franciſcus ſub nomine proprio faciebat laborare de hac materia, vt ipſe fatetur in ſuo primo conſtituto, *fol.* . *fac.* 2. ibi,

Et ſopra il terzo, & vltimo libro vi è deſcritto del ſtame ch'io hò dato da filare alle filonze ſotto il mio nome, che tutto quello è mio credito, & de hoc fuiſſe illud emptum à Gazetto, non autem de illo mercatorum, contendit ipſe Gazettus in ſuo primo conſtituto, *fol.* 38. *fac. prima, &* 2.

Dette Franciſco era ſolito comprare del ſtame, & della lana, & n'ha comprato, più volte à Verona è Acquanegra, come egli più volte m'ha dette, & perciò penſai che anco detto ſtame, & lana foſſe ſuo, & che ne poteſſe diſporre. Et infra, *anzi mi diſſe ch'era robba tutta ſua, & perciò mi riſolſi per venir ſece à pagamento di comperarlo.*

Augetur autem præſumptio, & poſſibilitas diuerſitatis, quia ipſe Franciſcus in capitulis datis pro ſua defenſione, & eius manu ſubſcriptis, *fol.* 64. *fac.* 2. in primo capitulo fatetur ſe vendidiſſe etiam lanam, & ſtamen alijs perſonis, vnde poteſt eſſe quod vendiderit alijs illud quod habuerat à mercatoribus, & illud a ſe emptum
8 Gazetto, & per conſequens probatio Fiſci, † vti per neceſſe non concludens, non releuat, *cap. in præſentia, extra, de probation. l. non hoc, C. vnde legitimi.*

Nec refragatur quod Gazetus in primo conſtituto, *fol.* 38. *fac.* 2. & *fol.* 39. *fac.* 2. dicat, ſe emiſſe dictam lanam, & ſtamen, quia Franciſcus aſſerebat ſibi refutatam fuiſſe a mercatoribus tamquam non apte natam, namque hoc non infert fuiſſe lanam mercatorum, quia, & ipſe Franciſcus vendebat de ſua propria, quam ſuo nomine laborare faciebat mercatoribus; non enim faciebat texere illam, adeo vt ſtare poſſit, quod fuiſſet refutata à mercatoribus, & tamen non eſſet de illa data ab eis, capiendaque eſt hæc interpretatio, quia inferius Gazettus clare exprimit lanam à ſe emptam, fuiſſe totam de illa propria Franciſci, pars enim vna conſtituti dubia, debet declarari ex alia clara, iuxta vulgaria.

Licet autem Franciſcus dicat in ſecundo conſtituto, *fol.* 16. *fac.* 2. & in tertio conſtituto *fol.* 45. *fac.* 1. quod Gazettus ſciebat ſtamen, & lanam non eſſe ipſius vendentis, ſed mercatorum, ei non creditur, tum rationibus ſuperius deductis, cum agat accuſatorem, & deponat in cauſa proria ad ſui commodum, tum quia eſt varians, & multa mendacia dicit, nam *fol.* 5. *fac.* 2. inquit, quod emebat bonam nomine proprio, *fol.* 16. *fac.* ... hoc negat conſulto in perniciem Gazetti, præterea inquit *fol.* 9. *fac.* 2. illum qui falſo aſſerit fuiſſe præſentem aſſertæ lacerationi ſui libri, fuiſſe cognatum Gazetti, *fol.* 45. *fac.* 1. inquit, fuiſſe cognatum hoſpitis, ſed quod plus eſt, in capitulis reuocat, quod falſo dixerat ſe vendidiſſe Gazetto 400. libras lanę, & ſtaminis, dicens, fuiſſe tantum 200: ex qua falſitate tollitur ei fides in omnibus.

Sed vbi conſtaret lanam venditam Gazetto, eſſe de illa data à mercatoribus ipſi Franciſco venditori, adhuc Gazettus criminaliter condemnari non poſſet.

9 Primo, quia † ex re furtiua penes tertium reperta ipſe ne dum non præſumitur fur, adeo vt poſſit condemnari, ſed nec etiam vt poſſit torqueri. (prout nec fuit tortus Gazettus) niſi ſcienter emerit, de qua ſcientia ſuperius dixi non conſtare, Glo. Bartol. Bal. & Caſtrenſ. *in l.* 2. *C. de furtis.* Alciat. *de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 29. *num.* 1. Vulpell. *conſ.* 149. *num.* 5. Menoch *lib.* 5. *præſumpt.* 129. *ſub. num.* 2. vbi *num.* 3. ſubdit, licet oria-
10 tur † aliqualis ſuſpicio, illam deſtrui nominato eo à quo rem habuit, vel ſi is apud quem res eſt, ſit bonæ conditionis, & famæ, vt per eundem, *ibidem numer.* 6. quorum vtrunque concurrit in propoſito caſu, quod ſcripſit quoque Carotius *in tractat. de re furtiua penes tertium reperta, q.* 2. 3. 5. *&* 6.

Secundo moueor, quia vbi conſtaret hanc lanam fuiſſe ipſorum mercatorum, tamen fuit vendita ſub prætextu, & aſſertione, quod mercatores, & ita Domini eam refutaſſent Franciſco de Fattoribus, vt illam aliter

ter diſtraheret, & eis ſatisfaceret de alia pulchriori, vt
fatetur ipſe Franciſcus, *fol.7.fac. 2. in fine, fol.8. fac. 1. fol.17. fac. 1. fol. 75. fac.2.* & in capitulis, *fol. 64. fac. 2.*
quo fit vt Gazettus non poſſit dici, niſi emptor bonæ
fidei, cum emerit rem non amplius alienam, vt ei fuit
aſſertum, & per conſequens etiam non teneatur furti,
quia furtum non fit ſine animo furandi, nec quando res
11 contrectatur † de voluntate Domini, *l. 1. ff. de furtis,*
& licet non conſtet in rei veritate hanc lanam fuiſſe re-
futatam à mercatoribus, tamen ſufficit quod ita empto-
ri fuit perſuaſum ab ipſomet qui vellet nunc imputare
de delicto emptorem, & ſic ex ſua confeſſione diluitur
dilictum quod impingere nititur, nec quærendum eſt
an hæc aſſertio eſſet vera nec ne, reſpectu mercatorum,
quia ipſi non agunt contra Gazettum, vnde etiam non
habet neceſſe contra eos iuſtificare hanc veritatem,
cum ei ſufficiat ſi habeat fundatam intentionem contra
eum, qui illum criminatur, imò non leue inſurgit credi-
tum refutationis huius lanæ, ex eo quod hoc non fuit
vnquam negatum à mercatoribus, quinimo vbi de-
uentum eſt ad probationes, & data ſunt capitula
cauſa iuſtificandi hoc, cæperunt retrahere ſe à iudicio,
vt *fol.68. & 69.*

Neque obſtat ſtatutum præſentatum, per quod red-
ditur furti ſuſpectus qui emit lanam, vel ſtamen ab ali-
quo qui non faciat artem drapariæ, & non ſit de pa-
narico drapariorum, quia ſtatutum ipſum non obligat
aliquem, niſi ſingulis annis publicatur, vt in eo legitur,
igitur non eſt attendendũ. niſi approbata qualitate, &
requiſito prædicto, quod fuerit publicatum eo Anno
quo Gazettus emit hanc lanam, ad tradita à Bartol. *in l. 1. §. 1. ff. ne quod in loco public.* Dec. *conſ. 434. num. 3.*
Marſil. *conſil. 57. num. 17. & 18.* Bertaz. *conſ. criminal. 59. num. 9. & conſ. 192. num. 6. & conſ. 45. num. 10.*
12 Cum igitur † demonſtrauerim Gazettum non poſſe
condemnari criminaliter nec ordinariè, videndum eſt, an
ſaltem teneatur ad pretij, & æſtimationis dictæ lanæ, &
ſtaminis reſtitutionem, & profecto puto eum non te-
neri.

Primò, quia Domino rei contra tertium ad quem
peruenit res ei furto ablata pro recuperatione æſtima-
13 tionis non competit † niſi iudicis officium, ſi inci-
denter petatur dicta æſtimatio, ſi vero principaliter,
condictio, *l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* vt
plene habetur in deciſionibus diuerſorum, Rotæ Lu-
cenſis *deciſ. 151. colum. final. verſic. Non obſtat argu-
mentum, &c.* quorum remediorum nullum eſt intenta-
tum à mercatoribus contra Gazettum, imo nec factum
14 aliquod verbũ contra eum, iudex autem † non impar-
titur officium ſuum niſi petenti, *l. 4. §. hoc autem, ff. de
damn. infect.* Alexand. *in l. vbi pactum, ſub num. 7. & de
tranſaction. cum ſimilibus.* Cum enim creditores agant
contra ſuum debitorem, & velint ſatisfieri ab eo. qui
etiam eſt ſoluendo, cum poſſideat domum, vt patet in
ſuis conſtitutis, & quorum aliquibus per inſtrumentum
obligatus eſt præciſe, eo in caſu quo non reſtituiſſet eis
lanas acceptas, vtiq; non video quomodo iudex poſſit
condemnare alium nõ pulſante in iudicio ab illis, & cui
forte compatiuntur, cum erogauerit proprias pecunias,
nec remaneat debitor alicuius quantitatis, ea de cauſa
prout fatetur dictus Franciſcus, *fol. 75. fac. 1. & 2.*
15 Secundo, vbi iudicium † criminaliter eſt intenta-
tum, tunc ſi reus veniat abſoluendus à pœna crimina-
li, non poteſt deinde in illo iudicio condemnari ciuili-
ter, vt ex Riminald. Nar. Creſcentio, Bertaz. & Fari-
nac. probat Io. Bonifacius *in tractat. de furtis, §. con-
trectatio, nu. 90.* licet male Rota Lucenſ. tenuerit con-
trarium. *d. deciſ. 151.*
16 Tertio, is qui emit bona fide rem furtiuam, † quæ
poſtea conſumpta eſt, non tenetur reſtituere pretium,
licet teneretur reſtituere rem ſi extaret, Couar. *in re-
gul. peccatum, part. 3. in princip. ſub n. 3. verſic. Quarto
hinc procedit, &c.* Clar. *in §. furtum, ſub num. 27.* Me-
noch. *lib. 5. præſumpt. 29. num. 29. & 30.* Rota Lucenſ.
dict. deciſ. 151. in fine, Io. Bonifac. *in d. tractat. de furtis,
§. contrectatio. num. 93.* Sed Gazettus fuit in bona fide
qui emit rem refutatam à Dominis, & etiam bonæ fi-
17 dei præſumitur † non probata mala fide. Io. Bonifa-
cius *vbi ſupr. in §. eſt, n. 81.* Menoc. *de præſumpt. 29. ſub
n. 30.* lanaque eſt conſumpta, ergo non datur repeti-
tio pretij contra tertium.

Quarto, videtur ceſſare omnis actio, quia res vendi-
ta fuit de voluntate Domini, qui eam refutauit, vt di-
ſtraheretur, imò non tamquam mercatorum poteſt di-
ci vendita, ſed tanquam propria vendentis, in quem
tranſlatum fuerat Dominium, vt alia redderetur.

Quinto, nos habemus ordinem in erectione Sena-
tus, quo diſponitur vt primus creditor qui agit contra
tertium habentem alium qui tenetur conſeruare eum
ſine damno, teneatur dirigere actionem contra primũ
obligatum conſeruare indemnem poſteriorem, ſed
profecto Franciſcus de Factoribus teneretur Gazetto ad
damna, ergo contra eum prius agere debent mercato-
res.

Sexto, & vltimo, (idq; primus dicendum) erat mo-
uet me, quod non conſtat lanam emptam eſſe de illa
horum mercatorum, vt deduxi in primo capite.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio fideicommiſſi, an, & quando induca-
tur, ac præſumatur, & de ipſius effectibus. De
reſtitutione bonorum per grauatum; vbi præci-
puè cum ſunt mobilia. An, & quando liceat
grauato alienare rem fideicommiſſariam. De
cauſis neceſſarijs eas alienandi; Et de detractio-
nibus minuentibus fideicommiſſum.

S V M M A R I V M.

1 *Ex renunciatione omnibus iuribus competentibus, renun-
ciatum cenſetur etiam fideicommiſſo, ob ea verba vni-
uerſalia.*
2 *Id procedit, & cum verba ſunt geminata.*
3 *Neceſſaria eſt ſcientia fideicommiſſi, vt per renunciationẽ
generalem quis in eo ſibi præiudicet. Sufficit tamen ſi ſit
præſumpta, & n. 4.*
5 *Scientia præſumpta ſufficit etiam in diſpoſitione* l. de his,
ff. de tranſact.
6 *Renunciationis tempore non eſt neceſſe lectum fuiſſe teſta-
mentum, cui renunciatur. Sed ſufficit habitam fuiſſe
in antea ſcientiam de eo.*
7 *Qui ſcripturam penes ſe habet, præſumitur ſcientiam
eius habere.*
8 *Contractus ſapientes perpetuitatem debent fieri per inſtru-
mentum publicum, non vero per priuatam ſcripturam,
aut actum iudicialem. Limita in renunciationibus, &
actibus ſimilibus; & contra excipientem.*
9 *Acceptans legatum factum animo compenſandi fideicom-
miſſum, ei renunciaſſe dicitur.*
10 *Renunciatio vnius non præiudicat alijs futuris ſucceſſori-
bus.*
11 *Cum non adeſt expreſſa prohibitio alienationis, hæres
grauatus, vel primus fideicommiſſarius poteſt valide a-
lienare bona fideicommiſſi conditionaliter, vſquequo ad-
ueniente conditione poſterior eam reuocet.*
12 *Filia ſi vult eſſe hæres matris renunciantis debet habere
ratam illam renunciationem.*
13 *Inuentarium non probat, nec pro, nec contra tertium.*
14 *Probatio incerta non eſt admittenda.*
15 *Iuramentum ſuper quantitate cum conſtat de ſubſtantia
non datur non informato. Nec ceſſante dolo, num. 16.*
17 *Vt obtineat fideicommiſſarius, debet probare bona petita
fuiſſe in hæreditate fideicommittentis.*
18 *Bona quæ perierunt ſine culpa grauati, non ſunt ab eo reſti-
tuenda, nec illi imputantur.*
19 *Mobilia corrupta vſu temporis, ſunt reſtituenda ſi ex-
tant, prout ſe habent; ſecus ſi non extent.*

20 *Sup-*

Digitized by Google

20 *Suppellectilia, & mobilia præſumuntur conſumpta ſpatio 34. annorum.*
21 *Bona hæc quæ præſumuntur conſumpta non computantur in Trebellianicam.*
22 *Allegans exactionem eam debet probare vt propriũ fundamentum. Idem in allegante ſolutionem, & numer. 23.*
24 *Hæres grauatus tenetur de culpa cum neglexit exigere à creditoribus hæreditarijs, vid. num. 26.*
25 *Diligentia ſemper præſumitur, non probata negligentia.*
26 *Hæres cum beneficio inuentarij non cogitur exigere credita.*
27 *Hæres grauatus ſatisfacit, cedendo actiones debitorum fideicommiſſario.*
28 *In reſtitutione fideicommiſſi non veniunt, quæ hæres ſua induſtria acquiſiuit.*
29 *Actor debet probare rem petitam à grauato eſſe hæreditariam; dum præſumitur propria.*
30 *Res fideicommiſſaria alienata à grauato, ſuccedit alia per eum empta. Sed vid. num. 31. Et intellige vt, ibid.*
32 *Non præſumitur eamdem pecuniam extractam à re fideicommiſſaria fuiſſe conuerſam in aliam rem. Intellige procedere ſi longum tempus intercedat, num. 33.*
34 *Hæres grauatus tenetur fideicommiſſario pro rebus venditis. Et reddere rationem de omnibus rebus hæreditarijs ad ſe peruenitis, & num. 35.*
36 *Alienatio, & cauſa neceſſaria permittitur grauato, quo ad rem reſtituendam alias.*
37 *Bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt ob alimenta diſtrahi à grauato.*
38 *Nemo præſumitur viuere de vento.*
39 *Pro dotibus conſtituendis poteſt minui fideicommiſſum. Item pro dotibus maternis, & num. 40.*
41 *Mulier adminiſtrans præſumitur ſibi ſoluiſſe dotes debitas.*
42 *Expenſæ funeris minuunt fideicommiſſum.*
43 *Ex fideicommiſſo detrahi debet legitima, & Trebellianica.*
44 *Dimidia hæreditatis abſorbetur ratione legitimæ cum filij ſunt quinque; etiamſi filiæ ſint excluſæ.*
45 *Legatum dotis factum à Teſtatore ſuccedit loco legitimæ.*
46 *Fœminæ ſua dote contentæ loco legitimæ faciunt partem ad commodum maſculorum.*
47 *Legitima capiens ſemeſtrem, & Trebellianica vnita aſcendunt ad ſeptem hæreditatis vncias, & dimidiam.*
48 *Vxor faciens ſe hæredem mariti cum beneficio inuentarij poteſt detrahere dotes, deminuendo fideicommiſſum, vbi fuiſſet conſumpta legitima, & Trebellianica.*

CONTROVERSIA DCX.

EXcludendas fore arbitror Dominas Victoriam, Heliſabet, Barbaram, & Eleonoram tam à domo deducta in iudicio proclamatum publicatorum ad inſtantiã Domini Hyppoliti Guidoni, quam ab eius pretio, non obſtante fideicommiſſo in earum perſonis, vt prętendũt, purificato.

Quo enim ad Dominam Victoriam conſidero duplici reſpectu eam obtinere non poſſe, primo quia poſtquã euenerat caſus fideicommiſſi renunciauit omnia iura, quæ habebat, & habere poterat in bonis patris tam ratione legitimæ, quam cuiuſcumque alterius iuris Dominæ Leliæ Stellæ venditrici huius domus proclamatæ, ex qua renunciatione cum dictis verbis vniuerſalibus,
1 † quæ de proprietate ſermonis reſtringi non poſſunt, dicitur etiam renunciata ipſi Federico, Gabr. *de fideicom. concluſ. 1. num. 43.* Non. *conſ. 41. num. 7. & num. 11. in fine,* Rimin. Iun. *conſ. 166. num. 4. & conſ. 343. numer. 12. & 13.* Maſcard. *de probation. concluſ. 776. num. 15.* Craſs. *de magis commun. §. fideicommiſſum, quæſt. 63. numer. 5.* Laderch. *conſ. 101. ſub num. 17. verſic. Quarta eſt ceſſio, &c.* Borgn. *deciſ. 36. num. 17. part. 1.* Menoch. *conſ. 87. nu. 27. & lib. 3. præſumpt. 115. num. 34. & 40.* Peregrin. *de fideicommiſs. art. 52. num. 32.* vbi *num. 33.* meminit quando
2 adeſt † verbum vniuerſale geminatum, vt hic; Intrighol. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 92. num. 62. & 63.*
3 Et licet † videatur neceſſaria ſcientia fideicommiſſi ad hoc, vt quis per ſimiles renunciationes ſibi præiudicet, vt per Natt. *conſ. 474. num. 32.* Burſatt. *conſ. 64. ſub num. 34. & conſ. 86. num. 13. & conſ. 174. num. 1.* tamen
4 ſufficit ſcientia † præſumptiua teſtamenti, & deducta ex coniecturis tantum, Bart. *in leg. qui Romæ, §. duo fratres in 3. quæſt. ſub num. 13.* & ibi Ripa *num. 52.* Aquenſ. *ſub num. 24. & 25.* Socin. Iun. *num. 19. ff. de verbor. obligat.* Dec. *conſ. 286. aliàs eſt conſ. 287. num. 16. & conſil. 302. ſub numer. 3.* cum alijs plene congeſtis per Burſatt. *dict. conſil. 174. numer. 3.* & Honded. *conſil. 33. num. 28. volum. 1.*
5 Idque verum eſt † etiam ſtante diſpoſitione *leg. de his, ff. de tranſact.* nam in terminis dictæ legis, ſufficit ſcientia præſumpta, vt ſentiunt Bartol. & alij ſuperius citati, & expreſſe notat Iaſ. *in dict. leg. de his, numer. 15.* Oſaſc. *deciſ. 112. ſub num. 20.* Surd. *conſ. 8. num. 39.* Peregr. *dict. art. 52. num. 22. in fine,* cum non ſit neceſſe,
6 quod tempore inſtrumenti fuerint lecta † verba teſtamenti dummodo præſumatur habita antea ſcientia illius, vt per Bart. *in dict. leg. de his, nu. 6.* & ibi Caſtrenſ. *num. 3. & 7.* Iaſ. *num. 14. & 15.* Alex. *conſ. 128. ſub num. 4. volum. 7.* Oſaſc. *dict. deciſ. 112. ſub num. 20.* Gozadin. *conſ. 98. ſub num. 21.* Non. *conſ. 41. num. 19.* pulchrè Cepol. *conſ. 61. aliàs eſt 62. num. 7. volum. 2. ciuilium.* Honded. *d. conſ. 33. num. 37. volum. 1.*
7 Scientiam autem † habuiſſe de prædicto teſtamento præſumitur, cum habuerit illud penes ſe, quod patet, quia fuit productũ aliàs ab ea cõtra Dominam Leliam, qui enim habet ſcripturam penes ſe, præſumitur habere ſcientiam de contentis in illa, Ancharan. *in clement. 1. num. 4. verſic. Quarto noto, &c. colum. 2. de procurator.* Maſcard. *concluſ. 129. num. 14.* & fortè etiam teſtamentum prædictum fuit productum in eo iudicio præciſo, in quo facta fuit hæc renunciatio Dominæ Leliæ, quod ſi verum eſſet, facilius præſumeretur ſcientia.
8 Neque obſtat, † quod contractus ſapientes perpetuitatem non teneant ſi fiant per ſcripturam priuatam, vel actum iudicialem; ſed tantum, quando fiunt per inſtrumentum publicum ex diſpoſitione ordinis ex aduerſo producti; nam ommiſſo, quod non videtur eſſe receptus in huiuſmodi renunciationibus, & alijs quibuſdam contractibus ſimilibus, dico, quod non procedit contra excipientem, ſed tantum contra actorem, quia in ſimilibus actibus iudicialibus ſe fundat Surd. in ſpecie de illo loquens, *dec. 277.* vbi dicunt ſæpè ita deciſum fuiſſe.
9 Secundo cum ipſa † Domina Victoria acceptauerit legatum ſibi factum à q. D. Io: Baptiſta Leona fratre ſuo, & hærede grauato, & pro illo egerit contra D. Leliam, & fuerit ab ea ſatisfacta, vt in proceſſu contra eam aliàs hac de cauſa agitato, non poteſt amplius quidquã prętẽdere, vigore huius fideicõmiſſi, quia cum hoc onus reſtituendi fideicommiſſum eſſet debitum neceſſarium, cenſetur D. Io: Baptiſta legaſſe animo compenſandi cũ legatum cum eo, Caſtr. *conſ. 35. Videtur dicendum, quod vtrunque legatum, colum. 2. verſic. Quarto, &c. & verſ. Sed ad hoc reſpondetur, vol. 2.* Alba, *conſ. 17.* Io: de Anan. *conſ. 3. circa finem,* & ibi Bolognin. *in additionib. verſic. Præterea facit illud.*

Quo verò ad perſonam Dominæ Eliſabet idem quod ſupra dixi de renunciatione in perſona D. Victoriæ, fortius obſtat cùm nam renunciatio illius eſt magis ampla cũ ſpecifica ſcientia contentorum in teſtamento patris, de quo fuit certificata per eius lecturam, vt de his omnibus extat publicum inſtrumentum in proceſſu, *fol. 29. & 30.* quo fit, vt huic fideicommiſſo renunciaſſe dicatur. & per conſequens ad illud non habeat amplius regreſſum, vt deduxi ſuperius, licet autem talis renunciatio non
10 noceat † futuris ſucceſſoribus, & ſic filiæ prædictæ D. Eliſabet, Menoch. *lib. 3. præſump. 115. num. 59.* Peregr. *artic. 52. num. 73.* Intrighol. *de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 92. num. 48.* Alba, *conſ. 29. num. 17.* tamen reſpectu dictæ Dominæ Barbaræ filiæ prædictæ Dominæ Eliſabet dicatur

Digitized by Google

tur, quod ſtantibus rebus prout ſtant, nulla ei competit
actio, viuente matre, quæ renunciauit ius iſtius fideicō-
11 miſſi, nam vbi non adeſt expreſſa prohibitio alienatio-
nis † quæ in hoc teſtamento non legitur; tunc hæres
grauatus, vel primus fideicommiſſarius poteſt validè a-
lienare bona ſubiecta fideicommiſſo conditionali, &
transferre dominium, nec poteſt rumpi talis alienatio,
niſi purificata conditione in perſona poſterioris, Pere-
gr. *de fideicomm. art.40. num.7.* Rimin. Iun. *conſ.9.num.*
91. cum autem ipſa D. Eliſabet renunciauerit per ſe,&
ſuos hæredes D. Barbara eius filia ſi volet conſequi hæ-
reditatem matris, quæ vtique maior eſt, attenta etiam
tantum dote habita ab ea quæ poſset eſse commodum
12 iſtius fideicommiſſi † procul dubio tenebitur habere
ratam prædictam renunciationem, *l.cum à matre, C.de
rei vendicat. leg. Seia, ff. de euiction.* Peregr. *art.33. num.*
6. Gabr. *de regul. iur. concluſ.11. num. 6.* Ioſeph Ludou.
*concluſ.16. quæ eſt ſub titul. de hæredib. illatione 82. verſic.
ſecundo amplia.*
Denique reſpectu Dominæ Eleonoræ filiæ q. Domi-
næ Æmiliæ vnius ex filiæ fideicommittentis non eſt cō-
morandum, quia non comparuit in termino, nec fuit
admiſsa per reſcriptum, nec fecit aliquas probatio-
nes ſe eſse talem qualem ſe fecit.
Et hæc dicta ſint circa perſonas cuiuſque.
Nunc generaliter eas omnes amplectēdo dico, quod
vbi poſſint aſpirare ad dictum fideicommiſsum; nihi-
lominus inanis redditur earum actio, cum nihil reſiduū
ſit deductis deducendis, & computatis computandis,
quod ad eas ſpectare poſſit.
Primo enim conſidero, quod non videtur probatum
bonum de quibus in inuentario fuiſse in bonis fideicom-
13 mittentis; nam inuentarium non probat † nec pro,
nec contra tertium, Maſcard. *de probation. concluſ.939.
num.9.* Nec teſtes inducti pro hac probatione quidquā
concludunt, dicunt enim ſe tantum in genere ſcire,
quod teſtator habebat mobilia, & exercebat artem
caſcarij, ſed an reliquerit bona de quibus in inuenta-
14 rio, ignorant, quorum † probatio tamquam incerta,
non eſt admittenda, *leg. non hoc,* vbi Bal. *Cod. vnde le-
gitim.*
Neque locus eſt iuramento pro liquidanda quantita-
15 te, cum conſtat in genere de ſubſtantia, quia † tale
iuramentum non datur non informato, Surd. *conſ.73.*
16 *num.41.* Nec quando † ceſſat dolus, Crauett. *de antiq.
temporis, parte prima ſectione vidimus, & abundè, ſub n.
15. verſic. ſecundo reſpondetur,* Rot. *deciſ. 746. numer.
5. parte prima nouiſſ.* Menoch. *conſ. 81. num. 20.* Mancin.
*in tractat. de iurament. parte quarta, effect. 109. nume-
ro tertio.*
Secundo, vbi conſtaret bona de quibus in prædicto
inuentario relicta fuiſſe in hæreditate fideicommitten-
tis, tamen D. Lelia non teneretur pro illis, quia non
apparet perueniſſe ad manus eius mariti hæredis graua-
17 ti, de quo tamen conſtare debet, † vt fideicommiſſa-
rius obtinere poſſit, Crauett. *conſ.316. colum. penultim.
verſ. tenetur tamen fideicommiſſarius, &c.* Maſcard. *con-
cluſion. 200. numero primo,* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.
44. ſub numero vigeſimo primo, verſic. cæterum ſi in-
teruallum.*
Nec refert quod teſtes examinati exaduerſo dicant
D. Ioannem Baptiſtam poſt mortem matris occupaſſe
omnia bona, quia fatentur fere omnes, ſed præcipuè
primus, (qui etiam vnicus probaret contra producen-
tem parua) mobilia remanſiſſe poſt eius mortē, & red-
dunt rationem, quia ipſa erat onerata multis filijs, &
mortuo marito ceſſauit negotium vendendi caſeum, vt
omnes ad vnum concludunt, vnde cum non haberet a-
liunde, neceſſe erat, quod venderet de bonis prædictis
pro illis alendis.
Et quod mobilia apothecæ, puta caſeus, & ſimilia,
non peruenerint ad manus ipſius D. Io: Baptiſtæ, inde
probatur, quod patet mortuus eſt de anno 1563. vt
colligitur ex inuentario, mater verò adminiſtrauit vſq;
ad annum 1575. quo mortua eſt, vt in poſitionibus, *fol.*
36. fac.2. certum autem eſt, caſeum, & alia ad negocia-
tionem caſeariam pertinentia non potuiſſe durare per
duodecim annos, & quamuis potuiſſent vendi, & con-
ſeruari pecunias, tamen, vltra quod alimonia filiorum
omnium fere infantium hoc non patiebatur, iſtud incū-
bebat matri tutrici, & curatrici, quam non conſtat id
feciſſe, nec aliquas pecunias ex eis extractas perueniſſe
ad filium, Vnde dato etiam quod perijſſent culpa ma-
tris, filius pro illis non teneretur, tum quia, vt dixi, non
obligatur pro illis bonis, quæ non peruenerunt ad eius
18 manus, tum quia quæ perierunt ſine culpa grauati † nō
ſunt ab eo reſtituenda, nec illi imputantur, *l. mulier, la
prima, §. ſed enim, & l. deducta, §. ante diem, ff. ad Tre-
bell.* Gabr. *conſil. 138. num.39. volum.2.* Phanuc. *de in-
uent. part. 6. ſub numer. 53.* Peregr. *de fideicom. art. 10.
ſub n.34. & 38.* Intrigliol. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 74. n.111.*
Neque ad illa reſtituenda poteſt teneri, quaſi fuerit
hæres matris, quæ male adminiſtrauerit, quia
hoc negatum fuit, *fol.32. fac.1.* & bona potuerunt oc-
cupari tamquam paterna, non autem vti de hæredita-
te matris. Et denique non conſtat male adminiſtrata
fuiſſe bona, cum aliter viuere non poſſent, niſi per di-
ſtractionem bonorum.
Idem dico de mobilibus, quæ vſu conſumuntur; nam
cum veteraſcunt, vel tempore conſumuntur ſine culpa
19 grauati, ſi extant, veniunt † reſtituenda eo in ſtatu,
quo reperiuntur, ſi vero non extant nulla facienda eſt
eorum reſtitutio, Peregr. *de fideicomm. art.10. num.35.
& 39. & conſ.70. num.21. vol.1.* vbi dicit bis ita iudica-
tum fuiſſe, in caſu autem iſto ex diuturnitate temporis,
quæ fuit ab anno 1563. quo deceſſit teſtator, vſque ad
annum 1597. quo mortuus eſt D. Io: Baptiſta grauatus,
20 præſumuntur † conſumpta mobilia prædicta, & do-
mus ſuppellectilia, idem Peregr. *d. art. 10. num.40.* & la-
tè ex multorum auctoritate, probat Raudenſ. *deciſ. Pe-
ſan.28. num.162. & deciſ.29. num.273.* qui ſubdunt etiā
21 talia bona † vſu, & curſu temporis conſumpta non
computari grauato in Trebellianicam.
De creditis pariter deſcriptis in inuentario non eſt
reddenda aliqua ratio, quia non apparet fuiſſe exacta,
22 & qui allegat exactionem † eam probare debet tam-
quam ſuæ intentionis fundamentum, *l. ei qui, ff. de pro-
bation.* præſertim, quia eſt quid facti, quod non præſu-
mitur, *l. in bello, §. facta, ff. de captiu.* ſicuti etiam vide-
23 mus, quod allegans † ſolutionem tenetur probare nō
autem, qui eam negat, Natt. *conſ.569. num.2. & 4. &
conſ.226. num.3.* late Corbul. *in quæſt. 4. poſt titulum de
cauſa priuationis ob non ſolutum canonem.*
24 Et quamuis † hęres grauatus teneatur, ſi culpa ſua
neglexerit exigere à creditoribus, Soc. *conſ.273. ſub nu-
mer.3. volum.2.* Peregr. *de fideicom. art.41. num.18.* tamē
hic non apparet aliqua negligentia, quia non extant a-
liquæ ſcripturæ, per quas potuiſſent probari hæc credi-
ta, nec apparet alias adfuiſse probationes, quinimmo
25 præſumitur † diligentia non probata negligentia, Ma-
ſcard. *concluſ. mihi 1093. in verbo negligentia, numer.1.*
immo etiam ſi non fuiſset attentata exactio, excuſaretur
hæres grauatus, tum quia non debuit ſe exponere peri-
culo iacturæ expenſarum, cum non conſtet habuiſse
26 probationes, tum quia † hæres cum beneficio inuen-
tarij non cogitur exigere credita, Monticul. *de inuentar.
cap.10. num.30. 292. & 594. in magn. impreſſ.* Vnde ſatis
eſt fideicommiſsarijs, ſi eis à grauato, & ſic à Domina
27 Lelia cedantur actiones † tales quales, pro eis exigē-
dis, ad tradita à Peregr. *de fideic. art.2. ſub num.55.* & ad
materiam, textus *in leg. ſi ſic legatum, §. ſi mihi, in fine,
ff. de legat.1.*
Circa domum deductam in præſenti iudicio, & con-
tra quam, ſeu eius pretium egerunt, idem reſpondendū
eſt, vt eis nulla detur actio, non enim competit, eo
quia ſit fideicommiſsaria, nam conſtat ipſam non eſse
de hæreditate fideicommittentis, ſed acquiſitam fuiſse
ab eius filio D. Io: Baptiſta, vt ex fide acquiſitionis pro-
ducta ab aduerſarijs, *fol.56. fac.2.* in reſtitutione autem
28 fideicommiſſi non veniunt † ea quæ hæres ſua indu-

Digitized by Google

ſtria acquiſiuit, Crauett. *conſ.316. ſub num.* 3. Honded.
*conſ.63. num.77. volum.*1. Peregr. *d.fideic.art.44. nu.29.*
nec præſumitur domus iſta quæſita ex pecunia hæredi-
taria, ſed propria dicti Domini Ioannis Baptiſtæ, niſi
29 † hoc probetur ab agentibus, Alex. *conſ.82.ſub numer.*
*13. & 14. volum.*2. Crauett. *conſ.316. in nono dubio*, Pe-
regr. *conſ.53. num.10. & 11. volum.*1. Nec refert, quod
vbi vna res ſubiecta fideicommiſſo fuit alienata à graua-
30 to, quod tunc alia per eum empta ſuccedat † loco a-
lienatæ, & fiat fideicommiſſo ſubiecta, Curt. Iun. in
cauſa Mantuana, *conſ.192. num.*98. Peregr. *de fideicom.*
art.44. ante num.30. verſ. Si tamen hæres grauatus, &c.
31 nam omiſſo, quod contrarium † late reſpondet, &
forte verius Menoch. *conſ.694. in ſecundo dubio,num.17.*
cum ſeqq. illud procedit, quando emptio fit, vel de pe-
cunia ex pretio rei venditæ, vel de alia pecunia hæredi-
taria, vt per Curtium, *vbi ſupr.num.99.* Peregr. *loco pro-*
xime citato, quia *num.*28. loquitur, quando emptio fit
cum pecunia hęreditaria,& retento eodem themate poſt
ſub num.29. circa finem, infert, quando vna res emitur
poſtquam alia fuit vendita, neque in caſu iſto poteſt
præſumi, quod fuerit idem pretium rei venditæ conuer-
32 ſum in aliam domum emptam, ſicuti † præſumi de-
bere, tradit Curt. Iun. *d.conſ.192.ſub num.99.* quia eius
doctrina procedit, quando modicum interceſſit inter-
uallum; nam tunc præſumitur idem pretium, & pecu-
nia, ſecus ſi diuturnum, provt in caſu iſto, in quo in-
ter venditionem, quę fuit de anno 1579. vt in proceſſu,
*fol.*51. & acquiſitionem, quæ fuit de anno 1596. vt *fol.*
33 56. *fac.*2. † interceſſerunt decemocto anni; ita colligi-
tur ex Surdo *deciſ.55. num.9. &* 10 & Borgn. *deciſ.15. n.*
5. *part.*4. vbi dicunt ex modico temporis interuallo prę-
ſumi identitatem pecuniæ, & pretij rei venditæ, ſecus
ſentientes, ſi longinquum interponatur.
34 Non etiam † eiſdem actricibus competit actio per-
ſonalis, quia etſi alias hæres grauatus teneatur fideicom-
miſſo pro rebus venditis, Peregr. *de fideicom.art.10. nu-*
35 *mer.*30. & generaliter teneatur † reddere rationem de
omnibus rebus hæreditarijs ad eum peruentis, idem Pe-
regr. *in dict.tractat. art.3. ſub num.73. verſ. Quinto, &c.*
*& art.10. num.27. & conſ.48. num.10. volumen.*1. tamen
36 hoc verum eſt, † niſi alienatio fuerit ex cauſa neceſſa-
ria, & licita, Crauet. *conſ.316. ſub num.*1.

In propoſito autem caſu multæ fuerunt neceſſitates,
ex quibus domus prædicta hæreditaria, & mobilia po-
tuerunt alienari, & primo teſtator reliquit vxorem vnà
cum quinque filijs, qui nihil lucrabantur, nec habebāt
redditus aliquos, ex quibus viuerent, vt concludunt ō-
nes teſtes, etiam pro aduerſarijs examinati, & qui
filij fuerunt alimentati à matre, & poſtmodum ab ipſo
Domino Ioanne Baptiſta per longam ſeriem annorum,
vt per teſtes, & reſpectu Dominæ Victoriæ probat etiā
37 fides producta, *fol.28.fac.*1. quotum alimentorum † cauſa
potuerunt diſtrahi bona ſubiecta fideicommiſſo, Iaſ. *in*
Auth. res quæ, num.31. C. commun. de legat. Ioannes Ba-
ptiſta Pontan. *in tractat. de aliment. cap.17. numer.* 35.
Martin Coler. *in ſimili tractat. lib.2. cap. 2. ſub num.45.*
in fine cum ſeq. Surd. *conſ.351. num.15.* Peregr. *art.42. n.*
86. & cum non haberent vnde aliunde viuerent, nec ali-
38 quis † præſumatur viuere de vento, *l.final. in fine, C. de*
aliment. pupillo præſtand. vbi gloſſ. excipit ſolum lupum,
præſumentur alienata in hanc cauſam, & ex illis præſtita
alimenta, *d.l.final.*

Secundo duæ ex filiabus teſtatoris, ſcilicet Domina
Victoria, & Eliſabet habuerunt ducatos 340. pro quali-
bet ex cauſa dotis, vt de vna patet in proceſſu, *fol.*29.
de alia in vi teſtamenti D. Io: Baptiſtæ, & in alio pro-
ceſſu per eam actitatum contra Dominam Leliam, quæ
dotes etiam ex facultate præſtita à teſtature potuerunt
conſtitui in tanta quantitate, vt *fol.6. fac.*2. & per eos
39 † poſſe minui fideicommiſſum, ſcripſerunt Crauett.
conſ.316. in 7. dubio, Natt. *conſ.255. numer.* 8. Menoch.
*conſ.292. num.*118.

Si poſſet oſtendi aliquid ſolutum fuiſſe Dominæ Æ-
miliæ, id quoque extenuaret fideicommiſſum, ſicuti
veriſimile eſt eàm quoquè ſuàs dotes habuiſſe, cum fue-
rit nupta.

Tertio deducendæ eſſent dotes maternæ, & ſic vxoris
40 teſtatoris, quæ pariter † extenuant fideicommiſſum,
Crauett. *conſ.316. in 7. dubio*, Natt. *conſ.255. numer.* 6.
Menoch. *conſ.292. num.8. & 681. num.*5. & quas dotes
41 ſibi met ſoluiſſe matrem cum adminiſtrauerit † hæc
bona à iure præſumitur, Afflict. *dec.13. numer.*16. Surd.
*conſ.290. num.*33. Menoch. *lib.3. præſumpt.135. numer.*
13. Verum eſt, quod etſi appareat eam habuiſſe dotes,
vt ex teſtamento mariti, tamen cum non conſtet de quā-
titate, modicum fundamentum poſſet fieri ſuper hac de-
ductione.

Quarto habenda eſſet ratio expenſarum funeris, ſal-
tem arbitrio boni viri, cum de eis aliter non conſtet, ex
quo non præſumitur ſepultus teſtator ſine aliqua impē-
42 ſa, nam & ipſæ † minuunt fideicommiſſum, Menoc.
conſ.681. num.6. Peregr. *de fideicomm. art.35. numer.* ...

Quinto ad commodum Dominæ Lelię deducenda e-
43 rit legitima, † & Trebellianica debita filij maſculis,
Menoch. *d.conſ.682. num.9. &* 12. Peregr. *de fideicomm.*
art.3. & art.6. quæ legitima cum filij eſſent quinq; ca-
44 pit dimidiam hæreditatis, etiam ſi filiæ ſint † excluſæ,
Ceph. *conſ.*245. Laderch. *conſil.126. num.6.* maxime cū
fuerint agnitæ pro ſuis à teſtatore, qui iure inſtitutio-
45 nis eis reliquit dotes, quo caſu legatum † ſuccedit lo-
co legitimæ, Soc. *conſ.134. num.21. cum ſeqq. & numer.*
*26. volum.*1. Alciat. *in l. ventre, num.26. ff. de acquir. he-*
redit. Bero. de magis communi, *conſ.155. num. 44. vol.*
2. Menoch. *conſ.251. in ſexta dubitatione*; & tunc fęmi-
46 næ faciunt partem ad † commodum maſculorum.
Theſaur. *dec.159. num.6.* Craſ. §. *legitima, quæſt.7. ſub*
num.4. Morot. *conſ.23. ſub num.1. verſic. Sed licet, &c.*
Petr. *de fideicomm. quæſt.15. num.* 144. quæ legitima ca-
piens ſemiſſem, iuncta cum Trebellianica aſcendet
47 ad ſeptem vncias † cum dimidia totius hæreditatis.
Craſ. §. *Trebellianica, quęſt.4. num.2.* Theſaur. *dec.252.*
Fachin. *lib.5. controu.iur. cap.3.*
48 Sexto, † ſi Domina Lelia feciſſet ſe hæredem mariti
cum beneficio inuentarij, poſſet detrahere ſuas dotes di-
minuendo fideicommiſſum, vbi fuiſſet conſumpta legi-
tima, & trebellianica, vt de magis communi teſtatur
Rimin. Iun. *conſil.952. numer. 53. cum ſequentibus.*

Concludo igitur, quod vbi conſtaret bona inuenta-
rij perueniſſe ad manus D. Io:Baptiſtæ, & vbi actrices
non eſſent excluſæ per renunciationes factas, iudicandū
eſſet nullam habendam eſſe rationem aſſertorum cre-
ditorum deſcriptorum in inuentario, ad augendum va-
lorem hæreditatis, nec de domo, de qua in cauſa, vti
non hæreditaria, ſed acquiſita ex induſtria D. Io:Bapti-
ſtæ, qui exercebat mercaturam cum pecunijs dotalibus,
nec non ad commodum Dominæ Leliæ detrahendas eſ-
ſe dotes ſolutas actricis, impenſas funeris arbitrandas à
Perilluſtr. Senatu, veriſimiles alienationes factas pro ex-
penſis alimentorum, bona conſumpta diuturnitate tē-
poris, & præcipuè caſeum, & ſimilia reperta in apo-
theca caſearia, quę non potuerunt durare, nec eorum
pretium conſtat poſt mortem matris relictum fuiſſe, ſeu
perueniſſe ad manus D. Io:Baptiſtæ, & denique legiti-
mam, & trebellianicam.

ARGVMENTVM.

Iniuſtum eſt grauamen, fideiubendi de præſentan-
dis teſtibus forenſibus examinatis, ad omne man-
datum Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Ad factum alienum nemo obligatur.*
2 *Poteſt quidem ſponte illud promitti at non ad id cogi.*
3 *Licentia pendens à Principis voluntate dicitur impoſſibilis.*
4 *Abſurda in propoſito caſu referuntur, & numer.* 5 *&* 6.

CON-

CONTROVERSIA DCXI.

PRonuncia, qua grauati ſunt Illuſtriſſimi Domini Comites Cattanei ad fideiubendum de præſentandis teſtibus forenſibus per eos examinatis ad omnem requiſitionem Dominorum Iudicum, reuocari debet, prout reuocari inſtatur, nedum, ex eo quod præſentatio teſtium continet factum alienum, cum enim nec de iure, nec de facto poſſint præſentari ipſis inuitis, neceſſe eſt, quod is, qui eos præſentare debet, obligetur ad procurandum, quod ipſi veniant coram Iudice, & ſic præciſè ad factũ
1 alienum, quo caſu certi iuris eſt † neminem obligari, *leg. ſtipulatio iſta, 38. in principio, ff. de verb. obligatio. leg. ſicut reus, 65. ff. de fideiuſſorib.* Et quamuis etiam quis volens poſſit obligari pro facto alieno, ſi promittat de ſuo, & alijs in caſibus, de quibus per ſcribentes, ta-
2 men inuitus, nemo cogi poteſt ad hoc, Laderch. *conſil.* 208. *num.* 3. & eo minus cum iure cautum non repetiatur, nec ab aliquo vnquam annotatum, vt quis fideiubere teneatur de præſentandis teſtibus forenſibus ad Iudicis requiſitionem.

Sed id quod magis vrget, & quod non fuit allegatum, nec cognitum à Perilluſtr. Iudicibus eſt quod extat decretum Illuſtriſſimi Comitis Nouellariæ, quod in parte, & in partibus, &c. producitur, quo prohibet ſub pena ſuis ſubditibus examen ſubire extra eius territoriũ, & coram alijs Iudicibus ſine eius licentia, imo eadem pœna indicitur procuratoribus, vt alibi examinentur.

3 Vnde cum licentia, quæ pendet † à voluntate Principis, reputetur à iure impoſſibilis, *l. apud Iulianum, aliàs incip. cum ſeruus*, 39. vbi Iaſ. *num.* 9 *ff. de leg.* 1. eſſet obligare Dominos Comites ad factum impoſſibile, ad quod lex neminem obligat, & ad certam iacturam pe-
4 næ † ſub qua fideiuberent de præſentando dictos te-
5 ſtes. Et quod plus eſt, † ponerentur in periculo incurrendi pęnam dicti proclamatis, & indignationem euiſdem Domini Nouellariæ, procurando talem præſentationem contra eius voluntatem, quatenus nollet impartiri licentiam; Quæ omnia ſicuti repugnant iuris diſpoſitioni, ita ſuadent Perilluſtr. Iudices ex nouiter deductis debere reuocare dictam pronunciam.

6 Nec refert, quod ſemel Dominus Comes impertitus fuerit licentiam, & paſſus fuerit eos examinari extra territorium, quia hoc nõ infert, cum iterum hoc promiſſurũ; & cum ita poſſit denegare ſicut concedere ius, præſumitur hoc non poſſe impetrari, & tanto minus cum facillimè ſuſpicari poſſet Dominus Comes ſuos ſubditos eadem met de cauſa vocatos ad reddendam rationem ſui examinis, poſſe retineri à forenſibus Iudicibus, quãuis ipſiſſimam veritatem depoſuerint, ita vt ob hanc ſuſpicionem, fere certum ſit ipſum non conceſſurum prædictam licentiam.

Propterea cum redactio in actis harum atteſtationũ etiam ſine aliqua fideiuſſione non pariat aliquod præiudicium aduerſarijs, ex quo Iudices poterint eis non adhiberet fidem, ſi ita ipſis videbitur, inſtatur omni meliori modo, &c. reuocata ſupradicta pronuncia, ordinari ſimpliciter dictos teſtes redigi in actis, & procedendum eſſe ad vlteriora, & ita citra præiudicium, &c. cum proteſtatione nullitatis expenſarum, &c.

A R G V M E N T V M.

De iure competente hæredi hæredis in agendo. De pecuniæ in ſpecie exſoluendæ conuentione, & obligatione. Et de actione contra poſſeſſores terræ, pro qua liuellum ſoluitur.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres hæredis eſt hæres primi defuncti.*
2 *Obtinere poteſt actor (præcipuè ex ſtyl. Senatus Mant.) ob aliquod ius deductum, & probatum, etſi ex eo non egerit.*
3 *Deſignatio non taxatiuè, ſed demonſtratiuè non habetur in conſideratione in propoſito.*
4 *Liuellum ſoluens habet contra poſſeſſorem terrarum pro quibus ſoluitur, actionem in rem ſcriptam, vel ſaltem realem, num. 5.*

CONTROVERSIA DCXII.

ACceptatis fauorabilibus quibuſcumque, ſi quæ ſunt in ſcriptura, ſeu libello emiſſo nomine Illuſtris D. Cecilıæ de Gropellis, vti tutricis eius filiorum in cauſa reuiſionis, contrarijs penitus reiectis, dicit infraſcriptus procurator nomine Illuſtriſſ. D. Comitiſſæ Margaritæ Arriuabenæ, nedum non eſſe reuocandam, ſeu reformandam ſententiam latam à M. Illuſtri Senatu ad fauorem prędictæ Dominæ Comitiſſæ, ſed imo omnino cõfirmandam eſſe cum victoria expenſarum, pro vt eam confirmari, & aduerſantẽ condemnari in expenſis, damnis, & intereſſe, de quibus proteſtatur, omni meliori modo, &c. inſtat, & petit.

Cuius intentioni non faceſſunt negotium adducta in oppoſitum in dicta ſcriptura, namque ad primum, quod ipſa Domina Comitiſſa egerit ad controuerſum liuellum, vti hæres q. Domini Petri Coppini, in cuius tamen hæreditate conſtat non fuiſſe illum, neque aliquam eius partem relictam, & propterea non potuerit obtinere tamquam ceſſionaria, q. Dominæ Franciſcæ de Bonhomine, cum vti talis non egerit, reſpondetur dupliciter, & primo ipſam egiſſe, vti hæredem Petri, eo tempore, quo vti illa, quæ ſucceſſerat in ius alterius ignorabat partes dicti liuelli, ſpectantes ad Petrum, & alios fratres fuiſſe alienatas, & per conſequens potuit credere relictas fuiſſe in eius hæreditate, cum crederet etiam eum vltimum omnium dictorum fratrum deceſſiſſe, licet in rei veritate poſtea apparuerit poſt eum deceſſiſſe Dominum Aloyſium, ſed poſtquam apparuit aliquas partes dicti liuelli alienatas fuiſſe, & Aloyſium deceſſiſſe poſt Petrum, non amplius egit vti hęres dictorum fratrum, mediante perſona Petri; ſed ſimpliciter vti hæres Pamphili, Petri Antonij, & Aloyſij. vt in ſcriptura producta ſub die 19. Ianuarij, *fol.* 53. *fac.* 1. & cum vere eſſet eorum hæres mediante ceſſione ſibi facta à Domina Franciſca de Bonhomine, potuit ſimpliciter
1 agere vti hæres eorum, quia hæres † hæredis eſt vere, & propriè hæres primi defuncti, & procedit libellus quo quis ſe dixit hæredem ſimpliciter Titij, licet non ſit eius hæres, niſi mediante perſona Sempronij, Bart. *in leg. final. Cod. de hæredib. inſtit.* Rota *deciſ.* 47. *nu.* 8. *&* 11. *par.* 2. in hæreditate autem Aloyſij fuiſſe liuellum cõtrouerſum non eſt dubitandum, & quod voluerit agere vti hæres eorum, mediante dicta ceſſione ex teſtamento Ioannis Franciſci Coppini, patet ex productione dicti teſtamenti facta ſub 9. Ianuarij 1606. *fol.* 38. *fac.* 2. vbi dicitur illud produci ad oſtendendum Dominam Comitiſſam eſſe talem qualem ſe facit, & productione ceſſionis ſub 12. Ianuarij 1606. *fol.* 50. quorum iurium productio & aſſertio, quod volebat probare ſe talem qualem ſe faciebat, non fuiſſet neceſſaria niſi voluiſſet agere mediante dicta ceſſione.

Sed clarius in petitione producta ſub 7. Iunij 1606. *fol.* 83. poſtquam apparuit de multis alienationibus dicti liuelli, non amplius egit ſpecificando perſonas ex quarum perſona agebat, ſed tantum actum fuit ſimpliciter inhærendo quibuſcumque ſuperius actitatis, vnde cum ſupra docuiſſet ſe ceſſionariam, nec niſi vti talem agere poſſet, ac profeſſa fuiſſet ſe producere dicta, iura ad oſtendendum ſe talem qualem ſe faciebat, dicendum eſt eam ad modum competentem reſtrixiſſe generalitatem ſui tenoris, & agere voluiſſe prout agere melius poterat, præſertim cum poſtea non appareat contrarium voluiſſe in proceſſu.

2 Præterea coram Senatu actor obtinet ex aliquo iure deducto, & probato, licet ex eo non egerit, Surd. *conſ.* 12. *num.* 74.

Digitized by Google

Ad ſecundum obiectum, quod ſententia veniat refor-
manda cũ condemnauerit Dominam Gropellam ad ſo-
lutionem auri ad pondus martelli, qui tamen aurues
fuerat limitatus ex partium conuẽtione ad libras quinq;
& ſolidos octo, & iuxta dictam conuentionem ſemper
fuerit ſolutum, reſpondetur conuentionem expreſse lo-
qui de aureis in auro, & ob id non niſi tales ſoluendos
eſſe in futurum, & ſolui debuiſse in præſentis, ac lo-
cum eſſe repetitioni eius, quod minus ſolutũ fuit, quia
3 † deſignatio illa librarum non ſtat taxatiuè, ſed demõ-
ſtratiuè, quod aurei ſoluendi debeant computari pro li-
bris quinq; & ſoldis 8. tantum prout valebant tempore
contractus, licet tempore ſolutionum plus valerent,
prout iuribus, auctoritatibus, & exemplo rerum iudica-
tarum, fuit demonſtratum, & vbi opus erit iterum de-
monſtrabitur Perilluſtribus Iudicibus.

Ad tertium, quod minores conuenri teneantur tantũ
pro dimidia, & pro alia dimidia eorum patruus, Re-
ſpondetur de hoc non conſtitiſse in proceſsu ante dictã
ſententiam, ſed vbi apparuiſset, & nunc appareret de
allegata ceſſione, dicitur hoc non obeſse, quia contra
4 poſseſsores terrarum, pro quibus ſoluitur liuellus † cõ-
trouerſus, qui ſunt dicti minores, competit actio in rem
ſcripta in ſolidum, Valaſc. *de iure emphyteutic. quæſt.* 92.
5 *num.* 19. Rimin. Iun. *conſ.* 40. *num.* 19. vel ſaltem † rea-
lis, Valaſc. & Rimin. Iun. *vbi ſupra*, etſi cum eis, vel
eorum auctoribus nullum geſtum eſse negotium, prout
fuit iudicatum à Perilluſtr. Senatu, qui condemnauit in
ſimili caſu Illuſtrem Dominam Margaritam Surdam tã-
quam poſseſsorem nonnullarum terrarum obligatarũ
Illuſtri Dominæ Thadeç Capilupæ, etiã pro liuellis præ-
teritis antequam poſſideret dictas terras; multo magis
ergo cum ab initio eorum maioribus fuit facta conceſ-
ſio, ex qua omnes ad quos peruẽit res, tenẽtur in ſoliduũ,
& vbi poſset dici non teneri actione perſonali, tamen ad
omnem etiam bonum finem, vbi opus ſit inſtatur im-
mitti Dominam Comitiſsam in poſseſſionem ipſarum
terrarum pro liuellis præteritis, donec fuerit ſatisfacta,
& ita inſtatur, deducendo, &c. citra præiudicium, &c.
omni meliori modo, &c. proteſtando de nullitate, dam-
nis, expenſis, & intereſse.

A R G V M E N T V M.

De reprobando inſtrumento, vel eius fide debili-
tanda per teſtes. De falſitate in ipſo præſumen-
da, nec ne, erroreuè, eiuſque effectu. Et de iu-
re faciendi feneſtram in muro proprio reſpicien-
te in locum vicini.

S V M M A R I V M.

1 *Per teſtes poteſt probari contra publicum inſtrumentum, & illud reprobari.*

2 *Teſtes quot exigantur ad reprobandum publicum inſtrumentum, & n. 3. & 4.*

5 *Inſtrumenti teſtibus numerarijs diſcrepantibus inter ſe, illud vacillat, & non meretur fidem, & cur, n. 6.*

7 *Inſtrumentum cum à duobus teſtibus directo impugnatur, nemine pro illo deponente, dicitur reprobatum, & num. 9.*

8 *Intellige de inſtrumentarijs, dubitatur ſi tales non ſint. ibid.*

10 *Alias reprobatus teſtis, cum aduocatur in teſtem, ex eo approbatur à vocante, & idoneus eſt habendus.*

11 *Ex quantitate pretij colligitur quid venerit in venditione.*

12 *Falſitas ſine dolo non committitur.*

13 *Errore alienatum nihilominus remanet penes venditorem, ſeu alienantem. Et retrahitur. Et datur retentio, n. 14.*

15 *Ædificium cedit ſolo.*

16 *Dominus poteſt de re ſua regulariter ad libitũ diſponere.*

17 *Feneſtras facere licet in muro proprio, aſpicientes in curtem, vel hortum vicini, dummodo fiat non ad æmulationem, ſed vtilitatem. Quod in dubio non præſumitur, & num. 18. Maxime ſi aliunde deſit lumen, numer. 19.*

20 *Qui dicit feneſtram ab aliquo non iure factam, debet id probare.*

C O N T R O V E R S I A DCXIII.

ETſi inſtrumentum venditionis factæ à Domino Ba-
ptiſta Faccalino de certa quantitate terreni Domino
Camillo Sarno cantet, venditam fuiſſe omnem quanti-
tatem exiſtentem prope, & vltra quatuor brachia ter-
reni domuum ipſius Sarni, vſque ad medium muri, no-
uiter conſtructi, diuidentis curtem vnius à curte alterius,
tamen cum teſtes examinati pro dicto Faccalino aſſe-
rant venditas fuiſſe tantum quatuor vncias terræ vltra
quatuor brachia domuum emptoris, & poſitum fuiſſe
nouum murum pro confini per lineam rectam, ſub fal-
ſa aſſertione prædicti Sarni, quod eius quatuor brachia
terminarentur æqualiter, & per rectam lineam, arbitror
illud plus terreni quod reperitur vltra quatuor brachia
dom⁹ remotioris, pertinere ad Faccalinũ, & pronuncian-
dum eſſe, in eo nullum ius competere prædicto Domi-
no Camillo, ſed tantum vſque ad quatuor vncias inclu-
ſiue poſt quatuor brachia vniuſcuiuſque domus illius, &
per cõſequens etiam murũ conſtructũ in eo quod ſuper-
eſt, non eſſe communicandum à Faccalino, tanquam
in ſuo conſtructum, ſed de eo ad libitum diſponere
1 poſſe, quia dubium non eſt † per teſtes poſſe probari
contrarium eius de quo extat publicum inſtrumen-
tum, & illud reprobari poſſe, vt per Tiraquel. *in tract.
de retract. conſanguin.* §. 4. *gloſ.* 1. *numer.* 10. vbi multa
iura in hoc allegat, Decian. *conſ.* 76. *num.* 31. *vol.* 3. Me-
noc. *de arbitr. caſu* 105. Maſcard. *in ſuis quæſtionibus poſi-
tis, ante concluſiones, in principio tractatus de probationi-
bus, quæſt.* 6. Baiard. ad Clarum, §. *falſum, n.* 102. *cum
ſeqq.* & alij mox allegandi.
2 Et licet † admodum controuertatur quotnam teſtes
requirantur ad reprobandum publicum inſtrumentum;
adeo vt Abbas *in cap. in noſtra, n.* 12. *extr. de fid. inſtrum.*
referat ſeptẽ diuerſas opiniones, quas recenſet etiam
Curtius Sen. *conſ.* 55. *num.* 25. Maſcard. *concluſ.* 920. *nu.*
3 9. alijs requirentibus † tres, vt Gloſ. *in l. optimam, in
verbo per teſtes, C. de contrahend. & committenda ſtipu-
4 lation.* alijs duos † ſufficere aſſerentibus, vt tradit Fe-
linus *in dicto cap. in noſtra num.* 35. tamen cum in pro-
poſito caſu adſint quatuor deponentes pro Faccalini
intentione, ſumus extra prædictas controuerſias.

Sed id quod melius tollit omnem ſcrupulum, eſt,
quod duo ex teſtibus inſtrumentarijs contradicunt in-
ſtrumento, quo caſu non eſt aliquis ex noſtris qui di-
ſcrepat, quin tollatur fides illius; conueniunt enim Do-
ctores omnes quod ſi in inſtrumento adſunt tantum te-
ſtes neceſſarij quos numerarios vocant, tunc vno ex illis
contradicente, nemine pro inſtrumento deponente in-
5 ſtrumentum † vacillat, adeo vt ei non credatur, licet
de falſo redargui non poſſit, Bartol. & alij *in l.* 1. §. *ſi
quis neget, ff. quemadmodum teſtam. aperiant.* Felin. *in
cap. cum Ioannes, num.* 51. *de fide inſtrument.* Nat. *conſ.*
95. *num.* 9. *& conſ.* 197. *numer.* 14. Corne. *conſ.* 261. *ſub
num.* 10. *vol.* 4. *idem conſ.* 319. *numer.* 3. *paulo ante finem,
vol* 1. *& conſ.* 73. *num.* 12. *vol.* 2. Angel. Aretin. *conſ.* 13.
num. 73. *volum.* 1. *matrimonial. diuerſor.* Menoch. *de
arbitrar. caſu* 105. *num.* 13. Ruin. *conſ.* 8. *num.* 14. *vol.* 2.
Cephal. *conſ.* 512. *num.* 1. Surd. *conſ.* 129 *num.* 26. Bec-
ci. *conſ.* 86. *num.* 11. cuius doctrinæ ea eſt communis, &
6 vera ratio, qui deficiente vno ex † teſtibus neceſſarijs, in-
ſtrumentum amplius non dicitur inſtrumentum, cum
careat ſuis ſolemnitatibus.

Quod ſi duo teſtes directo impugnant inſtrumentum,
nemine pro illo deponente, tunc non amplius dicun-
7 tur † facere vacillare illud, ſed omnino reprobare, Fe-
lin. *in d. cap cum Ioannes, numer.* 35. *de fide inſtrument.*

Corne.

Digitized by Google

Corne.*conſ.*261.*ſub numer.* 10. *vol.*4. Riminald Sen. de
magis communi, *conſ.*1.*num.*25. Ruin. *conſ.*17.*numer.*2.
*vol.*4. Crauet. *conſ.* 56. *num.* 2. Nat. *conſ.* 166. *numer.*8.
Riminald. Iun. de mente omnium, *conſ.* 260. *num.* 27.
quæ traditio licet videatur pati difficultatem, quando
8 teſtes non ſunt † inſtrumentarij, vt per Menoch. *de
caſu* 105.*n.* 37. & per Maſcard. *concluſ.* 920. *n.* 9. tamen
quando ſunt de numerarijs, nemo eſt qui contradicat.
9 At quando tres directo oppugnant † inſtrumen-
tum, nullo illud defendente, nullũ verſatur dubiũ, quin
dicatur probata falſitas; licet vt infra demonſtrabo, hic
nulla adſit falſitas culpabilis, ita Anchar. *conſ.*9.*num.* 2.
Gramatic. *conſ. criminal.* 51. *num.* 4. Menoch. *d. caſu*
105. *num.* 32. Felin. *d. cap. cum Ioannes*, *num.* 45. Bald.
conſil. 55. *n.* 4. *vol.*1. quod repetitur *conſ.* 388.*n.*3.*vol.*5.

Cum igitur in caſu iſto duo ex inſtrumentarijs con-
tradicant inſtrumento, licet vnus eorum tantum poſſit
dici numerarius, cum tres interuenerint in inſtrumento,
& duo tantũ ſint neceſſarij, atq; conueniant duo alij
non inſtrumentarij, profecto ſecundum ſuperius dedu-
cta, omnino remanet euacuata virtus dicti inſtrumenti.
10 Nec refert quod † primus teſtis fuerit condemna-
tus pro monetario, tum quia adeſt adhuc numerus ſuf-
ficiens ad reprobandum inſtrumentum, tum etiam
quia cum ſit ex inſtrumentarijs, & ciuiliter agatur, non
poteſt ei opponi defectus iſte, quoniam pro idoneo di-
citur approbatus, quando fuit vocatus pro teſte, Gloſ.
in §. *neque igitur, in verbo ſupplicijs, in Authentic. de te-
ſtib.* Nat. *conſ.* 95. *num.* 12. Crauet. *conſ.* 56. *num.* 10.
Cephal. *conſ.* 546. *num.* 78. Menoch. *de arbitrar. d. caſu*
105. *numer.* 6. Maſcard. *de probation. concluſ.* 1366. *n.*3.

Vltra autem teſtium depoſitiones colligitur non fuiſ-
ſe venditas, niſi vncias quatuor terræ ex modica quanti-
tate pretij ſcutorum quindecim, quia attento valore
terreni in plateis, non eſt credibile quod Faccalinus
voluiſſet dare duo brachia terreni ab vno capite pro
11 tam vili pretio, ex quantitate † enim pretij colligitur
quid venerit in venditione. Gloſ. *in verb. agendo*, *in
l.* 1. *ff. de ſuperficiebus*, Surd. *conſ.* 151. *num.* 7. Maſcard.
de probation. 1254. *n.* 116. & ita etiam argumentãtur di-
cti teſtes, quod cum conuenerit de vendendis quatuor
vncijs terræ pro ſcutis quindecim, vtique multo plus
voluiſſet, ſi intellexiſſet vendere maiorem quantitatem,
& in tanto exceſſu.

Per hoc tamen non concluditur Notarium incurriſſe
aliquam falſitatem, quia cum venditio fuerit facta de
quatuor vncijs vltra confinia Sarni, ſub falſo prætextu,
quod eius confinia caperent quatuor brachia terræ per
rectam lineam, nam Faccalinus erat nouus emptor, quia
per paucos ante dies emerat domũ illã, & iura erant ob-
ſcura, ex quo domus illæ Sarni, & Faccalini fuerant aſ-
ſignatæ auctoribus, vti creditoribus illorum de Ciconia,
& partes ſe remittebant ad aſſignationes factas, & con-
finia poſita in illis ab aſſignatoribus, ſuppoſito inquã,
quod confinia Sarni deducerẽtur per rectã lineã, fuit po-
tius murus pro confini dictarum quatuor vnciarum ter-
ræ venditarum ſub eo prętextu, & ſic Notarius credidit
idem eſſe dicere quatuor vncias, quod totam quantita-
tem exiſtentem vſque ad dictum murum, cum crederet
non excedere dictas quatuor vncias; falſitatem autem
12 ſine dolo non committi, certiſſimi iuris eſſe pronunciat
Clarus *in* §. *Falſum*, *n.* 33. *verſic. Excuſatur autẽ*, *&c.*

Vnde detecto errore quod quatuor brachia illa non
deducebantur per rectam lineam, ſed cum inciperent à
muro cuiuslibet domus Sarni, & altera eſſet remotior,
altera propinquior iuribus Faccalini, prout colligitur
ex reſponſionibus datis ad poſitiones, *fol.* 24. licet re-
ſpondendo vellet inuoluere negotiũ iuncta viſitatione
loci, & clarius etiam patet ex aſſignationibus, quę poſ-
ſent videri, ſequitur quod illud plus per errorem con-
13 tentum in confinibus, † quam capiant quatuor vnciæ
remanſerit venditoris, *l. in venditionibus*, *in principio*, *ff.
de contrahend. emption. l. ſi hæres*, §. *ſi falſo*, *ff. de action.
empt.* error enim excludit conſenſũ, vt dicitur *in d. l. in
venditionibus*, & *in l. ſi per errorem*, *ff. de iuriſdict.* & per
errorem ſecuta ſemper retractanda ſunt, daturque
14 retentio † eius quod per errorem conceſſum eſt,
l. elegantem, 23. §. *ſi poſt rem*, *verſic. retinere tamen*, *ff. de
condict. indebit. l. huiuſmodi*, §. *qui ſeruum*, *ff. de leg.* 1. *l.
ſi cum aurum*, *ff. de ſolution. l. cum*, *& ſoluta*, *C. de
condict. indebit.*

Cumque terrenum illud ſit ipſius Faccalini, murus
quoque in eo fabricatus eiuſdem eſſe debet, nedum ex
eo quod de ſuo, & ab eo fabricatus eſt, ſed etiam quia
15 ædificium † cedit ſolo, §. *cum in ſuo Inſtit. de rer. diui-
ſion. l.* 2. *C. de rei vendic.* Corne. *conſ.*237. *num.*7. *vol.*2.
Bero. *conſ.*131. *num.*1. *vol.*3. Ceph. *conſ.* 773. *num.*95. Bur-
ſat. *conſ.*178 *n.* 16. & optime tradit Soc. Iun. *conſ.* 76. *n.*
1. *vol.*2. Capic. *decif.*117. *n.* 3.

16 Nec poteſt † amplius cogi Faccalinus ad illũ cõmuni-
candũ, quia conuentio de tali cõmunicatione facienda
fuit facta ſub erroneo prætextu, quod murus eſſet con-
ſtructus in confini, vnde non obligat, *d. l. ſi per error. ff.
de iuriſdict. omnium iudicum*, & propterea cum murus
ſit proprius Faccalini, poterit diſponere de eo ad libi-
tum, *l. in re mandata*, *C. de mandat.* vel tranſportando
illum ad debita confinia, vel, & faciendo feneſtras in
illo, quia non eſt prohibitum quinimo permiſſum fa-
17 cere feneſtras † in ſuo muro, licet ex illis aſpicia-
tur in curtem vel hortum vicini, dummodo non fiant
ad ęmulationem, ſed ad propriam vtilitatem, Bald. *in
l. alteris*, *C. de ſeruitut.* Cephal. *de ſeruitut. vrbanorum
prædior. in tit. de feneſtra*, *cap.*62. *num.* 1. Cephal. *conſil.*
130. Franciſc. Perſonal. *quæſt.* 73. *numer.* 3. & in dubio
18 quis non præſumitur † facere feneſtras ad æmulatio-
nem, & cauſa nocendi vicino, ſed ad propriam vtilita-
tem, Cepola *vbi ſupra*, *ſub numer.* 2. *verſic. In dubio ta-
men*, Bertachin. *in ſuo repertorio*, *in verb. feneſtra*, Al-
ciat. *in tractat. de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 23. Ce-
phal. *dict. conſ.* 130. *num.* 8. maximè ſi faciens fene-
19 ſtras non poteſt † habere lumen æquè benè, & com-
modè, aliunde, vt per Cephal. *vbi ſupra*, & Franciſ.
Perſonal. *d. quæſt.* 7. *num.* 4. *&* 5. & qui dicit feneſtram
20 ab aliquo † non iure factam, debet hoc probare, Ma-
ſcard. *in tractat. de probation. in concluſione per poſſeſſio-
nem transferri onus probandi in alium*, *quæ in meo libro
eſt concluſio* 1200. *n.* 29.

ARGVMENTVM.

De teſtium depoſitionibus quoad ſe exoneran-
dum, & ſuper negatiua non coarctata. De præ-
ſumptionibus pluribus ſolutionis debiti, Renun-
tiationis iurium, Ignorantiæ, & ſcientiæ reſpe-
ctiuè. Quando ex ignorantia concedatur vel
non, Reſtitutio in integrum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſoluitur.*
2 *Teſtis agens de ſe exonerando non probat.*
3 *Teſtis aſſumens negatiuam non coarctatam, & improba-
bilem eſt ſuſpectus de falſo.*
4 *Teſtis vt probet negatiuam debet etiam non interrogatus
reddere rationem, remouendo actum à ſenſu, quod fieri
non potuiſſet niſi ipſi ſciuiſſent.*
5 *Falſus in vno, talis præſumitur in omnibus.*
6 *Atteſtatio vnius teſtis dubia, eſt intelligenda ſecundum
dictum alterius teſtis magis clare deponentis.*
7 *Indebite ſolutum allegans grauatur onere illud proban-
di, cum non præſumatur. Et ſolutio præiudicat, donec
error probetur, n.* 8.
8 *Creditor vbi habet præ manibus bina debitoris, præſumi-
tur ſibi ſatisfacere.*
9 *Præſumitur remiſſũ debitum ex bina calculatione debiti,
& crediti.*
10 *Soluens alicui, non prǽſumitur eius creditor.*
11 *Creditor expectans petere poſt mortẽ debitoris, præſumitur*

ſatisfactus.
12 *Vſurarium eſt creditum cum blada venduntur eo pretio quo alia blada pluris venderentur, non præfixo certo termino.*
13 *Teſtes deponentes de ſubſcriptione ſcripturæ, debent interfuiſſe ſubſcriptioni.*
14 *Renunciare quilibet poteſt iuribus ſibi competentibus, alias non probant. Si habet Legitimam perſonam. Idq; ſiue tacite, ſiue expreſſe, num. 15.*
15 *Renunciatio reſultas cum quis facit actum contrarium, & incompatibilem illi iuri.*
16 *Perſeuerans in conductione cenſetur tacite reconduxiſſe.*
17 *Ante tempus inde diſcedens videtur ipſi renunciare conductioni.*
18 *In hærede præſumitur, & tolleratur ignorantia. Limita vt n. 20.*
19 *Nemo cenſetur renunciare iuri ignorato.*
21 *Præſumptio iuris contra ignorantem, facit eum teneri ad ignorantiam probandam.*
22 *Præſumitur ille ſcire factum alienum, qui habet ſcripturam dicti facti penes ſe.*
23 *Habens ſcientiam contentorum in aliquo libro, præſumitur eam habere quoad omnia.*
24 *Scientia præſumitur ex his quæ à communibus accidentibus fieri ſolent.*
25 *Scientia præſumitur eius rei, vnde percipitur commodum.*
26 *Scientia defuncti continuari præſumitur in hærede cum agitur de lucro captando, non de damno vitando.*
27 *Scientia actus præſumitur ex lapſu multi temporis vſque ad motum iudicium ſuper eo actu.*
28 *Ignorantia allegatio non prodeſt actori, ſed ſolum reo conuento.*
29 *Ignorantia, & error differunt inter ſe, & quomodo.*
30 *Laſus ignorantia iuuatur reſtitutione in integrum ex clauſula generali.*
31 *Reſtitutio in integrum non conceditur niſi petenti.*
32 *Nec datur certanti de lucro captando, ſed ſolum de damno vitando.*
33 *Nec cum vertitur tertij præiuditium.*
34 *Reſtitutio denegatur cum res non eſt amplius integra.*
35 *Petere non poteſt quis illud quod non eſſet petiturus, ſi contrarius caſus accideret.*
36 *Expenſæ in antea factæ cenſentur bonificatæ in ſaldo generali.*
37 *Præſumptiones ſoluti debiti remiſſiue.*

CONTROVERSIA DCXIV.

TRes ſunt prætenſiones Domini Antonij Traini contra
Illuſtres Dominos filios q. Domini Caroli Agnelli,
ſeu Illuſtrem Dominam Lauiniam Andreaſiam eorum
matrem, & Tutricem, ſuper quarum vnaquaque breuiter
perſtringam, quæ ſuccurrent pro defenſione ipſius
Dominæ reæ conuentæ.

Prima verſatur circa ſolutionem pretij nonnullarum
rerum, vt aſſeritur venditarum per agentem prædicto
q. Domino Carolo, de quibus in ipſa informi liſta producta,
fol. 2. fac. 1. quæ cum nullam fidem faciat, vt ex
eius inſpectione patet, tota vis probationis pro iuſtificanda
hac petitione reſtringitur ad duos primos teſtes,
examinatos ad inſtantiam actoris, ſed cum ipſis quoq;
nulla fides ſit adhibenda, vt ſtatim demonſtrabo, ſequi-
1 tur regula vulgaris, † quod actore nõ probante, reus abſolui
debeat, *l. qui accuſare, C. de edend.*

Quod dicti teſtes non probent, patet, quia primus tractat
de ſe exonerando, dum dicit blada quæ aſſerit vendita
fuiſſe Domino Carolo, fuiſſe ſibi tradita, & idcirco
2 fidem non facit, Bartol. *in l. differre, ſub num. 2. verſic.
Exemplum ego volo, &c. ff. de iur. Fiſc.* cum infinitis
concordantibus cumulatis per Farinac. *in tractat. de teſtibus,
quæſt. 60. num. 23.* vbi teſtatur de communi.

Secundus vero remanet ſolus, & patitur alium defectũ
communẽ cum primo, videlicet, quod ambo aſtruunt
negatiuã non coarctatã, & improbabilẽ, cum aſſerant
certitudinarie Dominum Trainum non fuiſſe ſatisfactum
de pretio dictarum rerum, quod nequaquam ſcire
poſſunt; opus enim eſſet vt continuo aſtitiſſent ipſi
Domino Carolo, & ideo habentur à iure pro ſuſpectis
3 de falſo, † ita vt illis nequaquam credatur, Bald. *in l.
actor, num. 13. verſic. Quædam ſunt negatiuæ, C. de probation.*
Alexand. *in l. 2. ſub n. 17 ff. quod quiſque iur.* Herculan.
de proband. negatiu. num. 124. & 127. Pacian. *de
probation. lib. 1. cap. 36. num. 16. & cap. 37. num. 1.* Farinac.
de teſtib. q. 65. n. 205. & 207.

Et vbi etiam talis negatiua eſſet coarctata, tamen
alia ratione non remaneret probata, quia ad hoc, vt
teſtes probent negatiuam, opus eſt, quod etiam non in-
4 terrogati reddant † rationem, remouendo actum à
ſenſu, non autem ſenſum ab actu, videlicet deponendo
quod fieri non potuiſſet ſolutio, quin ipſi ſciuiſſent,
quia ſemper fuerunt præſentes, prout docet Gloſ. *in §.
hinc nobis, in verb. vidiſſe, in fine, in Authent. de hæredib.
& falcid.* Bald. *in l. 1. num. 7. C. de bonor. poſſeſſ. ſecund.
tabul.* Deci. *conſ. 94. circa finem.* Ial. *conſ. 13. num. 13. in
fine, vol. 3.* Grammatic. *deciſ. 73. n. 29.*

Et licet hoc ſuper quo deponunt circa ſolutionem
non videatur neceſſarium Domino Traino, cum probato
debito, incumbat debitori onus probandi ſolutionem,
tamen cum ſint ſuſpecti de falſo, in hoc in
5 cæteri non probant, quia falſus in vno, † in omnibus
falſus præſumitur, Bal. *in l. final. n. 18. C. de edict.
diui Adrian. tollen.* cum alijs plene congeſtis per Farinac.
quæſt. 67. num. 111. vbi *num. 123. & 135.* ampliat
hoc procedere etiam ſi ſit falſus tantum ſuper generalibus,
vel ſuper circumſtantijs.

Secundo abſolui debet ab hac petitione Domina Lauinia,
quia teſtes dicunt, quod ſolutio harum rerum
compenſanda erat in paga Maij debita à Traino, ex
conuentione partium, igitur ipſi Traino incumbit onus
probandi ſoluiſſe dictam pagam, nec fuiſſe factam dictam
compenſationem, nam Domina Lauinia poteſt
ſemper dicere, Aliter ſatisfacere non teneor, niſi compenſando,
quam negatiuam, quod non fuerit compenſatum
iſtud debitum, ne dum non probauit, ſed quod
magis eſt, non docuit ſoluiſſe dictam pagam Maij, vnde
ex hoc vno ſuccumbere debet, nam ſaltem neceſſe
habebat docere ſe ſatisfeciſſe ex parte ſua, & per conſequens
non poſſe eſſe locum compenſationi.

Tertiò, primus teſtis inquit, bona iſta data fuiſſe in
ſolutum ad computum pagæ Maij, ibi, *& glieli diedi à
conto della paga di Maggio,* & ſic ab initio factam fuiſſe
compenſationem, & extinctum iſtud debitum à Domino
Carolo, quod etſi non ita clare deponatur à ſecundo
6 in fine ſui teſtificatus, tamen † eius dictum dubium debet
intelligi ſecundum dictum alterius magis clare deponentis,
Socin. Iun. *conſ. 99. num. 16. vol. 1.* Farinac.
de teſtib. quæſt. 68. num 56. ſi igitur fuit ab initio compenſatum,
& bonificatum iſtud debitum à Domino
Carolo, ſequitur quod ſi Trainus deinde ſoluit integraliter
pagã Maij, nullam habita rationẽ pretij rerum à ſe
venditarum (quod tamen veriſimile non eſt, vt mox
dicam) dicatur ſoluiſſe indebitum, quod cum non præſumatur
à iure, † remanet grauatus onere proban-
7 di ſe plus debito ſoluiſſe, *l. 1. C. de condict. indebit. l.
cum de indebito, in principio verſic. Si vero ab initio, ff.
de probation.* Alexand. *conſ. 83. num. 1. vol. 1.* Deciſ. Ge-
8 nuenſ. 3. *num. 2.* & ſolutio præiudicat † donec probetur
error, Socin. Sen. *conſ. 143. nu. 13. vol. 1.* quod tamen
ne dum non præſtitit, ſed nec etiam docuit ſe ſoluiſſe
dictam pagam Maij.

Quarto, vbi facta fuiſſet ſolutio dictæ pagæ Maij, præſumitur
quod in ea fuerit facta compenſatio prædicti
crediti, tum quia ita conuentum fuerat, tum quia ibi debitor
habet præ manibus bona, & pecunias ſui creditoris,
præſumitur ſibi ſatisfacere, vel compenſare ſuum
creditum, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 135. num. 11. & 12.*
tum & tertio, quia dicta ſolutio fuit facta de menſe Maij,
reſtitutio autem aliarum rerum finita locatione de men-
9 ſe Septembris, & ſic bina interceſſit † calculatio debiti,

Digitized by Google

ti, & crediti, quę inducit remiſſionem, vel compenſa-
tionem crediti prætenſi, Burſat. *conſ.* 72. *numer.* 5. tum
10 quarta, quia ſoluens alicui non præſumitur quod ſit
eius creditor, ſi aliæ concurrant coniecturæ, Bald. *in l.*
ſi quidem, num. 3. & ibi Caſtr. & alij, *C. de tranſaction.*
Crauet. *conſ.* 129. *num.* 9. Bertach. *in repertor. in verbo,*
debitor ſoluens, Honded. *conſ.* 47. *numer.* 34. *vol.* 1. tum
11 denique, quia creditor præſumitur † ſatisfactus, ſi ex-
pectat ad petendum poſt mortem debitoris, vt fecit
Trainus in caſu iſto, Afflict. *deciſ.* 13. *ſub num.* 21. *verſic.*
nona coniectura, Pariſ. *conſ.* 83. *num.* 17. *vol.* 1. Menoch.
qui alios allegat, *conſ.* 995. *ſub numer.* 16. Pacianus in
ſpecie, *conſil.* 113. *ſub num.* 11. Et certe ego non poſſum
aliquo pacto adduci vt alter credam: Inſtantiæ enim
ſunt præſumptiones, & faciles ad inducendum quemli-
bet penſante in ſolam veritatem in hanc opinionem.

Quinto reſpectu bladorum venditorum prò eo pre-
12 tio † quo pluris venderet alia blada, non præſtituto
certo termino, vt in dicta liſta habetur, reſultat creditum
vſurarium, vt tradit Couarruuias, *lib.* 3. *variarum re-*
ſolut. cap. 3. *ſub num.* 6. *ſub verſic. cæterum, &c.* in illis
verbis, *quo fit eum contractum illicitum eſſe, &c.* Summa
Armilla *in verbo vſura, num.* 33. *in fine,* Summa Roſil-
là *in eodem verbo, num* 32. *circa finem,* Summa Tabien.
pariter in ſimili verbo, §. 5. *num.* 6. vnde ſequitur quod
ex diſpoſitione ordinum huius patriæ amiſerit dictum
aſſertum creditum. Qui etiam in omnem cauſam non
probauit verum pretium dictorum bladorum, nec
quanti cætera blada ipſe vendiderit, cum vnus teſtis de-
ponat tantum de auditu ab ipſo actore.

Circa ſecundam prætenſionem recollectus Anni 1606
vigore prorogationis, quam obligatus erat facere Do-
minus Carolus Agnellus propter caſum grandinis, & de
qua obligatione producta eſt ſcriptura priuata in pro-
ceſſu *fol.* 7. *fac.* 1. puto pariter non eſſe audiendũ actorẽ.

Primo, quia non eſt iuſtificata ſcriptura dictæ aſſertæ
obligationis, & promiſſionis prætenſæ prorogationis,
nam tertius, & quartus teſtes deponentes, eam fuiſſe
ſubſcriptam à Dom. Genebra, & D. Carolo, quia co-
gnoſcunt eorum ſubſcriptiones, vti habentes notam
manum, & ſcripturam eorum, quamuis non fuerint
præſentes dictis ſubſcriptionibus, nullam probationem
13 inducunt, receptiſſima eſt enim † concluſio, huiuſmo-
di teſtes ita deponentes non probare niſi fuerint præſen-
tes, quando ſcriptura ſuper qua deponunt, fuit ſcripta,
cum multi ſciant imitari manum alterius, vel etiam in
dies varientur manus ſcribentium, Aretin. *conſ.* 64. *num.*
1. *circa finem, verſic. & primo quia iſta ſcriptura, &c.*
Afflict. *deciſ.* 181. vbi in fine dicit ita iudicatum, Ale-
xand. *conſ.* 150. *num.* 16. *vol.* 5. *& conſ.* 76. *num* 8. *vol.* 3.
Soc. *conſ.* 274. *lib.* 2. Deci. *conſ.* 615. *ſub num.* 3. Deciſ.
Peruſ. 7. *num.* 17. *&* 18. vbi de communi, Gabr. *de pro-*
bation. concluſ. 10. *num.* 23. Menoch. *conſ.* 260 *in prin-*
cipio. Quintus vero teſtis qui aſſerit eam fuiſse à ſe ſcri-
ptam, de conſenſu partium, remanet ſolus, qui ob id
plenam probationem ſecundum iura vulgaria facere
nequit, & eo minus, quia vt notiſſimum eſt etiam Do-
mino Iudici, is eſt qui facit totum ad fauorem Traini in
hac cauſa, & eſt pluſquam ſollicitator, vnde diminui-
tur ſatis etiam de ea fide quam vnus teſtis alias facere
conſueuit.

Secundo, iſta promiſſio præſupponit facta Domino
Antonio Traino Seniori, quia actor allegat ignoran-
tiam illius tanquam ſucceſſor in ius alterius, quod ta-
men impoſſibile videtur, nam ipſe Dominus Antonius
Senior deceſſit die 30. Decembris 1597. vt aſſerit aduer-
ſarius in libello huius prætenſionis, *fol.* 3. *fac.* 1. & ſic
circa principium dicti Anni, cum Annus in hac Patria
incipiat à Natiuitate, & ſcriptura prædicta aſſertæ
promiſſionis eſt facta multo poſt, videlicet ſub die 2.
Iunij eiuſdem Anni 1597. & ſic quinque menſibus circi-
ter poſtquam mortuus erat.

Nec dicatur forte quod dum fit mentio mortis in di-
cto libello, capitur Annus incipiendo à Menſe Ianuarij,
quia hoc deberet probari ab aduerſario, ex quo vſus, &
obſeruantia eſt in contrarium, & libellus fuit confectus
à cauſidico iuriſperito, qui non præſumitur errare erro-
re ita ſupino.

Tertio, vbi etiam conſtaret de dicta promiſſione,
dico quod cum Trainus diſceſſerit à conductione, &
ſponte reſtituerit poſſeſſionem conductam, & bona
habita eius vigore, vt fatetur in ſuo libello, ſibi præiu-
dicauit, & præſumitur renunciaſſe iuri huius proroga-
tionis, forte ita conueniendo cum Dom. Carolo nunc
defuncto, de qua re non poteſt haberi certa notitia pro-
pter illius mortem, dubium enim non eſt vnumquemq;
14 renunciare poſſe iuribus ſibi competentibus, † dum-
modo habeat legitimam perſonam, prout habet
actor, *l. penult. C. de pact. l. iudex circumuento, ff. de*
minoribus, cap. ad Apoſtolicam, extra de regular. cum
alijs penes Cephal. *conſ.* 445. *num.* 1. Idque fieri po-
15 teſt † tam tacite, quam expreſſe, idem Cephal.
conſil. 337. *num.* 8. Menoch. *conſil.* 78. *num.* 72. Alciat.
conſ. 143. *num.* 2. *lib.* 5. quę renunciatio reſultat quoties
quis facit actum contrarium, & incompatibilem illi iu-
ri, *l. pro harede,* §. *Papinianus, ff. de acquir. hæredit. l. Ti-*
tius in principio, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit. Al-
ciat. *d. conſ.* 143. *num.* 2. *lib.* 5. Bero. *conſ.* 51. *num.* 3. *vol.*
3. Crauet. *conſ.* 661. *num.* 8. *& conſ.* 971. *numer.* 8. ſicuti
profecto actus contrarius eſt prorogationi, & conti-
nuationi conductionis, diſcedere ab illa, & renunciare rẽ
conductam Domino, nam quemadmodum perſeue-
16 rans in conductione poſt † eam finitam cenſetur tacite
reconduxiſſe, *l. qui ad certum, ff. locat.* ita à conuerſo,
17 qui ante tempus † diſcedit, videtur illi renunciare vt
contrariorum contraria ſit diſpoſitio.

Nec ſuffragatur ei id quod allegat pro ſua excuſatio-
ne, quod cum ignoranter hoc fecerit, ex quo erat hæ-
18 res, † cum quo præſumitur, & tolleratur ignorantia,
iuxta *l. qui in alterius, ff. de regul. iuris,* ſibi non præiu-
19 dicauerit, quia numquam † quis cenſetur renunciare
iuri ignorato, *l. mater decedens, ff. de inoffic. teſtam.* &
ibi Bart. *l. repudiand. ff. de acquirend. hæredit.* Deci. *conſ.*
450. *n.* 21. Surd. *conſ.* 150. *n.* 45.

20 Nam pluribus † modis ſatisfieri poteſt huic moti-
uo; & primò, quod ignorantia in facto alieno pręſumi-
tur, & excuſat, niſi in contrarium adſint præſumptiones
ſcientiæ, Aretin. *conſ.* 112. *ſub num.* 1. *circa finem, verſic.*
Quia error, latè Maſcard. *de probation. in verb. ignoran-*
tia, concluſ. 879. *num.* 11. *cum ſeqq.* Menoch. *lib.* 6. *præ-*
ſumpt. 23. *num.* 51. *cum ſeqq.* Sforz. Oddo *de reſtit. in in-*
tegr. quæſt. 8. *articul.* 10. tunc enim ille contra quem
21 ſtant præſumptiones, tenetur probare † errorem, &
ignorantiam, Curt. Sen. *conſ.* 48. *num.* 45. Crauet. *conſ.*
861. *num.* 10. Menoch. *conſ.* 401. *numer.* 41. Maſcard. *in*
verb. error. concluſ. 637. *n.* 1.

Hic autem concurrunt plures ſcientiæ præſumptiones
à iure approbatæ, & prima vt is præſumatur ſcire fa-
22 ctum † alienum, qui penes ſe habet ſcripturam dicti
facti, ſicuti habebat Trainus ſcripturam huius proroga-
tionis, Afflict. *deciſ.* 13. *nu.* 11. Menoch. ex multorum
ſententia, *dict. præſumpt.* 23. *num.* 74. *lib.* 6. Crauet. *conſ.*
73. *ſub num.* 39. Odd. *dict. quæſt.* 8. *nu.* 71. Cephal. *conſ.*
361. *nu.* 33. nec releuat aſſerta ſimplicitas capitulata,
quia vt mihi ſupponitur, teſtes omnes concludunt Trai-
num ſcire legere, & ſcribere, & quando etiam neſci-
ret legere, adhuc præſumeretur ſcientia, ex his quæ nunc
ſubdo in ſecunda coniectura ſcientiæ.

Altera præſumptio ſcientiæ eſt, quia Trainus habuit
neceſſe videre, vel videre facere liberculum, in quo
continetur dicta ſcriptura, cauſa ſe informandi, qui affi-
ctus eſſent ſoluendi, atque iam ſoluti, cum in eo reperi-
rentur receptiones, & inter illas dicta ſcriptura proro-
23 gationis, quo caſu ſequitur, vt qui † habuit ſcientiam
de parte contentorum in eo libro, is præſumatur ha-
buiſſe notitiam omnium, *l. non eſt ferendus, ff. de tranſ-*
actio. Oddo *d. quæſt.* 8. *nu.* 70. Menoch. *d. præſump.* 23.
num. 73. *& conſ.* 73. *num.* 25. Surd. *conſ.* 4. *num.* 47. cum
enim ſcientia præſumatur ex his quæ à communiter ac-
24 cidentibus fieri ſolent, Caſtr. *conſ.* 94. *num.* 2. *lib.* 2. Cra-
uet.

Digitized by Google

uet. *conſ.* 809. *num.* 1. Decian. *conſ.* 4. *num.* 35. *vol.* 4. vti-
que veriſimile ipſum Trainum vidiſse omnia contenta
in dicto libro.

Tertia eſt præſumptio, quia ex iſto facto alieno ipſe
Trainus ſentiebat commodum, ex hoc enim præſumi-
25 tur habuiſse eius † ſcientiam, Maſcard. *concluſ.* 879.
num. 34. Menoch. *d. præſumpt.* 23. *nu.* 84. *lib.* 6. & ſi di-
catur iſtud habere locum quando factum ab initio, &
principaliter tendit ad eius commodum, non autem ſi
ex accidenti ſubſecuto, puta quia ſuccedat in ius alte-
rius, reſpondeo, quinimo, & in ſucceſsore, & hærede
26 continuari ſcientiā defuncti, & † ipſum ſcire præſumi,
quando agit de lucro captando, licet ſecus ſit quando
tractat de damno euitando, Maſcard. *d. concl.* 879. *n.* 36.
& 37. facit Crauet. *conſ.* 592. *n.* 68.

Quarta eſt, quia ipſe diſtulit mouere hanc quæſtio-
nem poſt mortem Domini Caroli Agnelli, qui poterat
eſse informatus de negotio, præſumitur enim affectata
hoc feciſse ne adeſset qui poſset detegere eius ſcien-
tiam, & renunciam factam ſuper hoc; argumen-
to eorum, quæ tradunt ſcribentes de eo qui expectat
petere creditum poſt mortem debitoris, vt præſumatur
ſatisfactus, ſicuti deduxi *ſub quarto fundamento* primæ
prætenſionis.

27 Quinta coniectura huius ſcientiæ reſultat † ex ſpa-
tio octo Annorum, & vltra qui interceſserunt a tempo-
re, quo fuit hæres Domini Antonij Senioris ad diem
moti iudicij, ita Cephal. *conſ.* 731. *n.* 5.

Secundo reſpondetur principaliter ad motiuum de
ignorantia huius prorogationis (& hæ reſponſiones ſe-
quentes poſsunt ſeruire pro fundamentis præcipuis hu-
ius Quæſtionis) quod ignorantiæ allegatio non pro-
28 deſt ei qui agit, ſed tantum reo conuento, vt per tex-
tum *in l. qui in alterius, verſic. Hæc ita de herede, &c.*
vbi Deci. & alij notant, *ff. de regul. iur.* tradit Soc. Iun.
vidend. *conſ.* 46. *numer.* 29. *volum.* 4. poſt Curt. Se-
nior. *conſ.* 58 *ſub num.* 4. *verſic. Tertio ſolido, & prin-
cipali fundamento, &c.* Surd. *conſ.* 413. *ſub n.* 20.

Tertio animaduerto, quod hic Dominus Trainus ni-
29 titur potius in ignorantia † quam in errore, licet ſæpe
confunduntur hi termini à ſcribentibus, ignorantia
enim eſt, quando nihil ſcio de actu, & ob id nil facio ea
de cauſa, provt hic contigit; error vero, quando aliquid
ſcio vel ſuſpicor de actu, ſed aliud eſt quam credam, &
vnum facio cum aliud facere deberem, provt declarant
Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 23. *num.* 3. *&* 4. Sforz. Odd. *de*
30 *reſtit. quæſt.* 8. *n.* 14. quoties autem quis prætendit † ſe
læſum ignorantia, tunc non iuuatur niſi mediante reſti-
tutione in integrum, ex clauſula generali, vt per Odd. *d.
quæſt.* 8. per diſcurſum, maxime *n.* 57. reſtitutio autem
31 non † conceditur niſi petenti, Bartol. *in l. nam, &
poſtea, §. ſi minor.* & ibi latè Alexand. *ff. de iureiurand.*
Decian. *conſ.* 13. *num.* 84. *vol.* 2. quæ tamen hic petita
non fuit.

31 Sicuti nec reſtitutio † ex capite ignorantiæ concedi-
tur quando quis agit de lucro captando, provt præten-
dit lucrari Trainus in hac conductione, ſed tantum quā-
do tractat de damno euitando, *l. ſciendum, ff. ex quib.
cauſ. maior.* Cephal. *conſil.* 215. *ſub. n.* 5. *verſic. Tamen
non conceditur,* Mar. Anguſ. *conſil.* 3. *n.* 8. *& conſ.* 205. *n.* 5.

33 Provt nec datur cum damno tertij, Odd. *de reſtit. q.*
10 *ſub. num.* 26. *verſic. Ego breviter, in fine, dicti verſi-
cul.* & generaliter, quod ſiue ignorantia, ſiue error non
proſit alicui, nec ex ea ſe iuuare poſſit, quando vertitur
tertij præiuditium, tradunt Ruin. *conſ.* 12. *num.* 27. *vol.*
3. Caſtrenſ. *conſ.* 104. *n.* 3. *vol.* 1. Coſta *in tract. de facti
ſcientia, & ignorantia, inſpectione* 91. *nu.* 4. *fol. mihi*, 79.
Hic autem damnum Dominorum de Agnellis eſſet eui-
dens, quia facta renunciatione multas expenſas fecerunt
in emendo animalia, & inſtrumenta ruſtica pro labo-
randis terris ipſis (vt dicitur) *di ſua mano*, quas non
eſt æquum ipſos inutiliter, & cum iactura feciſſe propter
alterius ignorantiam.

34 Hinc etiam ſequitur, quod cum res non ſit amplius
integra, nec poſſit reduci ad priſtinum ſtatum, hinc in-
de, propter dictas expenſas factas à Dominis Agnellis,
non debeat audiri actor in hac allegata ignorantia, nec
ſit concedenda aliqua reſtitutio, *l. quod ſi minor.* 24. *§.
Scæuola, & §. reſtitutio, ff. de minorib. l. vnica, C. de re
putation.* Non. *conſ.* 67. *n.* 9. Crauet. *conſ.* 1. 1. *num.* 29.
Grat. *conſ.* 7. *num.* 17. *vol.* 1. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 40.
num. 20. Cephal. *conſ.* 676. *numer.* 4. *&* 5. Tiraquel. *de
retract. conſanguin. §.* 1. *gloſ.* 10. *ſub numer.* 71. Anton.
Faber *de errorib. pragmatic. decad.* 8. *cap.* 4. *in princ.*

Denique ſi recollectus Anni 1606. fuiſset tenuis, &
potius cum damno quam cum lucro, vtiq; Trainus non
litigaſſet pro hac prorogatione, vnde ſequitur quod
nō debeat audiri nunc agens propter illius fertilitatem,
quia quis non admittitur ad petendum id, quod non
35 fuiſset petiturus, † ſi caſus contrarius eueniſſet, *l. pe-
nult. C. de ſolutionib. l. ad res donatas, ff. de ædilitio edict.*
Surd. *conſ.* 488. *ſub n.* 34.

Capio tertiam prætenſionem de expenſis factis circa
tectum, & ædificia, in qua conſidero quod tres te-
ſtes deponunt ſuper illis, videlicet, Sextus, Septimus,
& Octauus, quorum duo poſteriores dum deponunt
iam decem, & vndecim Annis capitulantem feciſse par-
tem dictarum expenſarum, ſunt falſi, quia tunc ipſe non
conducebat, ſed eius patruus qui obijt de Anno 1597.
falſus autem in vno, præſumitur falſus in omnibus, vt
ſuperius deduxi; præterea Septimus teſtis fuit alias exa-
minatus, quando non ſeruiebat producenti, & tamen
quidquam non depoſuit de iſtis expenſis, vt videre eſt
in eius teſtificatu qui eſt ſecundus, & tamen dum dici-
tur in fine teſtificatus, *ſopra il reſto, &c.* ſuper illa cæ-
tera dixit neſcire aliquid. Vnde cum poſtea depo-
ſuerit de hoc, præſumitur ſubornatus, cum inſerui-
ret tunc producenti.

36 Præterea, † quo ad expenſas factas iam decem an-
nis, præſumuntur comprehenſæ in ſaldo generali, de
quo in proceſſu *fol.* 37. & in eo compenſatæ, & bonifica-
tæ, Surd. *deciſ.* 217. Neuizan. *conſ.* 96.

Quo vero ad alias factas iam annis quinque præſu-
muntur ſolutę, rationibus adductis in prima prætenſio-
ne ſub quarto argumento, & multæ coniecturæ ex qui-
bus præſumatur ſolutum debitum, recenſentur à Me-
noch. *lib.* 3. *præſumption.* 13. Surd. *deciſ.* 105. Pacian.
37 *d.* † *conſil.* 113. Bertaz. *conſ. ciuil.* 118. Lancell. Gallia
conſil. 48. *num.* 19. *& conſ.* 86. *num.* 13. Honded. *conſil.*
39. *num.* 71. *vol.* 2. quorum multæ verificari poſſunt
in caſu iſto, quas breuitati inſerviens omitto, delegan-
do Illuſtrem Dominum meum ad ipſos auctores,
non enim eſt veriſimile, quod in multis ſolutionibus de-
cem, vel duodecim pagarum non feciſſet res ſibi com-
penſari, & cum nec contra Dominum Genebram, nec
contra filium eas petierit, ſicque duorum mortem ex-
pectauerit, qui ſciuiſſent reddere rationem de nego-
tio, præſumitur expectaſse ad effectum, vt perirent
probationes, ſicuti conſiderant aliqui ex prædictis, & in
ſpecie Pacianus. Et certe mihi in mentem cadere non
poteſt, quod aliter ſe habeat negotium propter maxi-
mam veriſimilitudinem.

ARGVMENTVM.

Agnato, qui ex ſtatuto excluderet fœminam, non
adeunte, hęreditas pertinet ad ipſam fœminam.
Feudum, vel emphytheuſis conceſsa alicui pro
ſe, & hæredibus, & pro ipſius fratribus non
dicitur conceſſum hæredibus dictorum fratrum.
Titij Agnatus non prouidens de Tutore, an
perpetuo priuetur eius hæreditate.

SVMMARIVM.

1 *Filia ex Statuto Mant. non excluditur ab hæreditate pa-
tris per agnatos maſculos tranſuerſales remotioris gra-
dus, ſed ſolum eiuſdem.*

2 *Emphytheuſis Eccleſiæ eſt mulier capax, cum ea eſt con-
ceſſa pro hæredibus.*

1 *Et*

Digitized by Google

3 *Et vbi excluditur ab illis, id fit ſolum vigore Statuti. Quo ceſſante, bene admittitur. & n.4.*

5 *Statutum excluſiuum fœmina, non operatur, cum agnati excludentes nolunt, vel non poſſunt ſuccedere.*

6 *Agnatus non aſſumens infantis nepotis tutelam, vel de tutore ei non prouidens, eſt ipſo iure priuatus ſucceſſione. Etiamſi optime ipſius pupilli bona adminiſtraſſet, numer.7.*

8 *Fœmina excluſa à feudo extante maſculo, eo nolente, vel non valente ſuccedere admittitur fœmina, & num. 30.*

9 *Ex iure tranſmiſſionis adiens hareditatem adire, dicitur ex perſona tranſmittentis, & repraſentati, non propria.*

10 *Emphyteuſis conceſſa pro haredibus non tranſit, niſi ad eum, qui eſt heres, & de comprehenſis.*

11 *Inſtrumentum referens non probat relatum, etſi de eo teſtetur Notarius; niſi aliunde non appareat.*

12 *Pralatus non poteſt de nouo concedere emphyteuſim, niſi ſeruatis debitis ſolemnitatibus.*

13 *Bona poſſunt tranſire ex noua cauſa, non ex inueſtitura, etiam ad eos, qui alias ſuccederent in ipſa.*

14 *Cauſa noua conceſſionis eſt quando ea exprimitur in inueſtitura. Vel ea eſt facta auctoritate noua conceſſionis.*

15 *Licentia non eſt neceſſaria vbi fit ſimplex refutatio.*

16 *Alienatio vera eſt cum refutatur emphyteuſis in manibus Domini, & de nouo inueſtire eum tenetur in quem fit translatio.*

17 *In Emphyteuſi mixta hareditaria non cadit refutatio, ſed habet locum vera alienatio.*

18 *In inueſtitura ſi fiat mentio fratrum, inueſtiti, & non eorum haredum, non cenſentur comprehenſi eorum filij, & num. 19.*

20 *Emphyteuſis eſt contractus informis recipiens formam ſolum à partium contractibus, & pactis. Et eſt stricti iuris, & num.21.*

22 *In Emphyteuſi fit stricta interpretatio contra eum, qui ſe pratendit comprehenſum.*

23 *Aſſerenti ſe in in ea comprehenſum competit onus probandi.*

24 *In inueſtitura inſtrumento ſolent incipere clauſula executiua à clauſul.* Quam autem inueſtituram.

25 *Promiſſio in conceſſione ſi ſit inſerta in clauſulis executiuis, non alterat principalem diſpoſitionem. Sed debet intelligi, vt importet aliquid diuerſum, citra alterationem diſpoſitiuorum, & num.26.*

27 *Replicatio de iure tertij non fundat intentionem agentis.*

28 *Ius eſt metiendum ex perſona actoris.*

29 *Reus abſoluitur, etſi nullum ius habeat in re, dum actor ſibi incumbens non probat.*

31 *Ex ſtipulatione facta abſenti, nec ratificanti nullum ius ei quaeritur, nec eius haredibus.*

32 *Ratificatio non poteſt fieri poſt mortem ſtipulantis, vel concedentis, & cur.*

33 *Ratificatio etſi praſumatur ex leuibus etiam praſumptionibus, tamē de ijs debet conſtare.*

34 *Ex noua inueſtitura in emptorum puta perſona, vnus frater non poteſt ſuccedere alteri, & minus eorum deſcendentes. Niſi vigore emptionis de pecunia communi, & num.35.*

36 *Socij communione ſtante, pars vnius decedentis conſolidatur cum parte alterius per ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi.*

37 *Portio portioni accreſcit, non autem perſona.*

38 *Si quis alienet portionem ſuam, non poteſt alia portio ſibi accreſcere, ſed accreſcit portioni alienata.*

39 *Fœmina eiuſdem linea, etſi excluſa à ſucceſſione extantibus maſculis, ſuccedit & excluſis maſculis alterius linea, & cur.*

40 *Statutum ſucceſſionis non includit bona emphyteutica Eccleſiaſtica, niſi expreſſe mentionem faciat.*

41 *Vtile Dominium Emphyteuſis, vel feudi Eccleſiaſtici non eſt Eccleſiaſticum. Secus dominium directum, & num. 42.*

43 *Nemo plus commodi haredi ſuo relinquere poteſt, quam ipſe habeat.*

44 *Regula, ſemel excluſus, ſemper excluſus quando habent locum, & quando non.*

CONTROVERSIA DCXV.

Controuerſia, quæ pendet inter D. Auguſtinum actorem ex vna, & D. Hieroymam ambos de Seraphinis ream conuentam ex altera, circa ſucceſſionem in bonis emphyteoticis Eccleſię S. Marię de Coriano, videtur mihi reſoluenda in gratiam ipſius Hieronymæ, nedum pro dimidia, quę ſpectabat ad Dom. Io: Baptiſtam eius patrem, ſed etiam pro alia dimidia pertinente ad D. Io: Mariam illius patruum, & ſic omnino eam abſoluendam eſſe a petitis.

Nam quo ad dimidiam patris non videtur ſubeſſe difficultas, ſtantibus plenè deductis per alios DD. Aduocatos, qui firmarunt hæreditatem patris ei deberi, ſiue conſideramus eam, vt patris, ſiue vt fratris in infantili ætate defuncti; ſi enim poteſt appellari hæreditas patris, tanquam non fuerit agnita à Io: Franciſco minore infante, qui potuiſſet excludere ipſam D. Hieronymam, tunc certum eſt filiam non excludi per noſtrum Statutū ab hæreditate patris per agnatos maſculos tranſuerſales
1 remotioris gradus; † ſed tantum eiuſdem gradus, puta à fratre, vel alio, qui eius locum ingreditur, Curt. Iun. *conſ.*49. *num.*10. Cephal. *conſ.*45. *num.* 14. Burſatt. *conſ.*8. *nu.* 8. & 11. & ſemper in hac patria ita ſeruatum fuit; ſi igitur non excluditur à dicta hæreditate, per conſequens etiam non remanet excluſa a bonis emphyteoticis Eccleſiæ, quia cum ſint conceſſa pro hæredibus
2 fœmina eſt eorum capax, † Clar. §. *emphyteuſis, quæſt.* 32. *num.*2. vbi de magis communi, Anguil. *conſ.*100. *n.* 39. Burſatt. *conſ.*92. *num.*24. Surd. *conſ.* 100. *num.* 15. & *conſ.*140. *num.*23. & *dec.*95. *ſub num.* 13. & vbi excludi-
3 tur ab illis, excluditur tantum vigore Statuti, † vt per Bart. *in l. vt iuſiurand.* §. *ſi liberi*, *num.*15. *ff. de oper. libertor.* Clar. *dict. qu.*32. *num.*4. cum alijs apud Honded. *conſ.*54. *ſub num.*6. *vol.*1. quo fit, vt ceſſante diſpoſitione Statuti, & caſu excluſionis, etiā ad emphyteotica ad-
4 mittenda ſit, † vt in terminis noſtri Statuti, tradunt Socin. Iun. *conſ.*79. *ſub num.* 8. *volum.* 4. Surd. *deciſ.*95. *num.*27. *in fine.*

Si verò ſupponamus hanc hæreditatem pro hæreditate Io: Franciſci fratris in infantili ætate defuncti, adhuc hæc dimidia ad Hieronymam pertinebit, quia ab iſta ſucceſſione fratris non excludebatur, cum eſſet ei proximior, niſi vigore Statuti, quod Statutum non operatur, nec excludit fęminam, quando agnati nolunt,
5 vel non poſſunt ſuccedere, † vt præciſe diſponit, & ita etiam citra expreſſam declarationem, de iure intelligi deberet, Bart. *in leg.* 1. § *qui habebat*, *num.*7. *ff. de bonorum poſſ. contra tabul.* Surd. *conſ.*446. *num.*21. proinde cum nemo ex his, qui poterant excludere Hieronymam adiuerint hæreditatem Io: Franciſci, quinimo nec Io: Maria patruus potuiſſet, ſi voluiſſet eam adire, cum fuiſſet priuatus ipſo iure propter non aſſumptam tutelam
6 infantis, vel prouiſionem non factam ei de tutore, † *l. ſciant*, 10. *C. de legitim. heredib.* Gabr. *de tutelis*, *concl.* 2. *num.*4. & ſi alias optimè adminiſtraſset bona pupilli,
7 † idem Gabr. *dict. concl.* 1. *num.*23. Franciſc. Gab. *conſ.* 27. *num.*16. *volum.*2. ſequitur, quod pars horum bonorum emphyteuticorum, quæ in ea reperiebatur, tranſmiſsa fuerit ad ſororem, alias de eis capacem, vbi agnati non ſuccederent, ſicuti dicimus etiam, quod fęmina excluſa à feudo, maſculo extante, ſuccedit, ſi maſculus
8 nolit conſequi illud, † Petr. Gregor. *in tractat. de conceſſ. feud. part.*4. *cap.*7. *num.*21. Intrigliol. *de feud. centur.* 1. *qu.*7. *num.*58. & *centur.*2. *art.*40. *num.*7.

Et eo magis dicitur ſuccedere, quia cum iure tranſmiſſionis habuerit hæreditatem, à fratre non dum aditam, adeundo, dicitur adiuiſse non ex ſua perſona, nec proprio nomine, ſed tanquam hæres tranſmittentis. &
9 ex perſona illius ea velut eum repræſentans, † & proterea p ęfertur alijs agnatis, ſicuti pręferretur tranſmittens ſi adiuiſset, prout præciſe declarat Ruin. *conſil.*22

num.

*num.*16 *volum.*3. quinimo cum emphyteuſis conceſsa
pro hæredibus non tranſeat niſi ad eum , qui ſit & hæ-
10 res. & de comprehenſis, † Bart. *in l. vt iuſiurandi,*7.
*§. ſi liberi, ſub num.*4. *ff. de oper. libertor.* Cephal. *conſil.*
303. *num.*38. Valaſc. *de iur. emphyt. qu.*49. *ſub numer.*3.
verſ. Primus caſus, &c. vtique hæc non tranſibit ad
agnatum, qui non habet hæreditatem huius infantis, vel
eius patris.

Et hæc ſufficiant pro hac dimidia, ſuper qua latius
non inſiſto , quia huc tendunt omnia ab alijs ſcripta,
& docte, & luculenter.

Vnde in genere, & in vniuerſum conſideratis iſtis bo-
nis emphyteoticis, dico etiam pro alia dimidia, & ſic in
totum præferendam eſse, vel ſaltem abſoluendam ip-
ſam ream conuentam. Quod vtique fatebitur etiam ip-
ſe met aduerſarius, ſi ei demonſtrauero non eſse com-
prehenſum in antiquis inueſtituris , cum hoc tantum
prætextu contendat hæc bona ad ſe pertinere tanquam
ſolum maſculum vocatum in antiquis inueſtituris, vt in
libello producto in proceſsu ſenatorio , *fol.*58. *fac.*2.

Duæ autem ſunt inueſtituræ tantum , in quibus po-
teſt fundare ſuam intentionem , altera q. Bernardini
eius aui paterni, relata in inueſtitura Io:Petri eius patrui,
de qua in proceſsu, *fol.*96. *fac.* 1. & altera eademmet
dicti Io:Petri.

Sed neutra adminiculatur ſuæ petitioni, nam prima
Bernardini, ommiſso, quod de ea non conſtat cum in-
ſtrumentum referens non probet relatum , etiam ſi no-
tarius atteſtetur ſe illud vidiſse, & legiſse , niſi de eo
11 aliunde appareat, † Auth. *ſi quis in aliquo*, vbi Dec.
*num.*33. Purpurat. *ſub num.*40. & Cagnol. *ſub num.*86. *C.
de edend.* Socin. Sen. *conſil.*266. *num.*1. *verſ. non obſtat,
volum.*2. Socin. Iun. *conſ.*57. *num.*5. *&* 6. *volum.*1. Becci.
*conſ.*5. *num.*5. *in fine*, Menoch. *conſ.*1099. *numer.* 3. Io:
Baptiſta Fetrettus *conſ.*101. *numer.*9. 10. *&* 11. *volum.*1.
maxime quando non eſt in facultate referentis de nouo
diſponendi, puta vt in caſu iſto, quando prælatus aſ-
ſerit aliam præceſſiſse inueſtituram, quia non creditur,
cum non habeat facultatem de nouo concedendi in em-
phyteuſim, niſi ſeruatis debitis ſolemnitatibus, vbi de
12 relata aliter non conſtet, quam per aſsertionem, † vt
tradunt Siluan. *de recognit. feud. qu.*36. Thomas Marinus
*de feud. tit.*2. *num.*1. *in fine*, Cepol. *conſ. ciuil.*24. *ſub nu.*
24. 31. *&* 32. *&* 34. *vol.* 2. Alex. *conſ.* 10. *n.* 4. *vol.* 3. Iaſ.
*conſ.*154. *num.*9. *vol.*2. Menoch. *de arbitrar. lib.*1. *qu.*7.
*num.*7. *& conſ.* 207. *num.* 3. Minſing. *centur.* 6. *obſeruat.*
18. omiſso etiam, quod vbi ex dicta relatione proba-
retur talis inueſtitura, adhuc tamen non probaretur
eius tenor , & qui nam in ea eſsent compræhenſi, &
quomodo fuiſset ſtipulata.)

Hoc inquam ommiſso, dico , quod cum Bernardi-
nus ipſe vendiderit has terras ſuis filijs, vt ex inſtrumen-
to in proceſsu, *fol.*75. & pro vt etiam refertur in inueſti-
tura prædicta Io:Petri, *fol.* 96. *fac.*1. & ſic tranſiuerint
ad eos non iure inueſtituræ, ſed ex noua cauſa, ſcilicet
ex titulo emptionis, effectæ ſunt emphyteuſis noua in
eorum perſonis, quamuis alias fuiſsent de compręhen-
13 ſis, † in qua non remanſit amplius locus ſucceſſioni
ex antiqua inueſtitura , ſed tantum ex noua ſumpta
poſt emptionem , Bal. *in cap.*1. *nu.*19. *in fine, an agnat.
vel filijs, &c. in vſib. feudor.* Afflict. *deciſ.*112. *ſub num.*5.
vbi dicit haberi ex noua cauſa ſi in inueſtitura exprima-
tur, qua de cauſa deuenerunt ad inueſtitos, prout hic
Beccius, qui cæteros congerit, *conſ.*56. Surd. *conſ.*308.
*num.*20. *&* 21. *& conſ.*538. *num.*14. *& conſ.*517. *num.*15.
Grat. *diſcept. forenſ. cap.*180. *num.*25. *part.*1.

Hancque effectam fuiſse nouam emphyteuſim in qua
non ſuccedunt, niſi comprehẽſi in noua inueſtitura, ſua
14 det conceſſio facta auctoritate nouæ conceſſionis , †
Bal. *in dict. cap.*1. *num.*19. *in fine, an agnat. vel filius, &c.*
Burſatt. de comm. *conſil.*148. *num.*33.

15 Sicuti, † etiã idẽ arguit licentia obtenta de vendendis
terris ipſis filijs, nam vbi eſt ſimplex refutatio, non eſt
opus licentia, *cap.*1. *§. ſed etiam res, Per quos fiat inueſti-
tura*, Cephal. *conſil.*264. *num.*1. propterea cum illa im-
petratur, & fit translatio in alium de conſenſu Domini,
tunc cenſetur refutari emphyteuſis in manibus Domi-
ni, & de ea poſtea tanquam de re noua inueſtiri eum,
in quem fit translatio, ſicque dicitur vera aliena-
16 tio, † vt ex mente Iserniæ, & Baldi, declarat Afflict.
*in cap. vnic. ſub num.*3. *verſ. Et idem puta, &c. de eo,
qui finem fecit agnat.*

Et denique etiamſi emphyteuſis iſta ſit mixta hæredi-
taria non cadit in ea refutatio , ſed ſemper dicitur vera
17 alienatio, † etiã quod transferatur in comprehenſos ,
quia in ea non ſuccedunt, niſi qui ſunt hæredes. & vi-
uentis nulla detur hæreditas; Ita in ſpecie declarat, &
bene, Loffted. *in paraphraſi feudali*, *pag.*34. *verſ. & ea-
dem ratione*, vbi inquit ob id ſemper in horum bonorũ
translationibus requiri licentiam Domini, cum ſint ve-
ræ alienationes.

Secunda pariter inueſtitura ſubſcripta à Io:Petro no-
mine proprio, & fratrum de anno 1563. in proceſſu,
*fol.*95. eidem actori non ſuffragatur, quia conceſſa fuit
Io:Petro pro ſe, & ſuis hæredibus, & nominibus Io:
Franciſci, & Iacobi ſuorum fratrum, ſed non pro
eorum hæredibus, quia de illis nulla eſt facta mentio,
quo caſu, quando ſit tantum mentio fratrum ſuſcipien-
tis inueſtituram, numquam comprehenſi dicuntur filij
18 dictorum fratrum, † Bal. *in cap. quę in Eccleſiarum,*7.
num. mihi, 82. *verſ. Quero conceſſum eſt mihi feudum,
& fratribus meis, &c. alias eſt, num.*40 *colum. penult.
extra de conſtitut.* Iacobin. de S. Georg. *in inueſtit. feud.
in verb. præſentes, in fine*, Curt. *in tract. feud. part.*3. *mem-
bro* 3. *num.*57. Io:Thomas de Marinis, *de feud. tit.*12. *n.*
21. cum infinitis apud Roſental. *in ſynopſ. feudal. c.*7. *con-
cluſ.*56. *gloſſ. vltima*.

Et in terminis præciſis, quando quis eſt inueſtitus de
feudo pro ſe, & liberis, ac fratre ſuo, quod deceden-
te acquirente ſine filijs, non ſuccedant filij fratris, decidit
19 † Roſental. *dict. concluſ.*56. *num.*28.

Et poteſt adduci manifeſta ratio in emphyteuſi, quia
illa dicitur contractus quidem informis , qui non ha-
bet aliquam propriam. & regularem naturam , ſed eã
tantum, quæ à partibus, mediantibus pactis illi impar-
20 titur, † Natt. *conſ.*114. *numer.*6. Magon. *deciſ. Lucenſ.*
14. *num.*12. *&* 13. Corbul. *de caducit. ob lineam finitam,
num.*68. Burſatt. *conſ.*122. *num.*13. Rimin. Iun. *conſ.*32.
*num.*27. *in fine*, Surd. *deciſ.*95. *num.*16. Becci. *conſil.*88.
21 *num.*18. Et eſt ſtricti iuris, † Alex. *in leg* 4. *§. Cato, nu-
mer.*30. *ff. de verb. obligat.* Capic. *deciſ.*14. *in fine*, Cioffi.
*conſ.*43. *num.*6. *vol.*1. & in ea debet fieri ſtricta interpræ-
tatio contra eum, qui prætendit ſe eſſe de comprehen-
22 ſis, † Dec. *conſ.*170. *num.*4. propterea, qui vult di-
23 cere ſe eſſe de comprehenſis debet hoc probare † tan-
quam fundamentum ſuæ intentionis , vt per Decium
loco proxime citato, Alex. *conſ.*61. *num.*1. *verſic. & in
dubio*, *volum.*1. Anguil. *conſ.*100. Cephal. *conſ.*11. Rimi-
nald. Iun. *conſ.*764.

Et quod partium intentio fuerit non comprehende-
re filios fratrum, videtur colligi, quia in omnibus locis
dictæ inueſtituræ, in quibus commodè de illis fieri po-
tuiſſet mentio, ſemper fuerunt ommiſſi, & nominati
tantum hæredes Io:Petri, vt per eius lecturam videre
eſt, ita vt cum non ſit incõueniens hoc, & poſſit dari ta-
lis caſus, ex quo de eo egerunt Doctores, credendum eſt
partes voluiſſe id tantum, quod repetitur ſcriptum.

Nec obſtat, quod circa finem Dominus directi pro-
mittat obſeruare dictam inueſtituram , & omnia con-
tenta in ea ipſi Io:Petro ſtipulanti pro ſe, & hæredibus
ſuis, ac nomine, & vice ſuorum fratrum , & hæredum
eorum, ex quibus verbis videtur conſtare filios, & hæ-
redes fratrum comprehenſos fuiſſe ; quia reſpondeo ,
quod dicta promiſſio eſt inſerta in clauſulis executiuis;
nam continetur ſub dicta clauſula, *Quam autem inueſti-
turam, &c.* à qua ſolent incipere clauſulæ executiuæ,
24 † Laderch. *conſil.*1. *ſub num.*14. Menoch *conſil.*155. *nu.*
35. Berett. *conſ.*100. *ſub num.* 14. & ob id non alterat,
25 mutat, aut ampliat principalem diſpoſitionem, † *Cle-
mentin.* 1. vbi ſcribent. *de præbend.* cum infinitis apud
O'aſc.

Digitized by Google

Oſaſc. *deciſ.*163. *aliàs eſt* 164. Berett. *conſ.*51. *num.*1. &
2. ſed debet intelligi, vt aliquid aliud importet citra al-
terationem diſpoſitiuorum, quæ profectò in caſu iſto
ſatis operatur, & aliud quid diuerſum valde inſert, nē-
26 pe † quod, promittebat dictis fratribus, & eius hæ-
redibus, quod obſeruaſset inueſtituram in perſonis ip-
ſorum fratrum, nam & hoc intererat ipſorum hæredū.
qui potuiſset agere ad intereſse pro obſeruancia in per-
ſonis ſuorum patrum, caſu quo illi deceſſiſsēt antequam
tale intereſse conſecuti fuiſsent.

Nec obſtat etiam ſi diceretur hanc argumentatio-
nem militare quoque contra deſcendentes à Io: Fran-
ciſco, quia ommiſso, quod Domini promiſerunt eos
ſemper poſſidere, & ſic potuerunt perſcribere 40. an-
nis, & multo minori ſpatio, vera ſolutio eſt, quod eſt
replicatio de iure tertij, quæ non fundat intentionem
agentis, ſufficit enim reæ ad eum excludendum, dicere,
27 quo ad te liberas ædes habeo, † *leg. loci corpus*, 4. §.
emphyt. ff. ſi ſeruit. vendicet. nam ius mentiendum eſt ex
28 perſona actoris, † *l. final. ff. de rei vendicat.* & reus
abſoluitur etiam ſi conſtet nullum ius in re habere, quā-
29 do actor non probat ſuum incumbens, † Deci. *in leg.
qui accuſare*, 4. *num.* 14. *in* 3. *ampliatione C. de edend.*

Cum igitur ipſe Auguſtinus non ſit de comprehenſis
in iſtis inueſtituris, non eſt agendum de Statuto, ex cuius
diſpoſitione ipſe excluderet Hieronymam ab hæredita-
te Io: Mariæ, quia Statutum non excludit fœminam
30 propter eos, qui ſuccedere non poſsunt, † quales
ſunt hi, qui non ſunt de comprehenſis, Surd. *conſil.*
338. *circa finem*, Becc. *conſ.* 3. *n.* 62. Ruin. *conſ.* 109. *nu-
mer.* 35. *volum.* 3.

Secundo principaliter moueor, quia emphyteuſis
iſta fuit ſtipulata nomine patris ipſius actoris, qui erat
abſens, nec de cuius ratificatione apparet, quo caſu
non poteſt dici quæſitum aliquod ius ei, nec eius hære-
31 dibus, † Bartol. *in leg. ſi quis vſufructum*, 29. *num.* 3.
ff. de vſufr. legat. Alex. *conſ.* 22. *num.* 2. & *conſ.* 24. *ſub n.*
4. *volum.* 5. latè Corbul. *de caducit. ob lineam finitam, ſub
num.* 107. *cum ſeqq.* qui *num.* 118. ex Bero. & Ruino in-
32 quit ratificationem fieri non poſse † poſt mortem
eius, qui ſtipulatus eſt, vel eius, qui conceſſit, quia
tunc diceretur facta re non integra.

Et licet ratificatio præſumatur ex multis, & quidem
33 leuibus præſumptionibus, † de quibus per Corbulum
ibi, tamen oportet, quod de eis conſtet, de quibus ta-
men hic non apparet, puta quod Iacobus habuerit
ſcientiam, vel poſsederit, vel quod fuerit ſolutus ca-
non, & ſimilibus, quæ licet ſint poſſibilia, tamen non
præſumuntur; eſset enim dare præſumptionem præ-
ſumptionis.

Tertio vbi emphyteuſis iſta fuiſset etiam ſtipulata
pro deſcendentibus Iacobi, adhuc videtur, quod nul-
lum ius competat Auguſtino, nam cum effecta fuerit
noua in perſona emptorum, vtique vnus frater, vel
34 eius deſcendentes alteri ſuccedere non potuiſsē, † Cor-
bul. *de priuatione ob lineam finitam*, *num.* 83. niſi vigore
35 emptionis factæ de pecunia communi † iuxta text. *in
cap.* 1. *de beneficio fratris*, & Gloſs. *in cap.* 1. §. & *quia vidi-
mus, in verb. nominatum, C. de his, qui feud. dare poſſunt*,
Corbul. *vbi ſup. ſub num.* 105. Burſat. *conſ.* 181. *numer.* 3.
cum alijs infinitis apud Roſental. *de feud. cap.* 7. *concluſ.*
59. *littera E.* vnde ſecuta diuiſione propter quam bona
iſta in totum ad vnum peruenerunt, & ſic ſublata cau-
ſa propter quam vnus alteri ſuccedere poterat, quæ erat
ratione communionis, & quia quilibet habebat partē
in quolibet ceſpite, videtur, quod remanſerit noua in
perſona eius, cui in diuiſione obtigit, & quod alter
nullum ius amplius in ea prætendere poſſit.

Quæ argumentatio comprobatur, quia ſucceſſio,
quæ contingit ratione emptionis factę de pecunia com-
muni, dicitur prouenire per ius accreſcendi, ſeu non de-
creſcendi, quia ſtante communione, vno decedente,
36 pars eius conſolidatur cum parte alterius ſocij. † Schrad.
de feud. part. 7. *cap.* 1. *num.* 24. quo circa non exiſtente
aliqua parte apud ſuccedere volentem, impeditur ac-
quiſitio, quia portio portioni accreſcit nō autem perſo-
37 næ. † *leg. ſi Titio*, 30. *aliàs* 33. §. *vſumfructum*, vbi
Bald. *de vſufruct.* cum alijs apud Schtad. *d. part.* 7. *cap.*
1. *num.* 28.

Qui ob id ſubdit, *n.* 31. quod ſi vnus antequam por-
tio alterius ſibi accreſcat, alienet portionem ſuam, vt
hic euenit, tunc amplius nullam partem conſequi po-
38 terit, † quia accreſcit portioni alienatæ.

Quarto, quando emphyteuſis, vel feudum etiam
antiquum, vel huiuſmodi, in quo fratres inuicem ſuc-
cedere poſsunt, deuenit in diuiſione ad vnum ſolum, tūc
donec duret illius linea, numquam reuertitur ad lineam
alterius fratris, vt fœmina ex linea fratris poſſidentis
feudum, excludit maſculum alterius, licet ſit ita con-
ceſſum, vt fęminę non ſuccedant extantibus maſculis,
39 nam intelligitur de maſculis eiuſdem lineæ, † ita eſt te-
xtus, *in cap.* 1. *in fine, de natura ſucceſſionis feud.* vbi
Gloſs. Roman. *conſ.* 33. Ruin. *conſ.* 9. *num.* 3. *volum.* 1. &
conſ. 142. *num.* 17. *volum.* 3. Nicol. Aliprand. *conſ.* 13. *p.* 1.
num. 63. *inter conſilia Montisferrati*, Bero. *conſ.* 93. *per
totum maxime num.* 26. *volum.* 1. Rimin. Sen. *conſ.* 259.
in 3. *dubio*, vbi remouet contraria, Oſaſc. *deciſ.* 23. *nu.*
30. & 34. Intrigliol. *de feud. centur.* 2. *art.* 2. *numer.* 431.
Honded. *conſ.* 36. *num* 15. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 308. *num.* 17.
& *conſ.* 317. *num.* 38. & *conſ.* 349. *num.* 21. & *conſ.* 407. *n.*
31. & *conſ.* 577. *num.* 18. ex quorum auctorum recitatio-
ne cum multis alijs, qui apud eos videri poſsunt, patet
hanc opinionem eſse communem, licet multi tenue-
rint contrarium, quorum ſententia poteſt procedere
vbi vera eſset in feudo, non autem in emphyteuſi, de
cuius natura, non eſt, vt excludantur fœminæ à ma-
ſculis, quando eſt conceſsa pro hæredibus, vt ſuperius
fuit demonſtratum.

Neque tunc videtur obſtare Statutum, quod præfert
agnatos intra quartum gradum ipſi Hieronymæ in ſuc-
ceſſione eius patrui, tum quia non videtur afficere bo-
na emphyteotica Eccleſiaſtica, cum de eis ſpecificè non
40 faciat mentionem, † Brun. *de ſtatut excluſ. fœminar.
articul.* 8. *numer.* 108. Roland. *de lucro dotis*, *qu.* 54.
num. 12. Surd. in ſpecie, *dec.* 95. *num.* 22. tum quia, &
ſi vellet de eis diſponere, non videtur, quod poſſit, quia
& ſi valeat Statutum diſponens de vtili dominio em-
phyteuſis, vel fundi Eccleſiaſtici, quia illud non eſt
41 Eccleſiaſticum, † vt per Surd. *dec.* 160. *num* 7. & *conſ.*
338. *per totum*, tamen vbi tangit directum dominium,
vel affert aliquod præiudicium Domino directi, non va-
42 let, † vt per eumdem, *dict. conſil.* 338. hic autem non
eſt dubium, quod eſt cum præiudicio Eccleſiæ, quia
cogit eam habere forte illum vaſsallum, vel emphy-
teutam, quem nollet de præſenti habere, licet aliàs eſ-
ſet de comprehenſis. Tum denique quia vt concluſum
fuit, Statutum in præſenti caſu, non operatur reſpectu
portionis Io: Baptiſtæ, & Io: Franciſci eius filij, quo-
rum nemo ex illis, qui poterant excludere, extit hæres,
& quia noluit, & quia non potuit; quo circa, cū ſucceſſio
quę datur in emphyteuſi noua inter fratres, ea de cau-
ſa, quia empta fuit de pecunijs communibus, procedat
ex iure accreſcendi, vel non decreſcendi, vt dixi *num.*
36. ſequitur, quod alia portio prætenſa ab Auguſtino,
non poſſit ad eum peruenire, vigore Statuti, quia non
datur iure ſucceſſionis, nec vigore naturæ rei illi, quia
non habet portionem, vt dicebam, *num* 38.

Nec reſiſtit, quod amplius non dicatur noua, ſed
paterna, vti acquiſita à patre Auguſtini, quia non du-
rauit in eius linea, ſed tranſiuit in aliam per diuiſionem
cum illa qualitate nouæ acquiſitionis.

Denique hæc emphyteuſis non poteſt deuenire ad il-
lum, qui non eſt hæres, vt ſuperius admonui, *nu.* 10.
ſed ipſe actor non eſt hęres Io: Franciſci Senioris, nec
Iunioris, itidemque negat *fol.* 69. Io: Baptiſtam, & Io:
Mariam fuiſſe hæredes dicti Io: Franciſci Senioris poſſeſ-
ſoris horum bonorum: ergo non poteſt conſequi me-
diante perſona eiuſdem Io: Mariæ hanc emphyteuſim,
in cuius perſona conſiſtere non potuit, vti non hęredis
patris, quia vt inquit regula, nemo plus commodi hæ-
redi

Digitized by Google

43 redi ſuo relinquit, quam ipſe habuit, † *leg. nemo plus, 162 ff. de regul. iur.*

Non inſiſto autem ſuper eo, quod forte poſſet obijci, Hieronymam ſemel excluſam perpetuo remanere excluſam, tum quia ab hæreditate patrui, ſeu portione ab eo poſseſsa numquam fuit excluſa, à portione verò patris, excluſio non habuit effectum; Præterea talis regula non habet locum in emphyteuſi, nec vigore noſtri
44 Statuti, quod non excludit perpetuo, † Socin. Iun. in terminis, *conſ. 79. volum. 4.* Surd. *deciſ. 95.* qui non citat d. conſilium Socini, quamuis ſit pulcrum in hac quæſtione.

Die 21. Februarij 1607. fuit iudicatum à Perilluſtri Senatu ad fauorem meæ Clientulæ, in actis Domini Hieronymi Giauaſelli.

A R G V M E N T V M.

Reſtitutio in integrum aduerſus tranſactionem, an, & quando competat data ſcientia in tranſigente. De reſtitutione aduerſus dotem incongruam, & quando ea talis ſit. De enormi læſione. Et de teſtibus de auditu, & ſingularibus.

S V M M A R I V M.

1 *Læſus non reſtituitur, cum ſcit valorem rei ſuæ, & quantitatem ſuæ prætenſionis, & recepit parum; & cur, ibid.*
2 *Reſtitutio non datur aduerſus tranſactionem factam à ſciente, & informato de iuribus ſuis.*
3 *Hæres non poteſt facere quod defunctus facere non poterat. Vid. contrarium, n. 19.*
4 *Viuere quis præſumitur vſque ad centum annos. Vid. tamen n. 38.*
5 *Actus diù obſeruatus difficiliter poteſt retractari.*
6 *Hæres reſcindere non poteſt contractum de quo defunctus non fuit conqueſtus. Intellige vt, n. 39.*
7 *Teſtes contrarij, & inter ſe colludentes non probant.*
8 *Dotis integritas vt probetur, inſpicitur valor de tempore dotationis.*
9 *Læſio vt dijudicetur, attenditur valor de tempore contractus, vel celebrationis actus.*
10 *Filia etſi iuſſa eſſe contenta ſua dote, poteſt reclamare, ſi exceſſus ſit magnus, & n. 18.*
11 *Exceſſus ad reſtitutionem prædictam eſt ſufficiens, ſi quadruplo, triplo, vel etiam duplo minus detur, quam dari debet.*
12 *Læſio, & exceſſus eſt emendandus attenta Legitima.*
13 *Dos congrua eſt, quæ commenſuratur Legitimæ.*
14 *Dos incongrua eſt quæ eſt citra Legitimam. Maxime ſi non ſufficeret ad alimenta, ibid.*
15 *Datum pro dote materna ſpecifice non imputatur ad excludendam læſionem reſpectu portionis debitæ in bonis paternis, & n. 17.*
16 *Actio vbi ſemel incipit competere, ſemper competit.*
20 *Poſſeſſio, & dominium de præſenti in præteritum præſumitur, ſi aliquæ exiſtant coniecturæ.*
21 *Filia poteſt petere dotem ſibi augeri, habito reſpectu ad tempus mortis patris, ſi poſt dotem ſibi deſignatam, alia acquiſiuit bona.*
22 *Dictio,* Quondam, *denotat patrem fuiſſe mortuum.*
23 *Probato valore rei de tempore dotationis, cenſetur probatus & de tempore mortis, ſtante hinc inde modico interuallo.*
24 *Pretia rerum immobilium non mutantur breui tempore.*
25 *Tranſactio ſuper lite non habente probabilem difficultatem eſt nulla. Item ſi eius finis erat certus, n. 26.*
27 *In tranſactione paria ſunt negotium eſſe liquidum, vel de proximo liquidandum.*
28 *Tranſactio reſcinditur cum læſio eſt enormiſſima, habito reſpectu ad quantitatem dubij litis.*
29 *Tranſactio cum læſione enormi reſcinditur, etſi interueniat iuramentum de non contraueniendo, &c.*
30 *Imo etſi adſit renunciatio cum decreto iudicis, cum clauſulis ampliſſimis, etiam læſioni enormiſſimæ, geminatim, & poſt multos annos, poteſt hæres reclamare.*
31 *Sciens, & remittens præſumitur non decipi, ſed donare, ſi ſcientia ſit certitudinaria.*
32 *Mulier etſi præſumi poſſit ſcire ſe læſam, tamen præſumitur ignoraſſe ius ſuum.*
33 *Doloſe deceptus præſumitur ille, qui renunciauit læſioni enormiſſimæ, vnde nihilominus poteſt contrauenire.*
34 *Venditionem tentans reſcindere non auditur, ſi ſciuit verum rei valorem. Et cur.*
35 *Scientia non nocet læſo ad effectum reſtitutionis, cum exceſſus eſt immoderatus.*
36 *Sciens, ſed inductus perſuaſionibus, & dolo aduerſarij, remedio reſtitutionis iuuatur.*
37 *Ex enormi læſione præſumitur dolus.*
39 *Text.* in l. ea quæ à patre, C. de reſtitut. milit. *declaratur.*
40 *Teſtes de auditu probant, ſi concurrant alia adminicula.*
41 *Teſtis vnicus de ſcientia vera probat, etſi adſint alij de auditu.*
42 *Teſtium cum vnus deponit plus altero, non adeſt contrarietas inter eos, ſed valida fit probatio.*
43 *Ad euitandam falſitatem præſumitur etiam pluralitas indiuiduorum cum iiſdem qualitatibus; dum non eſt impoſſibile.*

CONTROVERSIA DCXVI.

IN cauſa Gualera dubitat multipliciter Excellentiſſimus Senatus contra actrices, quod non videantur audiendæ in propoſita actione ſupplementi legitimæ petiti ex perſona q. Dominæ Paulæ Baſſonæ earum matris, & auiæ reſpectiuè, & ob id in articulo reſtitutionis in integrum conceſſæ Domino Franciſco Baſsono pupillo reo conuento, quod veniat reformanda ſententia alias ad fauorem actricium lata, cum reuocatione calculi in illius executione confirmati.

Primo, quia obſtare videtur tranſactio eiuſdem Paulæ initæ cum Domino Ludouico ſuo fratre, non obſtante quod eſſet bene informata de læſione enormiſſima, vigore iudicij, quod ea de cauſa pro nouerat contra prædictum Ludouicum, in quo allegauerat hanc læſionem, & propoſuerat valorem bonorum patris, ſicque ſciebat
1 quantum † prætendere poſſet, & nihilominus recepta modica quantitate conuenta ſuper hoc tranſigere voluit, quo caſu quando læſus non errat, ſed ſcit valorem rei ſuæ, & quantitatem ſuæ prætenſionis, tunc illi non ſubuenitur, vt tradunt Bartol. *in l. 2. ſub numer. 14. verſic. Hac autem lex non habet locum in ſciente valorem, rei, &c. & ſub n.* 16. & ibi Cagnol. *num.* 124. & Pinellus in *prima parte cap. 2. num.* 10. vbi multos cumulat, *C. de reſcind. venditon.* & ratio eſt ſecundum eos, quia partem cenſetur vendere, vel cedere pro pretio, quod ſibi datur, reſiduum vero præſumitur donare.

2 Et in tranſactione quod ſciens, † & informatus de iuribus ſuis non audiatur, eſt textus in *l. cum donationis, C. de tranſactionib.* vbi Imperatores ſubdunt ſcientibus dolum non inferri.

3 Sicuti igitur † non potuiſſet Paula contrauenire dictæ tranſactioni, ita nec eius hæredes, *l. quod ipſis, ff. de regul. iuris, l. cum à matre, C. de rei vindication.* Burſat. *conſ. 32. nu. 3.* vbi quod hæres non admittitur ad vendicandum id quod per defunctum fuit renunciatum, quod & tradit ex multorum auctoritate in ſpecie noſtra, Menoch. *conſ. 89. n. 116.* Viui. *deciſ. 21 t. n. 13.*

Idque eo magis videtur dicendum, quia præſumitur d. Paula ſuperuixiſſe per multum tempus poſt dictam
4 tranſactionem, ex quo quilibet † præſumitur viuere vſque ad centum annos, *l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quæ tamen nihil oppoſuit, vnde tanquam diu obſerua-

ta

Digitized by Google

5 ta † difficiliſs retractari poteſt, *cap. contingit, extra de*
tranſaction. nec admittitur hæres ad reſciſſionem con-
6 tractus, † de quo pater, vel quiuis alius defunctus in
vita non eſt conquæſtus, *l. ea quæ à patre, C. de reſtit. mi-
lit.* Virgini. Boccacius *in conſtitutione Picena (vt de mi-
norum) gloſ.* 8. *n.* 248. Ioan. Vinc. Ann. *allegation.* 49. *n.* 9.

Secundo dicitur, poſſe dubitari non eſſe probatam
identitatem bonorum, in quibus dictum ſupplementum
petunt actrices, nam ex tribus teſtibus, qui de vera ſci-
entia ſuper illis deponunt, ſcilicet primo, octauo, & no-
no, (cæteri enim de auditu tantum in genere teſtifi-
cantur) primus, & octauus, vt dicitur in motiuis, viden-
tur contrariari, vnde nihil probant, cum ſe inuicem colli-
dant, nec conſtet quis eorum veritatẽ dixerit, & eſt adeo
recepta ſententia, vt contradictorem non habeatur teſta-
tur Farinacc. *de teſtibus, quæſt.* 65. *num.* 2. indeque re-
7 ſultat, † remanere vnum tantum, cuius teſtimonio
nulla cauſa terminari poteſt, cum vnius dictum ſit nul-
lius, *cap. licet vniuerſis, cap. veniens, cap. in omni negotio
extra de teſtib.* Farinac. *quæſt.* 63. *n.* 1.

Accedat quod ex inſtrumentis, altero ſub 18. Auguſti
1563. in proceſſu *fol.* 124. altero ſub 15. Martij 1564. *fol.*
127. & tertio ſub die 15. Septemaris 1564 *fol.* 129. vide-
tur probari aliquas ex terris, de quibus in libello, & quas
teſtes dicunt relictas fuiſſe in hæreditate à D. Gottardo,
fuiſſe acquiſitas poſt eius mortem ab eius filio Domino
Ludouico, prout ex ſcriptura aduerſariorum producta
ſub 28. Aprilis 1606. deducitur *fol.* 139. *fac.* 2. & ſic val-
de diminuitur fides teſtium, & redduntur ſuſpecti de
falſo, adeo vt ex eorum atteſtationibus non credatur
firmari intentio agentium.

Tertiò, vbi prædicta ceſſarent, adhuc videtur quod
non poſſint obtinere cum non ſit probata enormiſſima
læſio, tum quia teſtes non deponunt de valore, & tem-
pore quo fuit dotata a Gottardo patre viuente, prout
facere debebant, ſed de tempore mortis ipſi Gottardi,
8 & tamen † ad probandam læſionem, & dotis incon-
gruitatem, neceſſe eſt inſpicere valorem de tempore
dotationis, Iacob Buttig. in *l. pactum, C. de probationib.*
Bald. *in Auth. res quæ, numer.* 16. *C. de commun. de legat.*
Socin. *conſ.* 30. *ſub numer.* 10 *vol.* 4. cum alijs, quos re-
fert. & ſequitur Surd. *conſil.* 216. *num.* 5. *& in conſil.* 488.
num. 36. vbi infinitos allegat, Menoch. *de arbitr. conſil.*
149. *num.* 16. ſicuti, & generaliter debet attendi in alijs
9 diſpoſitionibus † ad dijudicandam læſionem valor de
tempore contractus, vel alterius actus celebrati, alias
probatio non concludit, *l. ſi voluntate, in fine, C. de re-
ſcind. vendition. cap. cum dilecti, ibi tunc valentem, &c.
ext. de emptione, & vendition.* Cagnol. *in l.* 2. *ſub nu.* 213.
cum ſeqq. & ibi Paul. de Caſtro *num.* 4. vbi inquit quod
inſpicitur tempus contractus, non anterius vel poſte-
rius, ac Pinel. *part.* 3. *cap.* 4. *num.* 15. *C. de reſcind. ven-
dition.* Surd. *conſil.* 151. *n.* 71. *& conſil.* 451. *nu.* 33. Tum
quia de valore prædictorum bonorum debet deduci dos
magna tanquã æs alienũ, de qua in proceſſu, *fol.* 108. &
pratium terrarum emptarum per Dom. Ludouicum
nomine patris, vt *fol.* 117. quod poſtea fuit ſolutum de
pecunijs proprijs ab ipſo Domino Ludouico poſt mor-
tem patris, *vt fol.* 121. nec non debent fieri aliæ dedu-
ctiones capitalium liuellorum, quibus erat grauata hæ-
reditas, per quas longe reſtringitur valor prætenſus ab
actricibus, & per conſequens excluditur aſſerta læſio
enormiſſima.

Re tamen diligenter perpenſa, exiſtimo confirman-
dam eſſe primam ſententiam, vna cum calculis relatis,
vel ſi quid ad fauorem rei conuenti mitius agendo con-
ſiderari poſſe, id ſit circa moderationem, non circa
omnimodam excluſionem.

Namque id certum eſt, filiam quamuis dotatam à
patre, & iuſſam à ſtatuto debere eſſe contentam dote
10 ab eo † habita, poſſet nihilominus reclamare ſi ma-
gnus ſit exceſſus in parua quantitate, habito reſpectu
ad patrimonium patris, vt eſt celebris & decantata do-
ctrina Paul. de Caſtr. *in conſ.* 275. *ſub num.* 6. *verſic. &
hanc puto veram, niſi ex magno exceſſu appareret contra-*
rium, &c. vol. 1. quem ſequuntur Alexand. *conſ.* 33. *ſub
num.* 4. *vol.* 4. Decius *conſil.* 180. *alias eſt* 181. *ſub num.*
5. *& conſ.* 202. *alias eſt* 203. *num.* 7. Curt. Sen. *conſ.* 27.
n. 38. cum infinitis apud Becci. *conſil.* 122. *num.* 12. Ro-
ta apud Cæſar. Graſ. *deciſ.* 2. *num.* 5. Burſat. ex ſenten-
tentia omnium, *conſil.* 223. *nu.* 6. Menoch. *de arbitrar.
caſ.* 149. *numer.* 19. *& conſil.* 412. *num.* 98. & de recep-
tiſſima ſententia, idem *conſil.* 251. *num.* 2. Iul. Pacian.
conſil. 38. *num.* 26. Barz. *deciſ.* 29. *n.* 37.

11 Qui † quidem exceſſus qualiter conſiderari debet
etſi variæ ſunt opiniones, tamen ſufficere ſiue quadru-
plo, vel triplo, vel etiam duplo minus detur, quam dari
debuit, vel ſi læſio excedat valde dimidiam, rei debitæ,
tradit Menoch. in terminis noſtris, *conſil.* 251. *numer.* 4.
vbi *num.* 6. reſpondet ad Caſtrenſem. idem Menoch.
conſil. 412. *num.* 1. 2. Laderch. *concluſ.* 126 *ſub. n.* 4.

Vnde attenta legitima (ſecundum quam, conclu-
12 dunt ſcribentes, † conſiderandum eſt læſionem, &
emendandũ exceſſum, (quamuis alias pater ſi enormiſſi-
me non læſiſſet, minorem quantitatem conſtituere po-
tuiſſet) vt per Ioſ. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 21. *numer.* 54.
Menoch. *conſil.* 8. *& conſil.* 251. *&* 412. *per totam*, De-
cian. *conſ.* 54. *nu.* 20. *vol.* 1. *& conſ.* 78. *vol.* 5. quia con-
13 grua dos † dicitur, quæ commenſuratur legitimæ,
Decius *conſ.* 179. *num.* 1. *& conſil.* 180. *alias* 281. *nu.* 5.
Deciſ. Peruſ. 21. *num.* 38. & infinitos allegat Camil. Bo-
rel. *conſ.* 22. *num.* 7. Gratian. *deciſ.* 27. *num.* 9. maximè
quando ſi taxaretur citra legitimam, non ſufficeret ad
14 alimenta], † quia tunc diceretur tenuis & incongrua,
Menoch. *d. conſ.* 251. *num.* 8. *& conſ.* 505. *num.* 4. Ri-
minald. Iun. *conſil.* 670. *num.* 21. *&* 22.) vtique conclu-
dendum venit, ipſam Paulam longe vltra dimidium, &
ſic enormiſſime læſam fuiſſe.

Quod profecto non habet aliquam difficultatem, ſi
attendamus valorem patrimonij patris in quantitate
ſcutorum ſeptemmillium, ſecundum quem deponunt
teſtes, ſine aliquibus detractionibus.

Sed idem dicendum quoque eſſet, vbi admitteremus
aliquas ex detractionibus prætenſis ab aduerſarijs in ſua
ſcriptura, *fol.* 136. quarum tamen nullas crederem con-
cedendas, nam multæ ſine aliqua controuerſia non ſunt
admittendæ, prout prima de detractione dotium ma-
ternarum, quia ſi computant aduerſarij Paulæ centum
ducatos, quos habuerat pro dotibus maternis, vt in in-
ſtrumento dotis *fol.* 31. in portionem ei debitam in bo-
nis patris, prout vere computant *fol.* 140. *in principio*,
neceſſe eſt poſtea quod adhuc remaneat creditrix de
dictis ducatis, & ob id quod in tota maſſa debeant
computari dictæ dotes, cum ad eam, ſi non iure portio-
nis ſibi debitę, in bonis patris ſaltem alio iure ſpe-
ctent.

Nec refert quod dotes maternæ eſſent tantum de du-
catis 100. *vt fol.* 108. quæ non videntur, ſpectare in to-
tum, ſed pro dimidia tantum filiæ, cum adeſſet frater,
quia cum pater conſtituerit totam dictam quantitatem
filiæ in dotem, credendum eſt, vel fuiſſe filios ex diuer-
ſis matribus, & illos ducatos centum fuiſſe pro dote
matris Paulæ, vel patrem voluiſſe in totum dare eam fi-
liæ, cuius facto non poteſt contrauenire Ludouicus, &
alij ſucceſſores vti hæredes vniuerſales Gottardi.

Et quatenus omnino vellent aduerſantes fieri hanc
deductionem de prædictis dotibus, non animaduertunt
eam eſſe illis magis damnoſam quam vtilem, quia ſi de-
ducunt ex maſſa dictas dotes, tanquam æs alienum, ne-
ceſſe eſt etiam, quod ducati 100. habiti ea de cauſa à
Paula non imputentur ei in portione ſibi debita in bo-
nis patris, & ſic ſeparabuntur iſti ducati 100. atque
ipſa tanto magis læſa apparebit, cum illis deductis non
habuerit poſtea niſi ducatos 200. à patre de bonis eius,
vbi enim pater in dotanda filia diſcretiue exprimit quod
dat tantum ſpecificata quantitate pro dotibus maternis
& tantũ de proprio, illud quod datum eſt pro dote ma-
terna, non imputatur ad excludendum læſionem reſpe-
15 ctu portionis debitæ in † bonis patris, vt concludit
Rota Bononiæ apud Barz. *deciſ.* 29. *num.* 43. *&* 44. ex

Digitized by Google

Doctrina Bald. *in l. fin. ſub num. 2. C. de dotis promiſ.* & Neuizan. *conſ. 16. ſub n. 8. circa finem.*

Et ob id non contradicerem huic deductioni dummodo ducati habiti pro hac dote à Paula non computentur ad commodum portionis debitæ in bonis patris.

Multo minus debent deduci petiæ terræ datæ in ſolutum à Ludouico ipſi Paulæ ad computum eius dotis, quia hæc datio in ſolutum fuit facta longe poſt dotationem, & mortem patris, & ſic non operatur, quin illæ petiæ terræ tempore dotationis augerent patrimonium patris, & hæc prætenſio, vt dicam quid ſentio, videtur mihi ridicula.

Sed, & terræ quæ aſſeruntur euictæ, multo poſt dotationem, vltra quod non conſtat de identitate cum terris de quibus in libello, non impediunt hanc allegationem læſionis, quia in effectu, tempore quo fuit dotata, erant in bonis patris, & acquiſitum erat ius filiæ, & pater non poterat diuinare, an euincendæ eſſent, proinde non diluitur dolus reſultans ex enormiſſima læſione, &
16 vbi † actio ſemel incipit competere, & ſemel interfuit, ſemper competit, licet deſinat intereſſe Tom. 1. *reg. iur. pag. 24. colum. 2. & pag. 25. colum. 1.* quamuis poſtea vbi vere eſſent illæmet, crederem habendam eſſe rationem ad commodum hæredis in diminuenda dote, non in impediendo ſupplemento, ad quod ab initio fuit acquiſitum ius.

Et quod dixi de identitate in præcedenti capite, dico in cæteris prætenſis deductionibus, nam non videntur aliquo pacto conuenire petijs terrarum deſcriptis in libello, in quo iudicium erat Excellentiſſimi Senatus in hoc arbitrando.

Sed exempli gratia, citra tamen omnem præiuditium, deducamus etiam ex valore de quo deponunt teſtes aureor. bis mille, pro omni eo quod poſſent prætendere aduerſantes, ita vt remaneat tantum valor quinque millium aureorum, adhuc adeſt læſio exceſſiua, & ſi demonſtrabo adeſſe hoc in caſu, multo magis aderit, ſi facta declaratione à Perill. Senatu, quænam ex prætenſis deductionibus ſint legitimæ, apparebit multo minus deducendum eſſe, quam nos exempli gratia deducimus.

Præſupponamus erga patrimonium patris fuiſſe de ſcutis 5000. tempore dotationis, legitima fuiſſet de ſcutis 1666. ⅔. quarum dimidia ſpectaſſet ad filiam, & ſic ſcuti 833. ⅓. vnde cum ipſa computatis etiam ducatis 100. habitis pro dotibus maternis, habuerit à patre tantum ducatos trecentum, qui conſtituunt ſcutos 235. cum dimidio, plus duplo, & fere in triplo, & magno exceſſu vltra dimidiam læſum fuiſſe conſtat.

Sed multo maior læſio euadet ſi non computemus dictos ducatos centum habitos pro dotibus maternis,
17 provt computari non debere in terminis adduxi ſupra, † Barz. *deciſ. 29. num. 43. & 44.* nam tunc habuit tantum ducatos ducentum, qui conſtituunt ſcutos 155. & ſic læſio excedit longe quadruplum.

18 Quibus in caſibus admittendam eſſe † quærelam filiæ aduerſus dotationem factam à patre, non obſtante ſtatuto, quod filia debeat eſſe contenta dote a patre conſtituta, vltra multos ſuperius allegatos reſponderunt bene Menoch. *conſil. 8.* & melius *conſil.* 251. & optime in caſu in quo concurrunt omnes circumſtantiæ, de quibus in caſu iſto, *conſil. 412.* & videatur *per totum*, Decian. *conſ. 75. per tot. vol. 5.*

Et ſicuti filia augeri potuiſſet, ita audiendi ſunt eius
19 * heredes, † provt ad fauorem hæredum reſpondet Menoch. *d. conſ. 251. & d. conſil. 412 per totum, maxime ante nu.* 107. & in ſimili conferunt Aretin. *conſ. 123. ſub num. 7. verſic. ad aliud dubium*, Alciat. *conſil. 80. nu. 8. lib. 8. alias eſt conſ. 587. ſub num. 4.* & bene Pariſ. *conſ. 75. num. 20. vol. 3.* Cephal. *conſ. 532. num. 23.* Io. Vincent. *de* Anna *in repetition. conſtitutionis diuæ memoriæ, num.* 248. Crauet. *conſil. 200. ſub num. 7.* Iol. Ludouic. *in terminis, in concluſ. de hæredibus, quæ eſt concluſ. 16. illation. 20.*

Nec obſtat quod non appareat Gottardum habuiſſe tot bona tempore dotationis, quod attendi debere ad inſpiciendam læſionem ſuperius deductum fuit, quia imo de hoc conſtat ex primo, & octauo teſte, qui deponunt à ſuo recordatu, & ſic feriunt tempus dotationis 1543. & ex vltimo, qui deponit iam annis ſexaginta quinque, & ſic pariter precesſit dictum tempus.

20 Præterea, † vbi extent aliquæ coniecturæ, præſumitur, & poſſeſſio, & dominium de præſenti in præteritum vt tradit Salicet. *in l. ex perſona, C. de probation.* Alexand. *conſil. 16 num. 3. vol. 5.* Soc. *conſ. 9. num. 19. vol. 1.* Alciat. *regul. 2. præſum. 21. ſub. numer. 13.* cum alijs multis apud Maſcard. *concluſ. an, & quando poſſeſſ. continuatio præſumat. quæ eſt concluſio mihi, 1201. num.* 6. Sed hic extant aliquæ præſumptiones, quod Gottardus poſſideret hæc bona etiam tempore dotationis, quia multo ante apparet ipſum habuiſſe ſtabilia, vt ex inueſtitura de Anno 1533. in proceſſu *fol.* 47. & ex acquiſitione facta à Ludouico nomine patris, de Anno 1540 in proceſſu *fol.* 120. vbi ipſe Gottardus datur pro confini terris acquiſitis, & hoc etiam probet inditium, quod non multum poſt dotationem deceſſit, ita vt licet ſit poſſibile, tamen non eſt veriſimile acquiſiuiſſe tot terras in tam modico tempore.

Et vbi illas acquiſiuiſſet, ſaltem non eſt veriſimile lucratum fuiſſe pecunias tam breuiter, adeo vt ſi non habebat ſtabilia tempore quo dotauit filiam, habebat ſaltem pecunias ad illas emendas, & ſic adhuc diceretur læſa.

Denique dico, quod vbi hæc bona acquiſita fuiſſent à patre, adhuc ſupplementum deberetur filiæ, quia vbi pater ob paupertatem nubit filiam cum modica dote, provt eueniſſet hic, quæ non poſſet dici niſi modica, cum non ſufficeret pro alimentis, iuxta tradita ſuperius, tunc ſi deinde augeantur patris facultates, poteſt filia petere ſibi aſſignari dotem congruam, habito reſpectu
21 ad tempus mortis patris, † ita declarant, & limitant concluſionem illam, quod attendi debeat tempus dotationis, Caſtr. *conſ.* 73 *ſub num. 1. vol. 1.* Brun. *in tractat. de ſtatut. excluſiu. fœminar. articul. 9. n. 42. verſic. prædicta procedunt.* Riminal. Iun. *conſ. 97. num. 21.* & optimè Pacian. *conſ. 38 n. 28.*

Non obſtat etiam quod teſtes non videantur deponere de valore temporis dotationis, ſed tantum de tempore mortis, quia animaduerto, quod à tempore dotationis quæ fuit ſub die 13. Ianuarij 1543. ad tempus mortis, interceſſerunt tantum duo Anni, vt colligitur ex datione in ſolutum facta à Ludouico ipſi Paulæ, *fol.* 32. vbi
22 dicitur *Ludouicus filius quondam*, quæ dictio † *quondam* denotat patrem fuiſſe mortuum, Simon de Pret. *conſil. 164. num. 18.* Sforz. Odd. *conſ. 20. num. 78.* & fortè etiam multò ante Annum 1545. obierat; Vnde probato valore de tempore mortis, ſequitur etiam quod di-
23 catur probatus † de tempore dotationis propter modicum interuallum, vt in ſpecie tradit Bal. *in l. 2. ſub nu. 60 Verſic. ſed pone quidam dicebat ſe deceptum, C. de reſcind. vendit.* Cephal. *conſ. 261. num. 17.* Nat. *conſ. 353. ſub num.* 3. quia vt ipſi dicunt, pretia rerum immobilium non mutantur breui tempore, vel ſingulis annis.

24 Et ex his † remanet firmata intentio actricum, quoad læſionem reſpectu dotationis, & actus geſti cum patre Paulæ, & reſolutum etiam vltimum motiuum, nã ex proximis dictis patet, probatum dici valorem de tempore debito, & Caſtrenſis qui dicebat non debere probari de tẽpore, ante vel poſt, debet declarari ex doctrina Baldi modo relata, quod tempus ante vel poſt non eſt breue, ſicuti etiam in *verſicul. Sed idem dicendum quoque, &c.* cum multis verſiculis ſequentibus demonſtraui, deductiones prætenſas, maxime ratione dotis non eſſe concedendas, & vbi etiam deduceremus bis mille aureo, adhuc læſionem fore exceſſiuam, & denique in *verſic. Nec obſtat quod non appareat Gottardum, &c.* de-

* Vide tamen Viuian. *deciſ.* 21. n. 13.

Digitized by Google

&c. deduxi læſionem probatam eſſe reſpectu quantita-
tis bonorum de tempore dotationis , vel poſse in caſu
iſto attendi tempus mortis.

Nunc videndum eſt de validitate actus geſti ab ea-
dem Paula cum Ludouico fratre, mediante tranſactio-
ne inita cum eo, ex quorum capite diſtinctiue læſio, &
facultas petendi ſupplementum multo euidentior ap-
parebit, quam cumulando , vt faciunt aduerſantes vtrã-
que ſummam habitam in conſtitutione dotis, & tranſ-
actione ab ipſa Paula , quamuis neque hoc caſu conſi-
derata vtraque quantitate ſimul deſit ipſa læſio ſufficiẽs
ad effectum de quo agitur.

Poterat igitur Paula, cum non habuiſſet niſi ducatos
ducentum de bonis patris, qui vt ſupra dicebam conſti-
tuunt ſcutos 155. conſequi in bonis eiuſdem (ſuppoſi-
to etiam exempli gratia , vt fecimus in præcedenti ca-
pite, quod deducerentur 2000. aurei , de valore de quo
deponunt teſtes , & ſic quod remaneret tantum valor
aureorum 5000.) vltra prædictos, alios ſcutos 978.⅓. qui
vniti cum prædictis, aſcendiſſent ad integram ſummam
dotis congruentis legitimæ , videlicet , ad ſcutos 833.⅓.
& in hoc non poterat dici quod lis haberet probabilem
25 difficultatem, quo caſu † tranſactio ſuper ea ſecuta eſt
nulla, *l. præſens, C. de tranſaction. l. pactum curatoris, C.
de pact. l. Lucius, §. finali, ff. de adminiſtrat. tutor. l. 1.*
vbi hoc notat Bald. *ff. de tranſactio.* Roman. *conſ.* 517.
num. 17. *&* 18. vbi dicit hoc procedere quando aderat
26 lis, ſi tamen eius † finis erat certus, Surd. *deciſ.* 176. *n.*
2. *& conſ.* 451. *num.* 11. vbi hoc exornat, *& conſ.* 501. *n.*
9. Bertaz. *conſ. ciuil.* 88. *num.* 50. vbi ex Alba, & aliis in-
quit, quod tunc præſumitur calumnioſa.

Et licet iſta certitudo penderet à futuris probationi-
bus, tum quia factum erat recens, & de facilè poterant
fieri tales probationes, adhuc tranſactio dicitur nulla,
27 quia in propoſito paria ſunt negotium † eſſe liquidum,
vel de facili liquidandum, Bald. *in l. minoribus viginti-
quinque annis, 6. in prima lectura , in fine, ff. de minori-
bus.*

Sed vbi poſſemus dicere rem non fuiſſe omnino cla-
ram, attamen tranſactio iſta non ſubſiſteret, cum Pau-
la fuerit enormiſſime læſa, ex ſcutis enim 678. quos po-
tuiſſet conſequi à fratre, accepit tantum ducatos 170. vt
in tranſactione *fol.* 28 qui conſtituunt ſcutos centum tri-
ginta vnum, libras quatuor cum dimidia, & ſic fuit læ-
ſa in quadruplo circiter , & vltra dimidiam in maximo
28 exceſſu, tranſactionem autem reſcindi, † quando læ-
ſio eſt enormiſſima , habito reſpectu ad dubium litis,
euentum, qui in caſu iſto non eſt multum dubius , quin-
imo fere certus, tradunt Com. *conſ.* 27. *ſub num.* 10. *vol.*
4. Crauet. de magis communi , *conſ.* 151. *ſub num.* 26.
Surd. *conſil.* 452. *num.* 9. *& conſil.* 480. *numer.* 13. Beret.
conſil. 134. *num.* 17. Lancell. Gallia *conſil.* 115. *n.* 71. Ro-
landus *conſ.* 28. *num.* 26. *volum.* 4. Gabr. *de emption. &
vendition. concluſ.* 1. *num.* 69. Pinel. *in l.* 2. *parte* 1. *cap.*
4. *num.* 26. *C. de reſcindend. vendit.*
29 Quod † procedit etiam ſi talis tranſactio eſſet ro-
borata iuramento, Lancell. Gallia *conſ.* 39. *num.* 20. *&
dicto conſ.* 115. *num.* 72. Decian. *conſil.* 6. *ſub numer.* 16.
vol. 5.

Et in terminis noſtris, quod ſimilis tranſactio etiam ſi
30 eſſet † iurata, non obſtet, tradit poſt multos quos al-
legat Menoch. *conſil.* 412. *num.* 94. *cum ſequentibus*, vbi
reſpondit in caſu in quo primo aderat renunciatio fi-
liæ, cum decreto iudicis , facta cum clauſulis ampliſſi-
mis, & cum renunciatione enormiſſimę læſionis, robo-
rata deinde poſt multum tempus per tranſactionem, &
per actus geminatos , à qua dicta filia reclamauerat,
quamuis vixiſſet per multos annos , & nihilominus re-
ſpondit , hæredes potuiſſe petere ſupplementum con-
gruę dotis, uſque ad quantitatem legitimæ. Videatur
totum dictum conſilium, quia à prime confert huic cau-
ſæ.

Et ſicuti ei contrauenire potuiſset Paula , nunc idem
facere poſsunt eius hæredes, vt ſuperius deductum fuit
in alio capite.

Neque refragatur, (& nunc accedo ad reſolutionem
primi motiui) quod ipſa Paula eſset optime informa-
ta de hac læſione enormiſſima, & ob id non videatur ei
ſubueniendum cum dolus , non inferatur ſcientibus,
quia reſpondetur illud procedere quando certitudinarie
aduerſarius eſt informatus , & intendit quod agit, &
omnino remittere vult, vel donare, tunc enim non dici-
31 tur † decipi, & ita procedit text. in *d. l. cum donatio-
nis, C. de tranſaction.* vbi fuit facta remiſſio tutelæ ad-
miniſtratæ, ad cuius redditionem rationis remittentes
certo ſciebant tutorem teneri, quia ille pollicitus fuerat
eos inſtituere heredes, dicitur tamen non valere pollici-
tationem, & nihilominus non poſſe reſcindere tranſa-
ctionem, quia voluerunt remittere, & debebant pręui-
dere an obligatio ex aduerſo teneret. In caſu autem no-
ſtro Paula ſciebat ſe læſam , ſed certitudinarie non ſcie-
bat quantitatem, nec principalis eius intentio fuit do-
nandi, ſed emendandi læſionem, idcirco poteſt contra-
uenire, quia ex enormiſſima læſione prę ſumitur decepta
doloſe, nec præſumitur animus donandi tam magnam
32 quantitatem, quinimo licet in genere ſciret † ſe læſã,
tamen prę ſumitur præciſe ignoraſse ius ſuum , vt late
proſequitur Menoch. *d. conſ.* 412. *num.* 8. *cum ſequenti-
bus.* Hinc eſt quod ſi quis promittat non contrauenire,
33 vel etiam renunciet læſioni enormiſſimæ , non per hoc
excluditur à contrauentione , & eius allegatione pro-
pter præſumptam illam doloſam deceptionem , vt per
eundem Menoch. *ibid. n.* 69. *&* 74.
34 Et id † quod tradunt ſcribentes in *l.* 2. *C. de re-
ſcindenda venditione*, vt is qui ſcit verum valorem rei,
non audiatur ex illius remedio, procedit , quia ſcientia
eſt ſpecifica , ſed, & ſecundo dico , quod habet locum
quando exceſsus eſt in modico , quia tunc poteſt præ-
35 ſumi donatio, ſecus vero quando eſt † immoderatus,
tunc enim ſcientia non nocet læſo, Iaſ. *conſ.* 144. *ſub nu.*
33. *verſic. Secundo reſpondetur* , *vol.* 4. Menoch. *ſæpedi-
cto conſ.* 412. *n.* 72.
36 Et † quod ſcienti ſubueniatur quando inducitur per-
ſuaſionibus doloſis aduerſarij ad conſentiendum, tradit
Dinus in *cap. ſcienti, num.* 5. *&* 6. *de regul. iur. in* 6. pro-
38 vt ex enormiſſima læſione † præſumitur dolus verus ex
propoſito, vt late cõprobat Menoc. *d. cõſ.* 412. *n.* 5. *cũ ſeqq.*

Ad illud vero quod comprobando primum moti-
uum dicebatur , præſumi Paulam diù ſuperuixiſse , &
numquã reclamaſse contra tranſactionem, & ob id nec
licere eius hæredibus conqueri, reſpondetur primo , id
eſse præſuppoſitum de quo non conſtat in facto, quod
ipſa Paula multum ſuperuixerit, vbi etiam præſumere-
mus quem viuere poſse vſq; ad centum annos, quia non
conſtat de eius ætate tempore tranſactionis, de qua ta-
38 mẽ propoſitione, quod quis prę ſumatur † viuere vſq; ad
centum annos, dubitat, imo eam falſam oſtendit Pacian.
de probatio. lib. 2. *cap.* 7. *n.* 24.
39 Secundo reſpondetur, falſum † eſse, quod ſi defun-
ctus læſus enormiſsime non reclamauerit , non liceat
hoc hæredi , prout in terminis iſtis præciſis probat Me-
noch. *conſ.* 412. *num.* 107. *cum ſeqq.* & id quod habetur
in *l. eaquę à patre, C. de reſtit. militum*, habet locum in
contractu, quem defunctus impugnare non potuiſset, vt
ibi per ſcribentes, & Io. Vincent. de Anna *d. allegat.* 43.
num. 8. *&* 9 ad cuius reſciſsionem inquiunt Imperato-
res non eſse admittendum hęredem vigore ſui priuilegij,
& tanto minus inquiunt hoc facere non poſse , quando
etiam nec defũctus conquęſtus fuerat, quaſi dicant, licet
contractus ipſo iure valeret, multo magis cum nec con-
trahens de eo conquæſtus eſset, valere debuit.
40 Tandem non obſtat † quod tres tantum teſtes vi-
deantur deponere de petijs terrarum relictis à defuncto,
quorum primus, & octauus videantur contrarij, namq;
cum habeamus probationem veram ex teſtibus depo-
nentibus de propria ſcientia multi teſtes de auditu ,
probat ſi concurrant alia adminicula, Farinacc. *de teſtib.*
41 *q.* 69. *num.* 44. & quod etiam † vnicus teſtis de ſcien-
tia vera probet ſi adſint alij de auditu, Soc. Iun. *conſ.* 135.
num. 2. *&* 3. *vol.* 3. Riminal. Iun. *conſ.* 182. *num.* 19. He-

ctor Æmilius *in tractat. de teſtib. in verb. Teſtis, auditum proprium deponens, nu.* 48. *fol.* 312. Neq; ego agnoſco aliquam contrarietatem inter primum, & octauum teſtem, nam in hoc tantum diſcordant quod vnus plus alio deponit, octauus enim neſcit teſtificari de omnibus
42 petijs terræ, provt facit primus, quo caſu † quando vnus deponit plus altero non dicuntur contrariari, ſed validam facere probationem, Alexand. *conſ.* 24. *num.* 43. *volum.* 2. cum infinitis apud Farinacc. *quæſt.* 65. *numer.* 11.

Neque teſtes redduntur ſuſpecti, ex eo quod dicatur apparere eos deponere nõnullas petias terras poſseſsas à Gottardo, & relictas in eius hæreditate, quę tamen fuerunt emptæ à Ludouico illius filio, longe poſt mortem patris. namque reſpondetur, dictas acquiſitiones non conuenire petijs terræ contentis in libello, & primo petia terræ de qua in inſtrumento Anno 1573. *fol.* 124. diſcordat à tertia petia terræ libelli, in regione, & vno confini, altera petia terræ, de qua in inſtrumento Anni 1564. *fol.* 127. diſcordat in omnibus, excepto vno confini, à quarta petia libelli, in qua tamen aduerſantes dicunt comprehendi in ſua ſcriptura *fol.* 139. de alijs petijs neſcio quid dicam, quia folia proceſsus allegati non conuenirent cum noſtro, ſed puto eandem adeſse veritatem.

43 Addo, † quod ad tollendam ſuſpicionem falſi, & euitandam falſitatem, vbi etiam omnes qualitates conuenirent, præſumeretur adfuiſse alias petias terræ habentes eoſdem confines, & ſic pluralitatem, cum hoc non ſit impoſſibile, vt poſt Zabarel, & Abb. ſcripſere Alex. *conſ.* 190. *num.* 33. *vol.* 6. Iaſ. *conſ.* 13. *num.* 3. *& ſub. num.* 22. *vol.* 3. Dec. *conſ.* 36. *ſub num.* 4. *verſic. Nec obſtat, &c. col.* 2. *circa finem, & conſ.* 209. *alias eſt* 210. *num.* 9. Maſcard. *concluſ.* 875. *ſub num.* 2. Id. latè *concluſ.* 1179. *nu.* 46. Surd. *conſil.* 173. *num.* 44. Menoch. *conſ.* 248. *num.* 34. *&* 35.

Die 18. Maij 1607. Iudicatum fuit contrarium, & reformata ſententia in fauorem Baſſoni, in actis.

ARGVMENTVM.

Ceſſio crediti eſt nulla, cum non apparet de realitate crediti; & cum eſt facta in potentiorem. Plura de teſtium ſingularitate, eiuſque ſpeciebus, quo ad probationem faciendam. Iuramentum ſuppletorium, quando locum habeat, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Ex* Stat. Mant. *ceſſio iurium contra Ciuem Mantuanum non eſt valida.*
2 *Ceſſio non valet, cum non apparet de realitate debiti aliter quam per cedentis, & ceſſionarij confeſſionem.*
3 *Aliud eſt inſtrumentum de debito aliud de confeſſione debiti.*
4 *Ceſſio eſt nulla, ſi facta ſit in potentiorem tam ratione officij, quam, & dignitatis, & num.* 5.
6 *Ceſſio in potentiorem eo ipſo præſumitur ſimulata.*
7 *Nulla actio, nec perſonalis ineum competit, cum quo nullum geſtum eſt negotium. Nec realis, quia bona alterius obligari nequeunt, & num.* 8.
9 *Aſſerens ſuſceptionem alieni debiti in ſe, debet vt fundamentum propriæ intentionis probari.*
10 *Maximè ſi id aſſeritur ab actore, cui incubit ſemper onus probationis.*
11 *Actore non probante reus abſoluitur cum victoria expenſarum.*
12 *Teſtes allegantes pro conteſtibus, domeſticos oppoſitum deponentes, nil probant. Et ſunt ſingulares, dum nemo ipſis concordat, & num.* 13.
14 *Teſtes ſingulares coniungi ſimul non poſſunt, ad ſufficienter probandum.*
15 *Ad probandum quemlibet actum neceſſarij ſunt ſaltem duo teſtes conteſtes.*
16 *Teſtes ſingulares etſi mille, non plus probant, quam vnus ſolum. Imo & minus, quam vnus, cum diſcordant, n.* 17.
18 *Procedit tam in ſingularitate obſtatiua. Quam in diuerſificatiua; & cur, & num* 19.
20 *Teſtes dicuntur ſingulares obſtatiue, cum deponunt diuerſimodè ſuper actu ſpecialiter capitulato, & ſic nil omnino probant.*
21 *Singularitas adminiculatiua non habet locum, cum actus iidem ſunt iterati; Et ea facit ſemiplenam probationem, & num.* 22.
23 *Iuramentum in ſupplementum non defertur in ſemiplena probatione, producta ex diuerſificatiua ſingularitate; ſaltem vbi ſumus in dubio, num.* 24.
25 *Teſtes ſingularitate diuerſificatiua non probant ſemiplene cum magna eſt diuerſitas.*
26 *Teſtes ſingulares, vt probent, debent eſſe omni exceptione maiores; & hoc debet articulari, & probari.*
27 *In cauſa magna non eſt locus iuramento ſuppletiuo.*
28 *Mulieri ſecundum aliquos non datur iuramentum ſuppletorium.*
29 *Non obtinet tale iuramentum, cum ex aduerſo fuit aliqualiter actoris probatio eliſa.*
30 *Teſtes domeſtici probant, cum excedunt numerum duorum.*
31 *Iuramentum ſuppletorium non datur ſuper facto alieno: vt eſt illud geſtum cum ceſſionario, & num.* 32.
33 *Teſtes plures ſingulares deponentes de plurib. diuerſis probationibus, probant; & quomodo, vid. nn. ſeqq.*
34 *Principalis obligatio non poteſt probari per teſtes ſingulares.*
35 *Teſtes ſingulares non probant diuerſas confeſſiones, niſi in qualibet earum ſint duo teſtes conteſtes. Idem in diuerſis actibus, & num.* 36.
37 *Particularis confeſſio non probatur per teſtes ſingulares.*
38 *Cum diuerſa confeſſiones probantur per teſtes ſingulares, ea ſingularitas eſt adminiculatiua.*
39 *Teſtes ſingulares an plene probent, cum vnus deponit de veritate facti, alter de eius confeſſione. De Negat vid. num.* 40. *Quod probet, vel ſemiplenè, vel plus ſemiplenè,* 41.
42 *Qui partem debiti alieni ſoluit, non poteſt cogi ſoluere reſiduum.*

CONTROVERSIA DCXVII.

Conuenitur D. Io: Ludouicus Zambonus ab Illuſtriſſima D. Eleonora Pia, vti ceſſionaria, & creditrice aſſerta D. Io. Pauli Zamboni ſub prætextu, quod ipſe D. Io: Ludouicus conſtituerit ſe debitorem eiuſdem D. Io: Pauli de ducatonis ſeptingentis nomine D. Ioannis ſui patruelis, & quod tale debitum in diuiſione bonorum facta cum d. D. Ioanne obuenerit ipſi reo conuento. ſed eam nequaquam obtinere poſſe exiſtimo.

1 Primo, † quia ipſa acquiſiuit iura, & actiones contra ciuem Mantuanum, contra formam, & diſpoſitionem Statuti, *ſub rubrica de iuribus non acquirendis, ſine aliqua illius diſpenſatione*, quo caſu ceſſio ex diſpoſitione prædicti Statuti eſt ipſo iure nulla, & per conſequens nulla competit actio ceſſionario contra ceſſum.

Nec refert, quod talis ceſſio fuerit facta, ſub prætextu, quod cedens eſſet debitor ex cauſa affictuum de tanta, & maiori ſumma d. Illuſtriſsimę D. Eleonoræ, quo caſu Statutum permittit impunè ceſsionem.

Quia de tali aſſerto debito non conſtat, niſi per partium confeſsionem, quæ non ſufficit ad validam reddendam ceſsionem, niſi vere appareat de realitate de-
2 biti, † aliter quam per cedentis, & acceptatis aſſertionem, vt eſt textus, *in leg ab Anaſtaſio*, ibi, *quam ipſe vero contractu re ipſa perſoluit*, *Cod. mandati*, per quem textum ita reſoluit Rota, *deciſ.* 1. *num.* 3. *de alienation. iudic. mutand. cauſ. fact. in nouiſſ. alias eſt deciſ.* 177. & Papazzon. *in additionibus ad dictam deciſionem, num.* 2. vbi preciſe decidit caſum iſtum, & alias etiam ita iudicatum refert, & dictæ additiones habentur in fine dictarum deciſionum Rotæ, & faciunt tradita per

Me-

Digitized by Google

Menoch. lib. 3. præſumpt. 129. num. 20.
3 Et eo magis neceſſe eſt, † quod appareat de veri-
tate debiti, quia Statutum vult, quod de eo conſtare
debeat per publicum inſtrumentum, ſeu teſtes omni
exceptione maiores, quo fit, vt confeſsio non ſufficiat,
cum aliud ſit inſtrumentum de debito, aliud de con-
feſsione debiti, vt in ſpecie tradit Riminald. Iun. conſil.
451. num. 39.
4 Augetur † nullitas huius ceſsionis, ex eo quod fa-
cta eſt in potentiorem, iuxta textum in l. 1. & 2. Cod. ne
liceat potentior.; quarum legum diſpoſitio procedit ne-
5 dum in potentioribus † ratione officij, ſed etiam alias
ratione cuiuſcumque dignitatis, vt per Salicetum, in
d. l. 2. ſub num. 3. Aloyſ. de Leo, in l. per diuerſas, num.
4. Cod. mandat. Menoch. d. præſumpt. 129. numer. 37. &
6 † hoc caſu, quando ceſsio fit in potentiorem, ex hoc
ipſo præſumitur ſimulata abſque aliqua alia coniectura,
idem Menoch. vbi ſup. num. 36.
Secundo moueor, quia ex ipſis met inſtrumentis pro-
ductis ex aduerſo, apparet hoc debitum non fuiſſe D. Io:
Ludouici rei conuenti, ſed alterius ſcilicet D. Ioannis
eius patruelis, & per conſequens nulla contra eum cō-
7 petit actio, † nec perſonalis, quia nullum geſtum eſt
negotium cum eo, l. ſi in area, ff. de condict. indebit. Al-
ciat. conſ. 750. ſub num. 1. alias eſt conſ. 108. lib. 8. Gabr.
8 conſ. 146. num. 1. volum. 1. Nec realis, quia pro debito
vnius bona alterius obligari nequeunt, & propterea,
nec cedunt in generali obligatione bonorum, l. 2. & l.
quæ prædium, cum duab. legib. ſeqq. C. ſi res alien. pignor. dat.
ſit, l. qui filios, C. quæ res pignor. obligar. non poſſunt, l. ſi qui-
dem, in fine, C. de donation. inter vir. & vxor. l. 2. ff. de pigno-
rat. action.
9 Vnde, † qui vult dicere ipſum D. Io: Ludouicum
ſuſcepiſſe in ſe debitum alienum, & promiſiſſe illud
ſoluere, habet neceſſe hoc probare, tanquam fundamē-
tum ſuæ intentionis, iuxta textum in l. 2. & l. eum, qui
ff. de probationib. l. penult. §. docere, ff. ne quis eum, qui.
Bart. in leg. 1. ſub num. 1. Cod. ſi aduerſ. credit. Soc. conſ.
24. ſub num. 38. volum. 1. Oſaſc. deciſ. 169. num. 8.
10 Maximè cum † hoc aſſeratur ab agente, cuius in-
cumbens eſt ſemper probare id, quod aſſerit, l. actor.
C. de probation. l. verius, in fine, cum leg. ſeq. ff. eod. tit. de
probation. cum latè traditis à Pacian. lib. 1. de probation.
cap. 6. num. 1. & 3.
Et eadem ratione, qui vult dicere debitum iſtud ei
obueniſſe in diuiſionibus ſoluendum, id pariter proba-
re per ſupradicta neceſſe habet.
11 Propterea, † cum neutrum Illuſtriſsima Domina
actrix probauerit, provt mox patebit, ſuccedit regula,
quod reus veniat abſoluēdus cum victoria expenſarum,
l. qui accuſare, C. de edend. cum ſimil. licet enim ad eius
inſtantiam fuerint examinati quinque teſtes deponen-
tes ipſum actorem promiſiſſe D. Io: Paulo Zambono
ſoluere debitum, de quo nunc vertitur quæſtio, aſſeren-
do ſe ad illud teneri, quia ſibi obuenerat in diuiſione
facta cum D. Ioanne Zambono, qui illud contraxerat,
tamen omnes ſunt ſingulares, nec conueniunt in tem-
pore, & loco; & ſic in eodem actu, non concordant,
provt primus, fol. 2. fac. 1. & quartus, fol. 11. fac. 1. ex-
preſſe fatentur ſe ſingulares, dum dicunt nullum alium
12 fuiſſe præſentem, cæteris verò, † vel nulla fides ad-
hibetur, quia dant in conteſtes domeſticos D. Io: Lu-
douici, qui oppoſitum deponunt, Bal. in capit. cum
cauſam, quæ inter. nu. 17 de teſtib. Bertaz. conſil. criminal.
334. num. 3. Buſatt. conſ. 69. num. 16. & conſ. 88. ſub num.
7. & conſ. 192. num. 8. Decian. conſ. 91. num. 51. volum. 2.
Thomaſ. Triuulan. deciſ. 49. num. 10. lib. 2. vel ſi ſunt at-
tendendi, remanent & ipſi ſingulares, cum non habeāt
13 † conteſtes eiuſdem actus ſecum concordantes, Fari-
nacc. qu. 64. ſub num. 28. ſicuti vere ex lectura dictorum
omnium teſtium patet eos loqui de diuerſis aſſertis
promiſsionibus, & confeſsionibus, non autem de eadē.
Vnde ſequitur, quod tamquam ſingulares per ſe non
14 probent, nec ſimul † ad id coniūgi poſſint ad inducendā
ſufficientem probationem, cap. licet cauſam, ibi, alÿ
ſint in ſuo dicto ſingulares, extra de probation. cap. bona, il
primo, §. contra verò, de electron. Afflict. dec. 72. num. 5.
Rota apud Cæſar. Graſſ. deciſ. 171. numer. 6. Maſcard.
concluſ. 347. num. 56. cum alijs infinitis apud Farinacc.
in tractat. de teſtibus, quæſt. 64. num. 33.
15 Ad probandum enim quemlibet actum, † neceſſa-
rij ſunt ad minus duo teſtes conteſtes, cap. licet ex quadā,
extra de teſtibus, l. iuſiurandi, Cod. eod. tit. Afflict. deciſ.
72. ſub num. 5.
16 Et ideo teſtes ſingulares, † etiam ſi eſſent mille, non
plus probant, quam faciat vnus tantum, Bald. in d. l. Iu-
ſiurandi, num. 4. C. de teſtibus, Rota apud Cæſar Graſs.
deciſ. 97. num. 5. Gabr. de teſtibus, concl. 2. num. 2. Farinac.
qui cæteros longa ſerie allegat, & teſtatur de communi
qu. 64. num. 37.
17 Imo, † vbi actus non eſt reiterabilis, vel vbi depo-
nunt de eodem actu, & diſcordant in circumſtantijs
ſubſtantialibus, & ſic euadunt ſingulares, tunc minus
probant mille teſtes ſingulares, quam vnus tantum,
Cepol. cautel. 152. incipiente ſis cautus, Farinacc. d. qu.
64. num. 39. & 41.
18 Et id, † quod dicitur, teſtes ſingulares non probare,
non ſolum procedit in ſingularitate obſtatiua, in qua
nulla verſatur difficultas, iuxta plenè tradita per Fari-
nacc. d. qu. 64. num. 5. 41. & 46.
19 Sed etiam in † diuerſificatiua, puta, quando teſtes
deponunt de actu reiterabili, & reiterato diuerſis vici-
bus; nam etſi non dicantur tunc contrarij, adhuc ta-
men non probant, quia duo non cōuenerunt in eundem
actum, Bald. in capit. licet cauſam, numer. 11. verſ.
quandoque eſt cum actuum diuerſitate, &c. extra, de teſti-
bus, Ripa, in leg. admonendi, num. 205. verſ. ſed dubium
eſt, ff. de iureiur. Petr. de fideicomm. qu. 12. numer. 489.
& de communi Farinacc. ſæpedicta qu. 64. num. 55.
Quocirca ſiue dicamus nos verſari in ſingularitate
obſtatiua, provt verſari videmur; licet actus huius pro-
miſsionis ſit reiterabilis: imo ſecundum teſtes videatur
reiteratus, cum actrix ſe reſtrinxerit ad vnam parti-
cularem promiſsionem factam de ſoluendo, & aſ-
ferendo pecunias infra quindecim dies, de qua depo-
20 nit ſolus tertius teſtis, quo caſu, † quando pars ca-
pitulauit actum ſpecialem, tunc ſi teſtes deponant di-
uerſimode, dicuntur ſingulares ſingularitate obſtatiua,
quamuis actus ille eſſet reiterabilis, & nihil probant
omnino, Crauet. in tract. de antiq. temp. par. 4. ſectione in-
cipiente ſed enim, num. 2. ad finem, & ſub num. 7. Cac-
cialup. in leg. admonendi, ſub num. 84. ff. de iureiurand.
Petr. de fideicomm. d. qu. 12. num. 587. Farinacc. dict. qu.
64. ſub num. 87. Surd. conſ. 473. num. 21. & 22.
21 Siue verſemur † in ſingularitate diuerſificatiua, cer-
tum enim eſt in caſu iſto non eſſe agendum de admini-
culatiua, (ſeu cumulatiua,) quia illa non conſideratur,
vbi ſunt iidem actus iterati, ſed tantum diuerſificatiua,
ad diſtinctionem magiſtraliter traditam poſt alios, per
Farinacc. ſæpedicta qu. 64. num. 5. 6. & 7. ſemper dicen-
dum eſt ſecundum prædicta, teſtes iſtos non probare, &
vbi poſſet conſiderari ſingularitas adminiculatiua, tunc
22 † ſecundum veriorem opinionem, faceret tantum ſe-
miplenam probationem, Farinacc. dict. quæſt. 64. nu-
mer. 113.
Nec obſtat, quod in ſingularitate diuerſificatiua te-
ſtes faciant ſemiplenam probationem, Farinacc. d. qu.
64. num. 42. & 47. & ob id videatur ſaltem Illuſtriſsimā
actricem obtinere debere mediante iuramento ſupple-
tiuo, tum quia reſpondetur hic non eſſe agendum de
diuerſificatiua, cū particularis actus fuerit capitulatus,
& ſic reſultet obſtatiua, vt paulo ſupra deduxi; Tum
quia vbi etiam verſaremur in diuerſificatiua, & faceret
ſemiplenam probationem, non inde infertur deferri iura-
mentum in ſupplementum, quinimo verius eſt illud de-
ferrendum non eſſe, Maſcard. in verbo iuramentum,
concluſ. 957. ſub num. 20. Mancin. de iurament. part. 2.
art. 6. num. 28. & licet Farinacc. dict. qu. 64. num. 53. ſub-
23 dubitet, tamen reſoluit, † ſaltem vbi ſumus in dubio,
provt in caſu iſto, non eſſe deferendum; Tum & tertio,

24 quia teſtes ſingularitate diuerſificatiua † non faciunt
ſemiplenam probationem, quando magna eſt diuerſi-
25 tas, † vt hic idem Farinacc. *vbi ſupr. num. 59.* Tum
26 quarto, † quia teſtes ſingulares, vt probent, debent
eſse omni exceptione maiores, & hoc debet articulari,
& probari, Borgn. *deciſ. 19. num. 27. & 28. part. 1.* Fa-
rinacc. *d. qu. 64. ſub num. 47.* quod tantum abeſt, vt ſit
probatum in caſu iſto, quod de contrario apparet ex
generalibus teſtium productorum, tum quinto, quia
27 verſamur † in cauſa magna, in qua non eſt locus iu-
ramento ſuppletiuo, Maſcard. *dict. concluſ. 957. nu. 30.*
28 & alij paſsim; tum ſexto, quia † ſecundum aliquos
mulieri non datur iſtud iuramentum, Mancin. *de iura-
ment. par. 2. art. 6. num. 50.* tum ſeptimo, ad hoc vt tale
29 iuramentum præſtari poſsit, requiritur, quod ex † ad-
uerſo contraria probatio non ſit aliqua ex parte eliſa,
Seraph. *de iuram. priuileg. 33. num. 5.* hic autem valde
eliſam fuiſse cognoſcet, qui leget teſtes D. Io: Ludouici,
30 qui & ſi ſint domeſtici, tamen † probant cum exce-
dant numerum duorum, ex quo ſunt tres cum vno alio
integro, Alex. *conſ. 5. num. 7. volum. 1.* Gigas, *conſ. 29. n.
39. & conſ. 34. num. 10. & conſ. 43. num. 11.* Rota apud
Cæſar. Graſs. *deciſ. 11. num. 9.* Farinacc. *qu. 62. n. 309.* Tū
denique & octauo, non eſt præſtandum iuramentum
31 ſuppletiuum, † quia non datur ſuper facto alieno, &
ſic geſto cum cedente, non autem cum ceſsionario,
Surd. *conſ. 147. num. 14.* & ſic quando aliquis non eſt in-
formatus, idem Surd. *conſ. 24. num. 15. & conſ. 73. num.
41. & conſ. 100. num. 18.* Seraphin. *de iuram. priuileg. 33.
num. 217.* Mancin. *in ſimil. tractat. par. 2. art. 6. num. 57.*

32 Et quod iuramentum † in ſupplementum non de-
tur ceſsionario, tradit Bal. *in l. non ſolum, §. qui alieno,
ſub num. 6. ff. de procur.* Socin. *regul. 204. nu. 9. in verbo,
iuramentum,* Mancin. *d. art. 6. num. 34.* vbi dicunt, quod
ſi ceſsionarius probauit ceſsionem per vnum teſtem, ei
non defertur iuramentum in ſupplementum, & tamē de
ceſsione ſibi facta poterat eſse informatus, tamquam
de actu ſecum geſto; multo minus ergo dabitur de eo,
quod geſtum eſt tantum cum cedente.

33 Non obſtat, † quod plures teſtes ſingulares depo-
nentes de pluribus confeſsionibus diuerſis probent, vt
de ſententia communi teſtatur Farinacc. *d. qu. 64. n. 131.*
vbi cæteros allegat.

Primo enim reſponderi poteſt, quod hic non agimus
de confeſsione, ſed de principali obligatione, & pro-
34 miſsione, vti facta † à Domino Io: Ludouico, quam
non reperitur iure cautum probari per teſtes ſingulares,
Farinacc. *d. qu. 64. num. 145.*

35 Secundo dico, † quidquid teneat Farinacc. *vbi ſupr.*
magis communem videri ſententiam, quod teſtes ſin-
gulares non probent diuerſas confeſsiones, niſi duo ſal-
tem ſint conteſtes in qualibet earum, prout infinitos fe-
re citat idem Farinacc. *ibidem num. 132.* quam vltra al-
legatos ab eo tenent Surd. *conſil. 12. numer. 39. & de-
ciſ. 12. num. 10.* & Rota apud Cæſar. Graſs. *deciſ. 97. nu.
4.* vbi dicit Rotam ſemper ſequi hanc ſententiam, pro-
vt firmat etiam Farinacc. *dict. qu. 64. num. 132. in fine.*

36 Quæ poteſt comprobari euidenti ratione, † nam aut
is, qui fundat ſe in aſsertis confeſsionibus intendit pro-
bare actum in genere, & tunc neceſse eſt, quod ſin-
guli actus probentur per duos teſtes conteſtes, Iaſ. *in l.
admonendi, num. 256. verſ. & quando iſta limitatio eſſet
vera, ff. de iureiurand.* Farinacc. *d. qu. 64. numer. 155. &
162.* aut intendit probare actum in ſpecie, & hoc quoq;
caſu confeſsio debet probari per teſtes conteſtes, alias
dicerentur ſingulares ſingularitate obſtatiua, vt nunc
ſubdo.

37 Tertio reſpondeo, † quod in caſu iſto capitulata eſt
particularis confeſsio, vt deduxi ſupra *in verſic. Quo cir-
ca, ſine dicamus, &c.* quæ non probatur per teſtes ſin-
gulares, Farinacc. *dict. q. 64. num. 144.* optimè Gratian.
videndus, *dec. 139. per totum, maximè num. 4. & 5.*

38 Quarto † in omnem caſum, vbi confeſsiones diuer-
ſæ probarentur teſtibus ſingularibus, iſta ſingularitas eſ-
ſet adminiculatiua, vt per Farinacc. *d. qu. 64. ſub n. 131.*
Gratian. *d. deciſ. 139. ſub num. 5.* ex qua non reſultat ple-
na probatio; ſed tantum ſemiplena, vt dixi ſupra *in ver-
ſic. ſiue verſamur, &c.* ita vt non poſſet obtinere Illuſtriſſi-
ma actrix, cum non ſit locus iuramento ſuppletiuo, vt
plenè ſuperius deduxi.

Et hæc omnia deſeruiūt etiam pro reſolutione obie-
ctionis, quæ fieri poſſet de aſſerta confeſſione, quod
iſtud debitum obueniſſet in diuiſione ipſi D. Io: Ludo-
uico.

Non obſtat etiam, quod intentio eiuſdem Illuſtriſſi-
mæ actricis videatur probata, cum nedum vnus teſtis,
ſed plures deponant de promiſſione facta à D. Io: Ludo-
uico de ſoluendo hoc debito, & duo ſcilicet ſecundus,
fol. 4. fac. 1. & tertius, *fol. 7. fac. 2.* deponant de confeſ-
ſione, præſente parte, facta de hac promiſſione, quo
caſu teſtes ſingulares probant, quando vnus deponit
39 de veritate facti, alter vero de confeſſione, † Bal. *in
cap. licet cauſa, ſub num. 11. de probationib.* cum alijs
apud Farinacc. *dict. qu. 64. num. 114.* & in teſtibus vno de
promiſsione, & altero de confeſsione promiſsionis, Surd.
deciſ. 12. ſub num. 12.

40 Si quidem † reſpondeo, quod hæc opinio habet
multos contradictores, & forte non eſt vera, vt per
Surd. *d. dec. 12. num. 9.* & Farinacc. *d. qu. 64. ſub num. 115.*
vbi refert Viuium atteſtantem de communi, quod iſti
teſtes non probent.

41 Secundo, † reſpondeo, quod vbi probarent non
facerent plenè probationem, ſed vel ſemiplenā, vel pluſ-
quā ſemiplenam, Farinacc. *vbi ſup. n. 127. & 129.* atque
ideo opus eſſet iuramento ſuppletiuo, vt per eum ibi,
vnde cum in caſu noſtro teſtes illi deponentes de confeſ-
ſione, ſcilicet ſecundus, & tertius non ſint omni exce-
ptione maiores, ſed patiantur defectus, provt videre
eſt ex generalibus, nec non probatio ſit eliſa per noſtros
teſtes, Illuſtriſsimaque actrix non ſit informata de hoc,
cum ſit factum alienum, nō poteſt deferri aliquod iura-
mentum, & ſic remanet imperfecta probatio, & non
ſufficiens.

Denique non obſtat, quod D. Io: Ludouicus dederit
equum, & nonnullas pecunias ad computum huius de-
biti, vt deponunt ſecundus teſtis, *fol. 4. fac. 2.* & quartus
fol. 10. fac. 2. quia quartus deponit de auditu à parte, cui
ob id non creditur, vnde ſecundus remanet ſolus, qui
etiam vltra id, quod ſit vnicus, non probat; quia non
deponit, quod dederit hunc equum nomine proprio,
& tamquam eſset debitum proprium.

Et quamuis noſtri teſtes in interrogatorijs deponant
datum fuiſse hunc equum, & pecunias ad computum
huius debiti, tamen dicunt expreſse actum fuiſse, quod
non intendebat ſe obligare pro reſiduo, & quod fecit
talem ſolutionem ad commodum D. Ioannis, & pro
debito illius.

42 Secundo reſpondeo, quod qui † partem debiti
alieni ſoluit non poteſt cogi ſoluere reſiduum, *l. final. C.
ne vxor pro marito,* Surd. *conſ. 212. num. 25.* vbi multos
congerit.

ARGVMENTVM.

Hæreditatis aditio quando probetur, vel inducatur. De iure Principis in inferendo præiudicium tertio, quo ad credita fœneratitia. Et de præſcriptione impedienda, vel non, ob iuramentum, vel malam fidem, quo ad iſtas vſuras.

SVMMARIVM.

1 *Res aliena pro debito proprio non poteſt alienari.*
2 *Cui datur actio eidem multo magis datur exceptio.*
3 *Hæreditatis aditio eſt quid facti, & non præſumitur niſi probetur. Etiam in filio, & num. 4.*
5 *Ex poſſeſſione rei hæreditariæ non infertur ad aditionem hæreditatis.*
6 *Aditio non infertur ex eo actu, qui poteſt fieri contra ius, & no-*

Digitized by Google

& nomen hæredis.

7 *Ex clauſula generali, in diſpoſitione*, vt bona conſeruentur perpetuo io deſcendentes, *reſultat abſolutum, perpetuum, & reciprocum fideicommiſſum.*

8 *Ex poſſeſſione rei emphyteuticæ ex parte, & prouidentia, non probatur aditio hæreditatis vltimò defuncti.*

9 *Poſſeſſio bonorum non infert aditionem, cum poſſidens proteſtatus eſt nolle adire.*

10 *Ex ſolutione debiti hæreditarij probatur aditio; Non tamen ſi debitum illud eſſet ex alia cauſa, quam hæreditatis, & num.11.*

12 *Dotes Vxorum deſcendentium fideicommittentis, ſunt ſoluenda de bonis fideicommiſſi à fideicommiſſario.*

13 *Proteſtationes proſunt, ne quis ſibi præiudicet.*

14 *Qui hæreditatem repudiauit, regulariter non admittitur amplius.*

15 *Contra proteſtationem nemo venire præſumitur; & talis contraria aſſertio potius ex errore facta præſumitur, ſtãte etiam ex hoc præiudicio, quod naſceretur, numer. 16.*

17 *Erroris allegatio admittitur etiam in facto proprio cum agitur de damno vitando.*

18 *Exactio crediti hæreditarij facit præſumere aditionem.*

19 *Aſſertio hæredis etiam enunciatiuè prolata, probat quem hæredem, dummodo proferatur per modum cauſæ.*

20 *Aditio non inducitur ex poſſeſſione intra tempus ad deliberandum.*

21 *Aditio ex poſſeſſione præſumitur ſolum poſt decennium.*

22 *Aditio, & repudiatio partis iure cenſentur.*

23 *Repudians hæreditatem reſpectu vnius creditoris, non cenſetur repudiare quo ad alios.*

24 *Aditio alicuius non probatur ex impenſis funerarijs per eum factis.*

25 *Creditoribus feneratitijs non redditur ius vltra ſex annos, ex* Statut. Mant. *Amplia, & intellige vt, num. 27.*

26 *Princeps poteſt facere præiudicium tertio, etiam in iure quæſito, & ſine cauſa.*

28 *Regula quod debitor malæ fidei non præſcribit, etiam ſtante Statuto, procedit cum ipſe eſt in peccato; quod ceſſat in ſoluendis vſuris, num.29.*

30 *Succedens in ius alterius, habet iuſtam ignorantiæ cauſam.*

31 *Bona fides præſumitur in credito antiquo, quod ſit ſolutũ, ſtante diligentia præſumpta Hæbreorum in exigendo.*

32 *Mala fides non obeſt præſcriptioni, ſi ſuperueniat.*

33 *Iuramentum perpetuat actionem.*

34 *Statutum Ciuitatis dominantis obſeruari debet in caſtro ſubiecto, ſi non habet Statutum particulare.*

35 *Iuramentum non impedit præſcriptionem, niſi concurrat mala fides.*

36 *Contra debitum iuratum currit præſcriptio, etſi appareant publica inſtrumenta.*

37 *Præſcriptioni ſtatuariæ non poteſt renunciari.*

38 *Renunciari an, & quando poſſit præſcriptioni longiſſimi temporis.*

CONTROVERSIA DCXVIII.

ABſoluendus mihi videtur Dominus Ludouicus de Franciſcis à petitis per conſortes de Fintijs hebreos, & Bancherios Gazolij, reformando priorem ſententiam Illuſtris D Iudicis à quo.

Primo, quia ſi attendamus actionem realem, quam intentare videntur, dum conuenunt illum tanquã poſſeſſorem vnius petiæ terræ, quam dicunt fuiſſe in bonis q. D. Franciſci de Franciſcis eorum debitoris, & tunc ſuccumbere debent, quia probatum eſt per reum conuentum, petiam illam terræ fuiſſe de bonis, & hæreditate q. D. Petri Antonij de Franciſcis, vt concludenter deponunt omnes teſtes ab eo examinati ſuper 5. capitulo, cuius D. Petri Antonij extitit hæres ex teſtamento ipſe D. Ludouicus, vt in primo proceſſu, *fol.* 51. vnde ſi illa quandoque fuit tenta à debitore actorum, patet non fuiſſe hoc iure dominij, ſed vel alio iure, vel indebitè, & per conſequens in hypothecam non cecidit ipſis

1 Hæbreis, quia † res aliena pro debito proprio obligari nequit, *l. quæ prædium cum duab. legib. ſeqq. C. ſi alien. res pignor. dat. ſit*, cum multis alijs iuribus apud Vigellium *Method. iuris ciuilis, lib.* 17. *cap.* 11. *except.* 40. & ſicuti D. Ludouicus potuiſſet agendo recuperare dictam petiam terræ tam ab ipſo q. D. Franciſco ſuo fratre, quam ab ipſis hæbreis, ſi vel habuiſſent eam in ſolutum, vel loco pignoris; ita multo magis poteſt nunc eamdem retinere, & excludere dictos actores, cui enim datur a-

2 ctio, eidem † multo magis competere exceptionem notiſſimi iuris eſt, *leg. nemo inuitus, §. cui damus, ff. de regul. iuris.*

Si vero attendamus actionem perſonalem, qua eum conueniunt, vti hæredem q. D. Franciſci debitoris ipſorum actorum, mediante perſona Blaſij d. Franciſci filij, & hæredis, adhuc pariter obtinere nequaquam poſſe videntur, quia non probarunt Blaſium fuiſſe hæredem patris, nec reum conuentum ipſius Blaſij, quod tamen ne-

3 ceſſario ab eis probandum erat, cum hæreditatis † aditio ſit quid facti, & non præſumatur niſi probetur, vt poſt multos tradunt Maſcard. *de probat. concluſ.* 40. *n* 7. *&* 8. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 99. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 154.

4 *num.* 17. † vbi dicit, quod agens contra aliquem tanquam hæredem, debet probare illum hæredem, etiam ſi eſſet filius, quod & docuit Menochius *loco proximè citato, num.* 4.

Neque faceſſunt negotium ea, quę deduxerunt hæbrei pro iuſtificanda aditione hæreditatis, namq; quod Blaſius, & poſt eum ſucceſſiuè D. Ludouicus poſſederint bona hæreditatis q. D. Franciſci debitoris, hoc ne-

5 quaquam infert † aditionem hæreditatis, quando alio iure, quam hæreditario poſſideri potuerunt, Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 372. *art.* 464. *num.* 3. *part.* 1. Crauett. *conſil.* 33. *num.* 11. Maſcard. *de probat. concl.* 145. *num.* 29. Verall. *dec.* 19. *n.* 2. *par.* 2. Menoch. *libr.* 4. *preſumpt.* 101. *ſub num.* 35. *&* 36. Amat. *dec.* 61. *ſub nu.* 8. aditio enim non

6 infertur ex † eo actu, quod poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis, Menoch. *d. præſumpt.* 101. *numer.* 2. *&* 54. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 372. *num.* .... Peregrin. *conſ.* 92. *n.* 5. *volum.* 3. Maſcard. *concl.* 40. *ſub num.* 10. ſicuti in caſu iſto potuerunt poſſidere vigore fideicommiſsi paterni, & auiti reſpectiuè, de quo in teſtamento producto in primo proceſſu, *fol.* 41. quod fideicommiſſum, & ſi videatur tantum factum in caſum delicti, tamen quia clauſula, *vt bona perpetuo conſeruentur in eius deſcenden-*

7 *tes*, eſt generalis, & non operaretur perpetuo, † ſi reſtringeretur ad caſum delicti, videtur, quod reſultet abſolutum, reciprocum fideicommiſſum perpetuũ, ad tradita à Peregr. *de fideicomm. art.* 14. *num.* 14. *& conſ.* 45. *ſub num.* 2. *circa finem, & conſ.* 49. *num.* 7. *volum.* 3. Surd. *conſ.* 67. *& conſ.* 96. *num.* 14. *& conſ.* 362. *num.* 30. *& conſ.* 494. *num.* 2. *cum infinitis.*

Et in ſimili, quod ex poſſeſſione rei emphyteoticæ

8 † ex pacto, & prouidentia, quam beneficio primi inueſtiti quis conſequi poterat, nõ dicatur probata aditio hæreditatis vltimo defuncti, ſcribit Menoc. *d. præſumpt.* 101. *num.* 38.

Propterea tertius, & quartus teſtes examinati ad inſtantiam hæbreorum, qui depoſuerant de hac aditione hæreditatis, examinati poſtea ad inſtantiam Domini Ludouici, declararunt, & emendarunt ſe, aſſerentes ſe ita prius depoſuiſſe, quia ignorabant ipſum reum conuentum potuiſſe poſſidere ex alia cauſa.

9 Rurſus poſſeſſio bonorum non infert † aditionem, quando poſſidens proteſtatus eſt nolle adire, Ioſeph Ludouic. *de hæredib. concl. vnica, fol. mihi*, 490. *column.* 2. *verſic. fallit quando hæres.*

Non obſtat pariter ſolutio debitorum hereditariorũ, de qua in primo proceſſu, *fol.* 28. *&* 69. quia licet alias

10 ex † ea probetur hæreditatis aditio, Maſcard. *concl.* 44. *num.* 29. Menoch. *dict. præſumpt.* 101. *num.* 80. *libr.* 4.

11 tamen, hoc non habet locum, † quando ſoluens tenebatur etiam ex alia cauſa, quam vti hęres; vt declarat Menoch. *loco proximè citato*, ſolutiones autem prædictę

fuerunt

Digitized by Google

12 fuerunt in cauſam reſtitutionis dotium † vxorum de-
ſcendentium fideicommittentis, quas vtique reſtitui debere de bonis fideicommiſsi à fideicommiſſario etiã nõ
hærede vltimi defuncti, communis eſt Doctorum ſententia, de qua poſt alios per Rimin. Iun. *conſ.562. num.53. cum ſeqq.* & præcipuè prædicta militant reſpectu inſtrumenti diei 20. Iunij 1600. in dicto proceſſu, *fol. 69.* vbi ſolutio fit à Domino Ludouico, & Dominico vti hæredibus patris, non autem fratris, & quia pater fideicommittens receperat dotem ipſam, & ad illius reſtitutionem ſe obligauerat, vt ibi dicitur; vnde nulla ratione inferri poteſt ad aditionem hæreditatis fratris, vel nepotis.

Nec turbare videtur aſſertio, de qua in primo inſtruſtrumento, *fol.28*, vbi dicitur ſolutionem fieri ab ipſis Ludouico, & Dominico vti hæredibus fratris, quaſi quod in dubio quidem non præſumatur aditio ex ſolutione æris alieni, quando ſolutio fieri potuit ex alia cauſa, quam hæreditaria, ſecus vbi ſumus in claris, quod fuerit facta ab aliquo tanquam hærede, quia multo antea preceſſerant proteſtationes, de quibus per teſtes, *fol.3. fac.2. fol.6. fac.1. fol.9. fac.2. fol.12. fac.2.* & declarationes, de quibus in proceſſu appellationis, *fol. 14.*
13 *&* 15. quæ proſunt ne quis poſtea ſibi præiudicet, Bald.
conſ.404. in princip. vol.5. Surd. *deciſ.144. ante num.17. & num.19 & 21.* Fachineus, *lib.6. controuerſ. iuris, cap.55.*
14 qui enim ſemel repudiauit hæreditatem † non poteſt
amplius fieri hæres niſi ſpecialibus quibuſdam in caſibus, qui non militant in caſu iſto, *l. ſicut maior, Cod. de*
15 *repudiand. hæredit.* & potius præſumitur † ex errore
emanaſſe dicta aſſertio, quam quod fuerit mutata voluntas proteſtationis præcedentis, Iaſ. *in leg. ſi quis in fundi vocabulo, num.39. ff. de legat.1.* Cephal. *conſ. 267. num.10. & conſ.272. num. 95. & conſ. 441. num. 59.* præ-
16 ſertim cum ex mutatione † valde præiudicatum eſſet
ipſi reo, ad tradita à Rota, *deciſ.131. ſub nu.3. & 5. part. 2. nouiſſimar.* quæ allegatio erroris admittitur etiam in
17 † facto proprio, quando agitur de damno vitando,
Bartol. *in leg. non fatetur, ſub numer. 10. ff. de confeſſis,* Ruin. *conſ.127. ſub num.16. & conſ.10. pariter num. 16. volum.1.* Riminald. Iun. *conſ.45. num.20.*

Non etiam officit exactio crediti hæreditatis dicti Blaſij, de qua in inſtrumento regiſtrato in proceſſu pri-
18 mæ inſtantiæ, *fol. 102. fac.2.* ex qua † pariter regula-
riter inducitur, & probatur aditio hæreditatis, vt tradunt Maſcard. *concl.44. num.45.* Becci. *conſ.169. nu.17.* Surd. *conſ.476. num.36.* Prukman. *conſ.12. num.117.* Menoch. *dict. præſumpt.101. num.18. & 24. lib.4.* præſertim quia expreſſè legitur facta vti ab hæredibus, quo caſu
19 aſſertio ipſa etiam enunciatiue † prolata probat quẽ
hæredem, dummodo proferatur per modum cauſæ, vt per Maſcard. *concl.41. num.11. & melius num.12.* namque inſtrumentum illud nullam fidem facit, cum ſapiat manifeſtè falſitatem: legitur enim celebratum ſub die 16. Decembris 1588. non tantum in proceſſu, ſed etiam in eo præſentato à parte, & tamen de anno 1594. 95. & 96 viuebat Blaſius, vt patet tam ex aſſertis apochis creditorum productis ab hæbreis, quam ex fide mortis illius producta in proceſſu appellationis, *fol.14. fac.1.*

Præterea in d. inſtrumento D. Ludouicus reus conuentus, dicitur hæres Blaſij, quia creditum illud erat præciſe de eius hæreditate, vnde non obeſt, quo ad hæreditatem Franciſci patris Blaſij, cum de eo non loquatur, nec probatum ſit concludenter, Blaſium fuiſſe hæredem patris, vnus enim teſtis tantum, videlicet ſecundus examinatus pro hæbreis, *fol.6. fac. 2.* de hoc deponit, ſubdens rationem, quia exegit credita, & ſoluit debita, ſed non facit fidem: tum quia eſt vnus in hoc, tum quia non ſpecificat has exactiones, & ſolutiones, cæteri vero reddunt eam rationem, quia poſſedit bona patris, quã tamẽ ſuperius demonſtraui non concludere, cũ potuerit poſſidere, ex vigore fideicommiſſi, quo affecta fuiſſe bona prædicta, cum fuerint de hæreditate fideicommittentis, nec vnquam fuerint alia acquiſita ab illis de Franciſcis, probatum eſt per noſtros teſtes.

Et eo minus inducitur aditio ex hac poſſeſſione, quia vt in facto verum eſt, ipſe Blaſius vixit tantum per ſex
20 menſes poſt mortem patris, vnde erat adhuc † infra
tempus deliberandi, an vellet adire nec ne, & interim dum deliberat poteſt poſſidere, vt notum eſt, & colligitur ex *l. final. §. & hæc quidem de his, C. de iur. deliber.* & ex Fachineo, *lib.6. controuerſ. iur. cap.53. verſic. nec minor propoſitio, & cap.54. verſic. ſed iſti,* & inde patet etiam, quia ſolet ad inſtantiam creditorũ tẽpus dari ad deliberandum an quis velit eſſe heres, ſignum euidens quem non dici hæredem ex poſſeſſione, niſi declaret
21 velle eſſe hæredem, & hinc eſt † quod aditio ex poſ-
ſeſſione præſumatur poſt lapſum decennium, Menoch. *d. præſumpt.101. num.28. lib.4.* quaſi ſecus ſit citra dictũ tempus.

22 Denique aditio, & repudiatio pari iure † cenſen-
tur, *§. penult. inſtit. de hæred. qualit. & diff.* Fachin. *lib.6. cap.56. verſic. tertium argumentum,* ſed ſi quis re-
23 pudiat † reſpectu vnius creditoris, non excluditur re-
ſpectu aliorum, quin poſſit hæres, Bart. *in l. ſicut maior num.3. C. de repudiand. hæred.* ita quoque videtur, quod ſi quis ſoluat aliquibus aſſerens ſe hæredem, quod hoc ei non præiudicet reſpectu aliorum, quia poteſt dicere ſe non eſſe hæredem, & remanet ius ſaluum creditori contra hæreditatem, & hinc inoleuit, vt quis ſemper ſoleat interrogari an ſit hæres, quia eo negante creditor poteſt habere regreſſum ad bona hereditaria, & priuare illis poſſeſſorem, qui negat ſe hæredem, niſi demõſtrat ſe ea alio iure retinere poſſe.

24 Quod vero aliqui teſtes dicant † Blaſium fuiſſe ſe-
pultum impenſis rei conuenti, & eius fratris, per hoc nõ inducitur, neque probatur aditio hæreditatis illius, Menoch. *ſæpedicta præſumpt.101. num.7.* Maſcard. *concluſ. 47. num.6. & 7.* Mantic. *lib.12. tit.10. num.9.*

25 Secundo principaliter venit abſoluendus † ipſe de
Franciſcis, quia actores tamquam fœneratores publici, excluſi ſunt à credito fœneratitio ob lapſum temporis annorum ſex, & multo longioris ex diſpoſitione Statuti, ſub rubrica *quanta qualis, & quibus obſtat præſcriptio, in verſic. Iudei autem,* quod mandat ius non reddi ſimilibus creditoribus poſt dictum ſpatium annorum ſex, de cuius iuſtitia, & validitate non eſt diſputandum,
26 cum princeps poſſit moderari † iuriſdictionem ſuorũ
iudicum, imo eam auferre, & hoc pacto facere præiudicium tertio in iure quæſito etiam ſine cauſa, *l. iudicium ſoluitur,* & ibi Bal. *ff. de iudic.* Rimin. Iun. *conſ.13. num. 12. & conſ.54. num.14.* & in ſpecie Bald. *in quæſt. infra citanda, colum.3.*

27 Nec obſtat, quod tale Statutum non procedat, vbi
debitor eſt in mala fide, ſecundum Burſatt. *conſil. 237. num.1. repetito conſ.419. num.9.* quia reſpondetur intentionem Burſatti non probari ex doctrinis ab eo allegatis, quæ procedunt, & loquuntur in præſcriptione ordinaria, & regulari, ſed non militant in præſcriptione inducta à Statuto contra perſonam odioſam, qualis eſt fœnerator; nam ea prodeſt etiam debitori malæ fidei, vt in terminis tradit Bald. *in ſua quæſt. incipiente ſtatuto cauetur, quod fœneratorum, &c. colum.4. in principio, verſic. Nec eſt conſiderandum, &c. & colum.5. in princip. verſic. Non obſtat quartum argumentum, &c.* Alex. *conſ.99. ſub num.8. verſic. Nunc videndum, volum.4.* Corn. *conſ.55. ſub num.32. verſ. vnde intelligendo, &c. volum.3.* Gabr. *de præſcription. concl.4. num 3.* Porti. *lib.3. concl.45. verſ. ſecundo limita, &c.* & poteſt etiam adduci ratio probabilis, quia iſti fœneratores tollerantur ad fœnerandum decreto Principis, ergo eiſdem etiam poteſt tolli actio etiam aduerſus debitorem malæ fidei.

Quod procul dubio non habet aliquam difficultatem reſpectu vſurarum: nam illa doctrina, quod debitor
29 malæ fidei non præſcribat † etiam ſtante Statuto, pro-
cedit ſolum, quando ipſe eſſet in peccato, vt declarat poſt alios Corn. *d. conſ.55. ſub num.12. verſic. & licet illa theorica, volum.3.* qui quidem numquam poteſt dici peccare non ſoluendo vſuras omni iure prohibitas.

30 Secundo, † reſpondetur, quod mala fides poteſt
conſi-

conſiderari in D. Ludouico, non tantum pro debitis,
pro quibus non extitit fideiuſſor, cum ſucceſſerit in ius
alterius (caſu quo probaretur hæres) & ob id ius tam
ignorantiæ cauſam habuerit, & ſic bonam fidem, *l. qui
in alterius, ff. de regul. iur.* & à die ſucceſſionis, & mortis
Blaſij, qua fuit de anno 1598. vt ex fide in proceſſu ap-
pellationis, *fol. 14. fac. 1.* & ſic à die, quo cepit bona fi-
des, vſque ad captam litem, quæ fuit de anno 1605. la-
pſum eſt ſexennium & vltra, & completa præſcriptio in-
choata à debitore bonæ fidei, ſed nec etiam mala fides
conſiderari poteſt pro eo debito, pro quo fideiuſſerat
præfatus Dominus Ludouicus, de quo in proceſſu pri-
mæ inſtantiæ, *fol. 11. fac. 2.* nam cum potuerit veriſimi-
31 liter credere † debitum fuiſſe ſolutum à principali de-
bitore, vti contractum vſque de anno 1594. ex quo hæ-
brei ſolent eſſe diligentes in exigendo, fuit in bona fide, vt
in ſimili tradit Antonius Hering *in tractat. de fideiuſſ. cap.
24. num. 140. fol. 525.* & per conſequens potuit præſcri-
32 bere, & licet perfecta † præſcriptione ſuperueniret
mala fides, tamen non obeſſet, Balb. *de præſcription. in 2.
parte tertia partis principalis, quæſt. 7. num. 5. fol. mihi,*
128
33 Non obſtat etiam, † quod debita iſta ſint iurata,
& ob id non videtur cucurriſſe præſcriptio, cum iuramē-
tum perpetuet actionem, *leg. nam, & poſtea, §. ſi quis, ff.
de iureiurand.* quia multa ſunt non iurata, ſcilicet illa de
quibus in libris ipſorum hæbreorum; alia vero ſuper qui-
bus oppoſitum fuit iuramentum adhuc fuerunt præſcri-
pta; Primo, quia ex diſpoſitione Ordinum patriæ, in-
ſtrumenta, vel actus iudiciales ſunt nulla, ſi in illis op-
poſitum fuerit iuramentum corporale, qui ordines de-
bent etiam obſeruari Donoli, quia in illis expreſſe ca-
34 uetur, † quod debent obſeruari in toto territorio, &
quia Statutum Ciuitatis dominantis ſeruatur in Caſtro
ſubiecto, quoties non habet Statutum particulare eo in
caſu, Bartol. *in l. 1. qu. 36. ſub num. 41. Cod. quæ ſit longa
conſuetudo,* Pariſ. *conſil. 25. num. 42. volum. 4.* Socin. Sen.
conſil 7. num. 7. vol. 1. & conſ. 271. num. 2. vol. 2. Neuzan.
conſil. 58. num. 6. Lancellott. Gallia, *in conſuetud. Ale-
xand. in præfation. num. 77.* Cephal. *conſ. 414. ſub nu. 67.
verſic. Aliquando, & ſecundo,* Moroti. *conſ. 89. num. 9.*
Nec releuat aſſerta allegatio priuilegiorum Gazoli ap-
ponendi iuramentum corporale in inſtrumentis apposi-
ta in proceſſu appellationis, *fol. 13. fac. 2.* quia de illis
non conſtat.
35 Secundo, iuramentum † non impedit præſcriptio-
nem, niſi etiam concurrat mala fides, Surd. *deciſ. 3. ſub
num. 8. verſic. Secundo, &c.* quam hic defuiſſe paulo ſu-
pra demonſtratum eſt.
Tertio, cum Statutum loquatur de debitis vſurarijs,
de quibus apparerent publica inſtrumenta, dicitur diſpo-
36 nere vt etiam contra † debitum iuratum currat præ-
ſcriptio, ex quo in omnibus inſtrumentis conſuetum
eſt apponi iuramentum, vt in terminis declarant Gabr.
de Statut. concluſ. 11. num. 10. Porti. *lib. 1. concl. 10. ver-
ſic. Tenendo, &c.* Guid. Pap. *deciſ. 199. ſub num. 3. verſic.
& pro hac parte, &c.* Bouius latè, *in tractat. de Statut.
præſcription. gloſ. quinta,* vbi concludit, iuramentum
non obſtare præſcriptioni contra debitum vſurarium.
37 Non etiam in caſu iſto inſerenda eſt difficultas † an
ex promiſſione de perpetuo, & omni tempore atten-
dendo, excludatur præſcriptio, tum quia hæc clauſula
in nullo ex iſtis creditis appoſita eſt, tum etiā quia ex il-
la in effectu reſultaret renunciatio præſcriptionis ſtatuta-
riæ, cui tamen renunciari non poteſt ſecundum magis
communem opinionem, de qua per Bart. *in leg. nemo
poteſt,* & ibi Ripa *num. 117. ff. de legat. 1.* Felin. qui te-
ſtatur de magis communi, *in rubric. de præſcription. nu.
11.* Surd. *deciſ. 2. per totam, maximè ſub num. 7.*
38 Et quamuis † nonnulli velint, renunciari quidem nō
poſſe præſcriptioni longiſſimi temporis, ſed bene præ-
ſcriptioni decem, vel 20. annorum, tamen illud proce-
dit in præſcriptione debiti fauorabilis, ſecus in ea, quæ
inducitur contra edictum, vt eſt fænerator, illi enim vt-
cumque breui renunciari nequit, Felinus, *vbi ſupra, n. 14.*

Denique vbi probatum eſſet reum fuiſſe hæredem fratris, & nepotis, adhuc hæbrei ſuccumbere deberent, cum plus debito ſcienter recipiunt, & incurriſſent in pœnā Statuti *de plus debito, vel iam ſolutum petentibus*, nam in eorum libris patet eos confiteri ſibi ſolutos fuiſſe ad computum dictorum creditorum, ſaccos octo, & vnum ſextarium fabarum, vt in proceſſu primæ inſtantiæ, *fol. 21. fac. 1. in fine,* & tamen petierunt integras ſummas cum integris vſuris, vt in eorum libello, & declararunt de inſiſtentia, *fol. 18. & 27.* nec alibi obtulerunt, ſe velle compenſare dictas fabas, & cum ſtatutum non excuſet, niſi habentem iuſtam, & rationabilem cauſam, vtique nullo pacto excuſari poſſunt hæbrei, qui produxerunt dictam partitam, & ſic de ea habuerunt ſcientiam, nec tamen voluerunt compenſare eam.

ARGVMENTVM.

Euictio, quando locum non habeat. De culpa patientis damnum, & euictionem. De prælatione poſterioris pure contrahentis, conditionali creditori, etſi anteriori, non purificata conditione. Feuda non deuoluuntur omiſſa inueſtitura per minores, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pro legitima non poteſt eligi vna res, aut vnus ex tertijs poſſeſſoribus; ſed contra omnes pro rata eſt agendum.*
2 *Ex prohemio colligitur mens partium, & declaratur tota diſpoſitio.*
3 *Quoties quis patitur euictionem ſua culpa, non agit pro indemnitate conſequenda.*
4 *Qui damnum ſua culpa patitur, habetur ac ſi nullum damnum paſſus fuiſſet, illudque ei ſoli imputatur.*
5 *Fideiuſſor liberatur, ſi poteſt imputari creditori, cur non exegerit principalem, dum erat ſoluendo.*
6 *Ceſſionarius qui non exegit nomen debitoris ceſſi, dum erat ſoluendo, ſibi imputari debet; & eo effecto non ſoluendo, non habet regreſſum contra cedentem.*
7 *Poſterior creditor pure contrahens præfertur, vt anterior, priori creditori conditionali, non purificata conditione; licet retraheretur, ſi purificaretur.*
8 *Contractus initus ſub conditione, cum clauſul.* Nec aliter, nec alio modo, *eſt nullus ante eam purificatam.*
9 *Priuatio ſupponit habitum.*
10 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
11 *Caducitas poteſt declarari per ſucceſſorem, & contra hæredes, cum Dominus eam ignoranit.*
12 *Ignorantia præſumitur niſi probetur ſcientia.*
13 *Feuda non deuoluuntur ob non ſuſceptam inueſtituram, cum filij ſunt minores, debent enim, vel reſtitui, vel inueſtiri, tamquam de feudo antiquo, non autem ex gratia ſpeciali.*
14 *Euictionis actio non competit, ſi interuenit indebita moleſtatio, vel ob propriam culpam prætendentis.*
15 *Fructus ſpectant ad dominum.*

CONTROVERSIA DCXIX.

PLures ſunt rationes, quæ ſuadere videntur, vt Dominus Freddus de Freddis abſoluendus ſit ab actione contra eum intentata per Reuerendas Moniales S. Barnabæ ex perſona Reu. D. Mariæ Magdalenæ de Oldauis, vti ceſſionarias D. Andreæ de Bartolaſijs.

Prima eſt quia in conuentione inita inter dictas Moniales, & Bertolaſium, de qua *fol. 62.* hæc fuit partium intentio, vt Bertolaſius ab eis non moleſtaretur, ſed dirigerent ſuam actionem contra alia bona pro conſequē da tertia parte legitimæ, quam prætendebant in bonis ab eo poſſeſſis, & ad quam ipſe fuerat condemnatus, & ſic ex dicto inſtrumento non poterant venire contra Domi-

Digitized by Google

Dominum Freddum ex perſona Bertolaſij, & vti eius ceſsionariæ; ſed tantum ex perſona propria, quaſi illi voluerint gratificari, omittendo bona poſseſsa ab eo, & propria actione aliũde quęrete quod ab illo cõſequi poterant. Ex quo capite, vtique dictis Monialibus nulla competebat actio cõtra bona poſseſsa à D. Freddo, quia
1 pro legitima † non poteſt eligi tantum vna res, ſeu vnus ex tertijs poſseſsoribus, ſed contra omnes pro rata eſt agendum, Peregr. *de fideicomm. art. 36. nu. 154.* Coſta, *in tractat. de rata portione, qu. 140. num. 2. & 3. cum ſeqq.*

Non etiam potuerunt agere ex ceſsione deinde ipſis facta ab eodem Bertolaſio, de qua *fol. 70. fac. 1.* & ſic ex alterius perſona, quia cum nihil ei eſset euictum, ex quo iam ſe compoſuerat cum actricibus, & relueret moleſtias, non habebat aliquam actionem, quam cederet pro conſequenda ſua indemnitate contra alia bona ſuorum authorum.

Nec refert, quod prædictæ Moniales in inſtrumento conuentionis reſeruauerint ſibi ſua iura contra Bertolaſium ſeu bona ab eo poſseſsa, quatenus non poſsent conſequi ſatisfactionem in illis poſseſsis à D. Freddo, adeovt vbi excluderentur, eo quia rata legitimę afficiat ſingula bona, & ſingulos eorum poſseſsores, redire poterant aduerſus Bertolaſium conditionaliter tantum liberatum, atque euictio ſuum ſortiretur eſſectum.

Quia licet in corpore inſtrumenti ſimpliciter dicatur, quod ſibi reſeruabant ſua iura, quatenus non poſsent conſequi ſuum creditum in bonis poſseſsis à D. Freddo,
2 tamen in prohemio, † ex quo colligitur partium mens, & declarantur, quæ continentur in diſpoſitione, ad textum *in leg. final. ff. de heredib. inſtit.* Pariſ. *conſ. 84. nu. 27. volum. 2. & conſ. 134. n. 4. vol. 4.* patet, *fol. 63. fac. 2.* quod exprimitur, quod reſeruabant iura, quatenus terræ poſseſsæ à Freddo non ſufficerent, & ſic quatenus conſequi non poſsent ſatisfactionem reſpectu quantitatis, non actionis deficientis, videntur enim in ſe ſuſcipere voluiſse periculum actionis, quaſi ſibimet conſciæ eſſent poſse inſolidum agere contra quecumque bona vellent, ſed non periculum ſufficientis, ſeu deficientis quãtitatis, quia vbi non ſufficerent, tunc voluerunt poſse redire ad bona ommiſsa. Cum igitur terræ poſseſsæ à Freddo vtique eſſent ſufficientes quo ad quantitatem, licet non poſſent obtineri defectu actionis, ceſſat regreſſus, qui fuit reſeruatus in illo, non autem in iſto caſu, quo ceſſante remanet tutus Bertolaſius, & per conſequens cum non patiatur aliquod damnum, nõ potuit ea de cauſa cedere aliquam actionem contra alia bona ſuorum authorum poſſeſsa à Domino Freddo.

Secundo ceſsat actio ex perſona cedẽtis, quia ſi quod damnum paſsus fuiſset, id eueniſset culpa propria, quia habebat in manibus pecunias pretij terrarum emptarũ ab Oldauis longe eccedentes tertiam partem, quæ euincebatur, vt patet ex inſtrumento emptionis, *fol. 34. cum ſeqq.* & ex ſcriptura producta, *fol. 95. fac. 2.* iuncta æſtimatione dictarum terrarum, de qua, *fol. 87. fac. 2.* cum quibus, vel poterat reluere bona euincenda perſoluendo pretium Monialibus, quæ erant anteriores, vti habentes ius in re, vel retinere eas pro ſua indemnitate, quas tamen collusione voluit reſtituere ſuis auctoribus, qui obligabantur ad eum conſeruandum indemnem, vt poſtea moleſtaret tertium poſseſsorem.

3 Quoties autem quis patitur † euictionem ſua culpa, tunc non agit pro indemnitate conſequenda, *l. ſi rem, §. ſi dupla, l. Herennius, §. finali, l. ſi cum venditor, in princip. ff. de exception. l. 3. §. ſi legatarius, ff. ſi cui pluſquam*
4 *per legem falcidiam*, † quia qui damnum ſua culpa patitur, habetur ac ſi nullum damnum paſsus fuiſset, illudque ei ſolum imputatur, *cap. damnum, de regul. iur. in ſexto.*

5 Facit, † quod dicitur, fideiuſsorem liberari ſi poteſt imputari creditori, cur non exegerit principalem dum erat ſoluendo, *l. ſi fideiuſſores in id*, vbi Caſtr. *ff. de fideiuſſorib.* Burſatt. *conſ. 284. num. 8. & conſ. 428. numer. 12.* Riminald. Iun. *conſ. 52. num. 64.*

6 Sic ceſſionarius, † qui non exegit nomen debitoris ceſſi dum erat ſoluendo, ſibi imputat, ſi deinde fiat non ſoluendo, nec habet regreſsum contra cedentem, Becci. *conſil. 105. ſub num. 9. verſic. nec dicatur, & ſub nu. 19. verſic. quæ cum ita, &c.* & *num. 26.* Ita quoque cum Bertolaſius haberet pecunias in manib. pro ſua indemnitate ſibi imputet, ſi eas retinere noluit, vt tertium deinde vexaret.

Tertio, emptio Bertolaſij ab Oldauis fuit conditionalis, habita prius, & cum effectu obtenta licentia ab Epiſcopatu, nel aliter, nec alio modo, vt *fol. 35. fac. 1.* quæ conditio cum non appareat purificata, ex quo nullibi conſtat de licentia, & quam credibile eſt numquam obtentam fuiſse, ex quo multoties, de hoc fuit oppoſitum, nec tamen hactenus fuit producta, ſequi-
7 tur, quod is, qui ex † poſt contraxit pure cum dictis Oldauis, dicatur anterior in hypotheca, & emptione, & præferatur creditori conditionali non purificata conditione, licet alias vbi purificaretur retrotraheretur, vt ſunt textus, *in l. qui balneum, & in l. potior, in principio, ff. qui potior. in pignore habeant.* & vtrobique ſcribentes, qui præſupponunt quidem creditorem anteriorem conditionalem conditione caſuali præferri ei, qui medio tempore pure contraxit pendente conditione; ſed ita demum ſi fuerit purificata conditio, ſecus ſi illa non euenerit, quia habetur pro non contractu maximè in ca-
8 ſu iſto, in quo adeſt clauſula, † *nec aliter, nec alio modo*, quæ facit, vt contractus dicatur nullus, antequam obtineatur, Burſatt. *conſ. 56. ſub num. 20. & 21.*

Nec refragatur, quod ex aduerſo obijcitur, hanc eſse exceptionem de iure tertij, cum ſpectet ad dominum opponere de hoc defectu licentiæ, quia imo cuilibet competit, ex quo partes expreſse proteſtarunt nolle contrahere, niſi habita licentia, vnde quilibet, cuius intereſt poteſt allegare nullum adeſse contractum vigore dictæ conuentionis.

Quarto, ex præcedenti argumento, quod nulla adſit venditio, ſequitur etiam, quod nulla poſſit conſiderari actio euictionis cuius vigore ex actione ceſsa agũt Moniales; euictio enim præſupponit venditionem præcedentem, vnde non exiſtente venditione, nec poteſt
9 dari euictio, quia priuatio † ſupponit habitum, *l. manumiſſiones, ff. de iuſtitia, & iure, l. decem, ff. de verbor.*
10 *obligat.* & non entis † nullæ ſunt qualitates, *l. eius, qui in prouincia, ff. ſi certum petatur*, & eſt textus in ſpecie, *in l. euicta, la prima, §. ſi ſeruus, ff. de euictionibus.*

Quinto terræ iſtæ feudales poſseſsæ à Bertolaſio, & in quibus Moniales prætendebant tertiam partem tanquam de bonis hæreditatis, q. D. Alexandræ, verè non fuerunt relicta in illius hæreditate, quia ipſa ceciderat ob non ſuſceptam inueſtituram debito tempore, nam quod eſsent feudales, patet ex inueſtitura, *fol. 113.* & quod ſint eædem poſseſsæ à Bertolaſio, conſtat ex poſitionibus productis, *fol. 112.* & pronunciatis pro confeſſis, *fol. 122.* quod fuerit ſemel inueſtita ipſa D. Alexandra, habetur, *d. fol. 113.* & per conſequens, quod à quolibet nouo ſucceſsore teneretur renouare inueſtiturã id clarum eſt in iure: ſed quod eam non renouauerit ex Monialium met aſsertione in reſponſione ad poſitiones, *fol. 89. fac. 1, & 2.* manifeſtò conſtat, præterquam quod nulla apparet huius renouationis inueſtitura; quod denique ipſa vixerit ſub pluribus ſucceſsoribus, à quibus debebat petere inueſtituram, colligitur ex probationib. factis ſuper capitulis productis, *fol. 90.* quod ipſa deceſſerit de Anno 1584. & ab Anno 1574. quo primum fuit inueſtita, vt *fol. 113.* vſque ad dictum Annum 1584. fuerunt duo noui Domini, ſcilicet Epiſcopus Fidelis, & Andreaſius, vt notorium eſt, licet fuerit negatum impoſitionibus, *fol. 89.* concludendo igitur à primo ad vltimum, ſequitur, quod ipſa ceciderit ob non dictam renouatam inueſtituram, & propterea, quod hæc feuda non remanſerint in illius hæreditate, ſicuti de illis, vti de feudo nouo, & de gratia ſpeciali, ob non renouatas inueſtituras fuerunt inueſtiti Domini fratres de Oldauis, vt ex inueſtitura, *fol. 76.*

Nec

11 Nec dicatur, † quod caducitas non potuerit decla-
rari contra hæredes, quia hoc fallit, quando Domi-
nus ignorauit, quia tunc & per ſucceſsorem, & con-
tra hæredes recte declarari poteſt, Caccialup. *in tractat.*
*de feud. obſeruat.*33. Burſatt. de communi, *conſ.*91. *num.*
5. *volum.*1. Corbul. *de caducitate ob non ſolutum cano-*
*nem, ampliatione vltima, ſub num.*25. ignorantia autem
12 præſumitur, † niſi probetur ſcientia, *l. verius, ff. de*
probation. Sicuti nec obiiciatur, quod caducitas iſta fue-
rit declarata ob non ſuſceptam iouestituram ab ipſis fi-
lijs, non autem à matre, vt aſserit notarius in d. inue-
ſtitura, *fol.*76. *fac.*1. *in fine*; Namque quidquid aſserue-
rit notarius, mandatum, de quo in fine dicti inſtrumen-
ti hoc non dicit, ſed ſimpliciter facit mentionem hæc
feuda fuiſse deuoluta, vnde potius debet intelligi ob in-
ueſtituram non renouatam à matre, quam ab ipſis fi-
lijs, quia cum filij eſsent minores, vt etiam aſseritur
13 † per aduerſantes, *fol.*80. *fac.*2. non potuerunt cadere,
vel ſaltem fuiſsent reſtituendi, & inueſtiendi tamquam
de feudo antiquo, non autem ex gratia ſpeciali, Ro-
ſental. *de feud. cap.*6. *concl.*40. quo circa cum inueſtitu-
ra fuerit facta de gratia ſpeciali, & vti de feudo nouo,
& caducitas, & deuolutio habuerit effectum, ſequitur,
ne inducamus iniuſtitiam, & inualiditatem actus, con-
tra communes regulas, & præſumptiones iuris, quod
fuerit declarata, & inducta ob ommiſsam renouatio-
nem matris, non autem filiorum.

14 Si igitur feuda prædicta † non fuerunt hæreditatis
D. Alexandræ, nullum ius competebat in illis Reu. Dom.
Mariæ Magdalenæ, & ob id Bertolaſius moleſtari non
potuit, & ſi fuit moleſtatus, vel hoc fuit indebitè, vel
ob ſui culpam, qui ſe non defendit, vnde neutro dicto-
rum caſuum habet actionem de euictione, prout de ſe-
cundo, quando ob ſui culpam euincitur, dixi in ſecun-
do principali fundamento, de primo vero eſt textus, *in*
l. ſi per imprudentiam, in princip. ff. de euiction. l. emptor,
in fine, & l. ſi non iniuria, Cod. eod. tit.

15 Quinto, & vltimo, terræ emptæ per D. Freddum à
dictis Oldauis ſoluunt quintam partem fructuum Curiæ
Sermedi, vt *fol.*98. *fac.*2. & per conſequens ſunt obno-
xiæ dictæ curiæ, & ipſa dicitur habere aliquod domi-
nium in eis, quia fructus ſpectant ad rei dominium, *cap.*
2. *&* 3. *& cap. conqueſtus, de vſuris, leg. ſi dominium, Cod.*
*de pignoribus, l.*2. *&* 3. *C. de pignorat. actione* Ceph. *conſ.*
3. *num.*71. Surd. *conſ.*53. *num.*3. propterea non potue-
runt cadere in obligationem Bertolaſio; tum quia ei
non fuerunt obligata bona alteri obnoxia, tum quia
non interuenit aliqua licentia, quæ tamen neceſsa-
ria eſt, vbi obligatur res pro qua alteri ſoluitur afflictus,
ſeu debentur fructus, vt diſponit Statutum, *ſub rubri-*
ca, Qualiter inueſtitus ad afictum in principio.

A R G V M E N T V M.

De monetarum valore, & ſpeciebus. De augumento, vel decremento ipſarum, cui nam cedat, debitori, vel creditori, ob deteriorationem intrinſecam, vel extrinſecam? Et alijs ad rem.

S V M M A R I V M.

1 *Cum in conuentione non eſt deducta aliqua præciſa ſpecies monetæ, poteſt fieri ſolutio de qualibet ſpecie currenti. Idem eſt cum permittitur pecunia ſub certo nomine vniuerſali, vel collectiuo, & num.*2.

3 *Id magis procedit, cum ſumus in caſu dubio, quanam pecunia ſit exburſata.*

4 *Ex promiſſione nummi non habentis præciſam monetam, debetur ea moneta, ex qua ille nummus ſit.*

5 *Solutio poteſt fieri de vna moneta pro alia, ſi inuicem functionem recipiant, & eamdem æſtimationem, num.* 9. *&* 10.

6 *Attenditur valor monetæ de temporis ſolutione.*

7 *In materia augmenti monetæ ſi verſatur dubium, recurritur ad ſolutiones antea factas.*

8 *Ad declarandam conuentionem dubiam ex ſolutionibus ante factis, ſufficiunt decem anni.*

11 *Florens aurei fiunt ex libris, ſeu ſolidis; nec talis moneta ſpecifice viget apud nos. Idem de ſcutis aureis, ſex librarum.*

12 *Iuxta tractatum præcedentem præſumitur initus ſequens contractus.*

13 *Cum conuentio eſt facta de ſcutis aureis, tamen ſolutio poteſt fieri in moneta cum non additur verbum, in auro.*

14 *Pecuniæ valor creſcit, vel decreſcit debitori, cum limitatiuè æſtimatus eſt valor ipſius, niſi demonſtratiuè.*

15 *Cum in conuentione dicitur, de aureis talibus, iuſti ponderis, tunc debetur augmentum ipſorum, &c.*

16 *Æſtimationem limitare monetam; & commodum, ac incommodum ſpectare ad debitorem, multi etiam indiſtincte tenuerunt.*

17 *Cum permiſſa eſt certa ſpecies nummi, puta auri in auro, tunc ea eſt ſoluenda, & damnum, & commodum pertinet ad creditorem. Intellige vt numer. ſequ. & numer.*23.

18 *Verbum incidenter prolatum non debet alterare diſpoſitionem principaliter conuentam.*

19 *Si aliter legitur in relato, quam in referente, attenditur relatum; & referens præſumitur erratum.*

20 *Error præſumitur cum aliter aſſeritur, quam fuit diſpoſitum; Et de prima diſpoſitione fit mentio in actu, in quo contrarium aſſeritur.*

21 *Augmentum pecuniæ ob intrinſecam deteriorationem poteſt peti. Et facienda eſt ſecundum valorem, & bonitatem pecuniæ tempore contractus, & num.*22. *&* 24.

25 *In pecunia attendi ſolum formam, & imaginem, non valorem intrinſecum, multi Doctores voluerunt. Nec damnum pati creditorem recipientem monetam eiuſdem valoris, etſi deteriorem, & num.*26.

27 *Conſuetudo, & lex, ac æſtimatio hominum faciunt valorem metalli.*

28 *Penſiones annuæ ſolent ſolui de pecunijs currentibus tempore ſolutionis.*

29 *Moneta antiqua valet quanti noua eiuſdem ſpeciei.*

30 *Allegans deteriorationem monetæ reſpectu temporis contractus, debet id probare. Experientia enim eſt in contrarium, & num.*31.

32 *Vbi aliud eſt in obligatione, & aliud in ſolutione, poteſt nihilominus debitum ſoluere, quod eſt in ſolutione, & ſe liberare.*

33 *Monetæ bonitas intrinſeca non attenditur, cum conſuetudine, vel Principis decreto ſolutiones fiunt de moneta currenti ſecundum valorem præſentem.*

34 *Vnico Doctori excellenti atteſtanti de conſuetudine Ciuitatis, vel Status, creditur.*

35 *Cum vna pecuniæ ſpecies ſubrogatur alteri, non attenditur bonitas, vel deterioratio.*

CONTROVERSIA DCXX.

NOn puto Illuſtrem Dominum Cæſarem Ripam poſſe prætendere ab Illuſtri Domino Marſilio de Groſſis pro terris ei ad liuellum affrancabilem conceſſis, nec ratione liuellorum, nec ratione capitalis, niſi ſcutos à libris ſex monetæ currentis tempore cuiuſque ſolutionis fiendæ.

Primo, quia ita conuentum extitit inter partes, vt
pretium ipſarum terrarum eſſet de ſcutis à libris ſex pro
quolibet, & liuellus in ratione quinque pro centum, &
ſic eiuſdem qualitatis ſcutorum, vt patet, tum in men-
ſuratione facta à peritis, ibi? *diciamo, ch' in ragione di*
ſcudi quaranta la biolca da libre ſei per ſcudo, importa
ſcudi 6383. *ſoldi* 48. tum in capitulis, ibi, *Prima eſſo Si-*
gnore venditore vuole ſcudi quaranta la biolca, & per ca-
*dauna biolca, da lib.*6. *l'vno*, in qua conuentione cum
1 nulla præciſa ſpecies monetæ ſit deducta, † reſultat,
quod de qualibet pecunia currenti ſolutio fieri poſſit, vt
tradit Brun. *in tractat. de augument. in vltima concluſio-*
ne in

Digitized by Google

nt in qua agit de augumento moneta, in ſecundo præmiſſo, verſic. aliquando verò, & ſexto, &c. fol. mihi 21. colum. 4. vbi inquit, quod quoties non promittitur certa
ſpecies pecuniæ, ſed promittitur pecunia ſub certo † no-
2 mine vniuerſali, vel collectiuo; quod in ſe ſpeciem
pecunię nō cōtinet, & quod applicatur ad quauis ſpeciē
pecuniæ, vt in Floreno Mediolani, qui valet 32. ſoli-
dos, ſed non reperitur aliqua ſpecies eius monetæ, &
conſlatur ex ſolidis, prout etiam in caſu noſtro ſcutum
à libris ſex, cuius non eſt certa moneta, nec erat tem-
pore contractus, cum aurei in auro plus valerent, ſed cō-
ficitur ex libris tunc poteſt ſolui de qualibet moneta, ma-
xime vt † ipſe ſubdit, quando verſamur in caſu, in quo
3 nō conſtat, qualis pecunia fuerit exburſata, puta quando
verſamur in debito cauſato ex cauſa venditionis, *& infra fol. 22. colum. 1. verſ. eſt tamen aduertendum, &c.* in-
quit, quod ex promiſſione eius nummi, cuius præciſa
moneta non reperitur, videntur promiſſi ſolidi, vel li-
bræ ex quibus conficitur ille nummus, & adhuc idem re-
plicat *in prima declaratione dicti tractatus, verſic. item prædicta procedunt, fol. 22. colum. 4. circa finem*, vbi po-
nit hæc præciſa verba, *prædicta* † *procedunt tam ſi*
4 *quis ſit debitor pecuniæ in quantitate, puta in libris, in Florenis Mediolani, vel Sabaudiæ, pro quibus ſit ſolutio de omni ſpecie pecuniæ, cum nulla petia pecuniæ inueniatur, vel modo fiat, quæ appelletur Florenus Mediolani, vel Sabaudiæ*, idem tradit Menoch. *conſ. 49. ſub numer.* 14. *verſic. Secundo, &c.*

5 Et eo magis ſolutio † fieri poteſt de moneta curren-
ti dummodo dentur libræ ſex conuentæ pro quolibet
ſcuto, quia de generali conſuetudine, vbique locorum
obſeruata poteſt ſolui vna moneta pro alia promiſcua,
cum inuicem recipiant functionem, Brun. *in d. tractat. in 2. præmiſſo, verſic. circa ſecundum, ſcilicet conſuetudinem, &c. fol. 21. colum. 2.* Curt. Sen. *in ſimil. tractat. in quæſt. nona, & decima.* Martinus Laudenſ. *pariter in ſimili tractat. de monetis, ſub quinta quæſt.* Curt. Iun. *conſ.* 24 *num.* 5. Natt. *conſ.* 454. *num.* 1. Surd. *conſ.* 242. *num.* 1. la-
te Menoch. *conſ. 49. num. 19.*

Et tunc vbi habet locum dicta conſuetudo, ſemper
6 attenditur moneta, & † valor, qui eſt tempore ſo-
lutionis, idem Menoch. *d. conſ. 49. ſub num. 17.*

Secundo, † moueor, quia ex obſeruantia ſolutionum
7 factarum per quatuordecim annos de ſcutis in ratione
librarum ſex de moneta currenti, tempore cuiuſque ea-
rum, declaratum eſt de quibus ſcutis, & moneta partes
intellexerint, itavt amplius ab ea recedi nequeat, in hac
enim materia augumenti monetæ, quoties verſatur ali-
qua difficultas de quibus nūmis partes intellexerint, ſtā-
dum eſſe obſeruantiæ ſolutionum factarum, ſcripſerunt
Bal. *in l. ſi certis annis, num. 9. C. de pactis*, Grat. *conſ. 12. num. 39. cum ſeq. vol. 1.* Menoch. *d. conſil. 49. numer. 20.*
vbi infinitos allegat Surd. *conſ. 224. n. 14. & conſ. 335. n. 26.*

8 Et licet ad præſcribendam certam formam ſolutionū
requirantur anni triginta contra laicos, quadraginta ve-
ro contra Eccleſiam, tamen ad declarandam dubiam
conuentionem, ex obſeruatione ſecuta ex ſolutionibus,
ſufficiunt decem annis ad tollendam omnem difficulta-
tem, & reclamationem partis prætendentis aliud quam
fuerit ſolutum, vt declarat poſt Martinum Laudenſem
Brun. *in d. tract. de aug. monet. in 4. limitat. colum. 2. verſ. Quod autem dixi triginta, vel quadraginta, &c. fol. mihi*, 28.

9 Non obſtat, † quod in ſtipulatione inſtrumenti, &
inueſtituræ facta fuerit promiſſio de ſcutis auri a libris
ſex, & per conſequens videatur facienda ſolutio; vel
de ſcuto, auri dando vt vulgo dicitur, *la pezza d'oro*, vel
eius valorem, cum pecunia vna pro alia ſolui nequeat,
niſi detur eadem æſtimatio, Brun. *in d. tractat. in 2. præmiſſo, verſ. & prædicta, quod ſtante conſuetudine, &c. fol. 21. colum.* 3. Menoch. *conſ.* 138 *nu.* 1. Surd. *conſ.* 220. *num.* 16. Sola *ad conſtit. antiqu. Sabaud. pag. 110. nu. 71.*
10 *&* 78. nam ſicuti ſoluta † ipſa moneta aurea creditor
conſequeretur æſtimationem temporis præcisè, ita
recipiendo ſatisfactionem in alia re debet recipere tan-
tundem, *cap. cum olim, de cenſibus*, Camill. Plaut. *in l. quod te, libr. 3. num. 113. ff. ſi cer. petat.*

Multipliciter enim reſponderi poteſt, & quidem pri-
mo, quod per promiſſionem ſcuti aurei à libris ſex non
dicitur promiſſus aureus ille, cuius reperitur nūmus parti-
cularis in auro, ſed aureus cuius non reperitur certus
nūmus, ſed conficitur tantum ex ſolidis, & libris ſex,
qui tamen appellatur & ipſe aureus, vt notiſſimum
eſt in hac patria, tam ex communi vſu loquendi, quam
ex millibus millium inſtrumentorum, & hoc obtinet
etiam in alijs locis, in quibus dantur aliqui aurei, qui
non habent certam monetam, ſed neceſſe eſt eos deſi-
gnare, & conficere per libras, & nihilominus veri au-
rei appellantur, quia aurei in auro præteritis annis gra-
11 datim † valuerunt dictas ſummas, vt optimè decla-
rat Sola, *ad conſtitut. antiqu. Sabaud. pag. 120. num. 75.*
ſic & Mediolani ex conſuetudine appellantur Floreni
auri, & tamen nulla adeſt moneta aurea, quæ appel-
latur Florenus, ſed opus eſt eos conficere ex ſolidis,
Brun. *in d. tractat. de augument. monet. in 2. præmiſſo, colum. 3. & 5.* Curt. Sen. *in ſimili tractat. quæſt.* 10. ſi igitur
ſcutus librarum ſex, qui conficitur ex ſolidis, appellatur
de conſuetudine aureus, quia ita quinque valuit, ideo
dando libras ſex dicitur ſatisfactum promiſſioni, &
datus ſcutus auri.

Quod autem partes tunc intellexerint de ſcutis auri,
qui conficiuntur per libras, non autem de his, qui ha-
bent nūmum particularem auri, patet tum ex eo,
quod aurus in auro tunc temporis excedebat valorem
librarum ſex, itavt non potuit dici ita appellatum fu-
iſſe, eo quia tanti tunc valeret, tum etiam, quia pre-
tium terrarum æſtimatum fuit ſcutis 6383. ſolid. 48.
quorum ſolidor. ſolutio tam pro capitali, quam pro
liuellis non poterat fieri in auro, conſideratis ſolidis de
per ſe; tum & tertio, quia in tractatu præambulo, &
12 capitulis, & menſuratione † ſemper actum fuit de
ſcutis à libris ſex, ſecundum quem tractatum intelligitur
celebratus ſequens contractus, Cepola *conſ. 51. num. 57. vol. 2. ciuilium* Alciat. *conſ. 97. num. 15. alias eſt, conſ. 1. num. 30. libr.* 8. & cenſetur addita illa qualitas auri ex
communi vſu loquendi, quia ita dicti ſcuti communi-
ter appellantur ſcuti aurei.

Secundo reſpondeo, quod vbi etiam partes intelle-
13 xiſſent de ſcutis aureis, tamen † cum non fuerit addi-
tum in auro, ſolutio potuiſſet fieri in moneta, Brun. *in tract. de augum. monet. in 2. præmiſſo, verſic. circa tertium ſcilicet circa pecuniam ſolui, &c. fol. 21. column. 3. circa medium*, Curt. Sen. *in tractat. de monetis, quæſt.* 10. vbi
inquit adeſſe conſuetudinem Mediolani, quod appel-
latio aureorum boni auri intelligatur de aureis conſlatis
ex ſolidis, niſi addatur in auro, quæ conſuetudo eſt
etiam in hac patria, idem tradidit Martinus Laudenſ.
in ſimili tractat. de monet. ſub 5. qu. & benè Berett. *conſ.* 58 *num.* 2. Papon. *conſil. 17. per totum, maximè ſub numer.* 5.

Vbi autem facta eſt promiſſio aurei, qui tamen poteſt
ſolui in moneta, & fuit æſtimatus aureus ad rationem
librarum ſex, vel alterius qualitatis, tunc æſtimatio
ſtat limitatiue, non autem demonſtratiuè; itavt ſiue
14 augeatur, ſiue decreſcat, † ſemper nihilominus ſol-
uendæ ſint libræ ſex, & commodum, & incommodum
eſt debitoris, ita de communi ex multorum ſententia
tradit Theſaur. qui dicit ita ſæpe iudicatum fuiſſe, *deciſ. 174. num.* 6. ſecus eſt, quando promiſſio eſt de tot
aurei in auro a libris ſex, vel aliter facta eſt promiſſio, vt
debitor ſit in neceſſitate ſoluendi præciſam monetam
promiſſam, puta quando dictum eſt de aureis ſolis, vel
15 Italiæ iuſti ponderis, tunc enim † debetur augumen-
tum auri, vt declarat Theſaur. *vbi ſup.* & hoc in caſu, in
quo nos non verſamur, procedit Cephal. *conſil.* 31. &
multæ ſententiæ M. Illuſtr. Senatus, & ſecundum hanc
diſtinctionem poſſet dici malè conſultum fuiſſe per Sur-
dum, *conſil.* 368. in quo tamen aderant aliæ circumſtan-
tię, & contra quem, vt audiui, fuit iudicatum.

Et eo magis dicendum eſt in caſu iſto æſtimationem

ſtare

Digitized by Google

ſtare taxatiuè, & limitatiuè, tum quia tempore contractus non reperiebantur aliqui aurei in auro, qui valerent tantum libras ſex, adeovt non poſſit aliquo pacto dici qualitatem illam ſtare demonſtratiue, vt oſtenderetur de quibus aureis in auro intelligerent partes, tum
16 etiam quia alias indiſtinctè multi tenuerunt † æſtimationem limitare monetam, & commodum, & incommodum ſemper ſpectet ad debitórem. Bartol. *in l. Paulus, numer.* 10. *ff. de ſolution.* Bal. *conſil.* 213. *ſub numer.* 2. *verſic. & prædicta vera, &c. volum.* 5. Barbatia *conſil.* 19. *numer.* 7. *verſic. præterea facit, quia in dictis, volum.* 4. Pertr. de Ancharan. *in Clement. vltim. colum. penultim. ſub numer.* 8. *verſic. Qui ſubdit hac vera, &c. de decimis*, Crauett. *conſil.* 887. *numer.* 2. Aretin. *conſil.* 84. *colum. final. verſic. venio igitur, &c.* Boer. *dec.* 327. *numer.* 10. Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. *primo, gloſſ.* 18. *numer.* 25. Gabr. *de ſolution. concluſione ſecunda, numer.* 12. *&* 13. cum alijs apud Surdum, *dict. conſil.* 368. *n.* 2. latiſſimè Cotman. *conſil.* 36. *n.* 117. *&* 132.

Non obſtat, quod ſaltem affrancatio debeat fieri in tot aureis in auro, provt dicitur in capitulis, ibi, *ſi poſſino affrancare detta pezza di terra fra il termine d'anni vinti proſſimi à venire, nel tempo, che parerà à eſſi Signori compratori, non pagando però meno per paga di ſcudi mille cinquecento d'oro in oro, come di ſopra*, quo caſu, quando promiſſa eſt certa ſpecies nummi, puta,
17 † ſcutorum auri in auro; tunc debitor cogitur præcisè ſoluere dictum nummum, & commodum, & incommodum pertinet ad creditorem. Brun. *in ſæpedicto tractatu, in ſecundo præmiſſo, fol.* 21. *col.* 3. Calcan. *conſilio decimo tertio, columna tertia, verſic. alia, &c.* Gratian. *conſil.* 12. *numer.* 44. *volumine primo*, Menochius, *conſil.* 138. *in primo dubio, & conſil.* 258. *per totum*, Surd. *conſil.* 242. *cum infinitis.*

Reſpondetur etenim ibi diſpoſitiuè non agi, qualiter ſeu de quibus ſcutis debeat fieri affrancatio, ſed tantum enunciatiue, alibi enim, ſcilicet in relatione peritorum, & in principio capitulorum, & in inſtrumento diſpoſitiue conuentum fuit de vendendis terris iſtis pro ſcutis quadraginta à libris ſex pro quolibet, in ſingula bubulca, abſque aliqua mentione, quod debeant eſſe auri in auro, dum autem principaliter aliud agerent partes, ſcilicet de paciſcendo numerum ſcutorum, qui ſingula vice perſolui deberent, enunciatiuè, & inciden-
18 ter irrepſit mentio † aureorum in auro; vnde verba illa tamquam perſunctoriè, & incidenter prolata non debent alterare diſpoſitionem clarè principaliter conuentam, argumento traditorum per Doctores, *in Clementin. prima, de præbend. & in leg. ex hac ſcriptura, ff. de donation.* enunciatio enim non attenditur, vbi de contraria veritate apparet, Ancharan. *conſil.* 291. *ſub numer.* 2. *verſic. His non obſtantibus, & numer.* 3. Pariſ. *conſil.* 81. *numer.* 59. *volum.* 2. Corn. *conſil.* 169. *ſub n.* 2. *volum.* 1.

Idque multo magis procedit in caſu iſto, quia enunciatio illa ſtat relatiua ad ſuperiora, quæ aliter dicunt,
19 vbi autem † aliter legitur in relato, quam in referente exprimatur; tunc referens non attenditur, cum in eo error præſumatur, vt in terminis reſpondit Curt. Iun. *conſil.* 24. *ſub numer.* 3. & in alio propoſito, Alex. *conſil.* 9. *numer.* 12. *in fine, volum.* 5. Pariſ. *conſil.* 7. *numer.* 5. *volum.* 3. Riminald. Iun. *conſil.* 75. *numer.* 53. *& conſil.* 188. *numer.* 21. Rota, *deciſ.* 27. *numer.* 3. *& dec.* 40. *numer.* 7. *part.* 2. *nouiſſimar.* Surd. *deciſ.* 114. *numer.*
20 18. Qui error etiam hic probatur † ex eo quod, vnũ præordinatum fuit ſcilicet, quod ſcuti eſſent à libris ſex, vt in relatione peritorum, & in principio capitulorũ, & poſtea aliter aſſertum, Simon de Præt. *conſil.* 60. *numer.* 3. Surd. *deciſ.* 288. *numer.* 41. quod maximè verum eſt, quando de prima diſpoſitione fit mentio in actis, in quo contrarium aſſeritur, provt hic, vbi relatiuè ad ſuperiora fit iſta enunciatio, Bartol. *in leg. Titia*, 134. §. *idem reſpondit, il primo, ff. de verbor. obligat.*

Præterea reſpondetur, quod ibi dicitur affrancationem debere fieri ad minus in 1500. aureis in auro, re-

ſpectu monetę ſoluẽdæ, ad excludendum, ne poſſint ſolui pecuniæ minutæ, non autem ad augendum valorem auri, reſpectu obligationis, quia aliter clare diſpoſitum fuerat, vt eſſent à libris ſex; vnde ad tollendam contrarietatem, ita debet ſaluari vtraque diſpoſitio, vt ſolutio non poſſit fieri in pecunia minuta, ſed in aureis in auro, obligatio tamen ſit tantum de ſcutis à libris ſex; vnde tanto pauciores aurei in auro ſolui debeant, quanto maiores ſint ſcutis à libris ſex.

21 Non obſtat denique, † ſi prætenderetur augumentum, eo quia bonitas intrinſeca pecuniæ eſſet deteriorata, ſicuti tale augumentum inde prouenire, quia moneta minuta fuerit deterior cuſſa, ſcripſere Corn. *conſil.* 276. *in fine, volum.* 1. Grat. *conſil.* 12. *numer.* 53. *& conſil.* 13. *numer.* 38. *volum.* 1. Menoch *conſil.* 49. *numer.* 3.
22 Surd. *conſil.* 368. *numer.* 8. quo caſu † quando bonitas intrinſeca eſt mutata, ſemper facienda eſt ſolutio ſecundum valorem, & bonitatem pecuniæ, quæ erat tem-
23 pore contractus, † & ſic augumentum, quod creuit ea de cauſa, cedit commodo creditoris, vt per textum, *in cap. quanto, extra de iureiurand. & in cap. olim cauſam, & cap. cum canonicis, extra de cenſibus*, ſcripſerunt Colleg. Papienſ. *in conſilio in materia augumenti monetæ impreſſo, poſt tractat. Brun.*, Socinus patruus, *conſil.* 298. vbi de communi, *volum.* 2. Crauett. *conſil.* 47. *per totum*, Surd. *conſil.* 220. *ſub numer.* 4. *& per totum*, Sola, *ad conſtit. antiq. Sabaud. pag.* 120. *ſub num.* 72. *circa medium*, Federic. Martinus, *in tractat. de cenſibus, cap.* 8. *numer.* 49. *fol.* 412.

24 Et in annuis † ſolutionibus, ita tradunt Ceph. *conſil.* 31. *num.* 9. Flamin. Chartar. *dec.* 134. *num.* 9. Federic. Martin. *dict. tract. de cenſib. cap.* 5. *num.* 66.

Et quod hæc bonitas attendenda ſit, inſinuat etiam Io: Picus Mirandul. *in quadam Epiſtola ad Hermolaum Barbarum, quæ eſt quarta, libri noni, epiſtolarum Angeli Politiani*, vbi inquit. Non quærimus in pecunia, qua moneta percuſſa ſit, ſed qua materia conſtat, nec eſt, qui purum aurum non malit habere, ſub nota Teutonum, quam ſub Romano Symbolo facticium.

Siquidem reſpondetur primo, multos tenuiſſe in pecunia attendi tantum valorem, & bonitatem extrinſecam; cum forma in materia ſit illa, quæ dat eſſe rei, ex
25 quo materia, quæ facit bonitatem intrinſecam parum valeret niſi in ea forma, & imago Principis impreſſa reperiretur, vt tradit Afflictus, *in titulo, quæ ſint regalia, in verb. moneta, ſub num.* 11. *in magna diſtinctione*, ita
26 vt non videatur damnum pati † creditor recipiendo creditum in materia deteriori, dummodo conſequatur monetam eiuſdem valoris, quam opinionem probarunt Oldrad. *conſil.* 168. *in* 3. *quæſt.* Surdus, *conſil.* 285. *per totum.*

Et in ſolutione liuellorum, Roman. *conſil.* 123. Geminian. *conſil.* 137. Menochius, *conſil.* 49. *per totum, maxime ſub numero trigeſimo octauo, & trigeſimo nono*, & cum Menochio, in eodem caſu, Crauett. *conſil.* 386.

Idque comprobauit Pandulfus Collenucius I. C. Piſaurenſis in ſuo Compendio Hiſtoriæ Regni Neapol. *libro quarto, pagin.* 88. dum enim refert Federicum Se-
27 cundum † Imperatorem, & Regem vtriuſque Siciliæ, pecuniæ charitate cuſſiſſe nummos ex corio impreſſo permutandos finito bello in tot nummis veris, inquit *eſempio manifeſto, che non la natura, ma l'eſtimatione dell'huomini, & la legge con la conſuetudine, & opinione fanno il valore, & il prezzo à metalli ſeguati*, de quo meminit Titelman. *libro primo, animaduerſionum iuris, capitulo trigeſimoquinto, ſub numero decimo ſecundo.*

Hinc refert Curtius Iun. *in conſil.* 24. *ſub numero primo*, notoria conſuetudine in Italia, & vbique vigente introductum eſſe, vt annuæ iſtæ penſiones ſoluantur de pecunia currente tempore ſolutionum, & ſecundum valorem de præſenti.

Secundo reſpondeo, non conſtare in caſu noſtro augu-

mentum proueniſſe ex deterioratione pecuniæ minutæ, cuſſa deterioris ligæ; id etenim facile euenire potuit etiã ex valore metalli adaucto, ſicuti omnium rerum, quæ excogitari poſſunt noſtris hiſce temporibus in immenſum fere creſcit æſtimatio, ita vt miraculum ſane videretur omnium aliarum rerum excreuiſſe valorem, auri vero nequaquam. Quinimo augumentum hoc non eueniſſe ex deterioratione prædicta, liquido conſtat, cum multæ reperiantur parpaiolæ, & aliæ pecuniæ minutæ veteris monetæ currentis tẽpore contractus, quæ tamen nunc plus non valent, quam tunc valerent, & ita ex illis, ſicuti ex nouis opus eſſet numerare libras octo cum dimidia, & plus, ad augendum aurum in auro, quod vtique ſecus eſſet ſi augumentum proueniſſet ſupradicta de cauſa, & quotidie experimur parpaiolas veteres cum
29 nouis promiſcuè eodem † valore expendi, & inuicem æqualiter permutari, & ita reſpondet Menochius, *conſil. 49. ſub numer. 25.* & optime Surdus *conſil. 335. ſub numer. 7. verſic. tertio præmitto*, vbi inquit ſe multoties curaſſe fieri experimentum habita ratione augumenti valoris auri, vti metalli, & inueniſſe nullam fere adeſſe differentiam.

30 Et ideo † is, qui allegat hanc deteriorationem, & tempore contractus fuiſſe meliorem bonitatem intrinſecam monetæ, tenetur probare, alias obtinere non poteſt, vt tradunt Sola, *ad conſtitution. antiqu. Saband. pagin. 120. ſub numer. 72. circa medium*, Surdus videndus, *conſil. 335. ſub numero octauo, &*
31 *nono, & 14. & 15.* quia alias experientia † docet contrarium, iſtud augumentum non prouenire ex dicta deterioratione, vt aduertit Menochius, *dicto conſilio quadrageſimo nono, numero vigeſimo ſexto, in fine*.

32 Tertio reſpondeo, quod cum non ſit facta † promiſſio de præciſa moneta, de generali conſuetudine, poteſt ſolui vna moneta pro alia, vbi autem vnum in obligatione reperitur, & aliud in ſolutione, tunc licet illud, quod eſt in ſolutione ſit deterioratum, tamen debitor liberatur illud ſoluendo, ita reſpondet in ſpecie Surdus, *dict. conſil. 335. numero vndecimo*.

33 Quarto reſpondeo, † quod bonitas intrinſeca non attenditur, nec aſſerta deterioratio monetæ nigræ, quando vel conſuetudine, vel decreto Principis introductum eſt, vt ſolutio fiat de moneta currenti ſecundum præſentem valorem, vt de conſuetudine tradit Brun. *in tractatu de augumento monetæ, in tertia limitatione, de Statuto vero, ſeu Decreto Principis*, tradit idem Brun. *ibidem in ſexta limitatione*, quorum vtrumque viget in præſenti caſu, nam de conſuetudine teſtatur Curtius Iunior, *dict.*
34 *conſil. 24. numero primo*, & vnico † Doctori excellenti atteſtanti de conſuetudine credendum eſſe aſſerunt noſtri, & etiam idem vidimus ſemper obſeruatum in hac patria; de ſtatuto vero non opus eſt dubitare, quia eſt expreſſus Ordo Principis, ſub die ſeptima Decembris 1520. tunc enim vna pecu-
35 nia dicitur ſubrogata loco alterius, quo † caſu non attenditur bonitas prædicta, nec deteriotatio, Brun. *in dict. tractat. in prima declaratione, fol. 23. colum. 1.* Surd, *conſil. 335. numer. 15.*

Et licet Multum Illuſtris Senatus ſæpè iudicauerit ſolutiones faciendas eſſe ſecundum bonitatem antiquam, & non habita ratione augumenti ad commodum debitoris, tamen id ſemper contigit, vbi præciſa ſpecies monetæ erat in obligatione, quia forte promiſſi erunt aurei, vel ducati aurei in auro, nam tunc non obſtat Ordo, quod non impedit conuentiones contrahentium, ſed eas expreſſe excipit, vnde cum debitor neceſſe haberet præſtare aurum in auro, nulla habita fuit ratio augumenti, quia tunc commodum, & incommodum pertinet ad creditorem, vt ſupra deductum fuit, & ſi debitor non vult, vel non habet facultatem præſtandi petiam auri, neceſſe habet tunc dare eius æſtimationem, & ſic cauſatiue etiam augumentum.

A R G V M E N T V M.

Prohibitio in fideicommiſſo quando ſit perpetua, vel non. In conditione poſiti, an & quando dicantur vocati. De diſpoſitione captatoria, & quæ ea ſit, & eius effectus. Aliqua de ratione conſeruationis bonorum in familia, & eius virtute, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Vltimo ex pluribus vocatis, & grauatis, eſt licita res alienatio; dum ipſe grauatus non eſt.*

2 *Fideicommiſſum afficit eos ſolum, de quibus loquitur, & non vocato expreſſe competit onus probandi ſe comprehenſum.*

3 *Subſtitutio, quæ non legitur in teſtamento, non dicitur facta.*

4 *In conditione poſiti per teſtatorem non dicuntur vocati, ſed ſolum eis reſeruata ſucceſſio ab inteſtato. Et eſt magis communis opinio, num. 5.*

6 *Nec cenſentur vocati, etſi ſint ex decedentibus, aut maſculi, vel de legitimo matrimonio; vel plures ſint facti gradus ſubſtitutionis ſecundum aliquos Doctores.*

7 *Expreſſa vocatio aliquorum excludit vocationem aliorum.*

8 *Excluditur diſputatio vocationis, cum teſtator mandat ſeruari ſuum teſtamentum prout ſtat, & iacet, &c.*

9 *Verba*, Modo, & forma, de quibus ſupra, *reſtringunt diſpoſitionem, quæ alias ex alijs circumſtantijs potuiſſet ampliari.*

10 *Grauati etſi poſiti in diſpoſitione cenſentur vocati. Secus cum grauamen eſſet iniunctum ſolis honoratis, numer. 11.*

12 *In dubio, ex communi ſententia grauamen cenſetur impoſitum ſolis honoratis.*

13 *Plures poſt quorum mortem eſt facta ſubſtitutio non cenſentur inuicem ſubſtituti, cum non ſunt expreſſe vocati, ſed ſolum poſiti in conditione, vel ſubſtitutum non ſuit vltimo morienti.*

14 *Perſonalis prohibitio non excedit perſonas prohibitorum. Etiam ſi teſtator dixiſſet velle bona peruenire ad poſteros, num. 15.*

16 *Prohibitio alienandi ſine cauſa facta non eſt attendenda; niſi habeat pro cauſa pluralitatem perſonarum prohibitarum.*

17 *Verbo*, deſcendentium, *vocati cenſentur in infinitum.*

18 *Facultas diſponendi captatoria eſt nulla.*

19 *Diſpoſitio non eſt captatoria, cum eſſentia diſpoſitionis non confertur in alium, ſed ſolum facultas declarandi ipſam iam factam à teſtatore. Niſi etiam diſpoſitio conferatur in tertij arbitrium, & num. 20.*

21 *Captatoria diſpoſitio eſt cum voluntas confertur in ſecretum alienæ voluntatis.*

22 *Captatoria voluntas conſiderari poteſt & in teſtamento, & in fideicommiſſis.*

23 *Captatoria diſpoſitio non ſubſtinetur, nec eo modo, quo valere poteſt.*

24 *Purificata ſubſtitutione vulgari in primo gradu vocatorum, expirat ſubſtitutio deſcendentium, & hæreditas remanet libera, & ſine onere penes eum primum ſubſtitutum.*

25 *Vulgaris ſubſtitutio poteſt fieri etiam in fideicommiſſis.*

26 *Ratio generalis in fideicommiſſo, quod bona contineantur in familia, reſtringitur ad ſubſtitutiones ſpecificatas; non autem alias de nouo inducit.*

27 *Agnationis fauore non ſunt multiplicandæ, neque ſomniandæ ſubſtitutiones.*

28 Opi-

28 Opinatur teſtator bona ſemper conſeruari in deſcendentes ſi non delinquerent.

29 Ratio conſeruationis bonorum in familia appoſita diſpoſitioni in caſum delicti, reſtringitur ad eum caſum ſolum, vt velit potius familiam ſuccedere, quam Fiſcum.

30 Ea poteſt eſſe etiam appoſita ad validandam diſpoſitionem, alias in fraudem Fiſci. Et tunc ea clauſul. non inducit fideicommiſſum, ſed ſolum validat nudum præceptum alias inſubſiſtens.

CONTROVERSIA DCXXI.

Ambroſius primus teſtator.
|
Baptiſta ſecundus teſtator.

Iacobus,—Franciſcus I.C.—Simon,—Iulius,—Ambroſius.
|
Baptiſta.
|
Iacobus Antonius,
qui alienare cupit.

QVæritur an Illuſtris Dominus Iacobus Antonius Burſattus poſſit alienare bona ad ſe peruenta ex hæreditate q. Domini Ambroſij Abaui, & Baptiſtæ Proaui, non obſtantibus fideicommiſſis, de quibus in eorum teſtamentis, & præſertim domum Mantuæ.

Et concluſiue procedendo, affirmatiue reſpondeo, id ei licere, quod facile demonſtrari poteſt ſi conſiderabimus vnamquamque ex ſubſtitutionibus dictorum teſtamentorum.

Prima igitur ex his, quæ faciunt ad rem, eſt in teſtamento prædicti Ambroſij, in proceſſu, *fol. 9. fac. 1.* in qua in parte relicta Iacobo nepoti ei quandocumque decedenti ſubſtituit omnes eius filios maſculos legitimos, & naturales, natos ex legitimo matrimonio, & eis ſimiliter quandocumque decedentibus ſubſtituit eorum filios maſculos natos ex legitimo matrimonio, nec vlterius progreſſus eſt, & ſic eius diſpoſitio, & vocatio terminatur in Domino Iacobo Antonio, qui ſolus eſt de filijs filiorum Ia-
1 cobi, & reperitur vocatus, ſed non grauatus † alicui alteri reſtituere hæreditatem, vnde ei tamquam vltimo ex vocatis non dicitur prohibita alienatio, *leg. cum pater, §. libertis, leg. qui ſolidum, §. prædium, ff. de legat. 2.* Gabr. *conſil. 96. numero octauo, volumin. 1.* Molin. *de primogen. Hyſpan. libro primo, capitulo quarto, ſub numer. 1. & libr. 3. capit. 2. numer. 24.* Menoch. *conſil. 489. numer. 15.*

Secunda eiuſdem teſtamenti fideicommiſſaria ſubſtitutio eſt, dum *dict. fol. 9. fac. 1.* in euentum in quem ex dicto Iacobo, eius filijs, & ipſorum filiorum filii, & ſic in infinitum nulli extarent filij maſculi nati, & procreati ex legitimo matrimonio, eis ſubſtituit fratres prædicti Iacobi, ſi ſupereſſent, ſin autem eorum filios, ac ipſorum filiorum filios maſculos, *vt ſupra. & inferius eodem folio nono, fac. 2.* repetiuit, quod deficiente linea tantum maſculina ipſius Iacobi, & eius filiorum, bona ei relicta deuenirent ad dictos fratres Iacobi, & eorum filios, & ſic ad pronepotes, & abnepotes teſtatoris, in qua pariter conſtet, eum voluiſſe extendere fideicommiſſum vltra dictum Dominum Iacobum Antonium, qui eſt de abnepotibus; ſicuti nec in prima ſubſtitutione, cum neminem vlterioris gradus vocauerit, & nota ſit vulgaris regula,
2 quod fideicommiſſum dicatur † tantum afficere illos, de quibus loquitur; vnde ſufficit dicere ad excludendam ſubſtitutionem, eam non loqui, nec eo in caſu, nec de illis perſonis, & affirmanti contrarium incumbit onus probandi, Socin. patruus, *conſil. 62 ſub numer. 4. verſic. & in primis, volum. 3* Socin. Iun. *conſil. 55. numer. 6. volum. 1.* Pariſ. *conſil. 86. numer. 11. volum. 2.* Becci. *conſil. 39. numer. 26.*
3 & ſubſtitutio, † quæ non legitur in teſtamento, non dicitur facta, Honded. *conſil. 51. numer. 60. volum. ſecundo.*

Franciſ. Nigr. Cyriac. Tom. IV.

Nec releuet, quod non vocauerit fratres Iacobi, niſi vbi in infinitum deficerent eius filij, & filij filiorum maſculi, & penitus eſſet extincta eius linea maſculina, & ſic videatur voluiſſe prouidere deſcendentibus Iacobi in infinitum, non autem vſque ad gradum limitatum, quia & ſi noluit fratres Iacobi ſuccedere niſi deficientibus omnibus maſculis in infinitum eiuſdem Iacobi, tamen non vocauit dictos maſculos, niſi vſque ad nepotes illius, cæteros autem
4 poſuit tantum † in conditione, qui propterea non dicuntur vocati; ſed ſolummodo eis reſeruata ſucceſſio ab inteſtato, ſecundum opinionem Gloſſæ, *in leg. Lucius, la ſeconda, in verbo liberos, ff. de*
5 *hæredibus inſtitut.* quam magis † communiter approbari relatis infinitis authoritatibus, demonſtrat Ioſeph Ruſtic. *in tractat. de filijs poſitis in conditione, libr. 1. capit. 2. parte prima, numero primo, fol. 7.* Fabius de Anna, *conſil. 52. numero nono, cum ſequentibus*, Torniola, *conſil. 4. per totum*, Surdus, *conſil. 448. numero nono, cum ſequentibus*, qui tres
6 poſteriores authores † reprobant multas ex coniecturis, quæ ſolent conſiderari à nonnullis, ad inducendam vocationem poſitorum in conditione, puta, quod ſint de deſcendentibus, quod vocati ſint maſculi, & nati ex legitimo matrimonio, quod teſtator digreſſus fuerit ad plures gradus ſubſtitutionum, ex his enim non induci vocationem profitentur, & probant prædicti ex magis receptis noſtrorum ſententijs.

Quod facilius admittendum eſt in caſu iſto, quia teſtator inferius repetendo dixit velle dictam partem hæreditatis Iacobo relictam, vt ſupra, venire totam ad eius filios, & in eorum defectum ad ipſorum filiorum filios, modo, & forma, quibus ſupra, & ſic ſe reſtrinxit tā-
7 tum † ad expreſſam vocationem diſpoſitiue factam; vnde videtur ceſſare diſputatio, an filij poſiti in conditione cenſeantur vocati, ſicuti in ſimili ceſſat, quando
8 teſtator mandat ſuum teſtamentum ſeruari, † vt iacet de verbo ad verbum, ſine aliqua intelligentia, vel interpretatione, Bero. *conſil. 57. numer. 66. volumine tertio*, Simon de Præt. *de interpretatione vltimarum voluntatum, libro primo, folio nono, numer. 20.* Berett. *conſil. 74 numer. 22. & 23.*
9 Illa enim verba reſtringunt diſpoſitionem, † quæ alias ex alijs circumſtantijs potuiſſet ampliari, vt per Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo vndecimo, ſub numer. 55.*

Neque obſtat, quod cum deſcendentes Iacobi in infinitum videantur grauati, ex quo eis ſubſtituit fratres
10 illius † per conſequens etiam licet poſiti in conditione cenſeantur vocati, iuxta doctrinam Bartoli, *in leg. centurio, numer. 37. ff. de vulgar.* quem magis communiter ſequi ſcribentes, teſtatur Theſaur. *deciſion. 96. numero decimo, cum ſequentibus*, Ruſtic. *in dict. tract. de filijs poſitis in condition. libr. 4. capit. 2. part. 1. numer. 1. fol. 75.*

Quia reſpondetur grauamen non eſſe impoſitum ipſis deſcendentibus poſitis in conditione, ſed tantum ipſis filijs Iacobi, & filijs filiorum vocatis, dixit enim „ teſtator, *in euentum, in quem ex dicto Iacobo, ſeu eius „ filijs, & ipſorum filiorum filijs, & ſic in infinitum „ nulli extarent maſculi, eis ſubſtituit*, quod intelligo ſcilicet dictis filijs, & filijs filiorum iam vocatis, quo caſu ſubſtitutio dicitur facta ſub duplici conditione, & grauamen tantum iniunctum ipſis honoratis, & con-
11 ſequenter poſiti in conditione † tunc non dicuntur vocati, Alexand. *conſil. 105. ſub numer. 4. volum. 1.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 12. numero ſexto, & nono*, vbi de communi, Ruſtic. *in dict. tractat. libr. 4. cap.*

3. *numer.* 1. *fol.* 64. vbi *numer.* 2. ſubdit id procedere nedum, quando conditio concepta eſt per alternatiuam, ſed etiam per copulatiuam (*Et*) provt in caſu iſto.

12 Et vbi verſaremur in dubio an grauamen eſſet iniunctum honoratis tantum, vel etiam poſitis in conditione, ſicuti hic optimè referri poteſt tantum ad expreſſe vocatos, licet etiam ad poſitos in conditione; tunc communis eſt noſtrorum ſententia, quod grauamen cenſeatur tantum iniunctum honoratis, Ruſtic. *d. tractat. de filijs poſit. in condition. libr.* 4. *capit.* 5. *numer.* 1. *fol.* 92. poſt Alexand. *conſil.* 13. *numer.* 11. *libr.* 4. Deciũ *conſil.* 182. *colum.* 3. Paril. *conſil.* 42. *numer.* 11. *lib.* 3. cum infinitis alijs, quos ipſe diligenter cumulauit.

13 Eaque eſt etiam recepta ſententia, † plures poſt quorum mortem ſit facta ſubſtitutio non cenſeri inuicẽ ſubſtitutos, quando illi plures non ſunt expreſſe vocati, ſed tantum poſiti in conditione, vel quando ſubſtitutio non eſt facta vltimo morienti, Menoch. *libr.* 4. *præſumtion* 62. *per totam, maximè numer.* 1. 30. & 54. Peregrin. *de fideicomm. art.* 13. *numer.* 70. Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.* 2. *quaſt.* 74. *numer.* 34. & 64.

Sed quidquid ſit, cum nunc non agatur de alienatione bonorum relictorum Iacobo, & quæ afficit ſubſtitutio hæc, ſed tantum de alijs relictis fructibus prædicti Iacobi non comprehenſis in hoc capite, inter quæ erat domus nunc alienanda, non videtur curandum, an hoc in caſu fideicommiſſum extendatur, vltra Dominum Iacobum Antonium, quamuis non extendi ex ſupradictis videtur concludendum.

Tertia eſt ſubſtitutio eiuſdem Ambroſij Senioris, *fol.* 10. *fac.* 2. in qua in bonis relictis Dominis Franciſco, Iulio, Ambroſio Iuniori, & Simoni, & de quorum alienatione nunc tractatur, dictos fratres inuicem ſubſtituit, vbi eorum alter, vel plures decederent ſine filijs maſculis ex legitimo matrimonio, ſed ſuper iſta non eſt immorandum, quia non confert ad propoſitum noſtrum, ex quo nemo ex illis adeſt niſi Dominus Iulius, in quo defecit ſpes prolis maſculinæ, & ipſe renunciauit iam omnia iura Domino Iacobo Antonio nunc alienare cupienti, cum quo conuenit in hoc eius deſiderio.

Quarta eſt, *fol.* 11. *fac.* 1. & quæ facit ad caſum noſtrum, in qua decedentibus omnibus prædictis fratribus, de quibus in proximo præcedenti capite, ſcilicet Dominis Franciſco, Iulio, Ambroſio, & Simone ſine filijs maſculis ex legitimo matrimonio, ſubſtituit dictum Iacobum alterum eorum fratrem, ſeu eius filios, & filiorum filios maſculos ex legitimo matrimonio, quę ſubſtitutio pariter non reſiſtit intentioni Domini Iacobi Antonij, ad quem peruenerunt bona relicta prædictis fratribus ob eorum prædecedentiam ſine filijs maſculis ex legitimo matrimonio, tamen quia Teſtator non egreſſus eſt gradum perſonæ prædicti Domini Iacobi Antonij, grauando eum alijs reſtituere, tum etiam quia illi filij Iacobi, & filij filiorum cenſentur vocati ſucceſſiuè per vulgarem tantum, non autem per fideicommiſſum, eo caſu ſcilicet quo prior gradus eorum per fideicommiſſum, ſubſtitutus dictis Franciſco, & alijs fratribus non poſſet, vel nollet ſuccedere, vt inferius deducam loco magis opportuno circa diſcuſſionem alterius teſtamenti, quo caſu adita ſemel hæreditate, & purificato caſu fideicommiſſi cum effectu expirat vocatio aliorum per vulgarem tantum honoratorum.

Nec refert, quod ea diſpoſitio non poſſit intelligi de vocatione per vulgarem, cum expreſſe teſtator dicat, quod ſubſtituit, & ſubſtitutos eſſe voluit, & iure fideicommiſſi vocauit, & vocatos eſſe voluit Iacobum, & ſex eius filios maſculos, & ipſorum filiorum filios, quia dicuntur vocati per fideicommiſſum reſpectu grauatorum, vbi gradus eos præcedentes non ſuccederent, ſed reſpectu ipſorum primo loco vocatorum dicuntur ſubſtituti per vulgarem tantum, vbi illi nollent, vel non poſſent ſuccedere.

Vltimo prædictus teſtator, *fol.* 11. *fac.* 1. prohibuit dictis Iacobo, Franciſco, Simoni, Iulio, & Ambróſio quamcunque alienationem bonorum, & hæreditatis ſuæ, ſed cum ſit † nominatim facta, & perſonaliſſima, non egreditur perſonas prohibitorum, *§. ma-*
14 *nifeſtum, in Authent. de reſtitut. fideicommiſſ.* Berous, *conſil.* 84. *numer.* 38. *volumin.* 2. vbi de communi, Menoch. *conſil.* 200. *numer.* 98. Pedroc. *conſil.* 19. *numer* 45.
15 & *conſil.* 20. *numer.* 103. etiam † ſi teſtator dixiſſet, quod volebat bona peruenire ad poſteros in deſcendentes, quod tamen non dixit, Ruin. *conſil.* 127. *numer.* 10. *volumin.* 2. Burſatt. *conſil.* 13. *numer.* 21. & *conſil.* 52. *nu-*
16 *mer.* 36. ſicuti etiam cum non ſit veſtita † aliqua cauſa, dicitur præceptum nudum de non alienando, cui quis parere non tenetur, *leg. filiusfamilias, §. diui, il ſecondo, cum ſua materia, ff. de legat.* 1. niſi fortè cenſeretur veſtitum ex pluralitate perſonarum prohibitarum, ad tradita à Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 14. *numer.* 2. vnde inſiſto in priori reſponſione, quod tamquam perſonalis non egrediatur perſonas prohibitas.

Alterum eſt teſtamentum Domini Baptiſtæ filij Ambroſij Senioris, in quo multas fecit ſubſtitutiones reſpectu bonorum, de quibus diſponere poterat, ſed quia in omnibus expreſſe promiſit grauatis alienationem bonorum, & eo tantum caſu voluit fideicommiſſa locum habere vbi de illis diſpoſitum non fuiſset, ob id nequaquam obſtare poteſt intentioni Domini Iacobi Antonij reſpectu dictorum bonorum, cum id quod facere intendit, ne dum non reperiatur prohibitum, ſed immo expreſſe permiſſum à teſtatore.

Verum reſpectu bonorum, de quibus diſponere nõ poterat propter fideicõmiſſa facta ab Ambroſio eius patre, difficultatem facere videtur, quod cum ipſe haberet facultatem ſibi datam à dicto ſuo patre in codicillis, de quibus in proceſſu, *fol.* 13. declarandi ſubſtitutiones ab eo factas, declarauit in illis factis Franciſco, Iulio, & Ambroſio decedentibus ſine filijs maſculis ex legitimo matrimonio natis comprendi, & vocatos eſſe filios Iacobi, & eius deſcendentes, & ſic virtute verbi, *deſcendentium*, videntur vocati omnes in infinitum, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 14. *ſub numer.* 6. & *articul.* 30. *ſub numer.* 2. Matheac. *in ſimili tractatu, libr.* 2. *capit.* 10. *numer.* 1. *fol.* 78 Intrigliol. *de ſubſtitut. centuria tertia, quaſtion.* 85. *numero primo*, per textum, *in lege finali, Codice de ſuis, & legitim.*

Nihilominus dupliciter remouetur illud obſtaculum, & primo, reſpondendo, quod talis facultas data ab Ambroſio ipſi Baptiſtæ declarandi, diſponendi, & ordinandi circa ſubſtitutiones à ſe factas, eſt captatoria, & ideo non valet, iuxta *leg. captatorias, & leg. illa inſtitutio, ff. de hæredibus inſtit.* & notata per gloſſ. *in leg. captatorias, Codic. de milit. teſtament.* nam, & ſi vera ſit concluſio eam non dici diſpoſitionem captatoriam, & per conſequens, validam eſſe, quando eſſentia diſpoſitionis non confertur in alium, ſed tantum facultas declarandi diſpoſitionem iam factam à teſtatore, & eligendi perſonas, in quas executio fiat, qualis videtur iſta, vt eſt textus præclarus, *in leg. verum, § cum quidam, ff. de rebus dubijs*, & tradunt Suarez, *in tractatu de captatoria voluntate, ſub numero ſexto, circa finem, & numero ſeptimo, & ante numer.* 15. *verſic. concluſiuè autem ex prædictis*, &c. Menoch. *conſil.* 48. *numer.* 25. Surd. *conſil.* 375. *numero nono*. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 33. *numer.* 57. & 58. Tamen in propoſito caſu non poteſt dici ſimpliciter collata declaratio, & executio diſpoſitionis iam factæ; ſed potius eſſentia, & ſubſtantia met diſpoſitionis, quia dixit, quod in ſubſtitutionibus in ſuccedendo tantum per ipſum Dominum Ambroſium factis eius nepotibus, ſtetur, & in poſterum attendatur, & obſeruetur omne id, & totum, quod per prædictum Dominum Baptiſtam eius filium declaratum

Digitized by Google

ratum diſpoſitum, & ordinatum fuerit circa ſubſtitu-
tiones prædictas quem aſſeruit plene informatum eſſe
de eius mente, & ipſo declarante, & ordinante quatenus
ordinaret aliquid, quod eſſet contra diſpoſitionem ip-
ſius D Ambroſij, tunc illud à ſe diſpoſitum reuocauit,
& voluit ſtari ordinationi prædicti Domini Baptiſtæ;
ecce quod nedum declarationem, ſed nouam diſpoſitio-
nem contulit in alienum arbitrium; declaratio enim in
his terminis eſt, quando facta eſt, ſed non perfecta di-
ſpoſitio, & eius executio in alium confertur, ſed vbi eſt
certa, & clara, & datur facultas aliter diſponendi, vti-
que non niſi noua diſpoſitio dici poteſt, quia reuocare,
quod aliter factum eſt, eſt quid contrarium ſtatuere,
20 quo caſu certum eſt non valere † talem facultatem da-
tam tamquam captatoriam, *d.l.vtrum, §.cum quidam, ff.de rebus dubijs*, Soarez, *in d.tractat. ſub num. 2.verſic. imo non ſolum, &c. & num.3. in fine, & ſub numer.9. &*
15. Menoch. *d. conſ.*408. per diſcurſum, Peregr. *d.arti-*
21 *cul.33.num.52.cum ſeqq.* captatoria eſt enim † volun-
tas cuius conditio, & diſpoſitio confertur ad ſecretum
alienæ voluntatis, *l.captatorias, in fine, ff. de hæredibus*
22 *inſtit.* quæ captatoria † datur ne dum in inſtitutionib.
ſed etiam in fideicommiſſis, Peregr. *d.art.33. ſub nu.52.*
23 *& conſ.55. ſub num. 1. vol. 3.* Surd. *dec.68.* † & adeo
nulla eſt captatoria diſpoſitio, vt non ſuſtineatur etiam
eo modo, quo valere potuiſſet, Honded. *conſil.69.num. 66. volum.2.*

Secundo vbi valeret prædicta diſpoſitio, dico, quod cum decedentib. Franciſco, Iulio, & Ambroſio ſine filijs, ſubſtituti ſint filij Iacobi, & eius deſcendētes, tales deſcē-dentes dicuntur vocati per vulgarē poſt filios Iacobi, vbi nollent, vel non poſſent ſuccedere ad ſucceſſionem ipſorum decedentium ſine filijs, non autem per fideicommiſſum, ad ſuccedendum filijs Iacobi, & ſucceſſiuè de gradu in gradum, quia hoc non legitur in ſubſtitutione, quod de gradu in gradum vnus alteri ſuccedere debeat, ſed tantum, quod ſuccedant ipſis primis, quo caſu purificata ſubſtitutione in primo gradu vocatorum, & ipſis ſuccedentibus, ſicuti ſucceſſit Dominus Iacobus Antonius expirat ſubſtitutio deſcendentium, & hæreditas remanet libera, & ſine onere dicto primo
ſubſtituto, ita in terminis docuit Cuman. *in l. Gallus,*
24 *§.quidam recte, ſub num.7. verſ.vbi autem inſtituuntur,* & ibi Aretin. *colum. penult. verſ. melius ergo potes, &c.* Socin. Sen. *ſub num.8. verſ. tertius caſus eſt, &c. ff. de liber. & poſthum.* Rum. *num. 51.* Alciat. *num. 49. & ſequ.* idem Cuman. *in l.cum ita, §.in fideicommiſſo, numer.4. ff.de legat.2.* Caſtrenſ. *conſ.4:4. volum.2.* Alex. *conſ. 13. colum.3. verſ. & quod in propoſito noſtro, &c. volum.4.* Dec. *conſ.204. num.6. & conſ.190. num.2.* Ruin. *conſ.92. ſub num.5. & conſ.159. num.19. & num.12. & conſ.78.in principio, & num.5. in fine; & num.6. & conſ. 100. num. 3. & 4 & conſil.102. num.10. & ſub num. 12. volum. 2.* Pariſ. *conſil.82. numer.10. & 11. & conſil. 49. numer. 17. volum.2. & conſil.39. num.7. volum.3.* Socin. Iun. de co-
muni, *conſil.180. num.53. volum.2.* Crot. *conſ. 61. num.*
* *2. & ſequ.** Didacus *in cap. Rainutius, §.2. num. 6. & 7.de teſtament.* Maſtica, *lib.4. tit.8. num. 30.* Simon de Præt. *de interpretation. vltimarum. volunt. lib.3. fol. 239. numer.39. & 45. & fol 280. num.1.* Decian. *conſil.1. numer.187. & ſequ. volum.1. & conſil.10. num.30. & ſequ. volum.3.* Clar. *§.teſtamentum, quaſt.80. num.4.* Menoc. *libr.4. præſumpt.71. num.8. & conſ.85. num.73. & conſil. 496. num.9.* Craſſ. *§. ſubſtitutio, quaſt. 8. num.9.* Petra *de fideicomm. quæſt.5. num.117.* Matheac. *in epitom. fideicomm. lib.2. cap.14. fol.84.* Intrigliol. *de ſubſtitut. centur. 3. quaſt.81. num.2. cum ſeqq.* & alios citaui *infra controuerſ.664.*

Vulgarem enim ſubſtitutionem etiam in fideicom-
25 miſſis † fieri poſſe certiſſimi iuris eſt, *leg. vt hæredi-
bus, ff. de legat. 2. l. prima, §. ſin autem ad deficien. in Cod. de caducis. tollend.* Caſtrenſ. *conſ.159. numer. 1. volumine primo,* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 15. num. 2. & numer.5. & artic.17. ſub num. 13.* Matheac. *d. cap. 14. ante numer.2.* Ruin. *conſil.92. ſub numer. 5. volum. 2.* Torniola, *conſil. 20. numer. 9. & conſil. 80. numero tertio,* Mantic. *libr.6. titul. 11. numer.30.* Corn. *conſil.3. numer.25. volum.2.* Caſtrenſ. *conſil.152. num.1. infra volum.1.*

Non obſtat, denique ratio generalis, de qua in di-
cto teſtamento Baptiſtæ, *fol. 26. fac. 2.* quod priuaret
delinquentes, vocando alios, quia eius intentio, &
ſui patris fuit, vt bona prædicta ſemper conſeruarentur
26 in familia; † Quia reſpondetur talem rationem gene-
ralem reſtringi ad ſubſtitutiones ſpecificatas, non autem nouas, & perpetuas inducere, Alexand. *conſ. 139. numer.3. & 4. volum.6.* Ancharan. *conſ.137.* Deci. *conſ. 290. alias eſt 291. colum.pennult. & conſ. 384. ſub numer. 6. verſ. non obſtat.* Socin. patruus, *conſ.116. ſub numer. 4. verſ. Qua omnino, volum.3.* Ruin. *conſ.153. ſub numer. 5. volum.2.* Menoch. *conſ.760. num. 10.* Zuccard. *in leg. 1. ſub num. 90. verſic. & hanc etiam, Cod. de pact.* Alciat. *in leg. pater filium, §. fundum, ſub num. 8. verſic. Tertius caſus, &c. ff.de legat.3. & conſ.31. num.32. libro nono,* Rubeus, *conſ.120 ſub num. 9.* Decian. *conſ. 3. numer.38. volum.2.* Rota, *dec.230. part.2. nouiſſimar.*
27 agnationis † enim fauore non ſunt multiplicandæ, ne-
que ſomniandæ ſubſtitutiones, Riminal. Iun. *conſ.464. numer.58. & 60.* & illa intentio, quod perpetuo conſeruarentur in familia, verificatur, quo ad opinionem, quia vbi non deliquerent deſcendentes, & ſic non
28 confiſcarentur bona, opinatus † fuit teſtator poſſe per-
petuo conſeruari inter ſuos, ſicuti in ſimili dicit Surd. *deciſ. 238. ſub numer. 16. verſic. opinatur enim teſtator, &c.*
29 Vel etiam dici poteſt, quod cum ratio illa conſeruā-
di bona in familia ſit appoſita particulari diſpoſitioni, & ſubſtitutioni in caſum delicti, debet intelligi non generaliter, & præcisè, ſed particulariter, & collectiuè, ſcilicet, quod vult bona in familia perpetuo conſeruari potius, quam ad Fiſcum tranſire; vel denique dici po-
30 teſt, quod cenſetur appoſita ad validandam † diſpo-
ſitionem quæ alias cenſeretur facta in fraudem Fiſci, vt per Farinacc. *quaſt.25. num.30.* quo caſu, quando talis clauſula adijcitur pro validanda diſpoſitione, quæ aliàs eſſet inualida, non inducit fideicommiſſum abſolutum, nec vltra caſum expreſſum, vt dicunt Doctores in materia prohibitionis alienationis ſimpliciter factæ, quæ non valeret vti nudum perceptum; tunc ſi additur clauſula prædicta pro eo validando, non reſultat fideicommiſſum in caſum mortis.

Ex quibus omnibus videtur perſpicuum, eſſe nullum fideicommiſſum obſtare Domino Iacobo Antonio, ſed vbi res eſſet dubia, tunc quoque in dubio iudicandum eſſet pro excluſione fideicommiſſi, ſecundum vulgares regulas.

ARGVMENTVM.

Plenè agitur de immunitate a Gabellis. Quando ea ſit vel realis, vel perſonalis, quomodo præſumatur, & præſcribatur. Differentia Beneficij, & Priuilegij à Principe impertiti, & ipſorum interpretatione. Contrahens cum immuni, an, & quando ſit exemptus etiam pro parte ſua. De conceſſione ex cauſa oneroſa, ob benemerita, &c.

---

* Aduerte, quod non videtur, quod amplius conſideretur tamquā vulgaris poſt aditam hæreditatem à primis inſtitutis, ſed tantum tāquam fideicommiſſariam.

SVMMARIVM.

1 *Princeps habet iura Imperij, & poteſt concedere immunitatem. Et in ſpecie Princeps Mantuę, num.2.*

3 *Immunitas perſonalis non egreditur perſonas priuilegiatas.*

4 *Eſt perſonalis etiam data rei, intuitu perſonæ.*

5 *Duobus contrahentibus, altero tantum immuni, qui non eſt immunis tenetur ad gabellam pro parte ſua. Vid. n. 13. & 41. & 42.*

6 *Principis aſſertioni de priuilegiati meritis ſtatur, abſque alia ipſorum meritorum probatione.*

7 *Beneficium Principis dicitur, quod propter merita eſt alicui conceſſum; non vero priuilegium.*

8 *Beneficium etiam dicitur, ex quo Princeps donat de ſuo nemini inferens præiudicium.*

9 *Beneficium Principis eſt latiſſimè interpretandum contra ipſum concedentem.*

10 *In dubio eſt facienda interpretatio pro immunitate.*

11 *Immunitas à datijs eſt facilioris remiſſionis, quam alia onera.*

12 *Gabellæ, & datia ſunt odioſa, & ſemper fit interpretatio ad ipſorum excluſionem.*

13 *Immunitas conceſſa vni ex contrahentibus prodeſt, & alteri, cum ea eſt facta verbis pregnantibus.*

14 *Contrahens cum Principe Mantuæ non ſoluit aliquod datium. Nec contrahens cum priuilegiato ab eo, & n. 15.*

16 *Illud expreſſe conceſſum dicitur, quod ſequitur, & colligitur neceſſario ex propria ſignificatione verbi prolati.*

17 *Verba ſemper ita interpretanda ſunt, vt verba non appareant ſuperflua.*

18 *Verba* Volentes talem gaudere omnibus immunitatib. &c. quibus nos met vtimur, *ſtant ampliatiue ad augendam immunitatem.*

19 *Ex quo numquam contrahentes cum immuni ſoluerunt datium, intelligitur facta conceſſio etiam pro parte Datij ad eos ſpectante.*

20 *Id procedit etſi obſeruantia non fuerit præſcripta; Nec tamen longum tempus exigitur ad eam obſeruantiam præſcribendam, num.21.*

22 *Princeps mandans immunitates ſeruari prout antea confirmat talem obſeruantiam immunitatis in totum.*

23 *Priuilegij interpretatio, vel declaratio non magis alicui competit, quam Principi concedenti.*

24 *Princeps confirmando, vel approbando dare dicitur.*

25 *Immunitas probatur ex libris Datiariorum, ſeu Officialium.*

26 *Res iudicata pro veritate habetur. Et valde operatur pro confirmanda obſeruantia, & num 27.*

28 *Præſcripta eſt immunitas ex ſolo curſu 40. ann. cum titulo colorato, etiam ſi ſit iniuſtus.*

29 *Talis præſumptio nocet Principi etiam ex ſola ſcientia Officialium.*

30 *Multo fortius nocet præſcriptio centenaria, quæ nec titulum, nec bonam fidem exigit. Nec ſcientiam Aduerſarij, & num.31.*

32 *Immunitas realis prodeſt non ſolum primo poſſeſſori, ſed & omnibus ſecum contrahentibus.*

33 *Ex coniecturis probari poteſt immunitas, an ſit realis, vel perſonalis; & quæ ſint, num.34.36.37. & 38.*

35 *In dubio præſumitur realis, & non perſonalis.*

39 *Bona Principis habent immunitatem realem; & etiam bona eorum, qui in eius locum ſunt poſiti, & num.40.*

41 *Immunitas vnius prodeſt etiam contrahenti cum eo, ſi onus gabellæ eſſet annexum contractui, non ſi ſeparatio ſit, & num.43.*

44 *Contrahens cum Fiſco eſt immunis, ſi cum alio contrahat. Text.* in leg. licitatio, §. final. ff. de publican. *intellectus, ibid.*

45 *In immunitate reali res ad quemcumque tranſeat, ducit ſecum ſuum priuilegium.*

46 *Princeps in ijs, quæ concedit in vim contractus non poteſt facere, quod conceſſum habeatur pro non conceſſo.*

47 *Conceſſio facta ob benemerita, eſt oneroſa, & tranſit ſub contractu.*

48 *Statutum prohibens donationem, non habet locum in donatione remuneratoria.*

49 *Contra benemeritos non ſunt edita edicta probibitoria.*

50 *Idem eſt contractum iniri cum Principe, ac cum alio eius loco.*

CONTROVERSIA DCXXII.

NOn eſt diſputandum in propoſita quæſtione, ſicuti verè à partibus non controuertitur, an Marchiones, & Duces Mantuæ potuerint concedere immunitatem ampliſſimam à datijs, & gabellis pro vtroque contrahente anteceſſoribus Illuſtriſſimi D. Equitis Franciſci Gonzagæ, quia hoc ab omnib. receptum eſt, Principem,
1 † qui habet iura Imperij quemadmodum habent Sereniſſimi Noſtri Duces, & habuerunt eorum præceſſores, poſſe ſimiles immunitates tribuere, Ruin. *conſ.*125. *num.*1. *vol.*1. Surd. *conſ.*278. *num.*7. & *conſ.*419. *num.*17. Rimin. Iun. *conſ.*25. *num.*47. Natt. *conſ.* 160. *numer.* 28.
2 & † in Principibus Mantuæ, Pariſ. *conſ.*69. *num.*3. *vol.* 1. Burſatt. *conſ.*16. *num.*55. & *conſ.*142. *num.*10. & *conſ.* 186. *num.*30. Bertaz. *conſ. ciuil.* 42. *num.*4.

Sed difficultas eſt an voluerint, & fuerit eorum intentionis reddere eos immunes pro parte datij tantum ad ipſos ſpectante, an vero etiam pro parte ſecum contrahentium; & pro Camera, & datiatijs allegari poteſt non fuiſſe conceſſam immunitatem pro parte contrahentium cum ipſis priuilegiatis.

Primo, quia ex diſpoſitione Statutorum patriæ, quilibet ex contrahentibus ſemper tenetur pro dimidia ad datium, vnde cum conceſſio iſta immunitatis fuerit perſonalis reſpectu ſcilicet Domini Io: Mariæ, & D. Iſabellæ, quibus primo fuit facta, & eorum hæredum, & ſucceſſorum, videtur, quod tollatur tantum grauamen, quod ad eos ſpectaret, non autem ad alium. de quo fa-
3 cta non eſt mentio in priuilegio, quia immunitas † perſonalis non egreditur perſonam priuilegiatam, nec ad aliam extenditur, *l. prima,* & *l. ſemper,* §. *immunitati, ff. de iur. immunit.* Beto. *conſ.*173. *num.*67. *volum.*1. & plene per Surd. *conſ.*525. *num.* 2. 3. & 4.

Et licet immunitas iſta videatur realis tamquam conceſſa etiam pro fructibus prædiorum, & eorum con-
4 tractibus, † tamen vere dicitur perſonalis, tamquam conceſſa rei intuitu perſonæ, Crauett. *conſ.*239. *num.*4. Rimin. Iun. *conſ.*791. *num.*7. *volum.*7. Natt. *conſ.*311. *n.* 5. Decian. *conſ.*31. *num.*163. *vol.*1.

5 Secundo, ſi ex duobus contrahentibus, alter eſt immunis, alter verò non, is qui non eſt immunis tenetur ſoluere datium pro parte ſua, ita tradit Bertach. loquens in eo qui contrahit cum Eccleſia, vt pro ſua perſona teneatur ad datium, *in tract. de Gabell. par.*7. *ſub num.* 17. & eſt tex. *in l. licitatio aliàs incipit locatio, §. fi. ff. de publican.* vbi licet Fiſcus ſit immunis, tamen qui emit ab eo non ſit immunis.

Tertio, caſus videtur deciſus ex ordine Marchionis Ludouici edito de Anno 14 9. die 19. Martij, producto in proceſſu, *fol.*13. in quo declarat, quod conceſſiones immunitatum ſub quacumque forma non intelligantur, niſi pro dimidia datij, ſpectante ad ipſum priuilegiatum, non autem pro alia ſecum contrahentis, etiam ſi in conceſſionibus diceretur, quod contrahentes cum ipſo priuilegiato forent quoque & ipſi exempti, cuius decreti obſeruantiam fuiſſe demandatam etiã à ſucceſſoribus prædicti Marchionis Ludouici, teſtatur fides producta, *fol.*14.

Quarto, & vltimo, & ſi immunitas iſta fuerit conceſſa eo modo, quo vtebatur Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Marchio concedens, tamen non videtur opitulari reſpectu partis contrahentis cum priuilegiatis, quia extat ordo productus, *fol.*14 & 15. quod immunitas conceſſa contrahentibus cum Dom. Marchione, pro-

cedit

cedit tantum in contrahentibus cum ipſo Principe eius
vxore, filijs, vel fratribus, adeovt cum iſti priuilegiati nõ
ſunt tales, non videtur poſſe ex eorum perſonis con-
ferre immunitatem ſecum contrahentibus à datijs.

Prædictis tamen nequaquam refragrantibus, exiſtimo
immunitatem iſtam, tam quam conceſſam verbis præ-
gnantibus, ipſis Illuſtriſſimis Dominis Ioanni Mariæ, &
Iſabellæ pro ſe, & eorum hæredibus, & ſucceſſoribus
in perpetuum ab omnibus, & ſingulis, ac quibuſcum-
que datijs, & gabellis, prodeſſe quoque contrahentibus
cum dictis priuilegiatis, quia cum fuerit conceſſa pro-
6 pter multa merita, provt Principes aſſeruerunt, † quo-
rum aſſertioni in hoc ſtandum eſt abſque alia ipſorum
meritorum probatione, vt in terminis tradunt Burſat.
conſ.16. ſub num.55. Surd. *conſ.419. num.66.* dicitur be-
7 neficium, non † autem priuilegium, Alex. *conſ.160.
circa finem, volum.2.* Socin. patruus, *conſ.84. num. 12.
volum. 3.* Surd. *conſil. 140. num. 53.* ſicuti etiam dicitur
8 † beneficium, ex eo quod Principes in hoc donarunt
de ſuo, & nemini præiudicium attulerunt, nec aliquis
tertius ex hoc grauatus remanſit, Alex. *d. conſ.160. vol.
2.* Surd. pariter *d. conſ.140. num. 50.* Decian. *conſ. 5. nu-
mer. 20. volum. 4.* & ideo venit latiſſimè interpretanda
9 † contra ipſum concedentem, iuxta *l. final. ff. de con-
ſtit. Princip.* & latè concludunt prædicti Doctores, ma-
xime Surd. *num.12. & 55.* Laderch. *conſil.121. numer.1.*
10 & † in dubio debet fieri interpretatio pro immunita-
te, Surd. *conſ.234. num.20.* Burſatt. *conſ.186. num. 28.*
11 maxime in propoſito, † in quo agimus de immuni-
tate à datijs, quorum ne dum eſt facilior remiſſio, quam
aliorum onerum, vt concludit Laderch. *conſil. 38. ſub
num.5.* ſed cum ipſa datia, & gabellæ ſint odioſæ, ca-
12 pienda eſt omnis interpretatio, † vt excludantur, vt
per eamdem, *ibid. num.7.* poſt Bald. *conſ.237. ad finem,
volum.3. & conſ.229. vol.5.* cum infinitis apud Perſonal.
in tract. de Gabell. num.38.

13 Et vt à † generalibus recedamus, quod vbi gabellæ
ſolutio ſpectaret pro parte ad vtrumque contrahentem,
ſi concedatur immunitas etiam perſonalis tantum ver-
bis pregnantibus, vt in caſu noſtro venditori, vel lo-
catori, quod intelligatur etiam exemptus emptor, con-
ductor, vel alius contrahens pro parte ſua, quia hoc
eſt onus anexum contractui, ex quo alias venditor ſen-
tiret damnum, niſi ſecum contrahens participaret de hoc
commodo, voluerunt Geminian. *in cap. eos, §. clericis,
num.5. de temper. ordinat. in 6.* Bal. *conſ.31. ſub numer.2.
volum.1.* Abb. *conſ.20. circa finem, vol.1.* Alciat. *conſil.
18. num.8. & 9. lib.4.* optime Decius videndus, *conſ.48.
per totum, maxime ſub num.4. verſic. Tertio principali-
ter,* Roland. *conſ.61. num.19. volum. 4.* Menoch. *conſil.
136. maxime num.19.* Laderch. *conſ.103. num.8. & num.
12.* Surd. *conſ.31. num.80.* Gabr. *conſil.161. volum.2.* Pe-
regr. *de iure Fiſc. lib.6. tit.5. ſub num.15.* Decian. *conſ.6.
num.2. volum.4.*

Secundo in caſu iſto fuit conceſſa immunitas à datijs
qualem habebat Excellentiſſimus Marchio concedens,
& poſiti priuilegiati in eo ſtatu in quo ipſe erat, vt *fol.3.
14 fac. 2. in fine,* vnde cum contrahens cum † Principe
Mantuæ non ſoluat aliquod datium, vt *ex Statuto Ga-
bellarum, ſub rubrica de denunciatione inſtrumentorum,
in fine* & probat fides producta ab aduerſarijs, *fol.14.
15 fac.2. & fol.15.* ita pariter non erit obligatus, † qui
contrahit, vel contraxit cum D. Franciſco, vel eius an-
teceſſoribus; ita in terminis de priuilegio conceſſo à
noſtro Principe Mantuæ, tradunt Alciat. *conſ.14. nu.
2. lib.4. alias eſt conſ.312.* Eugen. *conſ.92. num.18. & 19.*
Bertaz. qui late exornat, *conſ. ciuil.42. ſub num.15. cum
pluribus ſeqq.* vbi *ſub num.22.* probat idem reſultare ex
poſitione priuilegiatorum in ſtatu concedentis, Burſat.
conſ.16. num.41. in fine, & conſ.258. ſub num.16. Ceph.
conſ.58. ſub num.29. Rimin. Sen. *conſ.202. numer. 4.* La-
derch. *conſil.71. ſub numer.9.* & cum illud ſequatur, &
16 † colligatur neceſſario ex propria ſignificatione verbi
prolati, dicitur expreſſe conceſſum, gloſ. *in verbo ex-
preſſum, in l. prætor, §. 1. ff. de nou. oper. nunc.* Decian.
conſ.10. num.15. volum.4. Dec. *conſil.* [illegible] *num.3.*

Comprobatur iſtud fundamentum, quia Illuſtriſſi-
mus, & Excellentiſſimus Marchio ſatis reddiderat im-
munes priuilegiatos pro parte datij ad eos ſpectante,
per illa verba *liberamus, & eximimus ab omnibus, &
ſingulis, & quibuſcumque datijs,* abſque eo quod ſu-
biungeret, quod ſolebat eos gaudere eiſdem immuni-
tatibus, quibus ipſe vtebatur, ſed quia intendebat ali-
quid plus dare; ideo ampliando conceſſionem ſubiun-
xit prædicta verba, *volentes, & mandantes præfatum
Dominum Ioannem Mariam, eiuſque hæredes, & ſuc-
ceſſores, vti, & gaudere illis immunitatibus, & exemptio-
nibus in datijs quibuſcumque, quibus noſmet vtimur, ac
etiam pro ipſis, in eo ſtatu, quo, & nos ſumus,* quæ alias
niſi operarentur reſpectu ementis, ſtarent ſuperuacuo,
17 & tñ certũ ſemper, eam capi † debere interpretationem
ne verba ſuperfluo appoſita videantur, Bal. *in rub. Cod.
de contrahend. emption. in 9. quæſt. num. 16.* & in propo-
18 ſito ſimilia † verba ſtare ampliatiuè ad augendam
conceſſionem immunitatis, ſcribit Bertaz. *d. conſil.42.
ſub num.15. & 16.*

Tertio, vbi poſſet verſari aliqua dubitatio circa hanc
conceſſionem, ea fuiſſet ſublata ex immemorabili ob-
19 ſeruatione ſubſecuta, cum enim † nunquam contra-
hentes cum ipſo Domino Franciſco, vel eius anteceſ-
ſoribus ſoluerit datium, intelligitur facta conceſſio, etiã
pro parte datij ad ipſos ſpectantes, vt in ſpecie docue-
runt Dec. *conſ.48. num.10* Surd. *conſ.140. num. 43. cum
20 ſeqq.* vbi hoc admittit † etiam ſi obſeruantia non fue-
rit præſcripta, *& conſ.262. num. 46.* Burſatt. *conſ.16. n.
39. & 40. & conſ. 162. num.31.* Bertaz. *d. conſil. ciuil.42.
ſub num.31. verſic. Tertio, &c.* vbi & ipſe *nu. 34.* ſubdit
21 non requiri longum tempus † circa talem obſeruan-
tiam, Laderch. *conſ.103. numer.11.* Eugen. *conſ.92. ſub
num.23. & 24.* Siluan. *conſ.66. num. 20. & 21.*

Quarto, cum Sereniſſimus Dux Gulielmus in ſua cõ-
firmatione mandauerit dictas immunitates obſeruari,
provt antea fuerunt obſeruatæ, in præteritumque num-
quam pro aliqua parte fuerit ſolutum datium, reſultat
22 clara ipſius † Principis determinatio, quod pro tota-
li datio dicantur immunes, vt in præciſis terminis fir-
mat Laderch. *conſ.121. ſub num. 5. verſic. Secundo diri-
23 mit omnem controuerſiam, &c.* † ſiquidem interpræ-
tatio, & declaratio priuilegij non alicui magis conue-
nit, quam Principi concedenti, vel eius ſucceſſori,
Ruin. *conſ.208. ſub num.8. vol.1.* Burſatt. *conſ.345. n.22.*
24 Menoch. *conſ.244. num.17.* † & Princeps confirman-
do, vel approbando dare dicitur, Burſatt. *conſil.349.
ante num.22.*

Quinto probatur immunitas iſta ex libris met datio-
rum, quorum fides habentur in proceſſu, *fol.16. & 17.*
25 in quibus ab ipſis officialibus notatum reperitur † nul-
lum deberi datium pro aliqua parte pro contractibus
anteceſſorum ipſius Illuſtriſsimi Domini Franciſci, ita
Ferrett. *de Gabellis, ſub num.591.* Menoch. *conſ.21. nu-
mer.23.* Becci. *conſ.5. ſub num.1.* Ancharan. *qu.50. n.10.
part.2.* Siluan. *conſ.66. ſub num.21.* & bene Bertaz. *conſ.
criminal.476. num.3.*

26 Sexto, † extat res iudicata, vt ex ſententia produ-
cta, *fol.117.* quæ pro veritate habetur, *l. res iudicata,
ff. de regul. iur.* & in propoſito maxime operari, poſt
Natt. *conſ.627. ſub n.5.* tradit Bertaz. *conſ. criminal.476.
ſub num.4.* & melius Surd. *conſ.262. num.20.*

27 Septimo, † ne dum ex ſpatio temporis immemora-
bilis, quod hic non deeſt, ſed etiam ex ſolo tempore
quadraginta annorũ cũ allegatione tituli colorati, licet
iniuſti, & non veri, qui vterque hic cauſatur tam ex pri-
uilegio, quam ex ſupradicta ſententia, præſcripta fuit
hæc immunitas totalis datij pro vtroque contrahente,
l. licitatio, alias incipit locatio, §. earum rerum, vbi Bar.
num.3. & Paul. de Caſtr. *ff. de publican. l. final. C. de fund.
patrim. lib.10.* idem Bart. *conſ.59. ſub num.3. volumin.1.*
Roman. *conſ.252. in 4. dubio,* Burſatt. *conſ.16. num.41.
& conſ.138. num.43.* Crauett. *conſ. 57. num. 8. & conſil.
111. num.12.* Berett. *conſ.88. num.11.* Menoch. *conſ. 748.*

num.36

Digitized by Google

29 *num.36. & conſ.887. num.33. & 54.* quæ † nocet Prin-
cipi, etiam ex ſola ſcientia officialium, Surd. *dec. 4. nu-
mer.6.* idem *conſ.325. num.55. & conſ.370. num.24.* An-
charan. *quæſt.50. ſub num.10. libr.2.* Burſatt. *conſil. 138.
ſub num.43.* Peregr. *de iure Fiſc. libr.6. tit.8. ſub nu. 26.*
30 ſed eo † fortius nocebit, ſi non tantum quadragena-
riam, ſed centenariam attendamus præſcriptionem,
quia illa, nec titulum, nec bonam fidem requirit, *cap.
1. circa finem, de præſcript. in 6* Matth. Coler. *in cap. de
quarta, num.57. extr. de præſcript.* Alex. *conſ.74. numer.
7. volum.4.* Maſcard. *concluſ.1219. num.45. 46. & 47. &
54.* Crauett. *conſ.226. ſub num.3.* Gabr. *de præſcript. con-*
31 *cluſ.1. num.44. 46. & 55.* nec † ſcientiam aduerſarij,
Math. Coler. *vbi ſupra, num.64.* Maſcard. *concluſ.1220.
num.92. cum ſeq.* Gabr. *d. concl.1. num.59.* Decian. *conſ.
124. num.49. volum.3.*
32 Octauo, & vltimo facit, † quia immunitas realis,
non ſolum prodeſt primo poſſeſſori, ſed etiam omni-
bus cum eo contrahentibus, *leg 3. in fine, & leg. forma,
§. quamquam. ff. de cenſibus*, Burſatt. *conſ.16. ſub num.
43. & conſ.258. num.21. & 27. & conſ.25. nu.6. & conſ.
452. num.15.* Bertaz. *conſ. ciuil. 42. num. 48.* Rimin. Iun.
conſ.500. num.47. Surd. *conſil.267. num.45. & conſ. 525.
num.26.* Purpur. *conſil.489. num.2.* Menoch. *conſil. 136.
num.18. & conſil.276. num.16.* ſed hæc conceſſa ante-
ceſſoribus Domini Equitis Franciſci eſt realis, ergo,
&c.
33 Quod autem ſit realis † multipliciter demonſtrari
poteſt, præmiſſo prius etiam ex coniecturis probari, an
immunitas ſit realis, vel perſonalis tantum, Bellon.
34 *conſ.20. num.9.* Decian. *conſil.5. num.53. vol.4.* † rea-
lis igitur cenſeri debet quia perpetua, & pro omnibus
hæredibus, & ſucceſſoribus, quia concernit tantum
præiudicium Principis, quia tranſit in vim pacti, &
contractus, ex quo eſt remuneratoria, quia pro tali
fuit reputata, & obſeruata, & conſeruata, quia in
35 dubio † præſumitur realis, & non perſonalis, vt hęc
omnia probant Burſatt. *conſil. 258. à num. 13. vſque ad
num.20.* in eadem cauſa cum eo, Decian. *conſil. 5. num.
27. & 55. cum ſeqq. volum.4.* idem Burſatt. *conſil.138. n.
26.* Surd. *conſil.262. num.5. & conſil. 525. numer. 25.* &
quia eſt conceſſa verbis vniuerſalibus, & geminatis,
36 Burſatt. *conſ.16. num.43.* & quia ſæpè immunitas † re-
fertur immediate ad bona, Natt. *conſil.627. num.12.
leg.3. §. final. nu.9. ff. de cenſibus*, Menoch. *conſ. 905. n.
2. & 3. & conſil.276. num.16.* Alex. *conſil.193. numer.3.
volum.2.* Et denique quia Principes ponunt † priuile-
giatos in ſuum locum, & volunt potiri eiſdem immuni-
38 tatibus, quibus ipſe vtitur; nulli † dubium autem eſt
quod bona Principis habent immunitatem realem, *leg.
priuata, Cod. de excuſat. muner. lib 10. l.2. Cod. de col-
lat. feudor. patrimonial. lib.11. l.1. & l. vltim. Cod. de pri-
uileg. domus Auguſt. lib.11.* ergo pariter competit etiam
39 poſitis † in eius locum, prout in ſpecie argumenta-
tur Bertaz. *dict. conſil. ciuil. 42. numero primo, & ſe-
primo.*
40 Ad contraria non † eſt difficilis reſponſio, nam ad
primum, quod hæc ſit immunitas particularibus per-
ſonis conceſſa. quæ non extenditur ad alias, reſpon-
41 detur primo, † imo eſſe realem, vt conuincunt mul-
tæ circumſtantię, & qualitates, de quibus in vltimo
fundamento, & ob id competit cuique, cum quo cō-
trahitur, vt ibidem probaui; nec eſt verum, vt dice-
batur, quod ſimpliciter fiat mentio rerum contempla-
tione perſonæ, quia realitatem vnam inducunt quali-
tates prædictæ.
Secundo reſpondetur, quod vbi etiam eſſet perſo-
nalis, adhuc prodeſt contrahentibus cum priuilegiatis,
quia hoc voluit concedens, dum impertitus eſt immu-
nitatem, qua ipſemet vtebatur.
42 Tertio, dico, quod immunitas perſonalis prodeſt
contrahenti cum immuni, quando onus gabellæ eſt
annexa contractui, puta, quod debetur pro eo con-
tractu, qui celebratur cum immuni, ſecus ſi contingat
ex ſtatu ſeparato, puta, quod is qui acquiſiuit ab im-
muni poſtea contractū, faciat de re acquiſita, nam tunc
amplius immunitas non prodeſt; ita diſtinguit, & de-
clarat Bald. *conſil.31. ſub num 2. volum. 1.* quem nun-
cupati ſequuntur plerique ex Doctoribus relatis ſupra
in verſic. & vt à generalibus recedamus, vbi probaui im-
munitatem communicari contrahenti, quia alias im-
munes tanto minus vendunt, & eamdem diſtinctionem
probauit etiam vltra prædictos, Riminald. Iun. *conſil.
724. ſub numer.47. & 48.* Menoch. *conſil.136. numer.19.*
Tuſchus, *in verbo exemptio, concluſ. 758. numer. 4. &
5. tom.3. fol.453.*
43 Ad ſecundum, † quod ex duobus contractibus is,
qui non eſt immunis teneatur ſoluere datium, ſatisfa-
ciunt prædictæ reſponſiones, & præciſè tertia, quod
non teneatur pro primo contractu facto cum immuni,
ſed pro alio à ſe celebrato poſtea cum alio; ita doctri-
nam Bertachini declarat Laderch. *conſil.103. numer.12.*
qui in iſtis terminis admonet loqui Doctores citatos ab
ipſo Bertachino, & pariter textum, in *leg. licitatio, §.*
44 *final. ff. de publican.* quod is qui emit † à Fiſco non
ſit immunis, quamuis immunis ſit Fiſcus, ita decla-
rat Peregrin. *de iure Fiſc. lib.6. titul.5. numer. 26.* vt ha-
beat locum, quando is qui acquiſiuit à Fiſco, poſtea
cum alio contrahit, non autē in ipſomet contractu vnito
cum Fiſco, & ita reſpondit etiam Gabr. *conſil.161. num.
7. volum.2.*
Ad tertium, in quo aduerſantes conſtituunt omne
ſuum fundamentum, quod ſcilicet numquam intelli-
gatur conceſſa immunitas, niſi pro parte datij ſpectan-
te ad immunem ex diſpoſitione Ordinis Marchionis Lu-
douici de Anno 1459. ommiſſo, quod fides producta
patitur multas exceptiones, eſt enim ſcripta ab vno,
& ſubſcripta ab alio, ſub nomine Horatij Sanniti, cuius
tamen non eſt ſubſcriptio illa, & ſit ſubſcriptio de mā-
dato Magiſtratus quo tempore non erat erectus in hac
Ciuitate.
45 Hoc inquam † ommiſſo, dico primo, quod illa lo-
quitur in immunitate perſonali, dum prohibet fieri ex-
tenſionem de perſona ad perſonam, non autem habet
locum in reali, quæ penes quemcumque tranſeat res, ſe-
cum trahit illud priuilegium de ſui natura, ita colligi-
tur ex Decio, *conſil. 51. colum. penultim. in fine, & col.
vltim.* & Gabr. *conſil.161. numer. 8. & 9 volum. 2.* cum
alijs ſuperius allegatis in vltimo fundamento.
Secundo, reſpondeo quod dictus ordo debet intelli-
gi in conceſſione prouenientе ex mera Principis, & cō-
cedentis liberalitate, ſecus in ea, quæ prouenit ex con-
tractu, nam in his quæ concedit in vim contractus, non
46 poteſt facere Princeps, † quod id quod mihi conceſ-
ſit non habeatur pro conceſſo, iuxta tradita à Burſatt.
conſil.16. numer.45. & 46. & conſil.79. ſub numer. 6. De-
cius, *conſil.48. ſub numer. 5. verſic. Quia Princeps, &c.*
Surd. *conſil.262. numer.63.* talis autem iudicatur con-
47 ceſſio iſti, quia † cum ſit facta ob benemerita, dicitur
habere cauſam onerоſam, & tranſit in vim contractus,
Socin. *conſil.58. numer.9. volum.1.* Surd. *conſil. 140. nu-
mer.40. & conſil.419. numer.54.* Burſatt. *dict. conſil.16.
numer. 56. & conſil. 160. numer. 33.* Tiraquell. *in leg. ſi
vnquam, in verbo donatione largitus, numer.14. Cod. de
reuoc. donat.* & ob id ſit irreuocabilis, vt per prędictos.
Et pro hac reſponſione faciunt latè tradita per Lan-
cellott. Galliam, *in conſuetudin. Alexand. in verbo vi-
ginti, quæſt.8. numer.82. cum ſequ. fol.305.* vbi latè pro-
48 bat, quod Statutum prohibens † donationem, non
habet locum in donatione remuneratoria, & *num.93.*
49 ſubdit generaliter ex Baldo, quod contra † beneme-
ritos non ſunt edita edicta prohibitoria, igitur & in
caſu iſto, Ordo dictans in conceſſione immunitatis, fa-
cta alicui nō intelligi conceſſa pro parte cōtrahentis, ſe-
cum, etiam ſi hoc dicatur, non habebit locum in con-
ceſſione remuneratoria, quia eſt ac ſi per contractum,
quo caſu nemo negaret, tunc competere etiam pro par-
te ſecum contrahentis.
Tertio reſpondetur, quod per confirmationes cum
clauſula, *non obſtantibus, & derogatione obſtantium*,
etiam

Digitized by Google

etiam ſi requirerent ſpecialem mentionem, cenſetur illi
Ordini derogatum; & præcipuè cum fuerit exceptus
Ordo Anni 1530. quaſi in cæteris Principes noluerit con-
ceſsionem pleniſsimam obtinere firmitatem.

Quarto reſpondetur, quod tempore conceſsionis
Ordo ille non erat vſu receptus, quod patet inde, quia
poſt multos annos iuſſa fuit obſeruatio, vt ex commiſ-
ſione producta ex aduerſo, *fol.* 14.

Ad vltimum fundamentum, quod contrahentes non
ſint immunes, niſi pro contractibus initis cum Princi-
pe, eius vxore, & fratribus reſpectiue, quod iſtis priui-
legiatis Princeps participauit ſuam propriam immuni-
50 tatem, † & eius loco in hoc ſubrogati fuerunt, ideo idem
eſt ac ſi cum eo fieret contractus, vt per Bertaz. *conſil.
ciuil.* 42. *per totum*, & cæteros allegatos ſupra in ſecun-
do fundamento, & ſic optimè poteſt retorqueri argu-
mentum.

A R G V M E N T V M.

De probatione teſtium ſingularium, maximè præ-
ſente parte. De Iuramento ſuppletorio, Alimen-
torum priuilegio, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes ſingulares probant diuerſas confeſſiones, cum ſin-
gularitas ſit diuerſificatiua.*
2 *Confeſſio emiſſa præſente parte facit ſolũ ſemiplenam pro-
bationem.*
3 *Iuramentum in ſupplementum defertur, vt verius, ex
teſtimonio mulieris.*
4 *Nemo præſumitur donare ſuum.*
5 *Cum conſtat de ſubſtantia rei per probationes, quantitas
incerta poteſt declarari per iuramentum creditoris.*
6 *Valet argumentum de re ad tempus.*
7 *Pactum cum vno initum non prodeſt, nec nocet tertio.*
8 *Alimenta non videntur comprehenſa in diſpoſitione gene-
rali tamquam priuilegiata. Nec depoſitum in generali
calculatione, niſi expreſſe fiat mentio, num. 9.*
10 *Non eſt opus reſeruatione, cum ius præterea durat, &
peti poteſt, niſi legitima præſcriptione excludatur.*
11 *Solutio facta alicui non facit præſumere eum ex aduerſo
non eſſe debitorem ſoluentis, ex alia cauſa.*

CONTROVERSIA DCXXIII.

SEntentia Illuſtris Domini Ordinarij lata ad fauorem
Illuſtris, & Reuerendi Domini Galeatij Paſini venit
confirmanda, vt mihi videtur non obſtantibus motiuis
ex citatis aduerſus illum.

Conſtat enim Dominum Iuſium Zucchellum fuiſſe
obligatum præſtare alimenta cibaria Domino Herculi
Rotæ, tam ex ſententia Perilluſtr. Senatus in proceſſu
ſignato A. *fol.* 12. quam ex capitulis matrimonialibus,
quorũ fides habetur in proceſſu primæ inſtantiæ huius
cauſæ, *fol.* 10. *fac.* 1. & ſecundæ, *fol.* 7. *fac.* 1. & denique
ex confeſſione prædicti Zucchelli in poſitionibus pro-
ductis in proceſſu appellationis, *fol.* 5. *fac.* 1.

A qua obligatione, vt ſe exoneraret Zucchellus con-
uenit cum ipſo Reuerendo de ei preſtando quolibet an-
no, plauſtrum vini boni, vt aleret prædictum Herculem,
prout de hoc deponunt primus teſtis, qui dicit Zuc-
chellum id ſibi faſſum fuiſſe, *fol.* 1. *fac.* 2. ſextus, *fol.* 9.
fac. 2. qui deponit de confeſſione præſente parte, ſepti-
mus, *fol.* 11. *fac.* 2. & quintu deponit Zucchellum ſibi
confeſſum fuiſſe, quod miſerat plauſtrum vini ipſi D. Ga-
leatio pro primo anno, quod tamen ei non placuit,
fol. 7. *fac.* 1.

Qui teſtes, & ſi vt in motiuis dicetur, ſint ſingulares,
& patiantur aliquot defectus, tamen omniſſo, quod
cum deponant de diuerſis confeſſionibus, non autem
de vna tantum, hæc non dicitur ſingularitas obſtatiua,
ſed adminiculatiua, quia omnes concurrunt in eundẽ
1 finem † ſine contrarietate, & ob id probant has con-
feſſiones, Maſcard. *in concluſ. Confeſſio an, & quomo-
do probetur per teſtes ſingulares, quæ in meo libro eſt con-
cluſio* 379. *numer.* 11. late deciſ. Peruſ. 9. *numer.* 9. *cum
ſeqq.* dico, quod ſexta teſtis deponit de confeſſione
2 principaliter emiſſa præſente parte, † quæ etiam ſola
facit ſemiplenam probationem, Sard. *deciſ.* 12. *numer.*
5. & alibi ſæpè noſtri, vnde iuncto iuramento ſuppleti-
uo, quod præſtitum fuit à Domino Paſino, reſultat ple-
na probatio.

Quod verum eſt etiam ſi admitteremus iuramentum
in ſupplementum deferri non poſſe ex teſtimonio mu-
3 lieris † cuius tamen oppoſitum verius eſt, vt videre
licet apud Tiraquell. *de legib. connubialibus, lege noua,
ſub numer.* 74. quia modicus ille defectus ſuppletur ex
alijs confeſſionibus factis abſente parte, de quibus per
alios teſtes, & quas certum eſt facere aliquid admini-
culi, vt per Theſaur. *deciſ.* 109. *per totam*, coadiuuan-
te etiam præſumptione illa, quod non eſt veriſimile
Reuerendum Dominum Paſinum ſine cauſa voluiſſe
4 alere Herculem, qui ab alio alendus † erat, cum ne-
mo præſumatur donare ſuum, *leg. cum de indebito, ff.
de probation.* de qua præſumptione latè actum eſt ab Il-
luſtri Domino Fantino in ſuis allegationibus, quibus
adhuc ſuffragatur, quod Dominus Zucchellus, quan-
do primo fuit conuentus, non negauit hanc promiſſio-
nem, ſed ſub prætextu donationis factæ Herculi ab ip-
ſo Reuerendo nixus eſt ſe tueri, quæ omnia vtique ſi-
non plenam præſtant probationem pluſquam ſemiple-
nam, tamen, vel ſaltem ſemiplenam præbent, adeo
vt rectè delatum fuerit iuramentum ſuppletorium.

Quod autem Dominus Paſinus præſtiterit alimenta
Herculi per tẽpus annorum quatuor cum dimidio, pro-
bant iidem teſtes, primus enim deponit à morte pa-
tris Herculis per totum annum 1602. quæ mors fuit de
anno 1594. vt ex inſtrumento tutelæ, & cum non re-
ſtringat ſe ad tempus præciſum mortis dicti eius patris,
ſed dicat generaliter, *doppo la morte*, debet intelligi
ſecundum alios clarius deponentes, quorum tertius di-
cit, *fol.* 4. *fac.* 2. quod cæpit alere de anno 1599. ignorat
autem per quantum tempus, ſed quantitas poſtea col-
ligitur ex primo, & melius ex quarto, qui dixit ſe ſci-
re, quod Dominus Paſinus aluit Herculem vſque ad
annum 1601. & poſtea fecit alere illum ſuis expenſis per
decem nouem menſes ab ipſo teſte, quorum dicta de-
bent coniungi, quia vnus alteri adminiculatur, & ten-
dunt ad eundem finem.

Sed vbi quantitas temporis alimentorum præſtitorũ
5 clare non reſultaret ex teſtibus, tamen cum conſtet † de
ſubſtãtia, ſcilicet quod præſtitit alimẽta, quãtitas incerta
potuit declarari per iuramentum creditoris, prout de-
clarata fuit, ſicuti tradunt ſcribentes paſſim, & inter
alios, Nat. *conſil.* 102. *numer.* 2. Cephal. *conſil.* 678. *nu-
mer.* 62. Surd. *conſil.* 94. *numer.* 28. & licet ipſi loquan-
tur, quando incerta eſt quantitas rei debitæ, tamen
idem dicendum, vbi eſt incerta quantitas temporis,
6 quia † valet argumentum de re ad tempus, quemad-
modum latè proſequitur Euerardus, *in ſua topica in lo-
co à re ad tempus, & è contra.*

Nec obſtat donatio, ſeu remiſſio facta ab ipſo Re-
uerendo Domino Galeatio Herculi de omni eo, quod
ab eo prætendere poterat ratione alimentorum ei præ-
ſtitorum, quia ſicuti circa hoc non dubitat Multum
Illuſtris Dominus Iudex, ita verè non faceſſit negotiũ,
quia eſt perſonaliter facta ipſi Herculi, vnde ad creditũ
cum alio non extenditur, prout latè probauit Domi-
7 nus Fantinus, pactum enim † cum vno initum non
prodeſt, nec nocet tertio, *leg. ſi vnus, § ante omnia,
ff. de pactis.* Surd. *conſil.* 60. *numer.* 25.

Non obſtat apocha diei 4. Decembris 1605. in pro-
ceſſu ordinarij, *fol.* 15. *fac.* 2. in qua videntur ſolidata
generaliter computa inter Dominum Paſinum, & Zuc-
chellum, primo, quia patet illa non habuiſſe effectũ,
& fuiſſe ab ea receſſum, ex quo poſt multæ pecuniæ
fuerunt hinc inde ſolutæ, quarum debitum habebat
originem

Digitized by Google

originem, & erat maturatum ante tempus dictæ aſſertæ apochæ, vt patet ex fide producta ab ipſo met Zucchello, *fol.* 15. *fac.* 1. vbi patet D. Galeatium ſoluiſſe Zucchello libras 251. in cauſam dotis ſororis dicti Domini Galeatij, & tamen in illa apocha dicitur, Zucchellum fuiſſe integraliter ſatisfactum de omnibus contentis in capitulis matrimonialibus, ex quo alterum de duobus ſequitur, vel quod fuerit receſſum ab illa apocha, & quod illa non habuerit effectum, ſicuti verè non habuit, vel quod Zucchellus teneatur ad reſtitutionem dictarum librarum 251. tamquam indebitè ſolutarum.

Idem colligitur ex receptione producta, *fol.* 17. *fac.* 1. in qua Zucchellus ſoluit D. Galeatio pro liuellis debitis Herculi libras 338-19. & tamen in dicta apocha aſſerti generalis calculi non dicebatur debitor, niſi de libris 79 9. quarum ſupplementum vſque ad libras 338-19. non potuit currere inter tempus medium inter vnam apocham, & aliam, quia fuit tantum dierum 11. & capitale pro quo Zucchellus ſoluebat liuellum, erat de ſcutis 322. libr. 5. ſolid. 5. tantum, ita vt non potuerit tam modico ſpatio parere tam magnũ liuellum, & per conſequens etiam remanet reſolutum motiuum, in quo dicebatur has receptiones reſpicere liuellos diuerſos ab illis, de quibus in apocha fit finis generalis, quia ex prædictis liquido patet oppoſitum.

Præterea vbi non fuiſſet receſſum à dicta apocha, adhuc non videtur excluſus Dominus Galeatius, quia poſſet petere vinum debitum occaſione horum alimen-
8 torum, quod eorum loco ſuccedit, nam alimenta † non videntur comprehenſa tamquam priuilegiata in diſpoſitione generali, Surd. *de aliment. tit.* 8. *quæſt.* 20. ita etiam dicimus, quod ſolidatis computis de omni eo, quod aliqui in ſimul agere potuerunt, quod adhuc vnus ex eis poterit ab eo petere depoſitum, quia tanquã
9 priuilegiatum non cenſetur † comprehenſum in calculatione generali, niſi de eo fiat ſpecifica mentio, Surd. *deciſ.* 217. *numer.* 8. Franciſ. Marcus, *deciſ.* 146. *part.* 1. Caroc. *de depoſito, in tit. de caſu, numer.* 63. & 64. *pagin.* 47.

Denique non refragatur, quod Dominus Galeatius non reſeruauerit ſibi ius huius prætenſionis vini, nec in donatione facta Herculi, nec in illa apocha generali, quia non fuit opus aliqua reſeruatione, ex quo ſciebat ius ſuum durare, & poſſe hoc ſemper petere, niſi legi-
10 tima † excluderetur præſcriptione, *leg. ſicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit.* Alex. *conſil.* 1:8. *ſub numer.* 8. *volum.* 5. Cephal. *conſil.* 589. *numer.* 17. Surd. *conſil.* 290. *numer.* 59. & *in tractat. de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 3. *numer.* 2.

Addo non obſtare etiam, quod D. Galeatius ſoluerit nonnullas pecunias Zucchello poſtquam eſſet creditor huius vini, quia ex hac ſolutione non præſumitur, quia Zucchellus ei ex aduerſo poſſet aliquid debere, Bart. *in leg. ſi cum dot, column.* 2. *ff. rerum amotarum,* Caſtr. *in leg. ſi quem, Cod. de tranſact.* Pacian. *de probation. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 25.

ARGVMENTVM.

Vberrimè agitur de probationibus Venationum, & inciſionibus Nemorum, &c. Immunitas quando ſit realis, aut perſonalis, & de ſingularum ſpecierum effectibus; quomodo ea probetur; de eius extenſione, & præſcriptione. Proclamatis pœna quando incurratur, vel euitetur; De dolo tranſgredientis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ius venandi eſt de iure gentium; imo de iure Diuino, & num.* 2.
3 *Vrſorum, Luporum, & aliarum ferarum licita eſt occiſio.*
4 *Venatio abſolutè prohiberi non poteſt.*
5 *Princeps tenetur ad refectionem damnorum ſuis ſubditis, ſi prohibeat feras capi, & interfici.*
6 *Eodem iure gentium eſt libertas cedendi ligna in ſuis nemoribus. Et eodem, imo diuino iure extirpatio vepretum, num.* 7.
8 *Licitum eſt Principi prohibere venationem ob publicam vtilitatem, vt maior copia ſit, imo conſeruatio eorum animalium.*
9 *Talia tamen edicta ſunt contra ius commune; ideo ſtricte interpretanda. Imo ſunt, & odioſa, num.* 10.
11 *Agrorum cultura eſt magis publica vtilitatis, quam venationis prohibitio.*
12 *Vbi ex prohibitione venationis deterioratur agrorum cultura, eſt illicita prohibitio.*
13 *Magis publica vtilitas præferri debet minus publica.*
14 *Immunitas, & libertas conceſſa contra huiuſmodi prohibitiones, eſt beneficium, & omnino extendendum.*
15 *Pœna grauis exigit dolum, vt in eam incidatur, nec ſufficit culpa etiam lata.*
16 *Verba in Proclamate,* Ne quis audeat, vel præſumat, *ſupponunt dolum, nec exigitur lata culpa.*
17 *Cauſa eſt criminalis cum pœna applicatur Fiſco, vel accuſatori. Et in ſpecie ea ob hac proclamata, numer.* 18.
19 *A delicto, dolo, & culpa excuſat cauſa vera, & iuſta. Imo & iniuſta, & falſa, ſi habeat iuſtam, & probabilem credulitatem, & num.* 21.
20 *Quod lege permittente fit, pœnam non meretur, & numer.* 24.
22 *Cum dolus eſt preciſe neceſſarius ad delictum, ſufficit qualibet cauſa, & credulitas leuis, & iniuſta. Immo, & irrationabilis, fatua, temeraria, & beſtialis, dummodo aliqualiter colorata, & numer.* 23.
25 *Proclamata prohibentia nemorum inciſiones ſine licentia non comprehendunt ſpecialiter in hoc priuilegiatos. Maxime cum libertas talis eſt acquiſita titulo oneroſo; ea enim non comprehenditur, nec in ſpecifica mentione priuilegiatorum, & num.* 26.
27 *Conceſſa immunitate cum clauſula derogatoria ad futura quæuis proclamata, conceſſio non eſt ſublata, niſi ex ſpecifica derogatione.*
28 *Proclamata generalia quantumuis ſint, non comprehendunt perſonas priuilegiatas.*
29 *Immunitas conceſſa verbis vniuerſalibus continet onera omnia, & grauamina, ad quę priuilegiatus obligaretur.*
30 *Immunis ac ipſe Princeps, poteſt facere, quæ ipſe Princeps.*
31 *Cum ex vna conceſſione infertur neceſſario ad aliam, illa cenſetur expreſſa, etſi non ſit facta mentio ſpecifica.*
32 *Conceſſio dubia declaratur per obſeruantiam ſubſecutã. Etſi obſeruantia non fuerit longo tempore præſcripta, & num.* 33.
34 *Res iudicata probat immunitatem. Ea enim pro veritate habetur, num.* 35.
36 *Coniecturis probari poteſt an immunitas realis ſit, vel perſonalis.*
37 *Immunitas in dubio realis præſumitur. Et quæ verbis generalibus conceditur, numer.* 38. *Vel refertur ad rem, num.* 39.
40 *Princeps habet realem immunitatem.*
41 *Immunitas realis tranſit ad omnes ſucceſſores, & prodeſt omnibus contrahentibus cum ipſis.*
42 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
43 *Principi reſeruata non veniunt in generali conceſſione. Intellige vt, ibidem.*
44 *Libertas ab oneribus poteſt præſcribi* 40. *annis, & venit in generali conceſſione.*
45 *Ius extirpandi nemora eſt facultatiuum.*
46 *In facultatiuis ius non amittitur, niſi poſtquam prohibitus acquieuit prohibitioni.*

47 *Li-*

Digitized by Google

47 *Licentia petitio non præiudicat iuri, quod etiam abſque ea competit.*

48 *Nemora præbent latibula, & alimenta feris animalibus.*

49 *Mandatum nunquam præſumitur, niſi cum illud enunciatur in ſcriptura antiqua. Maximè concurrentibus aliquibus coniecturis, num. 50. & plures adducuntur, ibid. & remiſ.*

51 *Mandatum præſumitur cum contractus commiſſus habuit effectum.*

52 *Mandatum cum præſumitur, præſumitur etiam conceſſum cum omnibus requiſitis, quibus eſt vſus procurator in contractu.*

53 *Cum præſumitur actus, præſumuntur & ea omnia ſine quibus actus non conſiſteret.*

54 *Mandatum enunciatum ſufficit ad excuſandum à pœna.*

55 *Delicto*, vt ſupra, *repetit omnes præcedentes qualitates.*

56 *Immunitas realis extenditur & ad bona acquirenda.*

57 *Iudicis authoritas excuſat à delicto, & pœna. Et obſeruantia, ac conſuetudo faciendi talem actum prohibitum ſine licentia, numer. 58.*

59 *Excuſant hæc à pœna etiam extraordinaria.*

60 *Eſt abſurdum quem captari ſub auctoritate Iudicis, & verbo Principis.*

61 *Dolus non præſumitur niſi probetur ab actore.*

62 *In dubio fit interpretatio ad excludendum delictum.*

63 *Actus palam factus præſumitur fieri abſque dolo.*

64 *Dolus cauſatur ex contemptu Edicti Principis.*

65 *Denunciatio extraiudicialis non afficit, niſi denuncians certioretur de iure, cur facere debeat, vel non.*

66 *Ad euitandam pœnam Proclamatis, ſufficit tranſgreſſorem putare tali proclamate non affici.*

67 *Dolo facere non dicitur qui aliquid facit, vt ius ſuum tueatur.*

68 *Accuſatore non probante delictum, reus eſt abſoluendus.*

69 *Reus excipiens aduerſus accuſatorem, non dicitur fieret delictum.*

70 *In dubijs iudicandum eſt pro reo contra Fiſcum.*

71 *Qualibet cauſa excuſat à pœna ordinaria, at non extraordinaria. Intellige vt, num 72.*

CONTROVERSIA DCXXIV.

VT excludatur indebita vexatio, quam pro inciſione nonnullarum bubulcarum nemoris, ac pro extirpatione, ac inciſione quarumdam perticarum frattarum, ſeu dumetorum, & vepretorum paſſus eſt q.D. Camillus de Raſſegattis, & nunc patitur eius hæres, præmittenda ſunt aliqua, quibus ſuppoſitis facilius demonſtrabitur ipſum de Raſſegattis verſari in caſu abſolutionis.

Primum igitur præmiſſum eſt, quod ſicuti ius venan-
1 di † eſt de iure gentium, §. *feræ igitur, inſtit. de rerum diuiſion. leg. 1. & leg. 3. & leg. quod in littore, ff. de ac-*
2 *quirend. rer. domin.* imo † de iure diuino, vt *Geneſ. 1. ibi* (Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs vniuerſis, &c.) *& paulo infra*, (Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.) *& Geneſ. 9.* (terror veſter, & tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper
3 omnes volucres cæli,) & præcipue † animalium ferorum, & nocentium, puta, Vrſorum, Luporum, & Aprorum licitam eſſe interfectionem, ſtatuit Federicus Imperator, *in tit. de pace tenend. in vſibus feud. verſ. Ne-*
4 *mo etiam, &c.* & ob id ſi non † poteſt prohiberi abſolute venatio, prout multi voluere, quos longa ſerie congerit Rodulfinus, *de abſolut. poteſtat. Princip. cap. 6. numer. 123. & 124.* & Fachineus, *libr. 1. contrauerſ. iuris, cap. 1. verſic. atque ita reſponderunt, &c.* vnanimi-
5 ter † concludunt Theologi teneri ſubditis Principem ad refectionem damnorum, ſi prohibeat apros, vel ſimilia animalia capi, & interfici, vt docet Gregor. Sayrus, *in ſuo Theſauro caſuum conſcientiæ, libr. 11. cap. 9. numer. 16.* Bertaz. *in addit. ad conſil. crimin. 285. in penult. addit. in fine, & cæteri paſſim)* ſaltem non eſt permiſſa prohibitio, niſi quibuſdam in caſibus, & aliquibus de cauſis, vt per prædictos.

Ita quoque de iure gentium eſt libertas incidendi
6 † ad libitum ligna in ſuis nemoribus, vt probat Decian. *in cauſa Mantuana, conſil. 22. numer. 18. volumin. 4.* & in eadem cauſa Pancirol. *conſil. 2. ſub numer.* ... & ſimiliter eodem iure, immo iure diuino, licita eſt extirpa-
7 tio † vepretorum, vt habetur, *Hieremiæ, cap. 4. ibi Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas*, vbi Diuus Hieronymus interpretando inquit, ſentes, & vepres ſuffodiendas, & auferendas eſſe, poſtquam enim peccauit Adam, permiſit Deus, vt terra germinaret tribulos, & ſpinas in exercitium, & laborem illius, vt *Geneſ. cap. 2.* & propterea horum quoque inciſionem, & extirpationem prohiberi regulariter non poſſe, ſentit Decian. *vbi ſupra*, ſed tantum iuſtis de cauſis.

8 Licet autem non negarim † Sereniſſimum noſtrum Principẽ iuſtis de cauſis edicere has prohibitiones incidendi nemora, & dumeta ſine licentia, & ob id valida eſſe huiuſmodi proclamata ob publicam vtilitatem, vt maior ſit vbertas leporum, perdicum, & horum animalium, & ne dictorum eſculentorum eueniat deſtructio, & conſumptio, quemadmodum in ſpecie in eadem cauſa reſpondentes cenſuerunt Riminald. Iun. *conſil. 68. numer. 25.* Laderch. *conſil. 71. numer. 11.* & in paulo diuerſis terminis, Natt. *conſil. 604. numer. 4.*

9 Tamen hoc certum eſt ſaltem huiuſmodi edicta eſſe contra ius commune, & exorbitantia; ideo debent ſtrictiſſimè intelligi, & vt quanto minus fieri poteſt, ledant ius commune, *cap. ex litteris, de conſtitut. cap. cum dilectus, verſic. cæterum, de conſuetud.* Decian. *dict. conſil.*
10 22. *numer. 29. volum. 4.* immo poſſunt † etiam dici odioſa cum priuent ſubditos naturali libertate, licet enim præſeferant illam vmbram publicæ vtilitatis, tamen certum eſt, quod multis in locis non adſunt huiuſmodi prohibitiones, & adhuc ibi reperiuntur multa ex iſtis animalibus, præterquam quod impeditur perfecta
11 agrorum cultura, in qua pariter, † & maior verſatur publica vtilitas, *Authent. agricultores, Cod. quæ res pigner. oblig. poſſunt, leg. 1. ff. de ſeruis, leg. 3. Cod. eod. leg. 2. ff. de nundin. leg. mulierem, ff. de accuſation.* Ripa, *de remed. præſeruatiu. contra peſtem, num. 206.* & vbi ex
12 prohibitione † venationis deterioratur agrorum cultura, non eſſe licitam prohibitionem, tradit Bertaz. *in addit. ad conſil. crimin. patris 285. in littera D.* quia
13 maior publica vtilitas debet † præferri, & præualere minori, *cap. bonæ, de poſtulat. prælator. leg. cætera, §. ſed. ſi quis*, & ibi Caſtrenſ. *ff. de legat. 1.* Riminald. Iun. *conſil. 413. num. 49.*

Infertur etiam cum ſint contra ius commune, quod
14 ſi concedatur immunitas, † & libertas à Principe contra huiuſmodi prohibitiones, hoc non erit priuilegiũ, ſed beneficium, & propterea erit late, & benigne interpretandum, ac etiam extendendum, vt præciſe declarat Decian. *conſil. 22. num. 17. cum pluribus ſeqq. volum. 4.*

Secundò præmitto, quod cum iſta proclamata im-
15 ponant pœnam, † grauem requirunt dolum, ad hoc, vt quis in eorum pœnam incidat, nec ſatis eſt culpa etiam lata, vt in terminis probat Burſatt. *conſil. 279. n. 1. cum ſequentibus*, & eo magis, quia vtuntur verbis, *(vt*
16 *ne † quis audeat, vel præſumat)* quæ ſupponunt dolũ in contrafaciente, Plot. *conſil. 108. num. 7. volum. 1. criminal. diuerſor. parua impreſſion.* Crauett. *conſil. 6. num. 18.* Burſatt. *conſil. 141. numer. 8.* Bertaz. *conſil. crimin. 308. numer. 12. & conſil. 460. numer. 3.* Farinacc. *quaſt. 87. numer. 32.* & quod non ſufficiat lata culpa, ſcribit idem Bertaz. *conſil. criminal. 329. numer. 8. & 9.* late Honded. *conſil. 105. numer. 18. volum. 1.*

17 Tertio præmitto, † quod cum hic agatur de pœna non applicanda alicui parti offenſæ, ſed Fiſco, & accuſatori, quod cauſa iſta dicitur criminalis, Bartolus *in leg. 3. in principio, ff. de ſepulchr. violat.* Guid. Pap. *conſil.*

Digitized by Google

conſil. 199. *ſub numer.* 1. Grat. *conſil.* 50. *numer.* 17. *&*
conſil. 80. *numer.* 5. *volum.* 2. Paſeth. *conſil.* 19. *à numer.*
3. *vſque ad finem*, Becc. *conſil.* 60. *numer.* 22. cum aliis
multis apud Farinacc. *quaſt.* 102. *numer.* 10.

18 Et in terminis horum † proclamatũm prohibentiũ
has inciſiones, quod cauſa dicatur criminalis, concludit
in cauſa Mantuana, Decian. *dict. conſil.* 22. *numer.* 28.
volum. 4.

19 Quarto, & vltimo præmitto, † quod à delicto, do-
lo, & omni culpa excuſat ne dum cauſa vera, & iuſta,
vt probatur ex concluſione illa, quæ habet, illam pœnã
non mereri, qui facit actum iure permittente, de qua
20 † *in leg. Graccus. ff. de adulterijs*, & late Farinacc. *quæ-
ſtion.* 89. *numer.* 9.

21 Sed etiam cauſa falſa, & non legitima, † dummo-
do habeat iuſtam, & probabilem credulitatem, Bald.
*in leg. plagij, la ſeconda, circa finem, verſic. ſi autem eſ-
ſet iuſta cauſa, &c.* & ibidem Alberic. *verſic. prædicta
puto vera, &c.* Angel. *ſub numer.* 2. *verſic. vbi autem
quis non fuiſſet temerarius, &c. Cod. ad legem Flauiam,
de plagiar.* Farinacc. *quæſt.* 90. *numer.* 44. *&* 45. vbi a-
lios multos allegat, Bertaz. *conſil. criminal.* 385. *numero
ſexto*.

22 Si autem † agimus de excludendo dolo tantum,
puta, quando ad incurrendum delictum ita neceſſarius
eſt dolus, vt non ſufficiat culpa, provt illum requirit in
caſu iſto, vt deduxi in ſecundo præmiſſo, tunc ad illius ex-
cluſionem ſufficit nedum cauſa vera, iuſta, vel proba-
bilis, ſed etiam quælibet cauſa, & credulitas leuis, &
iniuſta, *leg. igitur, verſic. & generaliter, &c.* ibi, *iuſtis
rationibus ductus, vel, non iuſtis, ff. de liberali cauſa,
leg. clam poſſidere, in principio*, vbi Aretin. *in* 1. *notabili*,
& Iaſ. *in* 6. *notabili, ff. de acquirend. poſſeſſ.* cum infini-
tis auctoritatibus, penes Farinacc. *quæſt.* 90. *numer.* 1.
Bertaz. *conſil.* 139. *numer.* 10. Decian. in terminis no-
ſtris, *conſil.* 22. *numer.* 36. *volum.* 4.

23 Quinimo, † & irrationabilis, fatua, temeraria, &
beſtialis; dummodo quoquomodo colorata, Angel.
in dict. leg. plagij, la ſeconda, numer. 1. *Cod. ad leg. Fla-
uiam, de plagiar.* Socin. *conſil.* 118. *numer.* 7. *volum.* 1.
Pariſ. *conſil.* 149. *numer.* 18. *volum.* 4. Grammat. *voto*
10. *numer.* 21. *cum ſequentibus*, Gabr. *in tit. de malefic.
concluſ.* 8. *numer.* 14. Farinacc. *dict. quæſt.* 90. *numer.* 3.
Burſatt. in ſpecie, *conſil.* 279. *numer.* 13.

His ita præmiſſis, nunc infero D. Raſſegattum eſſe
omnino abſoluendum ab impictis delictis, & accuſa-
tionibus, ne dum pro terris alias permutatis, q. D. Iſa-
bellæ Boſchettæ, & peruentis ad D. Raſſegattum, ſed
etiam pro illis per eum acquiſitis à D. Bazzono.

Moueorque, quia D. Raſſegattus erat immunis, &
exemptus ab hoc onere petendi licentiam incidendi ne-
mora, ea extirpandi, & incidendi dumeta, & frattas,
ſicque habuit illam veram, & eſſentialem iuſtam cau-
ſam, quæ excuſat, immo præſeruat à delicto, cum de-
linquere non dicatur, qui iure permittente aliquid fa-
cit, *dict. leg. Graecus, ff. de adulterijs*.

25 Proclamata autem † prohibentia has inciſiones, &
extirpationes ſine licentia, non comprehendunt, nec
afficiunt eos, qui ſunt in ſpecie priuilegiati in hoc, &
liberi à tali onere, Iaſ. *conſil.* 119. *ſub numer.* 7. *verſic.
Quarto bene facit, &c. volum.* 4. Surd. *conſil.* 390. *ſub n.*
7. *verſic. Tertio reſpondetur, &c. volum.* 3. Bertaz. vi-
dendus, *conſil.* 244. *numer.* 4. *& conſil.* 331. *numer.* 3.
26 *& conſil.* 476. *numer.* 35. maxime, quando † libertas
eſt acquiſita titulo oneroſo, vt in caſu iſto ex titulo per-
mutationis; tunc enim etiam ſi proclama ſpecifice fa-
ceret mentionem de priuilegiatis, & immunibus, non
comprehenderet immunes, & priuilegiatos titulo one-
roſo, Io: Baptiſt. de Sancto Seuerino, *in repetition. leg.
omnes populi, ſub numer.* 181. *verſic. ſeptimo quæritur, &c.
ff. de iuſtitia, & iure*, Natt. *conſil.* 397. *numer.* 9. *&* 10.
Neuizan. *inter conſil. feudalia*, Brun. *conſil.* 12. *numer.*
29. vbi multos allegat, idem in conſilijs proprijs, *conſil.*
66. *numer.* 4. Roland. à Valle, *conſil.* 76. *numer.* 13 *vo-
lum.* 2, *& conſil.* 13. *numer.* 51. *volum.* 3. Riminal. Iun.
in terminis venationis, *conſil.* 323. *per totum, maximè
numer.* 1. Menoch. *conſil.* 887. *numer.* 18. Sola, *ad con-
ſtit. non. Sabaud. fol.* 94. *column.* 3. *numer.* 15.

Id quod Forus habet locum in propoſito themate,
quia conceſſio immunitatis fuit facta cum clauſula de-
rogatoria ad futura proclamata ſub quauis forma con-
27 cipienda, quo caſu † numquam dicitur ſublatum
priuilegium per contrarias conſtitutiones, niſi ſpe-
cificè, & in indiuiduo illi derogetur. Ruin. *conſ.* 127.
numer. 3. *volum.* 4. *& conſil.* 228. *numer.* 1. *&* 8. *volum.*
1. Socin. Iun. *conſil.* 82. *numer.* 21. *volum.* 2. Natt. *con-
ſil.* 420. *numer.* 31. Menoch. *conſil.* 36. *numer.* 56. Gabr.
de communi, *titulo de clauſulis, concluſ.* 5. *numer.* 11.

28 Et quod proclama generale quamuis verbis pregnan-
tibus conceptum, puta, *che niuna perſona di qualſiuo-
glia conditione, & grado*, non afficit perſonas priuile-
giatas, colligitur ex Gloſſ. *in cap. inquiſitores, in verbo
expreſſe, de hæretic. in* 6. Alexandr. *conſil.* 122. *ſub nu-
mer.* 14. *volum.* 4. Ruin. *conſil.* 226. *numer.* 8. *volum.* 1.
Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæſt.* 3. *ſub numer.* 8. & late
Menoch. *in cauſa Mantuana conſil.* 182.

Quod autem D. Raſſegattus eſſet liber ab hoc onere,
demonſtratur, quia talis fuit olim Illuſtriſſima q. Domi.
Iſabella Boſchetta cui fuerunt permutata bona acqui-
ſita poſtea per ipſum Raſſegattum; nam in dicta per-
mutatione bona fuerunt ei data cum omnibus exem-
ptionibus, & immunitatibus realibus, & perſonalibus,
& quibuſcumque priuilegijs, quæ, & quas dicta bona
habebant, & in quantum non haberent fuerunt conceſ-
ſa ipſi Dominæ Iſabellæ, & dictis bonis, non ſecus, ac
Princeps ea tenebat, & poſſidebat, & inferius iterum
repetitur poſt nonnullas exemptiones ſpecificas, quod
generaliter quaſcumque alias immunitates, & quæcum-
que alia priuilegia d. D. Iſabella, & eius hæredes, & ſuc-
ceſſores haberent, tenerent, & potirentur ratione di-
ctarum terrarum, ſicuti & provt Princeps habebat re-
ſpectu ipſarum, & quibus vtebatur in alijs ſuis curijs, in
qua conceſſione, vtique intelligitur comprehenſa liber-
tas incidendi, & extirpandi ſine licentia, licet hoc ſpeci-
ficè non dicatur, Primo quia immunitas verbis vniuer-
ſalibus conceſſa continet onera, & quæcumque graua-
29 mina † quæ priuilegiato indici poſſent, & ad quæ qua-
uis cauſa obligaretur, Natt. *conſil.* 16. *numer.* 29. Ber-
taz. qui plures allegat, *conſil. criminal.* 421. *numer.* 6.
Rimmald. Iun. *conſil.* 589. *numer.* 19. 62. 63. 64.

30 Secundo, † quia fuit conceſſa, ac Princeps ha-
bebat, qui cum ſine dubio potuiſſet incidere ſine ali-
qua licentia, ita quoque & D. Iſabella potuit hoc fa-
cere, Alciat. *conſil.* 14. *numer.* 2. *libr.* 4. *alias eſt conſil.*
212. Bertaz. *conſil. ciuil.* 42. *ſub numer.* 15. *cum pluribus
ſequentibus*, Burſatt. *conſil.* 16. *numer.* 41. *in fine, & con-
ſil.* 258. *ſub numer.* 16. Cephal. *conſil.* 58. *ſub numer.* 29.
Riminald. Sen. *conſil.* 202. *numer.* 4. Laderch. *conſil.*
71. *ſub numer.* 9. Eugen. *conſil.* 92. *numer.* 18. *&* 19. &
cum ex dicta conceſſione, vt ſupra concepta neceſſario
inferatur etiam conceſſio incidendi ſine licentia, dici-
31 tur expreſſa conceſſio † licet non ſit facta ſpecifica
mentio, Gloſſ. *in verb. expreſſum, in leg. prætor, §.* 1. *ff.
de nouis oper. nunciat.* Dec. *conſil.* 68. *numer.* 3. Decian.
conſil. 10. *numer.* 15. *volum.* 4.

32 Tertio, † vbi conceſſio eſſet dubia, ex obſeruantia
ſubſecuta dicitur declarata, vt contineat etiam hanc fa-
cultatem incidendi ſine licentia, cum ſemper fuerit fa-
cta inciſio authoritate propria, Decius, *conſil.* 48. *nu-
mer.* 2. Burſatt. *conſil.* 16. *numer.* 39. *&* 40. *& conſ.* 162.
numer. 31. Siluan. *conſil.* 66. *numer.* 20. *&* 21. Eugen.
conſil. 92. *ſub numer.* 23. 24. *&* 25. Bertaz. *conſil. ciuil.*
42 *ſub numer.* 31. *verſic. Tertio, &c.* Surd. *conſil.* 140.
numer. 43. *cum ſequentibus, & conſil.* 262. *numer.* 66.
33 vbi hoc † admittunt etiam quod obſeruantia non fue-
rit longo tempore ſcripta. Quarto demum hoc pro-
34 bat res iudicata † reſultans ex relatione facta ab Ex-
cellentiſſimo Senatu Sereniſſimi Domini Noſtri, quod
ſemper Domina Iſabella, & Illuſtriſſimus D. Sigiſmun-
dus eius filius gauiſi fuerint hac libertate; ita colligitur

cx

Digitized by Google

ex Surd. *conſ.262. num.10.* Bertaz. *conſ.crimin. 476. ſub*
35 *n.4.* Natt. *conſ. 627. ſub nu. 5.* res enim iudicata † pro
veritate habetur, *l.res iudicata, ff.de regul.iur.*

Cum autem prædicta libertas competeret ipſis Dom.
Iſabellæ, & Sigiſmundo, tranſiuit quoque in D. Raſſe-
gattum eorum ſucceſſorem, tum quia dictæ immuni-
tates, & priuilegia fuerunt conceſſa non ſolum pro hæ-
redibus, ſed etiam pro ſucceſſoribus expreſſe, vt in pri-
mo proceſſu, *folio tertio, fac.* 2. & alibi in dicto inſtru-
mento permutationis, tum quia immunitas fuit nedum
perſonalis, ſed etiam realis, vt in dicto primo proceſſu
fol.19. fac.2. ibi *omnes, & quaſcumque immunitates, &*
exemptiones reales, & perſonales, & quæcumque priuile-
gia, quæ, & quas dicta curia habet, &c. ſed & vltra ex-
preſſam aſſertionem, quod eſſent reales, deducitur etiã
36 ex multis eas tales fuiſſe (ex coniecturis enim † pro-
bari poteſt an immunitas ſit realis, vel perſonalis, Bel-
lon. *conſ.29. num 9.* Decian. *conſ.5. num. 53. vol.4.*) Re-
ſultat igitur immunitas realis, quia fuit perpetua, & pro
hæredibus, & ſucceſſoribus, quia continet tantum præ-
iudicium Principis, nõ autem alicuius tertij priuati, quia
fuit obtenta ex pretio. & contractu, quia pro tali fuit
reputata, obſeruata, & conſeruata, & à Iudicibus de-
clarata in relatione facta à Principe, de cuius validitate
37 nunc non diſputatur, quia † in dubio præſumitur po-
tius realis, quam perſonalis, vt hec omnia probant Bur-
ſatt. *conſ.258. à num.13. vſque ad* 20. & in eadem cauſa,
Decian. *conſ.5. num.27. cum ſequ. vol.* 4. idem Burſatt.
conſ.138. num.26. Surd. *conſ.262. numer.45. & 525. nu-*
38 *mer.25.* & quia † fuit conceſſa verbis vniuerſalibus &
geminatis. Burſatt. *conſ.16. num.43.* & quia ſæpè refer-
39 tur immediare ad † ipſas terras, Menoch. *conſ.276. n.*
40 16. Et denique, quia † fuit conceſſa qualem habebat
Princeps, qui procul dubio habet realem, ita Bertaz.
conſ.ciuil.42. n.1. & 7.

41 Immunitates † autem reales tranſire in quoſcumq;
ſucceſſores notiſſimi iuris eſt, & prodeſſe quibuſcumq;
contrahentibus cum illis, *l.3. in fine, & l.forma, §.quã-
quam, ff.de cenſib.* Burſatt. *conſ.16. ſub num.43. & conſil.
258. num.21. & 27. & conſ.25. num.6. & conſ.462. num.*
25. Bertaz *ſæpedict.conſ.ciuil.42. num.* 48. Riminal. Iun.
conſ.500. num.47. Purpurat. *conſ. 489. num.* 2. Menoch.
conſ.136. num.18.

De quo in caſu iſto non eſt dubitandum, quia Sere-
niſſimus Princeps conceſſit ampliſſimum priuilegium
harum immunitatum ipſi D.Raſsegatto, provt habe-
bant eius præceſſores, & licet in eo non legatur ſpecifi-
ca conceſſio huius libertatis incidendi, tamen cum poſt
nonnullas ſpecificationes dicat relatum fuiſſe à Senatu
Illuſtriſſimum D.Sigiſmundum alijs quamplurimis ex-
emptionibus, prerogatiuis, immunitatibus, priuilegijs
& iuribus vti proprijs dictæ curiæ vſum fuiſſe (in qua
relatione fit mentio de hac inciſione) iubearque om-
nia contenta in dicto decreto obſeruari iuxta ſeriem
relationis ſibi factæ à Senatu, vtique dicitur etiam cõ-
ceſſiſſe, & confirmaſſe hanc facultatem, argumento
42 † regulæ, *l.aſſe totum, ff. de hæredib. inſtit.* quod relatũ
ſit in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, & circum-
ſtantijs.

Neque obſtant nonnulla, quæ obijci poſſunt con-
ceſſioni factę pręd. Illuſtriſſ. D. Iſabellę, & primo quod ius
venandi, & prohibitio harum inciſionum, quæ fit pro
dicto iure venandi, videntur eſſe de reſeruatis Principi,
43 & per conſequens † non videntur venire in generali
conceſſione, vt per Decium *conſil.196. numer. 1. alias
eſt conſil.197.* Surd. *conſil.390. numer.7.* namque (om-
miſſo, quod poſſet conſiderari diuerſa ratio, ex qua
facilius cenſeretur conceſſa facultas incidendi, quam
ius venandi, cum inciſio facta ab vno, non operetur quin
feræ poſſint ſe abſcondere in latebris prædiorum aliorũ,
qui non habent hanc facultatem, libertas autem venan-
di conceſſa vni, qui venaretur ſine diſcretione, poſſet
deſtruere venationes) reſpondetur, quod ius prohi-
bendi venationes, & inciſiones, vel ius permittendi,
& concedendi eaſdem, eſt de reſeruatis Principi, & non
intelligeretur venire in generali conceſſione, & ideo ſi
Dominus Raſſegattus vellet prohibere aliquem venari,
vel incidere, vel è conuerſo concedere licentiam venã-
di, vel incidendi, non audiretur; Sed libertas, vt quis
poſſet venari, vel incidere ad libitum, non eſt de reſer-
uatis Principi, nec de regalibus, & ob id poſſet veni-
re in generali conceſſione, & præſcriberetur quadra-
ginta annis, provt in ſimili diſtinguunt Doctores de
44 † iure exigendi datia, vel ſe liberandi ab eorum ſolu-
tione, & præcipue Bartolus, *in leg. ſi publicanus, §. vl-
timo, numer.1. & in leg. licitatio, alias incipit locatio, §.
earum, ff. de publican.* Balbus, *de præſcription. in ſecun-
da parte, quinta partis principalis, quæſtione prima iun-
cta quæſtione quinta,* Peregr. *de iur. Fiſci, libr.6. titul.8.
num.14. iuncto num.27.*

Secundo non obſtat, quod nõ ſit conceſſa licentia extir-
pandi nemora, provt etiam non videtur diffiteri Raſſe-
gattus, cum petierit licentiam pro illorum extirpatio-
ne, & per conſequens etiam non videatur conceſſa
pro alijs ſimilibus prohibitionibus inductis ad conſer-
uandas venationes vberiores, quia primo poſſet atten-
tari, immo ex dicta generalitate immunitatum, cenſeri
quoque conceſſam facultatem extirpandi nemora, &
licet ſuper hoc non fuerint factæ aliquæ probationes in
relatione facta Principi, tamen non ſequitur ex hoc,
quod non habuerit hanc authoritatem, quia forte illa
non fuit executioni demandata, cum non venit occaſio
auctoribus Raſsegatti ea vtendi, quo caſu ex non vſu
non ammittitur, quia cum conſiſtat in mera facultate
45 † hoc ius extirpandi nemora, vt tradit Riminald. Iun.
conſil.68. numer. 21. non ammittitur, niſi poſtquam
46 † quis facere voluit, & fuit prohibitus. † atque ac-
47 quieuit prohibitioni, Gloſſ. magn. *in leg.1.* & ibi Bald.
& Caſtr. *num.7. Cod. de ſeruit. & aqua,* Gall. *lib.2. obſer-
uat.69. num.14.* Bertr. *conſil. 234. numer. 3. part. 1. tertij
voluminis,* Iaſ. *conſil.98. numer.5. volum. 1.* Simon de
Præt. *conſil.183. num. 12.* Surd. *conſil. 127. numer. 22.* &
propterea non potuerunt fieri probationes ſuper eo,
quod numquam fuit opus vti, ſed per hoc non ſequi-
tur quin poſſit dici conceſſum ſub vniuerſali conceſſio-
ne immunitatum, & quorumcumque priuilegiorum
Principi competentium, quæ ſi comprehenderetur in
48 dicta conceſſione, † per petitionem licentiæ, non
fuiſſet præiudicatum prædictæ facultati, vt probat De-
cius, *conſil.196. alias 197. columna finali, circa princi-
pium.*

Præterea reſpondeo, quod viget diuerſa ratio inter
extirpationem, & inciſionem nemorum, & frattarum;
nam nemora præbent latebras, & pabula, ac alimen-
ta feris, & præcipue apris, Paponi. *conſil. 107. num.*
8. dumeta vero non niſi latebras Faſianis, & Perdicib.
quæ poſſunt in nemoribus, & alibi ſe abſcondere, &
facilius conceditur inciſio nemorum, & frattarum, quia
vnicuique petenti licentia à Notario datur, quã nemo-
rum extirpatio, quæ non obtineretur, niſi à Principe,
& cum maxima difficultate.

Non obſtat, quod non conſtet de mandato aſſerti
factoris, qui fecit permutationem Illuſtriſsimæ Do-
minæ Iſabellæ, & præcipuè, quod habuerit faculta-
tem concedendi dictas immunitates, quia licet alias
mandatum nulla temporis diuturnitate pręſumatur;
49 † tamen hoc fallit, quando fuit enunciatum in ſcri-
ptura antiqua, provt in caſu iſto, Tiraqu. *de præſcri-
ption. §.1. gloſſ.4.* Gabr. *de procurator. concl. 1. num9..* Ro-
ta apud Cæſ. Graſs. *deciſ. 133. num.2.* & apud Creſcen-
tium, *deciſ.7. num.4. ſub tit. de probat. alias eſt deciſ.89.*
Menoch. *conſil.1. num.* 80. Riminald. Iun. *conſ. 6. num.*
117. Maxime concurrentibus aliquibus coniecturis, &
50 † veriſimilitudinibus, Rota apud Cęſar. Graſs. *d. dec.
133. num.5. & 6.* & ead. Rota, *dec.187. num.1. par.1. no-
uiſſimar. diuerſor.* vbi multas recenſet, *& deciſ.32. num.
2. part. 2.* Riminald. Iun. *conſ. 197. num.* 22. hic autem
multæ concurrunt; prima, quod regulariter Principes
ſolent contrahere per procuratores, ſecunda, quia alias
notum eſt prædictæ Illuſtriſs. Dom. Iſabellæ multas alias

conceſsas fuiſse immunitates eidem D. Federico,tertia
51 quia contractus initus † à d.procuratore habuit effe-
ctum hinc inde,quam probat Rota, *dec.8.n.8.p.2.* quar-
ta quia Princeps poſtea ſemper per particularia priuile-
gia confirmarunt dictas immunitates, prout ego vidi
priuilegia exiſtentia penes Illuſtriſſimum D. Franciſcũ
Gonzagã,cum autem præſumatur mandatum,præſumi-
tur etiam cum qualitatibus etiam cum auctoritate vſa
52 † à procuratore,argumento eorum, quæ ſcribit Surd.
deciſ.231.ſub num.24.& 25. quoties enim præſumitur †
actus preſumuntur etiam omnia ſine quibus actus ille
non conſiſteret.Cephal. *conſil.296.num.23.& 24.*
54 Et in ſpecie, quod mandatum enunciatum † ſufficiat
ad excuſandum à pęna, tradit Rota, *dec.26. n 6. par.2.*
nouiſſimar. poſt Cumanum *. conſ.6. poſt.princ. verſ.item*
ſi in inſtrumento,&c. & Curt.Iun. *in Auth.ſi quis in aliquo,*
in fine, & ibi Cagnol. *n.96.C.de edend.*
Prædicta autem conceſſio, & facultas militat ne dum
reſpectu bonorum tunc permutatorum prædictæ Illu-
ſtriſſimæ D. Iſabellæ,& ab ea acquirendorum in futurũ,
prout vtrumq;fuit expreſſe conceſſum in d.inſtrumento,
ſed etiam reſpectu bonorum acquiſitorum à D. Raſſe-
gatto eius ſucceſſore,vel acquirendorum in loco Cane-
duli,Canzagi,& S.Luciæ,in quib. locis reperiuntur illa
pro quibus fuit accuſatus in duabus vltimis denuncijs,
prout fatetur accuſator in reſponſionibus ad poſitiones,
dicta enim conceſſio pro bonis acquirendis fuit facta
D.Iſabellæ pro ſe,& eius hæredibus,& vt ſupra, quæ di-
55 ctio † *vt ſupra* cum repetat omnes præcedentes quali-
tates, Dec. *conſ.226. alias eſt 227. num.3.* Ruin. *conſ.18.*
n.12.vol.2. Soc.Iun. *conſ.170. n.33. vol.2.* cum alijs apud
Vulpell. *in tract.de aduerb.ſignific.in verb.vt ſupra,* & ſu-
perius,in primo c.ad quod ſe refert, fuerit facta conceſ-
ſio pro D.Iſabella hęredibus,& eius ſucceſſoribus,ſequi-
tur etiam quod conceſſio pro bonis acquirendis intelli-
gatur pariter facta pro ſucceſſoribus.
56 Quod vlterius quoq;comprobatur; nam etiam ſi non
fuiſſet dictum, quod immunitas concedebatur, & dicta
priuilegia pro terris acquirendis,adhuc tamẽ ita debuiſ-
ſet intelligi,& ad prædicta bona acquirenda extendere-
tur late Nat. *conſ.66.n.13. & conſ.160.n.13. & conſ.328.*
n.4. Olaſc. *dec.136.n.1.* Fab.de Anna, *conſ.61.n.15.& 16.*
Rimin.Iun. *conſ.500.n.10.& 11.* igitur cũ fuiſſet facta pro
ſucceſſorib. intelligebatur etiam pro acquirendis reſpe-
ctu ſucceſſorum,quod eo magis admittendũ eſt, quia in
pręmiſſis dixi hanc conceſſionem eſſe beneficium,& la-
te interpretandum, & extendendũ contra concedentẽ.
Vbi vero edicta non præberent illam veram, & iuſtã
cauſam præſeruantem à delicto,quam tamen vtiq, præ-
bent,tamen præſtarent,ſi non veram,ſaltem iuſtã cauſã
excuſantẽ à dolo,culpa,& delicto;vt .n.ſuperius admo-
nui in 4.præmiſſo, *in verſ.ſed etiam falſa cauſa,&c.* ad ex-
cuſationẽ conſequendam ſufficit,quod cauſa ſit iuſta, &
probabilis,licet nõ vera in effectu,& legitima;nemo au-
tẽ vt credo eſt,qui negaret ex prædictis D. Raſſegattum
habuiſſe iuſtiſſimã cauſam credendi ſe habere facultatẽ
incidẽdi ſine licẽtia,præcipue,quia ſupplicaſſet pro ob-
tinendo priuilegio harũ immunitatũ,& cum Senatus re-
tuliſſet.ei competere hanc facultatẽ, Princeps omnia in
relatione contenta confirmauit auctoritas .n.Iudicis ex-
cuſat à delicto,& pęna, *l.non videtur data,§.qui iuſſu Iu-*
dicis, vbi Dec. *n.1.& 2.* Cagnol. *n.1.* Mayner *n.3.ff.de reg.*
iur.c.quod quis, & ibi Gloſſ.1.vbi Dyn & alij, *eod.tit.in 6.*
Farin. *qu.97.n.109.* vbi alios cumulat,ſicuti& obſeruãtia,
58 † & conſuetudo incidendi ſine licentia continuata ſem-
per ab auctorib.D.Raſſegatti,eandem delicti, culpæ, &
& pęnæ excuſationẽ præbet,Bart. *in l.ſi pignore,22.§ ſi.n.*
1.ff.de pignorat.act. Marſ. *conſ.90.n.12.& conſ.100.pariter*
n.12. Maſcar. *in verb.Dolus.concl.532.n.12.* Farin. *qu.9..n.*
59 29.vbi *n.31.* amplia t,vt excuſet † ab omni pæna tam ex-
traordinaria,quã ordinaria,Bertaz. *conſ.criminal.256.nu-*
mer.14.
Et certe nõ video quomodo D.Raſſegattus poſſit cri-
minari,cum habuerit priuilegium iunctum cum Iudicis
ſententia,incidendi ſine licentia,nam dato millies,quod
vigore immunitatis conceſſę in inſtrumẽto permutatio-
nis,non veniret hæc facultas,tamen ipſe non obrepſit di-
ctum priuilegium, nec doloſè in eo obtinendo verſatus
eſt;vnde ſi alicui culpa eſt imputanda, vel Iudicibus, vel
Principi aſcribi debet,qui diligentius inſpicere debebãt
an eſſet concedendũ,non autem ipſi D.Raſſegatto,quia
60 alias diceretur captatus † ſub auctoritate Iudicis,& ver-
bo Principis,Federic. de Senis *conſ.36.ſub num.2.verſic.*
ſi enim contrarium diceretur.
Sed cum ſimilia proclamata requirant dolum, vt
probabam in præmiſſis, adhuc vbi cauſa prædicta non
eſſet iuſta (quam tamen ne dum iuſtam,ſed imo veram
demonſtraui) excuſaretur ipſe Raſsegattus,quia negari
non poteſt quin ſaltem talis cauſa potuerit præſtare ali-
quam credulitatem huius facultatis,& licet daremus il-
lam fuiſse fatuam,tamen eſt ſufficiens ad excuſandum à
61 dolo,præcipuè,quia ille non præſumitur niſi † probetur
ab accuſatore *leg.dolum,* vbi Bartol.& Bal. *C.de dol.mal.*
leg.quoties,§.dolo,ff.de probation. Honded. *conſil.105.num.*
19.Farinacc. *quæſt.89. num.2. & 3.* qui non fuit probatus
in caſu iſto, quia cum potuerit moueri D. Raſsegattus
ad incidendum ſine licentia, tam ex cauſa licita, quam
ex illicita inferente delictum,capienda eſt præſumptio,
62 † vt motus fuerit ex cauſa excludente delictum, *leg.me-*
rito,ff.pro ſocio, Farinacc. *quæſt.85. num. 5.* & in termi-
nis noſtris Burſatt. *conſ.279. num.18.* & ſic non remanet
probatum delictum cum probatio neceſsario conclu-
dere debeat, vt in ſpecie tradit Decian. *conſil.22. numer.*
32. *volum.4.* ſicuti etiam doli præſumptio excluditur
63 ex eo quod palam facta eſt inciſio, *leg.non exiſtimo, ff.*
de excuſat.tut.leg.finali, ff.de ritu nupt. Bertaz. *conſil.cri-*
minal.32.num.17. Menoch. *conſil.214.num.30.* Farinacc.
quæſt.89.num.63.
Neque dicitur conſtitutus in mala fide ex monitione,
& denunciatione ei facta, quod Sereniſſimi intentio e-
64 rat, † ne quis incideret ſine licentia, ex qua cauſatur
dolus in eam ſpernente, Surd. *conſil.512. numer.9.* Ma-
ſcard. *in verbo Dolus, concluſ.532. numer.* 53. Farinacc.
quæſt. 89. numer. 142. tum quia talis admonitio non eſt
probata cum de ea deponant tres teſtes intereſse haben-
tes in cąuſa, & lucrum ſperantes ex condemnatione D.
Raſsegatti, vt ex eorum teſtificatibus conſtat, & inter
65 illos adeſt accuſator met. tum quia denunciatio † ex-
traiudicialis non afficit niſi denunciatus certioretur de
iure cur facere non debeat, Alex. *in leg. de pupilla, §.*
nunciationem, ff.de nou.oper. nunc. Soc. *conſ.54. num.23.*
& 26.vol.4. Auguſtin.ad Angel. *in tractat. de malefic. in*
verb.& Sempronium, Rodulphin. *ſub num.14.* Plut. *in l.ſi*
quando,ſub num.782.C.vnde vi,alias eſt in tractat. de iu-
ram.in lit.§.49.ſub num.27. & ſentit Farinacc. *dict.quæſt.*
89. *num.143* dum ſequitur Auguſtini declarationem ad
Angelum *de Maleficijs,* hic autem fuit tantum certiora-
tus de proclamatibus editis, & de quibus in proceſsu,
quę non cõprehendunt ipſum Raſsegattum,nam vbi lo-
quuntur de priuilegiatis, tollunt tantum facultatem ve-
nandi,non autem faciunt aliquod verbum de inciſioni-
bus,vel extirpationibus,vnde ad eos non debent exten-
di,cum debeant reſtringi vti exorbitantia, & odioſa, vt
dixi in primo præmiſso *verſic. Tamen hoc certum eſt,* &
vbi etiam loquerentur de hac inciſione,quando agunt de
priuilegiatis reſtringerentur ad priuilegiatos titulo lu-
cratiuo, non autem comprehenderent priuilegiatos ex
cauſa oneroſa, nec eos in quorum conceſſionibus de-
rogatum eſt futuris proclamatibus, quemadmodum
probaui, *in verſic. Proclamata autem prohibentia, &c.*
66 & in omnem caſum ſufficit ad † euitandum pœnam,
quod putauerit talia proclamata ſe non officere, Ber-
taz. *conſil.criminal.340. numer.8.* licet vere affeciſsent,
idem *conſ.263.num.8.*
Denique denunciatio non officit, quandoquis non
67 obedit iuris ſui conſeruãdi cauſa,quia dolo facere † non
dicitur, qui aliquid facit, vt ius ſuum tueatur, *l.nullus,*
ff.de regul.iuris, l.1.§ quod ait prætor, ff.de incend. ruin.
& naufrag. Magon. *deciſ.Florentin.30. num.12.* Menoc.
conſ.107. num.9. Farinacc. *quæſt.89 num 61.* & bene ad

rem

rem, Natt. *conſ.595. num.1.* quod tanto magis dicendum eſt quia, vbi paſſus fuiſſet ſe prohiberi, ſibi præiudicaſset, & contra eum cepiſſet currere præſcriptio, etiam in his, quæ iure facultatis ſibi competijſſent, vt dixi *in verſicule ſecundo, non obſtat, quod non ſit conceſſa licentia, &c.*

Sicuti autem ſuperius deduxi, *in verſic. Prædicta autem conceſſio, &c.* eamdem veram cauſam præſeruantē à delicto, militare etiam reſpectu terrarum acquiſitarū à D. Raſsegatto in loco Carzagi, Canedulı, & S. Luciæ; ita etiam militat reſpectu earumdem iuſta, & probabilis cauſa, ſaltem excuſans à delicto, vbi vera non ſubeſſet, tum quia confirmatio immunitatum in conſequentiam comprehendit etiam bona acquirenda, cum & pro illis fuerint conceſſæ etiam pro ſucceſſoribus, vt ibidem deduxi, tum quia pro iſtis terris ex poſt acquiſitis de mandato duorum tribunalium fuit conſeruatus immunis D. Raſsegattus, & ſic tacitè iudicatum fuit ei competere præeminentias pro terris acquiſitis ab alijs, quæ competunt pro permutatis Illuſtriſsimæ q. D. Iſabellæ, de hac autem iudicum auctoritate conſtat in primo proceſſu tam ex litteris M. Illuſtris Senatus, *fol.42. fac.2.* & earū executione, de qua in fide, *fol.43* quibus mandatur, nec D. Raſsegattum, nec eius operarios debere cogi ad tactiones pro terris acquiſitis à D. Bazono, quā etiam ex commiſſione Perill. Magiſtratus, quod prætenſæ partitæ datiorum pro iſtis acquiſitionibus circūſcriberentur, ſicuti penes illas fuit annotatum aliquod datium non deberi, licet deinde adnotatio fuerit a Datiarijs cancellata, prout oculata fide inſpexit Excellentiſsimus Senatus, quorum iudicum auctoritatem excuſare à delicto, & pœna, probaui, *in verſic. Vbi vero prædicta non præberentur, &c.*

Sed ex abbundanti addo, quod reſpectu accuſationum datarum pro aſsertis inciſionibus factis in iſtis terris acquiſitis per D. Raſsegattum non eſt facta aliqua probatio circa eas ab accuſatore, nam poſitiones datæ in primis accuſis, & confeſsatæ ab accuſato non continent has poſteriores inciſiones; ſicuti nec teſtes examinati, quia fuerunt interrogati tantum ſuper prædictis accuſationibus datis de Anno 1604. vt expreſse dicitur in atteſtatione ſecundi teſtis, quod colligitur, etiam inde, quia fuerunt examinati ſuper poſitionibus prædictis, quæ non fuerunt productæ, niſi in primis accuſationibus, non autem in duabus poſterioribus, immo primus teſtis fuit examinatus, antequam vltimæ accuſæ datæ eſſent, vnde cum accuſator non probauerit aſ-
68 ſertas inciſiones † ſequitur, quod reus ſit abſoluendus, *l. qui accuſare, Cod. de edend.* Burſatt. *conſ.69. num. 2.* Maſcard. *concluſ. 36. num.33.*

Nec refert, quod reus non negauerit has inciſiones, ſed procurauerit ſe tueri ſub prætextu priuilegij, quia
69 cum expreſse eas iaſsus non fuerit excipiendo. † de priuilegio, non dicitur fateri intentionem agentis, *cap. cum venerabilis, extra de exceptionibus*, Maſcard. *concl. 23. num.11.* Mari. Anton. *lib.2. reſolut. 60. num. 31.* Farinacc. *quæſt.81. num.258.*

In omnem autem caſum, vbi res non eſſet clara pro D. Raſsegatto, quam tamen clariſsimam puto, cer-
70 tum eſt etiam non eſſe claram pro Fiſco, † vnde cum ſit dubia, iudicandum eſt pro reo, *l. fauorabiliores, ff. de regul. iur. l. non puto, ff. de iur. Fiſc.* & in dubio iudicandum eſse contra accuſatorem, & Fiſcum, nec eſſe locum alicui pœnæ in terminis noſtris, de communi tradit Burſatt. *d. conſ.279. ſub num.19.*

Neque hic agendum arbitror an alicui pœnæ extraordinariæ locus eſſe poſsit, cum dici ſoleat, quamlibet
71 cauſam, & credulitatem excuſare quidem a pœna ordinaria, ſed non ab extraordinaria, vt tradit Angel. *in l. plagij, la ſeconda, poſt numerum ſecundum, verſic. ſimiliter attende, &c. C. ad leg. Flauiam, de Plagiar.* Gabr. *de maleſic. concl. 8. num. 7.* Tiraqu. *de pœnis temperand. cauſ.43. num.10. in fine*, Farinacc. *quæſt.90. num. 55.* namque illud procedit, quando cauſa eſt adeo fa-
72 tua, † vt via alius ita credidiſset, ſicuti credidit ſe excuſans, ſecus vero vbi eſt probabilis, & quæ de facili multos alios ad ita credendum induxiſſet, tunc etenim excuſat omnino ab omni pœna, vt præciſe tradit Angelus *ſupracitato loco*, vbi habet hæc formalia verba, *Vbi autem quis non fuiſſet temerarius, ſed erraſſet iuſta ratione ductus, hoc caſu iuſta ratio excludit quem à culpa, & ideo non debet quis vllo modo puniri*, idem tradunt Riminald. Iun. *conſ.337. num.18* Oſaſc. *deciſ.3 . num.16. in fine*, & alij relati in quarto præmiſſo, temerariam autem non fuiſse cauſam in D. Raſsegatto ſatis ſuperque ſuperius eſt demonſtratum.

ARGVMENTVM.

De iure quæſito tollendo per Principem in reuiſione cauſæ conceſſa, ad detegendam partis innocentiam.

SVMMARIVM.

1 *Præſente Fiſcali qui ſubit vicem accuſatoris, non eſt neceſſarria citatio ipſius accuſantis.*
2 *Gratia non intelligitur in præiudicium tertij, ſed ſolum quo ad pœnam.*
3 *Princeps poteſt in reuiſione cauſæ præiudicare tertio, cui erat ius quæſitum per ſententiam.*
4 *Maximè ſi ius erat quæſitum per Statutum.*
5 *Princeps in reſtitutione ex iuſtitia, puta in detegenda innocentia damnati poteſt tertio etiam in iure plenè quæſito præiudicare.*

CONTROVERSIA DCXXV.

CEſsio facta D. Palamedi Placentiæ, & Ioſeph Liuiſello de credito Raphaelis Minelli, ſub prætextu, quod ipſe eſſet particeps aſſerti furti eis facti, reuocari debet ſtante reſtitutione Principis in priſtinum ſtatum, de eo facta ad ſe defendendum, & abſolutione ſecuta, non obſtantibus, quæ in contrarium pro non reuocatione deducta fuerunt pro dictis mercatoribus.

Quia etſi non fuerunt citati, tamen hoc non nocet; nam fuit præſens Illuſtris D. Fiſcalis, qui ſupplet vices accuſatoris, & in omnem caſum nihil opponere po-
1 tuiſſent, quod releuaſſet, † quo caſu neceſſaria non eſt citatio, vt per Gabriel *de citationibus, concluſ.1. in decima ſexta limitatione, num.13.*

2 Non obſtat, quod illis ius quæſitum eſſet ex ſtatuto, & quod gratia non intelligatur in præiudicium tertij, ſed tantum quo ad pœnam corporalem; quia in precibus facta eſt mentio de præiudicio dictorum mercatorum, & Princeps reſcripſit, *fiat*, quem non eſt du-
3 bium in concedenda † reuiſione cauſæ poſſe præiudicare tertio, cui quæſitum erat ius per ſententiam, maxi-
4 me cum eſſet † quæſitum ex ſtatuto, & ſic ex facto ipſius Principis, Menoch. *lib.1. de arbitrarijs, quæſt.52.* & quando reſtitutio non eſt mere gratioſa, ſed potius ex iuſtitia conceſſa dici poteſt, vt quando agitur de detegenda innocentia condemnati; tunc præiudicat etiā
5 † tertio in iure plene quæſito, Sforz. Odd. *de reſtit. in integrum, quæſt.99. art.3. numer. 16. cum ſeqq.* Inſtatur itaq; non obſtantibus oppoſitis procedi ad reuocationem dictæ ceſsionis, condemnando aduerſantes in expenſis, de quibus proteſtatur, &c.

ARGVMENTVM.

Obligatio debet ſpecificè ab allegante probari. Eſt contra eum interpretanda. De erronea promiſſione, & facta ſine cauſa, & ſuppoſito. Aliqua de cenſus requiſitis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes cauſantur ex facto. Nec cenſentur adeſſe, niſi vbi expreſſis verbis ſequitur, & num.2. Sunt ſtricte intelligenda, & in eis ommiſſum non ſuppletur, numer.3.*
4 *Petens rem aliquam debet probare contractum diſpoſitione teſtatoris vel aliam cauſam, & fundamentum ſuæ intentionis, alias ſuccumbit.*
5 *Imputandum eſt ei, qui ſibi cautius non prouidit, cum poſſet.*
6 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio,*
7 *Solui poteſt aliud pro alio de conſenſu creditoris.*
8 *Solutio eſt quidquid ſatisfacit creditori.*
9 *Conſtituens ſe ſoluturum pro alio, quod non debetur, nil facit, etſi ſciat indebitum id eſſe.*
10 *Promittens, quod alius debet, & nil debeat, nihil promittit.*
11 *Obligatio fideiuſſoris in plus quam principalis eſt nulla.*
12 *Promiſſio nulla non eſt promiſſio, aut obligatio.*
13 *Omnis promiſſio obligatoria cenſetur per errorem facta, niſi probetur ſcientia. & num.20.*
14 *Promiſſio ſoluendi intelligitur facta quatenus ſubſit debitum.*
15 *Obligatio talis, & tanta eſt in termino referente, qualis, & quanta in termino relato.*
16 *Qui ſupponit non dicitur aliquid diſponere ſuper eo quod ſupponit.*
17 *Diſpoſitio conſecutiua alicuius ſuppoſiti non operatur, niſi de ſuppoſito, & fundamento doceatur.*
18 *Errans conſenſiſſe non dicitur.*
19 *Sciens ius ſuum durare, non præiudicat ſibi tacendo.*
21 *Promiſſio, niſi aliter appareat, præſumitur, & intelligitur ſecundum cauſam præcedentem in inſtrumento.*
22 *Stipulatio eſt interpretanda contra ſtipulatorem.*
23 *Obligatio in dubio interpretatur ſecundum id quod eſt magis veriſimile.*
24 *Veriſimile non eſt quem velle ſoluere iam ſolutum, & ad quod non tenetur.*
25 *Eſt de ſubſtantia, & forma cenſus iuxta Bull. Pontif. vt emptor vnus non poſſit retrohabere ad libitum pecunias, Sed ſolum cum venditor vult redimere.*
26 *Non licet per indirectum, quod directe prohibitum eſt.*
27 *Obligatio nec naturalis, nec ciuilis oritur ex actu, qui peccat in forma.*
28 *Impoſſibilis obligatio neminem obligat.*

CONTROVERSIA DCXXVI.

NOn videtur poſſe cogi Illuſtriſs. Dominus Marchio
Proſper Gonzaga ab Illuſtriſs. Domina Iſabella
eius ſorore, ad ſolutionem ſcutorum 2000. auri in auro
ab ea prætenſorum, pro reſiduo quatuor millium ſibi
promiſſorum in cauſam dotis per q. Illuſtriſsimum Do-
minum Iulianum Ceſarinum, ſub prætextu, quod ad eos
ſe obligauerit Illuſtriſsimus Dominus Maximilianus,
caſu quo non ſoluerentur per hæredes prædicti Do-
mini Iuliani, vt ex inſtrumentis Domini Alexandri
Forapani, ſub die 9. Martij 1571. & ſub die 27. Iulij
eiuſdem anni 1571. & eandem obligationem confirma
uerit idem Dominus Proſper in inſtrumento rogato
per Dominum Carolum Righellum, ſub die 14. Decem-
bris 1589.

Nam ex perſona, & obligatione propria non poteſt
conueniri prædictus Illuſtriſſimus Dominus Proſper,
quia nullibi apparet, quod hoc promiſerit, ſeu ad id ſe
obligauerit, in dicto enim inſtrumento Righelli, ſuppo-
nit quidem obligatum fuiſſe Illuſtriſſimum Dominum
Maximilianum eius patrem, & conſequenter ipſum vti
heredem, cuius obligationis terminum ei prorogauit
Domina Iſabella, ſed quod ipſe expreſſe eidem ſtipu-
lanti promiſerit ſoluere hanc quantitatem, ne verbum
1 quidem; propterea cum † obligationes cauſentur ex
facto, *l. conſilio, §. final. ff. de curator. furioſ.* Io: Annibal.
in repetition. rubr. ff. ſolut. matrim. num. 400. & ob id non
2 præſumantur, nec tacitè inducantur, ſed tantum, † vbi ex-
preſſis verbis leguntur, *l. quidquid aſtringenda, in princ.*
l. ſi quis ſtipulatus fuero, §. Griſogonus, in fine, ff. de verb.
obligat. latè Maluaſ. *conſil.* 14. *nu.* 21. & ſtrictè debeant
3 intelligi, † & quidquid in illis ommiſſum eſt, re, loco,
tempore, & perſonis habeatur pro ommiſſo, Soc. *conſ.*
64. *num.*6. & *conſ.*70. *num.*5. *vol.* 3. Soc. Iun. *conſ.* 142.
num. 30. *vol.*3. Natta *conſ.* 404. *num.* 7. & tantum con-
tineant quantum in eis expreſſum eſt, Menoch. *conſ.*
32. *num.*51. Rimin. Iun. *conſ.* 504. *num.* 12. ſequitur, quod
ipſe Illuſtriſſimus Dominus non poſſit conueniri pro
obligatione, quæ non apparet à ſe factam fuiſſe.

Et quod partes in dicto inſtrumento Righelli, non
intellexerint facere nouam obligationem, ſed tantum
ſuppoſuerint antiquam, & eius vigore teneri Dominũ
Proſperum vti patris heredem, clariſſime legitur, ibi,
» *cum maxime ex obligatione facta per prædictum q. Illu-*
» *ſtriſſimum Dominum Maximilianum in præcitatis In-*
» *ſtrumentis, idem Illuſtriſſimus Dominus Proſper, vti il-*
» *lius filius, & hæres ad totum reſiduum dotis prædictæ ſibi*
» *promiſſa teneatur, &c.* poſt quæ verba nulla amplius
noua ibi inducitur obligatio, aut promiſſio; ſufficit
ergo ipſi ad excludendam Dominam Iſabellam agen-
tem, vigore dicti Inſtrumenti, dicere, tale inſtrumentum
non loquitur, quod tibi aliquid promiſerim, quia ipſa
4 non probante ſuam intentionem, † reus erit abſoluen-
dus, *l. qui accuſare, C. de edend.* & in ſimili tradunt de
eo, qui vigore alicuius ſubſtitutionis petit aliqua bona,
Soc. *conſ.*62. *ſub nu.*4. *vol.*3. Riminal. Iun. *conſ.* 50. *nu.*1.
Surd. *conſ.* 44. *nu.* 1.

Nec refert, quod prædictus Illuſtriſſimus Dominus
Proſper in ſæpedicto inſtrumento acceptauerit ceſſio-
nem ſibi factam à Domina Iſabella, de cenſu, qui fuerat
datus in ſolutum ab illis de Ceſarinis, pro dictis 2000.
ſcutis, & ob id eius loco videatur obligatus ad dandum
eoſdemmet ſcutos 2000. quia vt dixi, cum ipſe nihil
promiſerit, non poteſt conueniri, & ſi Domina Iſabel-
la voluit cedere dictum cenſum, & ipſe illum accepta-
uerit, non ex hoc tamen reſultat aliqua viciſſitudinaria
5 obligatio, & imputandum eſt ipſi Dominæ † ſi ſibi cau-
tius non prouidit, procurando ex aduerſo, loco dictæ
ceſſionis expreſſam prouiſionem, *l. veteribus, ff. de pa-*
ctis, l.2. C. de furtis, Rimin. Iun. *conſ.*637. *numer.*26. *vo-*
*lum.*6.

Vnde nil aliud prætendere poteſt, niſi reſtitutionem,
& retroceſſionem ſui cenſus ſine cauſa à ſe ceſſi, vel
cum cauſa à ſe præſuppoſita, quæ non habuit effe-
ctum.

Non etiam poteſt conueniri ex obligatione, & pro-
miſſione Domini Maximiliani ſui patris, cuius ipſe fuit
hæres, quia hæres impugnat factum à defuncto, quan-
do pro eo defunctus non erat obligatus, Surd. *conſ.* 196.
*nu.*60. & quando Dominus Maximilianus fecit dictam
promiſſionem, quod Dominus Io: Georgius Ceſarinus
ſolueret dictos ſcutos duo milie, pro reſiduo quatuor-
mille promiſſorum à patre, alias voluit teneri de ſuo,
quæ fuit de anno 1571. iam antea vſque de anno 1570.
ſub die 21. Ianuarij fuerat ſatisfactum ipſi Dominæ
Iſabellæ pro dicto reſiduo ſcutorum 200. mediante
conſtitutione cenſus facta à Domino Ceſarino, & illius
datione in ſolutum in eam cauſam, vt patet publico do-
cumento, quæ cenſus conſtitutio ſine interuentu pecu-
niæ, & ſi videatur contra formam Bullæ Sanctiſſimi D.
Papæ Pij Quinti, tamen vt mihi ſupponitur in facto, fuit
per Papam conualidata, vnde cum tempore quo Do-
minus Maximilianus ſe obligauit pro dictis ſcutis 2000.
iam per eis eſſet ſatisfactum, & ſic nihil deberetur Do-
6 minæ Iſabellæ, † quia ſolutione eius, quod debetur omnis
tollitur obligatio, *l. nulla, l. obligationis, C. de ſolution.*
Inſtit. quib. modis tollitur obligatio, in principio, Surd. *de*
7 *ciſ.*266. *num.*4. etiam † ſoluendo aliud pro alio conſen-
tiente creditore, Grat. *conſ.*45. *num.*15. *vol.*1. cum ſolu-
8 tio ſit † quidquid ſatisfacit creditori, *l. ſolutionis,* 54.
ff. de

Digitized by Google

ff. de ſolutionib. l. ſolutionis verbo, 176. ff. de verb. ſignific.
9 promiſſi, ab eo facta fuit nulla, † quia conſtituens ſe
ſoluturum pro alio, id quod non debetur, non obliga-
tur, etiam ſi ſciret indebitum, l. 3. §. ſi quis autem, l. eum
qui, §. 2. & l. hactenus igitur, & ibi Bartol. ff. de conſtitut.
pecun. Iacop. Riminald. inter conſilia Riminal. Senior.
10 conſ. 61. num. 22 & qui promittit, † quod Titius dare
debet, non obligatur, ſi Titius nihil debeat, Capell.
Tholoſ. deciſ. 414. Franciſ. Marc. quæſt. 614. nu. 1. par. 1.
Barz. deciſ. 90. num. 3. & 27 facit textus in l. ſi ſic lega-
tum, in princ. ff. de legat. 1. Rum. conſ. 212. num. 8. in fine,
vol. 1. & conſ. 70 num. 6. vol. 2. Cephal. conſ. 312. n. 69. &
conſ. 547. n. 5. Menoch. conſ. 254. ſub num. 1.
11 Et fideiuſſor (qualis fuit Dominus Maximilianus †
ſe pro debito Domini Ceſarini) non obligans in plus,
quam teneatur principalis, l. græca, §. aliud, & l. ſicut.
& ibi ſcribentes, ff. de fideiuſſor. l. ſi vltra. Cod. eod. §.
fideiuſſores, Inſtit. eod. tit. latè Surd. conſ. 20. num. 10.
12 promiſſio autem, † & obligatio nulla non eſt promiſ-
ſio nec obligatio, Cephal. conſ. 109. num. 1. & eo fortius
13 dicenda eſt † nulla, quia in dubio promiſſio omnis
obligatoria præſumitur facta per errorem, niſi probe-
tur ſcientia, Natta conſ. 103. num. 4. Soc. conſ. 96. num. 9.
14 vol. 1. Et promiſſio † ſoluendi ſemper intelligitur fa-
cta, quatenus ſubſit debitum, Burſat. conſ. 329. num. 3.
Seraph. de iuramen. priuileg. 13. num. 26. & priuileg. 74.
num. 114. Ceph. conſ. 217. num. 5. Gratian. deciſ. 114.
num. 16.

Sicuti autem promiſſio Domini Maximiliani erat
nulla, ita quoque, & ea, quæ fuit ſuppoſita in Domino
Proſpero vti eius hærede, in prædicto inſtrumento Ri-
15 ghelli, quia obligatio † dicitur talis, & tanta in termino
referente, qualis, & quanta eſt in termino relato, leg. ſi
prior, vbi notant Bald. & Angel. ff. ſoluto matrimonio,
Soc. Sen. conſ. 90. num. 6. vol. 5. Decian. conſil. 16. num.
14. vol. 2.

Et licet Dominus Proſper in dicto inſtrumento ſup-
poſuerit ſe obligatum, (vbi tamen velimus, ſe ſuppo-
ſuiſse talem, non autem tantum fuiſse ſuppoſitum ab
alijs) nihilominus ex hoc non fuiſset inducta aliqua
16 obligatio ſi non aderat, quia † qui ſupponit, non dici-
tur aliquid diſponere ſuper eo, quod ſupponit, vt eſt
vulgare dictum Dominorum de Rota, deciſ. 345. nota,
quod ſi in procuratorio, &c. in antiquis, quæ nunc eſt deciſ.
23. ſub tit. de procurator. Menoc. conſ. 177. num. 9. Rimin.
Iun. conſ. 25. num. 37. & conſ. 31. num. 31. & 33. & conſil.
158. num. 25. & conſ. 297. ſub num. 21. Surd. deciſ. 195.
17 ſub num. 8. & ideo niſi † doceatur de ſuppoſito, con-
ſecutiua diſpoſitio in illo fundata, nihil operatur, Gloſs.
in l. mancipia, in verb. auocandum, C. de ſeruis fugitiu.
quam tanquam ſingularem notat Romanus ſingul. 495.
Magon. deciſ. Lucenſ. 25. ſub num. 55. Becc. conſ. 62. nu. 5.
Natta conſ. 407. nu. 2.

Nec ſibi præiudicauit Dominus Proſper, non contra-
dicendo, quia aut ignorabat dictam promiſsionem fa-
ctam à patre non valere, & non ſubſiſtere, & cum erra-
18 uerit † conſenſiſse non dicitur, l. ſi per errorem, ff. de
iuriſd. omn. iudic. l. non fatetur, ff. de confeſsis, aut ſciebat
19 eam eſſe nullam, & tunc † cum ſciret ius ſuum durare,
tacendo ſibi non præiudicauit, l. ſicut, §. non videtur,
ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit. Alex. conſil. 118.
ſub num. 8. vol. 5. Cephal. conſil. 589. num. 12. Surd. conſ.
290. num. 59. & in tract. de alimen. tit. 6. quæſt. 3. num. 2.
Laurenti de Pinu conſ. 109. num. 12.

Neque refragatur ſi fortè diceretur, imo promiſſio-
nem factam ab illuſtriſſimo Domino Maximiliano,
fuiſſe validam, cum non videatur promiſiſſe id quod
iam ſolutum erat, ſed ſatisfactionem in pecunia eius,
quod iam ſatisfactum eſſet, mediante cenſu, namque
reſpondetur, quod hoc non dicunt inſtrumenta, ſed tan-
tum D. Maximilianum permiſiſſe, quod Domina Iſa-
bella, ſeu eius maritus fuiſſet ſatisfactus in pecunia pro
reſiduo dotis promiſsæ a Domino Ceſarino, quod de-
bet intelligi de debito efficaci adhuc extante, & non-
dum ſoluto, non autem de redemptione cenſus, tum
quia refert ſe ad inſtrumenta promiſsionis dotis, illis
inhærendo, tum quia vbi promiſſio non continet cau-
ſam ſpecificam diuerſam, adeovt credendum ſit ita
promiſiſſe per errorem, cum ignoraret D. Iſabellam
iam ſatisfactam fuiſſe, ſicuti in dubio præſumi per erro-
20 rem factam promiſsionem † ſupra probaui, & addo
Roland. conſ. 32. num. 51. vol. 4 (ſicuti hic non exprimi-
tur, quod promittebat pecunias loco cenſus) refertur,
21 & intelligitur † ſecundum cauſam præcedentem, Felin.
in cap. ſi cautio, num. 14. de fid. inſtrum. Honded. conſil.
111. n. 10. vol. 1. Rota Lucenſ. in deciſionibus diuerſorum,
deciſ. 33. num. 17. Rota Genuenſ. deciſ. 4. num. 21. & de-
ciſ. 6. num. 10. & deciſ. 91. num. 4. Rota Roman. deciſ. 95.
num. 2. part. 1. nouiſſimarum, Cephal. conſ. 662. num. 6.
tum, & tertio quia ſtipulationes tantum probant, quan-
tum loquuntur, vt ſuperius deductum eſt, vnde cum
hoc, quod ex aduerſo ſupponitur, non legatur in dictis
22 inſtrumentis, interpretatio † debet fieri contra ſtipula-
torem, l. veteribus, ff. de pactis, Rota Genuen. dec. 7.
num. 7. Menoch. conſ. 179. num. 19. Ceph. conſ. 734. nu-
mer. 14. tum denique quia in dubio obligatio interpre-
23 tatur † ſecundum id, quod eſt magis veriſimile, Me-
noc. conſ. 450. n. 5. ſoluere autem quem velle id quod iam
ſolutum eſt, [illegible] quod non tenetur veriſimile non eſt, Ce-
phal. conſ. 3[illegible] num. 7.
24 Secund[illegible] videtur, † quod vbi etiam partes in-
tellexiſſent, [illegible] cenſus, aſſignati in ſolutum D. Iſa-
bella conſeq[illegible]tur pecunias, adhuc non valeret pro-
miſſio, quia [illegible] per indirectum contra formam Bul-
25 læ cenſuum, † de quorum forma, & ſubſtantia eſt,
vt emptor cenſus non poſsit ad libitum retrotrahere pe-
cunias, ſed tantum ſi venditor velit illum redimere,
vt probatur in Bulla Pij Quinti, ibi, Pacta etiam con-
tinentia pretium cenſus, &c. & ſuper ea ſcribentes tra-
dunt Nauarr. in tractat. de vſur. num. 122. & Thomas
Boninſign. in tract. de cenſib. in vndecima conditione, ſub
n. 5. c. 14. & in decima tertia conditione, n. 1. c. 16.

Vnde cum D. Iſabella, quando accipit in ſolutum
cenſum non potuerit paciſci de conſequendo pecunias
ſuas ad libitum, pariter non potuit in fraudem, & per
indirectum hoc paciſci cum tertio; non enim licet per
26 indirectum, † quod directè prohibitum eſt, l. cum hi,
§. ſi cum his, ff. de tranſact. l. quod dictum, ff. de pactis,
27 cum alijs penes Surdum, deciſ. 21. num 4. obligatio au-
tem nec ciuilis, nec naturalis oritur ex actu, qui peccat
in forma, idem Surd. dec. 268. num. 9. nec quando lex
reſiſtit, Ceph conſ. 207. num. 23, & ideo reputatur pro-
28 miſsio † impoſſibilis, quæ neminem obligat, l. im-
poſſibilis, 7. ff. de verbor. obligat.

ARGVMENTVM.

De iure, & actione hæredis, cum beneficio le-
gis, &c. in bonis hæreditatis pro ſuis creditis.
In conditione poſiti per teſtatorem, an, & quan-
do ſint diſpoſitiuè vocati, & de coniecturis ad
id. De ſolutione partis debiti per hæredem cum
beneficio, &c. factam. De ignorantia ipſius
in ſoluendo, & præiudicio in id, &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij conſeruat a-
ctiones, quas habebat contra defunctum, nec tenetur
creditoribus, niſi quatenus eſt in hæreditate.*
2 *Et ſi nil habens lucri in hæreditate, poterit recuperare rē
ſuam, vel ſibi debitam alienatam à defuncto.*
3 *Multo magis talis hæres poteſt rem in hæreditate reper-
tam retinere.*
4 *Reſoluto iure obligantis rem, extinguitur etiam hypothe-
ca ſuper ea.*
5 *Hypotheca competit in bonis ad ſe pertinentibus vigore fi-
deicommiſſi.*

6 *Fideicommiſſarius purificato caſu ſua vocationis fit Dominus. Et habet rei vendicationem, num.7.*

8 *Fideicommiſſarius vt obtineat in re ſibi relicta, debet probare eam eſſe in bonis relinquentis.*

9 *An bona mobilia præſumantur relicta in hæreditate, remiſſiue.*

10 *Fideicommiſſario datur actio perſonalis pro credito cum defuncto. Secus ſi pro re empta ex pecunia rei fideicommiſſ. alienata, quaſi ſubrogata rei fideicommiſſariæ, & num 12.*

11 *Hæres in hæreditate adita cum beneficio legis, & inuentarij ſi eſt poſterior creditor, vel ſine hypotheca, poſtponitur alijs potiora, & meliora iura habentibus.*

13 *Fæminæ deſcendentes debent dotari de bonis fideicommiſſi Aſcendentes.*

14 *In conditione poſiti, nec tacitè, nec expreſſe vocati dicuntur, ſed ſolum reſeruata ſucceſſio ab inteſtato. Et eſt magis communis, num.15.*

16 *Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati? Aliqui affirmant indiſtinctè, ibid. Citra difficultatem ea ſententia procedit concurrentibus aliquibus coniecturis, vt num.16. & num. ſeqq. multo magis ſi omnes concurrant, num.26.*

17 *Poſiti in conditione ſunt vocati cum ſu[...] ratè.*

18 *Ex vocatione filiorum vnius fratris, [...]ntur vocati etiam filij alterius fratris.*

19 *Vocati cenſentur illi, qui poſiti fuerunt [...] in ditione à teſtatore, qui habuit præ oculis conſ[...] tionem agnationis, ponendo in conditione maſcul[...]atem.*

20 *In conditione poſiti cenſentur vocati, cum plures ſunt facti gradus ſubſtitutionis.*

21 *Vel cum reciproca ſubſtitutio eſt facta per teſtatorem inter filios.*

22 *Et eum vocati ſunt filij ſubſtituti, cenſentur enim vocati etiam filij grauati.*

23 *Poſiti in conditione cenſentur magis dilecti, quam ſubſtituti.*

24 *In prælegatis, & fideicommiſſis particularibus poſiti in cõditione cenſentur vocati.*

25 *Ad excluſionem tranſuerſalium vocatorum præſumitur vocatus poſitus in conditione.*

27 *Fideicommiſſum factum ſuper rebus feudalibus inter cõprehenſos, & immediatè ſucceſſuros, validum eſt.*

28 *Soluens partem debiti, cenſetur totum illud agnoſcere, & num.30.*

29 *Hæres cum beneficio inuentarij incipiens ſoluere debitum ad quod non tenetur, non cogitur ad reliquum.*

31 *Error in facto præſumitur in dubijs.*

32 *Scientia Procuratoris non arguit ſcientiam in Domino.*

33 *Faciens quis per ſe inuentarium non præſumitur habere ſcientiam contentorum in eo.*

34 *Ignoranter ſoluens poteſt ſecundum aliquos Doctores repetere ſolutum indebitè quo ad ſe, etſi non quo ad recipientem.*

35 *Præſuppoſitum nihil diſponit.*

36 *Aſſertio, quod filius teneatur, vt hæres patris, intelligitur ſaluo beneficio inuentarij.*

37 *Agnitio ſimplex debiti facta ab hærede cum inuentario, cenſetur quatenus vires ſuppetant hæreditatis, &c.*

CONTROVERSIA DCXXVII.

NOn ſolum ex eo quod Illuſtriſſima D. Iſabella Gonzaga fuerit ſatisfacta de aſſerta quantitate ſcutorum 2000. ab ea prætenſorum, & per conſequens promiſſio de eis illi facta à q. Illuſtriſſimo eius patre fuerit nulla, tutus eſt Illuſtriſſimus D. Marchio Proſper frater eiuſdem D. Iſabellæ ab hac vociferata prætenſione, vt ſuperioribus diebus oſtendi, ſed etiam alia ratione, (vbi actio prædicta efficax eſſet, quod negatur) rectè defendi poteſt, quia ſcilicet fuit hæres cum beneficio inuentarij Illuſtriſſimi Domini Maximiliani ſui patris, dictæ ſummæ, & maioris promiſſoris, in cuius tamen hæreditate quidquid repertum fuit, ſibi debebatur, tamquam de bonis hæreditatis q. Illuſtriſſimi D. Marchionis Io: Franciſci eius aui, vigore fideicommiſſi ab eo creati in teſtamento condito die 11. Octobris 1524. cum iã prædictus eius pater alienaſſet caſtrũ Luzzariæ excedens longè legitimam, & Trebellianicam, quam conſequi poterat, vti filius in hæreditate paterna; certum eſt enim hæredem cum beneficio inuentarij conſeruare
1 ſibi ſuas actiones † quas habebat contra defunctum,
vel in eius bonis, nec teneri erga creditores, vel legatarios, niſi quatenus eſt in hæreditate, *leg. final. §. in computatione, Cod. de iur. deliber.* & ideo ſi nihil lucri
2 † habeat in hæreditate, poterit recuperare rem ſuam,
vel ſibi debitam vigore fideicommiſſi alienatam à defuncto, Menoch. *conſ.89. num 29.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.33. num.12. & 13.* Gabr. *de regul. iur. concl.11.*
3 *num.9.* & ſi illam iam alienatam † poſſet recuperare,
multo magis repertam in hæreditate retinere poteſt, quia facilius datur exceptio, & retentio, quam actio, *leg. nemo inuitus, §. eius damnus, ff. de regul. iur.*

In quibus quidem bonis fideicommiſſo ſubiectis, vtique præferendus erit Illuſtriſſimus D. Marchio Proſper ſorori, tum quia illa in ipſis nullam poteſt habere hypothecam vigore promiſſionis factæ à patre, cum reſoluto
4 to iure † obligantis rem, reſoluatur & hypotheca in
ea conſtituta, *leg. lex vectigali, ff. de pignor. & hypothec. leg. ſicut, in princip. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit*, quia tamen hypothecam competere fideicommiſſario in bo-
5 nis † ad ſe pertinentibus vigore fideicommiſſi, noti
iuris eſt, apud Peregr. *de fideicomm. art.45. num.49.* intelligendo ſemper, vbi non poſſidet; tum quia fidei-
6 commiſſarius purificato caſu † fideicommiſſi fit Do-
minus rei ſubiectæ fideicommiſſo, Peregr. *d. art.45. ſub*
7 *numer.18.* & ob id pro † rebus particularibus recupe-
randis habet rei vendicationem, vt per eumdem, *ibid. num.33.* tum denique, quia vbi poſsit conſiderari aliquis concurſus hypothecarum (quod certè nequit) antiquius eſſet ius prædicti Illuſtriſsimi D. ducens originẽ à teſtamento condito vſque de anno 1514.

Quæ tamen omnia dico de iure procedere, præſuppoſitis terminis habilibus, quod per ipſum Illuſtr is. Dom.
8 Proſperum † probentur relicta fuiſſe in bonis fidei-
committentis, quia ei tamquam hoc aſſerenti incumberet onus probandi, licet eſſet reus, iuxta vulgares regulas, & conferunt tradita per Peregr. *de fideicommiſſ. art.44. ſub num.21.* qua in probatione maximè circa mobilia non inſiſto an præſumerentur relicta in hæreditate, quia nunc ſuper hoc non requiror, ſed tantum
9 ſuper meritis, † conſulendus tamen eſſet Peregr. *art.*
35. vbi licet, *ſub num.24.* dicat non præſumi relicta fuiſſe, tamen, *num.28.* ſubdit ex varijs circumſtantijs poſſe iudicem informare animi ſui votum, provt in caſu iſto veriſimiliter arbitrari poſſet relicta fuiſſe ſuppellectilia egregij valoris, & maximè argentea, cum teſtator eſſet nepos ex filio Marchionis Ludouici, & nepos ex fratre Marchionis Federici.

Vbi tamen in inuentario adeſſent aliqua bona acquiſita à D. Maximiliano promiſſore, tunc in eis crederem præferendam eſſe D. Iſabellam actricem, quamuis & D. Proſper eſſet creditor hæreditatis, vigore dicti fideicommiſsi, forte propter bona, vltra legitimam, & Trebellianicam alienata, vel culpa grauati conſumpta, aut deteriorata, quia in illis D. Iſabella haberet hypothecam vigore obligationis omnium bonorum factæ à patre, non autem Illuſtriſsimus D. Proſper, cui tantum
10 competeret † actio perſonalis. Peregr. *de fideicomm. art.40. ſub num.14. & art.44. ſub num.31. & art. 43. nu-*
11 *mer.49.* & in hæreditate † adita cum beneficio inuen-
tarij hæres vtitur iure cæterorum creditorum, & ideo ſi eſt poſterior, vel ſine hypotheca, poſtponitur anterioribus, vel hypothecarijs, *l. final. §. in computatione, C. de iure deliberand.* Phanuc. *de inuentar. part.5. ſub numer.20. verſic. in ergo declara, & ſub numer.159. verſic. Aduerte, &c.*

12 Niſi talia bona † fuiſſent empta, vel de pecunijs hæreditarijs ſubiectis fideicommiſſo, vel de pecunijs extractis ex bonis fideicommiſſo ſubiectis venditis, quia

tunc

Digitized by Google

tunc eſſent fideicommiſſaria, & loco venditorũ dicerentur ſubrogata, Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 37. *num.* 12. *& art.*44. *num.*28. *& ante numer.*30. *verſ. ſi tamen hæres grauatus, &c.*

Poſteriora hæc à me dicta ſint, vt commoneam ipſum Illuſtriſsimum D. Proſperum de veritate negotij, & euẽtu rei, prout fui requiſitus.

Et ſicuti vigore promiſsionis, & ratione hypothecæ, vbi dicta bona eſsent de hæreditate fideicommittentis, nullum ius in eis competeret prædictæ Illuſtriſsimæ D.
13 Iſabellæ, ita nec ea ratione, quod † feminæ deſcendentes debeant dotari de bonis fideicommiſsi aſcendentis, iuxta *Auth. res quæ, C. comm. de legat.* quia debitum iſtud non, à vigore dotis debitæ à patre quã integraliter habuit, ſed vigore promiſsionis alienæ factæ, ſcilicet à q. Illuſtriſs. D. Iuliano Ceſarino, & in ſe ſuſceptæ ab Illuſtriſsimo D Maximiliano patre communi d. D. Iſabellæ, & D. Proſperi.

Nonnulla tamen, quæ circa ſuperius firmata negótium laceſsere videntur, neceſsario tollenda arbitror, vt clarior reddatur veritas huius concluſionis.

Et primo obſtare videtur, quod in prædicto teſtamento Illuſtriſsimi q. D. Io: Franciſci non videtur extare aliquod fideicommiſſum ad fauorem D. Proſperi, cũ
14 in eo † legatur tantum in conditione poſitus, & per conſequens nec expreſse, nec tacite vocatur dicatur, ſed tantummodo ei reſeruata ſucceſsio ab inteſtato ſecundum opinionem gloſs. *in l. Lucius, la* 2. *in verb. liberis, ff. de hæredib. inſtituend.* quam magis communiter approbari relatis infinitis auctoritatibus, teſtatur Ioſ. Ruſtic. *de filijs poſit. in condit. lib.*1. *c.*2. *par.*1. *n.*1. *fol.*7.
15 Siquidem ommiſſo, † quod multi indiſtincte tenuerunt filios poſitos in conditione cenſeri vocatos, & hanc hodie videri magis communem opinionem, vt demonſtrat Honded. *conſ.*65. *volum.* 1. & Fabius de An
16 na, *conſ.*9. *num.*2. † penes quos cæteri habentur; Reſpondeo, quod citra omnem difficultatem concurrentibus aliquibus coniecturis à noſtris approbatis, quæ fere omnes verificantur in caſu iſto, tales poſiti in conditione dicuntur vocati, ita vt in eorum præiuditium præceſsores non poſsint alienare bona teſtatoris.

Inter approbatas autem coniecturas prima, & prin
17 cipalis eſt illa, quando teſtator † grauauit poſitos in conditione, puta, ſi dixit, ſi Titius deceſserit ſine liberis, vel eorum filij ſine liberis, ſubſtituo Sempronium, provt præciſe fecit teſtator noſter; tunc ex quo is, qui non honoratur non poteſt grauari, illi poſiti in conditione dicuntur vocati: hanc coniecturam probauit Bart. *in l. Centurio, num.*37. *ff. de vulgar.* & poſt eam magis communiter ſcribentes, vt refert Theſaur. qui ſecundũ eam iudicatum refert, *dec.* 96. *nu.* 10. *cum ſeqq.* & alij, quos inferius allegabo.

18 Secunda eſt † coniectura, quia mortuo D Maximiliano ſine filijs, teſtator ſubſtituit eius fratrem D. Rodulphum ſi ſuperuiueret, vel eo mortuo illius filios, ex hac enim expreſsa vocatione filiorum filij præmortui in bonis patris, oritur ſufficiens coniectura, quod filios alterius fratris poſitos in conditione voluerit vocare, ita ex auctoritate multorum concludit Honded. *conſ.*65. *n.* 33. *volum.*1. & melius, *conſ.*54. *ſub num.*37. *verſ. ſexta coniectura, &c. volum.*2.

19 Tertia eſt, † ſi teſtator habuit conſiderationem ad conſeruationem agnationis, puta, quia poſuit in conditione cum qualitate maſculinitatis, vel ſemper vocauit maſculos excluſis fœminis, vt in caſu iſto, ita originaliter decidit Guid. pap. *quæſt.*184. cuius opinionem magis communiter approbari dicit Theſaur. *d. deciſ.*96. *ante num.*13. & concurrentibus alijs coniecturis eam approbatam in illo Senatu, & bene, Honded. *conſ.*54. *n.* 12. 26. *&* 30. *vol.*2.

20 Quarta eſt, † quando teſtator digreſsus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, vt in caſu iſto fere infinitos conſtituit Ancharan. *conſ.*74. Theſaur *dec.*96. *num.*15. *& ſub num.*17. refert Senatum ſepe cum Ancharan. ſententia tranſijſse.

21 Quinta reſultat † ex reciproca facta à teſtatore inter filios inſtitutos, deducendo eam, vt per Honded. *d. conſ.*54. *num.*42. vbi alios citat, *num.*46. *volum.*2. Menoch. *libr.*4. *præſumpt.*76. *num* 52.

22 Sexta eſt, † quia teſtator vocauit ſubſtitutum, & eius filios, & ſic cum vocauerit filios ſubſtituti minus dilectos, cenſetur etiam vocaſse filios grauati poſitos in conditione, ita Menoch. *d. præſumpt.*76. *num.*56. *lib.*4.
23 Surd. *conſ.*344. *ſub num.*6. *verſic. Confirmatur.* poſiti † enim in conditione cenſentur magis dilecti quam ſubſtitutus, Honded. *conſ.*45. *num.*30. *volum.*2.

24 Septima eſt, † reſpectu prælegatorum, & fideicõmiſsorum particularium, in quibus poſiti in conditione cenſentur vocati, Menoch. *dict. præſumpt.*76. *numer.*61.

25 Octaua eſt, † quia deficientibus ſuis filijs ſine liberis, vocauit tranſuerſales, vnde ne dicti tranſuerſales cenſeantur melioris conditionis ipſis deſcendentibus, deſcẽdentes poſiti in conditione dicuntur vocati, Menoch. *d. præſumpt.*76. *num.*81.

Nonam conſidero coniecturam, quod teſtator ſubſtituit expreſse, & vocauit poſitos in conditione ad ſucceſsionem patrui minus debitam; vnde multo veriſimilius eſt eos vocare voluiſse ad hæreditatem patris magis debitam.

26 Licet autem † valde controuerſum ſit an vna, vel duæ ex dictis coniecturis ſufficiant; tamen, vbi plures concurrũt, omnes conueniunt poſitos in conditione cẽſeri vocatos, de quibus agunt ſpecifice omnes illas cumulantes, Ioſep. Ruſtic. *in tractat. de filijs poſit. in condit.* Menoch. *d. præſumpt.*76. Theſaur. *deciſ.*96. Honded. *conſ.*65. *volum.*1. *& conſ.*54. *volum.*2. Surd. *conſ.*344. *& conſ.*434. & alij multi.

Secundo, difficultatem facere videtur, quod fideicommiſſum iſtud non valuerit, vti factum ſuper bonis feudalibus, maxime ſine licentia Domini, tamen id facile remouetur, tum quia reſpectu Caſtri Luzzariæ adeſt ſpecifica approbatio Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Caroli Quinti, ſub die 5. Februarij 1540. regiſtrata in proceſsu mihi exhibito, *fol.* 104. reſpectu vero cæterum credo alias altercatum fuiſse an ſint feudales, vel allodiales, nec deciſam fuiſse quæſtionem, vnde in dubio præſumuntur allodiales, tum etiam non obſtat
27 obiectum, quia † fideicommiſſum fuit factum inter comprehenſos, & immediate ſucceſſuros, quo caſu valet, Clar. §. *feudum, qu.*85. Roſental. *de feud. cap.*7. *concl.*11. Surd. *conſ.*305. *ſub numer.*15. 17. 37. *&* 47. tum denique, quia dictum teſtamentum fuit approbatum à Carolo Quinto in ſupradicto priuilegio, ne dum reſpectu diſpoſitionis Caſtri Luzzariæ, ſed etiam in totum, dum dicit (prædictum teſtamentum paternum, & præcipue inſtitutionem, & prælegatum ſupra inſertum approbamus, &c.) approbat enim omnia, ſed præcipue partem illam prælegati Caſtri Luzzariæ.

Denique obſtare videtur, quod ipſe Illuſtriſsimus D.
28 Proſper ſoluit partem debiti, ex qua † cenſetur agnoſcere totum, *l. cum fidem, C. de non num. pecun. l. item ſi filiusfamilias, §. final. ff. ad Macedon.* & in inſtrumẽto dictæ ſolutionis aſseruit ſe teneri ad totum, vti patris hæredem, ſed quoad primam partem obiecti dicitur,
29 quod hæres cum beneficio † inuentarij incipiens ſoluere partem debiti ad quod non tenebatur, non cogitur ſoluere totum, Monticul. *de inuentario, cap.* 1. *numer.*178. *in magna impreſſione, fol.*27. Paul. de Caſtro, *conſil.*212. *circa finem, lib.*1. Phanuc. *de inuentar. par.*
30 6. *ſub num.*120. incipiens † enim ſoluere, videtur agnoſcere totum debitum, quatenus vires ſufficiant pro ſolutione totius, quod ſine dubio habet locum, ſi hæres ſoluens ignorauit vires hæreditatis, vel errauerit in fa
31 cto, † quod in dubio præſumitur, vt per prædictos, & per Monticul. *in Auth. de hæredib. & falcid. ſub num.* 184. *&* 185. quam poſuit *in dict. tractat. de inuentar. in magna impreſſione, fol.*258.

Neque hic poteſt dici, ipſum Illuſtriſsimum Domi

nu̅m

num habuiſſe ſcientiam huius fideicommiſſi, ex quo teſtamentum eſt deſcriptum in inuentario, quia inuentarium fuit factum per procuratorem, cuius ſcientia
32 † non arguit ſcientiam in Domino. Surd. *dec.* 181. *numer.* 18 immo vbi pro ſe feciſſet inuentarium, & habu-
33 iſſet ſcientiam de † dicto teſtamento, non præſumeretur habuiſſe ſcientiam de contentis in eo, Becci *conſil.* 113. *num.* 20.

34 Qua præſuppoſita ignorantia nedum non cogitur ſoluere totum, ſed immo videtur, quod poſſit repetere ſolutum indebitum, quo ad ſe, licet debitum, quo ad recipientem, ex traditis per Roland. *de inuentar. par.* 4. *ſection. Stante igitur, num.* 4. *fol.* 72. & facit text. *in l. ſi pœna, §.* 1. *ff. de condict. indeb.*

Quo vero ad ſecundam partem obiecti, quod paſſus ſit ſe vti debitorem totius enunciari in ſupradicto inſtrumento, reſpondeo, quod id fuit præſuppoſitum,
35 & † præſuppoſitum nihil diſponit, Surd. *dec.* 195. *ſub*
36 *num.* 8. *&* *dec.* 114 *ſub num.* 14 & cum † aſſertum fuerit eum teneri, vti hæredem patris, intelligitur, ſaluo beneficio inuentarij, Bal. *in leg. final. §. in computatione, ſub num.* 16. *&* 17. *C. de iur. deliber.* & facit Phanuc. *de inuent. part.* 3. *ſub num.* 94. 97. *&* 98. *& part.* 6. *ſub num.* 112. dum citat Corn. *conſ.* 36. *volum.* 4. addent. ad Dec. *conſ.* 496. *additione vltim.* vbi quod agnitio ſimplex debiti ab hærede cum inuentario, intelligitur, quatenus ſuppetant vires hæreditatis.

A R G V M E N T V M.

De eadem re. Obligationes oriuntur ex facto, non ex ſuppoſito. De promiſſionibus debiti, vel nomine alterius, & quantum ſe extendant, ac quomodo obligent, vel non. De ſolutione indebiti, & an ſi ſcienter fiat, præſumatur donatio, & quando non; & de coniecturis ad id. Soluens partem debiti, an, & quando cogi poſſit ad reſiduum.

S V M M A R I V M.

1 *Conqueritur Auct. de acredine, & aſperitate Peregrini, ex aduerſo in hoc facto conſulentis.*
2 *Eſt tolerabilis error in eo ſolum, quod defendatur rigor iuris ommiſſa æquitate.*
3 *Indebiti ſolutio ex bono, & æquo introducta eſt.*
4 *Obligationes oriuntur ex facto.*
5 *Nec præſumuntur, ſed expreſſim legi debent.*
6 *Clauſul. acceſſoria non ampliat diſpoſitionem.*
7 *Prorogatio non ſiune termino non nouat obligationem, ſed eam, quæ eſt, in longius protrahit.*
8 *Faſſus ſe obligatum vigore aditionis, & tamquam hæres, ſupponit ſe obligatum eſſe velle quatenus de iure teneatur, & defunctus fuerit obligatus.*
9 *Implens ex parte ſua contractum innominatum poteſt tunc agere aduerſus non implentem, quando realiter aliquid promiſſum eſt.*
10 *Promittens nomine alterius, vel debitum alterius, eſt vel fideiuſſor, vel correus, vel principalis.*
11 *Primo promiſſore ſoluente, ſecundus liberatur, ſiue fideiuſſor ſit, numer.* 12. *ſiue correus, num.* 13.
14 *Soluens pro alio etiam ignorante, & inuito eum liberat.*
15 *Hæres non poteſt conueniri, cum non poterat conueniri defunctus.*
16 *Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur, num:* 37.
17 *Conditio indebiti competit poſteriori debitori ſoluenti debitum iam extinctum. Et etiam indebite dumtaxat promittenti, num.* 18.
19 *Promittens, quod Titius debet, non obligatur ſi ipſe nil debeat.*
20 *Et qui promittit ſe ſoluturum pro alio, quod non debetur, non obligatur.*
21 *Fideiuſſio non valet, cum ſit eo tempore quo principalis eſt liberatus.*
22 *Fideiuſſor non poteſt ſe obligare in plus, quam principalis.*
23 *Nemo obligatur ex debito præſuppoſito.*
24 *Scienter conſtituens pro alio ſe ſoluturum quod non debet, an donare dicatur, & alias promittens, remiſſiue, & num.* 25.
26 *Ex actu facto à defuncto, ſi ipſe non obligatur, nec eius hæres.*
27 *Hæres eſt eiuſdem poteſtatis, & iuris, ac defunctus.*
28 *Obligatio talis, & tanta eſt in referente, ac in relato.*
29 *Soluens ſcienter indebite, vel ita promittens donare dicitur, & numer.* 30. *Excipe vt numer.* 32. *& ſequ.*
31 *Donatio excedens ſummam, vt valeat eſt inſinuanda.*
32 *Soluens indebitum non cenſetur donare, cum alter id recipit vt debitum.*
33 *Vel cum ſoluitur illud indebitum ex contractu acceſſorio, vt Conſtituto, Fideiuſſione, &c.*
34 *Aut cum colligitur ex coniecturis abfuiſſe donandi animum.*
35 *Nemo cenſetur dare de ſuo.*
36 *Cum promiſſio eſt facta à Procuratore, ſi ſit indebita, non vertitur in donationem.*
38 *Intellectus ille eſt faciendus in actu, per quem excludatur abſurdum.*
39 *Actus contrarius facto non eſt attendendus.*
40 *Diſpoſitio contra ius, & circa id quod non eſt in poteſtate diſponentis, eſt fruſtratoria.*
41 *Soluens partem debiti, ad quod non tenebatur, non poteſt cogi ad reſiduum.*
42 *Qualibet ſolutio, volente creditore ei ſatisfacit.*
43 *Imputandum eſt ei, qui vocat ſe ſatisfactum, etſi vere non ſit.*
44 *Error non præſumitur in accipiente vnam monetam pro alia debita.*

CONTROVERSIA DCXXVIII.

ET ſi Illuſtris nominis Iuriſconſultus noſtræ tempe-
1 ſtatis † Dominus M. Antonius Peregrinus maxima ſemper vſus fuerit modeſtia in ſuis conſultationibus, tamen nunc adeo inuehitur in me, in meæque ſcripta lucubrata pro Illuſtriſſimo D. Marchione Proſpero Gōzaga contra Illuſtriſſimam D. Iſabellam eius ſororem, vt profecto nimis petulans, procax, ac liuoris plena videri poſſet eius allegatio, niſi tanti ſenis auctoritas, quaſi præceptoris Zeloripi docentis chariſſimum diſcipulum, praberet quamdam licentiam liberius obiurgandi iuuenem aduocatum.

Illud tamen honori meo ſeruauit, vt dum me nimis pernicioſe in iuris ciuilis ſcientia reſpondiſſe aſſerit, prout in ſimili dicitur, *in leg. ſi ſeruum.* 91. *§ ſequitur, ff. de verb. obligat.* non negat me pro veritate ſecundum iuris rigorem conſuluiſſe, & contra æquitatem, quemadmodum error notatus à Celſo, *in d. §. ſequitur,* eſt
2 † in eo tantum, quod rigor ſtricti iuris (prout exponit ibi gloſſ. *in verbo iuris,* defendatur plerumque ommiſſa æquitate.

Sed adhuc & me pro bono, & æquo conſuluiſſe cōſtat ex eo, quod reſpondi contra promiſſionem factā ab Illuſtriſſimo q. D. Maximiliano Gonzaga de eo quod
3 iam fuerat ſolutum; indebiti enim † condictio ex bono & æquo introducta eſt, *l. hæc condictio,* 66. *ff. de condiction. indeb.*

Cuius rei demonſtrandæ gratia, & vt notam aduocati non re tantum, ſed & voluntate mali, quam in me videtur præſupponere prædictus D. Peregrinus diluam, non grauabor iterum rationes, quæ me in hanc ſententiam traxerunt, referre, & illis nequaquam ob-

ſt. r.

ſtare, quæ ex aduerſo conſiderata fuere, demonſtrare.

Dicebam igitur, quod aut Illuſtriſſima D. Iſabella vult conuenire Illuſtriſſimum Dominum Proſperum, vti obligatum ex perſona propria, ſeu ex proprio contractu, & propria promiſſione, aut vti obligatum ex perſona patris, & ex illius promiſſione tamquam eius hæredem, & neutra via eam obtinere poſſe exiſtimo.

Nam quo ad perſonam, & promiſſionem ipſius D. Proſperi nulla poteſt pretendi eius obligatio, niſi ex inſtrumento celebrato, ſub die 14. Decembris 1589. rogato per D. Carolum Righellum, de quo in proceſſu, *fol. 6. fac. 1.* & in quo ex aduerſo fit omne fundamentũ, & profecto in eo nullibi legitur, quod ſe obligauerit ex propria perſona, vel ſoluere promiſerit, ſed tantum ſuppoſuit ſe obligatum, vti patris hæredem, vnde ſequitur, quod dicebam in primis ſcriptis, quod cum
4 obligationes oriantur † ex facto, *leg. conciliо, §. fina-*
5 *li, ff. de curator. furioſ.* † non præſumantur, nec tacite inducantur, ſed tantum vbi expreſſis verbis leguntur, *leg. quidquid adſtringendæ, in principio, leg. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, leg. ſi ita ſtipulatus fuero, § Chryſogonus, in fine, ff. de verbor. obligation.* cum aliis generalibus vulgo notis, & late deductis in primis allegationibus.

Vt autem appareat nullam talem obligationem extare in iſto inſtrumento, percurramus omnes eius partes vt cum perito gladiatore, qui hunc ordinem ſecutus eſt, gladiaturæ non omnino ignari videamur; in prima D. Proſper volens rem gratam facere ſorori, licet nondum ſolutionis tempus aduenîſſet, ſoluit ſcutos 3000. ad computum reſidui eius dotis illi promiſſi per q. Illuſtriſſimum Dominum Maximilianum eorum communem patrem, hic nulla legitur propria promiſsio, nec obligatio ex perſona propria, ſed ex promiſsione patris. In ſecunda parte volens prædicta Illuſtriſsima D. Iſabella agnoſcere bonam fidem fratris, cum maxime (hæc ſunt verba præciſa inſtrumenti) ex obligatione facta per prædictum Illuſtriſsimum D. Maximilianum, D. Proſper vti illius filius, & hæres ad totum reſiduum dotis prædictæ ſibi promiſſæ teneatur, in quo reſiduo cõtinentur vere, & in effectu ſcuti bis mille ſuper quibus fuit creatus cenſus ab hæredibus Illuſtriſsimi D. Iuliani Cæſarini pro reſiduo ſcutorum 4000. promiſſorum per d. D. Iulianum; ideo eidem D. Proſpero cedit cenſum prædictum cum clauſulis pregnantibus, in qua patet, quod ipſe D. Proſper nihil promiſit, ſed tantum acceptat ceſsionem, eo quia vt narratum, & præſuppoſitũ fuit, tenebatur ad totum reſiduum dotis, vti filius, & hæres D. Maximiliani. In tertia parte D. Iſabella, ſtante prædicta denariorum ſolutione anticipate facta per fratrem ei terminum ſignat ad ſoluendum reſiduum inde ad quattuor annos, & ſic neque in hac parte aliquid promittit, ſed nec aliquid facit, aut dicit occaſione dictæ prorogationis, cum illam etiam expreſſe non acceptet, & quatenus acceptaſſet, intelligitur reſpectu obligationis præſuppoſitæ, vti patris hæredis, pro qua ſupra fuerat dictum eum teneri. In quarta parte dicti inſtrumenti idem D. Proſper, quatenus per hæredes D. Cæſarini ſibi interim pendente dicta prorogatione exburſarentur dicti denarij, promittit ſtatim, atque exacti fuerint, prorogatione non obſtante, illos tam pro capitali, quam pro liuellis ſorori, & eius marito ſoluere; ecce vnica tantum eius promiſsio, ſed conditionalis, cuius conditionis caſus non euenit. In quinta, & vltima parte adeſt clauſula ordinaria, in qua ipſæ partes promiſerunt omnia, & ſingula in prædicto inſtrumento contenta obſeruare, ſed cum referatur promiſsio iſta, in qua ita magnum fundamentum facit D. Peregrinus ad contenta in inſtrumento, in quo nulla obligatio D. Proſperi continetur, quæ habuerit effectum, non poteſt ex ea idem D. Proſper obligari, vltra contenta in præ-
6 dicto inſtrumento, † quia clauſula acceſſoria non ampliat diſpoſitionem, *Clement. 1. de præbend.* Dec. *conſil. 304. alias eſt conſil. 305. numer. 7.* D. Peregr. *conſ. 33. numer. 39. vol. 3.*

Ex qua diuiſione inſtrumenti, & perſcrutatione eius partium ſublata remanent omnia, quæ longiori calamo exarauit D. Peregrinus prò oſtendenda promiſsione & obligatione ex perſona propria D. Proſperi, *à verſic. ſolum ſupereſt, &c.* vſque *ad verſic. Dum autem ſecundo loco.*

Quibus nihilominus libet etiam particulariter, breuiter tamen reſpondere.

Ad primam enim rationem dum dicit me nimio affectu ductum errore labi cum D. Proſper ſoluerit ſcutos 3000. ex obligatione paterna, & pro aliis 2000. acceperit prorogationem quadriennalem cum clauſula generali poſtea promiſsionis omnium contentorum in dicto inſtrumento, non nego prædicta; ſed dico me non videre, nec ipſe D. Peregrinus oſtendit, vbi adſint verba, quibus D. Proſper promittat ſe ſoluturum dictos ſcutos 2000. ſed tantum habetur, quod ei obligato, vti hæredi patris ſit prorogatio, quæ prorogatio
7 non finito † adhuc primo termino non nouat obligationem, ſed priorem tantum, & ſic paternam in longius protrahit, *leg. ſed ſi manente, ff. de precar.* & clauſula generalis promiſsiua acceſſoria, vt ſuperius dixi, nõ ampliat diſpoſita in inſtrumento.

Ad ſecundam, quod prorogatio fuit fundata in perſona D. Proſperi, ex quo iam Dominus Maximilianus deceſſerat, & quia omnia contenta in inſtrumento cẽſentur ſtipulata inter contrahentes nulla extrinſecus ſubaudita perſona, & per conſequens reſultat eius perſonalis obligatio, tum per clauſulam generalem, in qua reciproce promittitur obſeruatio omnium contentorũ in inſtrumento, tum quia petens, vel accipiens tempus ad ſoluendum, videtur fateri debitum.

Reſpondetur, D. Proſperum repræſentare duplicem perſonam, propriam, & defuncti, vti eius hæredem, & ob id omnia in obiecto contenta procedunt inſpecta perſona repræſentata, non autem propria, quia vti hæres accepit prorogationem obligationis paternæ, & tamquam hæres, vbi valuiſſet obligatio defuncti, fuiſſet perſonaliter obligatus, & ſatis fuiſſet debitum in ſe translatum vigore aditionis, ſed omnia prædicta, &
8 præſuppoſita † obligatio intelliguntur, quatenus de iure teneatur, & defunctus fuiſſet obligatus, Afflict. *deciſ. 399. num. 13.* Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg. 13. num. 16. & priuileg. 74. num. 114.* Cephal. *conſil. 217. num. 5.* Gratian. *deciſ. 114. nu. 16.* Burſatt. *conſ. 329. num. 3.*

Ad tertiam rationem, quod Illuſtriſsima D. Iſabella ceſſerit fratri cenſum ſibi datum in ſolutum pro duobus millibus aureis, & ſtatim ſecuta fuerit prorogatio ad ſoluendum dictam quantitatem pro completa ſolutione ſcutorum 2000. pro reſiduo dotis, non autem pro ſcutis 2000. cenſus Cæſarini, prout inquit me erranter contra verba inſtrumenti dixiſſe, vnde cum abiecerit a ſe iſtum cenſum, & illud acceptauerit Dom. Proſper, & factus fuerit illius Dominus, ſequitur, quod ſpecialiter ipſe ſit obligatus pro hac ſumma.

Reſpondendo dico, quod ego in hoc argumento non agnoſco me erraſſe, nec quod concludat pro D. Iſabella, non enim errraui, quia non dixi, id quod præſupponit D. Peregrinus, quod D. Proſper videatur obligatus ad dandum illoſmet ſcutos 2000. cenſus ſibi ceſsi, niſi verba mea iudaice accipiantur, ſed illoſmet 2000. de quibus diſputatur, quod tamen dicebam per modum dubitandi. Non agnoſco etiam, quid iuuet D. Iſabellam, quia & ſi abiecerit à ſe cenſum, & factus fuerit D. Proſperi, non pro hoc vice verſa obligatur ad aliquid, quia nihil promiſit vigore huius ceſsionis, ſi bene legatur inſtrumentum, vnde ſibi imputet D. Iſabella, ſi minus caute egit, cedendo cenſum, & non procurando particularem viciſsitudinariam promiſsionem, ſed tãtum ſibi fuit prorogatum tempus ad ſoluendum, quæ prorogatio non facit nouam obligationem, ſed præſupponit tantum antiquam D. Maximiliani longius delatã,

hinc

hinc fingit eruditiſsimus vir in terminis puerilibus erra-
re, vt me obiurget, dum dicit ex prorogatione natam,
& creatam fuiſse nouam obligationem, *in verſic. Non
enim obſtat, quod partes*, cum igitur reſpectu dictæ ceſ-
ſionis cenſus, non fuerit facta particularis viciſsitudi-
9 naria promiſſio, non intrat † concluſio D. Peregrini, quod
in contractibus innominatis implens ex parte ſua poſſit
aduerſus non implentem agere, vel ad repetitionem,
vel vt ſibi impleatur, quia illud procedit, quando ex
aduerſo aliquid promiſſum eſt.

Quartam adducit rationem pro demonſtranda obli-
gatione D. Proſperi ex perſona propria, quod vbi exi-
geret ante quadriennium dictos ſcutos 2000. ab hære-
dibus D. Cæſarini, promiſit eos ſoluere non obſtante
prorogatione, & per conſequens cum non exegerit in-
tra quadriennium, remanet obligatus poſt quadrien-
nium.

Verum reſpondetur, quod hic caſus, in quo ſe ex-
preſſe obligauit, non euenit, & ideo euanuit promiſ-
ſio, obligatio vero, quæ remanet poſt quadriennium,
refertur ad prorogationem, quæ fuit facta de promiſ-
ſione defuncti, non autem induxit aliquam nouam obli-
gationem hæredis ex proprio contractu, & promiſſio-
ne.

Et ex his non videtur mihi inane, & ſine fundamen-
to eſſe, prout exaduerſo dicitur aſſerere, non conſtare
de aliqua promiſsione Illuſtriſsimi D. Proſperi, quæ
eum obliget ex perſona propria, ſeu ex propria con-
uentione, nec ex prædictis fundamentis deſtructam
eſſe meam negationem.

Videamus modo an idem Illuſtriſsimus D. Proſper
conueniri poſſet vti obligatus ex perſona patris, & tan-
quam illius hæres, vigore promiſsionis factæ à dicto
ſuo patre tam in primo dotis inſtrumento de anno 1565.
in proceſſu, *fol.* 23. quam in alio inſtrumento de Anno
1571. *fol.* 36. *fac.* 1. & hoc quoque nequaquam fieri
poſſe opinor, nam certum eſt promiſsionem Illuſtriſ-
ſimi D. Maximiliani fuiſſe pro debito alieno, ſcilicet,
pro totidem aureis debitis, & promiſsis per Illuſtriſsi-
mum q. D. Iulianum Cæſarinum ex apocha, de qua
fol. 44. *fac.* 1. vnde ſiue velimus eum fuiſſe fideiuſſorem,
ſiue correum, ſiue principalem, qui promiſerit in unt-
10 ione † alterius, iuxta ea quæ diſputant Doctores, qua-
lis dicatur talis promittens quod debet alter; *in leg.
ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti*, 97. §. *poſſum*. vbi Bart. Alex.
& alij, *ff. de verbor. obligation. & in l. ſi ex duobus, in prin-
cipio*, vbi Bart. Caſtrenſ. Ronchegal. & cœteri, *ff. de
11 duobus reis*, certum eſt † per ſolutionem factam à
primo debitore, videlicet ab hæredibus D. Cæſarini,
qui pro hoc debito dederunt in ſolutum annuum cēſum
aureorum 100. vt ex inſtrumento in proceſsu, *fol.* 44.
fuiſse liberatum D Maximilianum ſecundum promiſſo-
rem, vt ſunt textus de fideiuſsore quod liberetur, quan-
do reus ſoluit, *in §. item ſi reus, Inſtit. quib. mod. tollit.
obligat. l. cum quis, §. de peculio, l. eg. ſti, ff. de ſolution.
leg. ex perſona, leg. cum lex, ff. de fideiuſſ.* Menoch. *conſ.*
795. *num.* 7. Anton. Henring. *in tract. de fideiuſ. cap.* 20.
num. 5.

13 De vno vero reo ſoluente, † quod alter pariter li-
beretur ſunt textus, *l. 2. ff. de duobus reis, §. ex huiuſmo-
modi, Inſtit. eod. tit.*

Quinimo & ſi tantummodo debitum illud fuiſset pro-
prium origine D. Maximiliani, adhuc fuiſset liberatus,
14 quia † quilibet ſoluens pro alio etiam ignorante, vel
inuito eum liberat, *l. ſolutionem, l. ſoluere, l. ſi pro me
l. pupilli, §. cum pupilla, ff. de ſolution. l. ſi ſtichum, §. fi-
nal. ff. de nouation. leg. ſoluendo, ff. de negot. geſtis, Inſtit.
quib. mod. tollitur obligat. in principio*, Surd. *deciſ.* 174.
num. 27.

Si igitur fuit liberatus D. Maximilianus per illam da-
tionem in ſolutum cenſus, iam prior eius promiſsio de
qua in primo inſtrumento dotali, non habet aliquam
efficaciam, nec eius vigore ipſe conueniri potuiſset, &
15 per conſequens † nec D. Proſper eius hæres, *ad l. hæ-
redem, ff. de regul. iur.*

Pariterque, nec ſecunda promiſsio facta, ſub die 27.
Iulij 1571. de qua in proceſsu, *fol.* 36. induxit aliquam
obligationem, quia iam multo ante, ſcilicet, ſub die
21. Ianuarij 15 0. D. Iſabella fuerat ſatisfacta per dictã
dationem cenſus in ſolutum ex inſtrumento in proceſsu,
fol. 44. iuncta ratificatione, & acceptatione, de qua
fol. 51. in inſtrumento, ſub die 25. Februarij eiuſdem
anni 1570. cum ſemel ſolutum amplius non ſit ſoluendũ,
16 nec bona fides patiatur, † vt idem debitum bis exi-
gatur, *l. bona fides, ff. de regul. iuris, cap. bona fides, eod.
tit. in 6.* Afflict. *conſ.* 150. *num.* 19. Ceph. *conſ.* 189. *n.* 24.
& conſ. 354. *num.* 9.

Indeque editus eſt titulus de condictione indebiti, quo
ſubuenitur ei non ſolum, qui ſoluit id quod iam ſolutũ
erat, vt ſolutum repetere poſsit, & ſi duo ſint, qui
17 ſoluerint, vt in caſu iſto, poſteriori tantum † tamquam
illi, qui indebitum ſoluit, non autem priori compe-
tat repetitio, *l. cum duo, l. ſtichus, §. Titius, ff. de con-
dict. indebit.* Vigel. *Method. Iur. Ciuil. lib.* 24. *cap.* 6. *quaſt.*
3. *regul.* 2. *& quaſt.* 5. *regul.* 8. ſed etiam ſi tantum in debi-
18 tum † promiſerit eodem remedio iuuetur, *leg. ſi non
tranſactionis, C. de iur. & fact. ignorant. leg. ſi quis, ff. de
condict. indeb. leg. cum, & ſoluta, C. eod. tit. de condict. in-
debit. l. ſi hæres, in fine, ff. de action. empt. l. 2. §. aliud iu-
ris, & §. item ſi ei, ff. de donation.*

19 Et ideo, † qui promittit, quod Titius dare debet,
non obligatur ſi Titius nihil debeat, Capel. Tholoſan.
deciſ. 414. Marcus, *deciſ.* 614. *num.* 1. *pars* 1. Barz. *deciſ.*
90. *num.* 25. & facit text. *in l. ſi ſic legatum, in principio,
ff. de legat.* 1.

20 Et qui promittit ſe ſoluturum pro alio, quod non
debetur non obligatur, *l. 3 §. ſi quis autem, l. hactenus*,
& ibi Bartol. & Dionyſ. Gottifred *ff. de conſtit. pecun.* Ia-
copin. Riminald. *inter conſilia Riminald. Senior. conſ.*
61. *num.* 22.

21 Pariterque ſi quis intercedat eo tempore, † quo
quis eſt liberatus, fideiuſsio non valet, *l. ſi quis*, 37. *ff.
de fideiuſſ.* Vigel. *Method. Iur. Ciuil. lib.* 21. *cap.* 1. *quaſt.* 2.
22 *except.* 30. quia fideiuſsor in plus † non obligatur, quam
teneatur principalis, *l. greca, §. illud, l. ſicut*, & ibi
ſcribentes, *ff. de fideiuſſ. l. ſi vltra, C. eod. tit. §. fideiuſ-
ſores Inſtit. eod.* latè Surd. *conſ.* 20. *num.* 10.

Prædicta autem omnia ſicuti ſine dubio procedunt
in eo, qui ignoranter, & per errorem promittit inde-
bitum, quemadmodum promiſsionem hanc per errorẽ
factam præſumi, & ignoranter à D. Maximiliano, dice-
bam in primis ſcriptis, cum non vidiſsem inſtrumenta
procuræ, ſub die 2. Martij 1571. & ſub die 1. Aprilis
eiuſdem anni; de quibus in proceſsu, *fol.* 58. *&* 59.
quorum ignorantiam habebat Illuſtriſsimus D. Proſper,
& ob id ea mihi non oſtendit, quamobrem non eram
obiurgandus à Domino Peregrino, quod truncate fa-
ctum retuliſsem, licet etiam de rigore iuris, & qui ni-
teret ſubtilitatibus defendere poſset D. Maximilianum
non habuiſse ſcientiam de hac donatione in ſolutum,
cum ex prædictis inſtrumentis non colligatur, quod ta-
lis cenſus fuiſset datus in ſolutum pro debito, de quo
agitur, nec appareat eumdem D. Maximilianum ha-
buiſse præ manibus inſtrumentum dationis in ſolutum,
ſed hæc miſsa facio.

Sicuti inquam prædicta procedunt in eo, qui per er-
rorem indebitum promittit, ita quoque etiam militãt
in eo, qui ſciens indebitum, facit talem promiſsionẽ,
23 nam conueniunt omnes, † quod non obligetur occa-
ſione dicti debiti præſuppoſiti, ſed tantum diſputant,
24 an cenſeatur donare, prout de eo, † quod ſcienter
conſtituit ſe ſoluturum, quod non debetur, diſputat
Gloſ. Bart. Caſtr. Dionyſ. Gottofred *in d. l. hactenus,
§. ſi quis, ff. de conſtituta pecunia*, & de eo, qui gene-
25 raliter, aliter quam per † conſtitutum promittit ſciē-
ter indebitum, tradunt ſcribentes omnes, *in leg. 1. ff.
de condiction. indebiti, & in l. cuius per errorem, ff. de re-
gul. iur.*

26 Si igitur D. Maximilianus † non obligabatur ex di-
cta ſecunda promiſsione, ita nec Illuſtriſsimus D. Pro-
ſper

27 ſper eius hæres, Surd. *conſ.196. num. 60.* † quia hæres
eſt eiuſdem poteſtatis,iuriſq; cuius fuit defunctus,*l.here-*
28 *dem, ff.de regul.iur.* & obligatio dicitur talis, † & tan-
ta in termino referente,qualis, & quanta eſt in termino
relato, *l.ſi prior*, vbi notant Bald. & Angel. *ff.ſoluto ma-
trimonio*, Socin.Sen. *conſil.90. num.6. volum.5.* Decian.
conſ.56.num.14. vol.2.

Et licet in inſtrumento Anni 1589. ſuppoſitum fue-
rit D.Proſperum eſse obligatum, tamen hoc non offi-
cit, ſi non aderat aliqua obligatio, quia qui ſupponit,
non dicitur diſponere aliquid ſuper eo quod ſupponit
& niſi doceatur de ſuppoſito,conſecutiua diſpoſitio in
illo fundata nihil operatur, vt probaui in primis allega-
tionibus, *in verſic.Et licet,&c.* & vbi etiam promiſiſset
in executione dictæ paternæ obligationis,promiſſio in-
telligeretur conditionalis, quatenus ſcilicet de iure te-
neretur, & defunctus fuiſset obligatus, vt deduxi ſupra,
*ſub verſic.Reſpondetur Dominum Proſperum repreſenta-
re,&c.*

Neque obijciatur, quod ſi Dom.Iſabella non poteſt
conſequi hos ſcutos 2000. tamquam debitum, tamen
poſse illos habere vti donatos à patre, cum ne dum ſol-
29 uens † ſcienter indebitum dicatur donare, *leg.1.* cum
ibi notatis in Gloſs. *ff. de condict.indebit. l.cuius per erro-
rem ff.de regul.iur.* ſed etiam is, qui tantum promittit
30 † ſcienter, quod non debet, obligetur, ac ſi donaſset,
l.ſi decommiſſum, vbi Iaſ. *ff.de condict.indebit.*

Reſpondeo (ommiſso, quod talis donatio non eſset
31 inſinuata, quæ tamen inſinuanda † foret, vt tradit
Bart. *in l.1.ſub num.2.ff.de donation.* Alex. *in l.1.ſub num.
1.* & ibi Iaſ. *ſub num.12. ff.de condict.indebit.* Deci. *in leg.
cuius per errorem, in principio, ff. de regul.iur.* Clar. de
communi, *in §.donatio, quaſt.16. num.1.&4.*) reſpon-
deo inquam, quod dicta regula patitur multas limita-
tiones, & inter cæteras non procedit, quando is, qui
32 recipit † indebitum, non recipit tamquam indebi-
tum, ſed credens, & contendens ſibi debitum, Deci.
in d.l.cuius per errorem, ſub num.1. ff.de regul.iur. Alex.
in d.l.1. ſub num. 1. & ibi Caſtr. & Iaſ. *ſub numer. 12. in
prima limitatione, ff. de condict. indebit.* Riminald. Iun.
*In rubric. inſtitut. de donation. in parua impreſſione, num.
13. in magna vero num.29.* hic autem D.Iſabella recepit
tamquam debitum, quod ex multis apparet, ſed præ-
cipue ex inſtrumento 1589. in quo cedit cenſum Illu-
ſtriſsimo D.Proſpero, quaſi velit agnoſcere bonam fi-
dem, & ſic putet illum ad eum ſpectare, ex quo pro
ſuo debito habuerit promiſsionem paternam.

33 Secundo, † non procedit quando quis ſoluit ſcien-
ter indebitum ex aliquo contractu acceſsorio,puta con-
ſtituti, vel fideiuſsionis, vt hic ita poſt alios limitat Iaſ.
*in d.l.1. ſub num.12. in ſeptima limitatione, ff.de condict.
indebit.*

34 Tertio, † non habet locum, quando ex aliquibus
coniecturis colligi poteſt, quod ſoluens, vel promittens
non habuerit animum donandi, Bal. *in d.l.1.in fine*, Iaſ.
*ſub d.num.12. in quarta limitatione, ff. de condict. inde-
bit.* Deci. *in d.l.cuius per errorem, num. 3. ff.de regul.iur.*
in dicto autem inſtrumento vltimæ promiſsionis, & in
primo dotis, vbi D.Maximilianus proteſtatus fuit pro-
miſsionem duorum millium ſcutorum vltimorum eſse
35 pro † debito D.Cæſarini, ne cenſeretur dare de ſuo,
iuxta, *l.final. Cod.de dotis promiſſ.* apparet eum noluiſse
donare.

36 Poſtremo talis donatio excluditur † quando pro-
miſsio non fit à principali, ſed à procuratore, prout hic
fuit facta à D.Burſatto procuratore D.Maximiliani, Iaſ.
in dicta lege prima, ſub numer.12. in tertia limitatione.

Non obſtat, quod non fuerit liberatus D.Maximi-
lianus per dictam dationem in ſolutum cenſus factam
D.Iſabellæ, cum eam acceptauerit ſine præiudicio iu-
rium contra prædictum D. Maximilianum, & eius bo-
na, iam vigore ſcutorum 2000. pro quibus dictus cen-
ſus fuit aſsignatus, quam in tel.quis quomodocumque,
& qualitercumque, prout in inſtrumento diei 15. Fe-
bruarij 1570. in proceſsu, *fol.51. fac.1.* quia talis reſer-
uatio debet intelligi in caſu, quo cenſus aſsignatus nō
eſſet idoneus, vel euinceretur, tunc enim D.Iſabella
ſibi præiudicare noluit quin poſſet habere regreſſum
contra patrem, & iſte intellectus ad dictam reſeruatio-
nem eſt neceſſarius, quia cum acceptauerit dictum cē-
ſum verbis, vt ex dicto inſtrumento, & facto, quia con-
ſtituit procuratorem patrem ad exigendum liuellos, &
capitale à Dominis Cæſarinis, impoſſibile erat quod pro
eodem debito iam ſoluto vellet etiam conſequi aliam
37 † ſolutionem à patre, contra, *l.bona fides, ff.de reg.iur.*
38 merito, vt abſurdum, † & repugnantia vitetur, capien-
da eſt dicta interpretatio, alias reſeruatio illa vti con-
39 traria facto † non eſſet attendenda, *l.ſi quis extraneus*
40 *in principio, ff. de acquirend.hared.* † & tanquam con-
tra iuris diſpoſitionem, & circa id quod non erat in po-
teſtate proteſtantis fuiſſet fruſtatoria, *l.Papinianus, ff.de
publican.* Ceph. *conſil.407.num.42.*

Nec eſt verum, quod Illuſtriſſimus D.Proſper agno-
uerit debitum, ſoluendo ſcutos 3000. ex quinque milli-
bus, tum quia debitum duorum millium, de quibus
agitur, erat ſeparatum ab illis 3000. nam iſtud erat ex
perſona aliena, illud vero ex propria, & nulla pars ho-
rum duorum millium fuit ſoluta à D. Proſpero, & per
41 † conſequens non agnitum debitum, tum quia qui
ſoluit partem debiti ad quod non tenebatur, non obli-
gatur ſoluere reſiduum, *l.final.Cod.ne vxor pro marito*,
Menoch. *lib.1. praſumpt. quaſt.20. num.2. & libr.3. pra-
ſumption.131. numer. 29.* latè Surdus, *conſil. 212. num.
25.*

Non inſiſto ſuper inſtrumento diei 9. Martij 1591. al-
gato à D.Peregrino, *in verſic. Idem autem Comes Theo-
dorus,&c.* quia non eſt in proceſſu, ſicuti nec ſuper qui-
buſdam alijs, quæ allegat, de quibus non conſtat in
actis.

Circa ſecundum punctum de augumento monetæ
petito ſcutorum 3000. ſolutorum à D. Proſpero à libris
ſex, cum debuerint perſolui aurei in auro, qui tunc
pluris valebant, vt ex proclamate in proceſſu, *fol. 71.
fac.2.* dico non poſſe obtinere Illuſtriſſimam D. Iſabel-
lam, tum quia non apparet dictum proclama fuiſſe
publicatum, nec quod fuerit publicatum ſub die
ei ſubſcripto, nec adeſt aliqua fides, vnde fuerit extra-
ctum, & eſt ſubſcriptum à Notario, quam credo iam
multis annis mortuum eſſe, tum quia certum eſt, plu-
ra feciſſe genera aureorum in auro, & inter alia illum,
qui vocabatur *del Marcello*, & aliorum, qui vocaba-
tur *dalla balla*, vnde cum proclama loquatur de vno
tantum, nec conſtet, quod fuerit ille minoris valoris,
probatio non concludit, quia adeſſe potuerit alter ſcu-
tus auri in auro valoris librarum ſex, & non releuaret
42 quod eſſet ſolutus in moneta argentea, quia † quali-
bet ſolutio volente creditore ei ſatisfacit, *l.ſolutionis, ff.
de ſolutionibus, l.ſolutionis, ff. de verbor. ſignific.* & quod
hoc ſit verum, colligitur ex his, quæ nunc ſubdo; tum
& tertio, quia vocat ſe ſatisfactam pro dictis 3000. au-
reis, & facit finem, & prætendit tantum aureos 2000.
pro completa ſolutione, *fol. 9. fac. 2.* vnde vel præſu-
mendum eſt, quod tunc adeſſent aliqui aurei in auro;
qui non valerent, niſi libris ſex, vel quod fuerit con-
tenta de illis pro aureis ſibi debitis, quo caſu imputa-
43 tur † ei, qui vocat ſe ſatisfactam, licet vere non
fuerit, Natt. *conſil. 496. num.10. & 21.* maxime quia
potuit gratificari fratri, qui anticipate ſoluerat dictos
ſcutos 3000 & alio non apparente, in dubio non præ-
ſumitur, quod per errorem acceptauerit dictos ſcutos
44 à libris ſex pro aureis in auro, quia † error non præ-
ſumitur, Menoch. *libr.6. praſumpt.22.*

ARGVMENTVM.

De Socij expenſis in re communi, illiſque pro-
bandis: Interpellatio eſt neceſſaria in obligando
alterum, & in re magni præiudicij, ac alias;
&c.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Socius proparte ſua tenetur ad damnum, & ſumptus alterius ſocij in re communi.*

2 *In praiudicialibus tacens non dicitur conſentire.*

3 *Non eſt inconueniens, vt vnus in ſocietate ponat pecuniam, alter operas.*

4 *Cum agitur de probando in ſpecie aliquid, & particulariter, pro ſingulis actis duo teſtes exiguntur. Specifica in partitis cambiorum; In actibus Vſurarij, Haretici, & Adulteri, & num. 5.*

6 *Ad hoc vt damna ab aliquo peti poſſint ex cambijs, ratione vſurarum, debet illa pratendens, ei proteſtari de tempore in tempus quo prouideret de pecunia.*

7 *Vbi agitur de obligatione alterius, & re magni praiudicij, exigitur interpellatio, & monitio. Pracipue vbi agitur de ammiſſione totius rei, & num. 8.*

9 *Nemo conſtituitur in mora ſine proteſtatione, vbi obligatio eſt multiplicabilis, etiam ſi eſſet apposita dies.*

CONTROVERSIA DCXXIX.

IN cauſa quam habet Ioſeph Torrus Hæbreus cum Multum Magnifico Dom. Cæſare Ghirardino Mercatore Veroneſi, difficultas non verſatur an ipſe Gherardinus promiſerit, & teneatur dare Torro quartam partem eius quod de pluri vendidit quatuor adamantes, quam ipſe eoſdem emerit; cum hoc conuentum fuiſſe inter ipſos ab vtraque parte ſupponatur, & probant etiam teſtes hinc inde examinati, tam per actorem, quam reum Veronæ, & Mantuę.

Sed controuerſia eſt an ipſe Torrus teneatur ſubiacere damno pro ſua parte aſſertorum cambiorum ſolutorum, & expenſarum factarum occaſione prædictorum adamantium, de quibus per reum conuentum capitulatum eſt, quod vtique affirmatiuè videretur concludendum,
1 dendum, quia Socius pro parte ſua tenetur † præſtare damnum, quod alter Socius paſſus eſt, & ſumptus, quos fecit pro re communi, *leg. pro ſocio,* 38 *in fine, & leg. cum duobus, §. quidam. & §. item ſi in communem, & §. ſi quis ex ſocijs, leg. ſi vnus, in principio, ff. pro ſocio.*

Hoc etiam ſi regulariter verum ſit, tamen in propoſito caſu, ſtantibus rebus, prout ſtant, ſecus dicendum videtur, reum non eſſe audiendum, ſaltem in quantitate prætenſa.

Nam quod attinet ad aſſerta cambia, nõ videtur probatum, quod Torrus conſenſiſſet, vt Ghirardinus acciperet ad cambium pecunias pro emendis iſtis adamantibus, nec etiam habet aliquam veriſimilitudinem, cum elegerit iſtum emptorem tamquam diuitem, qui haberet facultatem ſine incommodo comparandi has margaritas, ex quo alias pars ſui lucri abſorbi potuiſſet ab ipſis cambijs.

De hac enim conuentione, & conſenſu accipiendi pecunias ſub cambijs, deponit primo Ioſeph Norlengus Hæbreus examinatus pro actore, qui dicit ita inter partes concluſum fuiſſe, ſed vltra quod eſt ſingularis, vt ipſemet deponit, & eſt quodammodo male affectus erga Torrum, quia prætendebat partem in hoc lucro prætenſo ab ipſo Torro, ſed fuit per arbitros reiecta eius prætenſio, vt *fol.* 18. *fac.* 2. & fuit alias condemnatus à S. Officio pro libris prohibitis, vt in generalibus, dico, quod in alio teſtificato facto ad inſtantiam rei in modula teſtium Mantuæ examinatorum, *fol.* 8. *fac.* 2. expreſsè dicit, quod Torrus non dixit aliquid circa hęc cambia, ſed quod ipſe teſtis credit eum acquieuiſſe, & conſenſiſſe cum Ghirardinus diceret, quod oportebat accipere pecunias ad cambium, & nolebat expendere pro parte Torri, & ſic non deponit de veritate, & re certa, ſed de credulitate, & iudicio in re ambigua, ob id non probat, maximè cum in præiudicialibus ta-
2 cens † non dicatur conſentire, Surd. *conſil.* 45. *numer.* 45.

De hac etiam proteſtatione D. Ghirardini, quod non haberet pecunias, ſed oporteret, quod eas acciperet ad cambium, deponunt ex teſtibus examinatis Veronæ, vigeſimus ſecundus, *fol.* 53. vigeſimus quartus, *fol.* 62. & vigeſimus ſextus, *fol.* 67. ſed vltra quod primus eſt nepos, & degit in domo producentis, ſicuti, & ſecundus inſeruit eidem, & viuit in illius domo, non deponunt aliquid, quod Ghirardinus admonuerit Torrum de accipiendis cambijs pro eo, nec quod aliquod ſuper hoc conuentum fuerit inter eos, immo expreſſe dicunt ignorare, nec vnquam audiuiſſe, niſi poſt hãc litem, quod Torrus haberet aliquam partem in hoc negotio, proinde ſequitur, quod actor pro his cambijs non teneatur; nam quod conſenſerit pro eius quarta parte, non deponit, niſi Ioſeph Norlengus, quem dixi non probare; pro aſſertione autem generica Ghirardini, quod oportebat accipere pecunias pretij ad cambium, non grauatur Torrus, nec pro alia parte remanet obligatus.

Quia aduertendum eſt, quod in contractu ſiue ſit ſocietatis, ſiue magis innominatus, Torrus non fuit emptor, quia non habebat facultatem emendi, ſed Ghirardinus tantum, cui propoſuit hanc emptionem cum hoc, quod poſtea haberet quartam partem in eo, quod de pluri venderentur iſti adamantes vnde Ghirardinus tenebatur ponere totum capitale, Torrus vero induſtriã, & operam docendi venditorem harum margaritarum, & curandi, vt ſequeretur contractus, ſicuti hoc non inconuenit, vt vnus ponat totam pecuniam, & alter operam, iuxta textum, *in §. nam & ita, Inſtit. de ſocietat. & leg. 1. C. eod. tit. & l. cum duobus, alias incipit, ſi frater, §. item ex facto, ff. pro ſocio,* & ob id cum onus erogandi totum pretium ſpectaret ad Ghirardinum, ſi non habebat pecunias, & accepit illas ad cambium, totum damnum ad eum ſpectare debet, quia hoc ex parte ſua adimplendum erat, cum ex aduerſo Torrus, quod ad ſe pertinebat, adimpleuerit.

Et licet Ghirardinus conquereretur, quod non haberet pecunias, ſed oporteret eas accipere ad cambiũ per hoc non deducitur, quod partes intenderent, vt Torrus eſſet ad cambia obligatus, ſed ita dicebat, quia dubitabat ne tam cito reuenderentur, & cambia currerent ad eius incommodum, & è contra Torrus eum hortabatur, quia ſperabat magnum futurum eſſe lucrum.

Hanc autem fuiſſe contrahentium intentionem ſuadet veriſimilitudo, quia alias ſi Torrus debuiſſet erogare pretium, & concurrere in emptione, vtique non fuiſſet contentus tam modica parte, ſed voluiſſet dimidiam, verum quia vnus tantum futurus erat emptor Ghirardinus, & ipſe ſolum ponebat operam, conuenit in hac portiuncula.

Præterea animaduerto, quod non videtur ſufficienter probatum, Ghirardinum accepiſſe pecunias iſtas ad cambium, nam illi, qui deponunt generaliter eum accepiſſe pecunias ad cambium pro ſoluendis iſtis adamantibus, quales ſunt vigeſimus ſecundus, vigeſimus quartus, & vigeſimus ſextus ex teſtibus Veronæ, & alij, ſi qui ſunt ſimiles, deponunt de auditu ab ipſo Ghirardino; ceteri vero, qui deponunt ſuper ſingulis cãbijs liſtæ productæ, ſunt ſingulares, quia vnus deponit ſe dediſſe vnam partitam, & alter aliam, nec duo cõueniunt in eadem ſumma, qui ob id non probant iuxta vulgaria; præterquamquod omnes ignorant, qua de cauſa acciperentur aſſerta cambia.

3 Nec dicatur, quod hæc ſit ſingularitas adminiculatiua, quæ non nocet, quia hoc verum eſſet, quando ageretur de probando in genere cambia accepta fuiſſe, ſed vbi pars reſtringit ſe ad particulares partitas, tũc pro qualibet neceſſarij ſunt duo teſtes, ſicuti in ſimili tra-
4 dunt Doctores de Vſurario, Hæretico, vel Adultero, vt apud Farinacc. *de teſtibus, queſt.* 64. *numer.* 150. 196. 205. & 228.

Et eo minus probant dicti teſtes, quia videntur agere de ſuo intereſſe, quod dederint hæc cambia, quia

de illis

de illis videntur facere ſe creditores, nec releuat quod
in generalibus dicatur recte reſpondiſſe, & ſic videntur
fateri ſe fuiſſe ſatisfactos, quia ignoramus, an Vero-
næ fiat hæc interrogatio, & ſint creditores, vel debi-
tores, quam veriſimile eſt non fieri, cum in tanto nu-
mero teſtium nemo dicat ſe creditorem, vel debitorem,
& tamen veriſimile eſt, cum ſint fere omnes mercato-
res, qualis eſt etiam Ghirardinus, quod aliqui ex eis
habeant cum illo aliqua credita, vel debita.

5 Tertio, vbi etiam damnum cambiorum commune
eſſe debuiſſet pro rata cuiuſque, tamen in propoſito ca-
ſu illud conſequi non poſſet Ghirardinus, quia non
eſt proteſtatus contra Torrum de tempore in tempus,
quod prouideret, quoniam alias neceſſe erat repetere
cambia, & continuo tenere pecunias ſub cambijs, Am-
broſ. de Vignat. *in tractat. de vſuris, quam fecit ſuper cap.*
ſalubriter, num. 264. extra de vſur. Honded. *conſil. 41.*
num. 36. volum. 2. Polidor. Ripa *obſeru. 1. ſub num. 1.* Pe-
regrin. *deciſ. 35. ſub num.* 10. vbi enim agitur de obligã-
6 do † aliquem in re magni præiudicij, tunc is debet in-
terpellari, & moneri, *l. 1. §. licet, ff. de pericul. & com-*
mod. rei vendit. Aretin *in l. ſi ex legati cauſa, numer. 7.*
& ibi Iaſ. *num. 14. ff. de verbor. obligat.* quod præcipue
7 procedit, † quando agitur de ammiſſione totius rei,
vt declarat Bertaz. *conſ. criminal. 264. num. 14.* ſicuti in
caſu iſto damna iſta abſorberent totam partem lucri a-
ctoris.

Nec dicatur, quod non erat neceſſaria alia monitio,
cum ab initio Ghirardinus dixiſſet ſe non habere pecu-
nias, ſed quod oportebat accipere eas ad cambium,
quia vbi non ſufficerent reſponſiones ſuperius allatæ,
(quod tamen non admittitur) ſcilicet quod reſpectu te-
ſtis deponentis Torrum conſenſiſſe, vt acciperentur
cambia etiam pro parte ſua, is non faciat aliquam fi-
dem, ſicuti ſuperius demoſtratum eſt, reſpectu vero alio-
rum, qui ſimpliciter dicunt Ghirardinum aſſeruiſſe ſe
non habere pecunias, ſed quod opus erat, vt accipe-
ret illas ad cambium, nec illi noceant cum onus ero-
gandi totum pretium pertinere, ad emptorem, cum ſa-
tis Torrus adimpleuiſſet ex parte ſua, ponendo operam,
vt ſequeretur contractus, vbi inquam hęc non ſuffice-
rent, reſpondeo, quod proteſtatio facta ab initio non
ſufficiebat pro alij repetitis cambijs, quia illa debebat
intelligi, prout cantabat, quod opus erat accipere pe-
cunias ad cambium pro ſoluendis adamantibus, & ſic
pro prima vice, ſed quod repeterentur alia cambia pro
diſſoluendis primis de hoc non fuit monitus ab initio,
quia etiam contrahentes credebant breui illos adaman-
tes reuenditturos, vnde cum de his non fuiſſet cogitatũ,
non poteſt dici facta proteſtatio, ſuper hoc, & ob id
debuit deinde ſingulis vicibus commoneri Torrus, pro
qua reſponſione facit optime Iaſ. *in l. ſi ex legati cauſa,*
ſub num. 14. verſic. quarto notabiliter limita, &c. ff. de
8 *verbor. obligation.* vbi inquit, † quem non conſtitui in
mora ſine proteſtatione, vbi obligatio eſt multiplicabi-
lis, etiam ſi appoſita eſſet dies, & hæc procedunt, ma-
xime quia poterat etiam credere adamantes iam vendi-
tos fuiſſe, & quia in dies præiudicium euadebat intol-
lerabile, forte enim Torrus feciſſet aliquam prouiſio-
nem;

Quarto non videtur eſſe poſſe locus alicui repetitio-
ni cambiorum, tum quia non apparet de aliquibus lit-
teris miſſis ad nundinas pro ſolutione horum cambio-
rum, ſine quibus cambia tanquam ſicca, & non realia,
damnat Bulla Pij Quinti Summi Pontificis, emanata de
anno 1570. ſuper cambijs, tum quia eadem Bulla non
promittit cambia, niſi pro primis nundinis, non au-
tem ſecundis, & vlterioribus.

Quinto in omnem caſum deducendum foret tempus
quo adamans pretioſior fuit pignoratus ſuper Monte
Veronæ, de quo deponit, 22. teſtis, *fol. 38.* & 24. *fol.*
66. & de hoc etiam expectatur fides à dicto Monte: nam
pro eo tempore non poſſet computari, niſi id quod
ſoluitur de Monte.

Et hæc quo ad cambia.

Quo vero ad alias expenſas factas pro dictis adaman-
tibus, de quibus in liſta producta in proceſſu Senato-
rio, *fol. 13. fac. 2.* animaduerto quod pro expenſis factis
vigore emptionis à Ghirardino, vt in primis parcellis d.
liſtæ, non videtur, quod aliquo pacto tenetur Torrus,
quia vt ſupra dicebam, Ghirardinus ſolus fuit emptor,
& ad eum ſpectabat totum onus, & conſecutiua emptio-
nis, ad Torrum autem ſolus labor, & induſtria, vt
ſequeretur cõtractus, & ex hac ſola habiturus erat quar-
tam partem eins, quod de pluri venditi fuiſſent.

Sed complectendo generaliter omnes, dico, quod
non probantur ſpecifice à teſtibus, dempta vna tantum,
vel duabus parcellis, cum tantummodo dicant crede-
re, quod D. Ghirardinus potuerit facere dictas expen-
ſas, vnde non probant, quia eorum depoſitio non eſt
certa, ſed dubia, & de iudicio, iuxta late tradita per
Farinacc. *quæſt. 62.*

Imo non eſſe veriſimiles dictas expenſas, ſuadetur ex
eo quod teſtes deponunt fere ſemper adamantes tranſ-
miſſos fuiſſe per tabellarios in plico litterarum, quod
non requirit magnam expenſam, adeovt arbitrium
erit ſuper hoc interponendum ab Eccellentiſſimo Sena-
tu, & in omnem caſum debebat de illis expenſis tan-
quam exceſſiuis Ghirardinus commonere, & interpel
lare Torrum, ſi volebat obligare eum, prout ſuperius
deduxi in alio capite, *verſic. Tertio vbi etiam.*

A R G V M E N T V M.

De eadem re. Et cui ex ſocijs damnum contingat.
Ac de Cambiorum probatione.

S V M M A R I V M.

1 *Lucrum intelligitur deductis expenſis, & damnis.*
2 *Damnum quod vnius ex ſocijs tantum culpa prouenit, ipſi*
ſoli eſt imputandum.
3 *Cum vnus ex ſocijs ponit pecuniam, alter vero induſtriã,*
damnum in pecunia, & capitali contingens, ad illius
dominum pertinet.
4 *Teſtis deponens de credulitate non probat.*
5 *Cambia quando probata dicantur nec ne, & numer. 4.*
& 5.
6 *Proteſtatio neceſſaria eſt, & multiplex, cum actus*
præiudiciales reiterantur.

CONTROVERSIA DCXXX.

IN cauſa Ioſephi Tori Hæbrei cum Magnifico Domino
Cæſare Ghirardino, non puto inſiſtendum circa eam
partem motiui, quid veniat appellatione quartæ partis
beneficij, quia ſine controuerſia admitto conuentio-
nem fuiſſe de quarta parte lucri, ſeu vtilitatis; prout de-
ponunt teſtes examinati pro ipſo Toro, qui ſemper fa-
ciunt mentionem, *del guadagno, & vtile*, non autem
vnquam vtuntur illo verbo, *del beneficio*, & quamuis
Torus ipſe in communi ſermone, & in dicta ſcriptura
producta *fol. 63. fac. 2.* & de qua fit mentio in motiuo
vtatur hoc verbo beneficij, tamen cum eo nil aliud ſi-
gnificari vult, quam lucrum, & accipit beneficium, &
lucrum pro eodem.

Stante igitur hoc præſuppoſito, quod conuentio fue-
rit de danda quarta parte lucri adamantium, de quibds
in cauſa, ipſi Toro, dubitat Excellentiſsimus Senatus
contra actorem, quod videantur deducenda de pretio
ipſorum adamantum cambia, & aliæ expenſæ paſſę,
& factæ per Ghirardinum, & de reſiduo danda quarta
pars ipſi Toro, quia lucrum intelligitur deductis expen-
1 ſis † & damnis, *l. Mutuus l. cum duobus, §. quidem ſanga-*
riam, l. ſi vnus, §. ſi quid vnus, §. ſi quid vnus, ff. pro Socio,
Rota Genu. *deciſ. 67. ſub num. 9.* Hector. Felic. *in tract.*
de ſocietat. cap. 20. nu. 1.

Et eo magis, quia à principio promiſsionis Gherar-
dinus videtur declaraſſe apertè, de quo beneficio, &

lucro partes intelligerent, cum proteſtatus fuerit, quod eſſet accepturus pecunias ad cambium pro conficiendo pretio ipſorum adamantium, vt deponunt Ioſeph Norlengus examinatus pro vtraque parte hic Mantuæ, & ex textibus examinatis Veronæ, vigeſimusſecundus Andreas Bugna *fol.* 53. & vigeſimusquartus Dominicus à Flumine *fol.* 62. & vigeſimusſextus Philippus Verlattus. *fol.* 67.

Quapropter videtur licitè potuiſſe Ghirardinus abſque aliqua alia proteſtatione accipere pecunias ad cambium, cum iam à principio declaraſſet Toro, & de hoc illum admonuiſſet.

Qui etiam videtur in culpa cum promiſerit, quod feciſſet vendere Clariſſimo D. Aloyſio Mocenigo Nobili Veneto dictos adamantes infra menſem, quod tamen non adimpleuit, vnde eius cauſa ob non dictum adimplementum neceſſe fuit continuare cambia, donec veniret occaſio eos vendendi.

Sed prædicta omnia a me in primis allegationibus animaduerſa fuerunt, & viſa ſunt mihi non obſtare rationibus in dictis allegationibus deductis, quibus non affertur aliquod opportunum reſponſum ex parte Ghirardini.

Nam & ſi verum ſit lucrum intelligi ſemper deductis damnis, & expenſis, tamen admonebam, quod in hoc contractu Ghirardinus tenebatur ponere pecuniã pro emendo adamantes, Torrus autem induſtriam tãtum docendi venditorem, & concludendi contractum, alias non fuiſſet contentus tam modica parte, propterea cum ipſe ex parte ſua adimpleuerit, conueniẽs, & par erat, quod Gherardinus quoque ex ſua adimpleret, & ob id ſi non habebat pecunias, toto ſuo periculo, & dã-
2 no eas conquirere cogebatur, quia damnum, † quod vnius ex ſocijs culpa prouenit, ei tantum imputatur, *l. cum duobus,* 52. *§. quidam. in fine,* ibi, *quod non culpa ſocij contingit, ff. pro ſocio. & l. ſed & ſi,* 47. *cum ſeribus legibus ſequentibus, ff. dict. tit.* & quando vnus
3 ponit pecuniam, † alter vero induſtriam, tunc damnum contingens in pecunia, & capitale, totum pertinet ad dominum illius, Gloſſ. *in l. ſi non fuerint,* 29. *in verbo ſolus, ff. pro ſocio, & in leg.* 1. *C. eod. tit.* quam magis communiter approbari à ſcribentibus teſtatur Soc. Sen. *conſ.* 265. *ſub num.* 2. *poſt medium, verſic. primo quia ſumus, & nu.* 4. 5. *&* 6. *volum.* 2. Soarez. *in ſuo Theſauro communium opinionum, littera S. num.* 126. Nauarr. *in manuali, cap.* 17. *ſub num.* 252. Couarruu. *libr.* 3. *variarum reſolutionum, cap.* 2. *ſub num.* 2. *verſic. Quod autem diximus.*

Secundo dicebam non probatum, quod Torrus conſenſerit accipi pecunias ad cambium ſuo periculo. pro aliqua parte; nam de hoc deponit tantum Ioſeph Norlengus in ſuo primo teſtificatu pro actore, sed examinatus pro reo dicit, Torrum non dixiſſe aliquid circa hæc cambia, sed quod ipſe credidit eum acquieuiſſe,
4 vnde cum deponit † de credulitate, & ſit vnicus, & patiatur multos defectos, prout clarius deduxi in alijs allegationibus, *verſic. De hac enim conuentione,* non video quam probationem validam facere poſſit.

Cæteri autem teſtes, qui dicunt Ghirardinum proteſtatum fuiſſe, quod cogebatur accipere pecunias ad cambium, non nocent. vt ibi admonebam, quia non concludunt aliquid de accipiendis illis etiam ad incommodum Torri, sed tantum ipſius Ghirardini, qui de hoc conquerebatur, quia dubitabat non poſſe breui vendere adamantes, & ſic fore vt ſubiaceret graui damno, præterquamquod dicti teſtes ſunt omnes familiares, & conſanguinei degentes in domo producentis.

5 Addebam tertio non videri probata hæc cambia, tum quia pars teſtium deponit de eis, tantum de auditu à parte producente, cui non creditur ad ſui commodum, pars vero deponit ſingulariter, & ideo non probat, cum nõ reperiant duo teſtes conteſtes ſuper ſingulis cambijs, maxime cum agatur de probandis cambijs particularibus in ſpecie, non autem in genere, vt deducebam *in verſic. Præterea animaduerto,* tum quia non apparet de reali litterarum tranſmiſſione ſingulis nundinis, ſine quibus cambia non dicunt realia, nec licita, & quæ non præſumuntur interueniſſe, niſi probentur, & per quarum productionem conueneruntregulariter probari cambia, vnde eis non productis, veriſimile eſt omiſſas fuiſſe.

6 Probabam † denique neceſſariam fuiſſe proteſtationem contra Torrum, tam pro cambijs, quam pro aſſertis grauibus expenſis factis pro dictis adamantibus.

Et occurrebam motiuo, quod non videatur fuiſſe neceſſaria proteſtatio pro cambijs, cum de hoc fuiſſet admonitus Torrus ab initio, tum quia demonſtraui teſtes non probare, quod conuentum fuerit, quod poſſent accipi cambia etiam ad incommodum Torri, tum quia admonitio, & proteſtatio fuit tantum pro accipiendis cambijs prima vice, cauſa ſoluendi adamantes, non autem pro illis toties repetendis, & ideo noua opus erat proteſtatione, vt ibi probabam.

Nec aliqua culpa poteſt adſcribi Torro, eo quia promiſiſſet facere reuendere adamãtes Clariſſimo Mocenigo infra menſem, quia ſi recte videantur teſtes de hoc deponentes, conſtabit, quod nil certi promiſit, ſed tantum quod ſperabat facere breui eos reuendere, ſpecies autem dubij euentus non poteſt cauſare illam certitudinariam promiſſionem, quæ prætenditur ex aduerſo.

Scio Iudices dicturos me nil noui adduxiſſe præter iam dicta, ſed quæ mea eſt culpa, ſi à me primo loco dictis nihil reſponſum fuit, & motiuum concernit tãtum ea ſuper quibus ſcripſi, quidquid noſtra ſterilis dictauit Minerua.

A R G V M E N T V M.

De Gradibus ſucceſſionum. De Venditione rei alienæ, & Minoris abſque ſolemnibus. De donatione inter coniuges. Ceſſio non valet, niſi probetur creditum ceſſum, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Alijs proximioribus defuncto non exiſtentibus, fit locus primo gradui tranſuerſalium.*
2 *Probato certo gradu coniunctionis ab aliquo, is proximior præſumitur, niſi alter probetur ex aduerſo proximior.*
3 *Prima ſucceſſio eſt liberorum in bonis parentum.*
4 *Venditio rei alienæ domino non conſentiente eſt nulla.*
5 *Venditio rei minoris abſque ſolemnitatibus eſt nulla, & res vendita eſt reſtituenda cum fructibus, Etiam non perceptis, ſi percipi potuerunt, & num.* 6. *Et a die alienationis nulla, & num.* 7.
8 *Titulus quem habet emens rem minoris ſine ſolemnitatibus, eſt ac non titulus, & mala fides, ob legis repugnantiam.*
9 *Renunciatio exceptionis dotis facta à Viro Vxoris eſt nulla, quaſi ſit donatio inter Virum, & Vxorem. Et eſt opinio communis, ibid.*
10 *Donatio talis non validatur per iuramentum, vel clauſulam ſimilem.*
11 *Nemo dat, quod non habet. Aut transferre ius, quod non eſt penes ſe, & num.* 12.
13 *Pignus debitoris non poteſt vendi, niſi præcedente denunciatione; Et tunc etiam poſt biennium, vel poſt ſententiam, & num.* 14.
15 *Venditio in minori pretio quam ſit creditum, præſumitur ſimulata.*
16 *Ceſſio, & Venditio pretij recepti valet. Niſi eſſet confeſſata, & non conſtaret de numeratione facta cedenti, & num.* 17.

CON-

CONTROVERSIA DCXXXI.

PRæſuppoſitis probationibus factis nomine D. Iacobi
de Clericis, quod alias fuerit in rerum natura D. An-
tonius, qui deceſſit relictis poſt ſe Dominabus Lucia,
Leonora, & Prudentia omnibus ſororibus defuncti,
ſequitur, quod illi ſucceſserint in eius hæreditate præ-
dictæ mulieres, cum non conſtet reliquiſse alios pro-
1 ximiores, & ſic quod fuerit † locus primo gradui tráſ-
uerſalium, *§. reliquum eſt, vt tertium ordinem, &c. in
Authent. de hæredit. ab inteſtat. l. 1. & toto titulo, C. de
legitim. hæredib.* Craſs. *§. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.* 30.
ſicuti vere eius hæredes fuiſse deponunt teſtes; probato
2 enim certo gradu † coniunctionis ab aliquo, is proxi-
mior præſumitur, niſi alter probetur eo proximior,
Surd. *conſ.* 241. *num.* 26. *& deciſ.* 106. *num.* 8. Maſcard.
de probationib. in verbo proximior, concluſ. mihi, 1251.
& per conſequens tertia pars domus, de qua agitur re-
licta in hæreditate eiuſdem Antonij, ſpectauit ad Liuiã,
vnam ex hæredibus, & matrem Iacobi actoris, in qua
pariter ipſe ſucceſſit matri defunctæ, cum prima ſucceſ-
3 ſio † ſit liberorum in bonis parentum, *§. ſi quis igitur
deſcendentium, in Authent. de hæreditatib. ab inteſtat. l.
2. Cod. vnde liber.* Craſs. *dict. §. ſucceſſio ab inteſtato, quæ-
ſtion.* 2.

Cum igitur d. tertia pars domus pertineret ad hunc
Iacobum, non potuit vendi eo non conſentiente ab eius
4 materteris, ſicuti vendita † fuit ex inſtrumento in
proceſsu regiſtrato, *fol.* 10. *fac.* 1. *leg. rem alienam, ff.
de contrahend. emption.* & proinde fuit nulla venditio,
cuius contractus nullitas augetur, quia tunc ipſe Iaco-
bus erat pupillus, vt patet tum ex fide baptiſmatis pro-
ducta, *fol.* 15. *fac.* 2. tum ex eo quod cum eo vti minore
adhuc litigatur, quo fit vt talis domus reſpectu partis
ipſius minoris non potuerit alienari ſine ſolemnitatibus
5 † requiſitis in contractibus bonorum ſtabilium mino-
rum, quæ cum fuerint ommiſsæ, alienatio fuit ipſo iure
nulla, vnde res ipſa venit reſtituenda vna cum fructib.
*l. 2. C. ſi quis ignorans, leg. ſi prædium, Cod. de prædijs mi-
norum, l. patri, §. item ex diuerſo, ff. de minoribus,* Ro-
land. *conſ.* 33. *ſub num.* 21. *vol.* 1. Riminald. Iun. *conſil.* 5.
num. 41. *& conſ.* 255. *ſub num.* 28. Surd. *conſil.* 115. *per to-
tum cum infinitis.*

6 Et non † ſolum veniunt reſtituendi fructus percepti,
ſed etiam qui veriſimiliter percipi potuerunt, iuxta futu-
ram liquidationem, gloſs. *in d. l. patri, §. item ex diuer-
ſo, in verbo fructibus, ff. de minor,* Surd. qui alios re-
fert, & teſtatur de communi, *d. conſ.* 115. *ſub num.* 15.
Roland. *conſ.* 41 *circa finem, volum.* 3. *& conſ.* 60. *num.*
47. *volum.* 4. Crot. *conſil.* 11. *num.* 54. Decian. *conſil.* 76
vol. 5.

7 Et nedum à † die litis conteſtatæ, ſed à die ipſius
alienationis nulliter celebratæ, Tiraquell. *in l. ſi vnquã,
in verbo reuertatur, num.* 268. *C. de reuocand. donation.*
Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib.* 7. *tit.* 10. *numer.*
34. *verſic. & quod generaliter, &c.* Lancellott. Gallia,
in conſuetud. Alexand. in verb. non poſſit, quæſt. 6. *num.* 5.
8 Surd. *deciſ.* 25. *numer.* 21. quia titulus, quem † habet
reus conuentus habetur pro non titulo, vti cui ius reſi-
ſtit, & cauſat in eo malam fidem, Bart. *in leg. ſed & ſi
lege, §. ſcire, num.* 4. *ff. de petition. hæred.* Mazzol. *conſ.*
109. *num.* 37. *&* 41. & bene Olaſc. *dec.* 159. *num.* 11. Bec-
ci. *conſ.* 95. *num.* 18. *&* 24. Caballin. *milleloquio* 315. Ri-
minald. Iun. *conſ.* 333. *num.* 29. *&* 41. Surd. *d. conſ.* 115.
fere per totum, & conſ. 226. *num.* 17.

Neque poteſt ſe tueri reus conuentus, ſub prætextu,
quod domus iſta fuerit obligata dominæ Sempræ vxori
prædicti q. Antonij Scazzani pro ſua dote, quantitatis
ſcutorum centum & quinquaginta, de qua in inſtrumen-
to producto in proceſsu, *fol.* 7. *fac.* 2. & ſic pro multo ma-
iori debito, quam ne dum ipſa tertia pars petita valeat;
ſed etiam tota prædicta domus, quæ fuit vendita in totũ
ſolummodo pro libris 619. ſolid. 4. denar. 10. vt in pro-
ceſsu *fol.* 11. *fac.* 1. à qua D. Sempra ipſe reus conuentus

Franc. Nigr. Cyriac. Tom. IV.

vna cum D. Angelo ſuo fratre emit omnia eius iura, quæ
in illa habebat.

Primo enim reſpondetur, quod cum de dicta dote
non appareat, niſi per confeſſionem factam à Marito
9 † conſtante matrimonio, cum renunciatione exceptio-
nis dotis non numeratæ, præſumitur facta animo donã-
di, & remanet nullius effectus, cum donatio inter vi-
rum, & vxorem conſtante matrimonio, tam iure
communi, quam patrio ſit prohibita, ita conſuluit
Alex. *conſ.* 142. *per totum, maxime num.* 3. *& . volum.*
5. qui aſserit hanc eſse communem opinionem, nec ab
ea tam in conſulendo, quam iudicando recedendum
eſse, Socin. patruus, *in l.* 1. *num.* 100. *ff. ſolut. matrim.*
Ruin. *conſ.* 130. *num.* 1. *& conſ.* 190. *num.* 5. *volum.* 1. Di-
dac. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 7. *ſub num.* 4. *verſic. Quam
ob rem ego opinor, &c.* Menoch. de communi, *libr.* 3.
præſumpt. 12. *num.* 51. Becc. *conſ.* 79. *num.* 2.

Quæ quidem donatio (quidquid ſit de iure commu-
ni) vigore Statuti huius patriæ, ſub rubric. *de donatio-
nibus inter virum, & vxorem,* non confirmatur taci-
te per mortem viri, ſed opus eſt ſpecifica, & expreſsa
diſpoſitione, & confirmatione, de qua non conſtat in
propoſito caſu.

10 Sicuti nec validatur per clauſulam † vim iuramenti
habentem, vt eſt notoria deciſio Excellentiſsimi Sena-
tus huius patriæ apud Surdum, *deciſ.* 154. *ſub num.* 14.
verſic. Tertio dicebatur.

Secundo reſpondetur, quod aut D. Sempra intel-
lexit vendere aliquod dominium, & proprietatem di-
ctæ domus, quod prætendebat habere pro ſuis dotibus,
& hoc facere non potuit, quia non fuerat ſibi aſſignata,
quod vllibi appareat, nec in ea aliquod habebat ius do-
11 minij nemo autem † dat, quod non habet, *l. tradi-
12 tio, ff. de acquirend. rer. domin.* nec plus iuris in † alium
transferre poteſt, quam apud ſe habeat, *l. nemo plus iu-
ris, ff. de regul. iur.* ſi intellexit vendere iure creditoris,
& vti pignus, neque hoc facere potuit, quia prius fa-
13 cienda † erat denunciatio debitori, vel eius hæredi-
bus, *leg. quæ ſpecialiter, C. de diſtractione pignorum,* &
non niſi poſt biennium facta venditione, vel ſecuta iu-
14 diciali † ſententia, venditio fieri poterat, *leg. final. Cod.
de iur. dominij impetrand.*

Si vero voluit vendere iura ſua, & tunc emptores nil
potuerunt acquirere, quia obſtat Statutum de iuribus
non acquirendis, & eo minus cum multo minori pre-
15 tio † fuiſsent vendita, quam eſset creditum, quo ca-
ſu etiam de iure communi præſumitur ſimulata vendi-
tio, *l. per diuerſas, Cod. mandati,* Menoch. *libr.* 3.
16 *præſumpt.* 129. *num.* 2. † & licet valeret venditio, &
ceſſio de iure communi pro quantitate pretij recepti, vt
in d. l. per diuerſas, & per Menoch. *vbi ſupra,* tamen
vltra quod obſtet Statutum ſupraſcriptum pars pretij
recepti, eſt tantum confeſsata, quo caſu ceſſionarius
actionum illis vti nequit, nec earum vigore aliquod
17 ius acquirit, quando † non apparet de numeratione
facta cedenti, ſeu venditori, niſi per confeſſionem,
gloſs. & cæteri ſcribentes, *in d. l. per diuerſas, C. man-
dati,* Menoch. *libr.* 3. *præſumpt.* 129. *num.* 20. vbi de
communi, *& num.* 34.

ARGVMENTVM.

Remedium *Can. Reintegranda, &c.* cui, & contra
quem detur. De alienatione rei Eccleſiæ, præ-
cipuè quo ad emphyteuſim, cuius forma, &
pacta apponi ſolita, ac modus ſeruandus rege-
runtur. De Bullæ Pontificiæ, eiuſque erroribus,
& ſuſpicione falſi, ac huius effectibus. De læ-
ſione probanda: & quæ in paribus teſtium de-
poſitionibus attendenda ſint.

S 2 *SVM-*

SVMMARIVM.

1 *Remedium* Can. Reintegrandæ, &c. *non competit adverſus poſſidentem bona fide cum titulo habito ab alio bona fide poſſidente, ex magis communi, & num. 2.*

3 *Non competit hoc remedium, nec illi, qui facto proprio tranſtulit in alium poſſeſſionem.*

4 *Modus alienandi per inueſtituram, eſt iuſtus, & ordinatus, & iuridice per eum acquiritur ius in feudo, & emphyteuſi.*

5 *Semel inueſtitus non poteſt amplius diſueſtiri.*

6 *Remedium hoc competit etiam cum res, & poſſeſſio tranſlata eſt ex contractu nullo.*

7 *Alienatio eſt nulla cum deficiunt requiſita neceſſaria, vt puta in re Eccleſia, vel minoris, &c.*

8 *Alienatio dicitur non ſolum, quando transfertur totale dominium, ſed & cum dominium vtile, vt eſt emphyteuſis.*

9 *Ex forma litterarum Papalium contra ſtylum Curiæ, & ex pactis inueſtituræ inſolitis dubitari poteſt de veritate ipſius Breuis.*

10 *Cum timetur de falſitate Breuis illud eſt remittendum, & expectanda ſecunda iuſſio.*

11 *Reſcriptum non valet, cum in eo apparet ſubreptio, vel obreptio.*

12 *Ad alienationem Eccleſiaſticæ rei, vtilitas debet eſſe euidens.*

13 *Ex temporis diuturnitate omnia ſolemnia interueniſſe præſumitur, & formam ſeruatam, præcipue ſtante poſſeſſione, ibidem.*

14 *Breue Pontificium authenticum æquiparatur inſtrumento publico.*

15 *Inſtrumentum eſt probatio probata. Habet vim definitionis cauſæ, num. 16. Facit probationem probatam, num. 17. Et præſumitur verum in forma, & cauſa, num. 18.*

19 *Ob ſuſpicionem inſtrumenti falſi, poſſunt, at non tenentur Iudices ſuperſedere in ferenda ſententia.*

20 *Emphyteuſis eſt contractus informis, recipiens legem à conuentionibus partium.*

21 *In emphyteuſi concedi ſolent etiam Bona Eccleſiæ pro hæredibus extraneis. Dummodo inueſtituræ ſint factæ cum debitis ſolemnitatibus.*

23 *Inciſio arborum, cum fundus ſit fructuoſior, vel vmbra non ita tollitur, eſt permiſſa emphyteutæ, etſi non ſit expreſſum pactum in inueſtitura, & num. 23.*

24 *Arbores inutiliter terram occupantes ſunt recidendi.*

25 *Pactum de non expellendo emphyteutam ob deteriorationem, multi Doctores admiſerunt.*

26 *Pactum ſubinueſtiendi ſine licentia Domini, eſt validum, & ſolitum.*

27 *Semper præſumitur pro validitate actus, & aliter affirmanti incumbit onus probandi.*

28 *Error datus in Breui Pontificis quomodo colligatur, & corrigatur, remiſſiue.*

29 *Vtilem fuiſſe Eccleſiæ alienationem rei ſatis præſumitur ex ſententia delegatorum.*

30 *Duo teſtes ſufficiunt in quolibet negotio, niſi aliàs diſponat lex.*

31 *In rei Eccleſiæ conceſſione ad emphyteuſim perpetuum eſt detrahenda ſexta pars veri valoris ad commodum inueſtiti, pro periculis in ſe ſuſceptis.*

32 *Teſtes non probant verum valorem rei, cum deponunt ſimpliciter quod res valebat tanti.*

33 *Læſio non probatur cum depoſitiones teſtium feriunt non tempus conceſſionis rei, ſed tempus multo anterius.*

34 *Læſio debet probari de tempore præciſo rei datæ.*

35 *Ex teſtibus paribus pondere hinc inde deponentibus, plures numero attenduntur.*

36 *Eorum data paritate, & quo ad numerum, præfertur pars in qua deponunt duo periti. Vel qui digniores ſunt, & ditiores, num. 37.*

38 *Regulariter præferuntur, qui deponunt pro reis.*

39 *Actus non ita de facili reſcindendus, qui longam habuerit roboris firmitatem.*

40 *Conceſſio non redditur nulla, quæ cum fieret, fuit habita pro vtili Eccleſia.*

41 *Læſio non poteſt conſiderari, niſi inſpecto toto contractu.*

42 *Pacta vitioſa adiecta contractui ipſum non annullãt, ſed ſolum ea ſunt adimenda.*

43 *Non dicitur receſſum à prima inueſtitura per ſequentes, niſi expreſſe dictum ſit in ſecunda, vt recedatur a prima.*

CONTROVERSIA DCXXXII.

IN remedio reintegrandæ poſſeſſionis intentato à Reuerendo Domino Paulo Catena vti Rectore Eccleſiæ Sanctæ Mariæ à Nemore pro quibuſdam terris iure directi dominij ſpectantibus ad dictam Eccleſiam, & poſſeſſis titulo emphyteotico, partim à Dominis Mapheo Benedicto, & Ambroſio fratribus de Paueſijs, & partim à Domino Antonio de Toninis, exiſtimo abſoluendos eſſe reos conuentos, & actorem ſuccumbere debere.

Primo, quia ipſi ſunt bonæ fidei poſſeſſores titulati, vigore emptionis, de qua in proceſſu *fol. 7. cum ſeqq.* & inueſtituræ in eodem proceſſu *fol. 15. fac. 2. in fine*, & habent cauſam ab alio tertio poſſeſſore bonæ fidei pariter titulato, qualis erat Dominus Neruus a quo emerunt, qui habebat inueſtituram, de qua *fol. 50.* factam de re ſolita alias concedi in emphyteuſim, ita vt merito credere potuerit eam ſibi quoq; concedi potuiſſe,
1 & ſic fuit in bona fide, quo caſu † quando reus conuentus poſſidet bona fide cum titulo habito ab alio bonæ fidei poſſeſſore titulato, contra eum non competit remediũ prædictum, reintegrandæ poſſeſſionis, ſecundum Bartol. *in l. rem quæ nobis, ſub num. 2. ff. de acquirend. poſſeſſ.* cuius ſententiam licet habeat contradictores; in his tamen
2 men noſtris terminis † magis communiter approbari profitentur ex dinumeratione authorum, Menoch. *in tractat. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. ſub num. 89. & conſ. 966. num. 10.* Guttierez. *lib. 1. quæſt. canonic. 34. n. 65.* qui videatur; diſputat enim ad partes hanc quæſtionem, & relatis hinc inde fundamentis reſidet cum opinione Bartoli, & reſpondet omnibus contrarijs, de veriori quoque, & magis communi teſtatur. Oſaſc. *deciſ. 96. ſub n. 6.* Ceualos *in tractat. comm. opinion. contra commun. quæſt. 52. ſub num. 5.* Surd. *conſ. 28. num. 60.* Polidor. Ripa *obſeruat. 282. num. 5.*

Secundo moueor, quia Eccleſia prædicta non fuit ſpoliata, ſed facto proprio in executione Breuis, Si in euidentem, &c. & ſententiæ eius vigore ſecutæ amiſit, ſeu alteri tradidit poſſeſſionem harum terrarum, vt patet ex proceſſu fabricato occaſione d. breuis, producto in hac cauſa, & ex ſententia regiſtrata etiam in inueſtitura in præſenti cauſa præſentata, *fol. 20. fac. 1.* prædictũ
3 autem remedium non datur ei, qui facto proprio † in alium tranſtulit poſſeſſionem, vt probat textus *in cap. reintegrandæ, 3. quæſt. 1.* dum concedit remedium illud ſpoliatis, & deiectis per iniuſtas cauſas, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Ripa, *in cap. ſæpe, num. 27. extra de reſtitution. ſpoliator.* Menoch. qui infinitos citat, *de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. quæſt. 14. nu. 95.* Roland. *conſ. 41. num. 11. volum. 3.* cum infinitis alijs quos conſulto ommitto

Id quod præcipuè dicendum eſt in propoſita materia alienationis factæ mediante inueſtitura, quæ dicitur iuſtus, & ordinatus modus quo quis feudum, vel emphy-
4 teuſim, † & ius illius acquirit, vt tradit Soc. Iun. *conſ. 76. num 40. volum. 1.* Roland. *conſ. 90. num. 27. & conſ. 100. num. 19. volum. 4.* & ex qua ſequitur, vt qui ſemel
5 fuit † inueſtitus, non poſſit diſueſtiri amplius ſine ſua culpa, vel legitima cauſa, *cap. vnico, de natura feud.* Bald. *conſ. 331. ſub num. 1. volum. 1.*

6 Obijcitur tamen ex aduerſo ſupraſcriptum remediũ competere etiam ei, qui facto proprio poſſeſſionem amiſit, quando contractus fuit nullus, vel modus illicitus,

ius, vt in contractu nulliter geſto à prælato, vel rectore de bonis Eccleſiæ, tradunt Capella Tholoſan. *qu. 487. circa finem*, Menoch. *de recuperand. remed. 15. n. 101.* Honded. *conſ. 23. ſub nu. 54. & 55. vol. 2.* & pro bonis minorum nulliter alienatis, tradunt Neuizan. *conſil. 85. num. 13.* Roland. *conſ. 41. num. 35. vol. 3.* Cephal. *conſil. 705.* Maluaſ. *conſil. 86.* Honded. *d. conſ. 23. vol. 2.*

7 Nullitas autem primę conceſſionis factæ † de terris petitis deducitur ex eo quod deficiat vtrumque ex requiſitis neceſſarijs adhoc vt alienatio valeat, forma ſcilicet, quæ conſiſtit in ſolemnitate, & cauſa, quæ quadruplex eſſe poteſt, ſed hic reſtringitur ad vtilitatem, ſine quorum altero nulla eſt alienatio, *cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2.* & ibi gloſſ. *in ſumma, cap. 1. de reb. Eccl. non alienand. in 6.* gloſſ. *finali, in cap. qua in Eccleſiar.* vbi Abbas, *num. 4. de conſtitut.* Deci. *conſil. 142. num. 4.* Riminald. Iun. *conſil. 233. num. 67.* Io: Baptiſta Ferrettus *conſil. 248. ſub num. 9.* Honded. *conſil. 31. ſub num. 14. vol. 2.* Menoch. *conſil. 817. num. 1.*

8 Et alienatio † dicitur non ſolum, quando transfertur totale dominium, ſed etiam quando vtile tantum per conceſſionem in emphyteuſim, *cap. nulli, de reb. Eccleſ. non alienand. § alienationis, in Auth. eod. tit. & in extrauaganti Ambitioſæ Pauli Secundi, ſub d. tit. de rebus Eccleſ. non alienand.* Bal. *in Auth. hoc ius porrectum, n. 6. C. de Sacroſanctis Eccleſijs*, Io: Baptiſta Ferrettus, *conſil. 243. num. 9.*

9 Diciturque per aduerſantes deficere † ſolemnitatem, quæ præcipuè conſiſtit in aſſenſu Summi Pontificis, tum quia ex pactis dictæ primæ inueſtituræ inſolitis, & valde Eccleſiæ præiudicialibus, & contra ſtylum ſolitum promiſſis in litteris Papalibus, probabiliter dubitari poteſt de veritate breuis, vt notant Abbas, & Felin. *num. 16.* per illum textum, *in cap. ex parte, de reſcriptis*, Ma-
10 ſcard. *concl. 1275. n. 3.* & ob id remittendum erat † breue prædictum ad Papam, & expectanda ſecunda iuſſio, *§. & hac vero, in Auth. vt nulli Iudicum*, & argumento eorum, quæ tradunt Roman. *conſil. 436. ſub num. 11.* Riminald. Iun. *conſil. 399. ſub numer. 83.* tum etiam quia narrantur nonnulla à facti veritate aliena, & aliqua pacta etiam poſita reperiuntur in inueſtitura, quæ non fuerunt expreſſa Summo Pontifici, propterea reſcriptũ, vti obreptitium non valuit, *cap. poſtulaſti, & cap. ſuper litteris, de reſcriptis*, Ancharan. *quæſt. 52. num. 18. part. 2.* cuius Breuis falſitas arguitur etiam ex veritate datæ notatæ in eo, ſub ij. Idus Februarij, & in præſentatione il-
11 lius dicitur † ſub 11. Februarij.

Sicuti, & cauſa, quæ conſiſtit in vtilitate deficere videtur, tum ex teſtibus in hoc iudicio examinatis ſuper valore dictarum terrarum de tempore conceſſionis, ex quibus patet eas fuiſſe multo maioris valoris quam habita fuerit ratio in ſtatuendo canone, tum etiam quia
12 vtilitas debet † eſſe euidens, *cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienad. in 6.* Roland. *conſil. 15. ſub num. 16. vol. 1.* Borgn. *decis. 46. num. 138. part. 1.* adeovt cum Eccleſia priuetur vtili dominio, non ſufficiat dare illud, quod potuiſſet percipi ſimpliciter locando, ſed aliquid plus propter ammiſſionem dicti dominij, quia aliàs non diceretur fieri conceſſio cum eius vtilitate, tum denique propter nulla pacta valde præiudicialia, & damnoſa prædictæ Eccleſiæ appoſita in inueſtitura.

Nihilominus prædictis non refragantibus, adhuc concludo Reuerendiſſimum actorem ſuccumbere debere, quia etiam, vbi vera eſſent, cuius tamen contrarium ſtatim demonſtrabo, haberent locum, vbi reus conuentus eſſet malæ fidei, vel habuiſſet cauſam à poſſeſſore malæ fidei, ſed cum vterque ſit, & fuerit reſpectiue in bona, non procedit remedium intentatum, vt ſupra probabam ex magis communi in principio.

Sed pro totali reſolutione dico, obiectum non eſſe verum in facto, & conſequenter nec etiam in iure, quandoquidem ex diuturnitate temporis præſumuntur om-
13 nia ſolemnia † interueniſſe, & ſic formam ſeruatam eſſe in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, præſertim quando illi, qui acquiſiuerunt ab Eccleſia perſeuerarũt

in poſſeſſione, Bald. *conſil. 511. ſub num. 1. vol. 5.* Alex. *conſil. 45. num. 9. vol. 3.* Decius, *conſil. 409. num. 9.* Grat. *conſil. 142. num. 19. & 20. volum. 2.* Gabr. *de præſumpt. concluſ. 1. num. 61.* Capic. *decis. 16. ſub num. 1.* Menoch. *conſil. 90. num. 29. & 30. volum. 1.* Borgn. *decis. 46. num. 202. part. 1.* Merzar. *conſil. 16. numer. 8.* Berrett. *conſil. 92. numer. 8.*

Et vltra præſumptionem de conſenſu ipſius Summi Pontificis, extat vera probatio reſultans ex breui authẽ-
14 tico non abolito † nec vitiato, quod æquiparatur inſtrumentis, Maſcard. *in verb. regiſtratio Bullarum, con-*
15 *cluſ. mihi, 1266. num. 2.* inſtrumentum autem † dicitur probatio probata, vt tradit Bal. *in l. quoties in fine, C. de iudici.* & late exornat Natt. *conſ. 177. num. 1.* & ha-
16 bet vim diffinitionis † cauſæ, Crauett. *conſil. 31. num.*
17 *67.* & facit probationem probatam, † manifeſtam, & euidentem, quæ non indiget diſceptatione Fori, Ro-
18 land. *conſil 60. num. 55. volum. 4.* præſumiturq; † verũ, & ſolemne in forma, & cauſa, Bal. *conſ. 179. numer. 3. volum. 2. & conſil. 39. num. 1. volum. 3.* Socin. Iun. *conſil. 189. numer. 15. volumin. 2.* Cephal. *conſil. 109. numero ſexto.*

Neque probatio iſta debilitatur, ex eo quod dicebatur, dictum Breue eſſe ſuſpectum de falſo cum contineat conceſſionem inſolitam, tum quia, & ſi iudex, vbi habet reſcriptum pro ſuſpecto, poſſit ſuperſedere, tamen ſi illud admittat vti verum, & non dubitet de eius veritate, ac validitate, ſequaturque ſententia, & executio, non reperio, quod talis ſententia dicatur nulla propter dictam ſuſpicionem, ſed cum ſemper præſumatur pro ſententia, crederem incumbere onus probandi falſitatem illam alleganti, quia forte dicti Iudices potuerunt eſſe informati de veritate, quę apud alios poſſet videri dubia, præcipuè cum Doctores dicant iudicem
19 poſſe † ſuperſedere ſi velit, & ſupponant non obligari ad hoc, prout hãc eſſe facultatẽ non autem neceſſitatem videntur ſentire Felin. *in d. cap. ex parte, num. 16. extra de reſcript.* Maſcard. *in verb. reſcriptum concluſ. mihi 1275. num. 3.* tum etiam non obſtat aſſerta ſuſpicio quia non eſt verum, quod fuerit factum breue contra ſtylum & communem obſeruantiam; emphyteuſis enim eſt contractus informis, qui non habet aliquam propriam
20 & regularem naturam, † ſed eam tantum quam mediantibus pactis ſortitur à contrahentibus, Natt. *conſil. 114. num. 6.* Magon. *decis. Lucenſ. 14. num. 12. & 13.* Burſatt. *conſil. 122. num. 13.* Riminald. Iun. *conſil. 32. num. 27. in fine*, Surd. *decis. 95. ſub num. 16.* Corbul. *de caducitat. ob lineam finitam, num. 68.* & ob id licet frequentius ſoleat concedi pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, tamẽ nõ ſequitur, quod ſi concedatur alio pacto, quod hoc dicatur contra ſtylum, & inſolita conceſſio, cum hæ cõceſſiones ſoleant indulgeri ad inſtantiam partium, quorũ varij varia poſtulant pacta, & quod cõſueuerint etiam
21 concedi bona † emphyteotica Eccleſiæ pro hæredib. extraneis, prout conceſſa ſunt iſta, tradit Corbul. *de caducitate ob mortem eiuſdem, nu. 6.* & etiam patet, quia ſæpe de ſimilibus inueſtituris agunt ſcribentes, & dicũt, quod ſi ab initio fuerunt factæ cum debitis ſolemnitatibus, tenent, & tranſeunt talia bona ad quoſcumque hæredes, vt videre eſt apud Clar. *in §. emphyteuſis quæſt. 28. num. 4. verſic. ſecundus eſt caſus, &c. & num. 8. verſic. ſed quæro*, & eo m gis valuit pactum illud, nec debet reputari inſolitum, aquia fuit limitatum, itavt ſi quandoque hæ terræ fuiſſent liberatæ, non militaret ad fauorem eorum, qui obligarent alias proprietates loco liberatarum.

Sicuti etiam non eſt inſolitum, ſeu extraneum illud pactum, quod inueſtitus poſſit ad libitum ſine licentia incidere quaſcumque arbores, & vites, & demoliri ædificia, quia eſt conditionale, dummodo Eccleſiæ conditio non ſolum non deterioretur, ſed melioretur, in quo non dicitur quid præiudiciale conceſſum, quia cõditio annexa poſtulat meliorationem, nec quid inſolitum, quia fuit expreſſum id, quod etiam tacite venie-
22 bat in hoc contractu, nam vbi ex inciſione † arborum

Digitized by Google

ſundus ſit fructuoſior ſine vlla licentia, & abſque metu
caducitatis, & circumſcripto hoc pacto poteſt emphy-
teuta facere huiuſmodi inciſiones, Cepol. in tractat. de
ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 22. de montibus, q. 5. Corbul. de
caducitat. ob deteriorationem, num. 30. verſic. tertio declaratur, Caroti. in tractat. de locato, tit. de recuſationibus,
quæſt. 7. num. 26. fol. mihi 191. in impreſſione magna Veneta
23 anni 1592. hinc eſt quod ſi arbores habeant † vmbram
nociuam, eos ſine licentia, & citra aliquam pœnæ incur-
ſionem poteſt incidere emphyteuta, Redoan. in tract.
de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt. 79. cap. 7. num. 26. fol.
556. Claud. Bertaz. in additionib. ad conſil. criminal. ſui
patris conſil. 433. litter. a. arbor enim, quæ inutiliter oc-
24 cupat † terram, ſuccidenda eſt, cap. quamuis, circa finem,
extra de decimis, Lucas de Penna, in l. 1. C. de cupreſſis,
lib. 12. quæ profecto non habent aliquam dubitationem,
cum, & multi voluerint in fortioribus terminis valere
25 † pactum de non expellendo emphyteuta propter de-
teriorationem, inter quos Speculat. in tit. de locato, § nunc
aliqua, vbi agit materiam emphyteuſis, quæſt. 89. num.
112. Iaſ. in l. 2. num. 119. C. de iure emphyt. Redoan. de reb.
Eccleſ. non alienand. quæſt. 79. cap. 6. num. 22. fol. 553. Cor-
bul. de caducitat. ob deteriorat. in fine, Carot. de locat.
tit. de recuſation. quæſt. 7. ſub num. 31. fol. 192.
26 Et denique † non eſt extraneum nec inſolitum pa-
ctum, quod poſſet inueſtitus ſubinueſtire ſine licentia,
vnam, vel plures perſonas abſque ſolutione decimæ,
quia cum de ſimili pacto alienandi, & ſubinueſtiendi
ſine licentia agat dicens de iure valere, poſt multos alios
Corbul. de caducitat. ob alienation. ampliatione 48. ſub n.
2. & limitatione 1. inde colligitur alias ſæpe vſu fuiſſe il-
lud ſeruatum, quia alias non habuiſſent Doctores neceſ-
ſe tractare, & diſputare de eo, & cum decima, ſeu lau-
demium ſoleat perſolui ex mutatione emphyteutæ, &
inductione alterius noui laudemii à Domino, hinc eſt,
quod iure conuentum fuit nullam ſoluendam eſſe deci-
mam pro hac ſubinfeudatione, cum primus inueſtitus
intenderet recognoſcere primum dominū, & ſecundus
nō haberet agere quidquam cum eo, nec eſſet ſuſceptu-
rus aliquam inueſtituram à primo Domino, ſed tantum
à ſubalterno.

Ad id quod dicebatur nonnulla à veritate aliena fuiſ-
ſe narrata Summo Pontifici, reſpondetur de hoc non cō-
ſtare nec apparere in dicto Breui, nec alibi, & ideo,
probandum eſſe ab actore, quod ſi fortè intelligeret
narratum fuiſſe falſum valorem dictarum terrarum, &
earum alienationem cedere in euidentem Eccleſiæ vtili-
tatem, contra veritatem, reſpondebo inferius in reſolu-
tione alterius obiecti, circa veritatem cauſæ, & vtilita-
tem eiuſdem conceſſionis.

Quemadmodum etiam non officit, quod fuerint ſup-
preſſa aliqua pacta, quæ continentur in inueſtitura, &
de quibus non legitur aliqua mentio in Breui Apoſtoli-
co, namque cum in dicto Breui narrantur nonnulla, &
poſtmodum ſubiicitur generaliter, & cum aliis pactis,
& conuentionibus in petitione expreſſis, credendum eſt
omnia fuiſſe narrata, vel ſaltem concludenter non con-
ſtat aliqua tacita fuiſſe, & tamen cum rei conuenti ha-
beant fundatam intentionem, tum quia præſumitur pro
validitate actus, & ſententia ſubſecuta, tum quia non
27 præſumitur quis in impetratione † ſuppreſſiſſe verum,
actori incumbit onus probandi, quod omnia non fue-
rint expreſſa, vt per Maſcard. in verbo obreptio concluſ.
mihi 1128. num. 15. & num. 19. quod vtique vt dixi non
remanet probatum ex lectura Breuis, ſed potius con-
trarium, ex quo dicitur in eo multa alia pacta, & con-
uentiones narrata fuiſſe.

Denique non releuat diuerſitas datæ, quia ſi bene in-
tueantur, conuenit illa breuis cum illa præſentationis;
nam in Breui, cum dicitur ij. Idus, patet, quod eſt mani-
feſtus error Scriptoris, cum illius non ſit originale, quia
in Idibus non datur apud bonos Authores ij. Idus ſed tā-
tum iij. Idus & ita vult dicere in iij. Idus Februarij, quod
præciſe ſignificat vndecimam diem dicti menſis, prout
in præſentatione dictum fuit, illud Breue datum fuiſſe
dicta die 11. Februarij, ex qua aſſertione colligitur di-
ctus error, & quomodo corrigendus ſit, & in terminis
quod præſumatur error ſcriptoris, qui exemplauit, bene
ſcribit in ſimili, Raudenſ. conſil. 17. part. 1. num. 95. & 96.
volum. 1. fol. 118.

Et hæc ſufficiant quo ad aſſertum defectum formæ, &
ſolemnitatis.

Nunc aggrediendo obiectus defectum cauſæ, & vti-
litatis huiuſce conceſſionis, dico quod ex ſententia de-
legatorum ſubſecuta, & eorum auctoritate illi interpo-
ſita, præſumitur eam fuiſſe vtilem Eccleſiæ ſicque iu-
29 ſtam cauſam † interueniſſe, Rota in terminis dec. 479.
ſub num. 1. part. 1. nouiſſimor. quæ ad hoc allegat Bald.
in cap. 1. in principio, num. 6. de his, qui feud. dare poſſunt.
Alex. conſil. 79. ante num. 7. verſic. fortificatur, &c. volum.
1. Iaſ. conſil. 54. num 18. ad finem, verſic. primo moueor,
volum. 1. Pariſ. conſil. 24. num. 5. volu. 4. Gabr. de ſentent.
concluſ. 5. num. 2. & iſtis addo Berrettam, conſil. 92. ſub
num. 9. Surd. conſil. 249. num. 20. Menoch. conſil. 114. nu-
mer. 14. & conſil. 817. ſub num. 28.

Et vltra præſumptionem habemus etiam veram pro-
bationem huius vtilitatis, de qua atteſtati ſunt tunc tem-
poris tres teſtes, quorum numerus pluſquam ſufficiens
30 fuit, cum in quolibet negotio † duo ſufficiant teſtes, ni-
ſi plures neceſſarios eſſe cautum reperiatur, cap. in omni
negotio, & cap. licet, extra de teſtibus, cap. ſi quis teſtes,
§. vbi, num. 10. quæſt. 3. cap. 1. & 2. 2. quæſt. 3. l. vbi nume-
rus, ff. de teſtibus, Farinacc. de teſtibus, quæſt. 63. numer.
232.

Quibus teſtibus acceſſit æſtimatio duorum peritorum
religioſorum, qui bene examinatis terris concordarunt
vtilem futuram eſſe conceſſionem, prout vnus ex eis ſo-
lus retulit, vt in dicto proceſſu antiquo, fol. 13. cum iam
alter eſſet mortuus poſt factam æſtimationem, ante ta-
men relationem.

Vtilitas autem manifeſtiſſima eſt etiam attenta dicta
æſtimatione, licet fuerint æſtimatæ terræ in ratione ſcu-
torum 22. à ſold. 108. pro quolibet in ſingula bubulca,
quia Eccleſia erat ſubiecta omnibus periculis caſuum
fortuitorum, & tamen fuerunt conceſſæ in rationem
ſcutorum 21. & ſic deducto tantum vno ſcuto cum ſu-
ſceptione omnium, & quorumcumque caſuum fortui-
torum, & cum onere meliorandi impoſita ipſi inueſti-
tura, quod profecto fuit cum maxima vtilitate Eccleſiæ,
cum poſuerit ſe in tuto perpetui, & certi canonis mo-
dicum decreſcentis de vera æſtimatione, & in maio-
ri quantitate, quam fuerat relatum potuiſſe con-
cedi; nam concordauerunt æſtimatores, quod licet
iudicarent eas eſſe valoris ſcutorum 22. attamen quod
inueſtito in ſe ſuſcipiente omnes caſus fortuitos, poterāt
concedi pro vno ſcuto annuo in ſingula bubulca, & ſic
in ratione ſcutorum 20. pro capitali cuiuſque bubulcæ,
& nihilominus fuerunt conceſſæ ad rationem ſcutorum
21. & ſic pro vberiori canone, quam relatum fuerat.
31 Augeturque † euidentia huius vtilitatis, quia iure
cautum eſt in conceſſione perpetua in emphyteuſim
de bonis Eccleſiæ detrahendam eſſe ſextam partem ve-
ri valoris, ad commodum inueſtiti propter pericula, quæ
in ſe ſuſcepit, vt habetur in §. dudum, in Auth. de non
alienand. aut permut. reb. Eccleſ. Auth. perpetua, & ibi
gloſ. Bart. Caſtr. & alij, C. de Sacroſanct. Eccleſ. quæ Au-
thentica eſt canonizata, in capit. 2. §. perpetua, 10. quæſt. 2.
Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, num. 10. Ancharan.
conſ. 122. ſub num. 1. Alexand. conſ. 112 ſub num. 2. vol. 1.
Burſatt. conſ. 11. num. 23. Bero. conſ. 130. ſub num. 6. vol. 1.
Iaſ. conſ. 54. ſub num. 25. verſic. corroboratur, volum. 1. An-
char. Regius, quæſt. 52. num. 5. part. 12.

Quibus probationibus non officiunt teſtes nunc exa-
minati ad inſtantiam actoris, primo quia nemo ex illis
deponit de communi valore dictarum terrarum, ſed
32 ſimpliciter, quod valebant † tantum, quo caſu non
probant verum valorem, vel affictum, Bart. in l. final.
ſub nu. 2 C. de prædijs, & omnib. reb. nauicul. lib. 10. Corn.
conſil. 347. num. 4. vol. 1. Natt. conſil. 332. num. 2. Roland.
conſil. 59. num. 37. vol. 1. Beretta, conſil. 42. num. 24. De-
cian.

Digitized by Google

cian. *conſil.17. numer.30.volum.2.* Secundo, tertius ex
dictis teſtibus eſt ſibi met contrarius; nam primo red-
dit rationem, quia vidit vendere terras vicinas, & ſuper
interrogatorijs negat vidiſse vendi aliquas terras. vn-
de non probat, quinimo redditur falſus in hoc, & per
conſequens in omnibus ab eo depoſitis præterea depo-
33 nit iam 40. annis tãtum, & ſic non ferit † tempus con-
ceſſionis, quam multo antea ſecuta erat, & ob id pari-
ter non probat læſionem, Rota apud Cæſ. Graſs. *deciſ.
171. numer.5.* Borgn. *deciſ.46. numer.290. parte prima*,
34 quia læſio debet probari † de tempore præciſo con-
ceſſionis, Pariſ. *conſil.24. ſub num.7. volum.4.* Bero. *con-
ſil.72. num.9. volum.1.* Grat. *conſil.142. num.29. volum.2.*
Cioffi. *conſil.54. num.9. volum.2.* potuerunt enim ab an-
no 1555. quo fuerunt conceſsæ in emphyteuſim vſque
ad annum 1562. de quo videtur deponere dictus teſtis
augeri in pretio, vel meliorationibus inueſtiti, vel be-
neficio temporis, vel alia de cauſa. Quartus teſtis ſimi-
liter non deponit de tempore conceſſionis, quando
Reuerendus Cauatius erat Rector, ſed de tempore lon-
ge poſteriori, quando deuoluerunt dictæ terræ ſub Do-
mino Franciſco de Neruis, & ideo patitur reſponſiones
proxime allatas ad alium teſtem. Quintus ſimiliter nõ
percutit tempus, quia deponit tantum iam ab annis
35 40. vnde demptis tribus, noſtri remanent † plures nu-
mero, & per conſequens eis magis credendum eſt, gloſ.
in l. ob carmen in verb. ſi teſtes, ff. de teſtibus, Burſat. *conſ.
116. num.35.* Farinacc. *de teſtibus, quæſt.65. numer.106.*
Tertio, vbi etiam illi tres teſtes computandi eſsent in
numero, adhuc hinc inde eſsent pares, cum, & pro par-
te reorum adſint tres teſtes, & duo æſtimatores, data
autem paritate, noſtri ſunt præferendi, tum quia in il-
36 lis adſunt † duo periti, *l.1. ff. de ventre inſpiciend.* Corn.
conſil.81. num.3. volum.3. tum quia noſtri ſunt digniores,
37 † & ditiores, & in eis duo religioſi, *cap. in noſtra*, vbi
Doctores, *extra de teſtibus*, Farinacc. *quæſt.65. num.114.
38 117. & 177.* tum quia deponunt † pro reis, gloſ. *in ca-
pit. in noſtra, in verbo aduerſa, verſic. ſi vero teſtes, &c.
extra, de teſtibus*, Farinacc. *quæſt.65 num.152.* tum deni-
que, quia noſtri cenſentur magis informati, & veriſi-
miliora depoſuiſse, cum examinati fuerint de tempore
præciſo contractus, & quia prò eis præſumitur ex ſen-
tentia ſubſecuta, & informationibus aſsumptis ab æſti-
matoribus ſuper loco, vt in relatione facta à Reueren-
do D. Aſiano, ita vt non facile ducendum ſit ad irritatio-
39 nem huius conceſſionis † quæ longam habuit roboris
firmitatem, iuxta *cap. contingit, de tranſact.* & tradita
per Pariſ. in terminis, *conſil.24. n.6. vol.4.*

Maxime, quia vbi etiam, quod non admittitur pro-
barent teſtes actoris, tamen cum tempore conceſſionis
illa communiter pro vtili Eccleſiæ habita fuerit, nulla nõ
40 redditur † licet ex poſt reperiatur contrariũ, vt in ſpecie
firmat Menoch. *conſil.174. num.10.* quia dicit, quod ſolũ
danda eſſet reſtitutio in integrum, ſed tunc opus eſset,
quod peteretur, & quod dicto remedio ageretur, &
probaretur læſio, de quo remedio non agitur in præſen-
ti caſu.

Non obſtat etiam, quod dicebatur debuiſse fieri cõ-
ceſſionem pro aliquo canone maiori, quam potuiſset
locari, cum Eccleſia amiſerit vtile dominium, & eius v-
tilitas debet eſse euidens, & potuiſset habere dictum
affictum, abſque aliqua translatione ſui iuris, quia ſu-
pra reſponſum fuit, quod dum Eccleſia liberat ſe à ca-
ſibus fortuitis, dicitur ei vtilis contractus, etiam ſi dimi-
nueretur ſexta pars veri valoris, nec eſt verum, quod cõ-
tinuo potuiſset habere dictum affictum, quia multoties
fuiſset diminutus propter caſus fortuitos ſæpe contin-
gentes.

Provt etiam negatur aliqua adfuiſse pacta præiudi-
cialia Eccleſiæ in ſæpedicta inueſtitura, tum quia ſu-
perius, in capite ſolemnitatis contrarium demonſtraui,
tum quia non obſtantibus dictis pactis, iudicata fuit cõ-
ceſſio vtilis, & ideo non debent haberi in conſideratio-
ne, etiam, quod poſsent dici præiudicialia, quia ad cõ-
41 ſiderandam læſionem debet inſpici totus † contractus
& quod cedit in vna parte compenſatur cum maiori vti-
litate alterius, Surd. *conſil.217. per totum, & deciſ.155.
num.5. & 7.*

Et in omnem caſum, vbi poſset dici adeſse pacta
42 aliqua vitioſa, non annullaretur contractus † in totum,
ſed ea tantum adimenda eſſent, vt probat Honded. *con-
ſil.17. n.25. vol.2.*

Denique non reffragaretur, quod inueſtitura conceſ-
ſa Paueſijs, & de qua in proceſsu, *fol.16.* fuerit valde
alterata ab illa conceſsa eorum auctori, & anteceſsori,
de qua in eodem proceſsu, *fol.50.* quia reſpondetur nõ
referre qualiter eſset inueſtitura auctoris, ſed tantum
inſpiciendum eſse, an Rector haberet facultatẽ ita inue-
ſtiendi, quam vtique habuiſse conſtat ex proceſsu
compilato ſuper Breui, Si in euidentem, &c. & cum ſo-
litæ eſsent concedi dictæ terræ cum illis pactis, potuerũt
denuo, concedi licet antea fuiſsent ommiſsa, quia non
dicitur receſsum à prima inueſtitura per ſequentes ni-
43 ſi † in ſecunda expreſse dictum ſit, vt prima mutetur,
Natt. *conſil.506. num.44.* Roland *conſil 2. num.4. & con-
ſil.50. num.62. & conſil.98 num.4. vol.3.* ſed vt proxime
dicebam, vbi adeſset alteratio, quod non admittitur, non
eſsent priuandi ſuo iure rei conuenti, ſed tollenda tantũ
alteratio, & pacta vitioſa.

Concludo itaque, reos abſoluendos tum ex ſupra-
dictis, tum quia vbi verſaremur in dubio, pro reo eſt iu-
dicandum, & quia de facili non eſt deueniendum ad
annullationem ſententię delegatorum Papę, quæ diu fuæ
obſeruata, & propterea ſi aliqua dubia hærebunt M. Il-
luſtri, & Reuerendo D. Iudici, rogatur, vt ea edere ve-
lit, nam vt creditur, non deerit opportuna reſponſio.

A R G V M E N T V M.

Confeſſio extraiudicialis, quomodo per teſtes probetur. Vnus teſtis de ea confeſſione, atque de fama, an poſſit cum alio de fama, illam releuare. Quinam teſtes præualeant in dubio. Iungi quando debeant, & poſſint teſtes, vel non. De ceſſione iurium, & crediti, ac eius periculo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Duo teſtes quorum alter deponit de veritate facti, alter de confeſſione extraiudiciali geminata, plenè probant, ſecundum aliquos, etiam non præſuppoſita geminatione. num.5. Sed de veritate vid. num.14.*

2 *Teſtis vnus de veritate actus, facit ſemiplenam probationem.*

3 *Vnicus teſtis de confeſſione extraiudiciali geminata, facit ſemiplenam pariter probationem. Sed vid. num.15.*

4 *Confeſſio extraiudicialis non geminata, probatur ſemiplene ſolum per duos teſtes.*

6 *Duo teſtes, quorum vnus deponit de veritate facti, & ipſe ac alter de fama, an iungantur ſimul, & probent, & num.7. Affirmant aliqui; & vt idem procedat in confeſſione, & num.8. Sed negatur, num.16.*

9 *Ille contra quem ponitur, & interpellatur ad reſpondendum ſuper quantitate rei controuerſæ, tenetur illam exprimere, ne habeatur pro confeſſa quantitas ab actore petita.*

10 *Fundamentum intentionis alicuius eſt ab eo probandum. Maximè ſi ſit actor, num.11.*

12 *Actore non probante, reus etſi nil præſtiterit, abſoluitur.*

13 *Ius actoris ſolum eſt conſiderandum, cum agitur de liberando reo.*

17 *Iungi non poſſunt teſtes, niſi ſint omni exceptione maiores, & faciant ſemiplenam probationem.*

18 *Teſtis rei etſi alias minoris ponderis excedit illum actoris falſum, & ſuſpectum.*

19 *Teſtis non probant cum mutuo confringant, vt nulla ratio vrgeat, cur magis vni, quam alij credatur.*

20 *Teſtis omni exceptione maior dicitur ille, cui nulla ex-*

ceptio

ceptio de mundo opponi poteſt. Et eſt vacuus ab omni
etſi friuola exceptione, num.21.

22 *Ceſſio non ſufficit ad crediti tranſlationem, niſi ſimul tra-*
dantur ſcripturæ, ex quibus nomen ceſſum connetiatur.
23 *Cum ex credito ceſſo ſuum non poteſt creditor conſequi,*
habet regreſſum contra cedentem, & num. 26.
24 *Fateri cenſetur debitum, qui promiſerit ſe ſatisfacturum,*
vel pro eo deponit pecuniam. Niſi tamen ſit factum ad
lites euitandas generaliter, & num.27.
25 *In mora non conſtituitur reus, niſi monitus, & interpel-*
latus ad ſoluendum, vel reſtituendum.
26 *Periculum crediti pertinet ad ceſſionarium poſt delegatio-*
nem.
28 *Cauſa nedum iuſta, ſed & probabilis litigandi, excuſat*
à mora, & intereſſe.

CONTROVERSIA DCXXXIII.

DE tribus punctis contenditur inter Dominum Ioſe-
phum Piſonum, & Dominum Chriſtophorum Ber-
ſellum, primo an dictus Berſellus teneatur ad ſolutio-
nem adipis ſibi venditi à Piſono, in ratione librarum,
vndecim, ſoldorum quinque pro qoolibet penſe, tam-
quam ita conuentum ſit inter partes de hac quantitate
pretij, ſecundo an Piſonus debeat accepto ferre duo
credita quæ Berſellus aſſerit ei dediſſe in ſolutum pro
dicto pretio, & fuiſse acceptata ab ipſo venditore. Ter-
tio an pro hoc debito creditor rectè petat intereſſe iu-
xta taxationem ordinis ducalis præſentati *fol.45.fac.2.*

Quoad primum, prætendit actor iuſtificaſſe ſuam in-
tentionem per duos teſtes, Petrum ſcilicet de Gabriellis,
qui eſt ſecundus examinatorum ab ipſo Piſono, depo-
nentem Berſellum pluries extra iudicialiter abſente
parte confeſſum fuiſſe ſe emiſſe adipem predictum in ra-
tione eius quod conſtiterat Piſono, ideſt librarum vnde-
cim, & ſolidorum quinque pro quolibet penſe, & per
Io: Paulum Thedoldum vltimum teſtem, qui deponit
tam de veritate facti, ſcilicet conuentum fuiſſe in ſua
præſentia prætium adipis in prædicta quantitate, quam
de pluribus confeſſionibus de hoc factis à Berſello, non
1 ſolum abſente parte, ſed etiam, & preſente, duo † au-
tem teſtes quorum alter deponit de veritate facti; alter
vero de confeſsione extraiudiciali geminata plene pro-
bant, vt per Curt. Iun. *conſ.168. ſub num.23.* quia vt ipſe
2 ſubdit, teſtis de veritate actus † facit ſemiplenã proba-
tionem, vt tradunt communiter ſcribentes in *l. admo-*
nendi ff. de iure iurand. & alter de geminata confeſſio-
3 ne † facit aliam ſemiplenam, quia licet confeſſio extra-
iudicialis probata per duo teſtes probet tantum ſemi-
4 plene, tamen ſi ſit geminata † facit plenam probatio-
nem, & per conſequens probata per vnum tantum fa-
cit ſemiplenã, quæ ſimul iunguntur, vt per eum, & quod
vnus teſtis de veritate, & alter tantum de confeſſio-
5 ne † non præſupoſita etiam geminatione plene probent,
tradit Farinac. *de teſtib. quæſt.64. n.114.* quinimo in ca-
ſu iſto videtur poſſe dici adeſſe duos teſtes de confeſſio-
ne, quia vterque ex præfatis de ea deponit, & vnum de
veritate, quia de hac quoque alter ex illis atteſtatur, &
6 licet vnus, & idem teſtetur de confeſſione † & de veri-
tate, tamen hoc non videtur obeſse, ex traditis per Bald.
in l. Gallus §. ille caſus in 3. notab. ſub nu.3. ff. de liber.
& poſthum. vbi inquit quod ſi vnus teſtis deponat de
veritate facti, & ille idem, & alter de fama, iunguntur
7 ſimul, & reſultat † efficax, & plena probatio, quem ref-
fert, & ſequitur Becc. *conſ.47. n.10.* quo caſu quando
8 vnus teſtis deponit † de veritate, & duo de confeſſione,
certum eſt oriri plenam probationem, Afflict. *deciſ.12.*

Preterea cum in poſitionibus Piſoni fuerit poſitum,
adipem venditum fuiſse in ratione lib. 11. ſold. 5. pro
quolibet penſe, & ſi Berſellus non crederet de tanta
quantitate, quòd exprimeret de quanta aſcenſiue, vel
9 deſcenſiue, † tenebatur ipſe Berſellus pretium in aliqua
quantitate exprimere, Angel. *in l. prima, §. ſi ſtipulanti,*
in fine, & ibi Cuman. *nu.7.* & Caſtr. *nu.5.* & Iaſ. *colum.*
fin. ff. de verb. obligation. Aretin. *in §. ſi, qui Inſtit. de*
mandat. Gail. *lib.1. obſeruat.82. nu.18.* Pacian. *de proba-*
tion. lib.1. cap.18. num.16. & ob id debet haberi pro con-
feſso, cum non reponderit apte, ex quo negauit abſolu-
te pretium, quod tamen debebat in aliqua ſumma ex-
primere.

Verius tamen exiſtimo in hoc puncto actorem obti-
nere non poſse pro quantitate petita lib.11. ſol.5. pro
quolibet penſe adipis, cum enim in hoc conſiſtat fun-
damentum ſuæ intentionis, quod tanti fuerit conuen-
10 tum pretium, vt obtinere poſſet, id probare † debebat,
iuxta *l.2. & l. eum qui ff. de probation.* & doctr. Bartol.
in l.1. ſub num.1. C. ſi aduerſus creditorum. Socin. Sen.
conſ.24. ſub num.18. vol.1. Olaſc. *deciſ.169 n.8.* maximè
11 cum ſit actor, cuius incumbens eſt ſemper † probare
id quod aſſerit, *l. actor. C. de probation. l. verius in fine*
cum lege ſequenti ff. eod. tit. de probation. cum late tradi-
tis à Pacian. *de probation. lib.1. cap.6. nu.1. & 3.*

Quod cum ab eo probatum non fuerit, vt ſtatim de-
12 monſtrabo, reus eſt abſoluendus etiam ſi † nihil ex par-
te ſua præſtitiſſet, *leg. qui accuſare, C. de edend.* vbi De-
cius ampliat hoc procedere etiam ſi conſtaret reum ius
13 non habere, cum ius † tantum actoris ſit conſideran-
dum, *l. final. ff. de rei vendicat.*

Et quia non eſt æquum, vt Berſellus habuerit adipem
ſine aliquo pretio, ſolutio facienda erit, non apparente
aliter de præciſa conuentione, arbitrio boni viri, iuxta
illud, quod merebatur, quod per teſtes tam rei, quam
actoris probatum eſt de octo libris circiter, vel tanti quã-
ti liquidabitur à Piſono à ſe emptum fuiſſe ipſum adipẽ,
cum in hoc videantur concordare teſtes, partes conue-
niſſe de pretio, quod adeps conſtiterat Piſono.

14 Nec obſtant contraria; † nam ad primum, quod v-
nus teſtis de veritate, & alter de confeſſione geminata
plene probant, vt per Curt. Iun. *conſ.168. ſub numer. 1.*
ommiſſo, quod hoc non videtur verũ, quando confeſſio
15 facta † eſt abſente parte, prout in hoc reprobatur
Curtius à Crauett. *conſil.267 ſub num.5. verſic. idem tenet*
Curtius, quia tunc debet ſaltem eſſe probata per duos
teſtes, vt per eumdem, & Hercul. *de proband. negatiu.*
ſub num.198. verſic. decimo quinto fallit, Maſcard. *de pro-*
bation. concluſ.347. num 22. & 55. & pulchrè Magon.
deciſ. Lucenſ.46. num.23. ſicuti nec videtur verum, quod
16 † idem teſtis, qui deponit de veritate, poſſit etiam ſer-
uire pro alio teſte de confeſſione, per tradita latè a Surd.
deciſ.12. vbi concludit vnicum teſtem deponentem de
duplici confeſſione præſente parte, non probare, quam-
uis vnaquæque confeſſio præſente parte probata per v-
num teſtem faciant ſemiplenam probationem, cum vni-
cus teſtis duplicem locum occupare nequeat, vt per
eum.

17 His inquam ommiſſis, † reſpondeo, quod in caſu
iſto non poteſt fieri coniunctio dictorum teſtium, nec
nec probationis ex eis reſultantis, & ob id nulla etiam
oriri poteſt probatio ſufficiens, quia ad hoc vt vnus te-
ſtis faciat ſemiplenam probationem, ita vt poſſit co-
niungi cum alia ſemiplena, debet vterque eſſe omni ex-
ceptione maior, adeo vt nulla exceptio de mundo eis
opponi poſſit, & ſic vtraque ſemiplena probatio iun-
genda debet eſſe in ſe perfecta, vnde ex quolibet mini-
mo defectu exiſtente in teſte, non poteſt eſſe omni exce-
ptione maior, & conſequenter impeditur coniunctio
probationum, ita declarat Magon. *deciſ. Lucenſ.46 nu-*
mer.20. & 21. Becci. *conſ.47. num.4.*

In propoſito autem caſu, Io: Paulus Thedoldus ne-
dum debilitatur, verum etiam omnino deſtruitur, nam
quo ad veritatem facti de pretio conuento in tanta quã-
titate, ei ex diametro obſtat D. Vincentius Fntata ſe-
cundus teſtis, tertiæ modulæ pro Berſello. qui *fol.4. fac.*
1. & 2. & fol.47. fac.2. teſtatur ſe fuiſſe præſentem nec con-
cluſum fuiſſe de pretio in dicta quantitate, & in hoc di-
ctum Thedoldum manifeſte falſum depoſuiſſe, quo fit,
vt vbi teſtis Berſelli non erat præferendus; qui tamen
præferri debet, tum quia ſenior, tum quia deponit pro
reo ſaltem ita ſe mutuo confringantur, vt neuter ex
18 ſuo iuuari poſſit cum nulla ratio vrgeat cur † magis

crede

Digitized by Google

eredi debeat Thedoldo, quam Fritatæ, Farinacc. *de teſtibus, quaſtion. 65. numero ſecundo*.

Quo vero ad vtramque confeſsionem tam de veritate facti, quam de confeſsione, valde diminuitur eius fides, ex eo quod probatum eſt ipſum Thedoldum ſæpe jurgatum fuiſſe cum Berſello, & de eo valde conquæſtũ fuiſſe, non bonoque animo illum proſequi; & è conuerſo, quod eſt adeo familiaris Piſoni, vt maior non poteſt eſſe familiaritas ſi eſſent conſanguinitatis vinculo coniuncti, vt deponunt omnes teſtes tertiæ modulæ Berſelli inter quos quintus recenſet multas occaſiones odij Thedoldi erga illum.

20 In iure autem † notum eſt, præſumptum odium contra eum aduerſus quem producitur teſtis, & maximam familiaritatem cum eo, qui illum producit, valde debilitare, vbi omnino non repellunt ipſum teſtem, adeo vt non poſſit dici omni exceptione maior, cum is dicatur omni exceptione maior, cui nulla de mundo exceptio opponi poſſit. Natt. *conſil. 53. ſub numer. 9. & conſil. 95.*
21 *num. 11.* vbi quod debet eſſe † vacuus ab omni exceptione, quamuis friuola, Magon. *deciſ. Lucenſ. 46. numer. 21*.

Nec obſtat fides de aſſerta inimicitia Fritatæ, cum Piſono, de qua *fol. 63.* quia oon probatur, tum quia à nemine eſt recognita, tum quia eſt extraiudicialis, & ſine iuramento quo pacto non faciunt probationes, tum alijs rationibus animaduerſis per D. Cauſidicum in ſuo ſummario.

Accedat, quod probatum eſt per vnum teſtem vltimæ modulæ, *fol. 67. cum ſeqq.* d. Thedoldum ſollicitaſſe cauſam pro Piſono, & quod Piſonus intendebat ſatisfacere de quodam ſuo credito cum pecunijs habendis ex victoria huius cauſæ, vnde ratione affectionis, & intereſſe diminuitur quoque de eius fide, qui vltimus defectus, & ſi vti non probatus, niſi per vnum teſtem parum nocere videatur, tamen iunctus cum alijs exceptionibus, de quibus ſupra, valde adminiculatur ad eum repellen-lendum.

Ad ſecundum, reſpondeo, quod in caſu iſto ad hoc non tenebatur, nec cogi poterat, quia non fuerat conuentum de certa quantitate nota ipſi reſpondenti, ſed certificanda per relationem ad aliud, cum promiſiſſet ſoluere pretium, quod Piſono conſtiterat ſine alia expreſſione, vnde cum poneretur in poſitionibus de quãtitate ſpecifica, rectè à Berſello fuit omnino negata poſitio, nec clarius potuit cogi reſpondere ſuper eo, quod ignorabat.

Aggredior ſecundum punctum an Piſonus teneatur accepto ferre duo ſcripta, de quibus in cauſa, & quæ habentur in proceſſu, *fol. 80. cum ſeqq.* Et videretur reſpondendum negatiue.

Primo, quia videtur probatum per Piſonum, quod non acceptauerit dicta ſcripta, cum Berſellus nollet manutenere illa exigibilia, prout deponit primus teſtis Piſoni, *fol. 2.* ſecundus, *fol. 7. fac. 2.* quod Piſonus, licet dixiſſet velle acceptare ſcripta, tamen tandem dixit, *che non li voleua in conto alcuno, s'il Berſello non li mantenena boni, & eſigibili*. Quartus, *fol. 19. fac. 1.* ibi, *ma però li ſcritti non furono accettati dal detto Piſone, & reſtarono nelle mani di detto Berſelli*.

Secundo, quod non fuerunt acceptata, patet, quia Berſellus mediante ſuo exactore exegit partem crediti vnius ex illis, vt ex fide, *fol. 16. fac. 2.*

Tertio, quia ea ſemper habuit penes ſe Berſellus, vnde colligitur, quod ad eum ſpectabant, non ſufficit enim
22 ceſſio, † niſi ſimul tradantur ſcripturæ, ex quibus nomen ceſſum conueniatur, Deciſ. Genuenſ. 189. *numer. 3.* & in omnẽ casũ debebat ea tradere Piſono, vt poſſit exigere antequam debitores fierent deterioris conditionis, & ideo cum facti ſint non ſoluendo dum haberet penes ſe ſcripta, vt fatetur in precibus, *fol. 41. fac. 2.* videtur ei hoc imputandum, & ſuo periculo id eueniſſe, præſertim cum ceſſio habere cenſeatur hanc conditionem, ſi ceſſionarius creditum conſequi poterit ab eo debitore
23 cuius nomen fuit ceſſum, † adeo vt pro eo, quod conſequi nequit, detur regreſſus contra cedentem, Deci. *conſil. 99. num. 4.* Becci. *conſil. 105. num. 1.*

Quarto, & vltimo, ex depoſito facto à reo de quantitate petita per actorem, de quo *fol. 44. fac. 1.* relaxando ipſi Piſono, pro omni eo quod prætenderet, reſultat confeſsio ipſius debiti, & quod ſcripta non fuerint ac-
24 ceptata; ſi enim † fateri cenſetur debitum, qui promittit ſe ſatisfacturum, Surd. *conſil. 12. num. 36.* multo magis fateri videtur, qui deponit pro ſoluendo ipſo debito.

Veritas tamen eſt, dicta ſcripta fuiſſe acceptata inſolutum à Piſono, & propterea debere computare credita, de quibus in illis, ad extinctionem prætenſi ſui crediti, de tali enim acceptatione deponit primus teſtis primæ modulæ teſtium Berſelli, *fol. 2. fac. 1.* ibi, *io non hò ſcoſſe li crediti delli ſcritti, ch'io tengo preſſo di me, perche non ſono ancora maturi*. Tertius, *fol. 8. fac. 2.* ibi, *ſe bene mi hà dato le ſcritti voſtro fratello, non li hò però potuti eſigere*. Quartus, *fol. 12. fac. 2.* ibi, *chiamo lui teſtimonio, che voleſſe ſtar attento à quello, che diceua eſſo Piſone, perche li voleua dar certi ſcritti de crediti in pagamento del ſeno da quello comperato in più volte à detto Piſone, piglio dui ſcritti di crediti in mano*, & infra, *& così diede detti duoi ſcritti, ò volſe dare al detto Piſone, dicendo, che li daua in pagamento del detto ſeno, & ch'eſſo li riſcuoteſſe, per il che eſſo Piſone riſpoſe, che li accettaua, ma che però eſſo Berſelli teneſſe così fino ch'ora tornato à Mantoua, & pure volendoli laſſare detti ſcritti à eſſo Piſone, gli ſoggiunſe, non dubitate, ſe bene non li piglio appreſſo di me, perche ſiamo homini, & non putti, & ſate conto, ch'io li habbia appreſſo di me*. & *fol. 14. fac. 2. che baſtaua la ſua parola, in hauerli accettati, & non ſateſi altrimenti, che accettaſſe detti ſcritti mentre foſſero ſtati eſigibili, ò nò, non hauendo parlato di tal coſa, fol. 15. fac. 1. in fine, che li teneſſe così, ch'eſſo li accettaua*.

Primus teſtis ſecundæ modulæ, *fol. 19. & 20.* qui eſt vnus ex debitoribus dictarum ſcripturarum, ibi, *vn giorno, ò due doppo il contratto del ſeno, Miſer Gioſeppe Piſoni li diſſe, che Miſer Chriſtoforo Berſelli à conto del pagamento di detto ſeno li haueua delegati duoi crediti, che detto Berſelli haueua con lui teſtimonio vno, & l'altro con Gio: Marco Calignano, ſoggiungendo eſſo Piſone, c'haueua tolto, & accettato le dette delegationi, & crediti in parte di pagamento, & à conto di pagamento di detto ſeno*, & *fol. 20. fac. 2. detto Piſone hà conſegnato venti ſcudi del debito di lui teſtimonio*. Quartus, *fol. 30. fac. 1. & 2. Miſer Gioſeppe Piſone li raccontò, ch'era in diſdita con detto Berſelli, & che litigauano inſieme, & con tale occaſione li diſſe, che detto Berſelli li haueua dato duoi ſcritti, delegandogli li crediti contenuti in eſſi*, & infra, *affermando eſſo Piſone hauer accettate detti duoi ſcritti*. Quintus, *fol. 33. fac. 1. Miſer Gioſeppe Piſoni diſſe, che Miſer Chriſtoforo Berſelli li haueua delegati duoi ſuoi debitori, &c.* cum igitur vera ſit concluſio, quod vnus teſtis de veritate qualis eſt quartus primæ modulæ, & duo de confeſsione faciant plenam probationem, vt ſuperius in alio puncto deductum fuit, multo magis reſultabit plena probatio in caſu iſto, in quo ne dum duo de confeſſione, ſed multo plures extant, accedentibus etiam multis alijs examinatis à parte aduerſa, quorum etiam vnus tantum plene probaret contra producentem.

Hi ſunt, Secundus Piſoni, *fol. 6. fac. 2.* ibi, *io li do queſto ſeno, & eſſo Berſello mi dà duoi ſcritti di crediti*, & *fol. 7. fac. 1. non ſenti à dire al Piſone di accettare detti ſcritti in quanto foſſero eſigibili; ma ſemplicemente diſſe, che il Berſelli li aſſignaua li capitolati duoi crediti delli ſcritti*, & *fol. 8 fac. 1. il Piſone l'inſtaua, che ſcodeſſe il debito di Domenico Baſſi*. Tertius, *fol. 12. fac. 1. riſpoſe il detto Piſone, che s'il Berſello li voleua dar quel credito l'hauerebbe ſcoſſo egli, & hauerebbe dato tanto ſeno*, & infra, *& hauendo ciò detto al Berſello, eſſo riſpoſe, che ſe ne contentaua, & però lo fece raggionar con detto Piſone*, & infra, *doppo ritrouato eſſo Piſone lui teſtimonio, li diſſe detto Piſone, c'haueua accettare il detto credito, & ch' operaſſe di riſcuoterlo*, & late de hoc deponit idem teſtis, *fol. 13. fac. 2.*

Digitized by Google

fac.2. & fol.14. vbi quod Piſonus acceptauit liſtam ſequeſtri vnius ex dictis de libris, & diu tenuit penes ſe.& quod non promiſit manutenere exigibilia dicta credita, *& fol.15.*

Et quamuis aliqui ex dictis teſtibus deponant, quod poſt Piſonus dixit nolle acceptare dicta ſcripta, niſi manutenerentur exigibilia; tamen iſta recuſatio fuit poſt multum inſeruirentur, & poſtquam ſimpliciter fuerant acceptata, vnde non releuat.

Non obſtant contraria; nam ad primum dico non fuiſſe probatum talia ſcripta non fuiſſe acceptata, quia primus teſtis Piſoni negat fuiſſe præſentem totali negotio; ſed abijſſe, dum contenderent, & ſic ignorat quid tandem concluſum fuerit ſolus remanet quartus, qui ſuperatur à maiori numero, & ab alijs met teſtibus Piſoni.

Ad ſecundum, quod fuerint exactæ pecuniæ ab vno ex dictis debitoribus per exactorem Berſelli, reſpondeo iſtud non fuiſſe factum commodum Berſelli, nec eo mãdante, ſed ad commodum Piſoni, quia iam dictus exactor habebat commiſſionem; vnde commodior erat exactio Piſono, mediante dicto exactore, vt colligitur ex ſecundo teſte Piſoni, *fol.8. fac.1.* & declaret ipſe met exactor, quia eſt tertius teſtis Piſoni, *fol.13. fac.2. & fol.14.*

Ad tertium, quod Berſellus tenuit ſcripta penes ſe, Reſpondetur hoc non releuare, quia Piſonus illam cauſam acceptauerat, ac ſi haberet, & reliquit ea in manibus Berſelli, vti depoſitarij, vt deponit quartus teſtis primæ modulę ipſius Berſelli, vbi inter alia dicit Piſonũ habuiſſe hæc verba, *Fate conto, che li habbia appreſſo di me*, vnde ex hoc ſequitur etiam, quod Berſellus non teneretur amplius ea ſcripta offerre, nec præſentari; ſed Piſonus debebat ire ad illa accipiendum, & non dica-
25 tur ſtetiſſe per Berſellum cum non fuerit † monitus ad reſtituendum, Menochius, *conſil. 121. ſub numer. 107.*

Nec obſtat, quod ceſſionarius habeat regreſſum contra cedentem, vbi debitor ceſſus non eſt ſoluendo, quia iſtud non habet locum, quando nomen debitoris datur in ſolutum, prout factum eſt hic; tunc enim is qui dat in ſolutum, tenetur tamen præſtare debitorem delegatum eſſe vere debitorem, non autem eſſe ſoluen-
26 do, & periculum poſt delegationem † ſpectat ad ceſſionarium, Becci. *conſil. 105. numer. 29. & numer. 36.* Deci. *conſil. 99. numer. 4.* Surd. *conſil. 22. numer. 33.* Eugen. *conſil. 73. per totum.*

Ad vltimum de depoſito facto, reſpondetur illud non obeſſe, tum quia non fuit acceptatum ab actore, tum quia fuit factum pro omni, eo quod prætendere poſſet Piſonus per modum excitandæ litis, & vexationis, quo
27 caſu quis † non dicitur fateri aduerſarium ius fouere, Surd. *conſil. 391. numer. 59.* Becci. *conſil. 55. numer. 31. & 32.* Farinacc. *quæſt. 5. numer. 21.* & ad hoc fuit ſuaſus à Perilluſtribus Iudicibus per quamdam tranſactionem.

Vltimus punctus, an Berſellus teneatur ad intereſſe ex prædictis remanet deciſus, quia ſi ipſe ius fouet, vt demonſtraui, non poteſt obligari ad aliquod intereſſe, ſed vbi etiam præualeret de iure intentio actoris, cum eum ex iuribus ſuperius deductis negotium non eſſet liquidum, & haberet maximam dubitationem, maximè quia ſcripta fuerint acceptata, vtique Berſellus habuit iuſtiſſimam cauſam litigandi, nedum autem iuſta; ſed etiam probabilis tantum cau-
28 ſa † excuſat à mora, & ab intereſſe, Riminald. Iun. *conſil. 643. num. 5. & 6.* Honded. *conſil. 4. num. 69. & conſ. 36. n. 23. volumin. 2.*

A R G V M E N T V M.

De competentia Fori ratione contractus, & rei. De Iuriſdictionis defectu. Promiſſio, monitio, & proteſtatio exigitur, vt vſuræ, & damna peti poſſint. De atteſtationis vulgo (Fede) vigore, & probatione. Auctor erga emptorem, vel ceſſionarium ad quid teneatur. De clauſula executiua ſibi ſatisfacendi propria auctoritate, eiuſque effectu, & forma exequendi in praxi.

S V M M A R I V M.

1 *Reſcriptum Principis non dat iuriſdictionem in eum, qui alias non poteſt in eo loco conueniri.*

2 *Forenſis non poteſt ratione contractus conueniri alicubi, niſi ibi reperiatur. Imo nec poteſt conueniri, ſi reperiatur, mox receſſurus, & num. 3.*

4 *Actor ſequitur forum rei.*

5 *Iudex, vel Princeps diuerſi Territorij non poteſt citare, vel iubere in alio.*

6 *Licet quis poſſit conueniri in loco; non tamen dicitur ſubditus.*

7 *Princeps non cenſetur voluiſſe id, quod de iure non poterat.*

8 *Vbi agi non poteſt, ibi neque ſequeſtratio poteſt fieri.*

9 *Qui ſortitur Forum ratione rei, non poteſt conueniri, niſi actione reali, non vero perſonali.*

10 *Appellatio ſola facit litis pendentiam.*

11 *Exceptio litis pendentis coram vno Iudice impedit litis regreſſum coram alio.*

12 *Vbi ceptum eſt iudicium, ibi etiam finiri debet.*

13 *Iudex talem exceptionem non admittens grauat partem, quæ ob id poteſt appellare.*

14 *Iudicium ſecutum poſt prepoſitam hanc exceptionem eſt nullum.*

15 *Iudex incompetens non eſt adeundus, cum competens non deficit.*

16 *Iuriſdictionis defectus eſt maximus inter alios.*

17 *Iudicatum non dicitur ab eo, qui iudicandi ius non habet.*

18 *Ad damna, & intereſſe nemo tenetur, niſi vel ſpecialiter ſint promiſſa, vel legitima præceſſerit monitio.*

19 *Vſuræ, vt peti poſſint à tertio, exigitur proteſtatio de tempore in tempus, & commonitio.*

20 *Cum agitur de obligando aliquem in re magni præiudicij, præcedere debet interpellatio, & monitio.*

21 *Priuilegium allegans debet illud probare.*

22 *Notario non creditur, niſi de geſtis coram eo.*

23 *Damnum ſeu intereſſe ob vſuras, vt peti poſſit, debet probari neceſſitas recipiendi pecuniam, ſub ipſis vſuris ob eam præciſam cauſam, & in indiuiduo.*

24 *Tranſigens ad euitandas lites, non cenſetur fateri ius aduerſarij.*

25 *Fides non iurata, non probat, cum ſoleant huiuſmodi fides fieri ad complacendum alicui.*

26 *Confeſſio vnius non probat veram numerationem, in alterius præiudicium, cum agitur de obligando.*

27 *Auctor erga emptorem, vel ceſſionarium non tenetur de caſu fortuito.*

28 *Vbi res non euincitur, licet emptor, vel ceſſionarius paſſus fuerit litem, tamen non recuperat expenſas.*

29 *Promiſſio faciendi litem ſuis expenſis, intelligitur de expenſis ordinarijs, & moderatis, non de extraordinarijs.*

30 *Sententia facit de indebito debitum.*

31 *Pactum ſatisfaciendi ſibi auctoritate propria valet. Supponitur tamen ſatisfactio facienda iuſto pretio, numer. 33.*

32 *Fructus ſpectant ad dominum.*

34 *De-*

34 *Datio in ſolutum pro minori pretio rei, quam iuſtè valeat, non reſcinditur. Sed quod eſt plus reſtituitur. Secus ſi ſit facta plus debito.*

35 *Tenuta eſt præparatoriùm præcedens æſtimationem faciendam rei.*

36 *Iudex præparatorij eſt Iudex præparati.*

37 *Condicens tamquam indebitum debet probare indebitum ſoluiſſe.*

38 *Pactum ingrediendi fundum, aut ſibi ſatisfaciendi propria auctoritate, eximit ab obligatione litem ob id faciẽdi, liquidandi negocium, & ante ingreſſum probandi, de credito. Immo, & citandi aliquem, & num.39.*

39 *Faciens actum alias præiudicialem, cum proteſtatione id faciendi ex vrbanitate, ſibi non præiudicat.*

40 *Pactum ingrediendi, vel ſibi ſatisfaciendi propria auctoritate, poteſt exerceri etiam in heredem. Etiam ſi ſit pupillus, num.41.*

42 *A tali pacto non licet appellare, nec interpoſita eſt admittenda.*

43 *Poſt executionem talis pacti iure proprio, & parte non citata, ſtatim inchoatur iudicium, citando ipſam ad opponendum, &c.*

44 *Æſtimatores hinc inde eliguntur, qui vice iudicis æſtimãt rem, & ſecundum ipſos ille facit ſuam declarationem.*

45 *Per vnicum inſtrumentum non probatur affictus, vel valor communis rei, & cur.*

46 *Probatur rei valor cum conſtat de affictu, vel pretio communi ſeruato.*

CONTROVERSIA DCXXXIV.

EXiſtimo in omnibus capitibus ſententiæ indebitè condemnatam fuiſſe Illuſtriſſimam D. Iuliam Capilupã de Meſſirottis, erga Illuſtriſſimum D. Lancellottum Ghiſulphum.

Primo ratione Iudicis incompetentiæ; nam fuit incompetens, reſpectu actorum factorum, vigore reſcripti obtenti à Sereniſſimo D. Noſtro, quod D. Prætor conſtito de credito D. N. &c. de quo *fol.9. fac.1.* quia
1 tale reſcriptum † non dat iuriſdictionem contra eum,
qui alias in loco conueniri non poterat, qualis erat D.
Iulia; nam vbi etiam (quod tamen non apparet) factus fuiſſet contractus, in quo fuit delegatus Dominus
Niger in Ciuitate Mantuæ, & ſic ratione contractus,
2 ibi conueniri potuiſſet, tamen † hoc procedit, ſi ibi reperta fuiſſet, & non aliter, cum eſſet forenſis, *cap. Romana, §.contrahentes, de Foro competenti, in 6.* & ibi Canoniſtæ, *& in cap.final.de for.competent.* Marian. *in cap. dilecti filij, num.16. de for.competent.* Didac. *practic.quaſtionum, cap.10. nu.3* Michael Graſs. *in ſuis comm. opin. lib.2.cap.10.quaſt.14.* Gail. *libr.1. obſeruat.56. in fine, & lib.2.obſeruat.36. num.14.* Minſinger. *centur.2. obſeruat. 5. num.4.* quinimo ſi contractum fuiſſet cum illa, tamquã
3 ſtatim receſſura. & non ibi moratura, non potuiſſet † in
dicto Foro conueniri, licet ibi reperta fuiſſet, *l. hæres abſens, §.proinde,* & ibi ſcribentes, præſertim Caſtr. *ff. de iudic.* Marian. *in cap. dilecti filij, numer.18. extra de foro competent.* cum igitur in Ciuitate Mantuæ non reperiretur, & alibi domicilium haberet, vt D. Ghiſol-
4 phus met narrat in præcibus, tamquam actor † tenebatur ſequi forum reæ, *l.iuris ordinem, & l. in criminali, C.de iuriſd.omni. iudic.l. actor. in princip. C. vbi in rem actio, l.vnic.C.vbi de hæred.agatur, l.3.C. vbi cauſ. ſtat.* & ob id cum non poſſet trahi extra ſuum domici-
5 lium, tum prædicta ratione, tum quia Iudex † vel
Princeps diuerſi territorij non poteſt citare, nec iubere, in alio, Caſtr. *in d. l. hæres abſens, §.1. ſub num.7. ff. de iudic.* per text. *in l.extra territorium,* vbi ſcribentes, *ff.*
6 *de iuriſd.omn.iudic.* tum quia licet † quis poſſit conueniri, in loco, tamen non dicitur ſubditus, Laderch. *conſil.74.ſub num.7.verſic.ſicut ergo, qui, &c.* Sereniſſi-
7 mus noſter in dicto reſcripto non cenſetur † voluiſſe id
quod de iure non poterat, *l. Lucius, §. penultim. ad municipal.* Roland. *conſ. 81. num.6. vol.4.* Riminald. Iun. *conſil.50.num.78.& conſil.148.num.57.& conſil. 299. numer.27.* Cephal. *conſil.516. num.27.* ſed tantum intellexit remittere formam, & viam regularem citandi abſentes, qui alias in ſuo Territorio citari, & conueniri poſſent, ea enim eſt vis dictorum reſcriptorum, & in prædicto caſu tantum concedi conſueuerunt, & cum
8 non poſſet agi in hoc territorio, † nec etiam potuit
fieri ſequeſtratio, Alex. *conſ.84. volum. 3.* Milaneſ. *dec. 11.num.26.lib.1.*

Fuit etiam incompetens reſpectu fori, quem potuiſſet ſortiri D. Iulia in hoc territorio propter bona, quæ
9 in eo poſſidet, quia qui ſortitur forum ratione † rei,
non poteſt ibi conueniri actione perſonali, ſed tantum reali, *l.quod legatur, ff.de iudic.* gloſſ. *in l.forma, §.is vero. qui agrum, in verb. leuare, ff.de cenſibus,* Franciſc. Marcus, *deciſ.402. num.1.part.1.* Io: Vincent. de Anna, *allegatio.59.num.1.& 2* Milaneſ. *dec.11. num.25. libr.1.* in hoc autem caſu fuit conuenta Domina Iulia actione perſonali, non autem reali, quia in proceſſu non apparet aliquod inſtrumentum, ſeu alia ſcriptura, in qua ipſa teneretur ad aliquod, erga Dominos Ghiſulphos, & obligaſſet ſua bona, adeſt enim tacitum ſcriptum priuatum, de quo in proceſſu Sablonetæ, *fol.7.fac.2.* in quo licet nonnulla fuerint promiſſa ab ea, tamen fuerunt adimpleta, & pro promiſſis in dicto ſcripto actum non fuit, idcirco non, niſi coram incompetenti Iudice actio perſonalis proponi potuit.

Fuit denique incompetens, reſpectu actionis, & petitionis propoſitæ in proceſſu, *fol.56.fac.1.* quando D. Iulia comparuit, mediante procuratore, pro ſe defendendo, quia ex parte illius, *fol.68. fac.1.* fuit oppoſitũ de litis pendentia corã alio Iudice Sablonetæ quæ vere pendebat, quia fuerunt datę hinc inde ſcripturæ ſuper tenuta decreta D. Iuliæ. & ab illa datione tenutæ fuerat appellatum pro parte D. Lancellotti Ghiſulphi, vt in proceſſu Sablonetæ, *fol.35.* per quam appellationem
10 tantum † & vbi alia non concurrerent, dicitur pendere lis, Maſcard. *de probation. in verb.litis pendentia concluſ.mihi 987. num.7.* & in exhibitione proceſſus d. cauſa facta a parte aduerſa, *fol.8 fac.2.* appellatur proceſſus actitus inter D. Iuliam, & D. Lãcellottum, & ſic ſup-
11 ponitur adeſſe litem; exceptio enim † litis coram
alio Iudice cœptæ, & pendentis impedit litis ingreſſum, Socin. *conſil.38. numer.7. volum. 1.* Blanc. *in tractat. de compromiſſ. quaſt.4. numer.123.* quia vbi cæptum eſt iu-
12 dicium, ibi † finiri debet, *l. vbi cæptum, ff. de iudic.* &
ſi Iudex talem exceptionem non admittit, dicitur partẽ
13 grauare, † & poteſt appellari, Curt. Iun. *in leg. nulli, numer.10. Cod. de Iudic.* poſt Innocent. *in cap. cum. M. Ferrarienſis, ſub num 10. de conſtitution.* vbi ſubdit per appoſitionem huius exceptionis iudicium poſtea factũ
14 reddi nullum, † quod vltimum ſcribunt quoq; Franc.
in cap.vt debitus, ſub numer.51. verſic. Hinc eſt, &c. ext. de appellation. Monter. *deciſ.23. numer.7.* & quoties non
15 deficit Iudex † competens, prout non deficiebat Sablonetæ, numquam recurritur ad incompetentem. Pacian. *conſil.164.num.77.& 79.*

Stante itaque defectu iuriſdictionis, qui inter alios iu-
16 diciorum † defectus maximus eſt, vt late per Vant. *de nullit. ex defectu iuriſdictionis, n.2.* non potuit aliquo pacto condemnari D. Iulia, & talis ſententia eſt nullius
17 effectus, quia iudicatum non dicitur ab eo, † qui iuſdicendi non habuit, *l.1.§ final. ff. ad Tertullian. leg.1.§. hæc autem verba, ff. quod quiſq; iuris,* Vantius *vbi ſupra, num.2.* maximè cum fuerit ommiſſa practica procedendi præſcripta à Statuto, quod vult, vt dentur tres termini, vnus octo; ſecundus ſex; tertius quattuor dierum; deinde, quod emittantur duo præcepta ad opponendum, ne cauſa expediatur, & tamen poſt libellum, qui habetur *fol.16.* datus fuit vnus tantum terminus cũ vno præcepto tantum ad opponendum, ne cauſa expediatur.

Secundo, amplectendo ſingula capita petitionis, & ſententiæ, oſtendo non debuiſſe condemnari ipſam Dominam Iuliam; nam quoad primum caput, ſcutorum 126. ſolid.30. denar 4. pro aſſertis damnis paſſis in ſol-

uendis

Digitized by Google

uendis vſuris pignorum, eo quia Domini Ghiſulphi nō
potuerant exigere creditum ipſis delegatum à præfata
D.Iulia, ſeu eius tutoribus, animaduerto. quod nul-
libi conſtat de aliqua obligatione eiuſdem D.Iuliæ pro
prædictis damnis; nam non eſt productum inſtrumen-
tum delegationis, ex quo colligi poſſit quid conuentū
fuerit, licet enim exhibitus fuerit proceſſus actitatus
cum D.Nigro, vt *fol.17.fac.2.* tamen id fuit ad vnicum
tantum effectum extrahendi ex eo proteſtationem,
quæ habetur, *fol.32.fac.2.* & ob id cętera in eo contenta
non dicuntur producta, in ſcripto autem priuato cele-
brato inter partes, de quo in proceſſu Sablonetæ, *fol.*
8. pariter non adeſt aliqua promiſſio dans actionem
pro eiſdem damnis, ſed tantum pro conſecutione li-
uellorum; dum penderet lis, & capitalis; vbi ſenten-
tia contraria reportata fuiſſet, & vbi non eſt facta ſpe-
18 cialis † promiſſio ſimilium damnorum, vſurarum
hæbreorum, nec fuerit præmonitus debitor, adeovt
potuit præcogitare, an ei expediret ſe ſubijcere tali pe-
riculo; tunc numquam tenetur ad emendationem, vt
late per Ludouicum Peguer. *deciſ.33. ſub numer.* 10. &
mox plenius deducam.

Præterea ne dum in promiſſione, de qua in prædictò
ſcripto; ſed nec etiam in proteſtatione, de qua *fol.*32.
nec alibi apparet, quod D. Iulia commonita fuerit à
Dominis Ghiſulphis, quod intendebant, & coge-
bantur accipere ſub vſuris tales pecunias, & tamen ne-
ceſſaria erat proteſtatio de tempore in tempus, & com-
monitio de hoc, quæ cum fuerit omiſſa, debitrix non
19 potuit grauari ad huiuſmodi graue † intereſſe, Am-
broſ. de Vignat. *in tractat. de vſur. quem fecit, ſuper cap.
ſalubriter, num.264. extra de vſur.* Honded. *conſ.41.n.
36.volum.2.* Peregr. *d.deciſ.33.ſub numer.*10. Polidor. Ri-
pa, *obſeruat.1.ſub numer.4* vbi enim agitur de obligan-
20 do aliquem in re magni præiudicij, tunc is † debet in-
terpellari, & moneri, *l.1.§.licèt ff.de pericul.& com-
mod.rei vendit.* Aretin. *in l.ſi ex legati cauſa, num.* 7. &
ibidem Iaſ. *numer.14 ff.de verbor.obligationib.*

Rurſus non probatur in proceſſu, quod hæc pigno-
ra fuerint Dominorum de Ghiſulphis, tum quia non
conſtat, quod credendum ſit aſſertioni, & fidei libro-
rum bancheriorū, & vbi de hoc haberent aliquod priui-
21 legiū, † illud produci debuiſſet, quia priuilegiū allegans
debet illud probare, *cap. cum perſonę de priuileg. in 6.*
& cum non ſit lex generalis, nemo tenetur ſcire illud ni-
ſi producatur, tum etiam quia omnes partitæ dictorū
pignorum, duabus exceptis, loquuntur de diuerſa per-
ſona ab ipſis Ghiſulphis, nec vt credo in libris fænera-
toris ſcriptum fuit, quod eſſent ipſorum de Ghiſulphis,
licet ipſe factor hoc aſſeruerit in principio liſtæ, & vbi
ita notatum eſſet in dictis libris, eis in hoc non credere-
22 tur, quia ſicuti † Notario non creditur, niſi de geſtis
coram eo, Maſcard. *concl.411.numer.24.* ita multo mi-
nus credendum eſt hæbreo, de eo quod coram ſe ge-
ſtum non eſt, ſed ab alio perſuaſum forte eſt, videli-
cet tale pignus eſſe talis perſonæ ſibi datum ad illud pi-
gnorandum; nam vbi illis fides adhibenda eſſet, crede-
retur in hoc, quod talis pignoraſſet talem rem; ſed
quod res ipſa eſſet tertij alicuius, non poſſet hoc ſcire,
nec ob id de eo fidem facit.

Inſuper non poteſt obtinere hæc damna, quia non
probauit, quod hac de cauſa fuerit coactus pignorare;
nam fortè accepit pecunias ſub vſuris ob alias cauſas, vt
23 enim obtinere poſſet, debebat neceſſario probare † ſe
recepiſſe in indiuiduo ob hanc cauſam. Ambroſ. de Vi-
gnat. *in d.c.ſalubriter, n.264. ext. de vſur.* Bertaz. *conſ.cri-
min.164.n.9.* Rot. omnino vidend. in dec. Mohedan. *dec.
2. de vſur.* vbi ita reſolutum refert quam deciſionem ſe-
quitur etiam eadem Rota, *dec 371.p.1.nouiſſ. diuerſor.*
Honded. *conſil.36. numer. 34. volum. 2.* Vgolin. *de vſur.
cap.8.§.4.ſub numer.1.verſic. Quo tamen id licite fuit, fol.*
58.

Non obſtant fides, de quibus in proceſſu, *fol. 14. &
15.* quod D. Io: Franciſcus Meſſirottus voluit remittere
ſcutos 100. tamen quia dictæ fides non probant, non eſt
enim ille modus approbatus à iure faciendi probatio-
nes; tum quia dubitatiue loquuntur de qualitate;
tum quia non apparet Dom. Io: Franciſcum habuiſſe
mandatum à D.Iulia faciendi hanc remiſſionem; tum
24 quia id fuit per modum tractatus, quod nihil infert ad
concluſionem, tum quia tranſigens † ob euitandas
lites, & moleſtias, ac vexationes, non fatetur aduerſa-
rium aliquod ius habere, Surd. *conſil. 321. numer. 59.*
Becci. *conſil.55. num. 31. & 32.* Farinacc. *quæſt. 5.n.21.*

Quo ad ſecundum caput ſententiæ, in quo condem-
nata fuit D.Iulia ad ſcutos 50. ſolutos D. Franciſco Val-
maſſino, eo quia procurauit cum Sereniſſimo D. No-
ſtro, vt ipſis de Ghiſulphis concederetur executio ſen-
tentiæ obtentæ contra D.Nigrum, prout in fide pro-
ducta, *fol.16.fac.1.* dico indebitam fuiſſe condemnatio-
25 nem; tum quia ex huiuſmodi fide non iurata † non
dicitur probata hęc ſolutio; nam ſæpe ſimiles aſſertio-
nes fiunt, vt parti complaceatur, & dicit Rolandus,
conſil.40.numer.5.volum.1. & eſt quodam modo atteſta-
tio facta ſine iuramento, & parte non citata, quæ non
poteſt facere nec minimum præiudicium alicui, & cō-
26 feſſio † vnius non probat veram numerationem ad
præiudicium alterius, quando agitur de eo obligando,
Afflict. *deciſ.245. num.11.* Roland. *conſil.58.num.14. vo-
lum.2.* Surd. *conſil.22. numer.30.* Borgn. *de tutor. numer.*
273. & varia exempla huc conferentia colligi poſſunt
ex infraſcriptis Doctoribus, Caſtr. *in conſil.136. in fine,
volum.1. & conſil.13. per totum, maxime numer.56. vo-
lum.3.* Ruin. *conſil.147. ſub numer. 13. volum. 1.* Afflict.
deciſ.159. numer. 28 Burſatt. *conſil.113. numer.15.* Ceph.
conſil.101. per totum, Surd. *deciſ.218.*

Tum etiam fuit indebite condemnata quo ad ſecun-
dum caput, quia aſſertum impedimentum, pro quo
remouendo fuerunt ſoluti dicti aſſerti ſcuti 50. proue-
niebat ex facto Principis, vt in eadem fide, *fol.16. fac.*
2. qui ſuſpenderat executionem ſententiæ latæ ad fauo-
rem D. Iuliæ, & ipſorum de Ghiſulphis, pro quo non
27 tenetur auctor † erga emptorem, vel ceſſionarium,
quia habetur pro caſu fortuito, textus eſt, *in l. Lucius
Titius, 11. in principio, ff. de euiction.* Caballin. *de eui-
ction. §.5. numer.56.* Roland. *conſil.45. numer.3. volum.3.*
Natt. *conſil.181. num.4.* Crauett. *conſil.95. num.1.* Ran-
denſ. *conſil.9. numer. 5. volum.2.*

Tum & tertio, quia D. Iulia non obligauit ſe niſi,
vſque ad ſententiam, qua fauorabiliter obtenta, noluit
vltra teneri, vt in ſcripto in proceſſu Sablonetæ, *fol.11.
fac.1.* ibi, *& c'hauta la ſentenza ſiano tenuti à reſtituire
li liuelli, che li ſaran ſtati pagati, &c.* cum igitur impe-
dimentum prouenerit in executione, pro eo non teneba-
tur D. Iulia.

Tum & quarto, quia vt in dicto ſcripto, *fol.10. fac.1.*
ipſa ſuſceperat onus faciendi litem, cum hoc tamen
quod & Ghiſulphi non deficerent; debebant igitur ip-
ſi relinquere curam ipſi D. Iuliæ de hoc, & procurare,
vt ipſa prouideret.

Tum denique, quia cum ſolutio iſta concerneret gra-
ue præiudicium debebant D. Ghiſulphi monere, & in-
terpellare prius D. Iuliam, ſicuti dixi ſupra in propo-
ſito accipiendi pecunias ſub vſuris, *in verſic. Præterea
ne dum in promiſſione.*

Tertium caput condemnationis pro expenſis extra-
ordinarijs litis quam habuerunt D. Ghiſulphi cum Do-
mino Nigro, vltra quod remanet vanum non facta ali-
qua earum probatione, & non conſtito an D. Niger
fuerit in eis condemnatus, & ab illo potuerit eaſdem
recuperare, reformandum venit, quia, vbi res non euin-
28 citur, licet emptor, † vel ceſſionarius paſſus fuerit li-
tem, tamen non recuperat expenſas, gloſſ. *in l.1. in verb.
ſumptu. verſic. ſi autem non poteſt agere, C. de euiction.*
hic autem D. Ghiſulphi obtinuerunt contra Dominum
Nigrum.

Nec refert, quod in ſcripto in proceſſu Sablonetæ,
29 *fol.* 10. Domina Iulia promiſerit † facere litem
ſuis expenſis, quia cum loquatur de expenſis, & inte-
reſſe ſimpliciter, promiſſio intelligitur de ordinarijs, &
mode-

Digitized by Google

moderatis non autem de extraordinarijs, Aſinius, *in*
ſua practica, §.32.*cap*.3.*num*.3.*fol*.215. vbi alios alle-
gat, nec alibi in proceſſu conſtat de aliqua alia pro-
miſſione, præſertim cum non fuerit productum inſtru-
mentum delegationis factæ Ghiſulphis.

Circa quartum caput, in quo D. Iulia condemnata
fuit in ducatonis nonaginta nouem, vti ab ea perceptis
ex affictibus trium annorum terrarum Dom. Lancellot-
ti, quarum ipſa habuit tenutam, conſidero primo,
quod non conſtat de hac quantitate: nam reſpectu
merorum, quorum affictus in ratione ducatonorum
decem computantur in hac ſumma, vigore fidei exiſten-
tis in proceſſu. *fol*.54. affictus prædictus non probatur
ex tali fide, quia ita non fiunt probationes; ſed cum
iuramento, citata parte, & loquitur de vno anno tan-
tum, & tamen certum eſt, quod tales arbores non
habent ſingulis annis vniformem affictum; nam quan-
doque exceſſiuo pretio locantur, quandoque viliſſimo,
& ſæpe nihil, ſecundum Bombicum ſortem.

Secundo, ad ipſum D. Iudicem non ſpectabat cogno-
ſcere de iuribus decretæ tenutę D. Leliæ, vnde cum ip-
ſa haberet auctoritatem Iudicis, & iuſtum titulum fece-
30 rat dictos, fructos ſuos; cum ſententia † faciat etiam
de indebito debitum, *leg*.1.*C*.*de condict*.*indebit*. & hoc
ſaltem reſpectu quantitatis debitæ.

Tertio, ex pacto de quo in ſcripto in proceſſu Sablo-
netæ, *fol*.11.*fac*.1. D. Iulia poterat ſibi ſatisfacere aucto-
ritate propria, quod quidem pactum valere, nemo
31 † dubitat, vt per Surd. *conſil*.221.*numer*.21. dum igi-
tur ſibi ſatisfecerit, & ſic facta fuerat Domina rei acce-
ptæ in ſolutum, ſequitur, quod ad eam fructus ſpectare
32 debeant, quia fructus pertinent † ad eum, qui Do-
minus eſt, *cap*.1.2.*&* *cap*.*conqueſtus*, *de vſur*. *l*. *ſi domi-
num*, *C*. *de pignoribus*, Surd. *conſil*.53. *num*.3.

33 Et licet tale pactum ideo valeat, quia intelligitur cō-
uentum, vt poſſit ſibi † ſatisfieri iuſto pretio, Bartol.
in l. *ſi fundus*, §.*final*.*ſub num*.1.*ff*.*de pignoribus*, *& in l*.
quamuis, *ſub num*.1.*ff*.*de ſolution*. Menoch. *de adipiſc*.
remed. 5. *ſub num* 44. *verſic*. *quæ quidem ſententia*, *&c*.
Surd. *conſil*.221. *num*.7. tamen vltra quod non conſtet
hic iniuſtam fuiſſe æſtimationem, vt dicam in ſequenti
capite, illud notum eſt quod datio in ſolutum facta pro
34 minori pretio rei, quam vere valeat, non † reſcindi-
tur in totum, licet ſecus ſit, vbi ſit facta plus debito,
Doctores in l. *ſi non ſortem*, §. *ſi centum*, *ff*. *de condict*. *in-
debit*. & per Surd. *deciſ*.45. vnde fructus eſſent tantum
reſtituendi pro eo, quod de pluri appareret valuiſſe
proprietatem in ſolutum acceptam, ſed hæc cognitio
iuſtæ, vel iniuſtæ æſtimationis pertineret ad ipſum Iu-
dicem à quo decreta fuit tenuta, quia dicta tenuta
35 † eſt quoddam præparatorium præcedens æſtimatio-
nem fiendam, ſecundum practicam horum pactorum
executiuorum, de qua ſtatim verba faciam, Iudex au-
36 tem † præparatorij eſt Iudex præparati, *l*. *ordinarij*,
C. *de rei vendicat*. Magon. *deciſion*. *Florentin*. 90. *nu-
mer*.5.

Quintum denique caput ſententiæ, in quo condem-
nata fuit D. Iulia ad ſolutionem ducatonorum 660. niſi
infra decem dies reſtitueret terras D. Lancellotti, quarū
tenutam habuit, iure ſubſiſtere nequit; nam aut ſup-
ponit eam indebite obtinuiſſe ipſas terras, & de hoc
37 non apparet, cum tamen condicens † tanquam in-
debitum, probare debeat indebitum ſoluiſſe, *leg*.1.*C*.*de
condict*. *indebit*. *l*. *cum de indebito*, *in princ*. *verſic*. *ſi vero ab
initi*. *ff*. *de probation*. Alex. *conſil*.83.*numer*.1. *volumin*.1.
deciſ. Genuenſ. 3. *numero ſecundo*, aut præſupponit nulli-
ter, & non debito modo obtentam fuiſſe dictam te-
nutam, & hoc quoque non eſt verum, nam extat pa-
ctum expreſſum in ſcripto in proceſſu Sablonetæ, *fol*.
11. *fac*.1. quod vbi ſententia fauorabilis ſequeretur ad
fauorem Dominorum de Ghiſulphis contra D. Nigrum,
prout ſecuta fuit, quod tunc ipſi tenerentur reſtituere D.
Iuliæ liuellos ab ea ſolutos, & quod pro illis immediate,
& ſine lite abſq; brachio alicuius Iudicis poſſit ſibi ſatiſ-
fieri Sablonetę, eo modo qui ſibi cōmodior videretur,

38 cuius pacti † executiui vigore potuit ipſa etiam non li-
quidato negotio ingredi poſſeſſionem, quia ſi debito-
res voluerunt hoc fieri poſſe ſine lite, & Iudice, per
conſequens etiam noluerunt, quod non haberet neceſ-
ſe liquidare negotium, & probare ante tenutam de ſuo
credito, Soc. Sen. *conſil*.82.*colum*.2. *volum*.3. Menoch.
de adipiſcend. *remed*.5.*numer*.64. Neguſant. *de pignorib*.
part.4.*numer*.22. Surd. *conſil*.221.*numer*.38. & propterea
39 etiam non † habuit neceſſe citare aliquem, Bartol. *in
leg*.3. *ſub numer*.5. *in* 1. *lectura*, *C*. *de pignorib*. Alex. *conſil*.
131.*numer*.3.*&* 4.*volum*.4. quamuis adiuerit Iudicem,
cum proteſtata ſit ſe ex vrbanitate, ſed ſine ſui præiu-
40 dicio † hoc facere, Menoch. *de adipiſcend*. *d*. *remed*.
5.*numer*.148.*&* *numer*.158. Surd. *d*. *conſil*.221. *ſub num*.
45. Torniol. *conſil*.59.*numer*.3. *&* *conſil*.46. *ſub num*.36.
40 Idemque pactum potuit † exercere etiam contra
hæredem, Neguſant. *de pignorib*. *part*.4. *num*.17. Hon-
ded. *conſil*.21.*numer*.15.*volum*.2. Surd. *dict*. *conſil*.221.*n*.
41 28. non ſolum maiorem, † ſed etiam pupillum, Me-
noch. *de adipiſcend*. *d*. *remed*. 5. *numer*.45. Surd. *d*. *conſil*.
221. *ſub numer*.44.

42 A talique † immiſſione in poſſeſſionem non fuit li-
cita appellatio, & ob id merito non fuit admiſſa. Car-
pan. ad Statutum Mediolan. *cap*.156. *numer*.33.*&* 34. *li-
br*.1. Ruginell. *ad conſtit*. *Mediolan*. *tit*. *de appellation*. §.
ſecundo, *cap*.3. *ſub numer*.803. *verſic*. *ſed numquid à præ-
cepto*, *&c*. *fol*.133.

Et ratio eſt quia nullum infertur præiudicium parti;
nam practica horum pactorum exercendorum eſt, vt
vel creditor auctoritate propria, vel auctoritate Iudi-
cis ex vrbanitate, non præiudicando ſuæ facultati, acci-
43 piat † tenutam non liquidato negotio, neque citata
parte, quo acto poſtea ſtatim coram eodem iudicio in-
choatur liquidatio, citando partem, quæ valeat oppo-
nere quidquid velit, Menoch. *de adipiſcend*. *remed*.5.*n*.
61. & optime Chriſtophor. Torniol. *conſil*.59. *ſub num*.3.
& vbi reus ius foueat, reuocatur tenuta, ſi vero creditor
doceat de iuribus ſuis, tunc quia non licet creditori æ-
ſtimare rem ſuo arbitrio, ex quo videtur commiſſa
æſtimatio Iudici vti viro bono, & facta datio inſolutū
iuſto prætio, vt ſupra dixi, *verſic*. *&* *licet tale pactum
44 valeat*, *&c*. eliguntur æſtimatores † ſecundū quorū
relationem Iudex facit ſuam declarationem, prout do-
cet Bart. qui hanc practicam ponit, *in d*. *l*.3. *in* 2. *lectur*.
ſub num.29. *C*. *de pignorib*.

Propterea cum multum adhuc factum eſset præiudi-
cium D. Lancellotto, quia coram eodem Iudice ſecū-
dum prædictam practicam poterat, & debebat dare
terminum D. Iuliæ pro negotij liquidatione, & vbi il-
lud liquidatum fuiſset, ſi putabat iniuſtam fuiſse æſti-
mationem ab ea factam, inſtare pro electione æſtimato-
rum, non debuit D. Iudex, ad quem non pertinebat
præſens negotium, pronunciare ac ſi nulliter, & inde-
bite fuiſset capta tenuta, ſed reſeruando iura ſua Dom.
Lancellotto deducenda coram Iudice competenti, corā
quo cæpta erat cauſa, vbi D. Iulia plenius parata fuiſ-
ſet docere de ſuo credito.

Nec vim facit, quod non appareat D. Lancellottum
poſſidere bona in Territorio Sablonetæ, quæ fuerint q.
ſui patris, nec ibidē quoq; aliquid habeat D. Sordellus,
quia ſat'eſt, quod adſint bona, q. D. Io: Georgij Ghi-
ſulphi cum quo celebratum fuit ſcriptum huius pacti e-
xecutiui, in quibus ſolis potuit exerceri, tum quia nō
conſtat, eum habuiſse mandatum pro ſuis nepotibus,
prout opponitur à D. Ghiſulpho in proceſſu facto in
hac Ciuitate, *fol*.7.*fac*.2. tum quia non videtur velle
ratificare promiſſionem patrui; vnde obligatio conſu-
matur in totum in eius bonis, cuius fuit hæres D. Lan-
cellottus ex teſtamento, *fol*.38.*fac*.2.

Neque (vt hoc quoque non omittam) læſio, &
iniuſta æſtimatio probatur ex inſtrumēto locationis, de
quo *fol*.50. quia per vnicum inſtrumentum non proba-
tur affictus, vel valor communis, ſed tantum conuen-
tus, qui poteſt eſſe iniuſtus, cum conductor potuerit
45 moueri ad tanti conducendum, in † aliqua affectio-
ne, vel

ne, vel commoditate, vt tradunt Cagnol. *in l.2.ſub n. 13. verſic. videtur etiam à veritate, &c.* & ibi Pinell. *p.3. cap.4. numer.18. C. de reſcind. vendit.* Maſcard. *concl.658. num.5.* ad probandum enim valorem rei, oportet, quod
46 conſtet † eum fuiſse affictum, vel pretium commune, Bartol. *in l.final. ſub nu.2. C. de præd. & omnib. reb. naucul. lib.11.* Corn. *conſil.347. numer.4. volum.1.* Natt. *conſil.332. numer.2.* Roland. *conſil.59. numer.37. volum.1.* Berrett. *conſil.42. numer.24.* Decian. *conſil.17. num.30. volum.2.*

A R G V M E N T V M.

Fideicommiſſum, quando præſumatur in caſum contrauentionis, vel in caſum mortis. De effectu clauſ. *Quia vult bona perpetuo, &c.* De eo verbo *perpetuo, &c.* Filij in conditione poſiti an, & quando dicantur vocati diſpoſitiuè. Nomine filiorum, an veniant maſculi ſolum, vel etiam fęminæ comprehendantur, & quando: vbi ad id plures referuntur coniecturæ, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Ob expreſſam ſubſtitutionem filiorum à teſtatore factam altero defuncto ſuccedit alter ſubſtitutus excluſo nepote, ſeu defuncto illius fratris filio.*

2 *Fideicommiſſum cenſetur eſſe in caſum contrauentionis ſolum, cum perſonæ, quarum fauore facta eſt prohibitio nõ ſunt nominatæ per verba collectiua.*

3 *Verba* Quia vult perpetuo bona, &c. *non efficiunt fideicommiſſum ſimplex, ſed ſolum validant diſpoſitionem, ne ſit præceptum nudum.*

4 *Alienationis prohibitio non producit fideicommiſſum, vt nec prohibitio diuiſionis.*

5 *Alienatio poteſt fieri in vnum ex permiſſis per teſtatorem, licet plurium fauore eſſet facta prohibitio.*

6 *Filij poſiti in conditione, non dicuntur vocati. Et eſt magis communis ſententia.*

7 *Quod procedit multo magis cum filij ſunt extranei. Illi enim non ſunt vocati, nec cum exiſtit coniectura, ex quib. alias hoc præſumitur, & num.8.*

9 *Quando filij poſiti in conditione aliquo caſu cenſentur vocati, id intelligitur, quo ad partem patris, non autem hæredum, aut collegatariorum.*

10 *Fideicommiſſum relictum ſi aliquis deceſſerit ſine filijs, expirat eo decedente cum filijs; dum ei vti vltimo nulla eſt facta ſubſtitutio, & num.11.*

12 *Decedente vno ex filijs, cui facta eſt ſubſtitutio, ſi ſine filijs, &c. expirant omnes gradus ſubſtitutionis ſequentes, & ab illa dependentes.*

13 *Cum in legato ponit teſtator clauſul.* Sit contentus, & tacitus, &c. pro omni, & toto eo, &c. *præſumitur compenſaſſe, quod legatarius prætendere poſſet. Et tanti æſtimaſſe ſuum creditum, num.14.*

15 *Appellatione filiorum in diſpoſitione extranei non veniũt nepotes, vel alij vlterioris gradus.*

16 *Verbum,* Perpetuo, *accipitur ſecundum ſubiectam materiam. Et recte conuenit limitatiue ad vitam. Et reſtringitur ad caſus diſpoſitos, & iuxta eos operatur, & n.17.*

18 *Filij cum ſint vocati à teſtatore non ſunt inuicem ſubſtituti, nam vocatio cenſetur facta fauore filiorum cuiuslibet, non ſucceſſionis alterius alteri.*

19 *Filiorum nomine regulariter veniunt maſculi iuxta propriam verbi ſignificationem, niſi aliter deducatur ex coniecturis.*

20 *Coniectura magna eſt cum in loco teſtatoris adeſt ſtatutum excluſiuum fœminarum. Amplia vt n.23.*

21 *In ſubſtitutione vulgari fœminarum, honoratis maſculis non adeuntibus, ſi vnus admiſſus ſit, fœminæ excluduntur.*

22 *In ſucceſſionibus fideicommiſſarijs attenditur qualiter ſuccedatur grauato, non teſtatori; & eius grauati, non vero teſtatoris proximitas, num.23.*

24 *Si à ſucceſſione teſtatoris fœminarum excluderetur, excludi poſſet à ſucceſſione grauati.*

25 *Coniectura interpretandi verbum* Filij, *vt comprehendat fœminas, eſt abſurdi euitatio.*

26 *Coniectura alia eſt cum exponit teſtator velle vt feminis maſculi præferrentur. Alia coniectura, numer. 28. 29. & 30.*

27 *Teſtator non præſumitur comprehendiſſe fœminas, cum vocauit in defectu fratrum, eorum filios, & illorum filiorum filios, &c.*

28 *Teſtator prius nominans filios poſtea fœminas, voluit ex hoc eas poſtponi.*

C O N T R O V E R S I A D C X X X V.

Deceſserunt perſonæ, de quibus in arbore, ordine ſecundum numeros cuique adſcriptos.

0
Bartholomæus Panatia.

3 Philippus, 4 Baptiſta, 5 Cherubinus, 2 Seraphinus, 1 Aphricanus.

Bartholomæus, *vnus ex litigantibus.* Laura, *vna ex litigantibus.* 7 Cæſar, Iulia, *vna ex litigantibus.* 8 Victoria, 6 Hyppolitus, 9 Saluatus.

DE duplici genere bonorum diſputatur inter Illuſtrem D. Bartholomæum Panatiam ex vna, & Illuſtres Dominas Lauram eius ſororem, & Iuliam eiuſdem D. Bartholomæi patruelem partibus ex altera, videlicet, an præfatus D. Bartholomæus excludat ipſas fœminas à domo alias pure legata per q. Equitem Polidorum de Sclauis, Dominis Philippo, Baptiſtæ, Cherubino, Seraphino, & Aphricano fratribus de Panatijs, ipſorum litigantium patribus, & patruis reſpectiuè, an vero dictæ Dominæ concurrant cum maſculo, & habeant aliquam, & quam partem in præfata domo.

Nec non an idem D. Bartholomæus excludat eaſdem mulieres à fideicommiſso conditionali hæreditatis præfati q. Equitis Polidori, purificato nunc in filis prædictorum quinque fratrum de Panatijs per mortem D. Androphili Palmi, ſine filijs, an vero eædem fœminæ cum eo admittantur ad hoc fideicommiſsum.

Pendet vtriuſque capitis controuerſia ab illa quæſtione, an in fideicommiſſis appellatione filiorum veniant ne dum maſculi, ſed etiam fæminæ, ſed quia vnumquodque caput habet particulares circumſtantias, ideo ſingulariter de eis agendum eſt.

Et concluſiue procedendo, dico, quo ad primum caput, totam domum ſpectare ad D. Bartholomęum, & fæminas ab eo excludi; nam aut volumus nullum extare fideicommiſsum propter quod fratres de Panatijs, quibus

quibus legata fuit domus teneretur reſtituere proprijs filijs, vel filijs fratrum, & tunc ſine controuerſia tota domus ad ipſum pertinet, quia mortuo primo loco D. Aphricano, ei ſucceſſit Saluatus filius, & deinde Seraphino, & Philippo defunctis ſine liberis, vt in arbore,
2 eorum pars ex expreſſa ſubſtitutione † facta à teſtatore deuenit ad ſuperſtites, qui erant D. Baptiſta, & D.Cherubinus, excluſo Saluato nepote ex fratre, Peregrin. *de fideicomm.articul.*21.*numer.*24.*verſic. indubitanter autem*, *&c.* Mortuo quarto loco D. Baptiſta, ei ſucceſſerunt D. Bartholomæus vnus ex litigantibus, & Cæſar eius frater excluſa D.Laura ſorore, vigore Statuti quod præponit deſcendentes maſculos fœminis, & forte etiam excluſa per teſtamentum, Cherubino vero quinto loco defuncto ſucceſſit ex teſtamento rogato per D.Franciſcum de Petrattis, ſub die 20. Nouembris 1587. Hyppolitus eius filius. Sexto loco mortuo Hyppolito ſucceſſerunt ei ex teſtamento patris præfati Domini Bartholomæus, & Cæſar pro vna parte, & Dominus Saluatus pro alia: Septimo loco D.Bartholomæus ſucceſſit Cæſari fratri, excluſa ſorore, vigore Statuti; Octauo, & poſtremo loco, cum ſecundum prædicta ipſa domus partim deueniſſet ad d. D. Bartholomæum, & partim ad D.Saluatum, defuncto d.Saluato inſtituto eodem D.Bartholomæo ex teſtamento rogato, tota domus in eo conſolidata eſt.

Aut volumus aliquod extare fideicommiſſum in diſpoſitione legati eiuſdem domus, & tunc aut dicimus illud eſſe in caſum contrauentionis propter alienationē, vel diuiſionem prohibitam, aut reſtitutorium in caſū mortis.

Si dicimus illud eſſe tantum in caſum contrauentionis, ſicuti magis communiter receptum eſt ex prohibitione alienationis, quia teſtator vult ipſam rem alienari prohibitam permanere in aliquibus perſonis, nō reſultare fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, ſed tantum ſi contrafiat, maximè vbi perſonæ quorum fauore facta eſt prohibitio non ſunt nominata per verba collectiua, prout non ſunt in caſu iſto, Soc. *conſ.*227. *in primo dubio*, *volum.*2. Peregr. qui infinitos allegat, *de fideic.art.*14.*num.*15. Odd. Sforz. *conſil.*46. *numer.*25. vbi de mag.commun. Gabr. *de fideicom.concl.*9.*numer.*7. Honded. *conſ.*69.*num.*19. *volum.*2. Intrigliol. *de ſubſtitution.centur.*3. *quæſt.*72. *numer.*35. *&* 37. apud quos ce-
3 teri longa ſerie habentur, concludentes † clauſulam illa, *quia vult perpetuo*, *&c.* cenſeri additam, vt validaretur diſpoſitio, quæ alias vti præceptum nudum non valeret, & ob id ex ea non reſultare ſimplex fideicommiſſum, & ſicuti non reſultat ex prohibitionne
4 † alienationis, ita nec ex prohibitione diuiſionis, Mathæ.Brun. *conſ.*164.*n.*18.

Tunc inquam vbi dicamus eſſe tantum fideicommiſſum in caſum contrauentionis, reſultat pariter totam domum pertinere ad ipſum D.Bartholomæum, quia D.Cherubinus, & Saluatus inſtituendo, & ſubſtituendo reſpectiue eum, non dicuntur contraueniſſe diſpoſitioni teſtatoris, cum eſſet vnus ex illis in quibus teſtator volebat domum permanere; alienatio enim poteſt fie-
5 ri in † vnum ex præmiſſis tantum, etiam remotiorem, licet plurium fauore facta eſſet prohibitio, *l.filiusfamilias*, 114. *§.cum pater*, *ff.de legat.*1.*l.vnum ex familia* 67.*§.*1.*&* *§.quod ſi talia*, *& l.peto*, 69.*§.fratre*, *ff. de legat.*2.*leg.pater*, 38.*§.quindecim*, *de legat.*3. Decian. *conſ.*17.*numer.*21. *volum.*3. Menoch. *conſil.*327. *numer.* 97. *& numer.*104. Peregr. *de fideicomm. artic.*14. *num.*7. quod tanto magis dicendum eſt, quia iam diſpoſitio teſtatoris ſortita fuit effectum, cum voluerit filios legatariorum ea domo gaudere; nam peruenit ad Hyppolitum filium Cherubini, & Saluatum filium Aphricani, vnde poſt conſumatum effectum deſideratum à teſtatore, licita fuit diſpoſitio præcipue in alium ex dictis filijs.

Aut vero dicimus extare fideicommiſſum ſimplex, & reſtitutorium, & tunc aut tacitum reſultans ex tacita vocatione filiorum poſitorum in conditione, aut ex preſſum.

Si dicimus extare tacitum, eo quia filij poſiti in cōditione cenſeantur vocati, cuius tamen contrarium
6 communiter † receptum eſt, quod filij poſiti in conditione non dicantur vocati, ſecundum opinionem gloſ. *in l.Lucius*, *la ſeconda*, *in verb.liberos*, *ff. de hæredib. inſtituend.* quam magis communiter approbati profitentur Theſaur. *deciſ.* 96. Peregr. *de fideic. artic.*28. *numer.*4. vbi legibus, & rationibus hoc comprobat, *&* *conſ.*52.*num.*14.*volum.*1. Fabius de Anna, *conſ.*42. *numer.*9.*cum ſeqq.* Chriſtophor. Torniol. *conſ.*4. *per totum*, Surd. *conſ.*448. *num.*9. latè Ioſ.Ruſtic. *in tractat.de filijs poſit.in condition.lib.*1.*cap.*2.*part.*1.*num.*1.*fol.*7.
7 Quod verum eſt præcipue, & ſine dubio, quando tales filij ſunt extranei teſtatoris, vt in propoſito caſu, Ioſeph. Ruſtic. ex multorum auctoritate, *in d. tractat. lib.*1.*cap.*3.*num.*1.*fol.*39.*& lib.*2.*cap* 3. *num.*3.*fol.*54. vbi
8 hoc ampliat etiam † ſtantibus aliquibus ex coniecturis, ex quibus alias filij poſiti in conditione cenſeantur vocati.

Nec refragatur, quod poſſet obijci, non eſſe dubitandum, quin fuerint vocati, cum expreſſe teſtator dixerit velle eos perpetuo gaudere dicta domo, quia vt ſuperius admonui, ratio illa adiecta poſt prohibitionem alienationis, & diuiſionis non cauſat vocationem cum cenſeatur appoſita cauſa validandæ prohibitionis, quæ alias vti præceptum nudum non valuiſſet.

Si inquam dicimus extare fideicommiſſum ex tacita vocatione filiorum poſitorum in conditione, adhuc excluſæ ſunt fœminæ ab hac domo, nam reſpectu patris D.Aphricani, qui deceſſit cum filio Saluato, non eſt quod aliquid prætendatur; tum quia vbi filij poſiti in
9 conditione cenſentur vocati, id intelligitur † tantum ad partem patris, non autem aliorum cohæredum, vel collegatariorum, vt eſt text. *in leg.hæredes mei*, *§. cum ita*, vbi hoc notant Socin. *colum.*1. Ripa, *numer.* 64. & Zanchus, *numer.* 794. *ff. ad Trebellian.* Peregrin. *de fideicomm.art.*28. *numer.*19. Surd. *conſil.*439. *numer.* 7. Petr. Caball. *conſ.*105. *numer.*28. tum quia fideicommiſſum relictum, ſi aliquis deceſſerit ſine filijs, expirat
10 eo decedente † cum filijs, quamuis poſtea filij illi decedant ſine filijs, ſicuti deceſſit D. Saluatus, Oldrad. *conſ.* 21. Socin. *conſ.*62.*ſub num.*4. *volum.*3. Alex. *conſil.* 139.*ſub num.*3.*volum.*6. Dec. *conſ.*217. *num.*7. *& conſil.* 268.*num.*10 Socin.Iun. *conſ.*111.*num.*20.*&* 21.*volum.*1. Berett. *conſ.*63. *& conſ.*75. *vtrobiq; numer.*1. Gabr. *de fideicomm.concl.*7. late Riminald.Iun. *conſ.*20.*numer.*1.*& conſ.*21.*pariter num.*1. Mantic. *lib.*11.*tit.*6.*num.*6. Peregrin. *de fideicomm.art.*28.*nu.*22.*&* 23.*&* 27. vbi inquit,
11 quod huic vltimo decedenti non reperitur facta † aliqua ſubſtitutio, ſicuti vere non adeſt aliqua reciproca inter iſtos filios legatariorum primo loco honoratorū; tum denique quia decedente vno cum filijs, cui tacita
12 eſt ſubſtitutio, ſi ſine filijs expirant † omnes gradus ſubſtitutionum ſequentes, & ab illa prima dependentes, Oldrad. *d.conſ.*21. Peregr. *d.art.*28.*num.*26.*& ſub num.*33.*circa finem*.

Quo vero ad portionem D.Cherubini patris D.Iuliæ vnius ex litigantibus, primo dico, quod fœmina fuit excluſa ab Hyppolito fratre maſculo, quia in hac diſpoſitione teſtator cenſetur ſe confirmaſſe diſpoſitioni Statuti huius patriæ, vt dicam in ſequenti membro, & ſemel excluſa dicta portio, tam vigore Statuti, quam ex ordinatione patris ipſius D.Iuliæ, deuenit ad D. Bartholomæum.
13 Secundo dico, † quod vbi potuiſſet aliquid prætendere in d.domo, id fuit compenſatum cum legato dotis ei relicto à patre, in quo dixit velle eam eſſe tacitā, & contentam, *pro omni eo*, *& toto*, *&c.* quo caſu inducitur compenſatio eius, quod legatarius prætendere poſſet, Menoch. *lib.*4.*præſumpt.* 110. *num.*38. Surd. *conſ.*111.*num.*17. & acceptando legatum, dicitur ei ac-
14 quieuiſſe, & tantum † æſtimaſſe ſuum creditum, Menoch. *conſil.*306.*num.*97.*&* 101. Craſſ. *§.legatum*, *quæſt.* 16.*in fine*, nec dubitandum eſt, cum habuerit ſcutos

4000. pro dote quin æquiualeat legitimæ, quam potu-
iſſet prætendere, dempto fideicommiſſo debito Dom.
Bartholomæo, & huic quoque prætenſioni d. domus.
Idem dicendum eſt reſpectu portionis prætenſæ à D.
Laura ſorore D. Bartholomæi; nam fuit excluſa per ma-
ſculos, & fuit dotata, & fortè pro dote fecit renunciã
generalem, vt fieri ſolet, quæ etiam excluderet eam
à ſua prætenſione.
Aut deniq; volumus extare fideicommiſſum abſolutũ
ſimplex in caſum mortis, quod tamen non legitur in
dicta diſpoſitione, & vtiq; vbi illud ſupponeremus, tota
domus pariter pertineret ad maſculum, de parte Dom.
Aphricani, quæ peruenit ad Saluatum eius filium, &
poſtea ab eo relicta eſt D. Bartholomæo, non videtur
verſari difficultas, quia non adeſt aliqua vocatio, vl-
tra filios legatariorum; dixit enim teſtator, quod vo-
lebat, vt ipſi fratres legatarij, & eorum filij ipſa do-
15 mo gauderent, quorum filiorum † appellatione,
cum facta ſit ab extraneo, non poſſunt venire, nec in-
telligi nepotes, aliiue vlterioris gradus, *l. liberorum, §.
final. ff. de verbor. ſignific.* Alexand. *conſil. 8. ſub num. 12.
verſic. & proprie, volum. 1.* Socin. Sen. *conſil. 152. colum.
2. volum. 1.* cui vndecim celeberrimi Iuriſconſulti ſubſcri-
pſere, *& conſil. 73 ſub numer. 19. volum. 4.* Rubeus, *in
l. gallus, §. quidam recte, numer. 107. ff. de liber. & poſthum.*
Socin. Iun. *conſil. 30. ſub numer. 18. volum. 3.* Roland. *con-
ſil. 43. numer. 38. volum. 4.* Riminald. Iun. *conſil. 246. à nu-
mer. 91. vſq; ad 107. & conſil. 389. numer. 14. cum ſeqq.*
Menoch. *libr. 4. præſumpt. 94. numer. 21.* Peregrin. *de fi-
deicomm. artic. 22. numer. 56.* & ob id etiam teſtator pro-
hibuit tantum alienationem legatarijs, non autem eo-
rum filijs.
16 Nec ex vi † verbi *Perpetuo*, debemus extendere vo-
cationem vltra filios, quia dictum verbum ſecundum
ſubiectam materiam accipitur, & recte conuenit do-
nec aliquis viuit, & ſic perpetuo gaudebunt, dum vi-
uunt fratres legatarij, & eorum filij, *l. & in perpetuum,
ff. de procurat. l. 1. ff. pro ſocio,* Alciat. *conſil. 7. numer. 28.
libr. 4.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 30. ſub numer. 6.* &
17 verba *Perpetuo*, † vel *in infinitum* reſtringuntur ad ca-
ſus diſpoſitos, & ſecundum illos intelliguntur, & ope-
rantur, Ruin. *conſil. 102. num. 11. & 12. volum. 2. & conſ.
136. numer. 10. volum. 3.* Cephal. *conſil. 17. numer. 9.* Gab.
conſil. 69. numer. 43. volum. 2. Riminald. Iun. *conſil. 50. n.
50.*
Et ſicuti non ſunt vocati aliqui vltra filios; ita nec ip-
ſi filij ſunt inter ſe reciproce ſubſtituti, quia tantum
18 videtur facta vocatio fauore filiorum † cuiuslibet, non
autem quod pars vnius tranſeat in alium, Salicet. *in l.
quoties, la prima, ſub num. 2. verſic. ſed hoc non teneo, C. de
fideicomm.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 13. numer. 90. &
conſil. 56. numer. 9. & conſil. 29. numer. 19. & conſil. 60. nu-
mer. 4. volum. 2. & conſil. 30 numer. 2. & 3. & conſil. 37. nu-
mer. 9. volum. 3.* Sforz. Odd. *conſil. 45. ſub numer. 32. &
conſil. 46. numer. 23.* Menoch. *conſil. 327. numer. 33. & con-
ſil. 328. numer. 49. & conſil. 376. numer. 15. & conſil. 475. n.
12. & conſil. 489. per totum, maxime, ſub numer. 4. verſic.
ſecundo non mediocriter.*
Si igitur Saluatus non cogebatur alicui reſtituere par-
tem ſuam, recte potuit de illa diſponere, maxime cum di-
ſpoſuerit in vno ex honoratis à teſtatore.
Sed amplectendo vniuerſam domum, conſidero, quod
teſtator in hac prætenſa vocatione filiorum vſus eſt ma-
ſculino nomine, quia dixit, quod filij perpetuo gau-
deant, &c. & ſi legatarij deceſſerint ſine filijs, quod
maſculinum, etſi alias concipiat etiam femininum,
& filiorum appellatione veniant fœminæ, tamen id ve-
rum eſt tantum improprie, & ex quadam interpræta-
tione, & ideo ſi aliquæ coniecturæ voluntatis teſtatoris
19 adſint in contrarium, † tunc ceſſat dicta interpræta-
tio, & veniunt tantum maſculi ex propria verbi ſignifi-
catione deſignati, quemadmodum per textum *in l. in-
ſta, ff. de verbor. ſignific. & in l. Lucius, §. quæſitum, ff. de le-
gat. 3. & in l. 1. C. de condit. inſertis,* tradunt de commu-
ni, Curt. Iun. *in Authent. præterea, numer. 30. & 31. C. vn-
de vir. & vxor.* Alba *conſil. 19. per totum,* Menoch. *libr.
4. præſumpt. 84. numer. 2. & 3. & conſil. 95. numer. 90. &
conſil. 204. num. 46.* vbi ſexaginta quattuor auctores hu-
ius opinionis recenſet, Peregrin. *de fideicomm. art. 25.
numer. 4. 5. & 10.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. a.
lib. 11. tit. 14. ſub numer. 11. & ſub numer. 22.* Gabr. *de ver-
bor. ſignific. concl. 6. numer. 39. & numer. 80.* Intrigliol.
de ſubſtitutionib. qui infinitos allegat, *centur. 3. quæſt. 58.
numer. 33.* Lancellott. Gallia, *conſil. 114. numer. 72.* Bi-
mius, *conſil. 134. num. 15. vol. 2.*
Inter coniecturas autem pro ſufficientibus admiſſis à
20 noſtris † pro interpretanda voluntate teſtatoris, quod
ſenſerit de maſculis, illa potiſſima eſt, & fere ab omni-
bus approbata, quando in ea Ciuitate adeſt Statutum
excluſiuum fœminarum; nam teſtator cenſetur ſe illius
diſpoſitioni conformaſſe, & eatenus excluſiſſe, vel ad-
miſiſſe fœminas, quatenus excluduntur, vel admittuntur
à Statuto, ita ſane docuerunt Alex. *in leg. Gallus, §. qui-
dam recte, numer. 12. ff. de liber. & poſthum. & in l. hæredes
mei, §. cum ita, numer. 10. ff. ad trebell. & conſil. 15. volum. 4.
& conſil. 38. volum. 6.* Iaſ. *in l. qui filiabus, numer. 13. ff. de
legat. 1.* Ruin. *conſil. 120. volum. 1. & conſ. 93. & conſ. 100.
& conſil. 143. volum. 2.* & infinitos, quos allegant atte-
ſtantes de communi, Gabr. *de verbor. ſignific. concluſ. 6. in
ſexta limitatione, numer. 78.* Alba, *conſil. 19. num. 10.*
Menoch. *conſil. 95. numer. 61. & libr. 4. præſumpt. 84. num.
10. & præſumption. 85. numer. 24.* Peregrin. *de fideicomm.
articul. 25. numer. 37. cum plurib. ſeqq.* Fabius Turrett. *cõ-
ſil. 89. num. 7. volum. 1.* Bim. *conſil. 134. ante num. 20. vol.
2.* Intrigliol. qui prope infinitos recitat, & de recepta
opinione teſtatur, *de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 58. numer.
19.* Theſaur. *deciſ. 188. numer. 14.*
Quæ coniectura, & doctrina procedit nedum quan-
do teſtator eſt de aſcendentibus, vel agnatis, inter quem,
& honoratum, & ſubſtitutum operatur Statutum; ſed
etiam quando eſt extraneus, dummodo reſpectu vo-
catorum, & ſubſtitutorum verificetur diſpoſitio Statu-
21 ti, & excludantur fœminæ, eo quia † primo hono-
ratus ſemel fuerit admiſſus, prout declarat Ruin. *conſil.
241. numer. 5. volum. 2.* Peregr. *de fideicomm. artic. 25. ſub
numer. 49. circa principium d. numeri, verſic. quod vtiq; ve-
rum eſt, &c. & melius circa finem eiuſdem numer. ver-
ſic. Quid autem ſit, vbi ſubſtitutio de filijs exteanes,* &
ratio eſt quia in ſucceſſionibus fideicommiſſarijs atten-
22 ditur qualiter ſuccedatur † ipſi grauato, non autem te-
ſtatori, Ruin. *conſ. 151. ſub numer. 9. volum. 2.* & eiuſdem
23 grauati proximitas, † non autem ipſius teſtatoris, pro-
vt conſiderat ad rem hanc, Peregr. *d. artic. 25. ſub d. num.
49. verſic. & præterea comprobatur ex alia regula com-
muni,* & ob id etiam in agnato teſtatore ſi is talis eſſet,
quod ab eius ſucceſſione non excluderetur fœmina, ex-
cluderetur tamẽ à ſucceſſione grauati; tunc pariter non
24 veniret appellatione filiorum, † quia attenderetur
ſucceſſio, reſpectu grauati, idem Peregrin. *dict. artic.
25. numer. 55. & 56.* vbi dicit ita obtinuiſſe. & de mag.
communi teſtatur Honded. *conſil. 57. ſub numer. 72. vo-
lum. 1.*
Cum igitur in caſu noſtro Statutum excludat ſorores,
ſtantibus maſculis, & ipſis defunctis hæredibus deuol-
uat ad agnatos, & Aphricanus, Chetuoinus, & Ba-
ptiſta reliquerint filios maſculos, à quibus fuerunt ex-
cluſæ fœminæ deſcendentes, ſequitur quod iuxta diſpo-
ſitionem dicti Statuti, & ordinationem teſtatoris illi,
vt præſumit lex, conformem, D. Bartholomæus ipſis
fœminis præferatur, & ipſæ non niſi ordine ſucceſſiuo,
& deficientibus maſculis ſuccedere queant.
25 Secunda † eſt ſufficiens coniectura ad interpretan-
dam voluntatem teſtatoris ad præſentem effectum, quã-
do ſequeretur aliquod abſurdum, Gabr. *de verbor. ſi-
gnific. concluſ. 6. in 17. limitat. numer. 115.* Mantic. *de co-
niecturis vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 14. ſub num. 20. ver-
ſic. tertia etiam coniectura,* Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 3.
quæſt. 58. numer. 34.* vtique autem ſi voluiſſet comprehẽ-
dere fœminas, ſtantibus maſculis, ſtante prohibitione
à teſtatore, ne dicta domus vnquam diuideretur, vt fi-
lij ea

Digitized by Google

lij) ea gauderent in eius memoria, ſequeretur maximum abſurdũ, quod filiæ, quę tranſeunt in alienas familias, & ex quibus fere in infinitum poteſt multiplicari numerus comprehenſorum, poſsent velle, & gaudere habitando in illa, cum maxima confuſione; vnde non eſt veriſimile, quod de illis intellexerit, ſed de maſculis, qui poſsunt gaudere, habitando ſine vllo abſurdo.

26 Tertia coniectura faciens ad noſtrum propoſitum eſt quando in alia parte teſtamenti, vel alia ſubſtitutione clarius expreſsit, quod intelligebat de maſculis, vel vt illi fęminis præferrerentur; nam tunc præſumitur etiam, quod ſub illo verbo maſculino filiorum voluerit intelligere de maſculis tantum, Menochius, *conſil.95.numer.79.* Mantic. *d.lib.11.tit.14.numer.22.* Soc. Iun. *conſil.186.numer 11.& 12.volum.2.& conſil.65.numer.12.& 13.volum.4.* Intrigliol. *dict. queſt.58. num.35.* ſed vt ſtatim deducam in alia, ſubſtitutio ius prætulit clarius maſculos fęminis; ergo & hic prætuliſse credendum eſt.

Aggredior nunc caput totius hæreditatis d.q. Equitis Polidori, an in ea vigore fideicommiſsi, nunc purificati, ad quod fuerunt vocati filij Dominorum Philippi, & cæterorum fratrum de Panatijs, ſuccedat tantum D. Bartholomeus, an etiam fęminæ, & pro maſculo concludo, per ea quæ deduxi in præſenti capite, quod vbi extant coniecturæ, ſed appellatione filiorũ non veniunt fæminæ, hic autem adeſt illa ab omnibus approbata, quod diſcretiue locutus eſt de filiabus, quãdo eas nominare voluit, quia vocauit hoſpitale, vbi deficeret linea † ipſorum fratrum, & eorum filiorum, & filiarum filiorum, quo caſu appellatione filiorum teſtator non cenſetur comprehendiſse fęminas, Gabr. *de verbor.ſignific.concluſ.6.numer.57.* Menoch. *lib.4.præſumpt.84.numer.9.& conſil.215.numer.70* Peregr. *de fideic.art.25.num.45.* Bim. *conſ.134.num.23.vol.2.* Surd. *conſ.554.num.9.& conſ.578.num.35.*

28 Secunda eſt, † quia teſtator ſubſtituit iſtos filios ſuis parentibus, cogitans, quod prius decederet D. Palmus hæres ſubſtitutus, quam omnes eorum patres, vnde cenſetur ſubſtituiſse iuxta diſpoſitionem Statuti, provt dicebam in præcedenti capite, quod excludit fæminas ſtantibus maſculis, & licet caſus diſpoſitus, præciſe non eueneit, cum prædeceſserunt eorum patres, & ipſi non ſuccedant per vulgarem comprehenſam in compendioſa, ita quod non poſsent dici excluſæ per tutorem, tamen ſufficit, quod intentio teſtatoris talis fuerit.

29 Tertia eſt † coniectura, quia ſuperfluo teſtator expreſsiſset de filiabus filiorum, ſi ſub nomine filiorum eas comprehendere voluiſset, ſed quia voluit prius ſuccedere maſculos, declarauit nolle hoſpitale ſuccedere, niſi etiam deficerent fęminæ poſt maſculos.

30 Quartam deduco † ex ordine ſcripturæ, nam cum prius nominat filios, & vltimo loco fęminas, cenſetur prætuliſse, quos prius nominauit, gloſs. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, in verb. nominatis, ff. de legat. 2.* Mant. *lib.6.tit.13.num.11.* Peregr. *de fideicomm. art.7. ſub num. 67. circa finem*, & ad quod quæto, teſtator diſtinxiſset, & declaraſset, quod deberent deficere prius filij, & filię filiorum, niſi ſenſiſset, quod vellet eas tantum vltimo loco ſuccedere.

A R G V M E N T V M.

De Fideicommiſſi reſtrictione, aut ampliatione reſpectiue. Melioramenta facta a grauato poſſunt detrahi per eum è bonis reſtituendis. Ipſe poteſt creditum cum anteceſſore retinere, ſi ſit hæres cum beneficio inuentarij. Et de hypotheca pro alimentis, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Verba enunciatiua, ſcilicet talem rem futuram eſſe alicuius, nullo pro eo ſtipulante, vel acceptante, nil operantur.*

2 *In omnibus obligationibus requiritur vtriuſque partis conſenſus.*

3 *Sermo imperſonalis neminem obligat.*

4 *Fideicommiſſum non ampliatur, cum teſtator prohibitionem non extendit, ſed reſtringit ad præcedentes ſubſtitutiones, dicendo* reſpectiue, &c provt ſupra, &c.

5 *Melioramenta facta à grauatis ſuper terris reſtituendis, poſſunt ab ipſis detrahi.*

6 *Ille qui poſſidet præſumitur poſſidere nomine proprio.*

7 *Poſſeſſor in dubio præſumitur Dominus.*

8 *Teſtis etiam de credulitate, & vnicus probat contra producentem.*

9 *Multa deducuntur in contractibus, quæ non perficiuntur.*

10 *Petens rem vt hæreditariam debet probare eam fuiſſe relictam in hæreditate.*

11 *Fructus augent hæreditatem, & cum ea reſtitui debent.*

12 *Hæres grauatus etſi medio tempore percepit fructus, tamen poteſt retinere debita hæreditaria per ſe ſoluta.*

13 *Creditum hæredis remanet ſaluum per beneficium inuentarij.*

14 *Pro alimentis præſtitis animali habet quis in ipſo hypothecam cum prælatione.*

15 *Alimenta bona ſunt tacitè hypothecata pro alimentis.*

16 *Adminiſtrator quiſquis ipſe ſit tenetur ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis.*

17 *Mala fide, & temere litigans eſt, qui habet priorem ſententiam contra ſe. Et ideo condemnandus in expenſis.*

C O N T R O V E R S I A DCXXXVI.

SEntentia lata per Excellentiſsimum Senatum in remedio quorum bonorum intentato à D. Laura Ocha de Virghis, contra D. Vincentium de Lupis, vti Maritũ D. Prudentiæ Paſtellæ, & contra D. Suſannam, vti Matrem D. Luciæ pariter de Paſtellis, de qua in proceſsu, *fol.55.fac.2.* confirmanda venit in capitibus fauorabiliter deciſis in gratiam eiuſdem D. Lauræ, non obſtante reſtitutione in integrum petita per aduerſantes, & ſupplenda in alijs capitibus propoſitis ab eadem D. Laura, in ſcriptura producta, *fol.9[?].fac.1.* terminando illa ad eius fauorem iuxta prædictæ ſcripturę tenorem.

Et quod attinet ad iam deciſa, rectè fuit pronunciatũ ipſam actricem immittendam eſse in poſseſsionem medietatis domus, & horti empti per Reuerendum Dominum Manilium Paſtellum à D. Hortenſio Paſtello, de qua emptione deponunt quattuor teſtes aduerſariarum ſuper interrogatorijs, primus ſcilicet, *fol.4.fac.1.* ſecundus, *fol.9.fac.1.* Tertius; *fol.13. fac.1.* Sextus, *fol. 26.fac.1.* vnde cum d. D. Manilius diſpoſuerit tantum de dimidia ſuorum bonorum, quam conſtituit in dotem. d. Prudentiæ, vt in inſtrumento producto in primo proceſsu Caggioni, *fol.24.* (de alia enim dimidia, quam
1 per verba enunciatiua † dixit futuram eſse Luciæ, nemine pro ea ſtipulante, & ipſa abſente non dicit diſpoſuiſset, vt bene tradit Ceſſ. Hugo, *conſ. 100. numer.11* quia in omnibus contractibus, vtius alicui quæratur,
2 † requiritur vtriuſque partis conſenſus, *l. in omnibus, la ſeconda, ff. de verbor. obligat.* Et quia aliud eſt diſponere, aliud habere animum diſponendi, & quia ſermo
3 † imperſonalis neminem obligat, *Authent. ſi quando. vbi ſcribentes, C. de conſtitut. pecun.* Surd: *conſil.447. n. 5.*) ſequitur, quod dimidia dicti horti, & domus remanſerit in hæreditate illius, & ob id pertineat ad D. Lauram hæredem inſtitutam ex teſtamento producto

in d.proceſsu Caggioni, *fol.1.fac.2.* iunctis poſitionibus, de quib. *fol.18.*

Neque ſuper hoc capite poteſt moueri aliqua controuerſia, vigore fideicommiſsi Bartholomæi Paſtelli, facti ſuper petia terræ relicta ab eo Horatio Paſtello, quam teſtes dicunt eſſe eam emptam per Reu. D. Manilium, de quo fideicommiſſo apparet in proceſſu, *fol.13.fac.2.& fol.14.* tum quia hæc petia terræ caſamentiua, & hortiua non videtur eſſe illa ſubiecta d.fideicommiſſo, quia non deſignatur à teſtatore per has qualitates, ſed tantum, quod ſit aratiua, & vineata, & illa eſt multo maioris quantitatis, & licet teſtes dicant hanc emptam per D. Manilium fuiſse relictam a Bartholmæo Paſtello ipſi Horatio, poteſt eſse, vel quod errent in hoc, vel quod reliquerit in codicillis diuerſis à dicto teſtamento, de quibus non habeamus notitiam, tum etiam non obſtat d.fideicommiſsum, quia non conſtat Horatium Paſtellum iam deceſſiſse. & vbi cõſtaret de eius morte, non apparet, quod deceſserit ſine filijs, ſub qua conditione tantum fuerant vocati filij Federici, nec releuat, quod voluerit dictã petiã terræ remanere in ſuis poſteris de agnatione, quia reſtrinxit
4 ſe ad † præcedentes ſubſtitutiones, dum dixit reſpectiue, provt ſupra diſpoſuit, quo caſu fideicommiſsum non ampliatur, Surd. *deciſ.85.* Rota *deciſ.49.part.1.nouiſſimar.* Menoch. *conſil.327.numer.72.& conſil.642.ſub numer.5.verſic.& hac quidem ſententia,* Burſatt. *conſil.295.numer.7.* vnde cum non eſsent vocati filij Federici niſi vbi Horatius decederet ſine filijs, non poſsunt prętendere aliquod ius, vigore huius ſubſtitutionis, niſi conſtito, quod euenerit conditio ſub qua ſubſtituti fuerunt.

Sicuti nec quo ad ſecundum caput ſententiæ, in qua adiudicantur D. Lauræ omnia bona ſibi reſeruata per D. Manilium in d.inſtrumento dotis D. Prudentiæ, in primo proceſsu Caggioni, *fol.24.& fol.29.* verſatur aliqua difficultas, cum & hoc concordatur à parte aduerſa.

Tertium quoq; in quo datur actrici quarta pars meliorамentorum factorum per D Manilium, & D. Federicum ſuper bonis ſtabilib. de quib. per teſtes rearũ ſuper interrogatorijs primo ſcilicet, *fol.4.fac.2.* ſecundo, *fol.9.fac.1.* tertio, *fol.13.fac.1.* quarto, *fol.17.fac.2.* quinto, *fol.21.fac.2.* ſexto, *fol.26.fac.1.* nullum affert præiudicium ipſis reis quinimo potius eſt oneroſum D. Lauræ, vt dicam infra ſuper capitibus nouæ petitionis, nam non eſt dubium, quod pars melioramentorum facta ab vnoquoq; ſuper proprijs terris ad quemlibet ſpectabat, & pars facta ſuper illis, quæ erant ſubiectæ fidei-
5 commiſso Bartholomæi, † poterat quoque detrahi à grauatis, vt probant textus *in l. vbi pure,§.1.verſicul. quid in diſtrahendis & in l.mulier, la prima,§.ſed enim verſic.ſed & ipſe, ff.ad trebellian.* Garz. *in tractat.de melioration.& expenſ.cap.16.num.2.& cap.17.num.1.* ita vt cum quilibet haberet æqualem portionem in ipſis terris tam proprijs, quam fideicommiſso obnoxijs, æqualis pariter, & ſic dimidia pars vnicuique competeret in dictis melioramentis; cumque Reu. Dom. Manilius diſpoſuerit in D. Prudentiam de dimidia ſuę partis, ſequitur, quod in hac hæreditate remanſerit dimidia dimidiæ, & ſic quarta pars totius, iuxta tenorem ſententiæ Senatoriæ.

Quartum caput eiuſdem ſententiæ ſimiliter iuri congruit; dum dimidia tertiæ partis omnium bonorum ſtabilium excepta petia terræ nominata, *il Podeſtino e* conceſsa fuit actrici, nam cum has terras poſſiderent
6 D Federicus, & Reu. D. Manilius, † præſumuntur potius proprio nomine poſsediſse, quam alieno, *l.filiuſfamilias,§.diui,verſic.iidem Principes,ff.de legat.1.* Rolãdus, *conſ.46.num.44.vol.3.* Menoch, *lib.3.præſumpt.90,*
7 *num.4.* cum in dubio † poſseſsor præſumatur Dominus, *l.cum is,C.de probationibus,l.ob maritorum,C.ne vxor pro marito,* Menoch. *lib.3.præſumpt.100.numer.5.* vnde cũ ex aduerſo allegetur eas omnes fuiſse relictas in hæreditate Bartholomæi, & ſubiectas eſse onere fideicommiſsi ab eo creati, id probandum erat per ipſas ſorores de Paſtellis, tamquam fundamentum ſuæ intentionis, quod tamen ab eis probatum non fuit, provt ponderando ſingulos teſtes, aliàs latè deductum fuit in ſcriptura, quæ habetur in proceſsu, *fol.52.fac.2.* & ob id alio non docto M. Illuſtr. Senatus venit in eam ſententiam, quod hæ terræ fuerint alias communes inter fratres de Paſtellis, & ſic tertia pars ſpectaret ad Bartholomæum fideicommittentem, alia tertia Reu. D. Manilio eius fratri, & poſtrema tertia pars Federico eorum nepoti ex fratre, tanto magis, quia tres ex teſtibus aduerſariorum probant, D. Manilium habuiſse ſuam partem in dictis terris, tertius ſcilicet, *fol.13.fac.1.* ibi, *& che sà, che Don Manilio haueua la ſua portione in dette terre per quello, che communemente ſi teneua.* Quintus, *fol.21.fac.1.* ibi, *& che Don Manilio doueua hauer ragioneuolmente la ſua portione in dette terre, per il che godeua dell'entrate di quelle.* Sextus, *fol.26.fac.1.* ibi *& che detto Don Manilio doueua hauer la ſua portione in dette terre, eſſendo fratello del detto Meſser Bartolomeo e* qui licet loquatur de credulitate, tamen ſecundum mul-
8 torum opinionem, etiam vnicus probaret † contra producentem, Farinacc. *de teſtibus, quæſt.62. numer.227.& quæſt.68.num.76.* & multo magis cum alios habeat ſecum concordantes, & per conſequens cum tertia pars ſpectaret ad Reu. D. Manilium, & diſpoſuerit in neptem de dimidia ſuæ partis, & de Podeſtino, altera dimidia tertiæ partis, excepto d. Podeſtino remanſit in hęreditatem illius, quam propterea Senatus adiudicauit actrici.

Neque hoc caput ſententiæ reformandum venit ſub prætextu aſsertorum inſtrumentorum, de quibus *fol.61.vſque ad 96.* acquiſitionum multarum terrarum factarum à Bartholomæo, ex quibus aduerſariæ conantur probare has terras fuiſse ipſius Bartholomæi, & relictas in eius hæreditate ob idq; ſubiacere fideicommiſſo; tum quia non probatur identitas cum terris, de quibus in inuentario bonorum huius hæreditatis, de quo *fol.32.& 38.* & in proceſsu Caggioni, *fol.9. fac.1.* ex quo diſcordant fere omnes, & maior pars confiniũ, ſola prima petia terræ caſamenticea, de qua in inuentario, *fol.38.fac.2.* videtur concordare cum alia de qua in inſtrumento donationis, *fol.66.fac.1.* in qua concordant tres confines ex quatuor; ſed eſt aduertendum quod non poteſt eſse eadem vllo pacto; nam illa de qua in dicto inſtrumento donationis, habet tantum vnã domum, hæc vero etiam habet domunculam à famulis, & quod tollit omnem difficultatem, eſt, quia petia terræ, de qua in inuentario, conſtat ex vna petia terræ caſamentiua horum fratrum, & ex alia acquiſita per D. Manilium ab Horatio Paſtello, quam teſtes dicunt eſse illam, in qua habitant coloni, & qua domus coloni deſcribitur in inuentario, ibi, *& vn' altra Caſetta da famigli,* vnde ſi diuidantur iſtæ domus, & petię terrę, vt erant antequam vnirentur à Reu. D. Manilio, conſtabit eas non habere confines conformes cum petia terræ, de qua in dicto inſtrumento donationis *fol.66.fac.1.*

Tum etiam non officiunt dicta inſtrumenta, quia ex eis non probatur, quod contenta in illis habuerint effectum; ſæpe enim multi fiunt contractus, qui po-
9 ſtea reſoluuntur varijs de cauſis, † vel ad effectum perduci nequeunt, nec habent executionem, argumento text. *in l.ſi pater, C.de action.empt.*

Tum & tertio denique; quia & ſi appareret eſse eaſdem terras, & fuiſse emptas à Bartholomæo, tamen
10 non eſt probatum, † quod illas reliquerit in hæreditate, quod tamen neceſse erat, Maſcard. *concl.777.n.1.* Peregr. *de fideicomm.art.44.num.1.* quia medio tempore potuiſset alienare eas, & alio iure peruenisse ad D. Manilium.

Et denique in omnem caſum, vbi aliquæ, vel etiam omnes petiæ terrę contentæ in dictis inſtrumentis conuenirent; tamen non aſcenderent ad quantitatem tertiæ partis harum terrarum, quam Eccellentiſsimus Senatus

Digitized by Google

natus cenſuit ſubiacere fideicommiſſo, & ſic adhuc haberent, quod petunt.

Quintum denique caput eiuſdem ſententiæ, in quo reæ fuerunt condemnatę ad fructus, iuſtiſsimum eſt,
11 quia augent hæreditatem, & † vna cum ea reſtitui debent, *l. item veniunt, §. fructus autem omnes, & §. cæterum ſi quis, l. heres in principio, ff. de petition. hered.* cum alijs multis iuribus apud Vigelium, *Method. Iuris ciuilis, lib. 11. cap. 3. regul. 11.* Menoch. *de adipiſcend. poſseſs. remed. 4. num. 801.* Afflict. *deciſ. 240.*

Circa autem capita denuo propoſita per D. Laurā in petitione producta, *fol. 97.* videtur reſoluendum ad eius fauorem; & quo ad primum, in quo petit cenſeri dimidiam melioramentorum, non tantum quartam partem ad ſe ſpectare ſaltem reſpectu materiæ, iuſta poſtulat, quia omnes teſtes dicunt illa facta fuiſse de materia domus deſtructę, quam emerat D. Manilius ab Horatio Paſtello, & ſic de ſuo tantum, non autem de communi cum Federico; vnde ſublata dimidia conſignata D. Prudentiæ, altera dimidia remanſit in hæreditate.

Secundum continet petitionem dimidiæ terreni ſuper quo fabricata erat domus deſtructa pro fabricandis dictis melioramentis, quam etſi virtualiter, Senatus voluit concedere, dum adiudicauit dimidiam domus, & horti empti per D. Maniliū ab Horatio Paſtello, tū quia pars iſta nō cōtinetur, nec in domo, nec in horto, ſed coniuncta eſt alijs terris, videtur clarius terminandum dimidiā totius, quod emit ipſe D. Manilius à præfato Horatio concedendam eſse D. Lauræ.

Tertio, quia in ſententia fuerunt conceſsa tantum mobilia, reſeruatō per D. Manilium, quæ erant eius propria, & valde pauca reſpectu mobilium, de quibus in inuentario, ideo vltra dicta reſeruata, vti propria, petita eſt quarta pars aliorum, vti communium cum Federico, in quibus nullum adeſt fideicommiſsum, & ob id dimidia eorum pertinebat ad ipſum Reuerendū, quorum cum dimidiā ſuæ dimidiæ dederit Prudentiæ, reſultat, quod altera dimidia dimidiæ, & ſic quarta pars remanſerit in hæreditate.

Quarto petita eſt reſtitutio pecuniarum ſolutarum, per D. Manilium pro debito, quod habebat Bartholomæus eius frater cum aromatario, de quibus in liſta producta, *fol. 7. & 8.* de quorum ſolutione patet in dicta liſta, & alia fide producta, *fol. 99. & 1000.* vbi fit fides cum iuramento tales partitas fuiſse ſcriptas manu D. Iulij Nambrini, cuius libri, ex decreto fides adhibetur
12 vt ibi, dubium autem non, eſt hæredem grauatum † quāuis medio tempore fructus perceperit, poſſe nihilominus in reſtitutione fideicommiſsi debita hæreditaria ſoluta de ſuo retinere, *l. ita tamen, §. qui ex Trebelliano, in fine, in illis verbis, cum hoc minus ex cauſa, &c. ff. ad trebellian. l. deducta, §. qui poſt tempus,* vbi Angel. *num. 3.* Imol. *ſub num. 4* Caſtr. *paulo ante finem,* Alex. *ſub n. 2. ff. eod. tit. ad Trebell. l. 1. C. eod.* Natt. *conſ. 255. num. 9.* Decian. *conſ. 94. num. 6. vol. 3.* Petra *de fideicomm. qu. 15. num. 2. & 67.* Peregr. *art. 35. num. 1.*

Quinto petijt haberi rationem alimentorum præſtitorum per q. D. Io: Baptiſtam Fidelem D. Manilio, quorum ſolutio facienda eſset D. Lauræ, vti hæredi eiuſdē D. Io. Baptiſtæ, prout latius deductum fuit in proceſſu, in ſcriptura producta, *fol. 49.* nam vbi hæreditas D. Manilij non aſcenderet ad quantitatem debitam pro dictis alimentis, iuxta taxationem faciendam, vti non
13 obſtante, quod fuerit hæres D. Manilij † remaneret eius creditum ſaluum propter beneficium inuentarij, *l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliberand.* Roland. *de inuentario, in 4 part. in ſectione incipiente, Decima eſt vtilitas, fol. 93.* pro quibus haberet tacitam hypothecam an-
14 teriorem in alijs bonis, quia pro alimentis † præſtitis quis habet tacitam hypothecam in animali cum prę-latione, Borgn. *deciſ. 43. num. 47. part. 1. & in repertor. d. 1. part. deciſionum, in verbo alimentarius; & in verbo vendens herbam,* Bonacoſsa *de equo, quaſt. 406.* vnde cū homo liber non poſsit affici hoc onere, ſequitur, quod
15 ſaltem eius bona remaneant † tacite hypothecata pro alimentis, Bonacoſ. *d. quaſt. 406.* Rebuff. *in conſtit. Regni Franc. tit. de litter. obligat. art. 4. gloſ. 2. num. 31.* Et hac eadem ratione poterit conſequi libras 142. ſolutas per D. Io: Baptiſtam Fidelem Aromatario ad inſigne Regis ad commodum D. Manilij petitas in ſexto capite, & de quibus in fide producta, *fol. 101.*

16 Septimo, † petitum eſt, ſorores de Paſtellis, vti hęredes Federici, qui ſemper adminiſtrauit partem terrarum D. Manilij, teneri ad reddendam rationum, quod vtique iuridicum eſt; nam quilibet adminiſtrator quiſquis ſit, tenetur ad hanc redditionem rationum ſuæ adminiſtrationis, late Bero. *quaſt. 1.* Sola *ad Conſtitut. antiquas Sabaud. fol. 95. num. 5. cum ſequ.* Franciſc. Munoz. *in tractat. de ratiocinijs adminiſtrat. cap. 6.*

17 Octauo, † petita eſt condemnatio aduerſariorum in expenſis, quæ quoq; iuſta videtur propter malam fidem, & temeritatem ex ſumma præcedenti, Aſinius, *in ſua practica, §. 32. cap. 2. ampliation. 6. num. 3. fol. 197.*

A R G V M E N T V M.

Ampliſſime diſſeritur de Falſitatis crimine, an, & quando, & ex quibus coniecturis præſumatur; vel non. Quomodo committatur; Quæ requirantur, vt puniri poſſit, & de alijs ad materiam.

S V M M A R I V M.

1 *Falſitas eſt difficilis probationis, & coniecturis ſufficienter probatur; Etiamſi ſint hominis ſolum, & numer. 2.*
3 *Suſpicio falſi habetur pro crimine falſi.*
4 *Falſitas præſumitur facta ab eo, qui vſus eſt ſcriptura falſa ad ſui commodum, ſi neſcit nominare actorem. Et ab eo apud quem reperitur ſcriptura falſificata, num. 5.*
6 *Falſitatis alia coniectura.*
7 *Producens falſos teſtes cadit à cauſa; vt & falſificans acta.*
8 *Condemnari nemo poteſt, niſi confeſſus, vel ſponte conuictus.*
9 *Falſificans Apoſtillas, quæ non ſunt de corpore ſcripturæ, non incurrit pœnam falſi.*
10 *Licet appareat de raſura ſcripturæ, cum non appareat, nec deponitur de radente, vel falſificante non dicitur probata falſitas.*
11 *Periti ad dignoſcendam falſitatem debent eligi confidentes partium, alias non nocent.*
12 *Atteſtationes de iudicio, vt ſunt comparatio litterarum in falſi crimine, non faciunt nedum plenam probationem, ſed nec etiam indicium ad torturam.*
13 *Falſitas in criminalibus ad effectum condemnationis debet probari per probationes neceſſario concludentes, & num. 38. Et multo concludentius, quam in cæteris criminibus, num. 14.*
15 *Falſitas probari debet probationibus luce meridiana clarioribus. Et vt aliter eſſe non poſſit, quam falſum commiſſum, num. 16.*
17 *Coniectura, & præſumptiones non ſufficiunt in criminalibus ad condemnandum pro falſitate. Niſi ad inquirendum, & capturam, & num. 37.*
18 *Falſitas non dicitur de his, in quibus veritas aliter haberi non poteſt.*
19 *Falſitas ceſſat poſſibili veritate poſita in eſſe, quod ea non fuerit commiſſa.*
20 *Falſitas in dubio non præſumitur. Et contra eam iudicandum, num. 21. Et vt ea euitetur, eſt facienda omnis interpretatio, & extranea, ac exceſſiua ſubtilitas adhibenda, num. 22.*
23 *Et propterea fit diſtinctio loci, temporis, & ſcripturarum.*
24 *Pluralitas actuum præſumitur, vt euitetur falſitas. Et à regulis iuris receditur, num. 25.*
26 *Falſitas vt euitetur, præſumitur alteratio ſcripturæ per accidens.*

27 *Falſi-*

Digitized by Google

27 *Falſitate apparente, præſumitur id errore non dolo factũ, & num.28.*

29 *Præſumptiones cedunt veritati.*

30 *Hypotheca datur in bonis fideicommittentis.*

31 *Iuris ignorantia excuſat à dolo.*

32 *Falſum cum habet aliquod primordium veritatis, non dicitur falſum, nec eſt punibile.*

33 *Falſum non dicit, qui verum dicit circa falſam cauſam, & prætextum addidit.*

34 *Falſum vt puniatur debet conſtare de vero dolo, & non ſufficit lata culpa.*

35 *Ceſſante dolo non eſt locus pœna nec extraordinaria.*

36 *A dolo qualibet cauſa excuſat.*

39 *Statutum diſponens præſumi falſitatem contra eum, ad cuius commodum tendit falſitas, intelligitur, vt tales præſumptiones ſufficiant ad inquirendum, & capturam ad condemnandum, & num.54.*

40 *Scriptura falſa reperta apud aliquem præſumitur ab eo corrupta, niſi fuerit in aliorum manibus, & numer. 55.*

41 *Vtens ſcriptura falſa præſumitur eam ita feciſſe, vel fieri mandaſſe, niſi ſit vir bonæ famæ.*

42 *Præſumptiones contrariæ in inquiſito de falſo tollunt illas de delicto.*

43 *Falſitas non præſumitur, vbi de facili potuiſſet detegi.*

44 *Nec fieri præſumitur palam, vt in iudicio.*

45 *Neminem obtinere velle illud cum falſitate præſumitur, quod poteſt conſequi licitè.*

46 *Coram Principe non præſumitur fieri falſitas.*

47 *Falſitas non præſumitur velle committi pro modico lucro, & commodo. Maximè à viro honorato.*

48 *Bona fama excludit ſuſpicionem falſi. Dum ex qualitate perſonæ vrgentes ipſius præſumptiones colligũtur, numer.49.*

50 *Spontaneè ſe præſentans non præſumitur in culpa.*

51 *Falſificans copiam non facit præiudicium; dum veritas ad libitum haberi poteſt.*

52 *Doctrina* Menochij *ventilatur circa torturam decernendam in crimine falſi, & num 56.*

53 *Indicia ad torturam contrarijs indicijs diluuntur in omnibus delictis.*

54 *Suſpicio ex vitio viſibili, vt eſt vſus rei falſificatæ, non facit indicium ad torturam, ſed ſolum ad inquirendum.*

57 *Pro habenda veritate delicti, de quo ſi conſtaret, non puniretur, non poteſt tortura inferri.*

58 *Tortura eſt prohibita, quando ex ea nullus ſequi poteſt effectus.*

59 *Pro ſuſpicionib. in crimine falſi habet locum pœna extraordinaria. Niſi tamen ea deſtruantur contrarijs præſumptionibus, num.60.*

61 *Falſitas in calculatione nummorum non eſt punibilis, & cur, & num 71.*

62 *Statutum Mantuæ puniens falſificantes ſcripturas publicas dumtaxat, quales non ſunt proceſſuum, copia non authentica.*

63 *Statuta ſunt ſtricti iuris; & tantum deponunt, quantum loquuntur.*

64 *Falſitas non nocet, nec punitur cum originale remanet intactum.*

65 *Falſitas vt puniatur, debent tria concurrere, Mutata veritas, Dolus, & Nocumentum.*

66 *Mutatio ſubſtantiæ exigitur quo ad veritatem, ita vt & ius mutetur.*

67 *Nocumentum ſaltem in potentia exigitur in falſitate, vt pœna infligi poſſit, etiam extra ordinem. Vnde nec ob id formari poteſt inquiſitio, & num.68.*

69 *Accuſator, vel Fiſcus debent probare nocumentum in falſitate, ſi eam allegarent.*

70 *Probatio dubia contra Fiſcum eſt reſoluenda in fauorem rei.*

71 *Error in calculatione non ſubijcitur falſitati. Dum quinis etiam oculatiſſimus poteſt in ſupputatione decipi.*

72 *Tempus eſt de neceſſitate deducendum, & probandum in crimine falſitatis.*

73 *Vbi qualitas probanda non probatur à Fiſco, vel accuſatore, reus eſt abſoluendus.*

74 *In dubio cum ſcilicet delictum fieri poteſt vno tempore, & cadit præſumptio pro reo circa tempus excluſiuum delicti, Reo eſt fauendum.*

75 *In falſitate præſumitur diuerſitas temporis, vt ea euitetur.*

76 *Ad euitandum falſum duæ ſcripturæ eiuſdem nominis, & cognominis præſumuntur diuerſæ; Multo magis ſi diuerſæ in cognomine.*

77 *Falſitas committitur ſcribendo, delendo, & abradendo.*

78 *Non committit falſum, qui delet id, quod imprudenter, vel errore ſcripſit.*

79 *Confeſſioni qualificatæ ſtandum eſt, quoties qualitas aliunde probatur, vel ſaltem habet pro ſe veriſimiles præſumptiones.*

80 *Quod non eſt ſolitum fieri, non præſumitur factum, & è contra.*

81 *Verificatis aliquibus partitis ex libris alicuius, cæteras etiam veras eſſe præſumitur.*

82 *Falſitas commiſſa in libro priuato, cui fides non adhibetur ad ſcribentis commodum, non eſt punibilis, nec pœna etiam extraordinaria.*

83 *Ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſat prohibitio, & pæna comminata.*

84 *Defenſio tolli non poteſt in criminalibus cauſis, nec à Principe.*

85 *Præceptum iniuſtum Iudicis poteſt ſperni ſine metu pœnæ.*

CONTROVERSIA DCXXXVII.

ET accuſatione propoſita, *fol.7.cum ſeqq. & fol.82.cum ſeqq.* & inquiſitione formata, *fol.*184. eadem de cauſa hinc inde criminaliter pulſatur Illuſtris D. Piperarius de Piperarijs pro varijs delictis, quorum quattuor ſunt capita principalia, de quibus ſigillatum agendum erit.

Primum eſt, quod cum in iudicio contra tertios poſſeſſores ab eo, & Dominis eius fratribus inchoato pro recuperatione terrarum ſubiectarum fideicommiſſo auito petijſſet contra Dominos fratres de Zucconis tres petias terrarum poſitas in loco Ranarij, alteram bubulcarum 103. ſecundam bubulcarum 5. cum dimidia, tertiam bubulcarum 2. cum dimidia, & ſic in totum aſcendentes ad bubulcas 110. cum dimidia, alterauit copiam proceſſus, cui, vt notum eſt, Iudices fidem adhibent, & ſuper ea ſolent proferre ſententias, & æſtimatores conficere calculos, mutando dictos numeros per abachum deſignatos, tam in deſcriptione, quæ habetur in fine libelli, quam in capitulis, & tam in corpore proceſſus, quam in additionibus marginalibus, ita vt primã petiam terræ de bubulcis 103. reduxerit ad 105. ſecundã vero de bubulcis 5. cum dimidia, reduxerit ad bubulcas 15. cum dimidia, tertiam vero de bubulcis 2. cum dimidia, redegerit ad bubulcas 3. cum dimidia, & ſic auxerit numerum de bubulcis 110. cum dimidia, vſq; ad 124. obripiendo indebite treſdecim bubulcas terræ, quas tamen ſciebat non eſſe ſubiectas fideicommiſſo, nec ad ſe ſpectare, & tamen pro eis obtinuit tenutam, & inſtetit pro executione, & fuit factus creditor de earum fructibus, & mutando alibi in dicto proceſſu totam ſummam dictarum terrarum, tam in corpore, quam in margine, quam erat de bubulcis 110. cum dimidia per abachum in bubulcis 124.

In quo quidem capite tres puncti ſunt diſcutiendi, primus, an tale quid emergat ex proceſſu, quod D. Piperarius poſſit condemnari in pænam falſi ordinariam, tam reſpectu Fiſci, quam partis contra quam prætenditur fuiſſe commiſſam falſitatem: ſecundus vero, an vbi non poſſit condemnari, ſaltem extent ſufficientia contra eum ad torturam, tertius, & vltimus, an poſſit puniri aliqua pœna extraordinaria.

Circa primum punctum prætenditur ex aduerſo lo-

cum

Digitized by Google

cum eſſe poſſe condemnationi, quia ex iudicio, & depoſitione duorum peritorum, *fol 57. cum ſeqq.* conſtat factas fuiſſe alterationes in dictis partitis, & numeris, partim addendo litteras, partim cancellando, partim reformando, ſeu transformando vnum numerum in aliũ, id quod etiã depoſuit D. Andreas Zacchus, *fol. 63.* qui fuit ille, qui exemplauit proceſſum alteratum, & atteſtatur non fuiſſe à ſe ſcriptum cum dictis alterationibus, ſed fuiſſe ab alio vitiatum, & denique ipſemet D. Piperarius, licet *fol. 35. fac. 2.* negat alterationem diuerſo tempore factã in aliquib. numeris, tamen *fol. 45. & 46.* fatetur & ipſe in multis alijs videri ſibi factas fuiſſe alterationes quamuis dicat ignorare à quo factæ fuerũt.

Conſtat etiam hunc proceſſum alteratum, eſſe proprium ipſorum de Piperarijs, vt fatetur *fol. 28. fac. 2.* Inſuper apparet fuiſse obtentum mandatum pro tenuta, & executione terrarum Ranarij iuxta dictas alterationes, & ſic pro bubulcis 123. in circa, non autem pro bubulcis 110. cum dimidia, vt erat verum creditum, vt in proceſſu executionis, *fol. 46.* & ſæpius inſtitum fuit ab eodem D. Piperario pro executione bubulcarum 124 & in ſpecie pro bubulcis iſtis treſdecim, de quibus non potuit haberi tenuta, quando fuit capta de reſiduo, vt loca harum inſtantiarum recenſentur in proceſſu à Domino Aduocato Fiſcali, *fol. 125. fac. 2, & fol. 136.* & hæ inſtantiæ habentur in proceſſu executionis, *fol. 60. fac. 2. fol. 137.* in ſcriptura ab eo producta, & ſua manu ſubſcripta, *fol. 237.* vbi dat preces pro obtinendis iſtis præciſis treſdecim bubulcis.

Nec non fuit factus calculus fructuum iuxta eaſdem alterationes ſuper bubulcis 124. non autem ſuper 110. quæ habetur in proceſſu, *fol. 99.* & cuius fuit procurata confirmatio in proceſſu executionis, *fol. 179.* & inſtita executio, mediante commiſſione amotis, in eodem proceſſu executionis, *fol. 179. fac. 2.* & commiſſione per vim, *fol. 182.* quam ipſemet D. Piperarius inſtetit relaxari, *fol. 188.* & eodem inſtante ſcribuntur litteræ pro vendendis bonis ſequeſtratis pro dicta præciſa quãtitate, & ad eiuſdem inſtantiam, *fol. 210.* decernitur tenuta ſtabilium Dominorum de Zucconis, cuius decretio obtinetur, *fol. 219.* & tenuta capitur, *fol. 222.* & hæc omnia notantur in proceſſu criminali, *fol. 136. & 149.*

Quæ tamen omnia fuerunt facta non per errorem, ſed ſcienter, quia ipſemet D. Piperarius fatetur pluribus in locis ſciuiſse, quod ad ſe non ſpectabant, vigore fideicommiſſi auiti, niſi bubulcæ 110. cum dimidia loci Ranarij, vt *fol. 47. fac. 1. fol 124. fac. 1. fol. 159. fac. 2. & fol. 172. fac. 1.* & nihilominus obtinuit executionem pro bubulcis 124. & pro earum fructibus, quæ executio errore contingere non potuit, tum quia quando fuit obtentum mandatum pro tenuta, veriſimile eſt, quod ipſemet dederit notam quantitatis Notario, & veriſimilius, quod cum habuerit illud in manibus, viderit, & conſiderauerit, ex quo fecit multas inſtantias, & ſic cognouerit eſse de maiori quantitate, tum quia, *fol. 61. proceſſus executionis* facit apoſtillam manu propria, in qua concludit dictas treſdecim bubulcas ad ſe ſpectare propter identitatem cõfinij, & alibi fecit aliam apoſtillam, ſupponẽdo tantam quantitatem ad ſe pertinere vigore inſtrumenti ibi ab eo relati, quam etiam fatetur, *fol. 39. fac. 2.* ſicuti etiam veriſimile eſt vidiſse calculum pro liquidatione fructuum, cum procurauerit illum confirmari, & quia *fol. 188.* in relaxatione commiſſionis per vim, ipſe manu propria in margine notat quantitatem, & ſe refert ad dictũ calculum, ita vt neceſſe ſit, quod illum viderit, & conſiderauerit, quod patet etiam ex multis alijs eius apoſtillis in quantitate alterata.

1 Cum autem † falſitas ſit difficilis probationis, & ob id coniecturis ſufficienter probetur, Monticel. *in tract. criminal. regul. 15. num. 161.* Marſil. *conſ. 27. num. 8.* Cranett. *conſ. 134. num. 39.* Cephal. *conſ. 287. num. 5.* Hond. *conſ. 109. num. 2. volum. 1.* Baiard. *in addit. ad Clar. in §.*
2 *falſum, num. 10.* & ſi † ſint coniecturæ hominis tantum, Farinacc. *conſ. 40. ſub num. 22.* ſitque nota ſcribentium
3 regula, ſuſpicionem † falſi haberi pro falſo, Honded. *conſ. 109. nu. 5. vol. 1.* videtur reſultare præſumptio, quod ſupradicta falſitas fuerit commiſſa à D. Piperario, quia falſitas præſumitur facta ab eo, qui vſus eſt ſcriptura
4 falſa, & eius † commodo cedit, ſi neſcit nominare auctorem, tam ex diſpoſitione Statuti, *ſub rubrica de crimine, & pena falſi, verſicul. Addentes, quod ſi quis,* quam de iure communi, *l. 2. §. ſi quis in ſuo,* vbi Alberic. *ff. ne quid in loco public. & l. maiorem, C. ad l. Cornel. de falſ.* per text. *in l. iubemus, C. de probationib.* tradunt Iaſ. Butrigar. & Bald. *in d. l. maiorem, C. de falſis,* Alex. *conſ. 77. colum. 2. verſ. Sextum, &c. vol. 1.* Boſſi. *in titul. de falſis, num. 126.* Farinacc. *quaſt. 45. num. 38.* Baiard. *in d. §. falſum, num. 122.* Addent. ad deciſ. Farinacc. 122.
5 Sicuti & falſitas præſumitur † commiſſa ab eo, apud quem reperitur ſcriptura falſificata, Marſil. *conſil. 52. n. 35.* Odd. *conſ. 62. num. 1.*
6 Cuius † falſitatis præſumptio augetur, ex eo quod agnouerit multas apoſtillas, pro ſuis, in proceſſu alterato, & in ſuis conſtitutis, *fol. 19. fac. 2. fol. 122. fac. 2. fol. 124. fac. 2. fol. 142. fol. 143. & fol. 144.* quæ tamen apoſtillæ, & ipſe videntur alteratæ, ita vt veriſimile ſit prius recte factas fuiſſe apoſtillas marginales, ſicuti erat in corpore, & poſtea vtrunque vitiatum fuiſſe, nec videtur probabile, imo ridiculum id quod dicit *d. fol. 124.* feciſſe apoſtillam ita corruptam ad imitationem illius numeri, qui erat in corpore, quia non habebat neceſſe imitare alterationem, ſed poterat nitide deſcribere 124. vnde ſicuti apoſtilla, quæ videtur alterata, eſt facta ab eo, vt fatetur, præſumitur etiam corpus ſcripturæ, quod ſimile eſt apoſtillæ factum fuiſſe ab eodẽ, prout in interrogationibus arguit, & latius in interrogatorijs datis à D. Fiſcali, *fol. 134. fac. 2. & fol. 135. fac. 2.*

Probata igitur falſitate ex præfatis, videtur dicendum, quod reſpectu Fiſci inciderit in pęnam falſi, indictam à Statuto, & reſpectu partis ceciderit à tota cauſa
7 † quia quidquid controuertatur in producente falſos teſtes, an cadat à cauſa, nec ne, admittunt omnes ab ea cadere illum, qui falſificat acta, Bart. *in l. in fraudem, §. quoties, ff. de iur. fiſc.* Deci. *in cap. cum venerabilis, num. mihi 88. aliàs eſt, num. 21. de exception.* Capic. *deciſ. 67. in princip.* Clar. *§. falſum, num. 32.* Rimin. Iun. *conſil. 345. num. 19. & 22.* Bertaz. *conſil. criminal. 218. num. 17.* & ibi Addent. Honded. *conſ. 91. num. 28. volum. 2.* Quod videtur etiam diſponere Statutum. *ſub d. rubrica de crimine, & pœna falſi, verſic. ſi vero fuerit perſona priuata.*

Prædictis tamen non obſtantibus, reſoluendum arbitror non eſſe locum condemnationi, quia de aliquo crimine nemo condemnari poteſt niſi ſit ſponte confeſ-
8 ſus, † vel legitimè conuictus, *cap. nos in quemquam, & cap. prohibentur, §. fin. quaſt. 1. l. qui ſententiam, C. de pœnis,* Marſil. *conſil. 52. num. 3.* Socin. Iun. *conſil. 38. ſub num. 4. vol. 2.* In propoſito autem caſu, & ſi Dominus Piperarius faſſus ſit videri ſibi alteratos nonnullos numeros, tamen negauit tales alterationes fuiſſe ab eo factas, in corpore proceſſus, in apoſtillis vero ſua manu factis negat ipſum corpus delicti, quia dicit factas fuiſſe à ſe, prout nunc videntur ad imitationem, reſpectu ſcilicet quantitatis numeri, qui erat in corpore proceſſus, & licet vna ex illis videatur correcta, ſeu alterata, tamen id euenisse errore, quia ſæpe ſcribendo, maxime numeros per abachum, fallimur, vt *fol. 124. fac. 2. & fol. 143.*
9 præterquamquod reſpectu apoſtillarum cum non † ſint de corpore ſcripturæ, ne ſuper eis poſſit fieri aliquod fundamentum, etiam quod falſo ſcriptæ eſſent, non incurrit aliqua pœna, prout in ſpecie reſpondit Vulpell. *conſil. 129.* cui ſubſcripſerunt quattuor alij celeberrimi Iuriſconſulti, *per totum, maxime ſub num. 6. 17. & 21.* idem Vulpell. *conſ. 135. num. 10. & 13.* quod non obſcurè tradit & Rota apud Farinacc. *deciſ. 65. num. 6.* Petrus Antonius Angui. *conſ. 23. in princip. lib. 3.* Crauett. *conſil. 637. num. 13. lib. 4.* prout etiam hoc optime nouit D. Piperarius, dum *fol. 124. fac. 1. & 143. fac. 2,* inquit credidiſſe

Digitized by Google

diſſe ſibi licere ſcribere in margine ſui proceſſus quid-
quid vellet,cum ſuper apoſtillis marginalibus non ferã-
tur ſententiæ, nec ſuper eis fiat fundamentum.

Non etiam eſt conuictus teſtibus, tum quia depo-
nunt quidem ſuo iudicio videri alteratum proceſſum,
ſed nemo ex illis dicit, nec dicere poteſt fuiſſe alteratũ
10 à D.Piperario, nec ab aliquo alio, quo caſu † licet
appareat raſura non præſumitur falſitas, quando igno-
ratur à quo fuerit facta Menoch. *lib.5.præſumpt.10.num.
58.*tum quia vti periti debuerunt eligi de confidentibus
11 partium. & ſic etiam inquiſiti, vnde illi † non no-
cent, vt in ſpecie ſcribit Vulpell. *conſ.135.num 3.* tum
denique, quia hoc ſuper quo depoſuerunt eſt atteſta-
tio de iudicio, quæ neceſſario non concludit, ſicut con-
cludere debent probationes in criminalibus, cum de
facili falli poſſint, & ob id comparatio litterarum ad
probandam falſitatem, quia eſt atteſtatio de iudicio
12 ne dum non facit plenam probationem, † ſed nec e-
tiam inditium ad torturam, niſi alia concurrant, Curt.
Sen. *in l.admonendi,ſub num.*115. & ibid.Purpur. *numer.*
187 *ff. de iureiurand.* Vlpell. *conſ.* 135. *num*.14. Baiard.
ad Clar. §.*falſum,num.*108. Crauett. *de antiq.temp.par.*1.
§.*quæritur,num.*72. Maſcard. *concl.*330.*num.*25.*&* *concl.*
626.*num.*30. Farinacc. *conſ.*70 *num.*14. Thomas Triuiſ.
*deciſ.*52.*num.*28.*lib.*2. & certe qui videret dictos nume-
ros alteratos, niſi prius eſſet informatus de negotio,&
de vero numero,non poſſet affirmare, quod dicti nu-
meri antea potius notati eſſent ſecundum verum nume-
rum, quam alio modo; credite quia qui vidit, perhi-
bet teſtimonium.

Sicuti nec officit depoſitio D.Zacchi, tum quia agi-
tur de ſua laude, vel vituperio, ſi minus diligenter ſcri-
pſit, vnde non probat, tum quia videtur impoſſibile,
quod præciſè recordetur ſe non erraſſe in tranſcribendo;
tum deniq;quia ignorat à quo fuerit facta alteratio.

Non denique eſt conuictus præſumptionibus, quia
falſitas in criminalibus ad effectum condemnandi de-
13 bet † probari per probationes neceſſario concluden-
tes, gloſſ. *in l.iuriſgentium,§.quod ſere, in verb. contra-
rium*, & ibi Bald. *ſub num.*1. Iaſ. *num* 10.*ff.de pact.* Alex.
*conſ.*74.*num.*1.*volum.*1. Riminald.Iun.*conſ.*113.*numer.*1.
Becci. *conſ.*78.*numer.*11. Surd. *deciſ:*82.*num.*4. Bertaz.de
communi, *conſil.criminal.*287.*n.*4. Menoch. *conſil.*221.
*num.*6. Honded. de communi. *conſil.* 109. *numer.*13. *vo-
lum.*1.

14 Et multo concludentius, † quam in criminibus, De-
ci.*conſil.*174.*ante num.*5. *verſic. Quib.tamen non obſtanti-
bus,&c.* Cephal. *conſ.*230.*num.*21. Grammatic. *conſ.cri-
minal.*33.*num.*15.*&* *conſil.*41.*numer.*11. Becc. *conſil.*78.
*ſub.num.*11.

15 Et debent tales probationes † eſſe luce meridiana
clariores, Surd. *dec.*292.*num.*17. Storz.Odd. de cõmu-
ni, *conſ.*62.*num.*3.& denique ita concludere falſitatem,
16 vt aliter † eſſe non poſſit, quin fuerint commiſſa,
Ceph. *d.conſ.*230.*num.*20. Bertaz.*conſ.criminal,*140.*n.*
10 Becc. *d.conſ.*78.*ſub num.*11. Honded. *conſil.*109. *nu-
mer.*14. *vol.*1. Ob idq; non ſufficiunt coniecturæ, &
17 præſumptiones † in criminalibus ad condemnandum
pro falſitate, Cephal. *conſ.*287.*num.*7. Burſatt. *conſ.*311.
*num.*85. Surd. *deciſ.*282.*num.*15. Farinacc. de communi
*conſ.*11.*ſub num.*34. quia falſitas non dicitur de his, in
18 quibus † veritas aliter haberi non poſſit, idem Surd.
19 *conſil.*132.*numer.*74. ſed ceſſat poſſibili veritate † in
eſſe poſita, quod non fuerit commiſſa, Gabr. *conſil.*
180.*num.*4.*lib.*1. Bertaz. *conſil.ciuil.*53.*num.*21.*&* *conſil.
crimin.*194.*num.*13. Honded. *d.conſ.*109.*num* 15.*volum.*
1. Becci. *conſ.*78.*ſub num.*11. Surd. *conſ.*173. *num.*40.*&*
*dec.*282.*num.*14. Farinacc. *conſ.*60.*num.*17.*circa finem*,
vbi cum non habemus certam, veritatem verſamur in
20 dubio, & in dubio † falſitas non præſumitur, nec
quem falſum fabricare. Bertaz. *conſ.crim.*37.*numer.*14.
Deci. *conſ.*174.*alias eſt* 175. *numer.*4.*in fine*. Rota apud
Farinacc. *dec.*67. *num.*5. idem Farinacc. *conſ.*37. *num.*5.
& *conſ.*50.*num.*50. Burſatt. *conſ.*152.*num.*44. Socin.Iun.
*conſ.*37.*num.*29.*volum.*2. ſed pro illius excluſione ſemper
21 vbi poteſt eſſe, quod non fuerit commiſſa † ab ali-
quo,in dubio iudicandum eſt, Socin. Iun. *conſ.*61.*num.*
9.*volum.*2. Honded. qui plures allegat, *d.conſ.*109.*num.*
57.*volum.*1.

22 Quinimo vt falſitas euitetur,facienda † eſt omnis in-
terpretatio etiam extranea, & adhibenda exceſſiua
ſubtilitas, Cagnol.*in l.ſingularia,num.*50 *ff.ſi certum pe-
tat.* Iaſ. *conſ.*153 *num* 14. *volum.*2. Riminald. Iun. *conſ.*
345.*num.*44. Bertaz. *conſ.crim.* 61. *num.*36.*&* *conſ.*140.
*num.*8. Menoch. *conſ.*422.*num.*4.*&* 5. Addent.ad deciſ.
Farinacc.64.

23 Et propterea fit diſtinctio † loci, temporis. & ſcri-
pturarum, Alex. *conſ.*70 *num.*1. *volum.*1. Grammatic,
*conſ.ciuil.*65.*num.*15. Camil. Borel. *conſil.* 6. *num.* 39. &
24 vt euitetur falſitas præſumitur pluralitas, † actuum,
& verba impropriantur, & ficte intelliguntur, Surd.
*deciſ.*282.*numer.*5.*&* 13. Gabr. *conſ.*180. *num.*16. *vol.*1.
25 recedimus a regulis iuris, Folletius *in conſil.*139. *num.*
13.*volu.*1.*criminal.diuerſor.magn.impreſſion.* ſubauditur
dictio *Quondam*, Grat. *conſil.*99. *num.*11. *volumin.*1. &
26 macula,quæ reperiretur in ſcriptura præſumitur † per
accidens eueniſſe, idem Gratian. *conſil.*101. *num.*9.*vo-
lum.*1.

27 Immo, † vbi conſtaret de falſitate, præſumeretur
potius error, quam dolus, vt delictum excluderetur,
Soarez *in theſauro commun.opinion.in verb.falſitas num.*
18. pulchre Honded. *conſ.*109.*num.*19.*volum.*1. Farinac,
*conſil.*18.*num.*6. addentes ad dictam Farinacc. *dec.*64.
litter.A. Pariſ. *conſ.*169.*nu.*56.*&* 57.*volum.*4. Et quan-
do copia reperitur diuerſa ab originali,præſumitur erro-
28 re id eueniſſe,non autem mediante falſitate, Caſtrenſ.
*conſil.*203.*ſub numer.*2.*volum.*2. Crauett. *conſil.*350. *vo-
lum.*2.

Si igitur prædicta iura ſunt, prout de hoc dubitari
non debet, ſequitur, quod D. Piperarius aliquibus
præſumptionibus non poſſit dici conuictus de aſſerta
falſitate.

Ad contraria autem non eſt difficile reſpondere,
nam quo ad recognitionem factam per peritos, & ſu-
perius, *in verſic. Non eſt etiam conuictus teſtibus*, ſuffi-
cienter eſt reſponſum. Sicuti etiam *in verſic. Prædictis
tamen non obſtantibus*, demonſtraui apoſtillas eius ma-
nu factas, licet eſſent falſæ,non releuare, & dum argui-
tur de accuſatione ridicula, quia dicat ſe feciſſe apo-
ſtillam ad imitationem numeri, qui erat in corpore,
fallitur Fiſcus credens eum voluiſſe dicere, quod imita-
uerit alterationem, nam hoc non dixit, nec voluit di-
cere, ſed quod imitauit quantitatem, quæ erat in cor-
pore; alteratio vero quæ videtur in ſua apoſtilla, di-
cit cauſatam errore, cum ſæpe fallamur ſcribendo nu-
meros,& vt dixi,in omnem caſum falſitas apoſtillæ mar-
ginalis non obeſt.

Quo vero ad id quod dicebatur, tenutam terrarum
decretã fuiſſe, & calculum fructuum factum, & con-
firmatum iuxta dictas alterationes, & vtriuſque execu-
tionem ſæpius tentatam fuiſſe à D. Piperario, hoc ne-
ceſſario non conuenit, quod ipſe fecerit dictas altera-
tiones, poteſt enim eſſe, quod vel errore euenerit, vel
ab alio facta fuerit, quamuis deinde tentauerit obtine-
re quantitatem in eis contentam.

Neque poteſt deduci aliqua præſumtio contra eum,
quod ad ſui inſtantiam emanauerit mandatum tenutæ,
iuxta dictam quantitatem alteratam, & calculus fru-
ctuum, quia veritas apparet in contrarium, nam ipſe
inſtetit decerni ſibi tenutam ſtabilium, de quibus in
calculo aſſignationis, vt in proceſſu excutionis,in quo
calculo continebatur vera quantitas bubulcarum 110.
per relationem ad æſtimationem, non autem illa alte-
rata; vnde non eſt in culpa, ſi ſibi plus datum fuit,
quam petierit, nec erit aliqua ſuſpicio, quia non ſe re-
tulit ad quantitatem alteratam, ſicuti veriſimiliter fe-
ciſſet, ſi eam alteraſſet, & fuiſſet ſuæ intentionis obri-
pere quidquam, vltra quam deberetur: prout ceſſat
etiam in relatione calculi fructuum, quia ex eius lectu-
ra colligitur calculatores non deduxiſſe eam quantita-

tem

tem ex numeris alteratis, ſed ex inſtrumento in eo re-
29 lato, vtique † autem ceſſio iuris præſumptiones ce-
dere veritati, *l.final.in princip.ff.quod met.cauſ.leg.ſcri-
ptura,in fine,ff.de iure doti.* Surd.*conſil 7.num.61.* Quam
Dom. Piperarij innocentiã etiam probo hoc pacto; nã
aut volumus manifeſtas eſse dictas alterationes, &
redolere vitiationem, & tunc certum eſt, Iudices, nec
calculatores feciſse fundamentum, nec deduxiſse quã-
titatem à dictis numeris alteratis, quia orta ſuſpicione
falſi voluiſsent videre originale, aut dicimus alteratio-
nes non eſse euidentes, & tunc dico, quod non con-
ſtat de corpore delicti, & ſic de falſitate.

Et licet D. Piperarius ſciret ſibi non deberi quantita-
tem decretam, tamen non habemus legem, quæ puniat
illum, qui accepit id quod ſibi indebite datur à Iudice,
ſi illud non petijt.

Præcipue quia ſi non iure fideicommiſſi auiti, ſaltem
iure reintegrationis d. fideicommiſſi diminuti à patre
prætendebat d. quantitatem alteratam, vti de bonis pa-
tris, prout ſuperius dixit in ſuis vltimis conſtitutis, ſub-
dẽs, quod ſibi relatum fuerat à D. Surdo, pro prædicta re-
integratione poſse agere ad bona paterna, etiam con-
tra tertios poſseſsores, cum in aſſignatione remanſiſ-
ſet vna cum ſuis fratribus creditor de libr. 5443.

Et quamuis prætextus non ſit in iure verus, cum
non detur hypotheca pro hac reintegratione, tamen ha-
bebat aliquam probabilem rationem, maxime quia
hoc audiuerat à tam celeberrimo I.C. qualis erat Dom.
30 Surdus, & quia ſicuti datur hypotheca † in bonis fi-
deicommittentis, vt per Surdum in hac cauſa *deciſ.76.*
ita potuit equiuocando credere, quod daretur etiam
in bonis grauati pro fideicommiſso diminuto; iuris autẽ
31 ignorantia † excuſat à dolo, Farinacc. *queſt.90.num.
91.*

Nec refert, quod pro dictis libris 5443. fuiſset facta
aſſignatio in quibuſdam terris Tumbæ, & Suzzariæ,
quia dicta bona non erant explicita, & per aſſignatio-
nem ſimplicem quis non dicitur ſatisfactus, niſi cum
effectu conſequatur rem aſſignatam, & ideo poterat
licite, & iuſte credere, ſibi licere conſequi ſuam ſatiſ-
factionem in bonis oportunioribus, & magis explicitis,
animo contentandi ſe vnica ſolutione.

Vbi autem falſum habet aliquod primordium verita-
32 tis, † tunc non dicitur falſum, nec eſt punibile, *leg.
cum filiusfamilias, § hæres meus*, vbi Alberic. Bartol. &
Imol. *ff.de legat.2.* Crauett. *conſil.46.num.8.* Clar. *§.fal-
ſum, verſic. præterea excuſatur*, & ibi Baiard. *in addit.n.*
301. ſicuti & falſi non tenetur, qui verum dixit, licet
33 † falſam cauſam, & prætextum addiderit. Bertazol.
34 *conſ. criminal. 8. num. 26.* quia † vt falſum puniri poſſit,
debet conſtare de vero dolo; adeo vt nec ſufficiat lata
culpa, Vulpell. *conſ.129.num.20.* Honded. *conſ.105.n.
85. & conſil. 109. numer. 17. & 32. volumin. 1.* ceſsante
35 † vero dolo non eſt locus etiam pœnæ extraordinariæ,
Honded. *d. conſ.105. num.86.* Bertaz. *conſ.38. num.21.* à
36 quo dolo † quælibet cauſa excuſat, vt in ſpecie falſi-
tatis tradit Bertaz. *conſil.criminal.38.num.7. & conſ.71.
num.40.*

37 Sed quatenus admitteremus † reſultare aliquas ſuſ-
piciones contra D. Piperarium, reſpondeo ſigillatim, &
ad id quod falſitas probetur coniecturis, & ſuſpicio falſi
habeatur pro falſo, dico procedere in ciuilibus, nõ autẽ
in criminalibus, niſi ad inquirendum, & capturam
tantum, & non vltra, prout clare ſupponunt omnes,
quos ſuperius deduxi ad probandum, quod in crimi-
nalibus falſitas non probetur, niſi per probationes ne-
38 ceſsario † concludentes, & ſpecifice, ita declarant
Socin. Iun. *conſ.61.num.11.volum.2.* Sforz. Odd. qui plu-
res allegat, & teſtatur de communi, *conſ.62.num 5.6.
& 7.* Surd. *conſ.132.num.62.* Honded. vidend. *conſil.109.
num.64.volum.2.* vbi & ipſe multo plures cumulat, &
ſecundum hanc interpretationem debet intelligi Statu-
39 tum, quod vult † præſumi contra eum, ad cuius com-
modum tendit falſitas, & vſus eſt ea, iuxta tradita in
materia hac falſi à Ioſeph Ludou. *deciſ. Lucenſ.15. num.
57.* Anchar. *§.hoc Statuto, concl.24.ſub num.5.* Surdus,
deciſ.28.num.23.

40 Ad id, quod ſcriptura falſa reperta apud † aliquem
præſumatur falſificata ab eo, reſpondetur hoc procede-
re poſse, quando fuit tantum penes illum, ſecus ſi ap-
pareat fuiſse in manibus multorum, prout conſtat fuiſ-
ſe iſtum proceſsum alteratum, ita declarat Sforz. Odd.
conſil 62.num.6.

Non obſtat etiam, quod vtens ſcriptura falſa præſu-
matur falſificata ab eo, reſpondetur hoc procedere poſ-
ſe, quia dico D. Piperarium non fuiſse vſum dictis alte-
rationibus, ſed tantum mandato iudicum, & calculo,
in quibus conficiendis ſupra, *in verſic. Quo vero ad id o-
ſtendi*, non fuiſse habitam rationem ad numeros alte-
ratos.

41 Præterea iſtud † non procedit in viro bonæ famæ,
ſed tantum malæ, & deploratæ conditionis, Farinac.
qui alios citat, *conſ.60.num.18.*

42 Et denique reſpondeo, quod vbi etiam vigent † ta-
les ſuſpiciones falſi, quæ aliquid operari poſsent contra
inquiſitum tamen, ſi pro eo adſunt contrariæ præ-
ſumptiones, hæ vincunt, & elidunt illas, adeo vt om-
nino abſolui debeat tam ex diſpoſitione noſtri Statuti,
*ſub d.rubr.de crimine, & pœna falſi, ſub verſic. addenr-
tes, quod ſi quis quam de iure communi, l.2.* & ibi Bald. *C. de
falſis*, Surd. multos allegans, *conſil.151.num.118.* Ba-
iard. ad Clarum, *§. falſum, num.231.*

Hæc autem vigent quamplures, & fortiores ijs quæ
in contrarium conſideratæ fuerunt, prima eſt quia in
fronte ipſius met proceſsus, qui dicitur alteratus, in li-
bello comparitionis Dominorum Piperariorum in ſub-
haſtatione patris, *fol.2.* explicite petunt tantum de ter-
ris Ranarij bubulc. 110. cum dimidia in eodem etiam
proceſsu in inuentario, *fol.195.* & inſtrumento diuiſio-
nis, *fol.229.* conſtat has terras non fuiſse maioris quan-
titatis, & *fol.15.fac.1.* non legitur alterata illa pertica ter-
ræ bubulc. 103. in æſtimatione, *fol.55.* explicite ponitur
tantum quantitas bubulcarum 110. quæ tamen loca vti-
que debuiſsent alterari, & vitiari, quia ad illa præci-
pue recurrendum erat pro habenda vera quantitate, ſi
doloſe, vt præſuponitur, fuiſset vitiatus dictus proceſsus,
& quia ex eis de facili poterat apparere, & deprehendi
falſitas.

Secunda eſt, quia originale remanet intactum apud
notarium, ex quo poterat pariter detegi falſitas.

43 Tertia, † quia multæ aliæ factæ fuerunt copiæ eiuſ-
dem proceſsus, ex quibus veritas haberi poterat, vbi
autem falſitas de facili potuiſset detegi, non præſumitur
commiſsa, Crauett. *conſ.75.num.19.volum.1.* & melius
Vulpell. *conſil.129.num.24* non enim poteſt cadere in
mentem ſenſati viri, vt Dominus Piperarius voluiſset
committere falſitatem, & in eodem proceſsu relinque-
re principaliora loca, ex quibus detegi poterat intacta.

44 Quarta ex prædictis reſultat præſumptio, quia falſi-
tas iſta diceretur commiſsa palam, quod tamen non
præſumitur, Gabr. *conſ.169.num.9. volum.1.* Menoch.
conſil.248 num.12. & conſ.380.num.14. & 17. & ideo di-
cit Becci. *conſ.78.num.21.* quod falſitas non facile com-
mitti ſolet in iudicio, & apud acta.

Quinta eſt, quia ad iudices, vel calculatores ſolent
deferri ſemper duo proceſsus; vnde poterat dubitare
falſitatem non habituram effectum, ſi reſolutum fuiſset
ſuper proceſsu aduerſæ partis.

Sexta eſt, quia abſque falſitate poterant D. Pipera-
rij petere dictas terras ab initio in libello, eodem effe-
ctu, qui poterat ſequi ex falſitate; non præſumitur au-
45 tem, † quod quis velit obtinere cum falſitate, id quod
conſequi poterat alia via licita, Bertaz. *conſil. criminal.
8. num. 40.*

Septima inde deducitur, quia indiſtincte D. Pipera-
rius permiſit proceſsum illum peruenire in manib. mul-
torum, & maxime aduerſariorum, quod veriſimiliter
non feciſset, ſi eum falſificaſset, præcipue, quia facillime
poterat detegi alteratio, tam ex ipſo met proceſsu, quam
ex proceſſibus aduerſantium.

Octaua

Digitized by Google

Octaua eſt præſumptio, quia erat in facultate ipſius inquiſiti, reducendi iſtos numeros alteratos ad iuſtam quantitatem, & euitandi vexationem, quod cum non fecerint, ſignum eſt conſcientiæ non culpabilis.

46 Nona, † quia in hac cauſa Sereniſſimus Princeps ſe interpoſuit & multas decretationes in ea fecit, coram quo non præſumitur committi falſitas, Bero. *conſil.21. num.3. volum.3.*

Decima eſt, quia Domini fratres de Piperarijs remiſerunt aliquibus conſortibus huius litis egregias pecuniarum quantitates, aſcendentes ad plura milliaria ſcutorum, vnde non eſt veriſimile, quod poſtea pro quãtitate, quæ nullius eſt conſiderationis, reſpectu quantitatum remiſſarum, inquiſitus voluiſſet committere falſitatem, quia illa non præſumitur committi pro modico lucro, & commodo, Roland. *conſ.38.num.36.volum.1.* Menoch. *conſ.98.num.28.* Natt. *conſ.314.num.10.& conſil.394.num.35.* Gabr. *conſil.169. num.11. volum.1.* maxime à viro honorato, Bertaz. *conſil.criminal.398.num.10.* Vulpell. *conſ.129.ſub num.23.* Menoch. *conſ.221.numer.1.& conſil.380.num.12.*

48 Vndecimam facit præſumptionem ad excludendam ſuſpicionem falſitatis, bona fama D. Piperarij, Bertaz. *conſil.crimin.71.num.49.& conſ.247.num.7.* Ceph. *conſ.230.num.18.* Menoch. *conſil.248.num.44.* Farinacc. *con-*
49 *ſil.12.num.11.* † Et quod ex qualitate perſonæ nobilitate, & bona fama diluantur ſuſpiciones falſi etiam vrgentes, late tradit Honded. *conſ.109.n.38.& 39 vol.1.*

Duodecima, & vltima præſumptio ad excludendam falſitatem oritur inde quod D. Piperarius exiſtens in libertate pluries vocatus ſponte ſe præſentauit, & ex ſua
50 ſpontanea comparitione fuit detentus, Ioan. Iacob. de Leonard. inter conſilia Soc. Iun. *conſ.39. num.35. volum.2.* Menoch. *conſ.422.num.11.* Claud. Vacar. *in tractat. de excuſation. à crimine falſi, num.22.*

Et ex his omnibus pato reſoluta contratia, tam reſpectu Fiſci, quam accuſatoris.

Sed vltra prædicta, reſpectu accuſatoris, vbi etiam probaretur, quod negatur, falſitas, modicum verſatur eius intereſſe, tum quia Doctores videntur intelligere,
51 vt † quis cadat à cauſa falſificando acta, quando falſificat originalia, quia in falſitate copiæ nullum verſatur præiudicium, ex quo veritas ad libitum haberi poteſt, vt conſiderat Monald. *conſ.72. ſub num.58.* tum quia Statutum, quod in hoc particulari attendi debet, exp eſſe diſponit, vt cadat tantum ab articulo, cuius reſpectu commiſſa eſt falſitas *in verſic. Si vero fuerit perſona priuata*, ibi cadat a cauſa, & à iure ſuo in eo, & ſuper eo, ſuper quo, & propter quod falſum commiſerit, quod in caſu iſto eſſet reſpectu bubulcarũ 13. terræ cũ fructibus, in quibus iam re ipſa mulctatus remanſit, quia numquam illas, illoſque conſecutus eſt.

Præterquam quod non potuiſſe præiudicare ſuis fratribus, qui non fuiſſent participes huius aſſertæ falſitatis, iuxta vulgares regulas, quod alteri per alterum non inferratur iniqua conditio, & quod ex facto vnius alter puniri non debeat.

Accedo ad ſecundum articulum huius primi capitis inquiſitionis, an ſaltem poſſit inferri tortura ipſi inquiſito ex reſultantibus ex proceſſu, & videretur concludendum affirmatiue, ipſum torqueri poſſe, per tradita à Me-
52 noch. *lib.* † *1. præſumpt. queſt.99. num.10.* poſt alios, quos allegat, vbi circa ſuſpicionem falſi agens, quos effectus producat, diſtinguit duo capita, primum circa vitium patens, ſecundum de latenti: circa ſuſpicionem orientem ex vitio viſibili, prout ex litura, vel raſura, vt in caſu iſto, in quo inquiſitus met fatetur ex viſione apparere alteratos fuiſſe numeros, inquit *d. num.10.* ex tali ſuſpicione reum torqueri poſſe.

Verum in caſu iſto ego ſecus opinor, primo quia ex deductis in præcedenti articulo, maxime *in verſic. Ad contrarium autem*, oſtendi aſſertas ſuſpiciones de facili euitari; adeo vt non inferant aliquam præſumptionem contra D. Piperarium.

Secundo, quia vt dixi, ſuſpiciones falſitatis contrarijs
53 præſumptionibus † tolluntur, ſicuti & generaliter in omni delicto inditia ad torturam contrarijs inditijs diluuntur, Bart. *in l.1. §.1. num.2. in ſecundo notabili, ff. de queſtion.* Angel. Aretin. *de malefic. in verb. quod fama publica, num.34.* Alex. *conſ.18. num.10. lib.2.* Caſtr. *conſil.328. ſub num.3. volum.2.* late Farinacc. *quæſt.38. num.110. cum ſeqq.* Bertaz. *conſ. crimin.221. num.9.*

Tertio, quia quidquid dicat Menoch. *d. quæſt.99. nu-*
54 *mer.10.* ex ſimplici ſuſpicione falſitatis † oriente ex vitio etiam viſibili, & ex eo quod quis vtatur dicta ſcriptura, non reſultat inditium ad torturam, ſed tantum ad inquirendum, & capturam, niſi alia concurrant, Blãcus, *in tractat. de inditijs ad torturam, num.422.* Soc. Iun. *conſ.61. num.11. vol.2.* Odd. *conſ.62. numer.5.& 6.* Surd. *conſ.232. num.62.* Honded. *conſil.109. num.64. volum.1.* Grat. *conſil.60. num.17. volum.2.*

55 Et multo minus, quando talis ſcriptura fuit in manibus multorum, quia tunc non oritur ſuſpicio contra eum, qui vtitur, & habet penes ſe illum, vt dixi ſupra ex Sforz. Odd *d. conſ.62. num.6.*

56 Neque Doctores allegati à Menochius, dicunt quod ex ſimplici vitio viſibili, quis torqueri poſſit; nam in caſu Alexandri aderant ſex inditia, & illud erat minimum ex eis, prout Filinus, & Pariſius loquuntur in diuerſis inditijs ab iſto, & valde grauioribus, Grat. vero tenet contrarium per totum dictum *conſ.60. volum.2. maxime num.17.* Et ipſemet Menochius ibi non aſſẽtit huic opinioni, ſed remittit totum hoc negotium in Iudicis conſcientia.

57 Quarto, † non poteſt torqueri, quia vbi etiam cõſtaret de falſitate præſuppoſita, hæc non eſſet punibilis, nec ordinariè, nec extraordinariè, vt ſtatim deducam in ſequenti articulo, pro habenda autem veritate delicti, de quo ſi conſtaret quis non puniretur, tortura nullo pacto inferri poteſt, Alba *conſ.56. num.36.& 37.* immo nec poteſt formari inquiſitio, Farinacc. *quæſt.17. n.1.* quando enim modus probandi eſt grauior modo cõdemnandi, non infligitur tortura, Crauett. *conſ.137. ſub num.11.& conſ.760. num.4.* & tortura eſt prohibita, quã-
58 do ex ea † nullus ſequi poteſt effectus, Gabr. *conſil.178. num.20. volum.2.*

Capio tertium articulum huius primi capitis inquiſitionis an D. Piperarius poſſit ſaltem puniri aliqua pęna extraordinaria, & videretur reſpondendum, quod ſic
59 quia ex ſuſpicionibus in crimine falſi pænæ † extraordinariæ locum eſſe, ſcripſerunt, Menoch. *de præſumpt. lib.1. quæſt.99. num.11. iuncto fine dicti numeri, verſic. Porrò quando hic, &c.* Farinacc. *conſ.50. num.4.* apud quos alij habentur, *& conſ.11. num.1.* vbi add. *& conſil.23. ſub num.20.*

Oppoſitum nihilominus verius eſt in caſu iſto ex multis.

60 Primo, † quia illi, qui tenent hanc extraordinariã pęnam imponi poſſe, loquuntur, quando ſuſpiciones ſunt vehementes, & quando non deſtruuntur contrarijs præſumptionibus, ita declarat Menoch. loco proxime citato, Crauett. *conſ.73. ſub num.19.* & cæteri omnes, in propoſito autem caſu ſuſpiciones ſunt pro ſe leues, vt probaui in reſponſione ad contraria primi articuli, vel ſaltem ſi non omnino deſtruuntur, leuiſſimæ redduntur per contrarias coniecturas, adeo vt nulli omnino pænæ locus eſſe queat, prout ſcribit Menoch. *dict. quæſt.99. ſub num.11. verſic. nam tunc nulla indici debet pæna.*

61 Secundo, † quia hæc prætenſa falſitas commiſſa eſt tantum in calculatione nummorum, in quibus non eſt punibilis, textus eſt capitalis, *in l. quid ſit falſum, in fine, ff. ad leg. Cornel. de falſis*, cuius verba ſunt. *Quid ſit falſum quæritur, & videtur id eſſe, ſi quis alienum chirographum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat. non qui alias in computatione, vel in ratione mentiũtur*, & ita tradit Borel. *conſil.66. num.14.* & rationem reddit Dionyſius Gottifred. *ad d. l. quid ſit falſum*, quia in eo errorem communem etiam prudentioribus prætexere poteſt, & ideo Statutum, *ſub rubrica de modo, & forma obſeruand. in confection. public. inſtrument. §. Præ-*

terea

Digitized by Google

tertia volumus, diſponit expreſse, quod numeri de-
beant per extenſum deſcribi, & non per ſigna, & Aba-
chum; ea ratione quia de facili in eis erratur, & per cō-
ſequens videtur etiam, quod Iudices non poſſint ſe fun-
dare in iſtis numeris, ſed debeant recurrere ad inſtru-
menta citata.

62 Tertio Statutum † punit tantum illum, qui falſificat
ſcripturas publicas, quibus inter tertias perſonas ſtari
deberet, & fides adhiberetur, vt in principio, *ſub rubr.
de crimine, & pœna falſi*, cum autem proceſſuum co-
piæ non ſtetur inter tertias perſonas, niſi poſtquam fue-
rint authenticati, vt notum eſt in hac patria, copiam
proceſſus quæ contra tertium producitur non facere fi-
dem, niſi ſit authentica, & authenticatio de iure fieri non
poſſit niſi præcedente auerratione cum originali; ſequi-
tur, quod pro aſſerta hac falſitate huius proceſſus, quid
non probaſſet inter tertias perſonas nulla ſit impoſita
63 pœna; Statuta enim ſunt ſtricti iuris, † & tantum ſolum-
modo diſponunt, quantum loquuntur, & non vltra,
Bald. *in l. teſtamentum non ideo in fine, Cod. de teſtament.*
Maluaſ. *conſ. 74. num. 6.* Ceph. *conſ. 277. nu. 26.* Roland.
conſ. 55. num. 13. vol. 1.

Quarto vbi originale actorum remanet intactum,
64 tunc licet falſetur copia, tamen quia † exiſtente origina-
li vero veritas non mutatur, falſitas non dicitur nocere,
nec nocere poſſe, & per conſequens non poteſt aliqua
pœna puniri, ita in terminis tradit Franciſc. Monald.
conſil. 72. ſub num. 58. volum. 1.

Quinto, (& aduertatur ad hoc, & ſequens fundamen-
tum, quia ſunt iudicio meo ineuitabilia) ad hoc vt falſi-
tas aliqua pœna puniri poſſit, tria copulatiue requirun-
tur, primo, quod fuerit mutata veritas, ſecundo, quod
65 dolose, tertio, quod † mutatio nocuerit, vel nocere
potuerit, Affl. *&t. deciſ. vltim. num. 8.* Caſtrenſ. *conſil. 157.
volum. 1.* Gabr. *conſ. 169 num. 14. & conſ. 150. num 6. vo-
lum. 1.* Baiard. ad Clar. §. *falſum. num. 7. & nu. 25.* Ber-
taz. *conſ. crim. 71. num. 51.* Franciſc. Monald. *conſ. 72. nu-
mer. 57. volum. 1.* Honded. *conſ. 109. num. 55. volum. 1.* Ca-
mill. Borell *conſ. 66. num. 1.*

66 In illo autem primo requiſito † mutationis veritatis,
non dicitur mutata, ſi aliquid, quod erat vno modo,
redigatur in alium modum, ſed requiritur, quod mute-
tur ſubſtantia veritatis, & negotij, de quo agitur tali-
ter, quod ex ea mutatione mutetur ius, ita ſentiunt om-
nes Doctores, dum loquuntur in hoc propoſito de mu-
tatione veritatis, & expreſſe Crott. *conſ. 36. num. 25.* &
Borell. *conſ. 66. ſub num. 1. circa finem*, vbi licet combu-
ſtus fuerat quidam liber, in quo aderat deſcripta vna
partita, & fabricatus alijs ſine vlla, non dicitur mutata
veritas, quia non mutabatur ius, nec ſubſtantia nego-
tij, & ita etiam ſupponit Baiard. ad Clar. § *falſum, nu-
mer. 198.* dum requirit, vt mutetur rei ſubſtantia.

In propoſito autem caſu, vtique veritas mutata non
fuit, quia alterata eſt tantum petitio, non autem inſtru-
menta, neq; probationes, in quibus fui dabatur, quæ peti-
tio tamen non fecit, vt iſtæ 13. bubulcæ terræ, quæ alias
non erant ſubiectæ fideicommiſſo, illi ſubiectæ fuerint;
ſed non plus poterant de iure obtinere D. Piperarij, me-
diante hac alteratione, ac poterant ſine ea.

67 Quinto, † dicebam in præcedenti fundamento, quod
ad hoc vt falſitas puniri poſſit, requiritur, quod nocue-
rit, vel nocere potuerit, alias, ſi nec nocuit, nec nocere
potuit, aliqua pœna, neque ordinaria, neque extraordi-
naria mulctatur, Caſtrenſ. *conſ. 130. volum. 1.* Soc. Sen.
*conſ. 104. ſub num. 3. verſic. quartus, & vltimus caſus eſt,
& c. volum. 1.* Crauett. *conſ. 46.* Natt. *conſ. 588. num. 21.*
Roland. *conſ. 38. num. 45 volum. 1.* Farinacc. qui infinitos
citat, & de communi teſtatur, etiam reſpectu pœnæ ex-
traordinariæ, *conſ. 11. num. 31.* Bertaz. *conſ. crimin. 21.
ſub num. 3.* & ibi addent. Vulpell. *conſ. 129. num. 9.* vbi de
extraordinaria, Monald. *conſ. 8. num. 14. & 15.* vbi de
communi, *& conſ. 72. num. 59. & 60 volum. 1.* Riminal.
68 Iun. *conſ. 26. num. 33. & 35.* vbi quod ſuper tali † falſi-
tate non poteſt formari inquiſitio, Rum. *conſ. 83. num. 7.
volum. 4.* Matheus Brun. *conſ. 45. num. 3.* Ioſeph. Ludou.
Franciſc. Nigr. Cyriac. Tom. IV.

deciſ. Lucenſ. num. 43. vbi *num. 50.* dicit hodie non ſerua-
ri opinionem eorum, qui tenent ſaltem extraordinariā
pœnam imponi poſſe, Honded. *conſ. 109. num. 49 & 53.
volum. 1.* quam opinionem ſequitur etiam Clarus, *in §.
falſum, ſub num. 35. verſic. ego vero in hac materia*, ſaltē
quando etiam non detecta falſitate nocere non pote-
rat.

. In caſu autem iſto falſitas aſſerta non nocuit, vt no-
tum eſt, quia D. Piperarij non habuerunt has terras, nec
eorum fructus, cum nec conſecuti ſint illos, qui vere ei
debentur, vt videre eſt ex proceſſu executionis: Nec
etiam nocere potuit, nam cum non eſſent vitiata in-
ſtrumenta, nec probationes, ex quibus apparebat has
treſdecim bubulcas terræ non deberi, non poterant ob-
tinere, licet alterata eſſet petitio in maiori ſumma quam
ab initio petitum fuiſſet, cum non attendatur quid peti-
tum, ſed quid probatum fuerit, ſicuti etiam alia ratio-
ne nocere non poterat Dominis Zucconis, nec re-
ſpectu proprietatis, quia ea non poſſidebant, nec reſpe-
ctu fructuum, quia illi fuerunt liquidati ab anno 1586
citra, vt in proceſſu executionis, *fol. 50. fac. 2* & tamen
Domini Zucconi alienauerant has treſdecim bubulcas
terræ, vſque de anno 1585. vt in fide in eodem proceſſu,
fol. 61. fac. 1. non etiam poterat nocere D. Panellæ, quæ
illas poſſidebat, quia non fuerat citata in eo iudicio.

69 Et ſi Fiſcus † vellet dicere, quod nocuit, vel nocere
potuit, hoc haberet probare, Honded. *d. conſ. 109. num.
50. volum. 1.*

Prædicta autem ſine vlla difficultate procederent re-
moto dolo, quod demonſtraui abeſſe in primo arti-
culo, *verſic. neque poteſt deduci*, & *verſic. vbi autem fal-
ſum habet, & c.*

70 Sexto, & vltimo, † vbi res non eſſet clara ad fauo-
rem inquiſiti, ſaltem redderetur valde dubia contra Fi-
ſcum ex deductis in primo, & in hoc tertio articulo; in
dubio autem non poteſt pronunciari, niſi in fauorem
rei, niſi forte prius condemnaretur *Lex Non puto, ff. de
Iur. Fiſc.* in amputatione capitis, adimendo ei negati-
uam.

Deuenio ad ſecundum caput inquiſitionis, quod vi-
tiauerit partitam Ioannis del Prete, in libro memoriali
falſando pretium terrarum, quod erat de ducatis 20.
pro bubulca in ducatis 13. ad hoc vt æſtimatores æſti-
marent minus terras Ranarij, & ſic in ratione ducato-
rum 13. ſicuti fecerunt.

Quod caput deducitur à Fiſco hoc pacto, nam con-
ſtat ex confeſſione D. Piperarij, *fol. 48. 125. 138. & 139.*
quod ipſe fecit in dicto libro numerum ipſorum ducato-
rum 13. vt illum reuiuiſceret, qui etiam manifeſto co-
gnoſcitur nouo, & valde diuerſo atramento deſigna-
tus, conſtat etiam, quod verus numerus eſſe debebat
de ducatis 20 ex inſtrumento ibi citato, cuius fides pro-
ducta eſt in proceſſu criminali, *fol. 69.* igitur falſitas vi-
detur manifeſta, & conſulto facta cum, reſultauerit in
eius vtilitatem, quia à pretio dictarum terrarum æſti-
matores deduxerunt pretium terrarum Ranarij in ratio-
ne ducatorum 13. pro bubulca, vt probatur ex fide pro-
ducta in proceſſu, *fol. 68.* in qua multi Nobiles atteſtan-
tur D. Piperarium faſſum fuiſſe ſe præſentaſſe multos li-
bros priuatos ipſis æſtimatoribus, quando fecerunt di-
ctam æſtimationem, adeo vt mediante dicto numero vi-
tiato, ipſis obrepſerit hanc tenuem æſtimationem val-
de creditoribus damnoſam.

Sed prædicta nec probant falſitatem, nec de ea faciūt
aliquod probabile indicium, nam D. Piperarius non eſt
in hoc faſſus aliquid, quod ſonet in delictum; renouare
enim litteras vetuſtate obliteratas, non reperitur iure
prohibitum, maxime in libro priuato particulari.

Et licet numerus ducatorum 13. non ſit verus nume-
rus, qui debuiſſet reſpondere inſtrumento ibi relato, ta-
men hoc non infert falſitatem doloſam, quia præſumi-
tur id contigiſſe, vel errore primi ſcriptoris, cuius ſcri-
ptura fuit renouata, cum dictum peritorum non no-
ceat, vt dixi in primo articulo, *verſic. Nec etiam eſt con-
uictus teſtibus, & c.* vel errore ipſius D. Piperarij renouā-

tis; nam vt ſuperius probaui, *in verſic. Immo vbi conſtaret*, præſumitur potius error, quam falſitas, præcipue in numeris, & computatione, in quibus non committitur falſitas, *leg. quid ſit falſum, in fine, ff. de falſis*, ea ratione vt ibi explicat Dionyſius Gottifred. & ſupra etiam admonui. quia poteſt ſemper allegari in hoc error, qui etiam occulatiſſimis ſolet contingere in computationibus, & numeris, falſitas namque non committitur ſine animo eam committendi, Bertaz. *conſ. crimin. 71. num. 52.* & ibidem addentes ad eum, *& conſ. 140. n. 11. & conſ. 194. num. 17*, nec eſt punibilis, vbi errore contingit aliqua pœna vel ordinaria, vel extraordinaria, Becci. *conſil. 78. num. 9. 16. & 33.* Farinacc. *conſil. 44. numer. 32.*

Error autem ex eo ſit veriſimilis, quia vt credo, tam ex ipſa met partita, in qua deſcriptus erat numerus librarum, & bubulcarum de facili poterat detegi quot ducati caderent pro qualibet bubulca, quam ſine dubio ex inſtrumento ibidem citato; & falſitas non præſumitur commiſſa, vbi de facili detegi potuiſset, quemadmodum ſuperius probaui.

Et quia ſi voluiſset committere falſitatem, veriſimile eſt etiam quod vitiaſset nomen Notarij rogati de inſtrumento, quod tantum abeſt, vt fecerit, vt imo illius nomē fere obliteratum vetuſtate renouauerit, cauſa facilius inueniendi inſtrumentū, & iuſtificandi talem partitam. Vnde etiam ex hoc redditur veriſimilis cauſa ab eo reddita huius renouationis, vt ſcilicet poſset iuſtificare hanc partitam, quam intendebat denuo deducere, quod apprime congruit renouationi nominis Notarij, quia ſi fuiſset cum falſitate renouata ad effectum æſtimationis prætenſæ, non opus erat renouare nomen ipſius Notarij.

Neque vrgent præſumptiones ex aduerſo conſideratæ, quod conſulto facta fuerit falſitas, cauſa diminuendi æſtimationem terrarum Ranarij, primo quia opus eſset, quod Fiſcus probaſset hanc renouationem factam fuiſſe eo tempore quo facta fuerat ipſa æſtimatio; nam hic
72 manifeſto apparet vim eſse in tempore, † & ob id illud eſt de neceſſitate deducendum, & probandum in inquiſitione falſitatis, vt probant addentes *ad conſil.* Bertaz. *criminal. 157. litter. a.* quod tamen non fuit probatum ab eo, & vbi qualitas deducta, vel neceſſario deducen-
73 da in inquiſitione † non probatur à Fiſco, reus venit abſoluendus, *l. in delictis, §. ſi detracta, ff. de noxalib.* vbi Bart. & alij, idem Bart. *in l. denunciaſſe, §. quid tamen, n. 2. ff. de adulter.* Farinacc. *quæſt. 1. num. 23.*

74 Et eo magis venit abſoluendus D. Piperarius, quia ipſe dicit hanc renouationem fuiſse factam multo poſt dictam æſtimationem, quo caſu, quando quid potuit fieri vno tempore, quo inducitur delictum, & alio quo excluditur, præſumptio ſtat pro reo, quod factum fuerit tempore excluſiuo delicti, Bart. *in leg. non ſolum, §. ſed vt probaui, n. 2. ff. de nou. oper. nunciat.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 2. num. 10.*

75 Quod in ſpecie falſitatis, vt præſumatur diuerſitas temporis ad eam euitandam, ſcripſerunt, Bal. *in l. Imperator, la prima, ſub num. 13. ff. de ſtatu hominum*, Grammatic. *conſ. ciuil. 65. num. 13.* Alexand. *in leg. iuriſgentiū, §. quod fere, num. 8. in fine, ff. de pactis*. Iaſ. *conſ. 153. num. 16. volum. 2. & conſil. 13. num. 15. vol. 3.* Becci. *conſ. 78. numer. 12.* Camill. Borell. *conſ. 6. num. 29.*

Secundo diluuntur aſsertę præſumptiones, quia non conſtat æſtimatores habuiſse hunc librum quando fecerunt æſtimationem; nam non ſequitur, deduxerunt æſtimationem à ſcripturis priuatis, ergo ab hoc libro; quia potuerunt eſse aliæ ſcripturæ diuerſæ, & tamen ad falſitatem conuincendam probationes debent neceſſario concludere, non autem per poſſibile, & hac de cauſa etiam fides producta à D. Zuccono non officit, quia vltra quod non fuit recognita, vt credo, non enim habeo nunc proceſsum, & ommiſso etiam, quod hi omnes, qui fecerunt dictam fidem, habent, vel immediate, vel mediate intereſse in cauſa, non concludit particulariter de hoc libro, ſed tantum dicit fuiſse allatos nonnullos libros priuatos à D. Piperario ad ipſos æſtimatores, qui poteſt verificari in multis alijs libris hoc excepto, & præcipue in illis, in quibus continebantur acquiſitiones aliarum terrarum.

Tertio fides inſtrumenti producta, *fol. 69.* ad probandū quod pretium harum terrarum fuerit de ducatis 20. non autem treſdecim, loquitur de quodam Ioanne Fillarolo, partita vero de quodam Ioanne del Prete, vnde ſi ad euitandum falſum, vbi etiam concordat nomen, & cognomen, præſumitur diuerſitas perſonarum, & quod fuerint datæ eiuſdem nominis, & cognominis, quemadmodum poſt Zabarell. & Abbat. ſcripſere Alexand. *conſ. 190. num. 33. volum. 6.* Iaſ. *conſ. 13. num. 3. & ſub num. 22. volum. 3.* Dec. *conſ. 33. ſub num. 4. verſic. nec obſtante, &c. & conſ. 501. colum. 2. circa finem, & conſ. 209. num. 9.* Maſcard. *concl. 875. ſub num. 2.* idem latè, *concl. 1179. numer. 46.* Surd. *conſ. 530. num. 13. & 14.* Multo magis debet præſumi diuerſitas perſonæ, & debiti, vbi non concordat, niſi nomen multis valde commune.

Quarto, veriſimile non eſt, quod ſi fuiſset allatus liber iſte æſtimatoribus, quod non animaduertiſsent ad hunc errorem, qui colligebatur ex ipſamet partita, & quod noluiſsent videre inſtrumentum ibi relatum, maxime quia pretium erat renouatum diuerſo atramento, ſicuti etiam non eſt veriſimile, quod voluiſsent deducere pretium terrarum Ranarij à dicta partita, quæ loquebatur de 12. bubulcis terræ tantum valde longinquioribus, cum haberent fides in proceſsu de bubulcis 250. vicinioribus in ratione ducatorum 16. vnde cum non attēderint pretium contentum in dictis fidibus, neceſſario concludendum eſt, quod habuerint non vnam tantum, vel duas, ſed multo plures alias ſcripturas priuatas loquentes de ducatis treſdecim, & de longe maiori quantitate bubulcarum, quæ contineatur in dicta partita.

Tertium caput inquiſitionis conſiſtit in eo quod D. Piperarius abraſerit nonnullas lineas à quibuſdam partitis in quodam libro priuato, per quas lineas dictæ partitæ caſsatæ remanebant, & per earum ademptionem viuæ fiebant, ſicuti abraſio euidens eſt, & tales lineas videri abraſas fuiſse fateor, *fol. 50. 51. 119. & 120. & d. fol. 51.* fatetur abraſionem à ſe factam fuiſse de partita Megoni, vnde præſumitur etiam abraſiſse lineas aliarū partitarum, licet hoc non fatetur, dubium autem non
77 eſt, quod † falſitas non tantum ſcribendo, ſed etiam delendo, & abradendo committitur, *l. 1. §. qui in rationibus, ibi, vel rem amouerint*, iuncta gloſs. *ff. de falſis*, Ruin. *conſ. 15. num. 1. volum. 5.* Porti. Imolenſ. *conſ. 7. num. 5.* Vulpell. *conſ. 48. num. 9.*

Verum prædicta non conuincunt eum de falſitate, ſtante eius confeſſione qualificata; nam in locis ſupracitatis, *& fol. 141.* dicit ſe abraſiſse dictas lineas, quia ipſe met etiam fecerat eas, credens, quod dictæ partitæ eſsent deſcriptæ in inuentario, & fuiſsent bonificatæ in ſententijs iam latis, & quoniam cauſa terminata erat, non putabat, quod amplius de ipſis agendum eſset, & ideo prout caſu ſe offerrebant partitæ, illas delineabat, ſed iterum conceſsa cognitione cauſæ, per Sereniſſimū, cum animaduerteret dictas lineas inconſulto factas fuiſ-
78 ſe, dixit illas abraſiſse, quo caſu quis † nō dicitur cōmittere falſum delendo id quod imprudenter, vel errore ſcripſerat, Thomas Docci. *conſil. 158. ſub num. 4. verſic. item non deleuit, &c.* falſitas enim vt dicebam in præcedenti capite, non committitur ſine dolo, & ſine animo eam committendi; confeſſioni autem qualificatæ ſtandum
79 † eſt quoties qualitas aliunde probatur, vel ſaltem habet pro ſe veriſimiles præſumptiones, Gabr. *in tit. de criminalib. lib. 7. concl. 19. num. 11. & 14.* Alciat. *conſ. 453. ſub num. 3. verſic. ſed tamen in caſu noſtro, aliàs eſt conſ. 6. ſub num. 9. lib. 7.* Vulpell. *conſil. 94. ſub num. 10.* Farinacc. *quæſt. 81. num. 153.* Quæ præſumptiones in propoſito caſu non deſunt, quia adhuc extant multæ partitæ debitorum viuæ, quæ non fuerunt inuentariatæ, quarum compenſatio, & bonificatio fuit nouiſſime propoſita; vnde poſſibile, & veriſimile eſt, quod illæ etiam eſſent tales, ſed fuerint inaduertenter poſtea deletæ ab

ipſo

Digitized by Google

ipſo Domino Piperario ex cauſa à ſe allegata.

Et quod partita Megoni, quæ eſt maioris, & conſiderabilis quantitatis ex ipſis, quibus fuit abraſa linea, non fuerit exacta à D. Franciſco fideicommittente, & auo D. Piperarij, & per conſequens, nec ab eo cancellata, mediante d. linea, patet in libro memoriali, *fol.* 51. vbi apparet partem illius debiti fuiſse exactam poſt mortem d. D. Franciſci, de reſidua vero exactione non conſtat alicubi, vnde neceſſario dicendum eſt, talem cancellationem ab eo factam non fuiſſe, quia vbi etiam ea pars, de cuius ſolutione non conſtat, ſoluta fuiſſet eo viuente, non cancellaſſet totum debitum, ſed tantum ex oppoſito poſuiſſet ſolutionem d. partis, & de ea feciſſet ſe debitorem, quam ſolutionem cum ex oppoſito non adſcripſerit, conſequens eſt, vt dicamus nihil eo viuente ſolutum fuiſſe, ſicuti etiam hoc veriſimile eſt, quia ſolutio eius debiti collata erat in diem, ante cuius aduentum ipſe D. Franciſcus deceſſit, & à communiter accidentibus debitores non ſolent ſatisfacere ante diem, vnde etiam non præſumitur facta ſolutio, quia
80 † quod non eſt ſolitum fieri, non præſumitur factum, ſicuti & è contra, Maſcard. *concl.* 825. *num.* 5. ſi nihil fuit ſolutum eo viuente, ſequitur, quod linea, & cancellatio fuerit facta, vel à D. Piperario, vel à D. Alexandro eius patre, ſi à D. Piperario iam habemus intentum, quod etiam potuerit eam delere ſine falſitate, ſi à D. Alexandro, non eſt veriſimile, quod D. Piperarius voluiſſet eam delere, quia talis cancellatio facta à patre reſultaſſet in ſui commodum, ex quo probaretur per eam exactio dicti crediti, quod imputandum eſſet illi in ſuas detractiones, ad commodum ipſius D. Piperarij, & aliorum fideicommiſſariorum, & ſi deleuiſſet non commiſiſſet falſitatem punibilem, quia nemini actu, nec potentia nocuiſset, ſed ſibi potius fuiſset præiudicialis, quatenus tale creditum probaretur inexigibile ab initio ab aduerſarijs, quod non poſſet probari, vbi fuiſset exactum.

Deſtructa igitur præſumptione falſitatis circa primã partitam conſiderabilis quantitatis, a qua D. Piperararius faſsus eſt ſe abraſiſse lineam, remanet etiam exoneratus à præſumptione falſitatis aliarum, tum quia licet confeſsus fuerit abraſionem tamen non eſt comfeſsus eam à ſe factam fuiſse in illis, cum etiam de hoc non fuerit interrogatus, vt videre eſt, *fol.* 119. *& fol.* 120. neque ex abraſione prioris inferendum videtur ad abraſionem aliarum, quia à priori iam demonſtratum eſt abeſse delictum, tum quia ſicuti in præcedenti maioris quantitatis non peccauit, vt proxime deduxi, non præſumitur etiam peccaſse in alijs, iuxta id quod
81 dici ſolet, † verificatis aliquibus partitis ex libris alicuius, cæteras præſumi veras, Caſtr. *conſ.* 301. *ſub num.* 4. *volum.* 1. Crauett. *conſil.* 158. *num.* 6. Gabr. *de præſumpt. concl.* 5. *num.* 1. Maſcard. *concl.* 976. *numer.* 75. cum alijs multis; tum & tertio, quia cæteræ partitæ ſunt quantitatis non conſiderabilis, & vti ita dicam deploratæ, & non curandæ, & quis non præſumitur committere falſitatem ob modicum commodum, ſicuti ſuperius probaui, *in verſic. Decima eſt, quia Domini fratres,* Tum denique, quia abraſiones ſunt euidentes, & non eſt veriſimile, quod ſi eas feciſset cum falſitate, permiſiſset deuenire libros in manibus aduerſariorum, qui ex oculari inſpectione, tantum potuiſset eas detegere, quemadmodum deduxi in prima coniectura primi capitis.

82 Poſsum addere, † quod falſitas commiſsa in libro priuato, cui fides non adhibetur ad commodum ſcribentis, non eſt punibilis, nec pæna ordinaria, nec extraordinaria, vt per Alex. *conſ.* 145. *per totum, volum.* 6. Socin. *conſ.* 104. *num.* 2. Natt. *conſ.* 588. Honded. qui infinitos allegat, *conſ.* 109. *num* 49. *volum.* 1. Borell. *conſil.* 66. *num.* 13. vbi de communi, etiam ſi per mortem ſcribentis faceret aliquod inditium, Vegg. *conſil.* 45. *num.* 5. tamen ſuper hoc non inſiſto, quia noſtrum Statutum punit etiam falſificantem ſcripturam priuatam, quæ faceret tantum inditium, & licet imponat ſolummodo pænam librarum 50. in pecunia, tamen pæna mitis eſt eſt illa, quæ reddit eam grauiſſimam.

Cum igitur falſitatis ſuſpicio contrarijs coniecturis diluatur, ne quo ad condemnatiouem, ſed etiam quo ad illationem torturæ, ſitque capienda omnis interpretatio, & adhibenda omnis ſubtilitas, vt falſitas euitetur, quemadmodum ſuperius late probaui in primo capite inquiſitionis, deſcendo in hanc ſententiam, vt ipſe D. Piperarius, ne dũ condemnari, aut torqueri, ſed nec etiam puniri poſſit aliqua pæna extraordinaria pro hoc tertio capite inquiſitionis, ſicuti nec pro alijs.

Quartum, & vltimum caput inquiſitionis eſt, quod coutra Præceptum ſibi iniunctum de neminem alloquẽdo de his ſuper quibus fuit interogatus ſub pæna, ordinanda à Sereniſſimo D. Noſtro, auſus fuerit alloqui, & conſulere M. Reu. & Eccellentem D. Benintendum, vt fatetur, *fol.* 90. *& fol.* 95. recognoſcit litteras ſcriptas prædicto D. Benintendo.

Ab hoc pariter capite eum abſoluendum exiſtimo, quia ſi præceptum factũ fuit ne forte Fiſco preriperetur facultas indagandi veritatem, vel vt aliquis ſocius criminis, vel teſtis ſe abſentaret, vel reus inſtrueretur ad fallendum Fiſcum, vti que in allocutione, & litteris ſcriptis à D. Piperario, hæc omnia ceſsant, & per conſequẽs
83 ceſsante cauſa † prohibitionis, ceſsat etiam prohibitio, & pæna comminata, Tiraquell. *in tractat. ceſſante cauſa, in prima parte, num.* 222. quinimo vbi ea de cauſa conſuluiſset aduocatum, videtetur dicendum, quod non incurreret aliquam pænam, quia hoc eſt naturale, vt quis quærat propriam defenſionem, etiam ſi iniuſte quoad forum fori hoc faciat, & ob id nemo de periurio punitur, ſi negat cum iuramento ſe deliquiſse, & poſtea conuincatur de delicto, nec aliud remedium videtur cõpetere Fiſco pro coercendo reo, ne alios alloquatur, vel conſulat ſuper delicto, niſi vt conijciat eum in diſtrictiore, & ſecreto carcere, in quo nullus alius adſit, ſed hoc ſit ex abundanti, quia in hoc caſu non verſatur præſens quæſtio.

Si vero preceptum fuit factum, ne ipſe reus poſset ſe iuſte defendere, & præmeditare ſuas defenſiones, atque ſuper eis conſulere aduocatum, fuit iniuſtum, quia defen-
84 ſio † tolli non poteſt in criminalibus cauſis, nec à Principe, Emanuel Soarez *in ſuo Theſaur. commun. opin. in verb. defenſio, num.* 24. Bonacoſs. de communi *in ſuis communibus concluſionib. verb. Defenſio in cauſis criminalibus, fol.* 46. *colum.* 1. Nec à Statuto, Bal. *in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur.* Alex. *conſ.* 105. *num.* 8. *volumin.* 5. Ruin. *conſ.* 147. *num.* 6. *volum.* 5. Bonacoſ. *in verb. Defenſio non poteſt tolli à Statuto, fol.* 17. *colum.* 4. præcepto autem in-
85 iuſto † Iudicis nemo obedire tenetur, ſed ad libitum ſperni poteſt ſine metu pænæ, Farinacc. *quæſt.* 18. *n.* 45. & late de ſimilibus præceptis agens Baiard. ad Clar. *qu.* 31. *num.* 14. *cum ſeqq.* Purpur. *conſil.* 128. *num.* 19.

A R G V M E N T V M.

Diſcutitur vberrime, & magiſtraliter, An, & quando appellatione filiorum veniant filiæ, aut appellatione deſcedentium veniant fœminæ. Afferuntur coniecturæ hinc inde. De ratione expreſſa à Teſtatore conſeruandæ agnationis. Et de coniecturis ad id expiſcandum, ſi non appareat.

S V M M A R I V M.

1 *In vltimis voluntatibus ſub appellatione Filiorum continentur filiæ in diſpoſitione fauorabili.*

2 *Maſculinum concipit fœmininum in his, quæ pertinent ad diſpoſitionem vltimæ voluntatis. Et filia facit deficere conditionem, ſi ſine filijs, &c. ſed vid. num.* 15.

3 *Appellatione deſcendentium veniunt fœminæ de proprietate ſermonis. Vid. infra numer.* 13. *& ſequ. & numer.* 51.

Digitized by Google

4 *Appellatione filiorum non veniunt fœmina, præcipue cum extat in loco Statutum excluſiuum fœminarum, & alijs modis, ibid. & numer.13. & etiam numero decimoſexto.*
5 *Verba,* Et quoſcumque alios filios, *ita vniuerſaliter geminata faciunt nomine filij comprehendi etiam filias. vid. num.47.*
6 *Intellectus verbi datus in inſtitutione, debet repeti etiam in ſubſtitutione.*
7 *Euacuato gradu ſubſtitutionis deſcendentium, maſculis deficientibus fœmina admittuntur, Vid. num.53.*
8 *Fideicommiſſum relictum ſi aliquis ſine filijs deceſſerit, expirat eo moriente cum filijs.*
9 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerint, &c. non purificatur niſi omnibus vocatis decedentibus abſque filijs, & num. 54.*
10 *Fideicommiſſum factum fauore Agnationis reſtringitur ad caſus à Teſtatore expreſſos, & non vltra progreditur.*
11 *Fœmina ſunt de agnatione patris, contentiue tamen, non effectiue, Vid. num.56.*
12 *Teſtator non præſumitur velle excludere fœminas deſcendentes cum prouidet earum filijs.*
13 *Ceſſat coniectura non vocandi filias ſub nomine filiorum, ceſſante Statuto eas prohibente à ſucceſſione. vid. num. 58.*
14 *Soror, & neptis ſuccedunt in hæreditate æquis portionibus.*
16 *Ex coniecturis faciliter receditur ab extenſione verbi filiorum ad filias, & n.30.*
17 *Probatio euidens dicitur, quæ deducitur ex coniecturis.*
18 *Ex coniecturis reſtringitur ad maſculos, etiam verbum indiferens aptum comprehendere etiam fœminas, vt verb. deſcendentium.*
19 *Receditur à verborum proprietate mente teſtatoris ſic ſuadente.*
20 *Voluntas teſtatoris attenditur in conditionibus. Et in teſtamentis totum facit, num.21. Et regit, ac dominatur, & n.22.*
23 *Filiorum, vel deſcendentium mentio continet tantum maſculos, ſtantibus coniecturis, ſiue diſpoſitio ſit affirmatiua; ſiue etiam negatiua, & conditionalis; & numer.24.*
25 *Coniectura comprehendendi ſub filij nomine, aut deſcendentis, ſolum maſculos, eſt ratio conſeruanda agnationis habita in diſpoſitione, & numer.31.*
26 *Conſil.* Caſtrenſ. 409. volum. 2. *ſignatur, vt notabile.*
27 *Alia coniectura afferuntur. Vt cum pater rogat filios dotata filia reſtituere fratri, vel filijs præmorienti, ſi ſine filijs deceſſerint.*
28 *Item cum ſubſtituit ſuperſtitem ex maſculis inſtitutis, vel alium agnatum tranſuerſalem.*
29 *Alia eſt coniectura cum dotatis fœminis teſtator inſtituit maſculos, & deſcendentes ab eis.*
32 *Conſeruandæ agnationis cauſa receditur à ſignificatione verborum.*
33 *Femina etiam agnata excluduntur, cum teſtator voluit fauere agnationi.*
34 *Ratio conſeruanda agnationis non cadit in feminis.*
35 *Coniectura conſeruandæ agnationis recognoſcentur. Vt cum excluſit filias proprias inſtituit ſolum maſculos.*
36 *Ratio hæc habetur pro expreſſa, cum alia non apparet.*
37 *Alia coniectura eſt cum fecit plures gradus ſubſtitutionis, vocato tranſuerſali agnato in defectum.*
38 *Aut cum ſubſtitutio eſt facta nomine collectiuo deſcendentium ſuorum.*
39 *Adhuc, & cum cauſa conſeruationis in familia replicatur. Et tunc dicitur ratio eſſe explicita, numer. 40.*
41 *Agnatio melius conſeruatur per diuitias.*
42 *Alia coniectura, cum fœmina poſt multos gradus agnatorum, vocantur in nouiſſimo loco.*
43 *Verbum* filiorum *comprehendit ſolum maſculos, quando naſceretur abſurdum in diſpoſitione teſtatoris, ſi fœmina venirent.*
44 *Stante Statuto excluſiuo feminarum teſtator diſponens cenſetur ſe illi conformare, & ſic nomine filiorum non veniunt femina.*
45 *Excludendo filias proprias teſtator, & inſtituendo ſolos maſculos, vult iſtas non venire nomine filiorum. Sola tamen hæc coniectura non ſufficit.*
46 *Excludens filias ad fauorem maſculorum proximiorum, veriſimiliter excluſit etiam neptes remotiores, & minus dilectas.*
47 *Filia non continentur nomine filiorum, cum teſtator in vna teſtamenti parte accepit pro illo nomine filiorum, maſculos dumtaxat.*
48 *Filiorum appellatione non veniunt filia, cum de ipſis ſeparatim locutus eſt teſtator, vel eis prouidit.*
49 *Nec etiam veniunt cum filij ſunt nominati relatiue ad patres, vel confratres, quorum nomine non veniunt matres, vel ſorores, & num.50.*
51 *Cum mens teſtatoris apparet receditur à verborum ſignificatione.*
55 *Conſil.* Oldrad.21. *quando procedat.*
57 *Neptes non per hoc cenſentur vocata cum prius ſunt filia excluſa, quia ſcilicet non fuerint dotata ab auo, neque ratio conſeruandæ agnationis expreſſa repugnat; & dotatio earum ommiſſa ſuppletur.*

CONTROVERSIA DCXXXVIII.

Finita linea maſculina deſcendentium q. D. Franciſci Piperarij, quæritur an fideicommiſſum per eum creatum in ſuo teſtamento condito de anno 1540. die 25. Septembris, rogato per q. D. Cleophilum de Bertoijs fuerit purificatum in agnatos tranſuerſales, & ſic in D. Vincentium Piperarium filium D. Baptiſtæ vnius ex agnatis tranſuerſalibus ſubſtitutis à d. D. Franciſco; An vero in feminas, & ſic in D. Diamantem neptem ex Alexandro filio ipſius fideicommittentis, & Dominas Liuiam, & Margaritam euſdem proneptes, ex Guglielmo nepote?

Prima facie videretur dicendum, purificatum fuiſſe in feminas, quia teſtator inſtitutis Alexandro, Iulio, & Fertando eius filijs, & quibuſcumque alijs filijs ſuis legitimis, & naturalibus naſcituris æquis portionibus, & illis inuicem ſubſtitutis, ſi eorum aliquis ſine filijs legitimis, & naturalibus deceſſiſſet, ſubiunxit, quod ipſis aut eorum altero decedentibus, aut decedente cum filijs legitimis, & naturalibus, eoſdem filios, & filiorum filios, ac deſcendentes in infinitum ſuccedant, vnde cum Alexander filius reliquerit Diamantem, & Gulielmus nepos Liuiam, & Margaritam, videntur vocatæ illa ſub appellatione, & vocatione filiorum; iſtæ vero, dum vocauit filios filiorum, & omnes ſub appellatione deſcendentium, quia in vltimis voluntatibus, & in
1 † diſpoſitione fauorabili, appellatione filiorum continentur etiam filiæ, *l. filij, 84. l. quiſquis, 116. l. iuſta, 201. ff. de verbor. ſignific. l. ſi quis ita, 16. in princip. ff. de teſtam. tutel. l. ſi ita ſit ſcriptum, in princip. 45. ff. de legat. 2.* Peregr. *de fideicomm. artic. 25. num. 1. & num. 43.* vbi *numer. 2.* ſubdit in diſpoſitionibus lucratiuis, & in his, quę pertinent ad prouiſionem in vltimis voluntatibus, maſculi-
2 num † concipere fœmininum, & ob id etiam filia facit deficere conditionem ſi ſine filijs, *l. Lucius, 85. ff. de hæredibus inſtituend. l. 1. C. de condit. inſert.* Io: Andr. *in cap. Raynaldus, 18. ſub numer. 3.* & ibi Anton. de Butr. *n. 11. extra de teſtam.* Alex. *conſ. 55. num. 9. vol. 3.* vbi addētes, Peregr. *de fideic. artic. 25. n. 9.* Rota apud Seraph. *deciſ. 1216. n. 5.*
3 Et multo magis, † & facilius ipſæ feminæ continentur in vocatione deſcendentium, quia appellatione deſcendentium veniunt feminæ de proprietate ſermonis, *§. 1. in Auth. de hæredib. venient. ab inteſtat.* Alex. *conſil. 160. n. 2. vol. 2.* Deci. *conſ. 570. n. 9.* Peregr. *de fideic. art. 25. ſub n. 8. & conſ. 159. n. 2. vol. 5.* D. Mauent. *conſ. 100. n.*

7. Sud.

7. Surd. *deciſ.66. numer.2.*

4 Nec refragari videtur, quod appellatione filiorum, non veniant fęminæ, vel quando extat in contrarium coniecturata mens teſtatoris, puta vel quia ipſe excludit proprias filias, vel quia teſtator voluit fauere agnationi, vel denique, quia extat in loco Statutum excluſiuum fęminarum, vt per Peregr. *de fideic. artic.25.n.15.* cum alijs latius inferius adducendis, quibus omnibus in caſibus nos verſari videmur.

Siquidem multis in caſibus verbum, *Filij*, comprehendit etiam fęminas, non obſtantibus dictis coniecturis, puta quando vt in caſu iſto, facta eſt mentio de quibuſcumquæ filijs, vbi in inſtitutione teſtator inſtitutis Alexandro, Iulio, & Ferrando ſubdit, *& quoſcum-*
5 *que alios filios*, illa † enim vniuerſalis geminata facit, vt dictum verbum non patiatur reſtrictionem, & conſequenter, vt comprehendat fæminas, vt in ſpecie declarat Peregr. *d.art.25.n.36.* poſt Deci. *conſ.599. n.3.* & Gabr. *de teſtam.concl.10.n.12.* vnde ſicuti in inſtitutio-
6 ne † videtur ſenſiſſe de fæminis, ita quoque & in ſubſtitutione, vbi ſimpliciter locutus eſt de filijs, vt argumentatur Deci. *d.conſ.599.in princip.*

Sicuti nec officere videtur, quod teſtator voluerit fauere agnationi, & bona in ſua familia conſeruari, quia reſpectu ſuorum deſcendentium, nemo amplius extat,
7 & ſic euacuatus † eſt iſte gradus ſubſtitutionis, quo caſu deficientibus maſculis fęminæ admittuntur, Peregr. *conſ.41.ſub n.12.verſ. Alij vero intelligunt, &c. & conſil.42.in ſecundo dubio, numero ſeptimo, & maxime ſub n. 10. vol.5.*

Reſpectu vero agnatorum tranſuerſalium ſubſtitutorum ab eo, reſpondetur, quod non euenit caſus eorum ſubſtitutionis, nam vocati fuerunt, ſi omnes filij teſtatoris, aut deſcendentes deceſſiſſent ſine filijs, quorum tamen aliqui filios habuerunt, ſcilicet Alexander, qui ſuſcepit tres filios maſculos, ex quorum altero Gulielmo extant proneptes teſtatoris, fideicommiſſum autem re-
8 lictum, † ſi aliquis deceſſerit ſine filijs, expirat eo moriente cum filijs, *l. ex facto, 17. §. ſi quis autem*, ibi, *aut igitur filius ſuperuixit patri, & extinxit conditionem fideicommiſſi. & l. heredibus, 37. in princip. ff. ad Trebellian.* Alex. *conſ.139. ſub nu.3. verſic. Sed præmiſſis. vol.6.* Bald. *conſ.304.n.2.vol.5.* Pariſ. *conſ.8.n.1. cum ſeqq. vol.2.* Rot. *deciſ.230.n.1.p.2.diuerſ.*

Et licet duo ex inſtitutis filijs non ſucceſſerint, tamen hoc non releuat, quia iſti tranſuerſales vocati fuerunt tantum ſi omnes deceſſerit ſine filijs, vnde requirebatur
9 purificatio cõditionis † in omnibus, adeovt vnus qui filios ſuſceperit, fecerit eam deficere, Caſtr. *conſ.321.n. 1.vol.1.* Alex. *conſ.88.nu.1.vol.7.* Iaſ. *conſ.132.in 2.dubio, vol.2.* Ruin. *conſ.46.n.3. & conſ.67.ſub n.7.vol.3.* Soc. Iun. *conſ.41.n.5.vol.4.* Pariſ. *conſ.14.n.9.vol.2.* Balthaſ. Quint. *conſ.177.n.3.vol.1.diuerſ. ad vltim. volunt.* Pancirol. *conſ. 155.n.12.* Borgn. *deciſ.19.n.104. & 105. part.3.* Honded. *conſ.60.n.8. & 21. vol.1.* & in eadem cauſa Odd. *conſ.66. n.86.* Rimin. Iun. *conſ.171.n.100. & conſ.250.num.26. & conſ.412 n.24.* vbi de commmni, *& conſ.627.numer.14.* Craſſ. de mente omnium, *in §. ſubſtitutio, quæſt.79. numer.14.*

10 Fideicommiſſum † autem factum fauore agnationis reſtringitur ad caſus a teſtatore expreſſos, & diſpoſitos, nec vltra eos extenditur, Alex. *conſ.59. ſub n.21. verſic. Non obſtat etiam, quod intentio, vol.1.* Barthol. Socin. *conſ.62. col. fi. verſ. Præterea quando filij, vol.3.* Rum. *conſ.102.n.14. & conſ.92.n.9.vol.2.* Soc. Iun. *conſ.155. numer.10.vol.2.* Rimin. Iun. *conſ.117.n.71. & conſ.464.nu.58.* Honded. *conſ.78.n.49 vol.1.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.6. tit.15. ſub n.6.* Cauagliol. *conſult. deciſiua 10. ſub n.13. fol.54. & conſultat.12.n.27. fol.69. p.1. & conſult. 93.n.32. fol.417. p.2.* Marta *voto 121.n.28.* Surd. *deciſ.9.n. 16. & deciſ.239.n.11.* Rota apud Puteum, *deciſ.175. lib. 2.* & apud Farinacc. *deciſ. ciuil.466.n.5.* quæ deciſio eſt etiam apud Seraphin. *dec.1023.n.9.* idem Farinacc. *dec. ciuil.473. verſic. Neque ideo redduntur,* Peregr. *de fideicomm. art.29.n.39.*

11 Præterea † etiam fęminæ, ne dum in capillo, ſed etiam nuptæ dicuntur de domo, & agnatione, licet eam non conſeruent, & ſic contentiue, licet non effectiue, Socin. *conſ.227.in 2.dubio, n.4.vol.2.* Caſtr. *in l. voluntas, 4.n.1. C. de fideic.* Ruin. *conſ.133.n.8.vol.3.* Pariſ. *conſ.35. n.5. in fine, vol.3.* Gabr. *conſ.195. n.3. vol.1.* Surd. *deciſ.9. n.6.* idcirco dum ipſæ viuunt, verum erit bona iſta eſſe in familia, & agnatione, & ſi interim moreretur Dominus Vincentius, qui iam ſenio confectus eſt, confirmarentur poſtea in earum deſcendentibus, cum nemo de agnatione extaret. Id autem fortius dicendum videtur, quod appellatione filiorum, teſtator voluerit includere fęminas deſcendentes, quia alias nullam promiſſionem feciſſet, quos tamen ommittere voluiſſe
12 veriſimile non eſt. ex quo prouidet † proprijs filiab. ab eo excluſis, ita Mantic. *de coniectur. libr.11. titul.14. num.6.*

Non obſtat etiam coniectura deducta ex Statuto huius patriæ fęminarum excluſiuo, quia illud non excludit fęminas deſcendentes à ſucceſſione parentum propter agnatos tranſuerſales, vnde cum in capite ſubſtitutionis, de qua agimus, teſtator loquatur de filijs reſpectu ſuorum parentum, quos illi ſubſtituit, videtur etiã intellexiſſe de fęminis, tamquã non excluſis per ſta-
13 tutum à tranſuerſalibus, quia hoc † caſu ceſsat dicta coniectura, ceſsante Statuti excluſione, vt per Peregrin. *de fideic. art.25.n.40. & 42.*

Neque D. Diamantes poteſt dici excluſa per filias D. Gulielmi, quaſi ſemper excluſa per fratres maſculos, & ita per Gulielmum ſuum fratrem, & patrem Dominarum Liniæ, & Margaritæ dicatur perpetuó excluſa, quia in hoc non agimus de ſuccedendo D. Gulielmo patri ipſarum Dominarum Liuiæ, & Margaritæ, quo caſu procederet obiectum; nam filiæ in ſucceſſione patris excluderent amitam, ſed agitur de ſuccedendo D. Scipioni patruo illarum, & fratri D. Diamantis, ad quẽ
14 tamquam maſculum † deſcendentem per mortẽ Gulielmi prædefuncti deuenit hæreditas fideicommittentis, cui ſuccedunt ipſa D. Diamantes ſoror in dimidia, & neptes in alia dimidia, *Auth. ceſſante, C. de legitim. hæredib.*

Licet pro ipſa D. Diamante, & ſic pro parte fęminarum rogatus fuerim ſcribere tamen amplectendo veritatem non potui in hoc ei morem gerere, & ideo,

Prædictis non obſtantibus puto per defectum omniũ deſcendentium maſculorum teſtatoris, purificatum fuiſſe fideicommiſſum in perſonam ipſius Domini Vincentij agnati.

Cuius reſolutio, & demonſtratio pendet ab illo articulo, An & quando teſtator voluit, quod decedentibus filijs inſtitutis cum filijs legitimis, & naturalibus, ijdem filij, & filiorum filij, ac deſcendentes in infinitũ ſuccedant in dicta nominatione, & vocatione filiorum veniant, & contineantur etiam filiæ, & aliæ fęminæ.

Et an, & quando præmoriente, vel præmorientib. aliquibus ex inſtitutis ſine filijs legitimis, & naturalibus, vt ſupra, ſubſtituit Dominos Hieronymum, & Baptiſtã eius fratres, vel alterius ipſorum filios legitimos, & naturales in dicta diſpoſitione conditionali, in qua filij poſiti ſunt in conditione, dicantur etiam comprehẽſæ fæminæ, vel tantum maſculi, certum eſt purificatum, nunc eſſe fideicommiſſum in dictum Dominum Vincẽtium, vti vocatum eo caſu, quo omnes filij inſtituti, & deſcendentes, quandocunq; deceſſiſſent ſine filijs maſculis, nam deficit nunc omnis deſcendentia maſculina ipſius teſtatoris, cum nullus amplius extet maſculus legitimus, & naturalis, & ex legitimo matrimonio natus, & conſequenter deceſſerunt omnes deſcendentes maſculi ſine maſculis.

Sicuti è conuerſo ſi continerentur fęminæ, non eueniſſet caſus vocationis ipſius D. Vincentij, quia non eſſet verum omnes deſcendenter deceſſiſſe ſine filijs maſculis, vel fæminis, & conſequenter vocatæ dicerentur ipſæ fæminæ ex illa ſubſtitutione facta filijs inſtitutis, ſi de-

ceſſiſsent cum filijs de ipſis filijs, & filiorum filijs, &
eorum deſcendentibus.
Quod igitur appellatione filiorum in propoſito caſu,
tam in diſpoſitione conditionali, in qua filij poſiti fue-
runt in conditione, quam vocatione diſpoſitiua, in
qua filij fuerunt diſpoſitiue vocati, teſtator intellexerit
tantum de maſculis, multipliciter demonſtratur.
15 Præmittendo prius, † quod, & ſi in vltimis volun-
tatibus appellatione filiorum veniant filiæ, & maſculi-
num concipiat fœmininum, tamen id eſt per exten-
ſionem, non autem de proprietate ſermonis, leg. iu-
ſta, 201. l. quiſquis, 116. l. pronunciatio, 195. in princip. ff. de
verbor. ſignificat. l. cum in adoptiuis, 10. §. penult. in verb.
extendimus, C. de adoptionib. Bart. in l. 1. ſub n. 2. ff. de verb.
ſignific. cum multis alijs apud Mantic. de coniectur. vltim.
volunt. lib. 11. tit. 14. num. 12. Peregr. de fideic. art. 25. n. 4.
Rota dec. 125. n. 6. p. 2. diuerſ. Intrigliol. de ſubſtitut. cen-
tur. 3. qu. 58. n. 2. Et ideo,
16 Præmitto ſecundo, † de facili, & ex coniecturis tan-
tum recedi à dicta extenſione, & interpretatione, quod
appellatione filiorum veniant etiam filiæ, & tunc exi-
ſtentibus aliquibus coniecturis in contrarium, dictũ ver-
bum ſtare in propria ſignificatione, & comprehende-
re tantum maſculos, l. 1. in fine, C. de condit. inſert. Pe-
regr. de fideic. art. 25. n. 10. Mantic. de coniect. vltim. vo-
lunt. lib. 11. tit. 14. ſub n. 11. verſic. Tamen non eſt dubitan-
dum, &c. Surd. deciſ. 66. ſub n. 6. verſic. Dominus vero, &c.
& deciſ. 84. n. 8. Theſaur. dec. 188. n. 16. Lancellott. Gallia
conſ. 114. n. 2. Caball. conſ. 119. n. 4. vol. 1. Intrigliol. de
ſubſt. centur. 3. qu. 58. n. 33.
17 Probatio etenim euidens † dicitur, quæ deducitur
ex coniecturis, l. licet Imperator, 74. ff. de legat. 1. l. cum
proponebatur, 64. ff. de legat. 2. l. ſi quis locuplex, 57. ff. de
manumiſſ. teſtam. Mantic. loco ſupra proximè citato, Me-
noch. libr. 1. præſumpt. quæſt. 35. numer. 13. & quæſt. 81. nu-
mer. 4.
18 Non ſolum autem verbum † maſculinum ex conie-
cturis non comprehendit fœminas, ſed nec etiam ver-
bum indifferens, & de ſui proprietate aptum impor-
tare tam fœminas, quam maſculos, vt eſt verbum de-
ſcendentes; nam & hoc pariter ex coniecturis reſtringitur
ad maſculos, Surd. dec. 66. n. 11. Peregr. conſ. 23. n. 6. &
conſ. 70. n. 19. vol. 3. Honded conſ. 75. n. 19. vol. 1. Menoc.
19 conſ. 1012. n. 27. quia a propria † verborum ſignifica-
tione recedimus, ſic ſuadente teſtatoris voluntate, l.
20 non aliter, 69. in princip. ff. de legat. 3. ex quo † in condi-
tionibus teſtatorum voluntatem tantum ſpectamus, l.
in conditionibus, 19. in princip. ff. de condit. & demonſtrat.
21 quæ in teſtamentis † totum facit, l. ex facto, 35. verſ.
22 & facit, ff. de hæredib. inſtit. & regit ac dominatur, l. cum
quæſtio, 23. in fine, C. de legat. per quas regulas, ita ſtatuit
Peregr. de fideic. art. 25. n. 10. iuncto n. 8.
Hæcque procedunt, nedum vt dicebam in diſpoſi-
tione affirmatiua, & diſpoſitiua, in qua facilius men-
tio filiorum, vel deſcendentium ex coniecturis conti-
net tantum maſculos, Virgil. de Siueſtr. inter conſilia
Riminald. Sen. conſ. 224. n. 73. & 76. Cephal. conſ. 45. n. 8.
Theſaur. dec. 188. n. finali, D. Bardellon. conſ. 81. n. 12. vo-
lum. 1. Peregr. de fideic. art. 25. n. 43. cum ſeqq. & ſub n. 58.
verſ. & in ſpecie in diſpoſitiuis, &c. Menoch. lib. 4. præſũpt.
84. Rota apud Farinaccium, deciſ. 132. in ciuilibus.
23 Sed etiam † in negatiua, & conditionali; nam &
ſi ſoleant diſtinguere ſcribentes, vt videre eſt apud pro-
xime citatos, & apud Ruſticum, ad l. cum auus, lib. 3.
cap. 10. n. 54. inter affirmatiuam, & diſpoſitiuam ordi-
nationem teſtatoris, & inter negatiuam, & conditio-
nalem, vt in prima non veniant fœminæ appellatione
24 filiorum, † ſeu difficilius; in ſecunda vero ſecus; ta-
men vbi etiam in negatiua vrgeant coniecturæ, & præ-
cipue ſi teſtator habuit rationem conſeruandæ agnatio-
nis, & ſubſtituit aliquem de familia, non autem extra-
neum, tunc diſpoſitionem quoque reſtringi ad maſcu-
los, magis communiter noſtri exiſtimarunt, Craſs. §. fi-
deic. quæſt. 35. ſub n. 4. verſic. ſed certe quamuis, &c. Me-
noch. l. 4. præſumpt. 85. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib. 11. tit. 14. Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 58. Surd.
deciſ. 66. per totam maxime, ſub num. 13. verſ. & non eſt
conſtituenda differentia, &c. Barzi. deciſ. 11. Peregr. de fi-
deic. art. 25. n. 9. cum ſeqq. D. Bardellon. conſ. 148. vol. 2.
25 Prima igitur, † ac præcipua, atque omnium alia-
rum potentior eſt coniectura, ſolaque & ſufficiens,
& procedens iam in diſpoſitione affirmatiua, quam
negatiua, quando teſtator in diſpoſitione habuit ra-
tionem conſeruandæ agnationis. Tunc enim appel-
latione filiorum non veniunt fœminæ, Socinus pa-
truus, conſ. 73. ſub n. 10. verſ. Concluditur ergo, &c. & nu-
mer. 11. & 12. vol. 4. Rum. conſ. 146. n. 3. vol. 2. Grat. con-
ſil. 53. n. 7. vol. 2. Pariſ. conſ. 57. n. 7. cum ſeqq. & n. 11. vol. 2.
Gabr. de verbor. ſignificat. concl. 6. n. 54. Menoch. libr. 4.
præſumpt. 84. n. 8. Peregr. de fideic. art. 25. nu. 22. 25. & nu-
mer. 47. & conſ. 52. n. 4. & 5. vol. 3. Lancellott. Gallia conſ.
114. n. 71. & 72. Rota dec. 152. apud Farinace. in ciuilib.
Intrigliol. de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 58. n. 20. D. Bardel-
lon. conſ. 148. n. 3. vol. 2.
Et a generalibus ad magis particularia deueniendo,
26 reſpondit † Caſtr. conſ. 409. volum. 2. quem ſecuti ſunt
multi relati remiſſiue per Menoch. lib. 4. præſumpt. 85. ſub
n. 8. Peregr. de fideic. art. 25. n. 22. & de quo conſilio latè
agit Ruſtic. ad l. cum auus, lib. 3. cap. 10. quod ſi pater in-
ſtituit filiam in re certa, & maſculos hæredes vniuerſa-
les fecit, quibus, vel aliquo eorum decedente ſine fi-
lijs, vel liberis ſubſtituit alium, vel alios filios maſcu-
los inſtitutos, fœminas non contineri, ſub illa conditio-
ne, ſi ſine filijs ea ratione, quia filia fuerat excluſa, &
ſubſtitutus erat de deſcendentibus.
27 Huic caſui addit † Fulgoſ. in l. 1. C. de condict. inſert.
aliam circumſtantiam quæſtioni noſtræ congruentem,
videlicet idem eſse, quando pater rogauit filios vni-
uerſaliter inſtitutos dotata filia reſtituere, ſi ſine filijs de-
cederent, hæreditatem fratri, vel filijs præmortui, con-
cludit enim, nec in conditionali, nec in diſpoſitiua
mentione filiorum ibi bis facta comprehendi filiam.
28 Socinus † quoque, in l. cum auus, 101. n. 81. ff. de con-
dit. & demonſtrat. addit idem eſse ſi teſtator ſubſtituat
ſuperſtitem ex maſculis inſtitutis, vel alium agnatum
tranſuerſalem, prout euenit in caſu noſtro; nam adhuc
ſub ratione filiorum non continebuntur fœminæ ad ex-
cluſionem huius agnati: idem ſcripſerunt multi relati
à Gabr. de ſubſtitut. concluſ. 2. n. 11. verſic. ſi autem ſubſti-
tutus non eſt, &c. Craſs. §. fideicommiſſum, quæſt. 35. ſub
n. 4. verſic. ſed certe quamuis, &c. Menoch. lib. 4. præſupt.
85. n. 8. Trentacinq. de ſubſtitut. p. 4. c. 7. ſub n. 11. verſicul.
primus caſus, & ſub n. 12. verſic. Ex hac reſponſione con-
ſtat, &c.
29 Propius pariter † accedendo ad caſum noſtrum, Pe-
regr. conſil. 70. ſub num. 23. vol. 3. idem ſtatuit quando te-
ſtator dotauit fœminas, & inſtituit maſculos, & ſub-
ſtituit deſcendentes ab eis in perpetuum, & ipſis dece-
dentibus ſine filijs, vocauit agnatos maſculos, vt quoq;
fecit teſtator noſter.
30 Sed caſum noſtrum † cum omnibus fere præciſis cir-
cumſtantijs ponunt, & decidunt ad excluſionem fœmi-
narum, & fauorẽ agnati, Odd. de compendioſ. p. 6. art. 4. n. 9.
verſic. ſecundus caſus eſt, &c. & Intrigliol. de ſubſtitut. cen-
tur. 3. quæſt. 58. n. 22. vbi quando teſtator dixit filiab. meis
prędia, vel aliud quid particulare relinquo, & filios
meos maſculos hæredes eſse volo, & quandocumque
deceſserint ſine filijs eos inuicem ſubſtituo, & ſi omnes
ſine filijs deceſserint ſubſtituo Titium fratrem meũ, con-
cludunt ſub dictis verbis, *filijs*, non contineri fœmi-
nas.
31 Et hæc coniectura, † vt quando teſtator habuit ra-
tionem conſeruandæ agnationis, maſculinum non con-
cipiat fœmininum, & fœminæ non veniant appellatione
filiorum, procedit etiam ſi diſpoſitio ſit facta per verbũ
aptum de proprietate ſermonis comprehẽdere fœminas
puta, liberi vel deſcendentes; nam tunc quoque ſimile
verbum reſtringitur ad maſculos, vt probant illi, quos
citaui in verſic. Non ſolum autem verbum, &c. & tradit
vltra ibi allegatos, etiam Surd. dec. 66. ſub n. 8. verſ. Hæc
vero

Digitized by Google

vero opinio Menoch. libr. 4. præſumpt. 85. num. 22. iuncto n.
25. agnationis enim conſeruandæ gratia ſæpe recedimus
32 † à ſignificatione verborum, Bero. conſil. 180. num. 12.
vol. 1. Riminald. Iun. conſil. 23. ſub n. 84.
33 Et vbi fęminæ non continentur, quia teſtator voluit
fauere agnationi, tunc nec etiam admittantur fęminæ
agnatæ, Crauett. conſil. 180. n. 1. & conſ. 306. nu. 5. &
conſ. 800. n. 6. cum plurib. ſeqq. Honded. conſ. 7: n. 17. vol.
1. Lancellott. Gallia conſ. 114. n. 73. Riminald. Iun. conſil.
781. n. 52. Menoch. conſil. 1146. n. 10. Gabr. de verbor. ſignificat.
concluſ. 6. n. 60. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt.
lib. 8. tit. 12. n. 9.
34 Quia in fœminis † non cadit ratio conſeruandæ agnationis,
Riminald. Iun. conſil. 313. n. 4. ex quo per fęminas
non conſeruatur agnatio, l. pronunciatio, 195. in
fine, ff. de verbor. ſignificat. Socin. Iun. conſ. 10. ſub n. 10. volum.
1. Roland. conſil. 82. n. 15. vol. 3. Menoch. conſil. 117.
num. 22. & 23. & conſil. 235. n. 19. Honded. conſ. 2. nu. 68.
& conſ. 7 num. 20. & conſ. 8. num. 21. & conſ. 56. nu. 13. vol.
2. Cacheran. conſil. 35. num. 20. Aldouin. conſil. 99. num.
8. & conſ. 108. n. 28.
35 Quod † autem in propoſito caſu teſtator voluerit
conſeruare agnationem, ex multis ſuadetur.

Tum primo, quia excluſit filias proprias ab vniuerſali
ſucceſſione, & inſtituit tantum maſculos, ex hoc
enim cenſetur voluiſſe fauere agnationi, Gozadinus,
conſ. 59. n. 16. Bero. conſ. 112. n. 19. vol. 2. Pariſ. conſil. 6. n.
9. vol. 3. Deci. conſil. 574. ſub n. 5. Honded. conſ. 65. n. 36.
& conſ. 70. n. 39. vol. 1. Surd. conſ. 96. num. 31. & conſ. 316.
n. 9. Ruſtic. ad l. cum accuſ. lib. 4. cap. 2. num. 14. cum ſeqq.
Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 14. num. 14.
vbi ſubdit, quod & ſi hæc coniectura ſola non videatur
ſufficere, cum alijs tamen iuncta præbet vrgens argumentum
huius conſeruationis.
36 Et hoc † caſu ratio iſta habetur pro expreſſa, ex qua
alia reddi non poteſt cur excluſerit fęminas, Pariſ. conſil.
57. num. 10. volum. 2. Honded. conſ. 69. numer. 27. volum.
1.
37 Tum & ſecundo † dicitur contemplaſſe conſeruationem
agnationis, quia fecit plures gradus ſubſtitutionum,
vocando maſculos; nam maſculos inſtituit, eos
inuicem ſubſtituit, & vocauit deſcendentes, et in
eorum defectum, agnatum tranſuerſalem, Honded. conſil.
67. num. 4. vol. 1. & conſ. 56. num. 18 vol. 2. Surd. conſil.
241. n. 13. & bene conſ. 443. n. 14.
38 Tum & tertio, † quia ſubſtituit tam liberos, quam
tranſuerſales nomine collectiuo deſcendentium ſuorum
ſcilicet, vel fratrum, Bimius, conſ. 134. n. 27. vol. 2. Surd.
conſil. 96. ſub numer. 29. Theſaur. deciſ. 188. num. 15.
39 Tum quarto, † quia prohibuit ſtrictiſſime alienationem
bonorum ſuæ hæreditatis cum cauſa replicata,
quia volebat ea perpetuo manere in domo, & familia
de Piperarijs, ex hoc enim dicitur clare apparere de mēte
conſeruandi agnationem, Bero. conſ. 102. ſub numer.
19. vol. 2. Menoch. conſ. 432. n. 6. & lib. 4. præſumpt. 85. numer.
13. & 14. Bimi. conſil. 228 num. 21. & conſil. 229. ſub
num. 35. vol. 3. Gallia conſ. 114. num. 71. vbi inquit, quod
40 hoc caſu dicitur explicita ratio † conſeruandæ agnationis,
Pedrocc. conſil. 39. ante num. 12. quod dixit, &
Surd. conſ. 96 ſub num. 31. verſic. Sanè non eſt nobis, &c.
41 Agnatio enim melius † conſeruatur per diuitias, leg.
quiſquis, 5. §. 1. C. ad leg. Iuliam Maieſtat. Riminald. Iun.
conſil. 606. ſub num. 30. & conſ. 740. n. 21.
42 Tum quinto, † & denique patet, voluiſſe fauere agnationi,
quia vbi poſt multos gradus ſubſtitutionum
tandem explicitè, & expreſſe vocauit fęminas, vlterius
nō eſt progreſſus, faciēdo alios gradus inter eos, & ea tantum
ratione, quia amplius agnatio per eas conſeruari
non poterat, quam tamen in pręcedentibus gradibus
conſeruari poſſe cogitauit, & voluit.
43 Secunda † coniectura emanat ex eo; nam cum teſtator
voluerit conſeruare agnationem, & bona ſua
perpetuo remanere in domo, & familia de Piperarijs, reſultaret
abſurdum, contrarietas, & repugnantia, ſi hic
appellatione filiorum venirent fęminæ, quia potuiſſet
euenire, quod dicta bona ſtatim exiuiſſent familiam,
ſi eius filij reliquiſſent tantum fæminas. Vbi autem ſequeretur
abſurdum, vel contrarietas in ipſa teſtatoris
diſpoſitione, ſi filiæ venirent appellatione filiorum, tunc
dictum verbum comprehendit tantum maſculos, Gabr.
de verbor. ſignifi. concluſ. 6. numer. 115. & in fine, Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. ſub num. 20. verſic.
Tertia etiam coniectura, Menoch. lib. 4. præſumpt. 74. n.
18. & num. 23. Intrigliol. de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 58.
num. 34.
44 Tertia eſt coniectura, † quando in ea Ciuitate extat
Statutum excluſiuum fæminarum, tunc enim teſtator
cenſetur ſe illi conformare voluiſſe, & tunc appellatione
filiorum non veniunt filiæ, Peregr. de fideic. artic.
25. num. 37. cum ſeqq & conſil. 13. num. 10. volum. 3. Gabr.
de verbor. ſignific. concl. 6. num. 78. Mantic. de coniect. vlt.
volunt. lib. 11. tit. 14. num. 15. Menoch. lib. 4. præſumpt. 84.
num. 10. Intrigliol. qui infinitos allegat, de ſubſtit. centur.
3. quæſt. 58. n. 19. Surd. deciſ. 166. ſub nu. 9. Barzi. deciſ. 11.
num. 7. Rota apud Farinacc. deciſ. 132. in ciuilibus, Ruſtic.
ad leg. cum auus, lib. 6. cap. 10. n. 13.

Et licet noſtrum Statutum non excludat filias à ſucceſſione
patris propter perſonam patrui, tamen ex quo
vltimus defunctus, de cuius ſucceſſione agitur, erat patruus,
& frater reſpectiue mulierum prætendentium, ex
diſpoſitione eiuſdem Statuti excludentur per alium agnatum
exiſtentem infra quartum gradum computatū,
ſecundum ius canonicum, infra quem extat D. Vincentius.
45 Quarta eſt, † quæ ſimbolizat cum prima, quando
teſtator excluſit proprias filias, & inſtituit tantum
maſculos, Mantic. d. lib. 11. tit. 14. num. 14. Menoch. lib.
4. pręſumpt. 84. num. 9. Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3. quæſt.
58. num. 21. bene Ruſtic. ad d. l. cum auus, lib. 6. cap. 10. n.
12. quia vt ipſe inquit, ex hoc præſumitur magis amaſſe
maſculos, quæ coniectura licet pro ſe non ſufficeret, vt
per Mantic. ſub d. num. 14. & Barz. deciſ. 11. num. 9. tamē
cum alijs vnita iuuat, quia veriſimile eſt, quod ſi excluſit
proprias filias proximiores, & notas, veriſimile eſt
46 † etiam, quod voluerit excludere neptes remotiores,
& minus dilectas, argumento. l. ſi viua matre, 3. C. de bon.
matern. Honded. conſil. 57. num. 13. vol. 1 qui num. 8. dicit,
quod, vbi teſtator à generali inſtitutione excluſit fæminas,
non præſumitur poſtea de eis ſenſiſſe in ſubſtitutione,
& licet ipſe in caſu ſuo contrarium poſtea ſequatur,
id eſt quia non concurrebant aliæ ſolidiores coniecturæ,
de quibus in noſtro.
47 Quinta eſt coniectura, † quando teſtator in vna
parte teſtamenti accipit verbum filios pro maſculis tantum;
nam tunc non præſumitur poſtea cum alia intellexiſſe
de fęminis, Mantic. de coniectur. vltim. volunt. libr.
11. tit. 14. num. 22. Socin. Iun. conſil. 65. num. 12. & 13 vol.
4. Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3. d. quæſt. 58. nu. 35. D. Bardellon.
conſil. 148. num. 10. vol. 2. Ruſtic. ad l. cum auus, lib.
6. cap. 10. ſub num. 25. Sed teſtator ipſe ne dum ſub ſimplici
verbo filios, ſed etiam cum adiuncto quoſcumque
filios intellexit de maſculis tantum, quando conſtituit
Alexandrum, Iulium, & Ferrandum; & quoſcumque
alios filios; nam cum excluſiſſet fæminas, & inſtituiſſet
poſtea maſculos addendo, & quoſcumque alios filios,
voluit intelligere de alijs maſculis naſcituris, quia
non poteſt aſſignari vlla ratio cur voluiſſet excludere
filios iam natos, & inſtituere naſcituros, & illud verbum,
quoſcumque, deſignat numerum, non ſexum, pręcipue,
quia iam prouiderat de dote filiabus ne dum natis,
ſed etiam naſcituris.
48 Sexta eſt coniectura, † quod appellatione filiorum
non veniant filiæ, quia teſtator diſcretiue diſpoſuit de
filiabus, eis prouidendo de dote, tam iam natis, quam
naſcituris, ibi, præcipit eius filiabus fæminis, quas de præſenti
habet, & quibuſcumque alijs ſi in futurum eum habere
contingeret, &c. & infra; Dictus teſtator iure inſtitutionis,
& legati eiſdem ſuis filiabus reliquit pro dote, &c.
ita ex multorum auctoritate, tradit Ruſtic. ad leg. cum
auus, libr. 6. cap. 10. ſub numer. 12, verſicul. Stante igitur

ſpe

ſpeciali prouiſione.

49 Septima, † & vltima pro nunc eſt coniectura, quia
dum teſtator vocauit filios, & filiorum filios, & deſcē-
dentes in infinitum, ſubiunxit, Quos omnes patribus,
aut fratribus, vel alijs decedentibus in infinitum ſubſti-
50 ſtituit, ſicuti enim appellatione † patris, & fratris nō
veniunt fęminæ, & ſic matet, & ſorores, Menoch. *lib.
4.præſumpt.84.num.*12. Gabr. *de verb.ſignificat.concluſ.*6.
*num.*110.*&* 111. ita quoq; videtur, quod ſub nomine
filiorum, quos correlatèu, & reſpectiuè patrum, &
fratrum nominauit, noluerit comprehendere fæminas,
præſertim quia vocauit deſcendentes in infinitum, quo
caſu ſi intellexiſſet de fæminis, oportuiſſet quod quin-
que filiæ ſuccederent matribus, & ſorores ſororibus, &
ſic debuiſſet dicere quos ſubſtituit ſuis patribus, matri-
bus, fratribus, & ſorotibus, ſed quia non intellexit de
fæminis, idcirco in vno correſpectiuo, & correlatiuo
locutus fuit, per verba ſolum maſculinitatem denotan-
tia.

Ex quibus remanent etiam ſoluta contraria.

51 Nam † quod appellatione filiorum, & deſcendentium veniant fæminæ, hoc procedit, niſi ex coniecturis appareat de contraria mente teſtatoris, quam in propoſito caſu ex multis euidenter eſſe demonſtraui.

Ad id vero, quod coniecturæ non videantur ſufficere pro excluſione filiarum, quando vocauit quoſcumque filios,

Reſpondeo, quod hoc non eſt verum, quando ex a-
lijs mens manifeſta teſtatoris colligitur; nam tunc ver-
52 ba impropriantur, & † recedimus ab eorum ſignifi-
catione, *l.non aliter*, 69. *in princip.ff.de legat.*3. & deduxi
ſupra *in verſicul. Non ſolum autem, &c* & in quinta
coniectura oſtendi dictum verbum, *Quoſcumque*, in
caſu iſto importare numerum filiorum, non autem de-
ſignare ſexum.

53 Non obſtat, quod defecerit linea deſcendens maſculina, & ob id debeant admitti fæminæ in eius defectū, quia illud procederet, niſi teſtator eis prætuliſſet agnatum tranſuerſalem, prout demonſtraui *in verſic. Prædictis non obſtantibus, &c.* & in prima coniectura, qui cū adhuc extat, retardat earum ſucceſſionem.

54 Nec defecit † conditio, quidquid dicebatur in contrarijs, ſub qua fuerant vocati agnati tranſuerſales, ex quo omnes filij inſtituti non deceſſerunt ſine filijs. Tum quia appoſuit conditionem, ne dum ſi filij, ſed etiam ſi alii deſcendentes decederent ſine filijs, & vt late demōſtratum fuit, dicta conditio intelligitur de filijs, & deſcēdentibus maſculis, quam fæminæ non faciunt deficere, & conſequenter euenit per deficientiam maſculorum.

55 Tum etiam, † quia Conſil. Oldrad. 21. quod ſubſtitutus ſi hæres deceſſerit ſine filijs excludatur, ſi hæres filios ſuſcipiat licet poſtea ipſi filij moriantur ſine filijs, non procedit, quando teſtator habuit rationem conſeruandæ agnationis, Merzar. *in epitom.fideic.quæſt.*19. *& conſ.*5.*num.*29.*& conſil.*6.*num.*11. Pancitol. *conſil.*69. *num.*14. Decian. *conſil.*31.*numer.*123. *vol.*1. cum alijs apud Ruſtic. *ad l.cum auus, lib.*3.*ca.*2.*num.*13.

56 Ad id vero, † quod illæ fęminæ ſunt agnatæ, & propterea non videantur excluſæ, cum verum ſit ſaltem eis viuentibus bona permanere in agnatione, Reſpondetur fæminas agnatas admitti, vbi ſimpliciter agnati fuerunt vocati; ſecus quando teſtator habuit rationem cōſeruandæ agnationis, quia fæminas excluſit, vel ex alijs inditijs oſtendit hanc ſuam voluntatem, nam tunc omnino arcentur à ſucceſſione, quia non poſſunt conſeruare familiam, vt deduxi *in verſic. Et, vbi fæmina*.

57 Non obſtat, † quod & ſi excluſit filias, non ob id tamen videatur excluſiſſe neptes, ex quo illis, non autē iſtis prouidit de dote. Namque ex ipſa diſpoſitione neceſſario conuincit ipſum voluiſſe excludere omnes fæminas, quoties extatet aliquis de agnatione, alias ne dum perpetuo bona potuiſſent conſeruari in familia, ſed immo ſtatim eam exiuiſſent, & ſi eis non prouidit eſt caſus ommiſſus, quæ tamen non remanebunt indotatæ, vt reſpondet, & conſiderat Mantic. *de coniect. vltim.volunt.lib.*11.*tit.*14.*ſub num.*20. *verſic. Neque ad rem facit*.

58 Non denique † refragatur, quod noſtrum Statutum non excludit filias à ſucceſſione patris. Tum quia huic obiecto reſpondet Mantic. *loco proxime citato, num.*16. *cum ſeqq.* Tum etiam quia id verum eſt, quando agitur de ſuccedendo patri, quo in caſu non verſamur, cum vltimo defunctus, ſi patruus, & frater reſpectiue, à cuius ſucceſſione excluduntur per agnatum infra quartū gradum, vt dicebam in tertia coniectura. Tum denique, quia, & ſi ceſſaret coniectura deſumpta à Statuto excluſiuo fæminarum, adhuc tamen remanerent aliæ ſufficientes.

A R G V M E N T V M.

Inſtrumentum inueſtituræ an probet dominium, vel poſſeſſionem inueſtientis. Præſumptiones admittuntur in ijs, quæ ſunt difficilis probationis. De præſumptionibus ſolutionis. De effectibus taciturnitatis, præcipuè in diligenti perſona; De receptione liuellorum in prætendente caducitatem. De tranſactione non adimpleta. Et de hæredis reſtitutione in integrum ob ignorantiam.

S V M M A R I V M.

1 *Actio perſonalis pro emphyteuſi*, ex leg. Zenonis, C. de iur. emphyt. *vel alia, non poteſt competere, cum non interceſſit negocium, ſeu inueſtitura in re emphyteutica.*

2 *Agens actione reali debet probare dominium.*

3 *Inſtrumentum inueſtituræ inter alios celebratum non probat dominium, nedum contra tertium. Sed nec etiam contra ipſummet inueſtitum, & num.*4.

5 *Remedium adipiſcendæ poſſeſſionis exigit vt prius doceatur de titulo.*

6 *Inſtrumentum inueſtituræ non probat nec dominium, nec poſſeſſionem inueſtientis contra tertium, maxime cum prouidens non ſoluit canonem, nec ſe habuit vt inueſtitus.*

7 *Factum, ſeu confeſſio venditoris non præiudicat emptori etiam ſucceſſori. Nec confeſſio cedentis nocet ceſſionario, num.*8.

9 *Tranſigens, vel ſe componens, vt ſe redimat à vexatione, non fatetur intentionem aduerſarij.*

10 *Sine actione nemo experitur: aliàs debet à iudicio repelli, etiam parte non petente, num.*11.

12 *Rector poteſt inueſtire aliquem de re deuoluta ad Eccleſiam antequam fiat de menſa, ſi eſt ſolita dari in emphyteuſim.*

13 *In iis quæ ſunt difficilis probationis receditur à rigidis regulis iuris, & admittitur probatio ex modo, quo fieri poteſt.*

14 *Et ſufficiunt veriſimiles coniecturæ, indicia, & præſumptiones.*

15 *Idem procedit in ſolutione, & ſic adimplemento.*

16 *Tacens per decem annos, probat coniecturam adimplementi promiſſi.*

17 *Non eſt veriſimile aliquem ex pluribus Eccleſiæ Rectoribus non fuiſſe conqueſtum ſuper debito Eccleſiæ.*

18 *Præcipue cum aliquis ex eis erat vir diligens.*

19 *Præſumptio eſt contra actorem mouentem litem tempore, quo mortui ſunt omnes, qui de negocio poſſunt eſſe informati.*

20 *Actus præſumitur factus in executione obligationis, & actus præcedentes.*

21 *Ex poſtea geſtis cognoſcitur quid antea factum ſit.*

22 *Comparatio facit ſemiplenam, & aliquando Iudice arbitrante plenam.*

23 *Tranſactio ob non adimplementum in tempore dicitur reſoluta.*

24 *Diſpoſitio* leg. ſi quis maior, Cod. de tranſact. *procedit.*

cedit, & in tranſactione iurata, vel cum clauſul. Sincerè, & fideliter, &c. *quæ habet eamdem vim.*

25 *Per receptionem libellorum cenſetur remiſſa caducitas, & prorogatus terminus.*

26 *Si promiſſio facta per mortuum non fuit repetita ab heredibus, nulla culpa ipſis importari poteſt, ob ignorantiam in eis præſumptam.*

27 *Heres poteſt reſtitui ob ignorantiam ſuper obligatione defuncti, ex clauſula generali,* Si qua mihi, &c.

CONTROVERSIA DCXXXIX.

NOn video qua actione agere potuerit Reu. D. Laurentius Maghella Rector Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Mariæ in Burgo Cereſis, contra Dominos Io: Paulum Coſtam, & Aloyſium Begoccium, vti poſſeſſores cuiuſdam domus, quam actor prætendit eſſe emphyteoticam ſuæ Eccleſiæ, & multo iam tempore ad eam deuolutam, ob lineam finitam, vſque de anno 1576. cuiuſdam D. Catherinæ Sacciolæ, & ob defectum adimplementi tranſactionis initæ vigore eiuſdem domus inter q. Reu. D. Petrũ Buſſettum aliàs Rectorẽ præfatæ Eccleſiæ, & q. D. Io: Franciſcum Bolzonum.

Nam aut intellexit agere actione perſonali, puta condictione *ex Lege Zenonis, prima, Codic. de iure emphyteotic.* vel aliqua alia, & vtique non potuit, quia nullum interceſſit negotium, nec aliquis contractus interuenit, ne dum cum ipſis reis conuentis, & Rectorib. d. Eccleſiæ; ſed nec etiam cum eorum auctoribus, & auctorum auctoribus, quos non apparet vnquam ſuſcepiſſe aliquam inueſtituram de domo controuerſa, atque eam recognouiſſe à prædicta Eccleſia, quo caſu
1 nulla competit perſonalis actio, *l. ſi in area, ff. de condiction. indebit.* Alciat. *conſ. 750. ſub num. 1. alias eſt conſil. 308. lib. 8.* Gabr. *conſ. 146. num. 1. volum. 1.* & in materia noſtra, Valaſc. *de iur. emphyteotic. quæſt. 9. ſub numer. 15.*

Aut eius intentionis fuit agere actione reali, & tunc aut in remedio petitorio, quod hoc in caſu non niſi rei vendicationis eſſe potuiſſet, & tunc vltra quod ex eius libellis patet eam intentatam non fuiſſe, non poſſet obtinere, quia vnum ex neceſſarijs incumbentibus probã-
2 dis ab agente tali actione, eſt † probare dominium ex parte ſua, *l. officium, ff. de rei vendicat.* Abb. *conſil. 17. ſub num. 1. verſic. nam rei vendicatio, &c. vol. 2.* Crott. *conſil. 34. num. 8.* Iaſ. *in §. omnium, num. 22. Inſtitut. de act.* quod vtique ab eo probatum non fuit; nam vbi etiam docuiſſet domum hanc de qua agitur, eſſe eam de qua in inueſtitura alias conceſſa per dictam Eccleſiam q. Catherinæ Sacciolæ, de anno 1548. in proceſſu producta, *fol. 28.* (quod tamen prorſus ignoro, quia non
3 vidi teſtes examinatos) certum eſt talem † conceſſionem, & inſtrumentum inter alios celebratum non probare dominium concedentis, ne dum contra tertios, Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, alias eſt in titul. de emphyteuſi, verſic. quinquageſimo ſeptimo, num. 72.* Roman. *conſ. 127. colum. 1. verſic. quinimo nec etiam,* Curt. Iun. *conſil. 158. num. 6.* Burſatt. *conſ. 26. numer. 25.* Menoch. *conſ. 252. num. 11. & 24. & lib. 3. præſumpt. 101. numer. 14.* Crauett. *in primo conſilio pro genero, ſub numer. 431. & 432.* Alciat. *conſil. 178. num. 2. alias eſt conſ. 15. lib. 8.* Valaſc. de indubitata opinione, *in tractat. de iure emphyt. quæſt. 9. ſub num. 3. verſic. non ſolum contra alios, qui eſt caſus ſine dubio, &c.* Roſental. *in Synopſi feudali. cap. 6. conclus. 70.*

4 Sed nec etiam per tale inſtrumentum inueſtituræ probatur dominium inueſtientis contra ipſummet inueſtitum, ſecundum multorum opinionem; inter quos Specul. *in d. §. nunc aliqua, num. 66. verſic. quinquageſimoſecundo, &c.* Dinus, & Bart. *in l. legata inutiliter, ff. de adimend. legat.* Angel. *in l. 1. ſub numer. 3. ff. de publician.* Alexand. *in l. ſi alienam, ſub num. 3. ff. ſolut. matrim. & in conſ. 12. colum. 1. verſic. quinimo vt ipſimet referunt, &c. vol. 4.* Ruin. *conſ. 47. num. 6. & conſ. 161. num. 17. volum. 1.* & vtrobique teſtatur de communi opinione, Ripa, *in l. ſi aliquam rem, ſub num. 39. circa finem, ff. de acquirend. poſſeſſ.* qui & ipſe teſtatur de communi, Crauett. *conſil. 157. num. 7.* Vrſill. ad Afflict. *deciſ. 14. num. 15.* cum alijs multis relatis à Valaſc. *de iur. emphyteotic. quæſt. nona, ſub num. 3.*

5 Aut intellexit † agere remedio poſſeſſorio, & tunc ſi adipiſcendæ, fruſtra agit; quia illud requirit probationem tituli, ex quo quis mereatur in poſſeſſionem admitti, qui non probatur in caſu iſto; nam hic nullus alius allegatur, niſi ſimplex dominium Eccleſiæ, quod ex inueſtitura, vt dixi, non probatur, ne dum contra tertium, ſed nec etiam contra ipſummet inueſtitum, Retinendæ vero non eſſe deductum ex facie libellorum patet nec potuiſſe deduci conſtat ex eo quod certum eſt reos conuentos non iure alicuius turbationis, ſed legitimo titulo longe ante motum iudicium pacifice poſſediſſe domum controuerſam; Recuperandæ denique poſſeſſionis remedium pariter nec eſſe intentatum colligitur ex petitionibus actoris, quia in eis nulla fit mentio ſpolij, vel quod aliàs Eccleſia poſſederit, & ſine culpa ſua ceciderit à poſſeſſione, nec de aliqua reintegratione, nec ſi intentatum fuiſſet, poſſet obtinere Reuerendus actor, quia ſicuti ex inſtrumento inueſtituræ non probatur dominium inueſtientis contra tertium,
6 ita † nec poſſeſſio, maxime quando ille tertius poſſidet, & multo minus, quando non apparet primum inueſtitum poſſe dare, & ſoluiſſe canonem, prout non conſtat d. Catherinam Sacciolam poſſediſſe, nec Eccleſiam canonem ab ea recepiſſe in executione inueſtituræ illi factæ, & eius patri, Bald. *conſ. 330. ſub num. 1. vol. 1.* cum multis alijs apud Menoch. *in tractat. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. ſub numer. 572. iuncta declaratione,* de qua, *ſub num. 574. verſic. declaratur quarto,* Maſcard. *in concluſ. Quomodo poſſeſſio probatur per penſionis ſolutionem, num. 8. 14. & 26. quæ eſt in meo libro, concluſ. 1185. & in concluſ. ſequ. n. 1. 10. ſub n. 14 verſic. Quarto limitatur, & num. 17.* Valaſc. *de iur. emphyteotic. quæſt. nona, num. 10.*

Nec obſtant quod D. Bolzoni tranſigendo cum dicta Eccleſia occaſione litis motæ ab ea ſuper hac domo videantur faſſi eam eſſe de iuribus illius promittendo ſubrogare aliam petiam terræ, & ſoluere debitos canones, tum quia recognitio iſta non fuit facta ab auctoribus horum reorum conuentorum, & ideo non videtur, quod eis noceat factum alterius non ſui auctoris, tum quia vbi etiam eſſet facta ab auctore, non obeſſet ſuc-
7 ceſſori poſt factam venditionem; factum enim, † ſeu confeſſio venditoris non præiudicat emptori, & ſucceſſori, Cuman. *conſ. 30. num. 6.* Alex. *de Neuo, conſil 88.*
8 *num. 12.* Riminald. Sen. *conſ. 151. numer. 12.* prout † & confeſſio cedentis non nocet ceſſionario poſt ceſſionem factam, Maſcard. *concl. 374.* & in propoſito Crauett.
9 *in 1. conſil. pro genero, num. 437.* tum quia vbi quis † ſe componit, vel tranſigit gratia redimendi ſe à vexatione, quemadmodum fecerunt Domini Bolzoni; tunc is non dicitur fateri aduerſarij intentionem, nec ipſum ius ſouere, Farinacc. *in ſua practica criminali, quæſt. 5. numer. 21. cum ſeqq.* maxime cum non fuerint faſſi intentionem Rectoris; ſed tantum quod ipſe ita prætendebat, *vt fol. 3. fac. 2.* ibi, *eo ſub prætextu, &c.*

Cum igitur nulla competat actio Reuerendo actori, non poteſt aliqua parte obtinere, quia ſine a-
10 ctione † nemo experitur, *l. ſi pupillo, §. videamus, ff. de negot. geſt.* Surd. *conſ. 214. n. 9.* ſed debet à Iudice ex offi-
11 cio etiam parte † non petente, à limine iudicis repelli, Gloſſ. & cæteri ſcribentes, *in l. vbi pactum, Cod. de tranſact.* Caſtr. *conſ. 250. ſub num. 1. verſ. nemo autem, vol. 2.* Probus *in addit. ad Io: Monac. in c. Pia, n. 50. de except. in 6. in rubr. de iudic. in 6.* late Menoc *de arbitr. lib. 1. q. 16.*

Sed & multo minus obtinere, quia poſt aſſertam deuolutionem, ex qua actor prætendit hanc domum pertinere ad Eccleſiam, fuit à Rectore illius temporis tranſactum cum Dominis Bolzonis, vt ex inſtrumento producto in proceſſu, *fol. 4. cum ſeqq.* in quo illa fuit liberata poſſeſſoribus, & acceptata ſubrogatio alterius proprietatis recognoſcendæ à dictis Bolzonis cum one-

re etiam

Digitized by Google

12 re etiam ſoluendi liuellos, dubium autem † non eſt,
quod ſicuti Rector poteſt inueſtire de re ad ſuam Ec-
cleſiam deuoluta, alium, antequam fiat de menſa, dum-
modo ſit ſolita concedi in emphyteuſim, cap. 1. in prin-
cip. de his, qui feud. dar. poſſunt, cap. 2. extra de feud. Bald.
conſil. 22. nu. 1. vol. 1. Anchar. conſ. 171. nu. 8. Clar. §. feud.
quaeſt. 13. num. 5. Menoch. conſil. 79. per totum maxime n.
8. ita potuit etiam acceptare pro emphyteutis D. Bolzo-
nos, & cum dicta domus poſſet liberari per aliam pro-
prietatem, potuit etiam acceptare proprietatem obla-
tam loco illius.

Nec obſtat, quod dicta tranſactio ſit nullius effectus,
cum fuerit redacta ad non cauſam, ob non adimplemen-
tum promiſſum ipſi Rectori, qui tranſegit non ſoluen-
do ei debitos liuellos, & ſupponendo aliam proprieta-
tem, namque cum verſemur in re diuturni temporis, &
inter hæredes, qui anteceſſorum geſta, & ſic etiam in-
ſtrumenta celebrata in aſſignatione promiſſa probabili-
ter ignorare præſumuntur, probatio huius implementi
redditur valde difficilis; in his autem quæ ſunt difficilis
13 probationis receditur à regulis † iuris ordinarijs, &
rigoroſis, & admittitur probatio eo modo, quo fieri
poteſt, Marſil. conſ. 61. num. 25. & 26. Soc. Iun. conſ. 6. nu-
mer. 5. vol. 2. lex enim non aſtringit ad impoſſibile, ſed
pro ſufficientibus recipit probationes, quæ quoquomo-
do haberi poſſunt, Abb. in cap. ſuper eo, ſub numer. 3. de
Paroch. Iaſ. in leg. ſi quis ex argentarijs, quam legit cum
lege prætor ait, §. prætor ait, num. 21. ff. de edend. Bal. conſil.
337. num. 16. vol. 1. Boer. conſil. 40. num. 100. Et ſufficiunt
14 † veriſimiles coniecturæ, inditia, & præſumptiones, l.
non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militar. Dec. conſ. 587.
num. 5. Ruin. conſil. 189. num. 18. volum. 1. Soc. Iun. conſil.
32. num. 13. volum. 2. Soc. Sen. conſ. 46. num. 9. vol. 1. Boer.
deciſ. 101. n. 6.
15 Vnde etiam receptum eſt, † ſolutionem, (& ſic a-
dimplementum) poſſe probari per coniecturas, &
veriſimiles præſumtiones, Afflict. dec. 13. Surd. dec. 105.
num. 9. & 10. Menoch. lib. 3. præſumpt. 135. nu. 2. Pacian.
conſ. 113. Bertaz. filius inter conſilia ciuilia patris, conſil.
118. Lancellott. Gallia conſ. 48. num. 19. & conſ. 86. nu. 13.
Honded. conſ. 39. num. 71. vol. 2.

Multę autem in caſu iſto extant probabiles coniectu-
ræ huius adimplementi, & aſſignationis, ex qua reman-
ſit liberata domus iſta quatenus appareret eam vnquã
obligatam fuiſſe Eccleſiæ actrici.
16 Prima & hæc quidem grauis reſultat ex diuturnitate,
ne dum decem annorum, in qua loquuntur infraſcripti
Doctores; ſed etiam ſere triginta, in quo tam longæ-
uo temporis ſpatio non præſumitur Eccleſiam diſtuliſſe
illud adimplemẽtum ſibi promiſſum, ſed illius executio-
nem obtinuiſſe, Surd. d. deciſ. 10. num. 4. vbi plures alle-
gat, quibus addo Honded. conſ. 39. numer. 71. volum. 2.
Lancellott. Galli. conſ. 48. num. 19. & conſ. 86. num. 13.
17 Nec eſt credibile, † quod ſi non fuiſſet ſatisfactum
dictæ Eccleſiæ, aliquis ex Rectoribus non conquæſtus
fuiſſet aliquando in tam diuturno temporis ſpatio, vt in
ſimili tradit Corn. conſ. 181. ſub num. 19. circa finem, &
num. 20. & 21. vol. 2. Senat. Mant. inter conſil. Montisfer-
rat. conſil. 6. num. 23. & 35.
18 Secunda colligitur coniectura, † ex eo, quod Reue-
rendus Petrus Buſſettus Rector illius temporis erat mul-
tum diligens, & rigoroſus conſeruator iurium Eccleſiæ,
vt patet ex duobus proceſſulis præſentatis, & ex d. in-
ſtrumento tranſactionis, quam coniecturam probant
Surd. d. dec. 105. & Pacian. conſ. 113.
19 Tertia præſumptio deducitur, † quia lis mouetur
ab iſto Reu. eo tempore, quo mortui ſunt omnes, qui
de negotio poſſent eſſe informati, Afflict. deciſ. 13. nu-
mer. 21. Pariſ. conſil. 83. num. 27. volum. 1. Menoch. conſil.
995. ſub num. 16. & lib. 3. præſumpt. 135. ſub num. 19. Paci-
an. conſil. 113. ſub num. 11.

Quarta oritur inde, quia conſtat D. Bolzonum, qui aſ-
ſumpſit onus faciendi aſſignationem prædictam, ſoluiſ-
ſe liuellos pro dicta obligatione per ſex, vel ſeptem an-
nos, vt ex receptione in proceſſu, fol. 14. fac. 1. ex qua
ſolutione præſumitur etiam prius preceſſiſſe aſſignatio-
20 nem tum quia † actus præſumitur factus in executione
obligationis, tractatus, & cauſæ præcedentis, Menoc.
lib. 3. præſumpt. 10. num. 23. & præſumpt. 49. num. 2. & præ-
ſumpt. 134. num. 30. Maſcard. concluſ. mihi, 1325. & ex
21 poſtea geſtis cognoſcitur † quid antea actum fuerit
vt in propoſito tradit Surd. dec. 105. ſub nu. 8. tum etiam,
quia non eſt veriſimile, quod per tot annos acceptaſ-
ſet liuellos, abſque eo quod fieret aſſignatio.
22 Veritas autem † dictæ receptionis iuſtificata rema-
net tum ex comparatione, de qua fol. 73. fac. 2. con-
firmata, fol. 74. fac. 2. quæ regulariter facit ſemiplenam
probationem, & multoties ſecundum Iudicis arbitrium
concurrentibus adminiculis, plenam, vt per Menoc. de
arbitr. caſu 114. tũ quia pro vera admittitur ab actore in
eius ſcriptura producta, ſub die 1. Iunij 1607. fol. 66. fac. 1.

Quinta præſumptio colligitur, quia ſolutio liuellorũ
fuit facta cum augumento ſolidorum quinque de pluri,
quod ſolet augeri in qualibet noua aſſignatione, vnde
veriſimile eſt vere factam fuiſſe ipſam aſſignationem, &
ex ea auctum fuiſſe liuellum in illis ſolidis quinque.

Et in omnem caſum cum Domini Bolzoni, fol. 61. of-
ferant implementum, iuxta conuenta in d. inſtrumento
tranſactionis, vbi de eo ex pręd ictis non reſultaret plena
probatio, non poſſunt moleſtari rei conuenti. Nec refert,
quod implementum ſit nimis ſerum, cum non fuerit fa-
23 ctum infra menſem, vt fuit conuentum, † & per con-
ſequens tranſactio vti iurata fuerit reſoluta ob nõ adim-
plementum in tempore debito, iuxta textum, in l. ſi quis
24 maior. C. de tranſact. cuius diſpoſitio procedit etiam in
tranſactione iurata, per clauſulam, Sincere, & fideliter.
vim iuramenti habentem, Bec. conſ. 45. ante n. 14. & n. 37.
Natt. conſ. 479. ſub n. 12. Roland. conſ. 63. n. 35. & 36. vol. 4.

Namque reſpondetur illud procedere, quando cer-
tum eſt, implementum non eſſe ſecutum, quod non cõ-
tingit in caſu iſto, nam præſuponimus vere ſecutum fuiſ-
ſe ex coniecturis ſuperius allegatis, ſed propter difficul-
tatem probationum, diuturnitatem temporis, & mor-
tem eorum inter quos negotium geſtum fuit, iuſtificari
non poſſe, & ob id ad tollendas omnes anſas denuo of-
fertur; ſed per hoc non ſequitur, quod poſſit declarari
nulla tranſactio, quia nullitas, & caducitas non decla-
ratur, nec per ſucceſſorem, nec contra ſucceſſorem, ex
quo mortui ſint illi, qui erant informati de negotio, qui
poſſent ſe tueri, & demonſtrare non eſſe locum d. cadu-
citati, & nulliter, in quib. terminis proprie nos verſamur.

Præterea aut fuit facta aſſignatio conuenta, & habe-
mus intentum; aut non fuit facta, & tunc per receptio-
25 nem † liuellorum d. Reu. Buſſettus cenſetur remiſiſſe
caducitatem, & prorogaſſe terminum, iuxta tradita
per Clar. §. emphyteuſis, quæſt. 10. Corbul. de cauſa pri-
uation. ob non ſolutum canonem, limitat. 21. poſtquam
26 autem mortuus fuit † promiſſor, ſi non fuit facta ab
hæredibus, nulla culpa eis imputari poteſt propter iu-
ſtam ignorantiam, quæ in eis præſumitur, l. qui in alte-
27 rius, ff. de regul. iur. & ideo veniunt † reſtituendi, pro-
vt petierunt, ex clauſula generali, Bart. in l. 2. circa finem,
C. ſi aduerſus vendition. pig. Old. de Reſtitut. quæſt. 8. art. 9.

ARGVMENTVM.

De Pręiudicio parato per contrahentem ex ſcientia,
& taciturnitate.

SVMMARIVM.

1 *Præiudicat ſibi in dominio directo ille, qui ſciens; & ta-
cens conſenſit eius aſſignationi, & non contradixit.*
2 *Ius proprium vel conſenſu, vel præſcriptione tollitur, &
deperditur.*
3 *Res generaliter hypothecata poteſt alij generali, vel par-
ticulari hypotheca ſubijci.*
4 *Si re obligata ſecundo creditori, primus non reclamat,
ille ſecundus pręfertur.*

CON-

CONTROVERSIA DCXL.

STantibus probationibus ſcientiæ D. Helenæ, & eius taciturnitate, quod terræ de quibus in cauſa, fuerint obligatæ, immo aſſignatæ quoad directum dominium Ven. Congregationi Eccleſiæ Mantuanæ de anno 1591. & poſt plures annos, eaſdem quoad vtile dominium
1 in generali iudicio pro rata dotium ſibi fuerint † pariter aſſignatæ, & non contradixerit quoad directum, videtur ſibi præiudicaſſe quoad ipſũ directum; illudq; ius quale tunc fuerit, quod ipſa D Helena habebat in ipſis terris, ratione generalis hypothecæ, ipſa, vel conſen-
2 tiente, † vel præſcriptione longi temporis ſubſequuta, ſublatum fuiſſe, ad tradita poſt alios, per Balb. *in tract. de præſcript. 4. par. quartæ partis princip. quæſt. 3. princip. num. 6. verſ. ſexta concluſio, & ſequenti.*
3 Quandoquidem res vna obligata † vniuerſali hypotheca, non impeditur quin alteri vniuerſali hypotheca obligetur, aut particulari hypothecæ ſubijciatur, Angel. *in l. 1. C. de crim ſtellion.* quem refert, & ſequitur Ludou. Molin. *de contract. diſput. 532. numer. 3 fol. 721.* Vbi *verſic. ſi autem obligat.* ſic inquit, Si autem obligetur cō-
4 ſcio † priore creditore, & inſcio poſteriore, tunc niſi „ prior reclamaret, ac admoneret poſteriorem creditorē „ præferrendum eſſe in eo pignore; argumento eorum, „ quæ in præcedenti diſputatione dicta ſunt, vide ibidem, quæ ſequuntur, vide, & contra *diſput. 537. nu. 7. fol. 741. & num. 15. verſ. ſi tamen creditor procuratori, fol. 742.*

A R G V M E N T V M.

Renunciare hypothecæ dotali, an quando mulieri ſit permiſſum, & quomodo id fieri præſumatur. Et de ratificatione geſtorum à defuncto.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier etiam expreſſe paciſcendo non poteſt facere deteriorem conditionem ſuæ dotis; Etſi pactum conferatur poſt ſolutum matrimonium. Sed vid. num. 14. & 16. 17. & 19.*
2 *Hypotheca legalis competit mulieri pro ſua dote.*
3 *Mulier præſumitur ſcire qualitatem bonorum ſui Mariti, an ſint libera nec ne.*
4 *Vxor etiam conſtante matrimonio, poteſt renunciare iuri ſuarum hypothecarum, ſiue tacitæ ſint, ſiue expreſſæ.*
5 *Renunciatio inducitur, & præſumitur ex coniecturis.*
6 *Qui non opponit de iure ſuo, nec contradicit, cenſetur renunciare.*
7 *Recognoſcens ſcienter, quem in dominium rei ſuæ libera, renunciat ius dominij directi, illi à quo illam recognoſcit.*
8 *Qui expoſt conſenſit alienationi rei ſuæ, ſibi præiudicat.*
9 *Ratificans actum, illum feciſſe dicitur.*
10 *Ratificare dicitur qui ſoluit liuellum: Nec minus facto, quam verbis fieri ſolet, num. 11.*
12 *Ratificatio fortior eſt, quæ fit facto, quam verbis.*
13 *Quod placuit defuncto non opponere, non licet proponere eius hæredibus.*
14 *Renunciatio hypothecarum ratione dotis poteſt fieri à muliere, excepto ſi maritus non eſſet ſoluendo, & numer. 15.*
16 *Mulier non poteſt in ſui præiudicium renunciare hypothecæ dotali, ſi timetur eam remanere indotatam.*
18 *Dos, & cauſa pia pari paſſu ambulant, & æqualia habent priuilegia.*
19 *Mulier poteſt deteriorem conditionem ſuæ dotis facere ex iuſta cauſa.*
20 *Generalis diſpoſitio non afficit piam cauſam. Specifica in alienationis prohibitione, num. 21.*

CONTROVERSIA DCXLI.

QVæritur quis habeat potiora iura in petia terræ bubulcarum ſexdecim, controuerſia, an D. Leonardus Fiandra inueſtitus à Ven. Congregatione S. Petri, an vero hæredes q. D. Helenæ Pedrochæ, cui Dom. Helenæ præſupponitur obligatā fuiſſe pro ſuis dotibus d. petiam terræ, dum eſſet libera, vt ex inſtrumentis in proceſſu *fol. 10. & 13.* & poſtea fuiſſe aſſignatam ab eius marito ipſi Ven. Congregationi, vt ex fide de qua *fol. 30.* & denique in ſeparatione bonorum mariti fuiſſe adiudicatā, tamquam emphyteoticam prædictæ D. Helenę pro ſuis dotibus, & de ea inueſtitam fuiſſe, ac ſoluiſſe debitum canonem, & numquam contradixiſſe, dum vixit, dictæ obligationi, ſed ea mortua ſine deſcendentibus, & ſic hæredibus capacibus, Ven. Congregatio accepit tenutā, vti de re deuoluta, & inueſtiuit d. D. Leonardum, hæredes vero extranei ipſius D. Helenæ contendunt eam ad ſe ſpectare, quaſi non potuerit obligari à marito in præiudicium vxoris, nec ipſa ſibi præiudicare in dictis ſuis dotibus.

Et dubitando contra Ven. Congregationem, reſpectu d. petiæ terræ (de alia enim, ſuper quo adeſt tenile, non eſt controuerſia, cum fuerit ab antiquo emphyteotica) M. Illuſtris, & M. Reu. D. Iudex dicit contra eam facere *l. Atilicinius Proculo, ff. de pactis dotalib.* vbi mu-
1 lier etiā expreſſe † paciſcendo non poteſt facere deteriorem conditionem ſuæ dotis, ſed tantum meliorem, quāuis pactum conferretur poſt ſolutum matrimonium, concordant *leg. 2. leg. de diu. ff eod. tit. de pact. dotalib. leg. quamuis, C. de pact. conuent.* Natt. *conſ. 207. num. 1.* Deci. *conſ. 536. ſub num. 3.* Crot. *conſil. 74. num. 5.* Tiraqu. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num. 31. C. de renocand. donation.* Neguſant. *de pignoribus, in 4. membre ſecunda partis, ſub num. 83.* Ioſeph Ludou. *deciſ. Lucenſ. 21. num. 14.* Borgn. *de vſufruct. ſub num. 135.* quam vtiq; feciſſet in caſu iſto, cum haberet hypothecam anteriorem tam conuentionalem, vigore ſuorum inſtrumentorum, quam legalem, quam dat lex mulieribus pro
2 ſuis dotibus, iuxta *leg. vnicam, C. de rei vxor. action. & l. aſſiduis, C. qui potior in pignor. habeant.* ex qua hypotheca poterat conſequi dictam petiam terræ liberam, & traſmiſſibilem ad hæredes extraneos.

Ego tamen pro Ven. Congregatione conſidero, quod D. Helena, tamquam vxor D. Petri Franciſci Ciconeæ ſui mariti, & quæ cum eo cohabitabat, præſumitur ſciuiſſe qualitatem bonorum mariti, an eſſent libera, vel emphyteotica, Corn. *conſ. 165. num. 34. vol. 2.* Crauett. *conſ. 151. ſub num. 24. & conſ. 864. ſub num. 8. verſic. ſi dixeris*, Roland. *conſ. 19. num. 42. vol. 1. & conſil. 66 numer. 29. volum. 4.* Menoch. *conſ. 229. num. 29.* Honded. *conſil. 80. num. 48. vol. 2.* & ob id cum præſumatur ſciuiſſe hanc petiam terræ, tempore obligationis ſibi factæ, fuiſſe liberam, & poſtea eamdem acceperit inſolutum, vti obnoxiam d. Congregationi, & de ea acceperit inueſtituram, & ſoluerit annuos liuellos, nec vllum contradictionis verbum fecerit, dum vixit, cenſetur acquieuiſſe, & conſenſiſſe d. obligationi factæ à marito Eccleſiæ, & renunciaſſe ſuæ hypothecæ; renunciare enim iuri ſuarum
4 † hypothecarum poteſt vxor etiam conſtante matrimonio, *leg. etiam, & leg. iubemus, C. ad Vellei an.* Roman. *conſ. 140.* Fulgoſ. *conſil. 206.* Petrus Barboſ. Luſitan. *in l. 1. in 5. part. ſub num. 59. verſic. vlterius, & principaliter, &c. ff. ſolut. matr. tom. 1. fol. 2:8.* vbi inquit hoc procedere tam reſpectu tacitæ quam expreſſæ, & ſic legalis hypothecæ, quod vltimum dictum latius defendit, *num. 69.*

Et *ſub numer. 65. verſic. vera concordia eſt, &c. fol. 261.* docet hanc renunciationem poſſe fieri à muliere, tam
5 tacitè, quam expreſsè. Et renunciatio † inducitur, ac præſumitur ex coniecturis, Maſcard. *in verbo remiſſio concluſ. mihi 1268. num. 22. & in verb. renunciatio, concl. 1269. num. 100.* cum poſſit quis renunciare tam tacite, quam expreſſe, Ceph. *conſil. 337. num. 8. & 29.* & reſultat ex actibus, qui citra ius, & nomen renunciationis

fieri

fieri non poſſunt, argumento *leg. pro hærede*, 10. §. *Papinianus, ff. de acquirend. hæredit.* Crauett. *conſ.* 197. *nu.* 12, *& conſ.* 425. *num.* 71. Riminald. Iun. *conſ.* 523. *nu.* 7. Sforz. Odd. *conſ.* 32. *num.* 15. hic autem ſtare ſimul non poſſunt, quod voluerit conſeruare ius ſuum, & recognoſcere Eccleſiam de re, quam liberam habere poterat; nam
6 qui non opponit de iure † ſuo, neque contradicit, illi renunciare cenſetur, Cephal. *conſil.* 215. *num.* 30. *& conſ.* 337. *num.* 9.

Sicuti etiam videmus, quod ſi quis ſcienter recogno-
7 ſcat rem propriam liberam in emphytheuſim, † vel feudū cenſetur velle renunciare ius dominij directi, ei à quo illam recognoſcit, Burſatt. *conſil.* 339. *num.* 29. Schrader. *de feud. part.* 5. *capit.* 5. *numer.* 3. Surd. *conſil.* 449. *numer.* 38.

Quæ remiſſio ſui iuris inducitur etiam ex tacito conſenſu, qui expoſt ſubſequitur; nam qui expoſt conſen-
8 tit † alienationi rei ſuæ, ſibi præiudicat. Caſtr. *in leg. ſi fundum per fideicommiſſum, num.* 4. *ff. de legat.* 1. Laderch. *conſ.* 66. *n.* 22.

Nec refert, quod non ipſa D. Helena, ſed eius maritus acceperit inueſtituram, quia ſufficit, quod illa ra-
9 tificauerit, qui enim † ratificat actum, is illum feciſſe dicitur, nec ei contrauenire poteſt, *leg. ſi pupilli, §. item quæritur, ff. de negot. geſt.* Surd. *dec.* 33. *num.* 2. *&* 3. ratifi-
10 caſſe autem dicitur † ſoluendo liuellum, Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 15 *num.* 119. *& conſil.* 658. *num.* 13. Crauett. *conſil.* 158. *num.* 3. Riminald. Iun. *conſil.* 449.
11 *num.* 16. nam ratificatio † non minus facto, quam verbis fieri ſolet, Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *nu-*
12 *mer.* 118. *& conſ.* 92. *n.* 64. immo fortior † eſt, quæ fit facto, quam verbis, *l. Paulus, ff. rem rat. haber.* Decian. *conſil.* 14. *num.* 19. *& conſ.* 59. *num.* 14. *vol.* 2. de qua ſolutione conſtat ex teſtibus examinatis vltra fidem in proceſſu, *fol.* 21. *fac.* 1.

Et cum D. Helena non fuerit conqueſta, dum vixerit, non debent admitti nunc eius hæredes ad hanc quærelam; potuit enim ipſa velle gratificari Eccleſiæ; vnde
13 quod † placuit ei non opponere, non licet proponere ipſis hæredibus, *leg. ea quæ à patre, C. de reſtit. militum.* Virgin. Bocacc. *in conſtitut. Picen. vt minorem, gloſſ.* 8. *n.* 248. Io: Vincent. de Anna, *allegat.* 43. *num.* 9.
14 Ad motiuum autem, † quod mulier non poſſit ſibi præiudicare in dote; Reſpondetur primo, quod regula dictarum legum, de quibus in eo, non procedit in renuncia hypothecarum ratione dotis facta à muliere, quia de hoc habemus textus expreſſos. quod hoc ei licet, vt *in d. leg. etiam, & d. leg. iubemus, C. ad Velleian.* niſi
15 eo caſu † quo maritus non eſſet ſoluendo, ita expreſſe declarat in noſtris terminis Barboſ. *in d. leg.* 1. *in quinta parte ſub num* 67. *verſic. Deciſionem, d. l. iubemus, & c. ff. ſolut. matrim. tom.* 1. *fol.* 261. hic autem maritus erat ſoluendo, quia fuit ſatisfactum pro dote ipſi D. Helenæ, licet de bonis obligatis, hoc non refert, quia non remanebat indotata, nec ſi habuiſſet filios, fuiſſent priuati dictis bonis, & quotidie mulieres renunciant ſuis hypothecis, dum contingit maritos alienare aliqua bona, & numquam auditum eſt, quod renuncia non valeat, ſi maritus habeat alia bona, licet obligata, quia, & cum illis poteſt ſatisfieri creditori ſine eius detrimento, cum in æſtimatione habeatur ratio d. qualitatis, & ob id minus æſtimentur huiuſmodi bona.
16 Secundo reſpondeo, † quod dicta iura procedunt in præiudicio, propter quod mulier poſſet remanere indotata, vel filij priuati dote. vt patet cuique legenti illa, ſed in præiudicio, quod ſequeretur poſt mortem mulieris decedentis ſine filijs, quæ amplius non eget dote, non diſponunt dicta iura, ita Surd. *conſil.* 117. *numer.* 37. *verſ. Tertio reſpondetur.*
17 Tertio, † cum quilibet ad libitum poſſit diſponere de rebus ſuis, ſequitur, quod ex quodam priuilegio mulieri concedatur ne poſſit præiudicari in dote; cum autem dos, & cauſa pia paribus priuilegijs gaudeant, Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 158. imo fauorabilior ſit pia cauſa, quam dos, Tiraq. *in dict. tractat. priuileg.*
18 126. *circa finem, & priuileg.* 147. non poteſt dos † priuilegiata vti ſuo priuilegio contra alium æque priuilegiatum, argumento *leg. verum, §. final. ff. de minorib. leg. ſed, & ſi milites, verſic. æqualitat, leg. adminiſtrantes, §. final. cum l. ſeq. ff. de excuſat. tutor.* Natt. *conſil.* 622. *num.* 3.
19 Quarto, † dictæ leges non prohibent mulierem deteriorem facere conditionem ſuæ dotis ex iuſta cauſa, *l. licet, ff. de pact. dotalib.* Natt. *conſ.* 207. Dec. *conſ.* 536 *ſub num.* 3. Surd. *conſil.* 112. *num.* 36. ſed iuſta videtur cauſa, ne Eccleſia remaneat in damno, & priuetur iure ſuo, cum non poſſit vtrique conſultum eſſe, ſatisfaciendo mulieri pro ſua dote in re obnoxia cum reſeruatione directi pro Eccleſia.
20 Quinto, cum generalis diſpoſitio non afficit piam cauſam, Bald. *in leg. generali ad finem, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Alex. *conſ.* 105. *num.* 11. *lib.* 4. Barboſ. *in l.* 1. *in* 1. *p. ſub num.* 27. *ff. ſolut. matrim.* Tiraq. *de priuileg. piæ cauſæ,*
21 *priuileg.* 19. ſicuti nec generalis prohibitio † alienationis comprehendit piam cauſam, Tiraq. *in d. tractat. de priuileg. pia cauſa, priuileg.* 130. videtur dicendum, quod generalis ſanctio ne mulieres ſibi poſſint præiudicare in dote, non habeat locum, vbi è contra verſatur fauor Eccleſiæ, vel piæ cauſæ.

ARGVMENTVM.

Petitorij, & poſſeſſorij iudicium, an, & quando ſimul terminari debeat, vel primo ſuſpenſo, alterum decidi. Et de poſſeſſorio ſummariſſimo, & quis in eo obtineat.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* ſpectare *reſpicit dominium.*
2 *Petitorium inchoatum non ſuſpenditur, niſi ſupponeretur aliquod ſpolium pendente lite.*
3 *Ex probationibus factis in petitorio ſuper proprietate cenſetur renunciatum poſſeſſorio prius excitato.*
4 *Probationibus factis ſuper petitorio, & poſſeſſorio de partium conſenſu obtinet cumulatio. Et vtraque cauſa ſimul terminanda eſt, num.* 5. *Sententia tamen ſolum habet executionem in petitorio, num.* 6.
7 *Cumulatur petitorium, & poſſeſſorium cum cauſa vertitur coram ſupremo Iudice.*
8 *Et quando cauſa cognoſcitur ſola facti veritate inſpecta.*
9 *Et quando ita ius proprietatis apparet, vt calumnioſa videatur ſuſpenſio.*
10 *Immo etiam in caſu præſumpta calumnia ex cauſa ſpolij, non poteſt ſuſpendi petitorium. Maxime cum renunciatum eſt probationibus a petente ſuſpenſionem, numer.* 11.
12 *Omiſſa cauſa poſſeſſionis poteſt terminari cauſa proprietatis, quia petitorium abſorbet poſſeſſorium.*
13 *Petens rem quia ſumit originem a ſuis rebus, dicitur agere petitorio.*
14 *Poſſeſſorium ſummarium extraordinarium poteſt intentari etiam alio iudicio pendente.*
16 *In eo iudicio ille obtinet, qui de antiquiori poſſeſſione probauit.*

CONTROVERSIA DCLXII.

REferendum eſt Sereniſſimo D. Noſtro per Eccellentiſſimum Senatum, cauſam poſſeſſionis non eſſe ſeparandam à cauſa proprietatis, prout prætendunt Illuſtriſſimi Domini Cattanei, ſed vtramque vnica ſententia expediendam eſſe, prout contendunt Illuſtriſſimi Domini Gonzagæ in hac lite glareatum controuerſiarum, quia vtraque ab initio cumulata fuit, & per totum proceſſum proſecuta, nam vſque de anno 1582. ſub die 1. Decembris, D. Eques Panictia, & Antonius de Vbertis, cuius loco ſucceſſerunt Domini Cattanei, ac alij litis conſortes obtinuerunt reſcriptum cō-

mune

Digitized by Google

mine; vt præſens quæſtio terminaretur ab ipſo Senatu,
ſuper cauſa proprietatis,& dominij,vt manifeſte indicát
verba illa precum, *Faccia giuſtitia coſi ſopra l'appella-*
tione, come li meriti della cauſa, pretendendoſi tal'allu-
uione à lui ſpettarſi, come quella, c'ha hauto origine dal-
le ſue teſtate,& della quale è già in poſſeſſo: verbum enim
1 *ſpectare*, † reſpicit dominium, Bero. *conſ.48.ſub num.*
*3.volum.3.*maxime attenta ratione adducta quia habue-
rat originem à ſuis teſtatis, Honded. *conſ.2*.. *num.6.*
& conſ.24.num.14.volum.2.& ſuper hoc data ſunt capi-
tula, & factæ probationes tam à Domino Panitia, ſub
die 6.Februarij 1584. in proceſſu, *fol.35.* quam ab Illu-
ſtriſſimo q.D. Annibale Gonzaga, ſub die 4. Iunij 1604.
fol.67. & ſub die 12. Auguſti 1604. *fol.75.* & à Dominis
Cattaneis, ſub die 9. Februarij 1607. *fol.175.* qui quidē
Domini Cattanei,licet antea excitaſſent cauſam poſſeſ-
ſorij, ſub die 29. Auguſti 1605. *fol.127.* tamen nulla de
hoc eſt habenda ratio, tum quia, vt dictum ab initio,lis
eſt inchoata ſuper proprietate, & dominio ad petitio-
nem eorum auctoris D. Antonij Vberti, quo caſu illud
numquam ſuſpenditur, niſi præſupponeretur aliquod
2 † ſpolium, pendente lite, de quo hic non conſtat, vt
per Burſatt. qui alios allegat, *conſil.140.num.32.* Hon-
ded. *conſ.24.num.73.volum.2.*tum quia per probationes
3 factas ſuper proprietate, † & dominio ex poſt, dici-
tur renunciatum poſſeſſorio prius excitato, Menoch.
de recuperand.poſſeſſ.remed.1.num.161.& conſil.542 num.
9. Honded. *conſ.24.num.39.41.69.& 71.vol.2.*tum quia
Illuſtriſſimus D. Annibal contradixit, & proteſtatus eſt
fol.130. qui non intendebat aliquo pacto præiudicari,&
quod recederetur à iudicio proprietatis, quando autem
probationes ſunt factæ ſuper vtroque, partibus conſen-
4 tientibus, tunc,quia † procedit cumulatio, Riminald.
Iun. *conſil.230.num.13.& conſil.151.num.29.* cauſa poſ-
5 ſeſſoij † non poteſt ſeparari à cauſa proprietatis, ſed
vtraque terminari debet, *c.cum dilectus*, vbi notat Abb.
de cauſ.poſſeſſ.& proprietat. Riminald.Iun. *conſ.809.nu-*
mer.98. Burſatt. *conſil.27.num.13.& conſ.140. num.9. &*
33. vbi de communi, Caſſador. *deciſ.7.num.16.de cauſ.*
poſſeſſ.& proprietat. Puteus, *dec.29.lib.3.* & ſententia ſo-
6 lum habet executionem † in petitorio, Riminald. Iun.
conſil.15.numer.31. Rota apud Puteum, *deciſ. 82. libro*
primo.
7 Quod maxime procedit, quando etiam † vertitur
coram ſupremo, vide etiam Menoch. *conſ.2.nu.190.*
Surd. *conſil.166.num*.... & quando cognoſcitur ſola
8 facti veritate inſpecta † vt iudicat Senatus. Roland.
conſil.7.num.38.volum.3. Peregr. *conſil.3.num.24.volum.*
1. Honded. *conſil.94.num.63.volum.1.* Raudenſ. *conſil.*
18.num.189.volum.1. & quando adeo conſtat de iure
9 proprietatis, † & dominij, vt calumnioſa videatur
ſuſpenſio illius,cauſa cognoſcendi ſuper poſſeſſorio,Ro-
ta apud Mohedan, *de reſtitut.ſpoliat.deciſ.14.num.1.alias*
eſt deciſ.198. eadem Rota, *in deciſionibus nouiſſimis di-*
uerſor.deciſ.1118.lib.3.par.3. Honded. *conſ.24.num.70.*
10 *volum.2.* quod adeo verū eſt †: hoc in caſu præſumptæ
calumniæ, vt nec tunc ex cauſa ſpolij poſſit ſuſpendi
petitorium, Honded. *conſil.24.num.68.vol.2.* Raudenſ.
conſil.18.num.188.vol.1. Pute. *deciſ.82.lib.7.* Et denique
11 maximè non admittitur ſuſpenſio, quando † renun-
ciatum eſt probationibus ab eo, qui petit ſuſpenſionem,
Rota, *in deciſionibus nouiſſimis diuerſ.deciſ.1117.num.2.*
& deciſ.1118.in fine,lib.3.part.3. ſicuti fuit renunciatum
à Dominis Cattaneis, ſub die 14. Februarij 1607. *fol.*
178.

Et licet deinde ipſi dederint alia capitula ſub die 23.
Nouembris 1607. *fol.179.* & contenti extiterint Domi-
ni Gonzagæ, vt admitterentur, ſub die 8. Februarij
1608. *fol.188. fac.2.* & ſub die 30. Aprilis 1608. *fol.195.*
tamen vtrobique conceſſa eſt admiſſio, dummodo po-
ſtea, & non aliter cauſa expediatur ſuper proprieta-
te; vnde quoties non ſit expedienda tota cauſa, non cē-
ſetur data facultas examinandi, nec remiſſa renuncia-
tio probationum facta à Dominis Cattaneis.

Non ſolum autem, quando proceſſum eſt ſuper pro-
prietate, & factæ probationes de dominio, vtraque
cauſa poſſeſſorij, & proprietatis terminari debet vnica
ſententia, ſed vt ommiſſa cauſa poſſeſſionis, terminari
12 poteſt tantum cauſa proprietatis, quia † petitorium
abſorbet poſſeſſorium, *cap.1.* vbi Abb. *in 4.notabili, ſub*
num.3.de reſtit.ſpoliat. idem Abb. *conſ.89.ſub num.3.vo-*
lum.1. Pariſ. *conſ.113.num.5.volum.1.* Crauett. *conſ.302.*
ſub num.5. Menoch. *conſ.437.num.25.* Perſonal. *de adi-*
piſc.poſſeſſ.ſub num.290. Riminald. Iun. *conſ.237.numer.*
74.75.76. Maſcard. *concluſ.1199.numer.15.* Monald.
conſil.82. numer.4.5.6. volum 1. Puteus, *deciſ.82.libr.1.*
Honded. *conſ.24.num.39.& 41.volum.2.* Rota, *dec.269.*
num.5.p.2.nouiſſimar.

Et eo magis hoc fieri debet in caſu iſto, quia hoc iu-
dicium eſt ſuper mera proprietate,& mere petitorium,
licet hinc inde deducta fuerit poſſeſſio, & vtraque
pars inſtiterit manuteneri in ſua poſſeſſione, vt in
precibus aduerſariorum productis, ſub prima De-
cembris 1582. circa finem, *fol.4.* & in petitione D. An-
nibalis, ſub 12. Martij 1604. *fol.52.* nec adeſt aliqua
contrariorum remediorum proportio, vt nonnulli pu-
tarunt; nam quando quis poſſidet, poteſt adhuc petere
ſe declarari dominum, vt fecerunt iſti litigantes, qui
petierunt declarari hanc alluuionē ad ſe ſpectare vti quę
habuerit originem ab eorum teſtatis; vnumquemque
13 manuteneri in ſua poſſeſſione, quo caſu † hoc iudi-
cium dicitur mere petitorium, Bart. *in l.vti frui,§ verū,*
num.2.ff.ſi vſufruct.petat. Iaſ. *in §.æque ſi agat, numer.40.*
Inſtit.de action. bene Valaſc. *conſultatione 184.numer.1.*
& de hac ſententia declaratoria agit etiam Cuchus, *in*
tractat.de mentione,circa poſſeſſionem, num 60.& 61.

14 Non obſtat, quod Domini Cattanei tractent de illo
ſummario poſſeſſorio extraordinario, quod poteſt in-
tentari etiam alio iudicio pendente, de quo per Caſtr.
conſ.3.in 1.dubio,vol.2. quia nec ob illud poteſt ſuſpen-
di proprietatis terminatio, de qua agitur; nam &
in hoc iudicio actum eſt etiam de poſſeſſorio plenario,
adeovt conſtet, & quis ſit Dominus, & quis iuſte poſſi-
dere debeat, & cuius antiquior fuerit poſſeſſio, quo
caſu etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio illa pars obti-
15 net, quæ † de antiquiori poſſeſſione probauit, vt fe-
cerunt Dominij Gonzagæ, Caſtr. *dict.conſ.3.in 2.dubio,*
volum.2. Virgin. Boccac. *in tractat.vti poſſidet, cap.14.n.*
26.& num.27.in fine, vbi dicit, quod probationes factę
in petitorio, vel poſſeſſorio plenario attenduntur, &
operantur in hoc ſummario, cum petitorium habeat
etiam ſemper in ventre poſſeſſorium.

Et ita omni meliori modo inſtatur referri Sereniſſimo
Domino non eſſe ſuſpendendam cauſam proprietatis,
ſed totam cauſam expediri debere,& hæc citra preiudi-
cium, &c. proteſtando de nullitate, & expenſis, re-
plicando etiam, quæ alias deducta fuere in ſcriptura
producta, ſub die 15. Decembris 1607. *fol.181.fac.2.*

A R G V M E N T V M.

De promiſſione facta, per Virum, patrem, Vxo-
rem, & eius effectus. In generali obligatione,
quæ veniant. Quæ actiones competant. Et
de Saluiano Interdicto.

S V M M A R I V M.

1 *Solutio præſumitur facta nomine proprio agentium, pro*
reluendis proprietatibus obligatis, & ad quæ poſtea a-
gitur.
2 *Ceſſionarius cenſetur eſſe idem cum cedente, & ſucce-*
dit in eius ius.
3 *Mulier non poteſt cedere ius, cum promiſſio fuit facta*
Viro. Secus ſi & ſibi facta ſit, num.4.
4 *Muliere præſente cum viro promittitur, dicitur eſſe acqui-*
ſita actio etiam ipſi pro parte ſua.
5 *Mulier viro mortuo habet actionem contra dotis promiſ-*
ſores, ex promiſſione facta marito.

6 *In generali obligatione bonorum veniunt ne dum nomina debitorum; ſed & obligationes, ac hypotheca competentes ipſi obligantis contra bona ſui debitoris, & num. 7.*
8 *Iura, rationes, & hypotheca dicuntur eſſe in bonis noſtris.*
9 *Creditor ex obligatione omnium bonorum, habet actionem vtilem perſonalem ad nomen debitoris, & ad pecuniam eius cauſa debitam, ac vtilem hypothecariam aduerſus bona, & pignora obligata.*
10 *Res obligata ſemper tranſit cum ſuo onere.*
11 *Habens ius reale poteſt agere Saluiano Interdicto aduerſus tertios poſſeſſores bonorum debitoris.*
12 *Item & contra debitorem debitoris.*
13 *Vtile Saluianum Interdictum competit ei, cui conceditur vtilis Hypothecaria.*

CONTROVERSIA DCLXIII.

Recte agere arbitror Dominos Facchettum, & Bardellonum pro ſuis damnis ad petiam terræ poſſeſſam a D. Fuluia Caſtiona Ricciardella, non obſtante motiuo, quod audio oretenus excitari, ipſis non competere actionem pro iuribus D. ab Aleo eorum auctoris contra tertios poſſeſſores bonorum debitoris eiuſdem ab Aleo.

Duplicique via exiſtimo eis competere actionem intentatam, primo, quia bona ad quæ agunt erant obligata D. Barbaræ Suardæ pro dote ſibi promiſſa à patre, pro qua erga eam ſe obligarunt etiam mater, & auia paterna, quæ cum fuerit ſatisfacta à dictis Facchetto, & Bardellono pro ſuo credito, cuius vigore egerat contra bona ab ipſis poſſeſſa, ceſſit eiſdem iura ſua, vt *fol. 1. fac. 1.* proceſſus præſentis cauſæ, quam ceſſionem potuit facere, etiam ex interuallo, cum ipſi
1 actores præſumuntur † ſoluiſſe nomine proprio, & pro reluendis proprietatibus ab eis poſſeſſis, & petitis à D. Barbara, iuxta tradita per Menoch. *lib. 3. præſump. 143. num. 3. cum ſeqq.* cuius ceſſionis vigore, nunc ipſi agere poſſunt ad bona obligata d. D. Barbaræ, ſicuti ipſa agere potuiſſet; quia ceſſionarius ſuccedit in ius ce-
2 dentis, † & cenſetur eadem perſona cum eo, omneque illius ius conſequitur, vt probat Surd. *conſ. 22. numer. 16. & conſil. 82. num. 13.*

Nec refert, quod D. Barbara non potuerit cedere a-
3 liquod ius, cum non ei, ſed marito † fuerit facta promiſſio, iuxta *leg. ſi pater, Cod. de dot. promiſſion.* quia cum ipſa D. Barbara fuerit præſens promiſſioni factæ viro, vt
4 *fol. 37. fac. 2.* dicitur etiam ei quæſita actio, † pro re ſua Ripa, *in leg. 1. num. 3. ff. ſoluto matrimonio*, Gabr. *de iur. dot. concl. 3. num. 8.* Cephal. *conſ. 713. num. 42.* ſicuti etiam mortuo marito, vxor dicitur habere actionem contra
5 dotis promiſſores, † ex promiſſione facta ipſi marito, Guid. Pap. *queſt. 375. verſic. Ego dixi, &c. & conſ. 6. verſic. ſecundo, quia d. lex*, Boer. *deciſ. 328. num. 2.* Gabr. *vbi ſupra, num. 5.* Cephal. *d. conſil. 713. num. 39. & 44.*

Præterea ex obligatione omnium bonorum facta à viro ipſi D. Barbaræ de ei reſtituendo ſuas dotes, de qua *fol. 37. fac. 2.* quæſita fuit actio illi contra debitores mariti, quia in generali obligatione bonorum veniunt etiã nomina debitorum ſui debitoris, vt ſtatim dicam; quã poſtea potuit cedere actoribus.

Secundo poſſunt agere, vigore obligationis omnium bonorum eis factæ ab ipſo q. ab Aleo pro conſeruatione bonorum illis venditorum, & in quibus moleſtati fuerunt, in qua etiam ceciderunt omnia iura, quæ ipſe ab Aleo habebat contra promiſſores dotis prædictæ D. Barbaræ ſuæ vxoris; in generali enim obligatione
6 † bonorum veniunt ne dum nomina debitorum, *l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poſſ.* Bal. *conſ. 25. in 6 dubio, ſub num. 5. vol. 1.* Caſtr. *conſ. 198. num. 1. vol. 1.* Ruin. *conſ. 212. num. 20. vol. 1.* Pariſ. *conſil. 107. num. 65. vol. 3.* Natt. *conſ. 300. num. 3.* Surd. *conſil. 4. ſub num. 21.*
7 Sed etiam veniunt † obligationes acceſſoriæ, & hypothecæ competentes ipſi obliganti contra bona ſui debitoris, Bart. *in leg. grege, §. cum pignori, ſub. numer. 1. verſ. tu dicas, quando nomen*, & ibi Salicet. qui bene diſtinguit, *ſub num. 4. verſic. aut non eſt expreſſum aliquid prædictorum, ff. de pignoribus*, Iacob. de Aren. *in d. leg. nomen ante numerum primum, verſic. quia debitor obligando, &c.* & clarius ibidem Salicet. *ante numer. 2. verſic. in quo ſic diſtinguo, C. quæ res pign. oblig. poſſ.* Hieronym. Papon. *conſ. 42. num. 2. 3. & 7.* vbi inquit, quod per generalem obligationem dicitur hypothecari hypotheca ſui debitoris, & acquiritur ius reale in eius bonis, quod tenent etiam omnes illi, quos paulo poſt recenſebo, &
8 ratio eſt, quia † iura, rationes, & hypothecæ dicuntur eſſe in bonis noſtris, Geminian. *in cap. 1. num. 5. de ſciſmat. in 6.* Decius, *in leg. qui actionem, pariter num. 5. ff. de regul. iur.* igitur obligatis bonis generaliter veniunt & illæ.

9 Propterea creditor, vigore talis obligationis habet duplicem actionem vtilem, perſonalem ſi vult agere contra ipſum nomen debitoris, & ad pecuniam eius cauſa debitam; vtilem vero hypothecariam, ſi vult perſequi bona, & pignora obligata pro dicto nomine, Bartol. Salicet. & Paponius, *in locis ſupra citatis*, Io: Faber, *in d. leg. nomen ſub num. 1. fol. 204.* & ibi Aloyſ. de Leo, *ſub numer. 3. C. quæ res pignor. obligar. poſſunt*, Caſtr. *in leg. ſi conuenerit, la ſeconda, ſub num. 2. ff. de pignoratitia actione*, Capic. *deciſ. 78. num. 3.* Negulant *in tractatu de pignorib. in 3. membro, ſecundæ partis, ſub num. 24. verſic. ſed in prædictis dubitatur, &c.* Surdus, *conſil. 4. num. 24. & 25.*

Si igitur talis creditor habet ius reale in bonis debitoris ſui debitoris, ſequitur, quod contra ea agere poſſit penes quoſcumque reperiantur tertios poſſeſſores; res
10 enim obligata † ſemper tranſit cum ſuo onere, *cap. ex litteris, de pignoribus, l. ſi debitor, Cod. de diſtract. pign.* Couarruu. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 7. num. 6.* Guid. Pap. *quæſt. 42. & quæſt. 576.* Paul. Marcheſ. *in tractat. de Saluian. Interdict. cap. 10. num. 3.*

11 Et ideo ſicuti is, † qui habet ſimile ius reale poteſt agere vtili Saluiano Interdicto contra tertios poſſeſſores bonorum ſui debitoris, Rolandus *conſil. 14. numer. 2. lib. 1.* Negulant. *in tractatu de pignorib. in 4. membr. ſecundæ partis, num. 133. & in 3. membr. octauæ partis, num. 19.* Surd. *deciſ. 174. num. 17.* Paul. Marcheſ. *de Saluian. Interdict. cap. 8. ſub num. 2.*

12 Nec non poteſt agere † d. remedio contra nomen ſui debitoris, & ſic contra debitorem ſui debitoris, Surd. *conſ. 4. num. 36.* Alexand. *in l. à diuo Pio, §. ſic quoque, ſub num. 12. ff. de re iudicata.*

13 Ita quoq; poterit † agere contra tertios poſſeſſores bonorum debitoris ſui debitoris, ſibi vt ſupra dixi obligatorum, quia cum contra eos competat vtilis hypothecaria, vt ſuperius probaui, competit etiam vtile Saluianum Interdictum, quod datur cuicumque cui competit hypothecaria, Rota *deciſ. 54. num. 4. part. 1. nouiſſimar. diuerſ.* Marcheſ. *in d. tractat. de Saluian. Interdict. cap. 8. num. 2.*

ARGVMENTVM.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, quibus in caſib. non competat; & de præſumptionibus ſolutionis.

SVMMARIVM.

1 *Vbi confeſſio eſt geminata, non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ.*
2 *Cum cautio eſt pro mutuo iam antea facto, ea exceptio non obeſt.*
3 *Qui agnouit fidem cautionis non poteſt eam exceptionem obijcere.*
4 *Renunciatio exceptioni iſti, facta ex interuallo, impedit eius vſum, & competentiam.*
5 *Ceſſat exceptio & cum debitor fatetur ſe recepiſſe pecuniam a tertio nomine creditoris.*
6 *Præterea ceſſat, & cum interuenit renunciatio per iuramentum*

Digitized by Google

meutum, vel Clauſul.ei æquipollentem.

7 *Iuramentum ſuper confeſſione numerationis ſecundum plures, excludit hanc exceptionem.*

8 *Exceptio non obſtat cum omnia interueniunt, ſcilicet quod non reus iurauit omnia eſſe vera; renunciauit exceptioni cum dicto iuramento, & cum eodem promiſit promiſſa ſeruare.*

9 *Excipiens de non numeratione, nec pariter auditur cum vltra confeſſionem extant alia indicia numerationis.*

10 *Vbi conſtat de ſolutione partis, præſumitur ſolutum totum.*

11 *Quando labatur inſtantia debitorum ex Statuto Mantuæ.*

CONTROVERSIA DCLXIV.

Exceptio non numeratæ pecuniæ oppoſita nomine Domini Io: Baptiſtæ Zitardi non nocet D. Antonio de Parteſanis, ſed condemnandus venit d. Zirardus ad ſummam petitam, de qua in actu iudiciali producto.

Et primo quo ad ſummam ſcutorum centum triginta duorum mutuatorum cauſa ſoluendi datium Fornacis emptæ per ipſum Zirardum, nulla verſatur difficultas, tum quia eſt confeſſio geminata, ex quo in in dicto actu iudiciali dicitur, quod de ea apparebat in vno ſcripto priuato, quod fuit laceratum, vbi autem confeſſio
1 † eſt geminata, non admittitur dicta exceptio, Abbas *in c. ſi cautio, n. fin. extra de fide inſtrum.* Emanuel Coſta, *in repetit. l. ſi ex cautione in 14. limitatione, C. de nō numerata pecunia,* Ceph. *conſil. 40. n. 9. & conſ. 192. n. 21.* Rimin. Iun. *conſ. 60. n. 75.* Bertaz. *conſ. ciu. 49. n. 25.* Maſc. *de probat. in verb. prorogatio, concl. mihi, 1246. n. 3.* tum quia ibi dicitur, quod d. quantitas fuit mutuata multo ante, ſcilicet vſque
2 ſub die 15 Martij 1606. quo caſu, † quando cautio eſt pro mutuo facto de præterito, puta iam eſt annus non obſtat ſupradicta exceptio, vt de veriori, licet alias ſit controuerſa opinione, & à multis nō contemnēdæ authoritatis approbata, teſtatur Coſta *in d. l. ſi ex cautione, in quinta limitatione,* Bertaz. *d. conſil. ciuil. 49. num. 55.* tum & tertio, quia vbi quis quocumque modo agnouit fidem
3 cautionis, † non poteſt amplius opponere dictam exceptionem, *l. cum fidem, C. de non numer. pecunia,* Coſta, *vbi ſupra, limitat. ſeptima,* Riminald. Iun. *conſil. 152. num. 8.* quam fidem vtiq; agnouit poſt ſcriptum priuatū, illud recognoſcendo, & nouam cautionem addendo per actum iudicialem, lacerando dictum ſcriptum; tum quarto quia in iſto actu iudiciali fuit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, & ſic ex interuallo, reſpectu d. ſcripti priuati, quod ſine dubio aſſeritur antea confectum fuiſſe, & veriſimile eſt fuiſſe celebratum ſub dicta die 15. Maij, qua aſſeritur factum mutuum; re-
4 nunciatio autem ſupradictæ exceptionis † ex interuallo facta impedit eius allegationem, ad effectum ſaltem, vt actor non teneatur probare numerationem, Bartol. *in d. l. ſi ex cautione, in 1. lectur.* & ibi Salicet. *num. 17. & 23.* Caſtr. *colum. 2.* & Emanuel Coſta, *in 1. limitatione, C. de non numerat. pecun.* Riminald. Iun. *in cauſa Mantuana, conſil. 1, 2. num. 12.* & hoc admittit aduerſarius in ſuis ſcripturis, tum deniq; prædicta coadiuarentur, ſi produceretur fides ſolutionis datij, quam tamen profiteor non eſſe neceſſariam, nam tunc argueretur veritas huius confeſſionis, maxime ſi de tempore conformi tempori mutui facta reperitetur, quia vt infra dicam, ex coniecturis excludit, d. exceptio.

Quo vero ad aliam quantitatem mutuatam, vltra illam, de qua ſupra, militat etiam particularis ratio excluſiua huius exceptionis, nam confitetur eam habuiſſe à
5 tertio, † nomine creditoris agentis, non autem ab eo, & ob id ceſſat exceptio prædicta, Bald. *in l. 1. n. 4. verſ. nam renunciare, C. de priuileg. dot.* Iaſ. *in §. fuerat, numer. 89 Inſtit. de action.* Socin. *conſ. 62. colum. 1. verſic. tertia ratio, volum. 3.* Lupus, *in rubric. extr. de donationib. inter virum, & vxorem, §. 30. num. 12. verſic. & quod plus eſt,* Deci. *conſil. 536 num. 9. verſic. ad hoc reſpondetur, &c.* Roland. *conſ. 93. num. 29. volum. 1.*

6 Sed vniuerſam ſummam amplectendo, † dico, inſuper eamdem ceſſare exceptionem, quia in dicto actu iudiciali fuit renunciatum d. exceptioni cum clauſula iuramenti, quæ parit omnes effectus iuramenti ex ordinibus huius patriæ, & cum fuit appoſita ſuper omnibus & ſingulis, cenſetur etiam particulariter appoſitum d. renunciationi; renunciatio autem iurata excludit ſæpe dictam exceptionem, Coſta *in d. l. ſi ex cautione, in prima limitatione, num. 3.* Menoch. *libr. 3. præſumpt. 12. num. 29.* Riminald. Iun. *conſ. 130. num. 16.*

7 Secundo, † quia iuratum eſt pecuniam fuiſſe numeratam; hoc enim in caſu multi voluere, propter iuramentum excludi exceptionem, licet dubia valde ſit hæc opinio, Menoch. *d. præſumpt. 12. num. 27.* Coſta, *in 9. & 10. limitat. in d. l. ſi ex cautione,* Riminald. Iun. *d. conſil. 130. num. 16.*

8 Tertio, † quia vbi ſingula ſupradicta eſſent dubia, tamen ſi omnia concurrant, puta quod iurauerit, omnia, & ſingula eſſe vera, & renunciauerit cum d. iuramento, & promiſerit, cum eodem iuramento obſeruare promiſſa, & non contrauenire, vt hæc omnia interuenerunt hic, tunc ſine dubio non obſtat d. exceptio, Rota apud Mohedan. *ſub tit. de exception. deciſ. 1. alias eſt decıſ. 31.* & apud Cæſar. Graſs. *deciſ. 145. num. 1. 2. & 3.* Bertrand. *conſil. 189. num. 10. volum. 1.* Riminald. Iun. qui videatur, *conſil. 130. num. 16. & 17.* Maſcard. *concluſ. 69. num. 19. in verb. exceptio non numeratæ pecuniæ,* Io: Zang. *in tractatu de exceptionibus, cap. 14. num. 73.*

9 Quarto, † vbi aliqua extant inditia numerationis, vltra confeſſionem, tunc pariter non auditur excipiens de non numeratione, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 12. num. 22.* coniecturæ autem ſufficientes; quæ hic verificari poſſunt, ſunt duæ, prima, quod vbi conſtat de ſolu-
10 tione partis, † præſumitur ſolutum totum, idem Menoch. *d. præſumpt. 12. nu. 25.* ſed hic ex recognitione primæ ſummæ, & geminata confeſſione, & laceratione ſcripti, & ex ſolutione datij, quæ poſſet oſtendi, conſtat de eius vera numeratione; ergo totum numeratū fuiſſe præſumendum eſt. Secunda coniectura eſt, quia reus, & ſi neget ſibi numeratas fuiſſe has pecunias, tamen dixit in omnem caſum velle probare reſtitutionem ex qua oblatione licet ſciam non oriri confeſſionem facientem probationem, oritur tamen aliqualis coniectura, quod eas habuerit, ſi profitetur velle probare reſtitutionem, atque hic contendimus coniecturas tantum adiuuare confeſſionem.

11 Ad id, † quod lapſa ſit inſtantia, reſpondetur, quod non verſamur in caſu eorum debitorum, quorum inſtantia finitur ſexaginta diebus, ſed eorum, quorum durat ſex menſibus, vt videre eſt in ſtatuto, *ſub rubric. Quibus caſib. poſſit cognoſci ſummariè, & ſub rubric. de modo, & forma procedendi in cauſis ciuilibus, in quibus ordinarie proceditur.*

ARGVMENTVM.

Legitimam poteſt petere filius à Matre exhæredatus (paruo legato relicto) quia malæ vitæ, & triremi damnatus. An qui non eſt deſcendens, & hæres defuncti, poſſit ſuccedere in emphyteuſim Eccleſiæ. An excludatur fœmina. An excluſi poſſint habere legatum, quo debent eſſe contenti; & legitimam; & adhuc ſimul bona emphyteutica,

SVMMARIVM.

1 *Legitima eſt relinquenda titulo inſtitutionis.*

2 *Cauſa quod filius eſt damnatus ad triremes non eſt ex illis 14. legalibus.*

3 *Exheredari vix poteſt filius criminoſus* leg.Iul.Maieſtatis.

4 *Damnatus ad triremes non habet teſtamenti factionem nec actiuam, nec paſſiuam. Intellige ſi ſit damnatus ad vitam, num.5.*

6 *Facto legato tenui pro legitima, poteſt peti eius ſupplementum, incluſo in ea legato relicto.*

7 *Legitima debet relinqui ſine aliquo onere.*

8 *In emphyteuſim pro ſe, & ſuis hæredibus, is qui vult ſuccedere debet eſſe deſcendens, & hæres vniuerſalis.*

9 *Talis ſuccedens debet eſſe hæres vltimi defuncti; ex receptione: non autem ſufficit ſi ſit primi inueſtiti hæres.*

10 *Fæmina, & maſculus, & ambo ſimul ſuccedunt in emphyteuſi, etiam Eccleſiæ de iure communi.*

11 *Eccleſia concedens in emphyteuſim ſe conformat Statutis loci; itavt fœminam excludat, ſi excludatur à Statuto.*

12 *Legatum relictum in compenſatione legitimæ, non poteſt obtineri ſimul cum legitima.*

13 *Minus dilectus non debet magis recipere ex diſpoſitione teſtatoris, quam recipit magis dilectus.*

14 *Bona emphyteutica conceſſa pro hæredibus computãtur in legitima. Intellige vt ibi, & num.16.*

15 *Quæ capiuntur extra bona, & ſubſtantiam paternam, & maternam, non computantur in legitima.*

16 *Inſtitutus in re emphyteutica certa, eam, quia hæredes, nõ vt hæredes conſequuntur & ideo eam non imputant in legitima.*

CONTROVERSIA DCXLV.

PLura quæruntur nomine D.Franciſci Ratti in controuerſijs vertentibus inter eum, & D. Octauium ſuum fratrem.

Primo an ipſe D. Octauius, cui mater reliquit iure inſtitutionis, & legati ſcutos quinque tantum annuos, donec vixerit, pro omni eo, & toto, quod poſſet prætendere in eius bonis, quia vt ipſa aſſerit ille erat malæ vita, poſſit conſequi legitimam in bonis liberis dictę ſuæ matris, & breuiter reſpondeo eam ſibi deberi, quia
1 parentes tenentur ſaltem † relinquere legitimam ſuis filijs, *Authent. nouiſſima, & l. omnimodo, & l. quoniam in prior. & toto tit. C. de inoffic. teſtam.* Craſs. §. *teſtamentum, quæſt.*35.

Nec potuit exhæredari, ſeu ei minus legitima relinqui eo ſub prætextu, quod eſſet malæ vitæ, & etiam ob id
2 condemnatus ad triremes, quia hæc † non reperitur inter iuſtas cauſas exhæredandi deſcriptas ab Imperatore, *in Auth. vt cum de appell. cognoſcit.* §. *aliud quoque capitulum, verſic. cauſas, &c.* quod adeo verum eſt, vt facinoroſus exhæredari ob id nequeat, vt vix admittant
3 Doctores filium † propter crimen læſæ Maieſtatis poſſe exhæredari à patre, vt per Gigant. *in tractat. de crim. læſæ Maieſtat. lib. 3. tit. de prodit. quæſt.*3. Farinacc. *quæſt.* 24. *num.*18. vnde ſi vix admittunt ſcribentes, eo in grauiſsimo delicto filium exhæredari poſſe immo in hoc etiam multi contradicunt, vtique pro furto ſimplici, & alijs minoribus delictis ſupponunt non licere filium exhæredare.

4 Neque etiam obſtat, † quod cum tempore mortis matris eſſe damnatus ad triremes; per conſequens non haberet factionem teſtamenti actiuam, neque paſsiuã, & ſic nec teſtari ipſe poſſet, nec capere ex alieno teſtamento, Craſs. §. *Inſtitutio, quæſt.*6. Farinac. *quæſt.*102 *ſub num.*140. & 150. quia illud procedit in damnato in per-
5 petuum, † ſecus ſi ad tempus, provt erat d. Octauius, nam tunc eſt capax hæreditatis, non obſtante, quod degat in triremibus, Peregr. *de iur. Fiſc. lib. 3. tit. 4. num.* 2. Farinacc. *quæſt.* 102. *num.*159.

Proinde ſi legatum prędictu n non eſt ſufficiens pro eius legitima, attenta quantitate bonorum matris, & numero filiorum, poterit petere ſupplementum, & in
6 d. legitima tamquam debito † neceſſario computabitur ipſum legatum, vt per Menoch. *lib.4. præſumpt.*109. *ſub num.*5. maxime cum relictum fuerit pro omni eo, &c. Menoch. *præſumpt.*110. *num.*30. & 31.

7 Et cum legitima debeat relinqui ſine aliquo onere, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* ſi Octauius peteret adimi conditionem temporitatis huius legati facti ad eius vitam tantum, id obtinere poſſet; immo etiam poſſet petere eius capitale, & proprietatem, ea ratione, quod in legitima non debeat apponi aliquod grauamen, quod vtique eſſet, ſi poſſet tantum habere annum liuellum, non autem capitale.

Secundo quæritur an d. Octauius, poſſit conſequi ratam partem in bonis emphyteoticis Eccleſiaſticis conceſsis pro ſe, & hæredibus tamquam comprehenſus in inueſtituris aui materni.

Hæc quæſtio videtur inutiliter proponi, cum iam fuerit factum compromiſſum, ſuper ea in Illuſtrem, & M. Reu. D. Benintendum, qui iudicauit iam ad fauorem d. Octauij, quod poſſit habere partem horum bonorũ, & ideo obſtat res iudicata, nec de hoc amplius quæri, & diſputari poteſt, niſi obtenta reuiſione.

Quæ tamen vbi obtineretur, adhuc controuerſa eſt quæſtio, nihilominus poſſet cum multorum auctoritate attentari ipſum non poſſe conſequi partem in iſtis bonis emphyteoticis, quia cum ſint pro ſe, & hæredibus, o-
8 portet, quod is qui † vult in eis ſuccedere, ſit de deſcendentibus, & hæres, adeo vt ſi inſtituatur tantum in re certa, vel legitima, dato alio hærede vniuerſali capaci, provt in caſu iſto, tunc cum habeatur loco legatarij, & ſic non ſit hæres, per conſequens etiam non poteſt habere partem in iſtis bonis, quæ non tranſeunt niſi ad hæredes, vt poſt multos in ſpecie tradit Didac. Couarruu. *libr. 2. variar. reſolut. capit.* 18. *numer.* 5. Clar. de communi, *in* §. *emphyteuſis, quæſt.*38. Roſental. *de feud. capit. 7. concluſ. 20. num. 17. & in gloſſ. num. & cap. 9. concluſ. 73. num.* 7. & 8. Valaſc. *de iure emphyteotic. quæſt.* 44.

9 Neque hic agendum eſt an ſufficiat, quod perens ſimiſſa bona fuerit hæres ſaltem primi inueſtiti mediate, iuxta tradita à Roſental. *d. cap. 7. concluſ. 21. num.* 6. & 7. & Valaſc. *d. quæſt. 44. num.* 19. tum quia multi ex prædictis videntur velle abſolute veriorem eſſe opinionem, quod debeat eſſe hæres vltimo defuncti, tum quia ipſe Octauius non fuit hæres d. primi inueſtiti, ex quo ei ſucceſſit mater, quæ poſtea eum excluſit.

Tertio quæritur an filiæ fœminæ, quæ pariter fuerunt inſtitutæ in re certa poſſint habere partem in iſtis bonis emphyteoticis, vti comprehenſæ in inueſtitura; cui reſpondeo, quod ſi teneamus eam opinionem, de qua proxime dixi, quod is, qui non eſt hæres non poſſit ſuccedere in hiſce bonis, pariter iſtæ filiæ, vti tales non habebunt partem aliquam in illis; ſed ſi verior eſſet opinio, quam ſecutus eſt D. Benintendus in ſuo laudo, quod Octauius poſſet conſequi ratam partem horum bonorum; licet non fuerit hæres, forte ea ratione, quod quis poſſit ſuccedere in ſimilibus bonis, licet non ſit hæres, quando non ſtat per eum, quin non ſit hæres; tunc quoq; fęminæ admitterentur ad virilem
10 portionem, quia de iure † communi fæmina ſicut maſculus, & vna cum eo ſuccedit in emphyteuſi etiam eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus, §. *emphyteuſim, in Auth. de non alienand. reb. Eccleſ.* Couarruu. *lib. 2. variar. reſolut. cap.* 18. *num.* 1. Clar. §. *emphyteuſis, quæſt. 32. num.* 2. & ideo vbi excluditur à maſculo id tantum euenit vigore Statuti exiſtentis in loco excluſiui fæ-
11 minarum; ſecundum † cuius diſpoſitionem cenſetur facta conceſſio ab Eccleſia, Bart. *in l. vt iuſiurandi,* §. *ſi liberi, num. 5. ff. de oper. libert.* Clar. *d. quæſt. 32. num.* 4. Hoded. *conſil. 54. ſub num. 6. vol.* 1. propterea cum noſtrum Statutum non excludat fęminas ſtantibus maſculis à ſucceſsione matris, ſed tantum patris, ſequitur etiam, quod fæminæ poſsint concurrere cum maſculis in emphyteuſi Eccleſiaſtica prouenicnte à matre.

Quarto, quęſitum fuit, an d. Octauius, & filiæ fœminæ caſu, quo poſſent conſequi ratam partem in bonis

Digitized by Google

niſemphyteoticis, debeant habere ſimul, & legatum,
& legitimam, & bona emphyteotica, an vero alterum
ex eis tantum, vel duo; Quo ad legatum, & legitimam
dixi ſupra *in verſic. Proinde ſi legatum*, vtrumque haberi
non poſſe, ſed relictum computari, & compenſari in
legitima; Quo vero ad bona emphyteotica, & legatum
pariter arbitror vtrumque haberi non poſſe, qui ex te-
ſtamento conſtat, quod mater voluit d. Octauium, &
fęminas non habere niſi dictum legatum, & eſſe con-
tentos pro omni eo, & toto, quod poſſent prætende-
12 re, quo caſu † locus eſt compenſationi, & vtrumque
haberi nequit, vt per Menoch. *libr. 4. præſumpt.* 110. *nu-
mer.* 30. *&* 31. maxime quia hoc pacto iſti filii conſeque-
rentur vltra quam fuit intentionis teſtatricis, & quodam-
13 modo minus dilecti haberent † legatum de pluri, quã
magis dilectus, quod ne contingat, ſemper fit com-
penſatio, ad tradita à Menoch. *d. præſumpt.* 110. *num.* 24.
42. *&* 44.
14 Quo vero ad legitimam † & dicta bona emphyteo-
tica, an ſimul haberi poſſint pro nunc crederem, quod
etſi bona emphyteotica conceſſa pro hæredibus com-
putentur in legitima. Salicet. *in l. omnimodo, num.* 9. *C.
de inoffic. teſtam.* Surd. *conſil.* 427. *num.* 18. *cum ſeqq.* tamẽ
cum d. Octauius, & filiæ fuerint tantum instituti in re
certa, & ſic non dicantur hæredes, ſi conſequerentur
dicta bona emphyteotica, haberent illa, vel vti de-
ſcendentes à primo inueſtito, & ſic non tamquam de
ſubſtantia materna, & proinde non tenerentur impu-
tare illa in legitima, ſed vtrumque conſequi poſſent,
15 quia quæ capiuntur extra bona, † & ſubſtantiam pa-
ternam, vel maternam non imputantur in legitimam
leg. ſcimus, §. repletionem, C. de inoffic. teſtam. vbi Bartol.
ſub num. 10. Peregr. *de fideic. artic.* 36. *num.* 104. & in ſpe-
cie Cuchus, *de legitim. in tit. quæ ſint imputanda in legiti-
mam, ſub num.* 6. *fol. mihi.* 45. vel haberent dicta bona,
quia ſaltem haberent qualitatem hæredum in illa re in
qua fuerunt inſtituti, & tunc quia dicerentur habere
ea, quia hæredes, non autem vti hæredes; & ſic non
pro portionibus hæreditariis (cum etſi inſtituti ſint in re
modica, nihilominus non pro portione d. rei, ſed ratam
16 virilem conſequerentur) non † imputarentur in legi-
timam, Peregr. *de fideicomm. art.* 6. *num.* 35. *& artic.* 36.
ſub num. 108. *verſic. & idem eſt cum pro ſe, & hæredibus.*

ARGVMENTVM.

De Gabella debita pro alienatione, & dominij tranſ-
latione alicuius rei. Ea non debetur pro vendi-
tione aliquarum rerum acceſſoriè, & conſecuti-
uè deductarum in contractu locationis, pro quo
ea non ſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis verbum requirit dominij translationem.*
2 *Vbi nõ trãſfertur dominiũ, nõ ſoluitur gabella de cõtractu.*
3 *Pactũ reſeruatiuũ dominij reddit cõtractũ cõditionalẽ.*
4 *De contractu conditionali non ſoluitur gabella, niſi pu-
rificata conditione.*
5 *De rebus affrancandis non ſoluitur datium ab initio, niſi
habito reſpectu ad liuellum vnius anni.*
6 *Valor rei augetur, & minuitur habita ratione qualitatis
& annexorum.*
7 *Pro vnica re duplex gabella non debetur.*
8 *Vbi dominium reſeruatur, dicitur contractus locationis,
non venditionis.*
9 *Locatio poteſt conſiſtere in beſtijs.*
10 *Permittitur in conſequentiam lucrum eius rei, ex qua a-
liàs non poſſet percipi.*
11 *Contractus liuelli eſt potius locatio, quam emphyteuſis,
vbi penſio reſpondet fructibus.*
12 *Pro Beſtijs ex contractu locationis reſtitutis non debetur
gabella cum ſint deducta per acceſſionem,*
13 *In dubio iudicandum eſt datium non deberi.*
14 *In contractu, cuius natura eſt dominium non transferri,
poteſt accedere conſecutiue alicuius rei translatio, nec
id attenditur.*

CONTROVERSIA DCXLVI.

MVlta ſunt, quæ dictant aliquod datium de præſen-
ti non deberi pro animalibus, & vino datis retro,
vna cum terris conceſſis ad liuellum, per Illuſtriſſimum,
& Excellentiſſimum Dom. Marcum Antonium Ama-
deum Dominis Iacobo Antonio, & filijs de Donis.

Primo quia datium de rebus prædictis non ſoluitur,
niſi quando illa de vno in alium alienantur, ita diſpo-
nente Statuto, alienationis autem verbum requirit do-
1 minij † translationem. vt tradit Iulius Ferret. *in tra-
ctat. de Gabellis, ſub num.* 321. quod dominium directum
pro quo petitur datium, non fuit tranſlatum, ſed expreſ-
ſe reſeruatum in hoc contractu, vt patet in vndecimo
2 capitulo, & vbi dominium non transfertur † non de-
betur gabella, etiamſi ſoluenda eſſet de quolibet contra-
ctu. Surd. *dec.* 305. *num.* 15.
3 Secundo pactum † reſeruatiuum dominij reddit con-
tractum conditionalem, Surd. poſt multos, *deciſ.* 305.
4 *num.* 39. de contractu autem conditionali † non debe-
tur gabella, niſi eueniente, & purificata conditione.
Bart. *in l. cum Tertio*, 45. *num.* 4. *ff. ad leg. falcid.* Cephal.
conſil. 462. *num.* 25. Perſonal. *de gabellis*, *num.* 140. Surd.
d. deciſ. 305. *num.* 16. vnde antequam ſequatur affranca-
tio harum rerum, non competit aliquod ius pro exigen-
do datio.

Tertio partes conuenerunt in decimoquinto capitu-
lo, quod primæ affrancationes faciendæ à liuellarijs in-
telligerentur factæ ad computum rerum datarum retro
dictas terras, ſi ita videbitur Domino inueſtienti; ſi i-
gitur res iſtæ ſunt de illis, quæ affrancari debent, ſequi-
5 tur, quod ſicuti de rebus affrancandis † non ſoluitur
ab initio datium, niſi habito reſpectu ad liuellum vnius
anni, prout communiter obſeruatur in hac patria, &
eſt de iure, iuxta tradita à Bart. *in d. l. cum Tertio, num.* 4.
ff. ad l. falcid. ita quoque non erit ſoluendum pro iſtis be-
ſtijs, & vino, quia cum ex traditione earum retro di-
ctas terras auctum fuerit pretium earum, & liuellus (va-
6 lor enim rei † augetur, & minuitur, habita ratione
qualitatis, & annexorum, *l. ſi quis, C. de reſcind. ven-
dit.* Panthal. de Crem. *in l.* 2. *num.* 265. *Cod. eod. tit.* Surd.
conſil. 282. *num.* 16.) maius datium ſoluetur pro annuo li-
uello, reſpectu dictarum rerum quæ illum augent; vn-
de non eſt conueniens, quod etiam pro capitali de præ-
7 ſenti ſolui debeat, pro vnica enim re † duplex non
debetur gabella. Alex. *conſil.* 143. *num.* 6. *volum.* 6. Corn.
conſil. 106. *num.* 6. *vol.* 4.
8 Quarto, vbi dominium reſeruatur; † tunc interim di-
citur contractus locationis, non autem venditionis, *leg.
cum manuſata, §. final. ff. de contrahend. empt.* Afflict. *dec.*
338. Magon. *deciſ. Florentin.* 91. *num.* 8. *& deciſ.* 92. *num.*
12. *& deciſ. Lucenſ.* 31. *num.* 9. *&* 10. Surd. *deciſ.* 157. *num.*
3. *& deciſ.* 305. *num* 39. qui contractus locationis conſi-
9 ſtere † etiam licite poteſt in beſtijs, ex quibus multæ
commoditates, & fructus percipiuntur, vt tenet Rota
1 apud Farinacc. *deciſ.* 118. *ſub num.* 3. *&* 4. pro locatione
autem certum eſt non deberi datium, niſi habito reſpe-
ctu ad affictum, non autem ad capitale.

Neque dicatur, quod reſpectu vini non poteſt intra-
re hoc argumentum, quia alias eſſet vſura, ex quo de
eo non percipitur fructus, niſi mediante eius conſum-
ptione, namque attenditur principalis contractus, cu-
ius contemplatione datum eſt vinum; & lucrum, quod
ex eo percipitur, attribuitur illi, & terris, quæ pluris
cenſentur liuellatæ, quod propter bona retro data,
atq; ceſſat omne vitium vſuræ; permittitur namque
10 in conſequentiam lucrum † eius rei, ex qua alias nõ
poſſet percipi, vt tradit Abbas, *conſil.* 15. *volum.* 1.
quem ſequitur Bertazol. *conſil. criminal.* 297. *numero ſe-
xto.*

Digitized by Google

Quinto in hac patria communiter obſeruatur, quod pro beſtijs, & alijs rebus, quę dantur etiam æſtimatæ retro terras locatas, non ſoluitur datium; ſed tantum pro locatione, igitur idem obſeruandum eſt in hoc cō-
11 tractu, cum † contractus liuelli potius dicatur locatio quam emphyteuſis, vbi penſio reſpondet fructibus, Surd. *deciſ. 198. num. 1. cum ſeq.* quod magis dicendum eſt in caſu noſtro, cum in eo nulla facta fuerit æſtimatio earum rerum.

12 Sexto, † caſus iſte contra datiarium deciditur ex Cōſilio Ancharan. 72. vbi reſpondit, quod in contractu locationis, in quo retro terras data erant quædam beſtiamina æſtimata, reſtituenda in fine locationis, ſi extarent; ſi autem alia, non deberi datium pro dictis beſtijs quia non cenſentur principaliter deductæ in contractum; ſed acceſſorie in locatione, de cuius natura eſt, vt non ſoluatur datium pro capitali, & quia dominium non transfertur, niſi in quemdam euentum certæ conditionis, & per alia, quæ valde ad propoſitum noſtrum, ipſe adducit.

13 Septimo, † in dubio iudicandum eſt, datium non deberi, Bart. *in l. ſi pupillus, num. 3. ff. ad leg. falcid.* Dec. *conſil.* 457 *num.* 8. Ferrett. *de Gabellis, num.* 340. *in fine*, Perſonal. *in ſimili tractat. num.* 38. Becci. *conſil.* 96. *numer.* 19. Surd. *conſil.* 307. *num.* 21. *&* *deciſ.* 96. *num.* 7. *&* 19. *&* *deciſ.* 305. *num* 44. Ioſeph Ludou. de communi, *de gabell. concluſ. vnica, colum.* 2. *verſic. ſed iſthac ei, colum.* 3.

14 Non obſtant, † quæ in contrariam partem adducit Ancharan. *in d. conſil.* 72. *num.* 1. *&* 2. tum quia ipſe conſiderat multa, quæ non interuenerunt in caſu noſtro, & præcipuè æſtimationem, & mentionem pretij, tum quia etiam propoſuit per modum dubitandi, ſed illis non obſtantibus contrarium reſoluit, & ratione, quia non militant, quando beſtię acceſſoriè dantur in contractu, de cuius natura eſt, vt non transferatur dominium; nam tunc attenditur, quod principaliter agitur, & quando dominium non transfertur, niſi in certum euentum, vt hic, quia niſi eueniente conditione non cenſetur venditio, vt per eum, *in verſic. item quod in caſu noſtro non poſſit dici, &c. & in verſic. ſed ſi nulla extāt tunc ad æſtimationem, &c.*

ARGVMENTVM.

De rationibus reddendis ab adminiſtratore. De exceptione non numeratæ pecuniæ. Defectus fidei, & probitatis in viro communiter reputato probo vti caſus fortuitus non eſt imputandus eligenti. De ſolutione facta ab Officiali, & obligatione de re Domini. Non fit compenſatio creditorum diuerſi officij. Et de ſalario ſoluendo ſucceſſori.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator quilibet tenetur reddere rationes cum reliquorum conſignatione.*
2 *Redditio rationis eſt quæ hinc inde debiti, & crediti cōmenſurationem continet.*
3 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
4 *Exceptio pecuniæ non numeratæ infra biennium competit, vtcumque in apocha fiat mentio numerationis.*
5 *Ille contra quem inſtituitur exceptio non numeratæ pecuniæ ab aliquo, debet probare, creditum litigioſum fuiſſe exigibile, & eum debitorem fuiſſe ſoluendo.*
6 *Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur.*
7 *Quis poteſt pro alio ſoluere, & creditor id tenetur accipere cum ſua non intereſt. Secus ſi interſit, numero octauo.*
9 *Imputatur ei, qui ſeruit per ſubſtitutum, ſi elegit minus idoneum.*
19 *Si adminiſtrator impeditus eligat in ſui locum virum cōmuniter habitum ei, cuius negotium geritur, idoneum dānum cedit.*
11 *Excuſatur, qui mutuo dedit pecuniam ei, qui à fide dignis probus habebatur, & mox decoquat.*
12 *Excuſatur cuſtos arcis, ſubrogans virum conditionis communiter probatæ, ſi ille arcem perdidit.*
13 *Vbi communiter creditor diligens diuerſus reperiatur, adſcribitur caſui fortuito.*
14 *Mandatarius, qui gratia mandantis ſuſcepit mandatum non tenetur de leuiſſima culpa.*
15 *Qui adminiſtrat commodo, & incommodo alicuius, ſi ſoluat, de eius pecunijs dicitur ſoluere.*
16 *Non eſt veriſimile quem permitti in negocio perſeuerare, in quo deliquit.*
17 *Obligatio ſemel extincta non poteſt amplius reuiniſcere.*
18 *Officialis agens nomine domini non obligatur de ſuo, ſed omnes actiones reflectuntur in dominum.*
19 *Solutio facta poſt modicum interuallum, præſumitur facta de eadem re, vel pecunia.*
20 *Non fit compenſatio de debito vnius negocij, & officio, cum credito alterius.*
21 *Succeſſori in officio debetur ſalarium, quod ſoluebatur anteceſſori, niſi appareat diuerſum ius.*
22 *Declaratio Principis nō præiudicat iuri quæſito per tertiū, niſi ſit ab initio certioratus.*

CONTROVERSIA DCXLVII.

IN controuerſia, quæ vertebat inter quondam Illuſtrem, & M. Eccellentem I.C.D. Alexium Chiapponum, vti hæredem D. Pauli eius fratris, & Cameram Ducalem, & nunc pendet inter dictam Cameram, & hæredes eiuſdem D. Alexij, tres ſunt articuli, ſuper quibus tota pręſentis litis difficultas verſatur.

Primus eſt, an in redditione rationum de officio capſerij Officinæ Nummariæ, quod geſſit dict. q. D. Paulus Chiapponus, accepto ferenda ſunt chyrographorum credita librarum 873 12. pro reſiduo maioris ſummæ, quod habebat capſa dictæ officinæ cum Domino Ioanne Bottacino.

Secundus punctus eſt, an partita librarum 2608. ſolid. 17. denar. 6. quarum remanſit creditrix D. Alphonſi Biffi capſa prædicta, dum adminiſtrabatur a D. Paulo, & quam ſummam expoſt declarauit Biffus intuliſſe in ipſam capſam, ſeu erogaſſe pro expenſis illius ad commodum Domini Chiapponi, eidem bonificanda ſit in ratiocinijs.

Tertius, & vltimus eſt, an ipſi Domino Chiappono deputato Sereniſſimo Domino Duce ad illud officiū capſerij ſine aliqua conſtitutione, ſeu mentione ſalarij, debeatur merces, quæ ſolita erat dari præceſſori; quamuis ipſe Sereniſſimus declarauerit expoſt ab initio fuiſſe ſuæ intentionis non ſoluendi aliquod ſalarium eidem Chiappono.

Circa primum, cum ex parte Dom. Chiapponi fuerit probatum in conſignatione capſæ, & quantitatis in ea exiſtentis adfuiſſe etiam dicta chyrographa, & computata fuiſſe pro pecunijs, non multum reſiſtere videtur Camera, quin ei admittantur, & ob id ſuper hoc nihil fuit ſcriptum ab Illuſtri, & M. Eccellenti D. Aduocato
1 Camerali, & merito, nam † quilibet adminiſtrator tenetur tantum reddere rationes, de eo quod habuit cū reliquorum conſignatione, *l. cum ſeruus, ff. de condict. & demonſtrat. l. ſi ita fuerit, §. ſi vero, & l. qui filium impuberem, §. item quæſitum, ff. de manumiſſ. teſtament.* Bald. *conſil.* 152. *volum.* 3. Noni. *conſil.* 62. *numer.* 13. & late tradit Franciſc. Muñoz. *in tractat. de ratiocinijs adminiſtratorū, cap.* 2. vbi ex Socino, deſcribendo redditionem rationū,
2 inquit, † illam veram, rectamque eſſe, quæ hinc inde crediti, & debiti commenſurationem continet, qua mediante, quid reliquatum ſit oſtenditur; cum igitur reliqua ſint ipſa chyrographa ex peruentis ad Dominū Chiapponum ſufficere debet Cameræ, ſi ea reddatur; quia ad nil aliud obligatur adminiſtrator, cum nemini
3 officium ſuum debeat † eſſe damnoſum, *l. ſed ſi quis, ff. quemad-*

Digitized by Google

ſ. quemadmodum teſtam. aperiant. quod vtique eſſet, ſi loco chyrpgraphi, in quo continetur creditū, cogeretur reddere pecunias numeratas nō exactas ſine ſua culpa.

Nec refert, quod in conſignatione fuerit annotatum habuiſſe omnem quantitatem in tot numeratis, nec fuerit facta aliqua mentio apocharum, quia ex quo de veritate conſtat in contrarium, quod verè extabant d. apochæ, & comprehenſę in ipſa quantitate, concludendum eſt, quod habitæ fuerint pro tot pecunijs numeratis ſub ſpe breuis futuræ exactionis, ſicuti videmus fieri etiam apochas mutui, in quibus quis fatetur accepiſſe tantas pecunias numeratas, & nihilominus, quia ſæpe fiunt, & ita nominantur, ſub ſpe futuræ numera-
4 tionis, † ideo non obſtante mentione pecuniæ numeratæ, competit exceptio, quod non fuerint numeratæ infra biennium, *l. ſi ex cautione, C. de non numerat. pecun. Inſtit. de litterar. obligat. in princip.* & faciunt, quæ latè ſcribit Gabr. *de præſumpt. concluſ.* 12. dum multipliciter probat deſtinatum ſæpe appellari, ac ſi factum eſſet.

5 Nec imputandum eſt D. Chiappono, ſi eas non exegerit, † tum quia conſtat eum non fuiſſe negligentem, ex quo bonam earum partem exegit, vt patet in dictis apochis in proceſſu, & totum exegiſſet ſi potuiſſet, tū quia probandū eſſet à Camera, quod eo tēpore Bottacinus fuiſſet ſoluendo, & exigibilis, Borgnin. *deciſ.* 13. *ſub num.* 10. *part.* 2. quod tantum abeſt, vt probauerit, vt immo notorium ſit eum ſoluendo non fuiſſe.

Et eo magis ſunt accepto ferendæ d. apochæ, quia in Camera eas acceptauit pro ſuo credito, contra Bottaccinum, vt ex fide D. Ruberti producta, ſub die 20. Auguſti 1602. in proceſſu, *fol.* 17. *fac.* 2. & tam pro eis, quam pro alijs creditis d. Camera habuit ſuam ſententiam, quæ habetur *fol.* 33. *fac.* 1. & compoſuit deinde de ſolutione cum ipſo Bottacino; propterea, quod ſemel acceptauit, non eſt amplius, quod refutare conetur, iuxta regulam. *Quod ſemel placuit*, & quod ſemel conſecuta eſt à Bottacino, vel compoſuit, dando
6 terminum ad ſoluendum, † non patitur bona fides, vt ab alio quoq; exigere velit, *l. bona fides, l. a prima, ff. de reg. iur.*

7 Quo ad ſecundum, † in quo omnes neruos intendit D. Aduocatus Cameralis concludit, quod cum Camera eſſet creditrix anterior Alphonſi Biffi, quam eſſet Chiapponus, potuit compenſare partitam librarum 1608. in proprio credito, nec potuit cogi ad illud acceptandum pro extinctione debiti ipſius Chiapponi, quia & ſi tertius, & multo magis debitor poſſit ſoluere pro alio, & eum liberare etiam inuitum, hancque ſolutionem teneatur accipere creditor, cum ſua non interſit, *l. ſolutione, l. ſoluere, l. ſi pro me, l. pupilli, §. cum pupilla, ff. de ſolut. l. ſi ſtiuum, §. final. ff. de nouation. l. ſoluendo, ff. de negot. geſt. Inſtit. quib. mod. tollit. obligat. in principio*, Surd. *deciſ.* 174. *num.* 27. Caball. *conſil.* 170. *num.* 25. ta-
8 men eius non interſit, non † cogitur à tertio accipere ſolutionem nomine ſui debitoris, cum ſuo præiudicio, Tiraquell. *de retract. conſangu. §. 1. gloſſ. 9. num.* 161. hic autem præiudicium Cameræ eſt manifeſtum, quia Biffus ſoluendo pro Chiappono fieret non ſoluendo pro ſe ipſo erga Cameram.

Ego tamen arbitror non eſſe vexandos Dominos Chiapponos pro d. ſumma,

Primo, quia Camera prætendit ſe creditricem Chiapponi de d. quantitate; licet non conſumpſerit ipſe haſce pecunias; ſed fuerit debitum relictum ab alio pro adminiſtratione habita; dum Chiapponus ægrotaret;
9 quia imputatur ei, qui † ſeruit per ſubſtitutum, ſi elegit minus idoneum, Roman. *conſil.* 297. *n.* 2. verū ego habeo, quod vbi adminiſtrator impeditus eligit ſubſtitutū, qui alias communiter reputabatur vir probus, & pro idoneo, & ſufficienti habebatur, vel cuius opera in ſimilibus dominus vti ſolebat, tunc non dicitur in culpa,
10 nec ei imputatur, ſed † damnum cedit incommodo eius, cuius negotium adminiſtratur, Fulgoſ. *in l. eum, qui, §. final. ante num.* 2. *verſic. niſi forſitan, ff. commodati*, late Caroti. *in tractat. de locat. in tit. de adminiſtrat. tit. num.* 42. & 46. *fol.* 15. *in magna impreſſione*, vbi comprobat ex gloſſ. notabili *in l. Titio fundus*, 73. *in verbo actiones, ff. de condition. & demonſtrat.* quæ vult excuſari eum,
11 † qui credidit ei, quia fide dignis communiter approbatus erat, cuius doctrinam, ibidem exornat multorum auctoritate, ſubdens, ita in facto practicatum fuiſſe; idem comprobatur ex ſcriptis per Gabr. *lib.* 7. *concluſ.* 8. *num.* 62. vbi ex plurimorum ſententia probatur excuſari
12 cuſtodem † arcis, qui loco ſui virum alias probatæ conditionis ſubrogauit, ſi poſtea ille prodiderit arcem,
13 & ratio eſt, † quia vbi aliquis communiter reputatur diligens, & probus, aſcribitur poſtea caſui fortuito, ſi diuerſus reperiatur, Barbat. *conſil.* 1. *num.* 50. *volum.* 3. de quo nemo tenetur, *leg. quæ fortuitis, Codic. de pignorat. action.*

Talis erat Alphonſus Biffus, cuius opera in hoc negotio Officinæ Nummariæ vſus fuerat, & vtebatur Sereniſſimus, pro idoneo, & ſufficienti ab eo approbatus fuerat, nec adhuc detectus erat debitor Cameræ, vt credibile eſt, quia non permiſiſſet eum perſeuerare in officio, vt infra deducam; igitur non obligatur Chiapponus ſi eius opera vtendo, ſubſtitutus communi reputationi non reſpondit, & eo minus cum electio non fuerit facta à ſe, ſed vſus ſit perſona electa iam etiam approbata ab ipſo Domino, & quo nemo aptior creditus fuiſſet in negotio, quod egebat alio adminiſtratore, propter infirmitatem Chiapponi, & quod nullam omnino patiebatur dilationem, & multo minus intermiſſionem, vnde cum neceſſitas vrgeret, non potuit vti aptiori perſona, ea quæ iam à Domino approbata fuerat.

14 Quod maximè dicendum eſſet, † vbi nullum deberetur ſalarium (quod non creditur,) quia tunc licet adeſſet aliqua culpa, cuius contrarium proximè demonſtratum eſt, non poſſet eſſe niſi leuiſſima, de qua non tenetur mandatarius, qui gratia mandantis tantum ſuſcepit mandatum, ſecundum gloſſ. *in l. in re mandata, in verb. exacto, C. mandat.*

Secundo, aut dicimus Biffum poſt mortem Chiapponi adminiſtraſſe commodo, & incommodo eius hæredum, eo quia adhuc ab illis non fuiſſet reddita ratio Cameræ de adminiſtratione D. Pauli, ſicuti adminiſtraſſe colligitur, ex eo quod in computis reuiſſores cumulant adminiſtrationem D. Pauli vna cū ea Biffi poſt eius mortem, vſq; ad menſem Iunij de Anno 1606. quo tēpore reddita fuit generalis redditio rationum vtriuſque adminiſtrationis, conſtituendo vnam ſummam tantum, & faciendo debitores hæredes Chiapponi partim ex adminiſtratione eo viuēte habita, partim de adminiſtratis poſt eius mortem, vt videre eſt ex computis, & præcipue, ex informatione in proceſſu, *fol.* 2. *fac.* 2. ibi *parte loi*, ideſt D. Paulus, *parte io*, ideſt D. Alexius eius heres, *andaſſimo debitori*, & vbique in proceſſu; licet enim die 14. Decembris, quando Biffus cępit omnino adminiſtrationem poſt mortem D. Pauli, inita fuerint computa inter eum, & hæredes Chiapponi, & ipſe habuerit in pecunia numerata exiſtente in arca libras 1066. & remanſerit debitor euiſdem Chiapponi, ſeu capię de libr. 1608 17. 6. vt in fine priorum computorum, in proceſſu *fol.* 14. *fac.* 2. ibi, *per tanto da conto il Biffo*; tamen id fuit factum inter hæredes Chiapponi, & Biffum, vt ſcirent quantum vnuſquiſque deberet capſæ; ſed non fuit reddita ratio Cameræ, quod appareat,

Si igitur dicimus inquam, Biffum adminiſtraſſe commodo, & incommodo hæredum Chiapponi, & tunc certum eſt, ſicuti etiam admittit D. Aduocatus Cameræ, dictas libras 1608 17. 6. acceptandas eſſe, quia diceretur ſolutum de pecunijs hæredum, ſeu eorum admi-
15 niſtratoris, † & eorum nomine, *l. Caſſius ait*, 17. *ff. de ſolutionibus, l. cum vxor*, 85. *ff. de iur. dot.*

Aut dicimus, Biffum poſt mortem Chiapponi adminiſtraſſe pro Camera, & eius commodo, & incommodo, & tunc quando cępit adminiſtrare, non conſtabat, & ita credendum eſt non conſtitiſſe, cum fuiſſe debitorem Cameræ, eo quia non fuiſſet adhuc ab illo red-
16 dita ratio; nam non eſt veriſimile, † quod fuiſſet admiſſus

miſsus ad perſeuerandum in negotio, in quo deliquiſ-
ſet, iuxta notata per Ioannem de Plat. *in l. ſi aliquid. C.*
de ſuſcept. lib. 12. & per Rotam, *deciſ.* 812. *num.* 5 *part.* 1.
nouiſſimar. ſicuti vere nedum fuit permiſsus, ſed carce-
ratus, vbi apparuit debitor; ſi igitur non conſtabat,
quod eſſet debitor Cameræ, ſequitur, quod potuerit,
ſoluendo pro Chiappono, liberare eum, quia cum
Camera ignoraret ſe creditricem, non habuit vllam cau-
ſam recuſandi ſolutionem, & obligatio ſemel extincta
17 † non potuit deinde reuiuiſcere ex debito Biſſi expoſt
detexto, iuxta *l. quæres, §. aream ff. de ſolutio.* ſicuti nec a-
liqua potuit induci compenſatio à Camera pro ſuo cre-
dito, quia non fit compenſatio de credito non liquida-
to, & multo minus ignorato, *l. final. Cod. de compen-*
ſat.

Tertio moueor, quia vt mihi præſupponitur, in Offi-
cina Nummaria multi adſunt Officiales, qui in ſimul
habent quamdam connexitatem, & vnus neceſſario e-
get miniſterio alterius, ſicuti capſerius cogitur eroga-
re pecunias, vel materiam pro cudendis nummis, &
hanc tenetur dare alteri officiali, qui fit debitor capſæ,
non autem ipſius capſerij, vt perſonæ particularis, quia
non nomine proprio, ſed neceſſitate officij dat, vel il-
las pecunias, vel materiam dicto Officiali; cum igitur
Biſſus eſſet Superior totius Officinæ Nummariæ, vt mi-
hi ſupponitur, Capſerius tenebatur ei dare materiam
neceſſariam, & ipſe Biſſus deinde reintegrare capſam
cuſſis nummis, & ita etiam dum D. Paulus infirmaretur,
Biſſus non fuit ſubſtitutus ab eo in proprio Officio, ſed
tantum ne Officina remaneret impedita tranſmittebat
clauem arcæ, & Biſſus vti ſuperior accipiebat id, quod
ſibi neceſſarium erat, & faciebat notam de accepto, ſic-
que accipiebat Biſſus id, quod D. Paulus non potuiſſet
negare ſi fuiſſet ſanus, & aſſiſtens ſuæ adminiſtrationi,
provt mihi narrant, & ſupponunt hæredes D. Chiappo-
ni.

Quo ſtante ſequitur, quod Biſſus remanſerit debitor
capſæ, & capſerij, vti Officialis, non tamen nec ad
eius commodum, vel incommodum; ſed ad commo-
dum, & incommodum Cameræ; tum quia officium
capſerij habebat hanc neceſſitatem erogandi pecunias,
& materiam; vnde imputandum eſt Domino ſi minus
idoneam perſonam elegit, cui fieret hæc erogatio, tũ
18 quia Officialis, † qui agit, quid vti talis, non obliga-
tur de ſuo, ſed omnes actiones actiuæ, & paſſiuæ re-
flectuntur in Dominum, Surd. *conſil.* 19. *num.* 11. Gabr.
conſil. 71. *volum.* 1. Pariſ. *conſil.* 78. *num.* 4. *volum.* 1. Ma-
gon. *deciſ. Lucenſ.* 25. *ſub num.* 52.

Et quod hoc ſit verum, patet etiam, quia d. Biſſus re-
manſit debitor Cameræ, & ob id fuit carceratus, non
autem, capſeriorum, vel aliorum Officialium, à quibus
habuerat pecunias, vel materiam.

Quarto ex præcedenti reſultat aliud fundamentum;
nam Capſerius erogat pecunias, vel materiam pro fa-
bricandis alij pecunijs, & ob id donec illæ fabricantur,
ex quibus deinde cuſſis reintegratur capſa, neceſſe eſt,
quod interim d. capſa remaneat creditrix, ſed ſi poſt a-
liquot dies afferantur pecuniæ ab eo, qui habuerat, ma-
teriam intelligitur reſtitui acceptum reformatum in alia
forma, potius quam ſolui debitum de re diuerſa, ſic e-
uenit in Biſſo, qui dum infirmabatur, Chiapponus acci-
piebat pecunias neceſsarias pro emenda materia, vel
cudendis nummis, & interim donec cuderentur, quia
interceſſit paruum temporis ſpatium, mortuus eſt Chiap-
ponus, & extitit debitor capſæ Biſſus de dictis libris
2608-17-6. ſicuti repertus fuit, ſub die 24. Decembris,
ſed tamen à d. die 24. Decembris, vſque ad diem 11. Ia-
nuarij proxime ſequentis, quod fuit ſpatium paucorum
dierum ipſe Biſſus intulit in capſam, vel expendi, ad
eius commodum pecunias debitas Chiappono, quod
videre eſt ex computis illius productis, *fol.* 22. vbi ha-
betur quantitas pecuniarum in capſam poſitarum à di-
cta die 24. Decembris, vſque ad 11. Ianuarij, & *fol.* 24.
vbi habentur pecuniæ expenſæ, quę ſuperant introitum
de quantitate debita Chiappono, & longe vltra, adeo
vt in ſolutione, ſeu reintegratione facta tam breui tem-
pore, præſumendum ſit, factam fuiſſe de materia, ſeu
pecunijs extractis à Biſſo ex capſa, reformatis non au-
tem de ſuo proprio, quia ſolutio facta poſt modicum
19 interuallum, præſumitur † facta de eadem re, vel pe-
cunia, Surd. *deciſ.* 55. *num.* 8. & 9. Borgn. *deciſ.* 15. *num.*
5. *part.* 4 Farinacc. *deciſ.* 98. quo fit vt Camera non poſ-
ſit velle habere eam ſolutionem ad extinctionem pro-
prij crediti; ſed teneatur acceptare ad exonerationem
Chiapponi, vti facta de re propria reformata, & pro
reintegratione capſæ, quæ neceſſario debebat remane-
re creditrix, donec fabricata eſſet materia pro ſui rein-
tegratione, & quodamodo ſemper videtur fuiſſe in ca-
pſa de pecunia, cum deſtinatione ſtatim fabricata repo-
nenda fuiſſet.

Quinto, & vltimo non conſtat, quod Biſſus eſſet de-
bitor Cameræ ex eadem cauſa, & officio, ex quibus
erat Chiapponus, ſed ex diuerſa, quia cum eſſet Su-
perior Officinæ Nummariæ, pecuniæ perueniebant ad e-
ius munus; vnde videtur, quod non poſſit fieri compen-
ſatio de debito vnius negotij, & officij, cum credito
20 † alterius, ſed quod pecuniæ illatæ in capſam, ſeu ex-
penſæ ad eius commodum, vti ex eodem negotio com-
penſari debeant ad commodum Chiapponi, iuxta *leg.* 1.
Cod. de compenſation. & Afflict. *deciſ.* 192. Magon. *deciſ.*
Lucenſ. 1. *num.* 9 12. & 33.

Et ex his in effectu reſolutum remanet argumentum
ſupra propoſitum pro Camera, abſque alia ſpecifica
reſponſione.

Remanet vltimus articulus de ſalario, in quo breui-
ter concludendum eſt, deberi, non obſtante etiam de-
claratione Sereniſſimi; nam probatum eſt pro parte
hæredum, ex fide producta, *fol.* 32. *fac.* 2. quod D. Paulus
Chiapponus ſolitus eſt locare operam ſuam pro Offi-
cijs, quæ habebat, & conſequi mercedem. & Sereniſ-
ſimus præſtare pro Officio Capſerij, quo caſu licet nul-
la expreſſe fuerit conſtituta merces: nec actum de ali-
quo ſalario, tamen ſi in contrarium non extat pactum
21 expreſſum, provt de hoc † non fuit admonitus Dom.
Paulus, debetur ſalarium, quod præceſſori perſoluceba-
tur, Riminald. Iun. *conſil.* 478. *per totum*, Hyppolit. Bo-
nacoſſ. *in tractat. de famul quæſt.* 79. & 80. Roman. *conſil.*
25. vbi loquitur de eo, qui habebat duo officia, quod
non ſufficiat ſalarium primi Officij. Rota Genuenſ. *de-*
ciſ. 115. vbi loquitur in electo ad Officium Capſerij.

Nec obſtat declaratio Sereniſſimi Domini, quia de-
claratio alicuius, quod non fuit ab initio ſuæ intentio-
22 nis, &c. non præiudicat † per ius quæſitum ei, qui
à principio debuit certiorari, etiam ſi eſset facta à Papa,
Ancharan. *conſil.* 398. *ſub num.* 4. & 5. Becci. *conſil.* 3. *num*
45. vbi late.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius an teneatur approbare contra-
ctum, & diſpoſitionem factam à defuncto; &
in ſpecie, ſtare locationi. De obligatione hære-
dis cum inuentario, & ſine eo; quo ad debita
ſoluenda.

SVMMARIVM.

1 *Grauati hæredes ſine beneficio inuentarij tenentur appro-*
bare diſpoſitionem de re eis debita per fideicommiſſum.
2 *Nec poteſt rumpere locationem ab eo factam.*
3 *Per aditionem hæreditatis ſine inuentario confunduntur*
actiones, & extinguitur creditum hæredis.
4 *Hæres cum beneficio inuentarij tenetur præſtare factum*
defuncti, quatenus eſt in hæreditate.
5 *Fideicommiſſarius non tenetur ſtare locationi facta per*
hæredem grauatum.
6 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur vltra eius vi-*
res.

7 Hære-

Digitized by Google

7 *Hæredes etſi non poſſunt expellere conductorem, tamen non debent amittere ſuos affictus.*

CONTROVERSIA DCXLVIII.

Locauit D. Scipio Lancenus quædam prædia reſtitutioni cuiuſdam fideicommiſſi poſt eius mortem ſubiecta, & habuit anticipatè quaſdam pecunias compenſādas in affictu, vltimo anno locationis, nec non etiam habuit affictum anticipatum vnius alterius anni, deceſſitque hoc anno, quo habuerat affictum anticipatum, inſtitutis hæredibus fideicommiſſarijs, ad quos pertinebant bona locata, & relicta vſufructuaria quorumdam bonorum liberorum, & legataria omnium mobilium, D. Laura de Gratiadeis, eius vxore, cum onere illi impoſito ſoluendi omnia debita, quæ habebat tempore mortis ſuæ ipſe teſtator.

Quæritur nomine prędictę D. Laurę an ipſa poſſit cogi ad ſolutionem pecuniarum ſolutarum anticipatè à conductore, & ita vel reſtituere eas conductori, caſu quo fideicommiſſarij nolint eum perſeuerare in conductione, vel ipſis fideicommiſſarijs, vbi nomine proprio confirment d. locationem.

Arbitror quæſtionem hanc reſoluendam eſſe, diſtinguendo hoc pacto; quod aut iſti fideicommiſſarij, & ſimul hæredes ipſius grauati fuerunt hæredes ſine beneficio inuentarij, & tunc tenentur approbare diſpoſitio-
1 nem factam à teſtatore † de re eis debita per fideicommiſſum, late Peregr. *de fideicomm. art. 33. nu. 2. 10. & 11.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 117. num. 7.* & per conſequens e-
2 tiam non poſſunt rumpere locationem, † nec impedire quin conductor, iuxta promiſſionem ſibi factam à defuncto perſeueret in ea, & ſatisfaciat ſibi de pecunijs anticipatè ſolutis, ad tradita à Peregr. *art. 40. num. 96.* quo ſtante ſequitur, quod ipſa D. Laura hoc caſu non teneatur ad ſolutionem, ſeu reſtitutionem dictarum pecuniarum, non conductori, quia præſuponimus locationem duraturam eſſe, & ipſum computaturum eſſe eas in affictibus iuxta conuenta, nec poſſe petere ſatisfactionem alio pacto, nec in pecunia; non hæredibus, tum quia erga eos non poteſt dici extare aliquod debitum, ex quo per aditionem hæreditatis ſine inuentario con-
3 funduntur omnes actiones, & extinguitur † creditum hæredis, *l. debitori*, & ibi ſcribentes, *Cod. de pactis*, tum quia iſtud debitum fuerat ſolutum à teſtatore, mediante compenſatione affictuum, cuius promiſſionem, vt dixi, non poſſunt impugnare hæredes ſine inuentario, etiam quod ſit de re eorum propria.

4 Aut fuerunt † hæredes cum beneficio inuentarij, & tunc aut extabunt finito vſufructu tot bona libera in hæreditate, vel tanta vtilitas, quæ æquiualeat dictis pecunijs anticipatè habitis à teſtatore, vel ſaltem eorum parti, & hoc caſu, quatenus erit in hæreditate, hæredes tenebuntur præſtare factum defuncti, ſiue in totum, ſiue pro rata parte, Peregr. *de fideic. d. art. 13. number. 13.* Surd. *conſ. 7. num. 34.* & pro ea parte non grauabitur vſufructuaria ad ſolutionem, vt dixi in præcedenti membro.

Aut in hæreditate non extat aliqua vtilitas, vel ſaltem non equiualens pecunijs habitis per defunctum, & tunc cum fideicommiſſarij non teneantur ſtare locationi factæ ab hærede grauato, ſecundum communiorem opinionem, de qua apud Peregr. *d. tractat. de fideic. art. 40. num. 96.* licet ipſe videatur ſequi contrarium, conductor ablato ſibi prędio remaneret creditor, & propterea ad eius debiti ſolutionem obligaretur D. Laura, vel in totum, vel pro rata, ſecundum diſtinctionem ſuperius traditam, non tantum ea ratione, quod teſtator obligauerit ipſam ad ſoluenda omnia debita, ſed etiam ex eo quod nulla alia extarent teſtatoris bona, niſi quæ ſunt apud d. D. Lauram, & ob id etiam obnoxia remanerent ſolutioni debitorum defuncti, cum hæredes cum beneficio inuentarij, qui non habent de bonis hæreditatis, nō teneantur de ſuo, iuxta *legem finalem, Codic. de iur. deliberand.*

Et idem etiam dicerem, quando ipſi hæredes tene-
6 rentur † ſtare locatori, quia etſi non poſſent expelle-
7 re conductorem, per hoc tamen non † deberent ammittere ſuos affictus, argumento *leg. ſi filiofamilias, §. ſi vir in quinquennium*, vbi Bartol. & Alexand. *in ſummario*, Petr. Barboſ. *num. 27 ff. ſolut. matrim.* vnde pro eis ſuppoſita diſtinctione actionum, mediante beneficio inuentarij remanerent obnoxia bona exiſtentia, penes vſufructuariam, & cum diceretur tunc extare hoc debitum, teneretur etiam vigore oneris impoſiti à teſtatore de ſoluendis debitis.

Et hæc eſt mea ſententia breuibus expoſita, prout fui requiſitus.

ARGVMENTVM.

Ad agendum exigitur voluntas, & poteſtas.

SVMMARIVM.

1 *Nemo inuitus cogitur agere.*
2 *Agere nemo poteſt pro iure conditionali.*
3 *Iudicium non poteſt eſſe in pendenti.*

CONTROVERSIA DCXLIX.

Acceptatis ſi quæ ſunt fauorabilibus in precibus, reſcripto, & libello tranſmiſſis nomine Illuſtris D. Ludouici Mundini, & aliorum conſortium, quibus aſſignata fuerunt bona in ſubhaſtatione Illuſtris D. Hyppoliti Capilupi contrarijs penitus reiectis, dicit infraſcriptus nomine Illuſtris D. Lælij Capilupi citra præiudicium iurium quorumcumque Illuſtris, & Reu. D. Camilli Capilupi, cui præiudicare non intendit, nec eum comprehendere in hac ſcriptura, cum illum tanquam Clericum non afficiant preces, & præceptum tranſmiſſum, ſtantibus rebus, prout ſtant, & citra quoque præiudicium filiorum prædicti D. Lælij, prædictos agentes non
1 eſſe audiendos in petitis; tum quia nemo † inuitus cogitur agere pro iure de futuro, & cuius caſus nondum euenit, *tote tit. Cod. vt nemo inuitus*, poſſet enim ei eſſe valde præiudiciale iudicium de præſenti, cum forte nunc non habeat probationes, & documenta, & alia quæ neceſſaria ſunt ad victoriam, quæ dum pendet caſus forte inuenire poſſet, & valde inhumanum eſſet, vt à iure ſuo excluderetur, eo quia non oſtenderet iura ſua eo tempore, quo illa demonſtrare non cogitur, quę tamen tempore opportuno in promptu foret habiturus; tum etiam quia & ſi agere vellet, non admitteretur pro
2 † iure conditionali; cuius ſpes eſt admodum incerta, cum vocati poſſent præmori prædicto D. Hyppolito Capilupo, vt in ſpecie determinant Gomeſ. *ad legem Tauri, 40. num. 79.* Pinel. *in leg. 1. part. 3. num. 79. Cod. de bonis maternis*, Valaſc. *conſultat. 184. num. 19. cum ſeqq.* quia iudicium non poteſt eſſe in pendenti, nec de his
3 † rebus, quarum aduentura eſt obligatio, *l. non quemadmodum. ff. de iudicijs*, deficiente itaque voluntate, & poteſtate agendi, excludendi ſunt actores ab intentata petitione, & eo magis cum reſcriptum mandet ſimplicem iuſtitiam fieri, & condemnandi ſunt in expenſis, de quibus proteſtatur, & de omnibus damnis, &c. & ita dicit omni meliori modo, &c. citra præiudicium, &c.

ARGVMENTVM.

Diuiſio hæreditatis quomodo præſumatur; & de coniecturis ad id.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio tamquam quid facti, non præſumitur, niſi probetur.*

Digitized by Google

2 *Ex inſpectione ſcripturæ, in qua ſi factum quid fuiſſet ibi reperiretur, probatur negatiua, illud ſcilicet non eſſe factum.*
3 *Probationes etiam plenæ, tolluntur alijs contrarijs probationibus. Et præſumptiones alijs præſumptionibus, numer.4.*
5 *Plures præualent paucioribus.*
6 *Ceſſant præſumptiones, cum apparet de veritate.*
7 *Diuiſio probatur veriſimilibus, & probabilibus coniecturis.*
8 *Poſſidens rem vti propriam præſumitur eam poſſidere vigore tituli præcedenter adepti, niſi aliter probetur.*
9 *Ex habitatione ſeparata fratrum per decennium, & particulari fruitione bonorum præſumitur diuiſio; & ea bona ſpecialiter ſingulis obtigiſſe.*
10 *Denominatio arguit dominium eius, à quo denominatio deriuat.*
11 *Diuiſio probatur ex ſolutione onerum pro partibus ſingulorum.*

CONTROVERSIA DCL.

FVerunt alias in humanis quondam Domini Alexander, Philippus, Albriſius, & Daineſius fratres de Albriſijs, quorum D. Philippus deceſſit relicta poſt ſe vnica filia, nomine Flauia, cui condito teſtamento, inſtitutiſque hæredibus vniuerſalibus dictis Dominis Daineſio, & Albriſio legauit ducatos quadringentos pro ſua dote & omni eo, quod poſſit prætendere in bonis patris, vt in proceſſu Senatorio, *fol.*100.*fac.*2. *&* *fol.*101.*fac.*1.

Deceſſit pariter prædictus D. Albriſius relictis poſt ſe duab. filiab. Flaminia ſcilicet, & Barbara, quas hæredes vniuerſales inſtituit, & alteri earum decedenti ante nuptum, ſubſtituit filios D. Daineſij fratris ſui, vt ex teſtamento in proceſſu Rotigni, *fol.*25. *fac.*2. quarum filiarum, poſt mortem matris, tutelam habuit d. D. Daineſius earum patruus, & poſt mortem illius eas gubernauit, & illarum bona adminiſtrauit D. Curtius vnus ex filijs prædicti D. Daineſij natu maior.

Cum autem facta eſſet nubilis d. D. Flauia filia q. Domini Philippi nupſit D. Hortenſio à Turri, & pro dictis ducatis 400. ſibi relictis à patre pro dote egit contra Dominos Curtium, Octauium, & Veſpeſianum pro dimidia, vti filios, & hæredes q. D. Daineſij, & pro alia dimidia contra eaſdem Dominas Flaminiam, & Barbaram filias, & hæredes D. Albriſij, cuius litis occaſione deuentum eſt ad iudicium ſecundi decreti; in quo deducta fuit poſſeſſio vna poſita in villa Bondeni, ſeu Bõdanacij Commiſſariatus Reggioli, & quamuis procurator, ſeu curator dictorum Dominorum Curtij, Octauij, & Veſpeſiani reclamaret, & contenderet totam d. poſſeſſionem eſſe eorum propriam, vti obuentam in diuiſionibus eorum patri, non autem communem cum dictis Dominabus Flaminia, & Barbara, & ob id in ea non poſſe D. Flauiam conſequi, niſi dimidiam ſui crediti, nihilominus quia ob negligenter deductum viæ huius diuiſionis ad ipſo curatore fuit ſatisfacta pro toto ſuo credito in eadem poſſeſſione, vt patet ex proceſſu d. ſecundi decreti actitato coram Rota in actis Doneſnondi de anno 1568.

Succeſſiuis temporibus deceſſit d. Domina Flaminia ante nuptum, cuius hæreditatis occaſione, & etiam adminiſtrationis habitæ per D. Daineſium, & Curtium eius filium D. Barbara ſoror d. D. Flaminiæ tam nomine proprio, quam vti hæres ſororis promouit iudicium contra dictos Dominos Curtium, & fratres de Albriſijs inter alia petens reddi rationem de adminiſtratis, qui ex aduerſo eas reconuenerunt, & tandem ſecuta eſt ſententia à D. Vicario generali Sablonetæ, in proceſſu Sablonetæ, *fol.*131. in qua inter cœtera condemnauit dictos fratres ad reddendam rationem de adminiſtratis per eorum patrem d. D. Barbaræ.

Quæ ſententia, cum exequenda eſſet per M. Illuſtrem Senatum Mantuæ, ex quo Comitatus Rotigni ob mortem Excellentiſſimi D. Ducis Sablonetæ deuoluerat ad Sereniſſimum Dominum Noſtrum, deuentum eſt ad calculos ratione d. adminiſtrationis inter filios, & hæredes d. D. Barbaræ iam defunctæ, ſuſceptis ex Domino Sigiſmundo de Pretis eius viro, & ipſos fratres de Albriſijs, in quibus calculis ipſi Albriſij petierunt ſibi bonificari, ſeu reſtitui ducatos ducentum pro dimidia dictorum ducatorum 400 aſſignatorum prædictæ D. Flauiæ in poſſeſſione, quam ijdem fratres aſſerebant in totum ad ſe ſpectare, & ſic tamquam ſolutorum ad commodum earundem Dominarum Flaminiæ, & Barbaræ, quã bonificationem petierunt, *fol.*40.*fac.*2.

Qua occaſione petitæ bonificationis inſurexit Dom. Georgius de Pretis filius d. D. Barbaræ, ſeu Dom. Sigiſmundus eius pater, & negauit non ſolum reſtituendos eſſe, ſeu bonificandos dictos ſcutos 200. cum dictæ terræ eſſent communes, vt aſſeruit, *fol.*47.*fac.*1.106.*fac.*2.*&* 107.*fac.*1.*&* 132.*fac.*2. ſed immo dixit ſibi reſtituendum eſſe dimidiam reſidui dictarum terrarum vna cum fructibus tanquam communium, & numquam diuiſarum, & pro huius articuli deciſione ſupplicauit, *fol.* 140. & dedit petitionem, *fol.* 141. 160. *&* 161. vbi vſque *ad fol.* 162.*&* *fol.*210. late diſputatum eſt ſuper hoc.

Cum autem hę terræ fuiſſent alienatæ ab ipſis de Albriſijs, & perueniſſent ad D. Raphaelem Morbiolum, interea dum in hoc iudicio diſputaretur ſuper hac prætenſione, ſubhaſtata fuerunt bona d. D. Morbioli, in quibus deductæ fuerunt hæ terræ, in quo iudicio comparuit D. Sigiſmundus de Pretis vti pater, & legitimus adminiſtrator d. D. Georgij ſui filij, & hæredis D. Barbaræ, & petijt declarari dictas terras pro maiori parte non venire in eo; ſed ſpectare ad ipſum Georgium, tamquam de bonis antiquis pro auitis numquam diuiſis, & obtinuit ſententiam fauorabilem.

Vnde euictis dictis terris, hi qui illas acquiſiuerant à D. Veſpeſiano Albriſio vni ex filijs q. D. Daineſij, mouerunt iudicium contra eum pro damnis paſſis occaſione eiuſdem euictionis; ipſe vero ſupplicauit pro expeditione controuerſiæ vertentis inter eum, & ipſum de Pretis ſuper communione, vel diuiſione harum terrarum, aſſerens ſe oſtenſurum nullum ius in eis competere dict. de Pretis; licet obtinuerit ſententiam in d. iudicio Morbioli, in quo nullæ factæ fuerunt defenſiones per Albriſium, cum ignoraret has terras à Morbiolo poſſideri, & de hoc penderet lis inter ipſas partes, coram Senatu in alia cauſa, & obtinuit reſcriptum pro expeditione huius articuli, & fecit ſua incumbentia, de quibus in ſequela ſui proceſſus cum d. D. Georgio de Pretis; inſtantia autem D. Veſpeſiani circa prædictum articulũ habetur in proceſſu magno Senatorio, *fol.*211. *fac.*2. vbi petijt declarari nullum ius competere in dictis terris ipſi de Pretis.

Ex qua longa facti ſerie illud reſultat videndum, quis melius probauerit, an ipſe de Pretis has terras fuiſſe communes, & per conſequens pro dimidia ad ſe ſpectare; an vero D. Veſpeſianus Albriſius eaſdem fuiſſe diuiſas, & ob id in eis nullum ius competere iuncto Domino Georgio.

Per ipſum de Pretis igitur, quod hæ terræ ſint communes ſit fundamentum in eo, quod ex inſtrumento diuiſionis producto in proceſſu Senatorio, *ſub die* 15. *Ianu.* 1601. *fol.*158.*fac.*1. ipſi fratres de Albriſijs, videlicet Domini Alexãnder, Philippus, Daineſius, & Albriſius declararunt terras Bondanatij eſſe pro dotibus D. Barbaræ eorum matris, ſi igitur fuerunt bona materna, ſequitur, quod quinque fuerunt communes, ſicuti etiam fuiſſe communes colligitur ex proceſſu arbitrali Rotigni, *fol.*32.*fac.*2.*&* *fol.*33. dum enim D. Daineſius nixus eſt probare eorum diuiſionem, ſuppoſuit omnes fratres habuiſſe quandoque partem in illis, conſtito igitur, quod hæc bona fuerint ſimul communia, & quod cuilibet debita fuerit pars in illis, præſumuntur adhuc com-
1 munia, quia diuiſio † tamquam quid facti non præſumitur niſi probetur, vt tradunt Maſcard. *de probationibus, concluſ.*527.*num.*1. & Menoch. *lib.*3.*præſumpt.*60. *pariter num.*1.

Secundò

Digitized by Google

Secundo deducitur fundamentum huius communionis, ex proceſsu ſecundi decreti celebrato ad inſtantiam prædictæ q. D. Flauiæ pro conſequendis ducatis 400. ſibi relictis à patre contra D. Barbaram matrem prædicti de Pretis, & Dominos Curtium, & Veſpeſianum fratres de Albriſijs, in quo deductæ fuerunt hæ terræ tamquam inter eos communes, & de quibus tamquam communib. capta fuerat tenuta ex primo decreto, & denique in quibus vti communibus ſatisfacta fuit integraliter via iuris D. Flauia, non obſtante allegata ex aduerſo diuiſione.

Tertio, & vltimo, licet affirmatiua, quod fuerint diuiſæ, incumbat D. Veſpeſiano, tamen ipſe de Pretis putat ſe probare negatiuam, quod non fuerint diuiſæ hæ terræ ex duobus inſtrumentis diuiſionum factarum inter dictos Albriſium, & Daineſium, alios fratres de Albriſijs, *altero producto in proceſſu Senatorio, ſub die 5. Februarij 1592. fol. 16. fac. 2. altero ſub die 15. Iunij 1601. fol. 154. fac. 2. cum ſeqq.* in quorum poſteriori patet expreſse non fuiſse factam hanc diuiſionem, cum illæ terræ fuerint relictæ pro dote matris tunc adhuc viuentis, in priori vero recenſentur multæ petiæ terrarum diuiſarum, in quibus tamen non leguntur iſtæ controuerſæ, vnde ex hoc probatur eas non fuiſse diuiſas, quia ex inſpectione ſcriptu-
2 ræ, in qua, † ſi quid factum fuiſset, deſcriptum reperiretur, probatur negatiua, tale quid factum non fuiſse, Bartol. *in l. final. in 2. notabili, C. de reb. credit. & in l. 2. in fine, C. de error. aduocat.* Bal. *in l. iuſtum, C. de edend.* Hercul. *in tractat. de proband. negatiu. num. 167.* Maſcard. *de probation. concluſ. 14. num. 7.* Surd. *conſ. 11. numer. 36. & conſil. 223. num. 1.* Pacian. *in tractat. de probation. lib. 1. c. 44. n. 1.*

3 Quia tamen, & probationes etiam plenæ, † alijs probationibus contrarijs tolluntur, vt poſt alios tradit Tiraquell. *in tractat. de retract. conſanguin. §. 4. gloſ. 1. ſub num. 10. verſic. & ſemper alias plena probatio, &c.* & præ-
4 ſumptiones † contrarijs præſumptionibus diluuntur, *l. diuus, ff. de in integr. reſtit.* Surd. *conſ. 112. num. 72.* & fortiores vincunt debiliores, *l. ob carmen, §. ſi teſtes, ff. de teſtibus, l. antepenult. C. de adulter.* Surd. *d. conſil. 112. num.*
5 *71.* & plures præualent † paucioribus, *Authentic. Ita-*
6 *que, C. commun. de ſucceſſ.* ceſsantque † præſumptiones, quando apparet de veritate, *l. fin. in princip. ff. quod metus cauſ. l. nuptura, in fine, ff. de iur. dot.* Idem Surd. *conſ. 7. num. 61.* Ideo puto obtinere debere D. Veſpeſianum, vti eum, qui etiam pluribus præſumptionibus, atque fortioribus, & plenis probationibus iuſtificauerit has terras diuiſas fuiſse, & obueniſse patri ſuo D. Daineſio in diuiſione facta cum D. Albriſio ſuo fratre.

Id quod facilius demonſtrabo, ſi prius præmiſero diuiſionem, licet alias regulariter non præſumatur, niſi probetur, vt ſuperius deduxi, probari tamen ſufficien-
7 ter poſse † probabilibus, & veriſimilibus coniecturis, vt licet colligere ex Maſcard. *concluſ. 527.* & expreſse docet Menoch. *lib. 3. præſumpt. 60. num. 2.*

Probatur igitur primo, & colligitur hæc diuiſio ex teſtamẽto q. D. Albriſij aui materni D. Georgij de Pretis actoris, producto in proceſsu Rotigni, *fol. 25. fac. 1.* celebratum, *ſub die 25. Nouembris 1557.* in quo ſupponit teſtator ipſos fratres diuiſos tunc fuiſse, dum meminit de pecunijs dotalibus ipſius D. Daineſij portatis in domum, quando erant in vnione bonorum, iubens partem debiti ad ſe tangentem reſtitui per ſuos hæredes, quod etiam colligitur ex codicillis eiuſdem D. Albriſij in eodem proceſsu, *fol. 27. fac. 1. & 2.* conditis de anno prædicto 1557. vbi iterum iubet reſtitui has pecunias portatas in domum, quando erat in vnione bonorum, & ſic clare nobis indicat, tunc fuiſse diuiſos, qui teſtator non potuit intelligere de diuiſione, de qua in inſtrumẽto producto in proceſsu Senatorio, *fol. 6. fac. 2.* quia talis diuiſio, & inſtrumentum longe poſt celebratum fuit, ſcilicet de anno 1561. & poſt mortem d. D. Albriſij loquitur de diuiſione particularium bonorum hæreditatis q. D. Philippi eorum fratris.

Hæc diuiſio colligitur præterea ex inuentario bonorum hæreditatis d. q. D. Albriſij, de quo in proceſsu Senatorio. *fol. 60. fac. 2. celebrato ſub die 24. Maij 1558.* vbi deſcribuntur particulariter omnia bona d. hæreditatis, nec fit aliqua mentio alicuius communionis, cuius tamen factum fuiſset neceſsario aliquod verbum, ſi vlla adfuiſset communio, & tutrix iurat ſe deſcripſiſse omnia bona mobilia, & immobilia, & nihilominus non leguntur terræ Bondanatij, nec aliqua mentio fit, quod prætenderetur in eis, vnde non eſt veriſimile, quod ſi fuiſsent communes fuiſset, ommiſsa deſcriptio rei tam notabilis.

Ruſſus huc confert proteſtatio emanata, die 16. Februarij 1557. de qua in proceſsu Senatorio, *fol. 223. fac. 2.* ad inſtantiam D. Albriſij contra D. Daineſium, vt trãſmitteret Flauiam neptem ſ. quam ipſi, vti hæredes eius patris tenebantur alere, & dotare, ad domum ſuam; quia paratus erat præſtare alimenta ei in domo propria, proteſtans, quod alias non intendebat reſarcire aliquas expenſas, quæ fierent in domo d. D. Daineſij, ecce quomodo ex d. proteſtatione clare deducitur eos ſeparatim vixiſse, & fuiſse diuiſos, quia alias non fuiſset opus dicta proteſtatione, ſi de communibus bonis alimentata fuiſset penes D. Daineſium.

Inſuper eadem diuiſio probatur ex inſtrumento emptionis, celebrato ſub die 3. Auguſti 1557. producto in proceſsu Senatorio, *fol. 218. fac. 1.* vbi D. Albriſius fatetur pretium terrarum, de quibus in d. inſtrumento, ſpectare ad D. Daineſium, cum dictæ terræ eſsent eius, vti obuenta ei in diuiſione per ipſos fratres multos iam annos verbotenus facta de bonis eorum communibus, ſubdens, quod tentæ fuerant diuiſione à d. D. Daineſio in executione prædictæ diuiſim, ſicuti & poſſidebat ſeorſum alias terras ſibi obuentas, quod inſtrumentum tamquã factum cum ipſo D. Albriſio, à quo D. Pretus deducit ius ſuum, probat contra eum hanc diuiſionẽ, ſicuti probaret contra eumdem D. Albriſium, ſi viueret, & hoc negare vellet.

Adminiculatur præterea inſtrumentum locationis factæ à D. Daineſio, vti tutore filiarum fratris, de quo in proceſsu Sablonetæ, *fol. 31. cum ſeqq.* vbi locat nonnullas terras particulares ipſarum minorum, & alias vti proprias, quod non feciſset, ſi adfuiſset communio, maxime cum locatio prædicta facta fuerit cum licentia Iudicis, coram quo non præſumitur fieri fraus.

Et alia locatio de terris particularibus dictarum mulierum, habetur in dicto proceſsu Sablonetæ, *fol. 51. cũ ſeqq.*

Et aduerto, quod in d. inſtrumento locationis factæ à D. Daineſio, ipſe locat, niſi duodecim bubulcas terræ nomine proprio, & 52. nomine neptum; vnde ſi neptes habebant tantam quantitatem, veriſimile eſt, quod patruus haberet multas alias terras vltra illas duodecim bubulcas, & ſic credibile redditur, poſseſsionem Bondanatij fuiſse eius propriam.

Addamus, quod alias fuit capitulata hæc diuiſio, & quod poſseſsio Bondanatij obuenerit D. Daineſio, vt in proceſsu Rotigni, *fol. 32. fac. 2. & fol. 36. fac. 1.* & de ea etiam fit mentio, *fol. 35. fac. 2.* quæ ſola capitulatio; etſi ſciam parum releuare, niſi probetur, tamen, cum nil fuerit contradictum ex aduerſo, quod tamen veriſimiliter factum fuiſſet, ſi adfuiſſet tam notabilis error, reſultat aliqualis coniectura huius veritatis, præcipuè, quia terræ ſecundum diuiſionem capitulatam obuentæ Dom. Albriſio valde conformantur cum illis deſcriptis in inuẽtario eius bonorum, *fol. 63. fac. 2.* ſed multo magis fit veriſimilis, cum ex confeſſione ipſiuſmet D. Albriſij, de qua in dicto inſtrumento emptionis producto, *fol. 218. fac. 2.* habeamus factam fuiſſe diuiſionem verbotenus, quæ confeſſio optimè conuenit cum dicta capitulata diuiſione, eamque reddit valde veriſimilem.

Nec etiam valde impellit in hanc ſententiam, quod in tam diuturna lite facta viuente D. Barbara, quam poterat eſſe melius informata, numquam factum eſt verbũ in ſuis prætenſionibus, quod deberent diuidi hæ terræ, ſed tantum quod redderetur ratio de adminiſtratione, & ta-

Digitized by Google

A R G V M E N T V M.

Emphyteutica bona an veniant ſub obligatione generali bonorum, ſaltem fauore dotis. De emphyteuſi, eius renouatione, & licentia. Pactum tradendi omnia bona ſua poſt mortem, an, quando, & quomodo valeat.

S V M M A R I V M.

1 *Promiſſio in euentum mortis alicuius, tribuit ius ſolum ad rem.*
2 *Hypotheca tacita legalis competit pro dotis reſtitutione, & promiſſione.*
3 *Sub generali obligatione bonorum non veniunt emphyteutica ex Statutis Mantuæ.*
4 *Dos non comprehenditur in Statuto generaliter loquente, & num.18. Fallit cum ipſa non eſt ſpecialiter priuilegiata, num.5.*
6 *Dos non eſt ſpecialiter priuilegiata circa bona emphyteutica.*
7 *Iudicium quo ad expreſſam dotis hypothecam non obtinet quo ad tacitam.*
8 *Noua dicitur emphyteuſis, cum ea prouenit ex noua cauſa.*
9 *Licentia ad emphyteuſim nouiter exigitur, cum contractus ipſe nouus eſt.*
10 *Pacta impedientia liberam teſtandi facultatem, reprobantur.*
11 *Contrahens ſub ſpe talis pacti prohibita nullum habet remedium, ſed ſibi debet imputare.*
12 *Valet pactum de bonis tradendis poſt mortem, etſi ſit ſub verbis vniuerſalibus omnium bonorum; ſed vid.num.15. & 15.*
13 *Promiſſio tradendi omnia bona, reſtringitur ad præſentia ſolum, ſeruata facultate diſponendi de acquirendis.*
15 *Pactum tale cum fundatur in perſona paciſcentis, valet nõ tamen cum reſpicit bona, vel ſucceſſionem ipſam.*
16 *Reſeruatio conſeruat ſolum ius, ſi quod competit.*
17 *Reſeruatio nil operatur cum deficit reſeruabile.*

CONTROVERSIA DCLI.

QVæritur an filij q. D Olimpiæ Triggiæ de Mazzolinis, cui fuerunt reſeruata iura pro promiſſione ei facta à D. Antonio patre quod haberet vniuerſa eius bona ſi ipſa decederet cum filijs, excludant Illuſtrẽ D. Io: Franciſcũ Bertanum benemeritum fiſcalem creditorem, vti ceſſionarium D. Amici Paulini, ne conſequi poſſit ſuum creditum in dictis bonis reſeruatis, & præſertim in emphyteuticis ſibi obligatis cum licentia.

Licet valde dubiã, agnoſcam quæſtionem, tamen ne videar recuſaſſe laborem, & quantum in me fuit, oſtendam cauſæ incubuiſſe, nonnulla talia qualia exogitare potui, proponam pro ipſo D. Bertano.

Et primo conſiderari poteſt, quod promiſſio facta à q. D. Antonio Triggio D. Olimpiæ filiæ de Anno 1588. de menſe Ianuarij, quod haberet vniuerſa bona d. Dom. Antonij poſt eius mortem, in euentum, quod ipſa de-
1 cederet cum filijs, non tribuit aliquod ius † in re, nec hypothecam, ſed tantum actionem perſonalem, Iaſ. *in l. ſi ante nuptias, ſub num. 3. verſic. clarum eſt enim, quod ex promiſſione, & c. ff. ſolut. matrim.* Bertaz. *conſil. crimin. 241. num 3.* Oſaſc. *conſil. 48. num. 36.* & bene Celſ. Hugo, *conſil. 100. ſub num. 1.* Io: Franciſc. de Ponte, *conſil. 85. num. 8.* & hypotheca ſi quæ adeſt pro hac promiſſione, oritur tantum à die inſtrumenti facti ex officio, quod fuit celebratum de Anno 1591. & ſic multo poſt quam eſſet creatum debitum ceſſum D. Bertano, quod eſt de Anno 1588. ſub die 23. Maij, vnde ex hac conſideratione remanet anterior D. Bertanus in hypotheca, & per con-

ſequens excludi nequit à prædictis filijs.

Et tanto magis quia in dicto inſtrumento facto ex officio D. Olimpiæ non adeſt obligatio bonorum obnoxiorum, & emphyteuticorum, ſed tantum ſimplex generalis obligatio bonorum, in qua ex ordinibus patriæ non veniunt emphyteotica.

Nec obſtat, quod immo hypotheca pro hac promiſſione facta à patre D. Olimpiæ non tantum debeat ſumi à die celebrati inſtrumenti de Anno 1591. ſed etiam à dicto tempore promiſſionis de Anno 1588. vigore hypo-
2 thecæ tacitæ, quam lex inducit pro dote, † nedum pro eius reſtitutione, ſed etiam pro eiuſdem promiſſione, & conſtitutione, iuxta *l. vnicam, §. & vt plenius, C. de rei vxor. action.* & traditur à Negulant. *de pignorib. in quarto membro, ſecunda partis, ſub n. 24.*

Quia vt proxime dicebam, hęc eſt generalis obligatio
3 bonorum legalis, in qua † ex ordinibus patriæ non veniunt emphytheotica, tam ex ordine Anni 1491. in fine tituli, *ſub rubric. Qualiter inueſtitus ad effectum,* quam ex alio de Anno 1502. in quo conſiliarij declarando illum primum ordinem, conſtituerunt illum intelligi, ne dum in generali obligatione hominis, ſed etiam legis.

Et ſi replicaretur, quod Iure dotis emphyteotica
4 veniunt in generali obligatione † cum dos non comprehendatur in Statuto, ſeu diſpoſitione noua generaliter, loquente, vt per Burſatt. *conſil. 32. ſub num. 10. & 27. & conſ. 56. num. 4. & conſil. 120.* & per Surd. *deciſ. 160. num 3.*

Reſponderem, quidquid fuerit aliàs iudicatum, nouiter per præſentem Senatum, in ſubhaſtatione D. Io: Baptiſtæ Piperarij fuiſſe excluſam ab emphyteoticis eius vxorem, & prælatos creditores, qui habebant licentiã.
5 Nec ſine ratione, quia diſpoſitio † noua generalis afficit etiam, & comprehendit dotem, quando dos non eſt ſpecifice priuilegiata eo in caſu, vt tradunt Dec. *conſil. 5 per totum, & conſ. 301. aliàs eſt conſil. 300.* Grat. *conſ. 130. num. 19. volum. 2.* Socin. Iun. *conſ. 12. num. 12. vol. 2.* Riminald. Iun. *conſil. 3. num. 11. & conſ. 31. num. 43.* Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 14. ſub num. 96.* Gabr. *de legib. concluſ. 1. num. 11.* Boui *de ſtatutar. verb. præſcript. gloſſ. 3. num. 4.* Lambertengus, *de contractib. gloſſ. 21. num. 3.* cum alijs multis relatis à Barboſ. qui late diſputat, & defendit hanc partem, *in l. 1. in 1. part. ſub numer. 4. & ſub num. 14. ff. ſolut. matrim.* & hanc pro communi opinione agnoſcit Surd. *d. deciſ. 160 ſub. num. 5.*

Vnde & ſi dos ſit priuilegiata generaliter in materia
6 hypothecæ, tamen cum non habeat † aliquod ſpeciale priuilegium circa emphyteotica, prout admittit Surd. *d. deciſ. 160. ſub num. 5.* ſequitur, quod comprehendatur in dictis ordinibus declarantibus emphyteotica non venire in generali obligatione bonorum.

Præterea, quandò fuit iudicatum talia bona venire in generali hypotheca fauore dotis, id fuit in expreſſa, ſed
7 in tacita † hoc numquam memini vidiſſe deciſum, & viget profecto diuerſa ratio inter expreſſam, & tacitam.

Vltra quod cum ordo Anni 1502. expreſſe loquatur de generali hypotheca legali, neceſſe eſt, quod comprehendat caſus priuilegiatos, qualis eſt dos, quia d. hypotheca legalis non datur, niſi perſonis quibuſdam, vel in certis caſibus priuilegiatis.

Sed id ipſum (& hoc ſeruiat pro ſecundo fundamẽto) videtur deciſum ſpecifice in hoc iudicio, in quo D. Bertanus, tanquam habens licentiam, fuit prælatus omnibus creditoribus, etiam anterioribus non habentibus licentiam, & conſequenter etiam D. Olimpiæ, & eius filijs, qui nullam habent licentiam, adeovt ſtante ſententia, quæ proprie & ſtricte debet intelligi, non ſint audiendi d. filij, niſi mediante reuiſione, cum dicatur obſtare res iudicata.

Nec refragatur, quod dicitur, D. Olimpiam tamquã comprehenſam in inueſtitura paterna non indiguiſſe aliqua licentia, tum quia ſententia non diſtinguit, nec excipit aliquem, quoniam dictat D. Bertanum præferẽ-

dum quibuſcumque etiam anterioribus, non habentibus licentiam, ideo nec nos diſtinguere debemus; tum etiã quia aut volumus dictam promiſſionem collatam fuiſſe omnino poſt mortem, ita vt de præſenti non diceretur perfectus contractus, & tunc cum ſit pactum de futura ſucceſſione, non valeret, vt mox deducam; aut volumus, quod fuerit contractus de præſenti inter viuos, & tunc cum ex noua cauſa, & titulo diuerſo à ſucceſſione emphyteuſis peruenit etiam ad comprehenſum in inueſti-
8 tura, tunc iudicatur, † vti nouus emphyteuta, & in eo emphyteuſis euadit noua, Bal. *in cap. 1. num. 19. in fine, an agnat. vel filij in vſib. fend.* Afflict. *deciſ. 11 a. ſub numer. 5.* Becci. *conſil. 56. num. 20.* Surd. *conſ. 308 num. 10. & 21. & 538. num. 4. & 517. num. 16.* ſi iudicatur, vti nouus
9 emphyteuta, ſequitur etiam, quod pro † tali actu acquiratur licentia, iuxta *l. final. Cod. de iur. emphyt.* & tradita per Corbul. *de caducitat. ob alienationem, in principio.*

20 Tertio, † iſtud pactum non poteſt præiudicare creditoribus, quia tamquam factum de futura ſucceſſione, & hæreditate, & ob id impediens liberam teſtandi facultatem prouiſionis, non valet, quemadmodum in promiſſione facta in contractu dotis. (vt alia loca, & auctoritates generaliter reprobãtes ſimilia pacta ommittam) ſunt text. *in l. pactum, quod dotali, C. de pact.* vbi ſcribentes omnes *l. hæreditatis, C. de pactis conuentis,* & tradunt Bald. *in l. cum Archimedoram, ſub n. 10. 11. & 12. C. vt in poſſeſſ.*
11 *legat.* vbi inquit, quod imputetur ei, qui contraxit matrimonium, † ſub tali ſpe, & promiſſione, quia nullum habet remedium & ſi dolo deceptus fuiſſet. Paul. de Montepic. *conſ. 1. n. 99.* Purpur. *in d. l. pactum, quod dotali, ſub n. 7.* Tiraqu. *de primogen. quæſt. 6. n. 17.* Alciat. *conſil. 14 n. 8. lib. 5.* Borgn. *deciſ. 45. in additione num. 18 part. 1.* Rub. *conſil. 130. numero tertio.* Et ex profeſſo Bellamera, *conſil. per totum, maxime numero decimoquarto,* & Peregrin. *conſil. 65. in primo dubio,* Franc. Marc. *deciſion. 136. part. 1* Rim in. Iun. *conſ. 600.*

Nec refert, quod prædicta videantur procedere, quando pactum reſpicit ſucceſſionem, & hæreditatem, ſecus vero ſi contineat promiſſionem bonorum tradendorum poſt mortem, provt videtur conceptum præſens,
12 de quo agitur; tunc enim valet † pactum, & promiſſio, & ſi ſit vniuerſaliter de omnibus bonis, gloſſ. *in l. final. in verb. accommodauerit, in fine,* vbi Bart. *num. 11.* Salicet. *ſub num. 4.* & cæteri omnes, *C. de pact.* Crauett. *conſ. 139. per totum maxime, num. 7* Curt. Iun. *conſil. 15. num. 1* Simon. de Pret. *conſ. 123 num. 7.* Menoc. *conſ. 92. num. 49. & 52. & conſ. 1028. num. 9.* Honded. *conſ. 40. numero trigeſimotertio. quadrageſimo ſeptimo, & 55. volu. 1.* Et in terminis noſtris, Porti. *conſil. 36. in primo dubio,* Franciſc. Marc. *deciſ. 128. part. 2.* Bertrand. *conſ. 62. part. 1. volum. 3.* Anguil. *conſil. 6. per totum,* Mar. Antonin. *lib. 2. reſolution. 59. caſu 21. fol. 385.*

13 Quia, † & ſi ſit conceptum per verba vniuerſalia, *de omnibus bonis,* tamen intelligitur de præſentibus tantum non autem de futuris; adeovt liberè remanet facul-
13 tas teſtandi † de acquirendis, provt tradunt omnes ſcribentes *in d. l. final. C. de pact.* vbi Salicet. *num. 6.* Alex. *n. 3.* Crauett. *d. conſil. 139. num. 7.* Noni. *conſil. 43. numer. 3.* Boer. *deciſ. 304. num. 36.* Mari. Antonin. *d. libr. 2. reſolut. 59. caſu 21.* Riminald. Iun. *conſil. 721. num. 21.* Honded. *conſil. 40. numer. 12. volum. 1.* Clar. *§. donatio, quæſt. 19. num. 4.*

Reſpondeo enim primo, quod ſi teſtes ex quorum dictis confectum fuit inſtrumentum de hac promiſſione aperirent, quod promiſſor intellexiſſet de omnibus bonis, quæ haberet tempore mortis, ſicuti videntur innuere verba pacti, & qui ad hoc omnino videndi eſſent, tunc res eſſet clara nulla adhibita diſtinctione, quod pactum iſtud vti de omnibus bonis, & hæreditate nullo modo ſuſtineretur, quemadmodum tradunt omnes citati in principio huius tertij fundamenti, & ſcribunt etiã Curt. Iun. *conſil. 15. ſub num. 3.* Siluan. *conſ. 90. num. 3. & ſub num. 6.* Riminald. Iun. *conſ. 771. num. 19.* Menoc. *conſil. 794. ſub num. 4.*

14 Sed vbi hoc ex teſtibus non colligeretur, † ſecundo reſpondeo, quod tale pactum ſiue reſpiciet bona, ſiue hæreditatem, neutro caſu valet, provt defendit Fachin. *libr. 5. controuerſ. iur. cap. 85.*

15 Verum, † quia opinio Fachinei eſt contra crebriorem ſcribentium ſententiam, tertio reſpondeo cum recepta noſtrorum diſtinctione, quod aut pactum fundatur in perſona paciſcentis, dilata executione poſt mortem, puta promitto tibi omnia bona mea poſt mortem, & tunc valet, & hic non eſt caſus noſter, vt ex ſequenti membro apparebit; aut vero pactum continet bonorũ obuentionem poſt mortem, vt promitto, quod poſt mortem meam bona mea peruenient ad te, vel quod habebis mea bona, (provt preciſe cantat præſens pactum) & tunc quia dicitur de futura ſucceſſione, non valet, ita intelliguntur Doctores, Bart. *in conſ. 212.* & ſpecifice hoc pacto, & cum eiſdem exemplis declarant Curt. Iun. *conſil. 15. ſub num. 3. verſic. vera igitur doctrina, &c.* Simon de Pret. *conſil. 123. ſub num. 10. & 11. volum. 2.* Alciat. *conſil. 114. num. 2. alias eſt conſil. 9. lib. 9.* Burſatt. *conſ. 136. num. 6. & 7.* Antonin: *lib. 2. reſolut. 59. caſu 21. in fine, fol. 385.* Fachin. qui plures allegat, *lib. 5. cap. 85. in princip.* Honded. *conſ. 40. num. 12. & 55. vol. 1.* Raudenſ. *conſil. 26. num. 89. & 90. vol. 1.* Riminald. Iun. *conſil. 580. num. 1. cum ſeqq. & num. 7. & 8. & conſil. 600. ſub num. 10. & 12.* Bero. *conſil. 30. num. 28. vol. 3* Gabr. *conſil. 137. numer. 16. volum. 1.* Anguil. *conſ. 6. num. 31.* Menoch. *conſil. 794. num. 4. & num. 8. & conſil. 1028. num. 6. & 7.* vbi teſtatur de communi, & recenſet vigintitres auctores, qui hanc diſtinctionem ſequuntur, Crauett. *conſil. 139.*

16 Denique non obſtat, † quod pro hac promiſſione fuerint reſeruata iura ab Excellentiſſimo Senatu in ſententia generali; quia reſeruatio conſeruat tantum ius ſi quod competit, non autem aliquid de nouo dat, Oldrad. *conſil. 214.* Becci. *conſil. 74. num. 6.* Surd. *deciſ. 8. n.*
17 *25.* & nihil operatur, quando † non adeſt aliquid reſeruabile, Angel. *in l. ſi quis legauerit ff. de legat. 1. & in l. ſcripturas, num. 3. C. qui potior. in pignor. habeant.* Surd *deciſ. 205 nu. 13.* propterea cum nullum eſſet pactum, & per conſequens nullum ius ex eo competeret, reſeruatio prædicta non obeſt creditoribus, cum nihil tribuat filijs D. Olimpiæ.

18 Quarto, & vltimo † poſset dici quod in promiſsione vniuerſorũ bonorũ facta à D. Antonio non comprehẽdantur emphyteotica, cum non fuerint ſpecifice nominata ex deciſione Surdi 93.

ARGVMENTVM.

De prohibita contrauentione hæredis, alienatione per defunctum facta de re fideicommiſſo ſuppoſita, ſeu conditionali, ſiue cum expreſſa prohibitione alienationis. Et aliqua de euictione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Cum bona libera hæreditatis ſuperant valorem fideicommiſſi, hæres non poteſt defuncto contrauenire, & numero nono.*
2 *Hæres, & defunctus ſunt vna, & eadem perſona.*
3 *Actiones hæreditariæ actiua, & paſſiua tranſeunt in hæredem vniuerſalem.*
4 *Hæres non debet eſſe melioris conditionis quam defunctus.*
5 *Teſtatori licet de re hæredis diſponere inter viuos, & per vltimam voluntatem.*
6 *Hæres repellitur doli exceptione, ſi contrauenias teſtatoris diſpoſitioni, pro parte pro qua eſt hæres.*
7 *Quem de euictione tenetur actio, eumdem agentem repellit exceptio.*
8 *Hæres adeundo firmat alienationem factam à defuncto.*
10 *Non poteſt hæres contrauenire defuncto, non ſolum in conditionali fideicommiſſo, ſed nec etiam in eo cum expreſſa prohibitione alienationis, & num. 11.*

11 Rota

Digitized by Google

13 *Rota*, deciſ. 115. part. 2. recent. *permittens dictam contrauentionem non approbatur. Et ipſis fundamentis ſatisfit, remiſſiuè, num.* 13.
14 *Dictio*, Ne, *eſt particula prohibendi*.
15 *Intellectus text.* leg. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de leg. 1. *& num.* 16. 18. 19. 20. 21.
17 *Verbum*, Poſtea, *denotat modicum tempus*.
22 *Reus poteſt dicere contra actorem, ſine iure agentem. Nullum ius tibi competit; & quo ad te ades liberas habeo.*
23 *Filij primi gradus non poſſunt prohiberi legitima, & Trebellianica; & in eas computantur primo alienata.*
24 *Etſi vti actores poſſent aliqui recuperare rem alienatam; tamen vt hæredes tenentur de euictione, quatenus eſt de hæreditate.*
25 *Ius excipiendi de euictione, & intereſſe tranſit ad ſingulares ſucceſſores.*
26 *Agi poteſt ſolum ad reſtitutionem pretij, cum emptor ſciuit rem emptam eſſe fideicommiſſariam. Et quando nõ, vid. ibid.*

CONTROVERSIA DCLII.

NOn poſſunt obtinere Illuſtres fratres de Lanis petitam petiam terræ, contra Reuerendos Fratres Sãcti Auguſtini Darſi, ex cauſa allegati fideicommiſſi, quia fuerunt hæredes q. D. Horatij eorum patris venditoris, qui obligauit ſe de euictione, & in hæreditate, quam adiuerunt cum beneficio inuentarij, extant bona libera longe maioris valoris, vt ſupponitur, quæ ſit petia terræ petita, quo caſu, quando bona libera hæreditatis ſuperant valorem rei fideicommiſſo ſubiectæ
1 petitæ; tunc fideicommiſſarius † hæres venditoris non poteſt contrauenire facto defuncti, nec moleſtare emptores, ſeu habentes cauſam ab eis, vt per textum *in l. filiusfamilias, 114 §. cũ pater, vbi gloſ. in verb. exhæredatos, ff. de legat. 1. l. vnum ex familia, 67. §. ſed ſi vno, & §. ſeq. ff.*
2 *de legat. 2.* & per vulgares regulas, quod hæres, † & defunctus cenſeatur vna, & eadem perſona, *§. 1. in Au-*
3 *thent. de iureiurand. à morient. præſtit.* quod † actiones hæreditariæ actiuæ, & paſſiuæ tranſeunt in hæredem vniuerſalem, *l. pro hæreditarijs, 2. C. de hæreditar. action.*
4 Quod hæres † non debet eſſe melioris conditionis quã fuerit defunctus, *l. in omnibus officijs, 136. §. non debeo, ff. de regul. iur. l. poſtulante, 44. in princip. verſic. cæterum extr-*
5 *ſimo, ff. ad Trebellian.* Quod licet defuncto † de hæredis re, vel ei debita diſponere, ſiue in vltima voluntate, *d. l. vnum ex familia, 67. §. ſi rem, l. cum filius, 76. §. dominus, ff. de legat. 2.* ſiue inter viuos, *l. 1. in princip. ff. de except. rei vend. & tradit.* Quod pro ea parte, qua quis
6 eſt hæres, † repellitur exceptione doli, ſi velit contrauenire alienationi de re ſua factæ à defuncto, *leg. cum à*
7 *matre, 14. C. de rei vendicat.* Quod quem † de euictione tenet actio, eumdem agentem repellet exceptio; *leg.*
8 *vendicante, 17 ff. de euict.* Quod denique hæres † adeundo videatur ſuo conſenſu firmare alienationes factas à defuncto, *leg. ſi ab eo, ſeptima, in fine, Codic. de liberal. cauſ.*

Per dictos textus inquam, & rationes, & alias, quæ
9 apud eos videri † poſſunt, late concludunt, & determinant ex profeſſo Cephal. *conſil. 392. per totum maxime, n. 26. & conſil. 293.* Menoch. *conſ. 89. per tot. & præcipue n. 60. cum ſeqq. & conſ. 1094. n. 24. cũ ſeqq. & cõſ. 1099. n. 8. 9 & 10. & conſ. 1154. n. 18. & lib. 4. præſumpt. 117. n. 7.* Peregrin. *de fideicomm. art. 33. nu. 10.* Gabr. *de regul. iur. concluſ. 11. nu. 6* Ioſeph. Ludou. *in ſuis communib. concluſionib. in tit. de hæredib. aliàs eſt concluſ. 16. colum. 12. verſic. ſecundo amplia in eo hærede, qui eſt hæres illius, qui alienauit rem ſubiectam fideicommiſſo, &c.* Io: Anton. Lanarius, *conſ. 69. num. 3.* Merzar. *in epitome fideicomm. quæſtion. 46.* Angel. Mathæac. *in ſimili epitome, lib. 3. capit. 5. numer. 10.* Franc. *deciſ. 83 numer. 2.* vbi dicit pro certo credendum eſſe, deciſionem Grammatici 93. non eſſe deciſionem ſacri Conſilij, quia ſemper vidit ab eo iudicari contrariũ, idem Franc. *deciſ. 153 num. 17.* vbi inquit, hæredem non

poſſe dicere Redde mihi bona vendita, & capias bona hæreditaria, *& deciſ. 355. num. 7.* Surd. *conſil. 459. num. 1. & 2.* Rolan. *conſil. 30. num. 29. & conſ. 34. num. 71. volum. 4.* Bartz. *deciſ. 64.* apud quos multi alij, & maximè antiquiores longa ſerie cumulati reperiri poſſunt.
10 Quod † non ſolum verum eſt in fideicommiſſo ſimplici conditionali, ſeu in re ſubiecta reſtitutioni ſimpliciter, ſed etiam in fideicommiſſo, cum expreſſa prohibitione alienationis, quale eſt præſens, de quo agitur, vt eſt textus, *in d. l. filiusfamilias, 114. §. cum pater, ff. de legat. 1.* quem non poſſe euitari, niſi cauillando, aduertit Pinell. *in l. 1. in 3. part. ſub numer. 82. verſic. infertur quarto ex dictis iuribus, C. de bonis maternis.*
11 Et ita in fideicommiſſo cum prohibitione tradunt Alberic. *in d. §. cum pater, vbi ſi fundus alienetur extra familiam contra prohibitionem teſtatoris*, vbi hoc etiam ſentit Bart. dum loquitur de fundo alienato extra voluntatem defuncti, Angel. *in illis verbis, qui ſuperans tempore prohibitionis, &c.* Bald. qui loquitur de fundo, quem teſtator iuſſit non alienari, Cuman. expreſſe loquens de re alienata contra prohibitionem teſtatoris, Imol. loquitur de alienatione contra voluntatem teſtatoris, *& infra ſub num. 20.* notat illum textum adhoc, quod prohibitus alienare videtur prohibitus alienare, nedum inter viuos, ſed & in vltima voluntate, & ſic loquitur in expreſſa prohibitione, Paulus de Caſtr. ſummat illum textum in prohibitione expreſſa teſtatoris, & ibi etiam Io: Petrus Mangiola, *in nouiſſimis additionibus, ſeu remiſſionibus, quas fecit ad d. §. cum pater, l. filiusfamilias, ff. de legat. 1.* Crott. *in d. l. filiusfamilias, §. Diui, ſub num. 146. verſic. Primus caſus, &c.* & ibid. Ferdin. Loaez. *ſub num. 191. circa finem, verſic. Quod tamen eſt verum, &c.* Pariſ. *conſil 48. ſub num. 3. volum. 3.* vbi *ſub num. 1.* patet, quod ibi aderat expreſſa prohibitio, Socin. Iun. *conſ. 107. nu. 58. volum. 3.* Paul. de Caſtr. clare *in conſil. 17. col. 3. in antiquis, quod in nouis eſt conſil. 247. num. 1. in fine verſ. item producta fuit, &c. volum. 1.* vbi loquitur in expreſſa prohibitione, & inquit, quod ſi non apparet de abſtinentia ab hæreditate, ſed filij adiuiſſent, non potuiſſent recuperare vineam prohibitam alienari, vt maneret in familia, idem ſentit Curt. Sen. *conſil. 63. colum. penult.* dũ agit de fideicommiſſo, in quo aderat prohibitio alienationis, & inquit, quod non poteſt recuperari ab hæredibus eius, quod illi renunciauerat, Socin. patruus, *conſ. 43. colum. final. volum. 3.* vbi inquit eum, qui renunciauit fideicommiſſo, in quo aderat prohibitio, non poſſe illud recuperare, ſed recuperationem deuoluere ad aliũ vocatum, Deci. *conſil. 38. ſub num. 5. verſicul. nam ſi deſcendentes inuitare, &c.* Roderic. Soarez. *in l. quoniam in prioribus, in ſeptima ampliatione, ſub. numer. 2. verſicul. Accedat elegans textus, C. de inoffic. teſtam. fol. mihi 72.* Pinell. *in l. 1. in tertia parte, ſub num. 81. verſic. ampliatur ſexto, & ſub num. 82. verſic. Infertur quarto, C. de bon. maternis*, Petr. Anton. Anguſ. *conſil. 63. per totum, lib. 6.* Decian. *conſil. 55. in vltimo dubio, num. 87. iuncto principio*, vbi apparet adfuiſſe expreſſam prohibitionem alienationis, *volum. 3.* Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. primo, gloſſ. 9. ſub num. 50. verſic. & eſt optimus*, Alciat. *conſ. 600. verſic. alterum eſt caput, &c. iuncto verſic. ſecunda ratio, &c. aliàs eſt conſil. 125. lib. 9.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 1. num. 16. cum ſeqq.* Franc. *d. deciſ. 83. num. 2. 153. numer. 17. & 355. num. 7.* dum vbique reprobat deciſionem 93. Grammatici, & refert ſemper vidiſſe iudicari contra eã Merzar *in epitom fideic. quæſt. 46.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 33. num. 3. 10. & 13. iuncto num. 1. verſic. & in terminis*, vbi loquitur de re prohibita alienari, Rimin. Iun. *conſ. 64. n. 16. & 17. iuncto princ.* Surd. *conſ. 284. per tot.*
12 Nec † refragatur Rota *deciſ. 110. part. 2. nouiſſimar.* in qua defenditur ſemper bona reuocari poſſe ab hærede etiam ſine inuentario, quando adeſt prohibitio expreſſa teſtatoris, ex qua redditur ipſo iure nulla alienatio, & ſecundum quam opinionem dicitur iudicatum fuiſſe ab ipſa Rota, quia ex ſupradictis patet communem opinionem eſſe in contrarium, nec verum eſſe, quod dicitur in dicta deciſione, *ſub num. 32.* paucos ſe-

Digitized by Google

qui noſtram ſententiam, nam ſi legantur illi, quos citaui ſupra, patebit oppoſitum eius, quod aſſentur in ipſa deciſione.

13 Et ſingulis rationibus, quibus † mouetur ibi Rota, ſatisfacit Menoch. *conſ.89.* qui omnes illas etiam in caſu ſuo reaſumpſit, & confutauit, atq; deciſio Grammat. 93. ſuper qua ſe principaliter fundat reprobatur vbique, & in ſpecie à Pinel. *in d.l.1.in 3.part.parum ante num.82. C.de bonis Matern.* & à Franc. *deciſ.83.num.4.* vbi dicit non credere, quod illa ſit deciſio Sacri conſilij, *& deciſ.153.num.16.& 355.num.7.*

Et ſi Rota ita iudicauit, Francus refert pluries, & ſemper vidiſſe iudicari contrarium in Sacro conſilio.

14 Nec ſubſiſtunt † reſponſiones, quæ dantur in d.deciſione Rotæ, ad textum, *in §.cum pater,l.filiusfamiliàs*

15 *ff.de legat.2.* in quo † fundatur noſtra opinio, nam prima, quod in dicto textu non agatur de expreſſa prohibitione eſt contra manifeſta verba illius; dum dicit, quod teſtator fideicommiſit ne fundum alienaret, & vt in familia relinqueret: & cum in expreſſa prohibitione intelligunt, & interpretantur Bartol. Alberic. Bald: Angel. Cuman. Imol. & Paul. de Caſtr. *in d.§.cum pater*, nec releuat, quod dicitur non adeſſe aliquod verbum prohibitiuum, quia illa dictio, *Ne*, eſt particula prohibendi, vt notat Budeus, *in prioribus adnotat.ad leg. in eo iure.ff.de ritu nuptiar.* & Sim. Schard. *in ſuo lexic.iuridic.in verb.Ne*, & probatur *in Rubric. Ne fideiuſſores dotium dentur*.

16 Sicuti nec ſatisfacit ſecunda reſponſio, quod dictus, *§. cum pater*, procedat in alienatione facta per viam legati; nam vt Pinellus aduertit, *in l.1.in 3.part.ſub num.82. verſic. infertur quarto*, hæc eſt cauillatio Rumi ad d.textum, & oppoſitum ſuadetur in d.textu, dum dicit idem ſi grauatus, & prohibitus eius filios emancipaſſet, & poſtea fundum alienaſſet, non enim rectè illud verbum *conuſuis*, potius refertur ad actum emancipationis, quam alienationis, quia imo I.C. videtur velle determinare vtramque alienationem, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, & quia exemplum exhæredationis non deſeruiebat alienationi inter viuos, propoſuit caſum in emancipatione: & ſubdit poſtea, *fundum alienauit*. quaſi dicat, ſecuta emancipatione alienauit, deinde nõ mul-

17 tum poſt, fundum, quia † verbum, *poſtea*, denotat modicum tempus, Bart. *in l.ab hoſtibus. §.ſed quod ſimpliciter, num.1.ff.quibus ex cauſ.maior.* & ob id Imola, & Paul. de Caſtr. notat d.textum ad hoc, quod prohibitus alienare, videtur prohibitus alienare tam inter viuos, quam in vltima voluntate

Et ratio differentiæ, quæ allegatur, quod alienatio per viam legati non ſit omnino nulla, cum debeatur æſtimatio, non releuat, quia & etiam æſtimatio deberetur ab hærede, vbi poſſet reuocare alienationem factam inter viuos, vt infra dicam, & multo magis ſtante promiſſione euictionis.

18 Non obſtat etiam, † quod *in d. deciſ.130. ſub num. 30.* dicitur *in d. §. cum pater*, non negari, quin filius hæres inſtitutus poſſet petere fideicommiſſum, ex eo quod loquatur tantum de exhæredatis, quia non oportebat de inſtituto hoc dicere, ex quo ipſe habebat fideimiſſum in hæreditate; licet grauabatur vigore legati illud dare extraneo, quod poterat retinere, dando æſtimationem, quam in reſponſione in clarius exarauit, & probauit Valaſc. *conſultat.69.num.31.*

19 Namque reſpondetur I.C. non feciſſe † fundamentum in eo quod hæres inſtitutus penes ſe haberet fideicommiſſum; nam potuiſſet dari caſus; quod eſſet hæres, & tamen res foret penes legatarium, ſed in eo vim deciſionis I.C. conſiſtere, quod talis eſſet hæres; & ob id teneretur probare factum defuncti, prout explicat ita gloſs. *in verb exhæredatos*, & communiter omnes.

20 Ad vltimam reſponſionem Rotæ, † *in d.deciſ.110 ſub n.31 part.2.* quod diſpoſitio *d. §. cum pater*, procedat virtute cuiuſdam compenſationis, vbi vera eſſet intelligentia, dico, quod cum pater actorum teſtatus fuerit, vt patet in expoſitione matris, quando voluit cõficere inuentarium, verſaremur in caſu d. compenſationis, vt admittit Rota, ibi, quæ in caſu ſuo dicit non militare, quia defunctus deceſſerat ab inteſtato.

21 Sed vbi vera eſſet opinio Rotæ, dico, eam † non obſtare in propoſito caſu, quia illa fundat ſe tantum in expreſſa prohibitione, admitens ſecus eſſe in ſimplici, abſoluto fideicommiſſo ſine prohibitione, vnde cum in caſu alienationis non ſint vocati illi de linea alienantiũ; ſed de linea aliarum fœminarum teſtatoris, vt patet in teſtamento in capite inſtitutionis Barbaræ, ibi, *& quod non liceat vendere donare, &c. & ſi fecerit, vel fecerint, quod non valeat, ſed ipſa pars, quæ alienata, fuerit iure deueniat in alias ſorores, & ſic deuoluta alijs ſororibus, & earum filijs maſculis, & ita ſeruetur in omnibus, &c.* ſequitur, quod vigore huius alienationis nullum ius competat ipſis actoribus, ſed tantum deſcendentibus maſculis aliarum ſororum, qui tamen renunciauerunt huic fideicommiſſo, vt in inſtrumento venditio-

22 nis, & ſic † rei poſſunt dicere, quoad vos liberas ædes habemus, nec vobis vllum ius recuperandi competit, iuxta *leg.loci corpus, §. competit in fine, ff. ſi ſeruitus vendicetur.*

23 Præterea † ſi aliud non obſtaret in facto, quod ignoro retineri hæc petia terræ in cauſam legitimæ, & Trebellianicæ, quæ non poſſunt prohiberi filijs primi gradus, & in quas computantur primo alienata, cum in earum cauſa cenſeantur electa, vt in ſpecie tradunt Gozadin. *conſil.94. ſub num.* 19. Durand. *de arte teſtandi, titul.8 cautela nona*, Amat. *deciſ.20. numer. 7.* Peregrin. *de fideicomm. artic.39.numer 4.* ſuper quo non inſiſto, quia ignoro an ſuper hoc non moueatur difficultas, & neſcio, an hoc reſoluatur in facto; in iure enim faciliimè comprobari poſſet, & veriſſima demonſtrari hæc exceptio, vbi ex aduerſo non admitteretur.

24 Denique, † vbi actores re ipſa poſſent recuperare rem alienatam; tamen vti hæredes tenerentur de euictione, quatenus eſſet in hæreditate, *leg. Seia.73.ff.de euiction.leg.final.Codic.eod.titul.* & admittunt etiam qui tenentur partem recuperationi fauentem, vt Canetius, *in Extrauagam. volentes, in §. ſed occurrit quæſtio in fine*, ibi, *verum quod quatenus ſuppetunt vires hæreditariæ reſpondebit de pretio, & intereſſe, fol. 103.* Valaſcus, *conſultat.69.numer.20.& 22.* Gabr. *conſ.125. numer.10.11.& 12.* vbi de communi, *volum.1.* Peregr. *de fideicomm.artic.43.numer.13.* Rota *d. deciſ. 110. ſub n. 30.part.2.* vbi admittit deberi æſtimationem, Maſtrillus, qui plures alios allegat *deciſ. Regni Siciliæ, 56. numer. 36.* Roderic. Soarez, *in leg. quoniam in prioribus, in ſeptima ampliatione, numer. 8. Codic. de inofficioſ. teſtament.*

25 Et iſtud ius † excipiendi de hac euictione, & intereſſe tranſire ad ſingulares ſucceſſores, non videtur habere difficultatem. Alexand. *conſil.170.numer.8.volum.5.* Peregrin. *conſil.19.numer.9. volum.4.*

26 Nec releuaret, † ſi diceretur hic non poſſe agi, niſi ad reſtitutionem pretij, ex quo emptor ſciuit hanc petiam terræ eſſe obnoxiam fideicommiſſo, iuxta *l.final.§.emptor autem. Codic.commun.de legatis*, tum quia ſciuit tantum adeſſe fideicommiſſum in caſum alienationis ad fauorem deſcendentium aliarum ſororum, non autem ipſorum actorum, & ob id curarunt illos renunciare, tum etiam, quia *dictus §. emptor autem*, non procedit quibuſdam exiſtentibus circumſtantijs, de quibus in deciſione Surdi 208. quæ militant etiam in propoſito caſu.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum eſt ſtrictè interprætandum; Nec cenſetur repetitum in alia diſpoſitione, ſi non exprimatur. An ex prohibitione alienationis, quia vult diſponens bona tranſire in filios maſculos, &c. oriatur fideicommiſſum abſolutum, vel ſolummodo in caſum contrauentionis. Alienans contra diſpoſitionem Teſtatoris, fit indignus, & in re, & in ſpe. An, & quando ſucceſſores poſſint reuocare bona alienata per anteceſſores contrauenientes fideicommiſſo. Et an filij vti hæredes patris excludantur à beneficio recuperandi bona per patrem alienata.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum iniunctum ſuper vna re relicta in teſtamento non extenditur ad rem diuerſam, legatam in codicillis.*
2 *Dictio,* Vt, *importat ſimilitudinem.*
3 *Relatio, vel repetitio non cenſetur facta niſi ad expreſſa, non vero ad tacitè ſubintellecta.*
4 *In fideicommiſſo non facto fauore agnationis propriæ, vt in materia odioſa, non fit repetitio qualitatis, ne odium augeatur.*
5 *In dubio non eſt capienda interpratatio pro repetitione.*
6 *Verba debent accipi in pleniori ſignificatu.*
7 *Actio ei ſoli competit, cuius contemplatione facta eſt diſpoſitio.*
8 *Intereſſe non habens dicitur carere actione.*
9 *Exceptio, quod agentis non interſit, eſt litis finita.*
10 *Reis, vt repellant actores, ſufficit ſi dicant, quo ad nos liberas ædes habemus.*
11 *Ex prohibitione alienationis cum ratione, quia vult diſponens bona tranſire in filios maſculos, oritur ſolum fideicommiſſum in caſum contrauentionis.*
12 *Ratio adiecta prohibitioni prædicta cenſetur adiecta ad validandam prohibitionem alias nudam, & ſic inualidam.*
13 *Verba,* in perpetuum, *vel* in infinitum, *tunc inducunt perpetuum fideicommiſſum, cum ſunt adiecta rationi permanentiæ illorum bonorum in familia, non, ſi prohibitioni alienatis apponitur.*
14 *Geminatio in diſpoſitione ſi eſt reſpectu conſeruationis in deſcendentibus, & familia, fideicommiſſum ſimplex non inducitur; non vero ſi prohibitionis intuitu.*
15 *Bona conſeruari, vel tranſire ad aliquem, valde differunt; nam vt tranſeant, ſufficit ea peruenire ad filios; conſeruari autem exigit actum ſucceſſiuum.*
16 *Annullatio alienationis veſtit nudam alias prohibitionem, ſed non inducit ſimplex fideicommiſſum.*
17 *Fideicommiſſum, vel vocatio alicuius non reſultat, ex quo poſitus ſit in conditione. Et eſt magis communis opinio, num.*18
19 *Coniecturæ quibus in conditione poſiti cenſentur vocati, an, & quæ ſint vera, remiſſiue.*
20 *In conditione poſiti poſſunt eſſe vocati, & non grauati reſtituere ſucceſſiuo ordine deſcendentium.*
21 *Fideicommiſſum relictum ſi quis decedat ſine liberis, expirat, dum moritur cum filijs.*
22 *Filij poſiti in conditione, cenſentur ſolum vocati ad partem patris; non vero aliorum cohæredum.*
23 *Fideicommiſſum etiam perpetuum, non cenſetur reciprocum inter deſcendentes.*
24 *Qui præcedenter eſt vocatus, excludit poſterius nominatos.*
25 *Alienatio per anteriorem vocatum tenet, donec purificetur conditio vocationis in poſteriore.*
26 *Contrauenient prohibitioni teſtatoris fit indignus ad omnia bona ipſius. Etiam ex fideicommiſſo in caſum mortis, & numer.*27.
28 *An, & quando poſſint vocati reuocare alienationes bonorum fideicommiſſariorum, factas à præceſſoribus.*
29 *Eſt facienda compenſatio bonorum alienatorum cum bonis hæreditatis, dum hæres eſſe non poteſt ea alienata reuocare.*
30 *Cum agitur contra tertios poſſeſſores eum titulo non habentes cauſam à grauato, neceſſe eſt probare non ſolum eam fuiſſe in hæreditate defuncti, ſed etiam fuiſſe ipſius dominium.*

CONTROVERSIA DCLIII.

PErſtringam, vt breuius potero, longam ſeriem motiuorum editorum contra Reuerendum Monaſterium Sancti Auguſtini de Darpho, illa reſoluendo, cum quæſtio decidenda ſit ex conſilio Illuſtris, ac conſultiſſimi huius ætatis I.C.

Ad quorum reſolutionem antequam accedam, libet obſeruare, quod hæc bona petita ab actoribus ſunt in loco Darphi, quæ tamen bona Darphi relicta à teſtatore Paulæ non ſunt omnia ſubiecta fideicommiſſo; nam partem horum bonorum reliquit in teſtamento, & hæc ſunt, quæ poſſunt prætendi eſſe ſubiecta aſſerto fideicommiſſo, alia vero fuerunt relicta in codicillis, ibi, *augendo dictum legatum factum Dominæ Paulæ, legat, vult, iubet, & mandat, quod dicta Domina Paula habeat omnia bona integrè, quæ dictus Dominus Ioannes Saluinus habet in dicto Communi de Darpho, &c.* & hæc non videntur ſubiecta alicui fideicommiſſo, ſiue in caſum contrafactionis, ſiue mortis, quia nullum legitur in dictis codicillis, ſeu fragmento codicillorum mihi exhibito (non enim ſcripturarum integer tenor mihi allatus eſt) fideicommiſſum autem iniunctum ſu-
1 per vna re alicui † relicta in teſtamento, non cenſetur
repetitum in re diuerſa eidem legata in codicillis, vt reſoluit Peregrin. *de fideic. art. 16. n. 48. & ſub nu. 49. verſic. Credo ſic reſolui poſſe.*

Et licet teſtator in codicillis addat velle hæc bona eſſe d. Paulæ, vt alia bona eidem legata in teſtamento, ex quibus verbis poſſet dubitari repetitum eſſe fideicom-
2 miſſum, cum dictio (*vt*) importet † ſimilitudinem,
leg. vt hæredib. 50. in princip. ff. de legat. 2. Bald. *conſil.* 106. *ſub. num.* 3. *volum.* 1. tam in ſubſtantia, quam in qualitate, Socin. Iun. *conſ.* 102. *nu.* 15. *vol.* 2. Vulperll. *de aduerb ſignific. in verb. Vt.*

Tamen in propoſito caſu, ex lectura diſpoſitionis patet repetitionem, & ſimilitudinem reſtringi, & determinare tantum dominium particulare Paulæ, ita quod cæteræ ſorores, nec aliquis alius poſſit habere partem in illis bonis, vt nec in alijs eidem legatis in teſtamento; præſertim quia relatio fit ad caput legati facti in teſtamento ipſi Paulæ, in quo nulla legitur prohibitio alienationis, ſeu fideicommiſſi, aut aliquod aliud grauamen, ſed tantum reſultat implicite ex diſpoſitione facta in legato Barbaræ, quo caſu, nec relatio, nec
3 repetitio cenſetur facta, † niſi ad expreſſa, non au-
tem ad id, quod tacitè ſubaudiebatur, Alex. *in l.* 1. *in princip. num.* 19. *ff quod quiſq; iuris* quem ſequuntur Grat. *conſil.* 109. *num.* 65. *volum.* 2. & Excellentiſs. D. Pedroch. *conſil.* 39. *num.* 79. & eo minus, quia agimus de materia odioſa, quale eſt fideicommiſſum non factum fauore
4 propriæ agnationis; in quo † non intelligitur repetita
qualitas ad augendum odium, Decian. *conſ.* 1. *num.* 143.
5 *volum.* 2. & quia in dubio † non eſt capienda interpræ-
tatio pro repetitione, gloſſ. *in l. ſi quis à filio, 32. in princip. in verb. dumtaxat, ff. de legat.* 1. Peregr. *de fideic. artic.* 16. *ſub num.* 53. & denique quia teſtator profitetur velle
6 augere legatum, cum autem verba debeant † accipi
in pleniori, & potentiori ſignificatu, *l.* 1. §. *qui in perpetuum, ff. ſi ager vectigal. vel emphyt.* Surd. *conſ.* 90. *ſub n.* 24. D. Pedroch. *conſ.* 19. *num.* 28. plenius augumentum erit circumſcripta repetitione fideicommiſſi.

Bona autem petita eſſe de illis relictis in codicillis, nō autem de relictis in teſtamento, coniicio ex ipſa produ-

ctione codicillorum, quæ alias neceſſaria non fuiſset, ſi eſſent de contentis in teſtamento, vel ſaltem incumberet onus probandi actotibus, quod ſint de illis relictis in teſtamento.

Hoc animaduerſo deſcendo ad quæſita per modum motiuorum exhibita, & capio primum, quod tale eſt.

An Magnifici actores poſſint venire, vigore fideicõmiſſi proauiti, ex eo quod bona fuerint alienata contra teſtatoris prohibitionem.

Qui tuentur actorum partes ſubterfugientes vim quæſiti, reſpondent non ſubeſſe aliquod dubium, quin ex teſtamento reſultet fideicommiſſum in caſum alienationis, cum fuerit facta prohibitio alienationis deſcendentibus ſororum inſtitutarum in infinitum, & ob id ſicco pede, quaſi in re clara tranſeunt ad alia.

Sed motiui ſcopus non eſt ille, an extet fideicommiſſum in caſum contrauentionis, quia nemo de hoc dubitat, ſed an actores poſſint venire ad hoc fideicommiſſum, ex capite alienationis ſubſecutæ, & ita cantat quæſitum.

Ad quod concluſiuè reſpondeo, eos aſpirare non poſſe, quia etſi teſtator prohibuit alienationem, quia volebat bona iſta tranſire in filios maſculos deſcẽdentes ex eius filiabus, vt in inſtitutione Marinæ, tamen vbi contrafieret ſuæ diſpoſitioni, & deueniretur ad alienationem; tunc non amplius voluit tranſire ad deſcendentes alienantis, ſed ad alias ſorores, & earum filios maſculos, vt in capite inſtitutionis Barbaræ, in quo iuſſit diſpoſita in eo ſeruari in omnibus alijs ſororibus, & ſic etiam in Paula, quo fit, vt cum propter alienationem hæc bona deuoluta fuerint ad alias ſorores, ſeu earum filios actores, non poſſint venire vigore huius fideicom-
7 miſſi, quia actio eis tãtũ competit, † quorum contemplatione facta eſt diſpoſitio, & non alijs, *l. ſeruo legato, 69. §. ſi teſtator, l. ſi ſeruus legatus, 108. §. penult. ff. de legat. 1. l. fideicommiſſa, 11. §. interdum, ff. de legat. 3.* Ceph.
8 *conſ. 156. num. 38.* & ſine intereſſe nemo † auditur in iudicio, quia dicitur carere actione, deficiente intereſſe, *l. ligni, in fine. ff. ad exhibend. l. 1. ff. de appellation. recip. end. vel non. l. ex conuentione, 11.* vbi Caſtrenſ. *C. de pactis*, Bart. *in l. poſthumus, §. ſi quis ex his, ff. de inoffic. teſtament.* Bal. *in l. qui autem, 12. § illud, numer. 2. ff. ſi quis caution.* Socin. patruus, *conſ. 18. num. 1. volum 3.* Surd. *conſ. 1. num. 84. & deciſ. 52. num. 2.* vbi dicit exceptionem
9 hanc, quod agentis † non intersit, eſſe litis finitæ, Vn-
10 de teis ſufficit dicere, quo ad vos liberas † ædes habemus, iuxta *l. loci corpus, 4. §. competit, in fine, ff. ſi ſeruit. vendicet.*

Capio ſecundum quæſitum, An etiam actores poſſint venire vigore fideicommiſſi in caſum mortis, itavt ipſi in caſum mortis fuerint ſubſtituti parenti, & patruis.

Exaduerſo prætenditur extare etiam fideicommiſſum in caſum mortis, & eius vigore actores poſſe conſequi hæc bona, tam reſpectu portionis patris, quam patruorum.

11 Ego † quamuis ex alijs euitari poſſit hæc difficultas, vt inferius patebit in alijs quæſtionibus, adhuc tamen opinor contrarium defendi poſſe, nam reſpectu prohibitionis alienationis, quia vult bona tranſire in filios maſculos deſcendentes ex eius filiabus, magis communis opinio eſt, quod ex tali prohibitione non reſultet, niſi fideicommiſſum in caſum contrauentionis, non autem ſimplex, & abſolutum; quoniam ratio illa, vt debeant tranſire ad filios, cenſetur adiecta ad validan-
12 dam † prohibitionem, quæ alias vti præceptum nudum non valuiſſet, ita poſt vulgatum conſilium Socini 127. *in primo dubio, volum. 2.* magis communiter teneti profitentur, & recitatis auctoribus oſtendunt ne omnes referam, Gabr. *d. fideicomm. concluſ. 9. num. 7* Sforz. Odd. *conſil. 46 num. 25.* vbi de magis communi Peregrin. *de fideicomm artic. 14. num. 15.* vbi *in fine dicti numeri* inquit de ſtricto iure in tacti contingentia hanc ſibi videri veriorem opinionem, Honded. *conſil. 69 num. 19. vol. 2.* & ad ſaturitatem infinitos congerit Intrigliol. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 72. num. 35. & 36.*

Adeo vt auctoritates Eugenij *in conſ. 81. num 54.* & Petr. *de fideicomm. quæſt. 5. num. 19 & 42.* in contrarium allegatæ (Surd. enim pariter citatus *in conſil. 556. num. 1. libr. 4.* nihil de hoc dicit) in his terminis ſubſiſtere non poſſint.

13 Nec † obſtant verba prohibitionis in perpetuum, ex quibus aſſeritur reſultare ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, quia obiectum poteſt procedere, quãdo dicta verba *in perpetuum*, vel *in infinitum* appoſita ſunt rationi tranſeundi, vel permanendi perpetuo in deſcendentibus, & hoc in caſu loquuntur, qui oppoſitum tenent; ſecus ſi ſunt appoſita prohibitioni alienationis in infinitum, prout eſt caſus noſter, ita declarat Odd. *conſil. 46. num. 29.* & eſt vera diſtinctio, vt patet ex Peregrin. *d. artic. 14. ſub num. 14. verſic. & multo magis procederet, quando expreſſum foret, vt bona perpetuo manerent in familia, &c.* Gabr. *de fideicomm. d. concl. 9. num. 12.* ibi, *niſi in ratione addita eſſet, &c.* & omnes alij, quos allegat Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 3. d. quæſt. 7. num. 41.* & citantur in motiuo, *verſicul. Secundo moueor.*

Nec turbat, quod obijcitur dicta verba perpetuitatis appoſita fuiſſe etiam cũ ratione, quia hoc fuit in particulari capite Eliſabet, ſed in illo generali, quod teſtator voluit deſeruire pro omnibus ſororibus, & quod præciſe afficit partem Paulæ, cui aliàs nullum onus adiectum fuerat, non ſunt appoſita dicta verba, niſi prohibitioni, non autem rationi.

Non refragatur etiam, quod fideicommiſſum inducatur in caſum mortis, quando verba prohibitionis
14 † ſunt vniuerſalia, pregnantia, & geminata, quia illud procedit, quando geminatio eſt, reſpectu conſeruationis in deſcendentibus, & familia, non autem reſpectu prohibitionis, in quibus terminis non verſatur præſens caſus, ita loquitur Deci. qui pro anteſignano huius concluſionis allegatur *in conſil. 23. nu. 3.* & exemplificat ita Maſcard. *concl. 775. num. 13.*

Remouetur pariter, quod quarto loco obijcitur in dicto ſecundo quæſito, fideicommiſſum reſultare abſolutum, quando voluit bona perpetuo remanere in filijs maſculis, quia vt ſuperius admonui, *in verſic. Nec turbat*, hoc non diſpoſuit, niſi in capite Eliſabet, quod non deſeruit bonis Paulæ.

Sicuti non releuat, quod quinto loco in medium affertur de ratione, per verba diſpoſitiua addita prohibitioni alienationis; non autem per verba enunciatiua, tum quia obiectum non poteſt procedere, quando talis ratio adijcitur cauſa vali dandæ diſpoſitionis inualidæ, qualis eſt ſimplex prohibitio alienationis, vt deducebã ſupra, *ſub verſicul. Ego quamuis, &c.* tum etiam quia tenentes contrarium, loquuntur, vbi verba cantant de conſeruatione in deſcendentes; noſtra vero diſpoſitio loquitur, vt bona tranſeant in filios; & multum inte-
15 reſt, quod bona conſeruentur, † vel quod tranſeant in aliquibus, quia illud ſignificat actum ſucceſſiuum, illud vero momentaneum, itavt ſatis ſit perueniſſe ad filios, iuxta doctrinam Cuman. *in l. cum ita, § cum fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* quem ſecuti ſunt multi relati per Menoch. *conſ. 85. num. 54. & 67. & conſil. 376. numer. 23.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. libr. 8. tit. 12. num. 11.* Peregr. *de fideicomm. artic. 19 num. 7.*

Quod ſexto loco dicitur, cenſeri inductum fideicommiſſum in caſum mortis, ex ratione, quia voluit bona perpetuo remanere in deſcendentibus, iuncta annullatione alienationis, reſoluitur negando hanc conſeruationem perpetuam fuiſſe appoſitam capiti inſtitutionis Paulæ, vt bis ſupra admonui; annullatio autem alie-
16 nationis † veſtit quidem prohibitionem aliàs nullam, ſed non induxit fideicommiſſum abſolutum, vt per Petram in oppoſitum allegatum, *dict. quæſtione vndecima, num. 553.*

Tranſit ſeptimo loco aduerſarius ad aliud medium comprobandi illud fideicommiſſum in caſum mortis,

ex eo

Digitized by Google

ex eo quod filij harum ſororum poſiti fuerunt in condi-
17 tione, ſed ex hoc non † reſultare vocationem, nec
fideicommiſſum, docuit gloſſ. *in l. Lucius, la 2. in verb. li-*
beros, ff. de hæredib. inſtituend. cuius opinionem magis
18 communiter approbari † relatis infinitis auctoritatib.
profitentur Ioſeph Ruſtic. *in tractat. de filijs poſitis in*
conditione, lib. 1. capit. 2. par. 1. num. 1. fol. 7. Fab. de Anna,
conſ. 52. num. 9. cum ſeqq. Chriſtoph. Torniola *conſ. 4. per*
totum, Surd. *conſ. 448. num. 9. cum ſeqq.* Theſaur. *dec. 96.*
Peregr. *de fideicomm. art. 28. num. 4.* vbi legibus, & ra-
tionibus hanc ſententiam validiſſime tuetur, & *num. 5.*
quidquid in aliquibus locis de conſuetudine obſeruetur,
inquit ſecundum iura ſcripta, & regulas iuris ciuilis
hanc opinionem, & veriorem, & magis communem
eſſe, idem *conſil. 52 num. 14 vol. 1.*

Nec officit, quod obijcitur in dominio Veneto con-
trariam ſententiam ſeruari, quod cenſeantur vocati,
quia legi quidem Venetijs id obſeruari, ſed niſi aliud
appareat, hæc localis obſeruantia non debet facere ius,
quo ad loca diuerſa iuxta vulgares noſtratium conclu-
ſiones.

19 Coniecturæ † autem, quæ in medium aſteruntur
pro inducenda vocatione filiorum in conditione poſito-
rum, à multis quidem approbantur, ſed à totidem etiã
reprobantur, prout eas omnes, quæ in caſu iſto con-
ſiderantur, reprobant alijs ex magis communi citatis,
Fabius de Anna, *d. conſ. 52.* Torniola, *conſ. 4.* Surdus,
d. conſ. 448. Honded. *conſ. 60. volum. 1.* Odd. *conſ. 66. num.*
75. cum ſeqq. Ita vt ferè brocardica dici poſſit hæc materia.
20 Sed † vbi ſubeſſet fideicommiſſum in caſum mor-
tis, & filij poſiti in conditione fuiſſent vocati, adhuc
dubitari poſſet illos primos filios Paulæ cenſeri vocatos,
non autem dici grauatos ſucceſſiuo ordine reſtituere de-
ſcendentibus, ad tradita à Peregr. *d. artic. 29. ſub n. 26.*
præcipue quia fideicommiſſum relictum ſi aliquis dece-
21 dat ſine liberis, expirat † eo decedente cum filijs, &
ſic cum Paula deceſſerit cum filijs, nullum amplius ex-
taret fideicommiſſum, iuxta *conſil.* Oldrad. 21. quem
ſequuntur Socin. *conſil. 62. ſub num. 4. volum. 3.* Alexand.
conſ. 139. ſub numer. 3. volum. 6. Dec. *conſ. 217. numer. 7. &*
conſ. 268. num. 10. Socin. Iun. *conſ. 111. num. 20. & 21. vol.*
1. Berett. *conſ. 63. & conſ. 75. vtrobiq; num. 1.* Gabr. *de fi-*
deicomm. concl. 7. late Riminald. Iun. *conſ. 20. numer. 1. &*
conſ. 21. pariter num. 1. Mantic. *libr. 11. tit. 6. num. 6.* Pe-
regr. *art. 28. ſub n. 22. 23. & 27.*

Illud etiam certum, eſt iſtos poſitos in conditione
22 cenſeri tantum vocatos ad partem patris, † non autẽ
aliorum cohæredum, *l. hæredes mei, §. cum ita*, vbi hoc
notant Socin. *col. 1.* Ripa, *num. 64.* & Zanchus, *num.*
794. ff. ad Trebell. Peregr. *de fideicomm. artic. 28. num. 19.*
Surd. *conſ. 439. num. 7.* Petrus Caball. *conſil. 104. num. 28.*
adeo vt excluſi eſſent, duraret fideicõmiſſũ à portionib.
patruorũ, prout quoq; ab eiſdẽ vbi etiã dicerentur excluſi,
tum quia fideicõmiſſum etiam perpetuum non cenſetur
23 † reciprocum inter deſcendentes, ita vt de iure tran-
ſeat in alium, ſed tantum vt conſeruetur in deſcenden-
tibus cuiuſq; Peregr. *de fideicomm art. 13. num. 90 & con-*
ſil. 56. num. 9. & conſil. 19. num. 19. & conſ. 60. num. 4. vol. 2.
& conſ. 30. num. 2. & 3. & conſil. 37. num. 9. volum. 3. Odd.
conſ. 45. ſub num. 32. & conſ. 46. num. 23. D. Menoch. *con-*
ſil. 327. num. 33. & conſil. 328. num. 49. & conſ. 376. numer.
55. cum plurib. ſeqq. & conſ. 475. num 12. & conſ. 489. per to-
tum, maxime ſub num. 4. verſic. ſecundo non mediocriter,
& ante eos Salicet. *in l. quoties, la 1 ſub num. 2. verſic. Sed*
hoc non teneo, C. de fideicomm. tum etiam quia ſupponi-
tur extare Reu. D. Leandrum vnum ex illis, cuius no-
mine facta fuit alienatio, & patruum actorum, & Do-
minos Equitem Aloyſium, & Scipionem fratres, &
filios q. D. Ludouici pariter olim patrui eorundem a-
ctorum, qui omnes in proprijs portionibus, vigore
fideicommiſſi in caſum mortis excludunt agentem tam-
24 quam † præcedentes eos in vocatione, Magon. *dec.*
Florentin. 102. num. 6. & 8. quo caſu interim tenetur a-
25 lienatio † donec purificetur conditio vocationis po-
ſterioris in gradu, vt per Craſs. *§. fideicomm. quæſt. 56.*
Peregr. *art. 40. ſub num. 6. 7. 8.* Intrigliol. *de ſubſtit. cent.*
3. quæſt. 73. num. 3. cum plurib. ſeqq. Magon. *d. deciſ. 102. n.*
13.

Vigore vero fideicommiſſi in caſum contrauentionis,
ſuperius in primo quæſito oſtendi, eos non eſſe vocatos,
& ob id nullam habere actionem.

Reſpectu autem tertiæ portionis ſpectantis ad Dom.
Horatium eorum patrem, in alio quæſito apparebit, eos
excludi tanquam eius hæredes.

Et ſic quo ad hoc ſecundum quæſitum, concludo a-
ctores venire non poſſe, vel quia nullum adeſſet fidei-
commiſſum in caſum mortis, vel quia ſi adfuit, expira-
uerit, vel quia in eorum perſonis reſpectu patruorum
non fuerit purificata conditio, & reſpectu patris ſint
excluſi vti illius hæredes.

Deuenio ad tertium quæſitum, An ſi Magnifici a-
ctores bona alienaſſent contra prohibitionem teſtato-
ris, poſſent & ipſi nunc petere alienata ex eodem teſta-
mento producto.

Iſtud dubium ex aduerſo dicitur ſuperfluum, quia
ex proceſſu aſſeritur non apparere Dominos actores a-
lienaſſe aliqua ex bonis huic fideicommiſſo ſubiectis,
contrarium tamen mihi ſupponitur in facto.

26 Quo ſuppoſito, reſultat † concluſio, quod con-
trauenienſ alienando aliqua ex bonis prohibitis, non
ſolum fit indignus, ea parte, ſed etiam alia, ad quam
potuiſſet habere regreſſum, *leg. cum pater, 77. §. libertis,*
verſic. alioquin per abſurdum, ff. de legat. 2. Aretin. *conſil.*
67. ſub num. 3. verſic. venio ad tertium, Alciat. *conſ. 71.*
ſub num. 9. lib. 5. aliàs eſt conſ. 304. Io: Franciſc. Calcag. *in-*
ter conſilia Emilian. conſ. 16. num. 5. & 14. Magon. *deciſ.*
Florentin. 50 num. 2. Alba, *conſil. 7. nu. 11.* Decian. *conſ.*
57. num. 14. volum. 5. Surd. *conſ. 70. ante num. 11. verſ. Eo*
non obſtat, &c. & de alimentis, tit. 9. q. 25. num. 55. late Pe-
tra *de fideicomm. quæſt. 10. ſub num. 55. verſic. in contrariũ*
cum plurib. ſeqq. & num. 78. verſic. ſecundo principaliter,
vbi concludit, quod contraueniens in parte cadit à to-
to.

27 Nec † obſtat, quod reſpondetur ex aduerſo, con-
trauenientem excludi quidem à recuperatione vigore
fideicommiſſi in caſum alienationis, & ita loqui text.
in d. § libertis, non autem à fideicommiſſo in caſum
mortis, vt diſtinguunt Io: Franciſc. Calcagn. *inter con-*
ſilia Emilians d. conſil. 16. num. 14. Surd. *conſ. 70. num. 13.*
Honded. *conſil. 72. per totum, volum. 1.* Magon *deciſ. Flo-*
rent. 50.

Namque ego replico, quod ex adductis late ſupra in
ſecundo quæſito parere poteſt, ius non competere acto-
ribus, neque ex fideicommiſſo in caſum mortis.

Deſcendo ad quartum quæſitum, an per alienatio-
nem factam à q. Magnifico Dom. Horatio eorum patre
ius fuerit tranſlatum in Magnificos fratres illius, ita vt
nunc Magnifici actores illius filij ſint excluſi.

Ex aduerſo aſſeritur ſuperfluum eſſe iſtud quæſitum,
quia cum ſimul omnes fratres vendiderint, omnes quoq;
priuati fuerunt, & ob id nullum ius eis acquiri po-
tuit.

In quo ego quoque conſentio, vbi (ſicuti creditur)
D. Horarius vendiderit cum mandato aliorum fratrum,
prout enunciatum fuit in dicto inſtrumento venditio-
nis.

Ex hac tamen alienatione dico, adeo quæſitum fuiſſe
ius cæteris ſororibus, ſeu earum filijs in caſum contra-
uentionis vocatis, vt nullum ius competat illis Domi-
nis actoribus, vt concluſum fuit in primo quæſito, quod
ius agnouerunt dicti filij ſororum, & illi renunciarunt
ad commodum emptoris, vt in ſupradicto venditionis
inſtrumento.

28 Et quod dicitur, ius competere actoribus reuocandi,
quamuis patrui, vel alij eos præcederent in gradu, cũ
illi negligant recuperationem, ex traditis à Molina *lib. 4.*
capit. 1. numer. 13. per Cephal. *conſil. 316. numer. 26. & 33.*
& per Petram *de fideicommiſ. quæſt. 11. num. 591. & 597.*
dupliciter remouetur, primo (ommiſſo, quod oppo-
ſitum ſentire, videtur Magon. *dec. Florent. 102. per totam*)
Surd.

Digitized by Google

Surd. *conſil.* 415. dico, quòd iſtud poſſet procedere, vbi ipſi eſſent de vocatis in caſum alienationis, qui tamen non ſunt, quia teſtator lineam aliarum ſororum vocauit vna earum contraueniente.

Secundo reſpondeo, quod obiectum procederet, vbi & ipſi non contraueniſſent, ſed cum ipſi quoque alienauerint, facti ſunt indigni, nedum parte alienata per eos, ſed quacumque alia ad quam regreſſum habere potuiſſent, vt firmaui in tertio quæſito.

Succedunt quintum, & ſextum quæſitum. An Magnifici actores vti patris hæredes ſint excluſi à beneficio recuperandi bona per patrem alienata.

Et an facienda ſit compenſatio cum bonis deſcriptis in inuentario ab ipſis facto, occaſione hæreditatis paternæ.

29 Super quibus memini me aliàs in hac cauſa † pleno calamo reſpondiſſe, ipſos vti patris hæredes eſſe excluſos ab hac recuperatione, & bona eius hæreditatis compenſanda eſſe cum bonis per eum alienatis, cuius mei laboris, viſis his, quæ ſcripta ſunt ex aduerſo, me non pænitet, & puto ex tunc ſcriptis pro me reſoluta eſſe omnia in contrarium deducta, & oſtendiſſe noſtram opinionem eſſe veriorem, & communiorem, & ideo his contentus ſuper hoc vlterius non inſiſto, cum etiã viderim aliquos ex allegatis pro contraria opinione auctores, qui noſtram ſententiam ex profeſſo ſequũtur, inter quos eſt Barzi. *tota deciſione* 64. addo ſolum videndos Surd. *conſil.* 214. *per totum*, Roſental, *in Synopſi feudal. cap.* 9. *concluſ.* 70. *per tot. maxime, ſub numer.* 12. 21. & 23.

Ad vltimum, an ſit probatum bona fuiſſe in bonis non poſſum aliquid firmare, quia non vidi aliquas probationes ſuper hoc factas, cum fragmenta quarumdam ſcripturarum tantum fuerit allata.

30 Illud tantum circa hoc obſeruabo, quod vbi agitur contra tertios poſſeſſores cum titulo, qui non habent cauſam à grauato, quale eſt iſtud monaſterium, tunc non ſufficit probare ſimpliciter bona fuiſſe relicta in hæreditate teſtatoris, ſed neceſſe eſt etiam probare illum fuiſſe eorum dominium, Cephal. *conſil.* 761. *numer.* 16. Anguil. *conſ.* 59. *num.* 1. Natta *conſ.* 400. *num.* 7. Roland. *conſil.* 46. *num.* 10. *volum* 3. Bertaz. *conſil. ciuil.* 113. *num.* 31. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 6. *ſub num.* 5. Rimin. Iun. *conſil.* 23. *num.* 45. & *conſil.* 64. *numer.* 14. & *conſ.* 186. *num.* 24. & *conſ.* 190. *num.* 34. Maſcard. *de probation. concluſ.* 777. *num.* 5. *cum ſeqq.* D. Menoch. *conſ.* 207. *num.* 32. Surd. *conſil.* 73. *num.* 21. & 22.

Quod quidem dominium cum ſit difficillimæ probationis, non facilè crediderim probatum fuiſſe.

ARGVMENTVM.

Fœmina an excludatur per maſculos à ſucceſſione patris. An ſuccedat in emphyteuſi Eccleſiaſtica. Res peruenta ad vnam lineam non tranſit ad aliam, etiam exiſtentibus ſolum fœminis. Et de ratificatione ſtipulationis, præcipuè in emphyteuſi. Et de præſumptionibus ad id.

SVMMARIVM.

1 *Primus ordo ſuccedendi ſpectat ad filios, & deſcendentes vtriuſque ſexus.*
2 *Nepos ex filio ſuccedit æqualiter cum patruo ab inteſtato.*
3 *Statutum Mantuæ excludit filiam à ſucceſſione patris, propter maſculos à ſuo patre deſcendentes.*
4 *Fœmina eſt capax emphyteuſis etiam Eccleſiaſticæ. Maxime ſi eſt apta comprehendere etiam fœminas, vt ſi fiat pro heredibus, numer.* 5. *Et pro heredibus vtriuſq; ſexus, vel ſpeciali vocatione fœminæ adiecta, numero ſexto.*
7 *Res proueniens ad vnam lineam ſemper conſeruatur in ea; donec adſint de ea, etſi eſſent fœminæ, vt cumque ex alia linea exiſterent maſculi.*
8 *Si vnus ex pluribus inueſtitis ab initio in re emphyteutica moriatur, fœmina deſcendens excludit maſculos alterius lineæ pro ſua parte.*
9 *Emphyteuſis ſtipulata ab vno nomine proprio, non ſpectat ad alios præter eum. Niſi tamen interueniat ratificatio, vel fiat renouatio emphyteuſis, & numero decimo.*
11 *Ratificare dicitur quis emphyteuſim ex ſola poſſeſſione in communi cum eo, qui ſtipulatus eſt nomine ſuo.*
12 *Poſſidens emphyteuticam rem, præſumitur ſemper poſſidere titulo inueſtituræ.*
13 *Ratificatio alicuius reſultat ex mera ſcientia, cum actus eſt in commodum eius. Specifica in emphyteuſi, & numer.* 14.
15 *Ratificatio præſumitur ex non improbatione actus. Et ex lapſu longi temporis, num.* 16.
17 *In emphyteuſi inducitur ratificatio ex ſolutione canonis Et ex non petitione reſtitutionis, ſi vt minor, læſum ſe prætenderet, num.* 18.
19 *Minor reſtituitur etiam ad lucrum ommiſſum.*
20 *Reſtitutionis beneficium pater decedens tranſmittit ad filium.*

CONTROVERSIA DCLIV.

Antonius Mambrinus.

Federicus.	Ioannes Baptiſta.		
Dominicus.		Antonius.	Felix.
Stella.	Ludouicus.	Dominicus.	Ioannes Baptiſta.

HÆreditas Antonij Mambrini Senioris, quæ vt ſupponitur ſemper in communi poſseſsa fuit ab eius deſcendentibus equaliter diuidi, & dimidia tantum adiudicari debet Ludouico, Dominico, & Ioanni Baptiſtæ fratribus, & nepotibus ex filio Ioannis Baptiſtæ Senioris pro dimidia à dicto Antonio Seniore eius patre hæredis inſtituti, pro altera vero dimidia aſſignari debet Stellæ filiæ Dominici, qui Dominicus nepos ex filio fuit in altera dimidia hæres inſtitutus à dicto Antonio, & hoc vigore teſtamenti, & diſpoſitionis eiuſdem Antonij, ex quo ius pro dimidia relicta Ioannis Baptiſtæ, & pro altera dimidia Dominico tranſmiſſum fuit ad cuiuslibet deſcendentes, cum primus ordo suc-
1 cedendi semper † ſpectet ad filios, & deſcendentes vtriuſque ſexus, *Authentic. de heredib. ab inteſtato venient.* §. 1.

Id quod etiam citra diſpoſitionem prædicti Antonij de iure obtinuiſset, quia ab inteſtato nepos ex filio suc-
2 cedit æqualiter vna cum altero † filio defuncti, & ſuo patruo, *d.* §. 1. *in Auth. de hæreditatibus ab inteſt. venient.* & *Inſtit. eod. tit.* §. *cum filius, filiave*, Craſſ. §. *ſucceſſio ab inteſtato, qu* 6. *num.* 6. vbi de communi.

Neque Stella filia Dominici; tamquam fęmina fuit excluſa ab hæreditate patris per maſculos deſcendentes, à Ioanne Baptiſta Seniore etiam exiſtentes intra quartũ gradum, vigore Statuti huius patrię excluſiui fęminarum,
3 ſtantibus † maſculis agnatis, quia dictum Statutum non excludit filiam ab hæreditate patris, niſi propter

maſculos

Digitized by Google

maſculos deſcendentes à d. ſuo patre, vt clare loquitur,
ſub rubric. de ſucceſſione ab inteſtato. §. In aſcendentium,
autem bonis, & de eo agentes, ita tradunt Curt. Iun.
conſ. 49. num. 10 Cephal. *conſ. 45. num.* 14. Burſatt. *conſil.*
86. *num.* 8. & 11. & ita practica obſeruat quotidie, ita vt
vanum eſſet de hoc dubitare.

4 Debetque ſuccedere ipſa Stella, non ſolum in bonis
allodialibus, ſed etiam emphyteoticis Abbatię Follo-
nicæ; licet adſint maſculi alterius lineæ, tum quia
fœmina de natura emphyteuſis, etiam Eccleſiaſticæ,
eſt capax illius. *§. emphyteuſim, in Auth. de non alienand.*
reb. Eccleſ. Clar. *§. emphyteuſ. quæſt. 32. in princip.* maxi-
5 me quando ſtipulatio eſt † apta comprehendere ma-
ſculos, & fœminas, prout quando eſt pro hæredibus,
vt per Clar. *vbi ſupr.* & ſine dubio, quando ſpecifice
6 admittit fęminas, vt hic, vbi ſtipulatio cantat † pro
hæredibus vtriuſque ſexus, quo caſu vbi Statutum ali-
quod non obſtet, fœmina ita ſuccedit in emphyteuſi
ſicut maſculus, & vna cum eo, Bart. *in l. vt iuſiurandi, §.*
ſi liberi, ſub num. 5. ff. de oper. libertor. Angel. *conſ.* 184. *in*
primo dubio, Alexand. *conſ. 9. ſub numer. 1. vol. 5.* Bero.
conſ. 95. num 8 *volum.* 1. & vbi poſtponitur maſculo, id
prouenit tantum vigore Statuti fœminas excludentis, ex-
tantibus maſculis, vt per præfatos, vnde cum Statutũ
in caſu noſtro non excludat filiam à ſucceſſione patris,
non erit pariter excluſa per maſculos ab emphyteuſi.

7 Tum etiam non excluderetur, † quia vbi verſare-
mur etiam in re ad quam non admitteretur fœmina, niſi
ſucceſſiuo ordine poſt maſculos, tamen verior videtur
opinio, quod vbi talis res peruenit ad vnam lineam
semper conſeruetur in ea, donec adſint aliqui de illa;
quamuis eſſent fœminæ tantum, & extarent maſculi
alterius lineæ deſcendentes à primo inueſtito, *cap. 1. in*
fine, de natur. ſucceſſ. feud. vbi gloſſ. Roman. *conſil.* 33.
Ruin. *conſ. 9. num. 3 volum 1 & conſ. 142. num. 17. volum. 3.*
Nicol. Aliprand. *inter conſil. Montisferrati, conſ. 13. part.*
1. num. 63. Bero. *conſ. 93. per totum, maxime num. 26. vol. 1.*
Riminald. Sen. *conſ. 259. in 3. dubio*, vbi reſpondet ad te-
xtus *in cap. 1. de eo qui ſibi vel hered.* Oſaſc. *deciſ.* 23. *n.*
30. & 34. Intrigliol. *de feud. centur. 2. artic. 2. numer.* 431.
Honded. *conſ. 36. num* 15. *volum.* 1. D. Surd. *conſ. 308. nu.*
17. & *conſ. 317 num. 18. & conſil* 349 *nu.* 21. & *conſ.* 407.
num. 35. & *conſil.* 527. *num.* 18.

Tum denique, quia vbi emphyteuſis poſſit dici no-
ua tamquam conceſſa de gratia ſpeciali, vt dicitur in
inueſtitura, tunc non eſſet locus prædictæ dubitationi;
quia illa militat tantum, quando litigantes deſcendunt
omnes ab vno, & primo acquiſitore, ſecus quando
8 plures fuerunt inueſtiti ab initio, † & prætendentes de-
ſcendunt vnus ab vno ex inueſtitis, & alter ab alio, tunc
enim fœmina deſcendens ab vno excludit in ſua portio-
ne maſculos alterius lineæ, etiam ſi fuiſſent inueſtiti in
ſolidum, *cap. 1. de duob. fratrib. a capitan. inueſtit. in vſib.*
feud. Caſtrenſ. *conſ. 316. ſub num. 3. volum 2.* Corn. *conſ.*
24. *num. 10. & 26. volum. 2.* Bero. *conſ. 108 num. 12. & 4.*
vol. 1. Ceph. *conſ. 545. num. 7.* Honded. *conſ. 54. num. 18.*
volum. 1. Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 9 ſub numer. 49. verſic.*
Atque hæc ita locum habent, &c. fol 405.

9 Nec obſtat, † quod emphyteuſis iſta fuerit tantum
ſtipulata à Ioanne Baptiſta nomine proprio, & Domini-
ci abſentis, quo caſu cum non appareat de aliqua rati-
ficatione Dominici, videtur in totum ſpectare ad ſtipu-
lantem, vt per Doctores *in l. ſi mihi, & Titio*, 110. vbi
Iaſ. *ſub num.* 11. & Alex. *ſub num. 14. & alij, ff. de verbor.*
obligation. & late proſequitur Corbul. *de caducit. emphy-*
teuſ. ob lineam finitam, ſub num. 103 verſic Sexto decla-
ratur, &c. cum ſequentibus, Burſatt. *conſ.* 1. *num.*
10.

10 Reſpondeo enim multipliciter, † & primo, quod
obiectum procedit in emphyteuſi ſtipulata ab initio,
& de qua recipientes numquam antea fuerunt inueſtiti,
& ita loquuntur Bart. Alexand. Iaſ. & alij, *in d. l. ſi mihi,*
& Titio, ſecus autem erit in renouatione emphyteuſis
facta ab vno, nomine alterius; nam tunc non videtur
opus alia ratificatione, & ratio eſt, quia ex ſola poſ-
ſeſſione rei, vt infra dicam, dicitur ratificare, hic au-
tem fuit facta renouatio inueſtituræ, quia fuerunt in-
ueſtiti auctoritate renouatæ conceſſionis, & quate-
nus opus eſſet, etiam auctoritate nouæ conceſſionis; &
ſic vbi non appareat opus fuiſſe noua conceſſione, dici-
tur emphyteuſis antiqua, & renouata conceſſio.

11 Secundo reſpondeo, † quod cum præſupponatur
iſti conſortes ſemper in communi poſſediſſe has terras,
ex ſola poſſeſſione rei nomine ſuo ſtipulatæ, quis di-
citur ratificare, Corbul. *in d. tr. de caducit. emphyteuſ.*
12 *ob lineam finitam, nu.* 109. † vbi ſubdit poſſidentem
ſemper præſumi poſſidere titulo inueſtituræ ab altero
eius nomine receptæ, & citat Dec. *conſil. 58 numer.* 2.
Natt. *conſil. 502. num.* 17. & multos alios, qui apud eum
videri poſſunt.

13 Tertio vbi actus nomine alterius factus continet me-
rum commodum; tunc ex ſola ſcientia præſumitur, &
14 reſultat ratificatio, Burſatt. *conſ. 119. num* 1. & in † em-
phyteuſi ſtipulata, nomine alterius tradunt Dec. *conſ.*
58. *colum.* 2. Menoch. *conſ. 229 num.* 30. Roland. *conſil.*
19. *num. 35. volum. 1. & conſ. 4. num. 29 & 31. volum. 2. &*
conſil. 66. num. 29. volum. 4. Honded. *conſil. 80. num. 48.*
volum 2. Corbul. *vbi ſupra, num.* 117. & eadem ratifica-
15 tio reſultat, ex non improbatione actus, † & lapſu
longi temporis, & ex veriſimilitudine, idem Burſatt.
conſ. 158. num. 24. ſcientia autem præſumitur in fratre,
16 † de eo quod facit alter frater, & generaliter in co-
niuncto, de eo quod facit alter coniunctus, maxime
quando ſimul degunt, *l. Octaui, ff. vnd. cognat.* Duen.
regul. 125. part. 1. in verb. coniunctus, Menoch. *conſ.* 371.
num. 20. vbi loquitur in præſumpta ſcientia receptæ em-
phyteuſis nomine proprio, poſt Dec. *d. conſ. 58. num.* 2.
ſicuti etiam diuturnum tempus fluxit ab anno 159. quo
fuit ſuſcepta d. inueſtitura citra, & hoc eſt valde veriſi-
mile, quod Dominicus de hoc habuerit ſcientiam, &
ratificauerit.

17 Quarto ex ſolutione debiti Canonis inducitur † rati-
ficatio. Corbul. *vbi ſupr. num.* 112. vbi ſubdit, quod ſi
fuit facta ſolutio (prout præſumitur facta, ex quo Abba-
tia non facit aliquam querimoniam) nec appareat à
quo, & cuius nomine præſumitur facta etiam pro ſua
parte ab eo cuius nomine emphyteuſis fuerat ſtipulata,
& ſi viderentur receptiones de facili appareret ſolutio-
nem factam fuiſſe nomine communi.

18 Quinto, & vltimo, † iſte Dominicus præſuppo-
nitur deceſſiſſe in minori ætate, tunc aut viuens ſciuit
hanc inueſtituram receptam nomine proprio, aut
ignorauit ſi ſciuit, præſumitur ratificaſſe, vt dixi in ter-
tia reſponſione, ſi ignorauit poterat reſtitui tamquam
læſus, non ſolum, quia hęc erat emphyteuſis auita,
per cuius ammiſſionem proprie dicebatur pati damnũ,
19 ſed etiam ſi fuiſſet noua, quia etiam † minor re-
ſtituitur ad lucrum omiſſum, *l. ait prætor, §. final. & l. per*
omnia, ff. de minor. & tot. tit. C. ſi vt ommiſſam hæredit.
Odd. *de reſtit. quæſt 4. num.* 52. *artic.* 8. cuius reſtitutio-
20 nis † beneficium ipſe tranſmiſiſſet ad Stellam filiam,
l. non ſolum, ff. de reſtit. in integrum. l. minor autem magi
ſtratus, §. final. ff. de minorib. l. 1. C. ſi aduerſ. dotem, leg. ex
perſona, C. de tempor. in integr. reſtit. cum alijs apud Od.
de reſtit. quæſt. 50. artic. 1. ſub num. 3.

ARGVMENTVM.

De Appellatione ſententiæ. De communicando
beneficio ex reſtitutione aduerſus eam. Non
admittuntur interrogatoria ſuper re probanda
per proprium capitulum; & de Teſtibus de cre-
dulitate, ac de ipſorum dictis.

SVMMARIVM.

1 *Approbat ſententiam quis, dum petit eius executio-*
nem.

2 Reſtitu-

2 *Reſtitutio aduerſus ſententiam petita à minore, prodeſt & maiori in connexis, non in ſeparatis.*

3 *Maior ſi non gaudet reſtitutione aduerſus ſententiam petita per minorem, eſt ob negligentiam in appellando.*

4 *Approbatio cenſetur facta rebus ſic ſtantibus.*

5 *Teſtes etſi de credulitate, tamen probant contra producentem.*

6 *Non debent admitti interogatoria, ſuper eo quod formiter eſt probandum per capitula.*

7 *Teſtium dicta debent in totum, vel refutari, vel approbari.*

8 *Declaratio vnius partis poteſt reproduci ab aduerſario, ad ſe iuuandum ex ipſa.*

CONTROVERSIA DCLV.

PRimum motiuum editum contra Dominam Lauram
Ocham de Virgis, quod non poſſit inhærere reſtitu-
tioni in integrum conceſſæ aduerſarijs, & eius vigore
2 petere, † & conſequi reformationem ſententiæ ad ſui
fauorem, ex quo approbauit eamdem ſententiam, pe-
tendo illius executionem, *fol. 56. fac. 2. in fine, & fol. 58.*
fac. 2. reſoluitur ex textu, & diſtinctione gloſſæ, & ce-
terorum ſcribentium, ibi, *in l. etiam, 29. §. ex cauſa, ff.*
de minoribus, ex quo textu iuncta gloſſa, deducitur
concluſio, quod licet maior approbauerit ſententiam,
2 tamen † petita reſtitutione per aduerſarium mino-
rem, ſi capita ſententiæ habent inſimul coniunctionem,
& connexitatem reſpectu intereſſe vtriuſque litigantis;
tunc reſtitutio conceſſa minori prodeſt maiori quam-
uis non appellauerit, atque acquieuerit ſententiæ, ſe-
cus vero ſi prætenſiones ſint ſeparatæ, nec habeant in-
ſimul connexitatem, quam diſtinctionem ſequuntur &
Boer. *deciſ. 73.* Sforz. Odd. *de reſtitut. quæſt. 47. articul. 10.*
num. 48. qui omnes etiam per gloſſ. *in d. l. etiam d. §. ex*
cauſa, in verbo audiendus concludunt tunc capita ſentē-
tiæ dici connexa, quando de eodem negotio vnus ex li-
tigantibus partim obtinuit, & à patre fuit abſolutus, pu-
ta ſi actor petebat fundum Titianum, vel decem, &
pars fundi, vel pecuniæ ei fuit adiudicata, & ab alia
tecus abſoluitur.

Cum igitur in caſu iſto verſemur præcisè in exemplo
huius connexitatis, quia quota bonorum petitorum
fuit adiudicata D. Lauræ, & aliæ quotæ aduerſarijs
ſequitur quod non obſtante approbatione, vigore re-
ſtitutionis petitæ ex aduerſo, ſententia poſſit reformari
ad illius fauorem.

3 Tanto magis, † quia eo caſu, quo aduerſarius non
gaudet reſtitutione petita per minorem, id contigit tan-
tum ea ratione, quia potuit appellare, & id facere
neglexit, vt per ſcribentes ſupra citatis locis, quæ cul-
pa non poteſt imputari D. Lauræ, quia à ſententijs am-
pliſſimi Senatus non opponatur, vnde ei nil reliquum
4 erat niſi petere executionem, & approbatio † cenſe-
tur tantum facta rebus ſic ſtantibus, iuxta *l. quod ſeruus,*
ff. de condict. cauſ. dat. & vbi nil fieret ex aduerſo per
quod oporteret recedere ab approbatione argumento
l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, maxime quia, & ſi
D. Laura petierit executionem reſpectu capitum ſibi fa-
uorabilium, tamen nullum actum fecit, vel verbum
dixit, per quem, vel quod colligeretur ipſa approbare
omnino ſententiam.

Secundum eſt motiuum, quod non ſit admittenda
petitio facta à D. Laura redditionis rationum bonorum
q. Don Manilij adminiſtratorum per q. Federicum pa-
trem aduerſariorum, quia duo teſtes eiuſdem D. Lau-
ræ, *primus ſcilicet, fol. 3. fac. 2. nonus, fol. 22. fac. 1.* depo-
nunt ſe credere, quod Don Manilius nollet ſibi reddi ra-
tiones, ſed quod omnia remitteret ipſi Federico, qui
5 teſtes † licet de credulitate atteſtentur, tamen pro-
bant contra producentem, Roman. *conſil. 104. ſub nu-*
mer. 6.

Sed poſſet dici, quod hi teſtes deponunt ſuper inter-
rogatorio concernente id, quod probandum erat à
parte aduerſa per proprium capitulum, quod non de-
bet admitti, quia per hoc tolleretur facultas faciendi
6 † interrogatoria, ſuper eo quod probandum eſt à par-
te, prout docet Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. in tit.*
de teſte, §. iam de interrogatorijs, nu. 4. in apoſtilla incipien-
te Cauſam, quæ, &c. qui inquit, quod in his, quæ perti-
nent ad probationem partis, ipſa debet facere nouum
capitulum, non autem dare ſuper hoc interrogatoria,
ad hoc vt aduerſarius poſſit facere ſua interrogatoria,
exemplificans, ſi ego capitulaui de mutuo, tamen non
poteſt interrogare meos teſtes de ſolutione, ſed dare
nouum capitulum ſuper illa, quem ſequuntur Albe-
ric. de Malettis, *de teſtib. cap. 8. num. 4.* & Ioannes Ma-
ria Monticell. *in ſimili tractat. ſub rubr. Quomodo, & qua-*
liter teſtes circa vel extra articulos ſint interogandi, fol.
169. colum. 2. verſic. 1. incipiente, Teſtis interrogatorium
non debet.

Ita igitur in propoſito, cum D. Laura capitulauerit
de adminiſtratione, ſi pars aduerſa prætendebat remiſ-
ſam fuiſſe redditionem rationum, debebat hoc capitula-
re, vt poſſent dari interrogatoria, non autem intero-
gare teſtes aduerſarios, & ob id eorum depoſitio ſuper
hoc non nocet.

Et propterea puto, quod licet teſtium dicta ſunt in-
diuiſibilia, poterit nihilominus D. Laura declarare ſe
nolle vti illis in hac parte, cum non debuerint interroga-
ri, nec poterunt produci ex aduerſo, tum quia teſtis
de credulitate, non probat contra aduerſarium, tum
quia ipſæ de Paſtellis tenebantur dare ſuper hoc pro-
prium capitulum.

Circa autem declarationem factam à dictis de Paſtel-
lis, quod nolint vti teſtibus proprijs, in quibuſdam
partibus facientibus pro D. Laura, dico, quod hoc
7 facere non potuerunt, † quia teſtium dicta, tanquam
indiuidua, vel debent in totum refutari, vel in totum
approbari, Alexand. *conſil. 8. circa finem, num. 15 vol. 2*
Franc. *deciſ. 173. num. 7.*

8 Et vbi admitteretur declaratio, † poterit nihilomi-
nus D. Laura reproducere dicta verba ad ſui fauorem,
& in illis ſe iuuare, Felinus *in cap. de teſtib. ſub numer. 12.*
extra de teſtib. Aretin. *conſil. 140. ſub numer. 2. verſic. ad*
quæſitum autem dico, &c.

A R G V M E N T V M.

De ſucceſſione in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & eius deuolutione. De Statutorum comprehenſione, & adimplemento. De concurſu æſtimatorum, ſeu peritorum, & ſimplicium teſtium, & horum ex ordine Clericali cum Laicis. De valore reprobando; & æſtimatione rectè facienda.

S V M M A R I V M.

1 *In emphyteuſi Eccleſiaſtica non ſuccedunt niſi deſcendentes primi inueſtiti.*

2 *Inter plures inueſtitos non datur ius accreſcendi inter eos.*

3 *Deuoluitur emphyteuſis ad Dominum directum, finita linea inueſtiti.*

4 *In Clerico inueſtito pro ſe, & heredibus, nomine heredum an veniant tranſuerſales, dum non poteſt habere deſcendentes.*

5 *In gerente habitum Clericalem non præſumitur ordo ſacer, niſi probetur.*

6 *Ex inueſtitura non probatur dominium.*

7 *Alienatio non eſt nulla, niſi Domino rei volente.*

8 *Statutum circa ſolemnitates in alienationibus rei minorum ligat Clericos, etiam ſiue vendant, ſiue emant.*

9 *Minor, vel eius hæres nolens ſtare contractui, vt audiatur, debet reſtituere omnia quæ ex aduerſo habuit.*

10 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra ſimiliter compriuilegiatum.*

11 *Petens*

11 *Petens reſtitutionem vigore minoritatis, tale ſuppoſitum debet probare.*

12 *Cum Statutum exigit ad aliquid probandum teſtes bonæ qualitatis, & famæ, hæc qualitas, & fama ipſorum eſt articulanda, vt ſatisfiat Statuto.*

13 *Dictum quatuor teſtium Clericorum tantum valet, quã-tum dictum ſex Laicorum; Imo duo Clerici præualent tribus laicis, num. 15.*

14 *Clerici, & Laici in teſtificando ſe habent in ſeſquialte-ra proportione.*

16 *Vt relatio peritorum deſtruatur, & emendetur, debet contrarium doceri per peritiores.*

17 *Æſtimatio facta ab æſtimatoribus præfertur teſtibus etiã pluribus.*

18 *Venditiones factæ probant valorem rei, de qua agitur. Et probant præſumptiuè, niſi plura ſint producta in-ſtrumenta, num 19.*

20 *Pretium, & valor rei minuitur ex circumſtantijs gra-uaminibus, & annexis ipſius rei.*

21 *Vt æſtimatio dici poſſit iuſta, debet haberi ratio omnium qualitatum.*

22 *In reſiduo vltra rei onera, fit calculatio, an venditor ſit læſus vltra dimidiam.*

23 *Licet contrahentibus ſe inuicem decipere aliqualiter.*

CONTROVERSIA DCLVI.

FVndata eſt intentio Ven. Congregationis Cathedralis
Mantuæ, quod duæ petiæ terræ, de quibus alias in-
ueſtiuit in emphyteuſim nouam q. D. Mathæum Tode-
ſchinum per eius mortem ſine deſcendentibus, ſint de-
uolutæ ad ipſam Congregationem, nec in illis ius ali-
quod competat fratribus ipſius D. Mathæi, quia certi
iuris eſt in emphyteuſi Eccleſiaſtica non ſuccedere,
1 † niſi deſcendentes primi inueſtiti, Clar. §. *emphyteuſis, quæſt. 28. ſub num. 5. verſic. punctus eſt quid in emphyteuſi. &c.* Burſatt. *conſil. 199. num. 40. in fine. & conſil. 378. nu-mer. 17.* vbi plures allegat. & teſtatur de magis com-
2 muni, adeo vt etiam ſi plures † inueſtirentur vno dece-
dente ſine deſcendentibus, non ſit locus iuri accreſcen-
di inter eos, Clar. §. *emphyteuſis, quæſt. 39.* Corbul. *de ca-*
3 *ducitat. ob lineam finitam. nu. 83.* † quo fit, vt finita li-
nea ipſius Mathæi, iure merito dictæ terræ emphyteoti-
cæ deuolutæ ſint ad Congregationem Dominam dire-
cti, §. *emphyteuſim, in Authentic. de non alienand. reb. Eccleſ.* Corbul. *vbi ſupra, num. 1.* & in ſpecie de fratre,
quod non ſuccedat fratri, ſed deuoluatur ad Eccleſiam,
ſcribit Burſatt *conſil. 251. num 5.*

Nec releuat quod ipſe Matheus inueſtitus eſſet Cle-
ricus, & propterea, cum non poſſet relinquere legiti-
mos deſcendentes, dum fuit inueſtitus pro ſe, & hæ-
4 redibus † videantur comprehenſi eius hæredes tranſ-
uerſales; prout in feudo tradit Bal. *in cap. 1. §. naturales, ſub num. 8. ſi de feud. fuerit controu. inter domin. & agnat.*
quem communiter ſequuntur Doctores, prout refert
Clar. *in §. feud. quæſt. 79. ſub num. 4.* & Roſental. qui plu-
res allegat *de feud. cap 7. concluſ. 59. num. 8.*

Namque (ommiſſo, quod de veritate huius doctrinæ
dubitat Roſental. *loco proxime citato.*) reſpondetur,
quod ipſe Bal. & cæteri, qui eum ſequuntur, expreſſe
loquuntur de eo qui erat in ſacris, & quem certum
erat, non poſſe habere legitimos hæredes, qualis non
erat iſte D. Mathæus, nam poterat ad libitum dimitte-
tere habitum cum non haberet ordines ſacros, & duce-
re vxorem, & licet hoc certum ſit in facto ipſum non
fuiſſe in ſacris, tamen etiam vbi eſſemus in dubio, id
præſumeretur, niſi ex aduerſo probaretur oppoſitum,
cum enim non concludat neceſſario, vt qui geſtat ha-
bitum Clericalem ſit in ſacris, immo plures ſint Cleri-
5 ci, qui non ſunt in ſacris, non præſumitur † in aliquo
etiam geſtante habitum Clericalem Ordo ſacer, niſi
probetur, gloſs. *in cap. Præsbyteri, in verb. & conſecren-tur, diſtinct. 68.* Innocent. *in cap. final. in princip.* & ibi
Anton. de Butrio, *num 8 verſic. concludendo, ex. de eo, qui furtiu. ordin. ſuſcepit,* Alciat. *regul. 2. præſumption. 4.*
Maſcard. *in verb. Ordo, concluſ. mihi 1045.* Pacian. *de probation. lib. 2. cap. 34. num. 10.* vbi huius concluſionis
refert quatuor rationes.

Non obſtat quoque, quod obijcitur, petiã terræ, de
qua in inueſtitura Anni 1600. eſſe feudalem Præpoſitu-
ræ, & ob id non potuiſſe obligari Congregationi ſine
licentia ipſius Præpoſituræ, atque ſpectare ad ipſos fra-
tres de Todeſchinis; tamquam de ea nuper inueſtitos,
vt *fol. 30.* & comprehenſos etiam in iueſtitura antiqua,
de qua *fol. 12.*

Ex cõfinibus enim apparet hanc petiam terræ eſſe di-
uerſam ab illa feudali, & præcipuè ex deſcriptione fa-
cta ab ipſiſmet fratribus in inuentario hæreditatis ipſius
D. Mathæi, *fol. 23. fac. 1.* ex quibus patet nullo pacto
hanc petiam terræ poſſe eſſe partem illius feudalis, &
ſententia ſecuta, non obſtantibus probationibus, ſu-
per hoc factis, quas non vidi, credendum eſt non fuiſſe
probatam hanc identitatem.
6 Et tanto minus † hoc obiectum nocet, quia ex in-
ueſtitura non probatur dominium inueſtientis contra
tertium, Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſicul. 57 num. 72.* Burſat. *conſil. 26. num. 25* Menoch. *conſ. 252. num. 11. & 24 & lib. 3. præſumpt. 101. num. 14.* Valaſc. *de iur. emphyteotic. quæſt. 9.* Roſental. *de feud. cap. 6. concluſ. 70.*
7 Præterea nullitas huius alienationis non † poteſt alle-
gari, niſi à Præpoſitura, quia alienatio non eſt nulla,
niſi Domino volente, gloſs. *in l. 2. C. de iur. emphyt* Surd.
deciſ. 70. num. 26. & deciſ. 179. num. 17. & non intereſt ip-
ſorum fratrum, cum feuda de conſuetudine Mantuana
poſſint alienari in præiudicium comprehenſorum, &
etiam eis inuitis.

Denique cum recuſauerint deuenire ad menſuratio-
nem, mediante qua Congregatio oſtendere volebat ad-
eſſe terras feudales, vltra petiam terræ ſibi obligatam,
maximum reſultat inditium veritatem eſſe in contrariũ
eius quod aſſeritur à dictis fratribus.

Non obſtat, quod tertio loco proponitur per reos
eorum fratrem fuiſſe minorem; quando obligauit pri-
mam petiam terræ, & ob id contractum fuiſſe, ipſo
iure nullum, vigore Statuti, *ſub rubric. de mod. & for-ma ſeruand. in contractibus minorum,* quod Statutum
8 ligat † etiam Clericos, ſiue vendant Laico, vel etiam
Clerico, Neuizan. *conſil. 39. num. 11.* Borgn. *de tutor. nu 156.*
9 Primo, quia minor, & ſic etiam eius hæres † vo-
lens ſtare contractui, non auditur, niſi prius offerat,
& reſtituat, quod ex aduerſo habuit, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minorib.* Corn. *conſ. 188. n. 11. vol. 2.* Crauett.
conſil. 7. num. 14. Roland. *conſil. 59. num. 7. vol. 1.* Menoch.
conſil. 644. num. 3. & conſil. 674. num. 5. & conſil. 888. num 5. quæ oblatio, & reſtitutio eo magis fieri deberet,
quando Eccleſia, & ipſa eſt minor, & priuilegiatus
non vtatur ſuo priuilegio, contra pariter priuilegiatũ
10 † tractantem de damno euitando, *l. verum, §. final. ff. de minor. l. ſed & ſi mulier, verſic. æqualitas, l. adminiſtrã-tes, §. final. cum l. ſequ. ff. de excuſ. tutor.* Natt. *conſil. 622. n 3* Riminald. Iun. *conſil. 278. num. 72.*
11 Secndo, † quis non auditur aduerſus contractũ, ſub
prætextu minoris ætatis, niſi probat minoritatem per
tres teſtes fide ſignos bonæ opinionis, & famæ, vt di-
ponit dictum Statutum *ſub rub. de mod. & forma ſeruãd. in contract. minor. verſic. Et poſſit, & debeat, &c.* quæ
quidem qualitates, quod duæ mulieres, & vnus ma-
ſculus examinati in caſu iſto pro probanda hac ætate
12 minori ſint teſtes † fide digni, & bonæ opinionis, &
famę, cum requirantur à Statuto, debebant articulari,
& probari, quod cum non fuerit factum, non dicitur
facta ſufficiens probatio requiſita à Statuto, Crot. *de te-ſtibus, num. 395.* Pariſ. *conſil 24. num. 15. lib. 3.* Crauett. *de antiquit. tempor. part. 1. ſectione quæritur etiam, numer. 3.*
Roland. *conſil. 84. num. 10. lib. 3.* Gargiar. *conſil. crimin. diuerſ. ſub num. 17. lib. 1.* Cephal. *conſil. 227. num. 57.* Al-
ciat. *de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 2.* Menoch. *lib. 5. præ-ſumpt. 1. nu. 36. & ſeqq.* Lambert. *de contract. gloſ. 13. n. 30.*

Poſtre-

Digitized by Google

2 *Reſtitutio aduerſus ſententiam petita à minore, prodeſt & maiori in connexis, non in ſeparatis.*
3 *Maior ſi non gaudet reſtitutione aduerſus ſententiam petita per minorem, eſt ob negligentiam in appellando.*
4 *Approbatio cenſetur facta rebus ſic ſtantibus.*
5 *Teſtes etſi de credulitate, tamen probant contra producentem.*
6 *Non debent admitti interogatoria, ſuper eo quod formiter eſt probandum per capitula.*
7 *Teſtium dicta debent in totum, vel refutari, vel approbari.*
8 *Declaratio vnius partis poteſt reproduci ab aduerſario, ad ſe iuuandum ex ipſa.*

CONTROVERSIA DCLV.

PRimum motiuum editum contra Dominam Lauram Ocham de Virgis, quod non poſſit inhærere reſtitutioni in integrum conceſſæ aduerſarijs, & eius vigore
1 petere, † & conſequi reformationem ſententiæ ad ſui fauorem, ex quo approbauit eamdem ſententiam, petendo illius executionem, *fol. 56. fac. 2. in fine, & fol. 58. fac. 2.* reſoluitur ex textu, & diſtinctione gloſſæ, & ceterorum ſcribentium, ibi, *in l. etiam, 29. §. ex cauſa, ff. de minoribus*, ex quo textu iuncta gloſſa, deducitur concluſio, quod licet maior approbauerit ſententiam,
2 tamen † petita reſtitutione per aduerſarium minorem, ſi capita ſententiæ habent inſimul coniunctionem, & connexitatem reſpectu intereſſe vtriuſque litigantis; tunc reſtitutio conceſſa minori prodeſt maiori quamuis non appellauerit, atque acquieuerit ſententiæ, ſecus vero ſi prætenſiones ſint ſeparatæ, nec habeant inſimul connexitatem, quam diſtinctionem ſequuntur & Boer. *deciſ. 73.* Sforz. Odd. *de reſtitut. quæſt. 47. articul. 10. num. 48.* qui omnes etiam per gloſſ. *in d. l. etiam d. §. ex cauſa, in verbo audiendus* concludunt tunc capita ſententiæ dici connexa, quando de eodem negotio vnus ex litigantibus partim obtinuit, & à parte fuit abſolutus, puta ſi actor petebat fundum Titianum, vel decem, & pars fundi, vel pecuniæ ei fuit adiudicata, & ab alia reus abſoluitur.

Cum igitur in caſu iſto verſemur præciſè in exemplo huius connexitatis, quia quota bonorum petitorum fuit adiudicata D. Lauræ, & aliæ quotæ aduerſarijs ſequitur quod non obſtante approbatione, vigore reſtitutionis petitæ ex aduerſo, ſententia poſſit reformari ad illius fauorem.

3 Tanto magis, † quia eo caſu, quo aduerſarius non gaudet reſtitutione petita per minorem, id contigit tantum ea ratione, quia potuit appellare, & id facere neglexit, vt per ſcribentes ſupra citatis locis, quæ culpa non poteſt imputari D. Lauræ, quia à ſententijs ampliſſimi Senatus non opponatur, vnde ei nil reliquum
4 erat niſi petere executionem, & approbatio † cenſetur tantum facta rebus ſic ſtantibus, iuxta *l. quod ſeruus, ff. de condict. cauſ. dat.* & vbi nil fieret ex aduerſo per quod oporteret recedere ab approbatione argumento *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati*, maxime quia, & ſi D. Laura petierit executionem reſpectu capitum ſibi fauorabilium, tamen nullum actum fecit, vel verbum dixit, per quem, vel quod colligeretur ipſa approbare omnino ſententiam.

Secundum eſt motiuum, quod non ſit admittenda petitio facta à D. Laura redditionis rationum bonorum q. Don Manlij adminiſtratorum per q. Federicum patrem aduerſariorum, quia duo teſtes eiuſdem D. Lauræ, *primus ſcilicet, fol. 3. fac. 2. nonus, fol. 22. fac. 1.* deponunt ſe credere, quod Don Manlius nollet ſibi reddi rationes, ſed quod omnia remitteret ipſi Federico, qui
5 teſtes † licet de credulitate atteſtentur, tamen probant contra producentem, Roman. *conſil. 104. ſub numer. 6.*

Sed poſſet dici, quod hi teſtes deponunt ſuper interrogatorio concernente id, quod probandum erat à parte aduerſa per proprium capitulum, quod non debet admitti, quia per hoc tolleretur facultas faciendi
6 † interrogatoria, ſuper eo quod probandum eſt à parte, prout docet Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de teſte, §. iam de interrogatorijs, nu. 4. in apoſtilla incipiente Cauſam, quæ, &c.* qui inquit, quod in his, que pertinent ad probationem partis, ipſa debet facere nouum capitulum, non autem dare ſuper hoc interrogatoria, ad hoc vt aduerſarius poſſit facere ſua interrogatoria, exemplificans, ſi ego capitulaui de mutuo, tamen non poteſt interrogare meos teſtes de ſolutione, ſed dare nouum capitulum ſuper illa, quem ſequuntur Alberic. de Malettis, *de teſtib. cap. 8. num. 4.* & Ioannes Maria Monticell. *in ſimili tractat. ſub rubr. Quomodo, & qualiter teſtes circa vel extra articulos ſint interogandi, fol. 169. colum. 2. verſic. 1. incipiente, Teſtis interrogatorium non debet.*

Ita igitur in propoſito, cum D. Laura capitulauerit de adminiſtratione, ſi pars aduerſa prætendebat remiſſam fuiſse redditionem rationum, debebat hoc capitulare, vt poſſent dari interrogatoria, non autem interogare teſtes aduerſarios, & ob id eorum depoſitio ſuper hoc non nocet.

Et propterea puto, quod licet teſtium dicta ſunt indiuiſibilia, poterit nihilominus D. Laura declarare ſe nolle vti illis in hac parte, cum non debuerint interrogari, nec poterunt produci ex aduerſo, tum quia teſtis de credulitate, non probat contra aduerſarium, tum quia ipſæ de Paſtellis tenebantur dare ſuper hoc proprium capitulum.

Circa autem declarationem factam à dictis de Paſtellis, quod nolint vti teſtibus proprijs, in quibuſdam partibus facientibus pro D. Laura, dico, quod hoc
7 facere non potuerunt, † quia teſtium dicta, tanquam indiuidua, vel debent in totum refutari, vel in totum approbari, Alexand. *conſil. 8. circa finem, num. 15 vol. 2* Franc. *deciſ. 173. num. 7.*

8 Et vbi admitteretur declaratio, † poterit nihilominus D. Laura reproducere dicta verba ad ſui fauorem, & in illis ſe iuuare, Felinus *in cap. de teſtib. ſub numer. 12. extra de teſtib.* Aretin. *conſil. 140. ſub numer. 2. verſic. ad quæſitum autem dico, &c.*

ARGVMENTVM.

De ſucceſſione in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & eius deuolutione. De Statutorum comprehenſione, & adimplemento. De concurſu æſtimatorum, ſeu peritorum, & ſimplicium teſtium, & horum ex ordine Clericali cum Laicis. De valore reprobando; & æſtimatione rectè facienda.

SVMMARIVM.

1 *In emphyteuſi Eccleſiaſtica non ſuccedunt niſi deſcendentes primi inueſtiti.*
2 *Inter plures inueſtitos non datur ius accreſcendi inter eos.*
3 *Deuoluitur emphyteuſis ad Dominum directum, finita linea inueſtiti.*
4 *In Clerico inueſtito pro ſe, & heredibus, nomine heredum an veniant tranſuerſales, dum non poteſt habere deſcendentes.*
5 *In gerente habitum Clericalem non præſumitur ordo ſacer, niſi probetur.*
6 *Ex inueſtitura non probatur dominium.*
7 *Alienatio non eſt nulla, niſi Domino rei volente.*
8 *Statutum circa ſolemnitates in alienationibus res minorum ligat Clericos, etiam ſiue vendant, ſiue emant.*
9 *Minor, vel eius hæres nolens ſtare contractui, vt audiatur, debet reſtituere omnia quæ ex aduerſo habuit.*
10 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra ſimiliter com priuilegiatum.*

11 *Petens*

Digitized by Google

11 *Petens reſtitutionem vigore minoritatis, tale ſuppoſitum debet probare.*
12 *Cum Statutum exigit ad aliquid probandum teſtes bonæ qualitatis, & famæ, hæc qualitas, & fama ipſorum eſt articulanda, vt ſatisfiat Statuto,*
13 *Dictum quattuor teſtium Clericorum tantum valet, quãtum dictum ſex Laicorum; Imo duo Clerici præualent tribus laicis, num. 15.*
14 *Clerici, & Laici in teſtificando ſe habent in ſeſquialtera proportione.*
16 *Vt relatio peritorum deſtruatur, & emendetur, debet contrarium doceri per peritiores.*
17 *Æſtimatio facta ab æſtimatoribus præfertur teſtibus etiã pluribus.*
18 *Venditiones factæ probant valorem rei, de qua agitur. Et probant præſumptiuè, niſi plura ſint producta inſtrumenta, num 19.*
20 *Pretium, & valor rei minuitur ex circumſtantijs grauaminibus, & annexis ipſius rei.*
21 *Vt æſtimatio dici poſſit iuſta, debet haberi ratio omnium qualitatum.*
22 *In reſiduo vltra rei onera, fit calculatio, an venditor ſit læſus vltra dimidiam.*
23 *Licet contrahentibus ſe inuicem decipere aliqualiter.*

CONTROVERSIA DCLVI.

FVndata eſt intentio Ven. Congregationis Cathedralis Mantuæ, quod duæ petiæ terræ, de quibus alias inueſtiuit in emphyteuſim nouam q. D. Mathæum Todeſchinum per eius mortem ſine deſcendentibus, ſint deuolutæ ad ipſam Congregationem, nec in illis ius aliquod competat fratribus ipſius D. Mathæi, quia certi iuris eſt in emphyteuſi Eccleſiaſtica non ſuccedere,
1 † niſi deſcendentes primi inueſtiti, Clar. §. *emphyteuſis, quæſt. 28. ſub num. 5. verſic. punctus eſt quid in emphyteuſi, &c.* Burſatt. *conſil. 199. num. 40. in fine. & conſil. 378. numer. 17.* vbi plures allegat. & teſtatur de magis com-
2 muni, adeovt etiam ſi plures † inueſtirentur vno decedente ſine deſcendentibus, non ſit locus iuri accreſcendi inter eos, Clar. §. *emphyteuſis, quæſt. 39.* Corbul. *de ca-*
3 *ducitat. ob lineam finitam, nu. 83.* † quo fit, vt finita linea ipſius Mathæi, iure merito dictæ terræ emphyteoticæ deuolutæ ſint ad Congregationem Dominam directi, §. *emphyteuſim, in Authentic. de non alienand. reb. Eccleſ.* Corbul. *vbi ſupra, num. 1.* & in ſpecie de fratre, quod non ſuccedat fratri, ſed deuoluatur ad Eccleſiam, ſcribit Burſatt *conſil. 251. num 5.*

Nec releuat quod ipſe Matheus inueſtitus eſſet Clericus, & propterea, cum non poſſet relinquere legitimos deſcendentes, dum fuit inueſtitus pro ſe, & hæ-
4 redibus † videantur comprehenſi eius hæredes tranſuerſales; provt in feudo tradit Bal. *in cap. 1. §. naturales, ſub num. 8. ſi de feud. fuerit controu. inter domin. & agnat.* quem communiter ſequuntur Doctores, provt refert Clar. *in §. feud. quæſt. 79. ſub num. 4.* & Roſental. qui plures allegat *de feud. cap 7. concluſ. 59. num. 8.*

Namque (ommiſſo, quod de veritate huius doctrinæ dubitat Roſental. *loco proxime citato*,) reſpondetur, quod ipſe Bal. & cæteri, qui eum ſequuntur, expreſſe loquuntur de eo qui erat in ſacris, & quem certum erat, non poſſe habere legitimos hæredes, qualis non erat iſte D. Mathæus, nam poterat ad libitum dimittetere habitum cum non haberet ordines ſacros, & ducere vxorem, & licet hoc certum ſit in facto ipſum non fuiſſe in ſacris, tamen etiam vbi eſſemus in dubio, id præſumeretur, niſi ex aduerſo probaretur oppoſitum, cum enim non concludat neceſſario, vt qui geſtat habitum Clericalem ſit in ſacris, immo plures ſint Cleri-
5 ci, qui non ſunt in ſacris, non præſumitur † in aliquo etiam geſtante habitum Clericalem Ordo ſacer, niſi probetur, gloſ. *in cap. Præsbyteri, in verb. & conſecrentur, diſtinct. 68.* Innocent. *in cap. final. in princip.* & ibi Anton. de Butrio, *num 8 verſic. concludendo ex. r de eo, qui furtiu. ordin. ſuſcepit*, Alciat. *regul. 2. præſumption. 4.* Maſcard. *in verb. Ordo, concluſ. mihi 1045*, Pacian. *de probation. lib. 2. cap. 34. num. 10.* vbi huius concluſionis refert quatuor rationes.

Non obſtat quoque, quod obijcitur, petiã terræ, de qua in inueſtitura Anni 1600. eſſe feudalem Præpoſituræ, & ob id non potuiſſe obligari Congregationi ſine licentia ipſius Præpoſituræ, atque ſpectare ad ipſos fratres de Todeſchinis; tamquam de ea nuper inueſtitos, vt *fol. 30.* & comprehenſos etiam in iueſtitura antiqua, de qua *fol. 12.*

Ex cõfinibus enim apparet hanc petiam terræ eſſe diuerſam ab illa feudali, & præcipuè ex deſcriptione facta ab ipſiſmet fratribus in inuentario hæreditatis ipſius D. Mathæi, *fol. 23. fac. 1.* ex quibus paret nullo pacto hanc petiam terræ poſſe eſſe partem illius feudalis, & ſententia ſecuta, non obſtantibus probationibus, ſuper hoc factis, quas non vidi, credendum eſt non fuiſſe probatam hanc identitatem.
6 Et tanto minus † hoc obiectum nocet, quia ex inueſtitura non probatur dominium inueſtientis contra tertium, Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſicul. 57 num. 72.* Burſat. *conſil. 26. num. 25* Menoch. *conſ. 252. num. 11. & 24 & lib. 3. præſumpt. 101. num. 14.* Valaſc. *de iur. emphyteotic. quæſt. 9.* Roſental. *de feud. cap. 6. concluſ 70.*
7 Præterea nullitas huius alienationis non † poteſt allegari, niſi à Præpoſitura, quia alienatio non eſt nulla, niſi Domino volente, gloſ. *in l. 2. C. de iur. emphyt* Surd. *deciſ. 70. num. 26. & deciſ. 179. num. 17.* & non intereſt ipſorum fratrum, cum feuda de conſuetudine Mantuana poſſint alienari in præiudicium comprehenſorum, & etiam eis inuitis.

Denique cum recuſauerint deuenire ad menſurationem, mediante qua Congregatio oſtendere volebat adeſſe terras feudales, vltra petiam terræ ſibi obligatam, maximum reſultat inditium veritatem eſſe in contrariũ eius quod aſſeritur à dictis fratribus.

Non obſtat, quod tertio loco proponitur per reos eorum fratrem fuiſſe minorem; quando obligauit primam petiam terræ, & ob id contractum fuiſſe, ipſo iure nullum, vigore Statuti, *ſub rubric. de mod. & forma ſeruand. in contractibus minorum*, quod Statutum
8 ligat † etiam Clericos, ſiue vendant Laico, vel etiam Clerico, Neuizan. *conſil. 39. num. 11.* Borgn. *de tutor. nu 156.*
9 Primo, quia minor, & ſic etiam eius hæres † volens ſtare contractui, non auditur, niſi prius offerat, & reſtituat, quod ex aduerſo habuit, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minorib.* Corn. *conſ. 188. n. 11. vol. 2.* Crauett. *conſil. 7. num. 14.* Roland. *conſil. 59. num. 7. vol. 1.* Menoch. *conſil. 644. num. 3. & conſil. 674. num 5. & conſil. 888. num 5.* quæ oblatio, & reſtitutio eo magis fieri deberet, quando Eccleſia, & ipſa eſt minor, & priuilegiatus non vtatur ſuo priuilegio, contra pariter priuilegiatũ
10 † tractantem de damno euitando, *l. verum, §. final. ff. de minor. l. ſed & ſi mulieres, verſic. æqualitas, l. adminiſtrãtes, §. final. cum l. ſequ. ff. de excuſ. tutor.* Natt. *conſil. 622. n 3* Riminald. Iun. *conſil. 278. num. 72.*
11 Secndo, † quis non auditur aduerſus contractũ, ſub prætextu minoris ætatis, niſi probat minoritatem per tres teſtes fide ſignos bonæ opinionis, & famæ, vt diſponit dictum Statutum *ſub rub. de mod. & forma ſeru. ĩd. in contract. minor. verſic. Et poſſit, & debeat, &c.* quæ quidem qualitates, quod duæ mulieres, & vnus maſculus examinati in caſu iſto pro probanda hac ætate
12 minori ſint teſtes † fide digni, & bonæ opinionis, & famę, cum requirantur à Statuto, debebant articulari, & probari, quod cum non fuerit factum, non dicitur facta ſufficiens probatio requiſita à Statuto, Crot. *de teſtibus, num. 395.* Pariſ. *conſil 24. num. 15. lib. 3.* Crauett. *de antiquit. tempor. part. 1. ſectione quarttur etiam, numer. 3.* Roland. *conſil. 84. num. 10. lib. 3.* Gargiar. *conſil. crimin. diuerſ. ſub num. 17. lib. 1.* Cephal. *conſil. 227. num. 57.* Alciat. *de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 2.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 1. nu. 36. & ſeqq.* Lambert. *de contract. gloſ. 13. n. 30.*

Poſtre-

Digitized by Google

Poſtremum, quod obijcitur de læſione, reſpectu v-
13 triuſque petiæ terræ, reſoluitur primo, † quia res
teſtes Laici examinati pro hac læſione non debent præ-
ualere duob. æſtimatorib. Sacerdotib. nam Clerici, &
maxime Sacerdotes ea proportione præſtant dicto Lai-
corum, vt dictum quattuor Clericorum tantum valeat
quantum ſex Laicorum, gloſs. *in cap. Monachus, in ver-*
14 *bo quorum, 77. diſtinct.* † quæ dicit, quod ſe habent
in ſeſquialtera proportione, quam ſequuntur Barthol.
Socin. *conſ. 28. ante num. 4. volum. 3.* Crauett. *conſ. 267. n.*
2. & conſ. 272. ſub num. 16 Iaſ. *conſ. 13. numer. 2. volum. 3.*
Menoch. *de arbitrar. caſ. 98. num. 5.* Vnde attenta dicta
proportione tantum valebit dictum duorum Sacerdo-
tum, quantum trium Laicorum, provt expreſſe tra-
dunt Cephal. *conſ. 360. num. 2.* & Barthol. Socin. *d. conſ.*
28. ante numer. 4. verſic. Sed in caſu noſtro dico, volum. 3.
15 † qui plus voluit duos Clericos præualere dicto trium
Laicorum, provt voluit etiam Iaſ. *d. conſ. 13. num. 2. vo-*
lum. 3. ſed dato, quod ſint pares, ſequitur, quod mu-
tuo ſe deſtruant, & quod probatio ex aduerſo facta nõ
ſuperet probationem Congregationis, & eo minus,
quia cum dicti Sacerdotes æſtimauerint, tamquam pe-
riti ad hoc publicum officium æſtimandi electi, procul
dubio debent ipſi præponderare dicto horum teſtium,
qui profitentur non eſſe peritos, nec eſſe ſuæ profeſſionis
16 facere ſimiles æſtimationes, nam vt † relatio æſtima-
tionis peritorum reſcindatur, ac emendetur, debet cõ-
trarium doceri per peritiores, Io: Andr. *in addit. ad Spe-*
cul. in tit. de homicid. ſub num. 4. litter. B. Iaſ. *in repetit. leg.*
admonendi, num. 39. ff. de iureiurand. Panthal. de Crema,
qui plures allegat, *in l. 2. num. 299. C. de reſcind. vendit.*
Dec. *in cap. propoſuiſti, nu. 42. extra de probation.* Cagnol.
in l. conſil. num. 23. ff. de regul. iur. Riminal. Iun. *conſ. 233.*
num 125. Bero. *conſ. 89. nu. 9. volum. 1.* de quorum maio-
ri peritia in teſtibus aduerſariorum, ne dum non con-
ſtat, ſed immo, vt dixi, manifeſtum eſt ex eorummet
teſtium confeſſione, eos nõ peritos, & in terminis, quod
17 æſtimatio facta † ab æſtimatoribus præferatur teſtib.
etiam pluribus numero, tradit Bero. *conſ. 102. numer. 35.*
18 *volum. 3.* † ſubdens hoc ſine dubio verum eſſe, quan-
do æſtimatio coadiuuatur publicis inſtrumentis vendi-
tionum, ſicuti in caſu iſto productæ ſunt multæ fides
ad hoc tendentes, quæ quidem venditiones de terris vi-
cinis, etiam pro ſe ſine alio adminiculo probarent va-
lorem harum terrarum controuerſarum, gloſs. *in l. 2. in*
gloſſ. magna verſic. dic ergo, C. de reſcind. vendit. Iaſ. *con-*
ſil. 54. num. 21. volum. 1. Cephal. *conſ. 261. nu. 16.* Cupus,
in l. 2. §. 5 num. 18. C. de pactis, inter emptor. & vendit. latè
Maſcard. *concluſ. 658.* Burſatt. *conſ. 99. num. 4. & conſil.*
19 *184. num. 17.* qui licet † dicat probare tantum præſũ-
ptiue, tamen intelligendus eſt, quando non ſunt pro-
ducta plura inſtrumenta, vt declarat Maſcard. *d. concluſ.*
658. num. 9.

Stantibus igitur ſupraſcriptis neceſſe eſt, vt pars Cõ-
gregationis præualeat, cum habeat ex abundanti vl-
tra relationem æſtimatorum, has fides venditionum ter-
rarum vicinarum.

Et licet dictæ fides loquantur de multo maiori præ-
tio, quam ſit illud, quod fuit erogatum à Congrega-
tione ipſi D. Mathæo, tamen aduertendum eſt, quod
emptio facta ab ipſa Ven. Congregatione habebat mul-
tas circumſtantias, quarum vigore valde diminuieba-
tur valor rei emendæ, nam emebat modicam quanti-
tatem terræ, in loco in quo nihil aliud habebat ſine ædi-
ficijs pro reponendis fructibus, cum ſonere inueſtienda
venditorem, adeo vt ſolum remanebat dominia dire-
20 cti dominij; certum eſt autem pretium, † & valo-
rem rei valde minuit ex circumſtantijs, grauaminibus,
& annexis ipſius rei, *l. ſi quos, C. de reſcind. vendit.* Pan-
tal de Crema, *in d. l. 2 num. 265. C. eod. tit.* Surd. *conſil.*
181. num. 20 & 228. num. 16. Rimin. Iun. *conſ. 27. numer.*
58. & ſub num. 59. Maſcard. *concluſ. 1403. num. 14.* Cra-
uett. *conſ. 202. numer. 19.* Deci. *conſil. 155. per tot.* Paſeth.
21 *conſ. 50. num. 9* & in æſtimatione ad hoc, † vt iuſta
dici poſſit; debet haberi ratio omnium dictarum quali-
tatum, Maſcard. *concluſ. 651. num. 8.* Nauat. *in ſuo ma-*
nuali, cap. 23. num. 78. Atque deducto eo, quod minus
valet res propter onera prædicta, tunc poſtea in reſiduo
attenditur, an venditor ſit læſus vltra dimidiam, Bar-
zi, *deciſ. 123. num. 4. 16. & 22.* Honded. *conſ. 33. num. 63*
22 *vol. 2.* † nam vbi læſio ea non excedit tollerabilis eſt
nec rumpitur contractus, quia naturaliter licet contra-
hentibus ſe decipere aliqualiter, *leg. in cauſa, la 2. §. idem*
Pomponius, ff. de minoribus, l. ſi voluntate, C. de reſcind.
vendit. facit *cap. cum dilecti, & cap. cum cauſa, extra de*
emption. & vendition.

A R G V M E N T V M.

Agitur de fideicommiſſo ob dotis reſtitutionem di-
minuendo, præcipuè ſi aliunde poteſt ſatisfieri.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium diminuendi fideicommiſſum pro reſtitutione dotis, competit mulieri, & eius hæredibus etiam extraneis.*

2 *Fideicommiſſum diminui nequit pro dote, vel eius parte ſolum confiſcata.*

3 *Vel ſi mulier habeat ſcientiam de fideicommiſſo.*

4 *Vel ſi fuit negligens, cum vir dilapidabat eius bona, nec dotem exegit.*

5 *An mulier cum poſſet agere contra tertios rei alienatæ poſſeſſores, valeat diminuere nihilominus fideicommiſſum ob eam dotem. Negatur vt verius, numer. 6. & cur, ibid.*

7 *Potentius eſt ius fideicommiſſi, quam alienatio aliarum rerum; vnde eſt ſolum recurrendum in ſubſidium, ad talia bona prohibita alienari.*

CONTROVERSIA DCLVII.

VIdetur dicendum non eſſe diminuendum fideicom-
miſſum pro reſtitutione dotis vxoris q. D. Thomei
ad præiudicium D. Luciæ; ſed hæredes d. vxoris teneri
agere pro ea parte, pro qua eis competit ius contra
bona primo loco alienata.
1 Licet † enim priuilegium diminuendi fideicommiſ-
ſum pro reſtitutione dotis competat ita hæredibus etiã
extraneis, ſicuti ipſi mulieri, Roland. *conſ. 85. num. 33.*
vol. 1. Nihilominus tale priuilegium non videtur in ca-
ſu iſto nocere d. D. Luciæ.
2 Et primo reſpectu partis dotis confiſcatæ fideicom-
miſſi diminui nequit, Angel. *in Authent. de reſtit. & ea*
qua parit, &c. ſub num. 3. verſic. & ſic patet, Ripa, *in l.*
filiusfamilias, §. diui, ſub num. 77. verſic. Ego in factis vbi de
communi teſtatur, *ff. de legat. 1.* Socin. *in l. 1. num. 87.*
ff. de legat. 1. Pariſ. *conſ. 52. num. 40. volum. 2.* Roland. *cõ-*
ſil. 85. num. 37. vol. 1. Petra, *de fideicomm. quæſt. 8. numer.*
380.
3 Secundo, † ſi poſſet colligi, quod vxor D. Thomei
habuiſſet ſcientiam de fideicommiſſo, ei imputandum
eſſet, & non poſſent eius hæredes diminuere fideicom-
miſſum, Menoch. *libr. 4. præſumption. 190. num. 47.* Pe-
regr. *de fideic. art. 42. num. 17.*
4 Tertio, † ex quo cum videret maritum quotidie
dilapidare bona, & ſibi non cauit, illi amplius non de-
bet ſubueniri ad præiudicium fideicommiſſarij, Iaſ. *in*
Authent. res quæ in fin. decimaquarta limitationis, C. com-
mun. de legat. Petra *de fideicomm. quæſt. 8. ſub numer. 458.*
verſic. & pro hoc facit, Federic. Scot. *conſil. 4. numer. 31.*
lib. 1. tom. 2. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 190. num. 46. in fine,*
& num. 52.
5 Quarto licet videatur communis opinio, † quod
mulier poſſit agere pro reſtitutione dotis, diminuendo
fideicommiſſum, quamuis extent alia bona ſibi obli-
gata penes tertios poſſeſſores alienata per maritum, vt
per Eugen. *conſil. 54. num. 3.* Peregr. *de fideicomm. artic.*
6 *42. ſub num. 18. verſic. contra vero clarè, &c.* † tamen
verior

Digitized by Google

veriot videtur opinio contraria, quod imo mulier teneatur agere contra tertios poſſeſſores ad bona libera, qualia ſunt primo alienata, cum computentur in legitimam, & trebellianicam, iuxta *l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebellianum*, quam opinionem ſecuti ſunt Caſtr. *in conſ. 356. in vltimo dubio, num. 4. volum. 1.* Socin. patruus, *conſ. 75. volum. 1.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 190. n. 45.* & ratio eſt, quia non niſi in ſubſidium mulier poteſt minuere fideicommiſſum pro dotis reſtitutione, vnde cum poſſit conſequi ſatisfactionem aliunde, ceſſat priuilegium, & cum hæc ratio ſit palpabilis, & concludens, debet præualere opinioni, & plurium oppoſitū ſequentium.

Facit etiam, quia potentius eſt ius fideicommiſſi,
7 quam alienatio † de alijs bonis facta a marito, adeo
vt potius debeat retractari dicta alienatio, quam minui fideicommiſſum, vt ex multorum auctoritate probat Rimin. Iun. *conſ. 23. num. 328.*

A R G V M E N T V M.

An, & quando poſt publicatas atteſtationes, & didicita teſtificata liceat examinare teſtes ſuper ijſdem capitulis.

S V M M A R I V M.

1 *Poſt didicita teſtificata, non licet examinare teſtes ſuper iiſdem capitulis, vel directe oppoſitis.*
2 *Limita ſi velit eos examinare pro reprobando teſtes aduerſarias reprobatorios ſuorum.*
3 *Declaratum* Imol. *ſed vid. ibid. & num. 5.*
4 *Examen teſtium admittitur non obſtante priorum publicatione cum ſit pro ſuis coadiuuandis, & illis ac alijs non publicatis euertendis.*

C O N T R O V E R S I A DCLVIII.

NOn ignorant, qui tuentur iura hæredum Illuſtriſſimi q. D. Annibalis Gonzagæ vulgarem concluſionē,
1 † quod publicatis atteſtationibus, & didicitis teſtificatis non licet examinare ſuper eiſdem capitulis, vel
directo contrarijs, ſed tamen etiam ſciunt hoc non habere locum, quando quis vult examinare pro reprobando teſtes aduerſarij, ſuorum reprobatorios, & coadiuuare ſuorum depoſitiones vt eſt doctrina communi-
2 ter † approbata Innocent. *in cap. cum clamor, ſub n. 2. extra de teſtib.* quam ſententiam ſequuntur etiam Cāpeg. *de teſtib. regul. 368. in decima, & trigeſima ſeptima limitatione*, Gabr. *de teſtib. concluſ. 21. nu. 38.* vbi plures allegat, Rimin. Iun. *in ſubſcriptione ad concluſ. Vulpel. 136. num. 17.* Surd. bene *deciſ. 126.* cum infinitis alijs,
3 qui adduci poſſunt; † Quæ opinio & ſi patiatur aliquam controuerſiam ex declaratione Imolæ, *in d. cap. cum clamor, in fine*, vbi teſtes aduerſarij ſunt publicati, quæ tamen declaratio non eſt omnino tuta, per ea, quæ late diſputat Surdus, *deciſ. 126.* Natt. *conſ. 565.* nihilominus vbi teſtes partis aduerſariæ non ſunt publicati ei, qui vult examinare, illos reprobando (provt non ſunt publicati teſtes Illuſtriſſimorum Dominorum Cattaneorum reprobandi Illuſtriſſimis hæredib. d. Domini Annibalis) tunc ſine aliqua controuerſia, veriſſima eſt prædicta concluſio, quod admittatur examen, non obſtante publicatione priorum teſtium factæ ei, qui
4 denuo † vult examinare pro illis coadiuuandis, & reprobandis contrarijs non publicatis, vt vberrime demonſtrat Surd. *d. deciſ. 296.* Rimin. Iun. *in dict. ſubſcri-*
5 *ptione ad conſ. Vulpell. 136.* † quorum vterque etiam docet non obſtare, quod in primis capitulis contineretur locus, vel tempus, quia hoc non deſtruit, ſeu limitat doctrinam Innocentij, niſi quando ſunt publicati teſtes reprobandi.

Sed in propoſito caſu minorem difficultatem habet admiſſio capitulorum, quia non ſunt eadem cum antiquis, ſed mere reprobatoria capitulorum Dominorū de Cattaneis; nam capitula antiqua D. Annibalis continebant, quod iam triginta annis, vltra, vel de tempore, de quo in eis, glarea controuerſa habuerat originem ab eius teſtatis, & in hoc vis erat probationis, quod primo coaluiſſet frontibus eius terrarum, non autem in tempore, noua autem capitula continent hoc tantum quod non poteſt eſſe verum, provt dicunt Domini Cattanei, quod hæc glarea nata ſit iam decem, duodecim, vel quindecim annis, quæ eſt mera reprobatio capitulorum aduerſariorum, non autem comprobatio iurium dominorum de Gonzagis; nam vbi etiam iam triginta annis nata eſſet, tamē nihil ad eos, niſi etiā ortum habuiſſet ab eorum teſtatis, quod non dicunt moderna capitula; propterea inſtatur non obſtantibus ex aduerſo, quorum ſi quæ ſunt fauorabilia acceptantur contrarijs reiectis, admitti capitula producta pro Illuſtriſſimis Dominis Gonzagis, tam pro reprobatione teſtium Illuſtriſſimorum Dominorum de Cattaneis pro reprobatione teſtis examinati ad inſtantiam Dom: Annibalis Gonzagæ, quem ex poſt apparuit contra veritatem, ex profeſſo, & ſcienter depoſuiſſe, vt in capitulis, & ita dicitur, & inſtatur omni meliori modo, &c. citra præiudicium, proteſtando de expenſis, &c.

A R G V M E N T V M.

Saluianum Interdictum in tertio ſucceſſore ob hypothecam competit pro legatis annuis, præcipue in pia cauſa; etiamſi generalis ſit hypotheca.

S V M M A R I V M.

1 *Vtile Saluianum interdictum competit pro legato annuo, contra tertios poſſeſſores, & num. 4.*
2 *Pro legato competit hypothecaria actio; ſpecialis ſi ſit fundus deſignatus; alias generalis in omnibus bonis, & num. 3. Non obſtantibus oppoſitis, num. 8.*
5 *Pro legato anniuerſario facto loco pio, datur hypotheca contra tertium poſſeſſorem bonorum teſtatoris.*
6 *Pro his annuis legatis eſt iniunctum onus reale redditibus. Idem pro penſione ibidem.*
7 *Priuilegium datum alimentis, datur & piæ cauſæ.*

CONTROVERSIA DCLIX.

VTile Saluianum Interdictum intentatum per Reuerendos Carmelitanos Monaſterij S. Mariæ Miraculorum Gonzagæ pro conſecutione annui legati librarum viginti trium, ſolidorum quinque, illis relicti à q. Dom. Magdalena Bignarda, vt in teſtamento producto, *fol.*
1 *11. fac. 2.* † contra fratres de Acerbis tertios poſſeſſores petiæ terræ petitæ alias in ſua hæreditate relicta à teſtatrice, de iure competere, & recte proponere pro ſimilibus legatis annuis, ſupponit expreſſe, & ſine vlla habitatione, Rota, *in deciſ. 689. ſub num. 4. part. 3. nouiſſimar. diuerſor.* & determinat ex profeſſo Paulus Marcheſ. *in tractat. de Saluian. vtili Interdict. part. 1. cap.*
2 *9. num. 2.* † qui mouentur ea ratione generali, quod pro legatis competat hypothecaria, *l. 1. C. commun. de legat. §. noſtra autem, Inſtitut. de legat. l. creditoribus, ff. de ſeparationib.* per quæ iura, & per prædictam concluſionem generalem ex eis deductam, docet Bart. *in leg. Caius, verſic. item quæro gloſſ. ff. de annuis legat. & in l. Lucius, ſub num. 2. ff. de aliment. & cibar. legatis*, pro ſimili-
3 bus † annuis relictis competere hypothecam ſpecialē, ſi deſignatus ſit fundus á teſtatore, ex quo perſolui debeat legatum; ſi autem non ſit deſignatus, ſed ſimpliciter factum legatum, competere hypothecam genera-
4 lem in omnibus bonis; † Id quod in legato alimentorum annuo tradiderunt etiam Ruin. *conſil. 36. in fine, vol. 3.* Socin. Iun. *conſil. 136. num. 6. volum. 2.* Foller. *in practic. cenſual. in verb. huiuſmodi cenſus, ſuper reb. ſub n. 77.*

Digitized by Google

fol. 143. & late tradit Martin. Colet. *in tract. de aliment. libro tertio, capitulo octauo, numer.* 36. *&* 38. *folio* 934.

5 Et quod pro legato † annuo occaſione anniuerſariorum facto loco pio detur hypotheca contra tertium poſſeſſorem bonorum teſtatoris ſcribit, Guid. pap. *queſtion.* 576. vbi dicit ita obtinuiſſe, quem refert, & ſequitur Surd. *in tractat. de aliment. titulo octauo, priuileg.* 51. *ſub numero octauo, fol.* 303. & alibi idem Surd. *deciſ.* 193. *numero ſecundo*, (quæ deciſio eſt in eadem cauſa, in qua eſt eiuſdem *deciſ.* 28. allegata pro motiuo contra Reuerendos actores) inquit, quod pro huiuſmodi an-
6 nuis † legatis cenſetur iniunctum onus reale redditibus, & in penſionario ratione beneficij, quod habeat hypothecam contra ſingularem ſucceſſorem, Rimin. Iun. *conſil.* 298. *per totum, maxime numero nono*, inter quem penſionarium, & hos ſimiles noſtro, ratione legati non conſtitui differentiam, monet Surd. *dict. priuil.* 51. *numero ſeptimo, & octauo*, vbi etiam addit, quod
7 cum detur pro alimentis, † competit etiam piæ cauſe, quæ æquiparatur alimentis, & idem ſcribit Tiraquell. *in tractat. de priuileg. pia cauſa, priuileg.* 63. & licet multi ex iſtis loquantur, quando legatum ex diſpoſitione teſtatoris eſt ſoluendum ex aliquo fundo, deſignato, tamen idem eſt etiam in eo ſimpliciter facto, quia tunc competit generalis hypotehca, vt ſupra dixi ex Bart. Martino Coleto, & alijs eo loco deductis.
8 Non obſtat † *deciſ.* Surd. 28. tum quia vera non videtur, cum ei obſtent deciſiones in ſpecie fundatæ in regula generali, quod pro legatis competat hypotheca, vt ſuperius deductum fuit, & maxime obſtent textus, *in d. l.* 1. *& l.* 2. *C. comm. de legat.* vbi per verbum vniuerſale geminatum, *in l.* 1. dicitur quodcūq; genus legati habere hypothecam, & *in l.* 2. ex omnibus legatis dari hypothecam, ergo, & ex annuis, nam petuntur decurſæ eo tempore, quo iſti rei poſſidebant, & perceperunt fructus, quos non negat Surdus eſſe obligatos pro hac præſtatione, & cum ſolutio ipſo Surdo concedente ſit facienda de fructibus bonorum, quæ reliquit teſtator, vtique rectè agitur ad relaxationem rei pro percipiendis fructibus in perpetuum pro iſto annuo legato.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus reſtituere rem, an poſſit teſtamento legare eius vſumfructum. De legato rei alienæ, & eius æſtimatione ſoluenda. Et de obligatione hæredis cum beneficio inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Cum Sponſus vadit ad domum Vxoris, bona in ea exiſtentia præſumuntur ipſius, vel eius patris, vti domini domus.*
2 *Puncta controuerſia diſcutienda:*
3 *In legato vſusfructus omnium bonorum non comprebenduntur res reſtituenda nedum extranee, ſed etiam haredi, & num.* 4.
5 *Maximè ſi teſtator fuiſſet prohibitus alienare quoquomodo.*
6 *Non veniunt talia bona etiamſi dixerit teſtator;* omnium, & ſingulorum, ac quorumcumque bonorum vbique exiſtentium.
7 *Talium bonorum alienari prohibitorum vſusfructū, nec ſcienter poteſt teſtator relinquere.*
8 *Legatum factum de bonis alterius, quam haredum, non valet, niſi ipſis conſentientibus.*
9 *Regulariter, pro re aliena legata, ſi eam hares praſtare nequit, tenetur ad aſtimationem.*
10 *Nec res, nec aſtimatio eſt petenda legati per errorem facti de re credita ſua, qua tamen morte adueniente non erat futura.*
11 *Pro legato rei ſubiecta fideicommiſſo poſt mortem reſtituendo non debetur nec res, nec aſtimatio.*
12 *Legans rem à ſe poſſeſſam, in qua non habet niſi aliquod ius, illud ſolum cenſetur legare, etiamſi per ſuam mortem eſſet finiturum. Idque etſi fiat talo legatum coniuncta perſone.*
13 *Hares non tenetur ſi confecit inuentarium, niſi quo ad vires hareditatis.*

CONTROVERSIA DCLX.

Controuerſia, quam habent Illuſtres Iugales Dominus Vincentius Andreaſius, vti pater, & legitimus adminiſtrator ſuorum filiorum, & Domina Barbara Folenga eius vxor ex perſona propria cum Illuſtri Domina Anna Victoria Luzzaria, vxore Illuſtris q. Domini Vincentij Folenghi potiſſimum verſatur circa legatum vſusfructus omnium bonorum ſtabilium vniuerſæ ſuæ hæreditatis per annum vnum tantum, & legatum proprietatis quorumdam mobilium domus factū præfatæ Dominæ Annæ Victoriæ ab eodem Domino Folengho eius viro.

Nam omnia ſtabilia per eum poſſeſſa conſiſtebant in bubulcis quingentis terræ curiæ Marzettæ, & alijs duabus petijs terræ bubulcarum trigintatrium in eodem loco Marzettæ, ſed non de iuribus dictæ Curiæ, & in vna domo ſita Mantuæ in contrata Sancti Barnabæ.

Quarum terrarum Curiæ Marzettæ tres partes ex quattuor, & ſic bubulcæ 375. & aliæ trigintatres bububulcæ peruenerunt ad eum, ex donatione illi facta per Dominum Ioſephum Scanſanum eius auum maternum, de qua in proceſſu, *fol.* 10. *cum ſequentibus*, vt deponunt concludenter teſtes examinati pro dictis iugalibus de Andreaſijs, maxime tertius, quartus, & ſeptimus.

Curia enim Marzettæ in totum bubulcarum mille quingentarum vendita fuit ab Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Don Ferrando Gonzaga diuerſis perſonis, cuius totius tertiam partem acquiſiuerunt Domini Lucius, & Ioſeph fratres de Scanſanis, & Dominus Alexander Folenghus pater Domini Vincentij, de cuius hæreditate nunc agitur, ſcilicet dimidiam dictæ tertiæ partis, & ſic bubulcas ducentum quinquaginta emit Dominus Lucius, & aliam dimidiam dictæ tertiæ Dominus Ioſeph, & Alexander, videlicet bubulcas centum ſeptuaginta quinque pro quolibet, vt ex fide inſtrumenti producta, *fol.* 104. *fac.* 2. cuius Domini Lucij prædefuncti cum fuerit hæres Dominus Ioſeph, eius frater, vt ex fide eius teſtamenti, & probant etiam fides ſolutionum productæ ab aduerſaria, *fol.* 64. *&* 65. factum eſt, vt ipſe de dictis quingentis bubulcis haberet tres partes ex quattuor, & ſic bubulcas 375.

Nec non vti hæres eiuſdem Domini Lucij cōſecutus eſt etiam alias bubulcas trigintatres terræ, vt deponunt teſtes, quæ omnia ab eo poſſidebantur tempore donationis, & eius vigore peruenerunt ad Dominum Vincentium, vt per eoſdem teſtes.

Ad eum quoq; ex dicta donatione peruenit dimidia dictæ domus Mantuæ, vnam cum melioramentis totius, nam alias ipſa domus diuiſa erat in duabus domunculis, quarum altera eſſet Domini Lucij, & altera Domini Ioſephi, quarum Dominus Lucius aſſignauit ſuam pro ſcutis ducentum in partem Dotis Dominę Doroteæ filiæ Domini Ioſephi ſui fratris, quando nupſit Domino Alexandro Folengo patris, vt dixi, Domini Vincentij vltimo defuncti, vt ex inſtrumento dotali, *fol.* 57. *fac.* 2. quod etiam clarius deponunt tertius, & ſeptimus teſtes, quas ambas domunculas poſtea fabricauit de proprio Domini Ioſephi, ſocer Domini Alexandri, et de duabus fecit vnam tantum in ea forma, & ſtatu, quæ nunc reperitur, vt per dictos tertium, & ſe-

& ſeptimum, ac alios teſtes.

Similiter ad eumdem teſtatorem ex dictis donatione aui peruenerũt tres partes ex quattuor omnium animalium, & inſtrumentorum ruralium dictæ Curiæ Marzettæ, & etiam omnia mobilia, & ſuppellectilia domus Mantuæ, quam aprime inſtructum habebat ipſe donator, & in qua contulit ſe habitatum Dominus Alexander Folengus, & ſucceſſiuè ſemper habitauit Dominus Vincentius donatarius eius filius.

2 Sicuti etiam † iuris præſumptione dicta domus Mantuæ ſuppellectilia præſumuntur fuiſſe ipſius Domini Ioſephi, quia quando maritus vadit ad domum vxoris (quemadmodum iuiſſe D. Alexandrum depoſuẽt omnes teſtes) bona in ea exiſtentia præſumuntur vxoris, vel eius patris, prout illa, vel iſte eſt Dominus domus, Socin. *conſil* 128 *numero ſecundo, volumine primo*, Ioannes Lopez, *in repet. rubric. de donation. inter virum, & vxorem, §.60. numero vigeſimo primo*, Ancharan. *quæſtione ſeptima, numero tertio, parte prima*, Paſeth. *conſil. 35. numero ſecundo*. Menoch. *libro tertio, præſumption. 51. num. 40.*

Quæ omnia bona peruenta ad dictum Dominum Vincentium ex præfata donatione prætendit ad ſe ſpectare Domina Barbara eius ſoror, quia donatio fuit facta in hac conditione, quod eo decedente ſine filijs maſculis, vel feminis, ſicuti euenit, omnia bona donata reuerterentur ad dictam Dominam Barbaram, cum prohibitione facta ipſi donatario cuiuſcumque alienationis, tam in vltima voluntate, quam inter viuos, tam proprietatis, quam vſusfructus cum annullatione ipſo iure cuiuſcumque diſpoſitionis.

Et propterea probata conditione fideicommiſſi ex inſtrumento donationis, & eius purificatione ex confeſſione vtriuſque partis, vbique in proceſſu, quod Dominus Vincentius deceſſerit ſine filijs, & bona in bonis, ac eorum identitate tam ex dicta fide emptionis, *fol. 104. fac. 2.* quam ex teſtibus contendit ipſa Domina Barbara. nec legatum vſusfructus dictorum ſtabilium, nec proprietatis mobilium comprehenſorum in dicta donatione valere in eius præiudicium, ſed pronunciari debere per mortem dicti Domini Vincentij eius fratris ſine filijs maſculis, vel fœminis, eueniſſe caſum reſtitutionis trium partium ex quattuor bubulc. 500. Curia Marzettæ, & aliarum bubulcarum 33. terræ ſitæ in dicto loco Marzettæ, ac totius domus Mantuæ, dempta tantum tanta parte, quantum capiunt ſcuti 200. aſſignata in dotem matri defuncti, & trium partium ex quattuor animalium, & inſtrumentorum ruralium Marzettæ, & omnium ſuppellectilium, & mobilium tam domus Mantuæ, quam Marzettæ in eius perſonam, & ideo confirmandã eſſe tenutã de illis ab ea acceptam, & condemnandam eſſe ipſam Dominam Annam Victoriam ad illarum reſtitutionem, & relaxationem poſſeſſionis eorum, vna cum fructibus perceptis, vel qui percipi veriſimiliter potuerunt à die mortis dicti eius patris, vel ſaltem vbi veniret confirmanda tenuta data eius filijs, vti hæredibus dicti Domini Vincentij, confirmari cum onere eidem reſtituendi dicta bona cum fructibus, vt ex petitionibus, *fol. 81. & nouiſſime fol. ....*

Quia vero quarta pars illarum bubulcarum 500. Curiæ Marzettæ, & ſic bubulcæ 175. vna cum quarta parte animalium, & inſtrumentorum ruralium ſpectabat ad Dominum Alexandrum teſtatoris patrem, vt ex dicta fide emptionis, *fol. 104. fac. 2.* & illam quę reliquit in ſua hęreditate, & peruenit ad Dominum Vincentium, vti illius filium, & hæredem, quemadmodum deponunt dicti teſtes, & præcipuè tertius, quartus, & ſeptimus, ſuper quibus bonis creauit fideicommiſſum ipſe Dominus Alexander, caſu quo Dominus Vincentius decederet ſine filijs maſculis, vel fœminis (prout deceſſit) in fauorem filiorum maſculorum, vel filij maſculi dictæ Dominæ Barbaræ, qui litteris, & moribus præſtaret, vt ex eius teſtamento, *fol. 9. fac. 2.* prætendunt filij maſculi eiuſdem Dominæ Barbaræ, & Vincentij iugalium de Andreaſijs, vigore dicti fideicommiſſi ad ſe ſpectare dicta bona ſaltem pro dimidia; quæ non abſorbetur a legitima, & Trebellianica, & in eas non ſubſiſtere legatum vſusfructus factum eidem Dominæ Annæ Victoriæ, nec etiam pro ipſa legitima, & Trebellianica, cum non ſufficiant pro oneribus hæreditarijs.

Et ideo debere confirmari tenutam decretam dicto Domino Vincentio vti patri, & legitimo adminiſtratori ſuorum filiorum, vel omnium bonorum cum onere reſtituendi bona debita Dominæ Barbaræ, vel vbi particularis ſententia, & condemnatio fieret contra Dominam Annam Victoriam pro bonis debitis ipſi Dominæ Barbaræ pro reſiduo, & condemnari dictam Dominam Annam Victoriam ad relaxationem illorum vna cum fructibus.

2 Videndum igitur † eſt, an legatum factum ab ipſo Domino Vincentio, vxori ſubſiſtat nec ne? Pro cuius quæſtionis reſolutione primo quærendum eſt an voluerit, & intellexerit legare vſumfructum tantum bonorũ, de quibus diſponere poterat, an vero, & de illis ſubiectis fideicommiſſo, & ſtatim reſtituendis poſt eius mortem.

Secundo vbi voluerit, an hoc de iure facere potuerit.

Tertio, an vbi non potuerit legare ad præiudicium vocatorum, ſaltem hæredes teneantur ad æſtimationem erga legatariam.

Quarto, & denique vbi dici poſſet æſtimationem deberi, an hęredibus ſuffragetur beneficium inuentarij quatenus tantum non eſſet in hæreditate, quod deducto eorum credito, & oneribus hæreditarijs ſufficeret pro dicto legato.

3 Quo ad primum, ſicuti videntur conuenire † Doctores, quod bona illa, quæ non veniebant reſtituenda hæredi, ſed alteri, non intelligantur comprehenſa in tali legato, vt per Menoch. *libr. 4. præſumpt. 142. ſub num. 12. verſic. ſi vero fideicommiſſum*, Surd. *deciſ. 93. ſub nu. 17. & 106. 12.* & ob id pro fideicommiſſo debito Dominæ Barbarę non inſtitutæ ceſſaret omnis difficultas, ita diſſentiunt, quando reſtitutio erat facienda ipſi hæredi;
4 † nihilominus crebrius receptum videtur, vt nec iſto caſu, quamuis verba eſſent vniuerſalia, talium bonorum cenſeatur relictus vſusfructus, Paril. *conſil 98. num. 13. & 14. volum. 2.* Socin. Iun. *conſil. 58. numer. 3. 4. & 5. & 6. volum. 6.* Ruin. *conſil. 206. numer. 13. & 14. volum. 2.* vbi
5 † maxime hoc procedere inquit, quando teſtator erat prohibitus alienare quoquomodo, vt in caſu iſto, vbi in donatione Domini Ioſephi particularis erat prohibitus diſponere etiam de vſufructu, Borg. *de vſufr. ſub numer 98. verſic. ſexto deducunt fol. mihi, 279.* vbi *num.* 105.
6 inquit hoc procedere etiam † ſi teſtator dixiſſet omnium ſingulorum, & quorumcumque bonorum, vbique exiſtentium, Surd. *deciſ. 93. numero decimoſeptimo*, late Riminal. Iun. *conſil. 679. numer. 41. cum ſequentibus, volum. 6.* Caſtill. qui teſtatur de magis communi, *in tractat. de vſufruct. cap. 49. num. decimo quarto*, dixi *controu. 283. nu. 33.* Peregrin. *conſ. 39. per totum, vol. 1. & conſ. 55. num. 13. verſic. Romanus Nouarius, volum. 4.* & in eadem facti ſpecie reſponderunt, & ad eorum fauorem fuit iudicatum, vt ipſi referunt, Cephal. *conſil. 516.* Peregrin. qui inſerit dictum ſuum conſilium, *de fideicomm. art. 6. n. 9. & 13.* vbi *ſub n 10.* dicit obtinuiſſe per duas conformes, & ita fuiſſe executum, & Mantic. *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr. 9. tit. 6. ſub numero octano*, & ibi *ſub numero duodecimo* inquit ita obtinuiſſe. In qua cauſa contrarium conſuluit Decianus, *conſilio quinquageſimo ſeptimo, volumine primo*, ſed contra eum fuit iudicatum, vt refert Peregrin. *d. conſil. 37. numer. 29. volum. 1.*

Cuius opinionis iura, rationes, & auctoritates cum contrarium reſolutione, latè habentur ex profeſſo apud Riminaldum Iuniorem, Cephalum, Manticam, & Peregrinum in locis proxime citatis, apud quos cum facile videri poſſint, non eſt, quod eorum ſcripta tranſcribam.

Digitized by Google

7 Sed vbi, (quod non admittitur) † voluiſset teſtator ligare vſumfructum horum bonorum, quæritur, an potuerit, & in hoc textus eſt expreſsus, *in l.fin.C.de reb. alien.non alienand.* quod non valeat talis diſpoſitio, nec in vſufructu, quando adeſt prohibitio alienationis legis vel hominis, quæ in caſu iſto adeſt expreſſa, etiam reſpectu vſusfructus, & tanto minus, cum agatur de bonis heredum; ſed tertij ſcilicet D.Barbaræ abſolute reſpectu donationis aui, & ſecundum quid reſpectu fideicõmiſſi patris, quia caſu quo ſuccederent eius filij maſculi, vt nunc ſuccedunt, voluit D.Alexander eius pater eam pleno iure eſſe vſufructuariam, quem vſumfructum non haberet ſi valeret ille relictus D.Annæ Victoriæ, ſicuti etiam creſcente hoc intereſſe pro iſto vſufructu D. Barbaræ, non poteſt etiam dici, quod diſpoſuerit de bonis hæredum, quia ad hæc bona ipſius D.Alexandri Folenghi erat vocatus vnus tantum maſculus, & teſtator inſtituit omnes maſculos, & fæminas, & ſic abſolute dicitur diſpoſuiſſe de bonis alterius, quam hæredum, quo
8 caſu certum eſt † non valere hoc legatum ad eorum præiudicium, ſed tantum ſi ipſi conſentiant, argumento *l.rem alienam, ff. de contrahend. emption. l.ſi cui, §. venditionis, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluitur, l.fin. §. penultim. C. commun. de legat.* Menoch. *lib.4. præſumpt.116. ſub n.21.* Surd. *conſ.449. num.* 10. Cephal. *conſ.434. numero decimo.*

9 Stante igitur inualiditate ad præiudicium † vocatorum, quæritur tertio, an hæredes teneantur præſtare æſtimationem, & obligentur pro euictione, quam patietur à fideicommiſſarijs ipſa legataria, cum hoc ſit regulare, quod pro re aliena legata, quæ præſtari nequit, hæres teneatur ad æſtimationem, *l.non dubium, §.final. ff. de legat.3. l.cum alienam, C. de legat. §. non ſolum Inſtit. eod. tit. de legat.*

10 In quo articulo † videtur concludendum negatiue, primo quia, vbi quis legat rem, quam putabat eſſe ſuam ex certa cauſa, quæ tamen eius morte finiebatur, tunc etiam ſi legatum fuit coniunctæ perſonæ, hæres nõ tenetur præſtare rem, nec æſtimationem, Caſtr. *in l. cum alienam*, & ibi Iaſ. *ſub num.5. Cod. de legat.* Mainer. *in l.capienda, alias incip. rapienda, 129. alias omnes, §. quod factum, ſub num.5. ff. de regul. iur.* Menoch. *lib.4. præſumpt.116 num.17. & præſumpt.118. numer.18.* Aldobrand. *conſil.25. numer.35.* Peregrin. *de fideicomm. articulo trigeſimo tertio, ſub numero trigeſimo ſecundo, verſiculo, denique ad hoc eſt deciſio, & numero vigeſimo quarto.*

Ex qua concluſione inferunt Doctores ad caſum no-
11 ſtrum, quod ſi quis legat rem † ſubiectam fideicommiſſo per eius mortem alteri reſtituendo, nec res, nec æſtimatio debetur legatario, ita Iaſ. *conſil.109. per totũ, volum.4.* Bellon. *conſ.9. num.5.* Natt. *conſ.502. num.36.* Peregr. *de fideicomm. artic.33. ſub num.23. verſic. denique ad hoc, & numer.24.* vbi hoc pro indubitato habet, ſaltem quando res non debebatur hæredi, Aldobrand. videndus, *conſil.25. in primo dubio,* vbi late probat hanc ſententiam.

12 Secundo, † quia vbi quis poſſidet rem, & habet ius aliquod in ea, tunc illam legando cenſetur tantum legare ius, quod habet in ea, etiam ſi illud per ſuam mortem eſſet finiturum, & legatum inutile redderetur, & licet eſſet factum coniunctæ perſonæ, l. *vxor patrui, C. de legat. l. qui in rerum, §.1. ff. de legat.1. l. Sticho in fine, ff. de vſufruct. legat.* Alex. *conſil.192. num.14. volum 6.* Iaſ. *d. conſil.109. num.1. & 2 volum.4. & in l.ſeruum filij, num.9 ff. de legat.1.* Natt. *conſil.502. num 33. & 36.* Socin. Iun. *conſil.74. num.10. volum.1.* Gabr. *conſ.129. numer.1. & 2. volum.1.* Peregr. *conſil.61. num.7. volum.2.* Aldobrand. *dicto conſilio vigeſimo quinto, numero decimo quarto, & vigeſimo quarto,* Gabr. *deciſ.195.* vbi ita iudicatum refert.

Tertio, quia talis æſtimatio non fuit petita; ſed tantum inſtitum pro conſequendo legato præciſe relicto, & Iudex non condemnat, vltra petita.

Vbi vero, (quod non concedatur) deberetur æſtimatio, & hæredes tenerentur de euictione, concludo circa vltimum articulum, quod propter beneficium
13 inuentarij non tenerentur, † niſi quatenus paterentur vires hæreditariæ deducto ſuo credito, & ſolutis oneribus hæreditatis, vt tradit gloſs. *in l.final. §. in computatione, in verbo confundantur, verſic. item quid ſi defunctus, C. de iur. deliberand.* Caſtr. *conſ.370. column.2. verſic. ſi vero filij, volum.2* Dec. *in l.ex qua perſona, ſub num.2. ff. de regul. iur. & in l.debitori, num.19. & 20. C. de pact.* Pariſ. *conſil.33. num.98. volum.3.* Andr. ad Oxea, *in tracta de pact. ſub num.228.* Puteus *deciſ.264. libr.3.* Roland. *de inuentar. part.4. ſection. incipiente, quid ſi pater vendidit, ſol. mihi, 111.* Merzar. *in epitom. fideicomm. quæſt.46.* Burſatt. *conſ.5. ſub num.16.* Gabr. *conſ.125. num.12. volum.1.* Peregrin. *de fideicomm. artic.33. nu.23.* Caſtill. *de vſufructu cap.39. ſub num.11.* Surd. *conſil.7. nu.33.* Ioſeph Ludou. *in concluſ. vnic. ſub tit. de hæredib. quæ alias eſt concl. 16. verſic. Et prædicta procedunt, &c.*

Concludo igitur, vel ſimpliciter confirmandam eſſe tenutã decretam Dominæ Barbaræ, reſpectu bonorum donationis Domini Ioſephi, tam ſtabilium, quam mobilium, etiam domus Mantuæ, & condemnandam eſſe Dominam Annam Victoriam ad relaxandam eorum tenutam, vna cum fructibus; reſpectu vero aliorum confirmandam eſſe tenutam decretam D.Vincentio, vti patri, & legitimo adminiſtratori ſuorum filiorum, & condemnandum eſſe vt ſupra, ipſam Dominam Annam Victoriam, vel vbi omnium bonorum tenuta confirmaretur ipſi Domino Vincentio, confirmari cum onere tantum reſtituendi vxori bona donationis Domini Ioſephi, vna cum fructibus; & hoc quia, vt dixi teſtator noluerit, vel non potuerit diſponere de dictis bonis, vel ſaltem, quia nulli debeatur æſtimatio.

Vel vbi placeret Illuſtri Domino Iudici deberi æſtimationem ab hæredibus (quod non creditur, rationib. ſuperius deductis, & maxime quia non fuit petita, ſed inſtitum tantum pro conſecutione legati prætenſi relicti) confirmanda eſſet tenuta ipſi Dominæ Barbaræ, & eius filijs, bonorum reſpectiue ipſis debitorum ex fideicommiſſis Domini Ioſephi, & Alexandri, cum onere ipſis hæredibus dandi tantundem de bonis liberis hæreditatis, ſaluo beneficio inuentarij, & quatenus ſuppetunt vires hæreditatis, iuxta calculum ineundum in executione ſententiæ.

A R G V M E N T V M.

De eadem re. Donatio, quando dicitur perfecta, vel ſolum deſignata, & deſtinata, præcipue reſpectu acceptantis. Æſtimatio legati rei alienæ, quando debeatur nec ne. Quando cauebat vel non hæredi grauato probare bona eſſe defuncti. De legato rei hæredis.

S V M M A R I V M.

1 *Promiſſio donandi in futurum collata, an habeatur pro pura, adeovt detur actio ad ea bona, & num.3. Sed vid. num.4. & 9.*
2 *Si donatio perfecta non enaſcitur, an detur ſaltem actio ad intereſſe.*
5 *Promiſſio faciendi non habetur pro facto ipſo, cum aliud extrinſecus exigitur.*
6 *Actus ſequens præſumitur factus in executionem præcedentis tractatus.*
7 *Approbatio actus inducitur vbicumque in eius executionem aliquid fit.*
8 *Ex actu ſequenti præſumitur qualis fuerit actus præcedens.*
10 *Obligationes ſunt ſtricti iuris. Et quidquid omittitur in ipſis, habetur pro ommiſſo, & num.11.*
12 *Verba dant formam obligationibus.*
13 *Faciens mentionem de inſtrumento cenſetur habere ſcientiam*

tiam

Digitized by Google

tiam omnium contentorum in eo.

14 *Donatarius poteſt acceptare donationem qualificatam, & conditionalem, vt cumque purè ei facta fuiſſet.*

15 *Conſenſu partium licet donationem, vel tollere, vel modificare.*

16 *Ad rem alienam legatam hæres tenetur legatario, vel ad eius æſtimationem, Declara vt ibid. & num. 17. 19. & 20.*

18 *Intellectus*, text. in l. vnum ex familia, §. quod ſi talia ff. de legat. 2.

21 *Æſtimatio rei alienæ legata debetur cum legatum ſit coniunctæ perſonæ. Intellige, vt num. 22.*

23 *Moblia, & ſuppellectilia domus cenſentur eſſe non mariti, qui fuit à ſponſa traductus in domum ſuam, ſed ipſius ſponſæ, vel eius patris, & familiæ.*

24 *Hæres grauatus tenetur ad reddendam rationem bonorum repertorum in hæreditate, niſi ſint conſumpta, & probat ipſe conſumptionem abſque ſua culpa.*

25 *Teſtator poteſt legare rem hæredis.*

26 *Teſtator non cenſetur legare rem alij reſtituendam, etſi leget verbo generico.*

CONTROVERSIA DCLXI.

PRimum motiuum pro Illuſtri Domina Anna Victoria Luzzaria, contra Illuſtrem Dominam Barbaram Folengam Andreaſiam, & eius filios huc tendit, quod ſuperflua ſit diſputatio, an valeat legatum vſusfructus bonorum donatorum per quondam Dominum Ioſephum Scanſanum Illuſtri Domino Vincentio Folengo, factum ab eodem Domino Vincentio prædictæ Dominæ Annæ Victoriæ eius q. vxori, ſub prætextu, quod dicta bona ſint ſubiecta fideicommiſſo, namque cum in capitulis matrimonialibus futuri matrimonij inter dictum Dominum Vincentium, & Dominam Annam Victoriam, de quibus in proceſſu, *fol. 27. fac. 2.* promiſerit ipſe Dominus Scanſanus facere donationem omnium ſuorum bonorum præfato Domino Vincentio, vt ſequeretur tale matrimonium, reſeruato ſibi vſufructu, & honeſta quantitate ad effectum teſtandi, nec adiecerit aliquam additionem alicuius ſubſtitutionis, vel fideicommiſſi, talis promiſſio donandi, licet
1 † in futurum collata habetur pro pura, & ſimplici donatione perfecta, ad euitandos inutiles circuitus, & ex ea oritur actio præciſa ad bona donata, Alba, *conſil. 22. num. 3.* Suarez. *in ſuo theſaur. commun. opinion. in littera D. num.* 147. Pinel. *in l. 2. part. 2. cap. 3. num. 30. C. de reſcindend. vendition.*

Vel ſaltem vbi ex ea non reſultaret donatio perfecta,
2 & actio præciſa ad bona, ſaltem † ſuccedit obligatio ad intereſſe, Angel. *conſ. 104. in fine, & conſil. 310. in fine,* Ruin. *conſ. 167. num. 13. & conſil. 168. num. 9. vol. 1* Iaſ. *conſil. 117. numero octauo, volumine primo,* quo fit vt poſtea Dominus Scanſanus non potuerit aliam faciendo donationem abſente Domino Vincentio adijcere in eius præiudicium, cui iam acquiſitum erat ius, onus ſubſtitutionum, ac fideicommiſſi; vnde ſtante ſimplici donatione ſine aliquo onere, non videtur ſubeſſe aliquod dubium, quin idem Dominus Vincentius potuerit relinquere vſumfructum dictorum bonorum vxori.

Verum obiectum prædictum non reſtagatur intentioni Dominæ Barbaræ, quia vbi etiam admitteremus promiſſionem donandi, ſeu donationem collatam
3 in futurum haberi pro perfecta † donatione de præſenti, de quo tamen dubitat, & oppoſitum vti verius tuetur, Riminald Iun. *in §. primo, numer. 379. Inſtit. de donation. in magna impreſſione, fol. 253.* dico, quod hoc non procederet, quando vere conſtaret, tunc
4 partes † noluiſſe habere dictam promiſſionem pro perfecta donatione, ſed voluiſſe differre actus conſummationem in aliud tempus, quod hic certiſſimum eſt, tum quia Dominus Scanſanus non intendebat, tunc ſimpliciter donare, ſed ita demum, ſi ſequeretur ma-
5 trimonium, & promiſſio faciendi † non habetur pro facto, quando aliquid extrinſecus requiritur, Surd. *conſil. 392. numero decimo primo,* tum etiam, quia ſubſecuta vera donatio arguit partes noluiſſe habere promiſſionem pro actu perfecto, quæ quidem donatio poſt promiſſionem facta, ſine dubio, præſumitur facta in executionem ipſius promiſſionis, & conuentionis, quia actus ſequens præſumitur factus in executionem præ-
6 cedentis † tractatus, *lege quarta, §. vnde quæri poterit, ff. de manumiſſionibus, leg. qui in aliena, §. ſi is, qui portabat, ff. de acquirend. hæreditat.* Menoch. *libr. 3. præſumptione quadrageſima nona, numero ſecundo,* Maſcard. *concluſion. 619. numero ſecundo, & concluſion. mihi, 1239. numero octauo,* & conſequenter etiam matrimonium ſecutum poſt ipſam donationem, cenſetur effectui demandatum, quia impleta fuerat promiſſio donationis, & ex hoc etiam approbata dicitur ipſa donatio, cum qualitatibus, & conditionibus in
7 ea contentis, quia † approbatio actus inducitur vbicumque in eius executionem aliquid fit, Crauett. *conſ. 351. numero decimo,* ex actu enim ſequenti præſumitur
8 † qualis fuerit animus præcedens, *§. pauonum Inſtit. de rerum diuiſion.* Menoch. *libro tertio, præſumptione trigeſima, numer. 54.* qui vtique non poteſt dici, niſi approbatorius eiuſdem donationis, cum alias ſine ea ſecuturum non foret matrimonium.

Accedat, quod veriſimile non eſt, fratres Dominæ Annæ Victoriæ, ſub ea ſimplici promiſſione in futurum collata, quod Dominus Scanſanus feciſſet donationem permiſſuros fuiſſe executionem matrimonij, ſicuti contra veriſimile eſt, quod ſecuta deinde hac vera, & perfecta donatione, eam viderint, & quia ipſis viſa fuerit conformis conuentis, paſſi ſint protinus ſequi matrimonium.

9 Sed, † & ſecundo diluitur obiectum, quia in capitulis matrimonialibus continebantur nonnulla reſpicientia perſonam Domini Vincentij Folenghi ſponſi futuri, aliqua vero perſonam Domini Scanſani, in ſubſcriptione autem, ipſe Dominus Scanſanus nihil promiſit de concernentibus ſuam perſonam, ſed tantum perſonam nepotis, ita enim cantat eius ſubſcriptio, *Io Gioſeppe Scanſani a nome del Signor Vincenzo mio nepote, prometto quanto ſi contiene nelli ſopradetti capitoli,* & per conſequens non poteſt dici aliquam reſultaſſe perfectionem donationis ex ſimplici promiſſione donandi collata in futurum, quia Dominus Scanſanus non approbauit eam partem capitulorum, & cum non legatur expreſſa approbatio, & ſubſcriptio, reſpectu illius promiſſionis non debet etiam ſubintelligi, quia obligationes ſunt ſtricti iuris, *l. quidquid. aſtringenda, ff. de verborum obligation.* & quidquid in illis ommittitur
10 † re, loco, tempore, & perſonis, habetur pro ommiſſo, Socin. *conſ. 64. numero ſexto, & conſil. 70. numero quinto, volum. 3* Socin. Iun. *conſil. 142. numer. 30. volum. 3.* Natt. *conſil. 404. numero ſeptimo,* Riminald. Iun. *conſil.*
11 *442. num. 13.* vbi ſubdit, quod † verba dant formam
12 obligationibus, † & verba ſunt diligenter inſpicienda.

Tertio omnem tollit difficultatem acceptatio facta à Domino Vincentio de dicta donatione in omnibus, & per omnia, prout in ea continetur, & ſcriptum eſt, & ſic etiam cum dictis ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis, vt ex inſtrumento acceptationis nouiſſime in proceſſu producto folio, quæ onera fideicommiſſorum non tantum cenſentur approbata, ex eo quod faciens mentionem de aliquo inſtrumento, vel legato, aut
13 donatione, præſumitur † habere ſcientiam de omnibus contentis in eo, & conditionibus dicto legato annexis, Paul. de Caſtr. *conſil. 59. in tertio dubio, volum. 1.* Alexand. *conſil. 118. numero quarto, volum. 7.* Surd. *deciſione quarta, numero octauo, & deciſ. 216. ſub numer. 43. verſicul. Bene admitto, &c.* ſed etiam, quia effuſo ſermone acceptauit eam *in omnibus, & per omnia, prout continetur in ea,* & ſic etiam vbi non habuiſſet de contentis in ea ſcientiam, voluit tamen ea approbare, & ratificare.

14 Et dubium non eſt, quod ipſe Dominus Vincentius
potuit acceptare, & approbare donationem qualifica-
tam, & conditionalem, & poſt factam, licet antea
fuiſſet facta pura, & ſimplex ſine aliquo onere, vt eſt
gloſ. pręciſa *in l. perfecta in verbo non capit, C. de donat.*
quæ ſub modo, conſenſu enim partium licet à donatio-
15 ne perfecta † recedere, vel etiam modificare, Pariſ.
conſ. 2. num. 20. & conſ. 33. nu. 78. volum. 3. Curt. Iun. *conſil.*
54. ſub num. 1. Dec. *conſ. 254. aliàs eſt conſ. 253. ſub nu. 2.*
verſic. vltimo non obſtat, Clar. *§. teſtamentum, quæſt. 71.*
in fine, Menoch. *conſil. 451. num. 33. & conſ. 1099. ſub n.*
7. Peregr. *de fideicomm. artic. 6. num. 6.* pro quo faciunt
text. *in l. ab emptione, ff. de pact. l. 1. & 2. C. quando liceat*
ab emptio. diſceder.

Et ex his ſunt reſoluta, quæ habentur in allegationi-
bus pro motiuis datis à principio earum, vſque ad ver-
ſic. *Quarto in omnem caſum*,

Succedit nunc ſecundum motiuum, de quo in d. ver-
ſic. *Quarto in omnem caſum, &c.* quod cum teſtator
legauerit vxori, & ſic coniunctæ perſonæ vſumfru-
ctum bonorum, quæ ſciebat per eius mortem eſse
obnoxia conditionibus extinctiuis, cenſetur legaſse tam-
16 quam rem alienam, † & ob id hæredes tenentur, vel
ad legati præſtationem, vel ad eius æſtimationem, iu-
xta *l. cum alienam, C. de legatis*, prout ita tradit Peregr.
de fideicomm. artic. 33. nu. 25. ex ſententia Cuman. Imol.
& Aretin. *in l. quod in rerum, 24. §. 1. ff. de legat. 1.* Capr.
conſ. 146. num. 5. 6. & 7. qui etiam dicit pro hoc bene fa-
cere text. *in l. vnum ex familia, 67. §. quod ſi talia* vbi gloſ.
in verb. oneratum, & ibi Bart. *in §. ſed & ſi fundum, ver-*
ſic. Venio ad verſiculum, quod ſi talia, &c. & Imol. *in §.*
ſed ſi quidem, verſic. in gloſſa oneratum, &c. Paul. de Caſtr.
in §. ſed ſi fundum, ſub num. 4. ff. de legat. 2. idem Paul. de
Caſtr. *in leg. vxor patrui, ſub numero ſecundo, Codic. de*
legat.

Iſtud tamen motiuum fuit per me euacuatum in pri-
mis allegationibus, in quibus ex multorum ſententia,
& communi opinione, & rerum iudicatarum auctori-
tate, oſtendi teſtatorem cenſeri legare tantum ius,
quod habet, licet morte finiturum, etiam quod legatum
redderetur inutile, nec hæredem teneri ad æſtimatio-
nem, & allegaui deciſiones in terminis, vt aiunt ter-
minantibus.

17 Nec refragantur contraria, † quia Doctores illi lo-
quuntur contra communem opinionem, nam excepto
Imola, Cuman. & Aretin. cæteri omnes *in d. l. quod in*
rerum, §. 1. ff. de legat. 1. tenent teſtatorem non cenſeri le-
gare ius morte finiturum, & ibi Alexand. *column. 1.* &
Iaſ. *ſub numer. 7.* & Laneellott. Dec. *column. 2.* de com-
muni, quam etiam vti communem, late comprobat
Aldobrand. *conſ. 25. in 1. dubio*, vbi multos allegat, &
communem dicit, *ſub num. 18. & ſub num. 25.* Peregrin.
quoque *de fideicomm. artic. 6. numer. 9. & 13. & conſil. 37.*
volum. 1. tenet pręciſe contra Doctores, quos allegat
in d. artic. 33. num. 25. in oppoſitum adductos, & con-
tra illos iudicatum refert, ſicuti etiam ita iudicatum re-
fert Gamma, *deciſ. 195.* & Peregr. *in d. artic. 33. d. num.*
25. non refert hanc opinionem tanquam ſolidam, ſed
dicit tantum, quod eam ſecuti ſunt grauiſſimi aucto-
res.

18 Et † ad textum, *in d. l. vnum ex familia, §. quod ſi ta-*
lia, ff. de legat. 2. reſpondent Alex. *in d. l. quod in rerum,*
§. 1. circa finem, verſic. item poteſt reſpondere ad §. &c. &
ibi Iaſ. *ſub num. 4. ff. de legat. 1.* & Aldobrandin. *d. conſil.*
25. ſub num. 25. quod ibi relictum extraneo, quod de-
bebatur hæredi, non erat purum, ſed collatum in
tempus, quo poſt mortem teſtatoris ius plene erat in
alium translatum, & ſic preciſe legauerat rem alienam,
non autem aliquod ius, quod in eo haberet.

19 Præterea, † & ſecundo reſpondetur ad omnia de-
ducta in obiecto, quod procedunt, quando teſtator
ſpecifice legat rem ſubiectam fideicommiſſo, vel eius
vſumfructum, nam tunc certi ſumus de eius voluntate, ſe-
cus ſi in vniuerſum legat vſumfructum ſuorum bonorum
vel hæreditatis; nam tunc non intelligitur legare vſum-
fructum rerum alteri reſtituendarum, ita reſpondit
Peregrin. *de fideicomm. art. 6. num. 16 verſic. Secundo re-*
ſpondetur, quod illorum aſſertio eſt, &c.

20 Tertio reſpondeo, † quod aut fideicommiſſum,
cuius vſusfructus prætenditur legatus, debetur hæredi
inſtituto, & tunc forte poſset procedere obiectum,
quia ſi hæres grauatur in æſtimatione, habet ſaltem rē
legatam, aut debetur tertio non inſtituto, prout in
caſu, in quo debetur D. Barbaræ, quæ non eſt hæres
D. Vincentij, & tunc hæres ad nihilum tenetur, ita di-
ſtinguit Peregr. *d. artic. 33. de fideicomm. num. 23. & 24. in*
3. & 4. caſu, & ſentit Menoch. *lib. 4. præſumpt. 142. ſub n.*
12. verſic. ſi vero fideicommiſſum, Surd. *deciſ. 93. ſub nu-*
mer. 17.

21 Ad tertium motiuum, † quod colligitur ex verſicul.
Quin in fortioribus terminis, dum dicitur æſtimationē
deberi, quando legatum fit coniunctæ perſonæ, pro-
vt tradit Peregr. *de fideicomm. d. art. 33. num. 32. in fine*,
vbi dicit ita iudicatum, & executum.

Vltra deducta in prioribus allegationibus, in verſic.
In quo articulo videtur concludendum, &c. vbi contra-
rium ex multorum auctoritate, & rationibus ibi addu-
ctis, verius oſtendi, ſpecifice reſpondeo, quod Pere-
22 grinus loquitur, quando legata † eſt particulariter
res obnoxia, quo caſu non ambigitur de voluntate
diſponentis, & quando illa debebatur hæredi, quibus
in caſibus nos nō verſamur, & paulo ſupra verſic. *Præte-*
rea, & ſecundo, & verſic. *Tertio reſpondeo* demonſtra-
ui, multum intereſse an legatur res debita hæredi, vel
alij, & an legetur vſusfructus generaliter ſuorum bo-
norum, vel hæreditatis, an vero ſpecifice rei ſubiectæ
fideicommiſso.

Quartum aggredior motiuum, de quo in verſicul.
Et deueniendo ad bonorum mobilium, &c. dum dicitur
non eſse agendum de mobilibus relictis in hæreditate
D. Vincentij, cum præſumantur fuiſse eius propria, ex
quo non eſt probatum illa relicta fuiſse in bonis Dom.
Ioſephi Scanſani.

Illi enim ſatisfacio ex deductis in alijs allegationibus
verſic. *Similiter ad eundem teſtatorem*, vbi dixi per te-
ſtes probatum eſse D. q. Alexandrum Folengum patrē
D. Vincentij iuiſse habitatum ad domum vxoris, & ſo-
ceri, quæ apprimè erat inſtructa ſuppellectilibus, &
ſemper dum vixit D. Scanſanus taliter inſtructa manu-
tenta fuit, & ob id inferebam, dicta mobilia iuris prę-
23 ſumptione † vltra etiam teſtium depoſitiones præſu-
mi fuiſse ipſius D. Ioſephi Scanſani, quo fit vt fuerint
comprehenſa in donatione ab eo facta nepoti, & ſu-
biecta fideicommiſso; Vnde ſequitur, quod vel hæc
bona reperta in hæreditate D. Vincentij paucis excep-
tis ſunt eadem comprehenſa in donatione, vel ſi non
24 ſunt † illa, quod ſaltem teneatur ad reddendum ra-
tionem, Peregr. *de fideicomm. art. 3. ante num. 74. & ar-*
tic. 10. num. 27. & artic. 45. num. 14. & ad eorum reſtitu-
tionem, niſi probetur conſumptio ſine culpa hæredis
grauati, quæ hic probata non fuit; conſumptionem e-
nim allegans, illam probare debet, Maſcard. *in verb. idē-*
titas, concluſ. mihi 873. num. 23.

25 Quintum motiuum eſt, † de quo in verſicul. *Quod*
vero attinet ad hæreditatem, &c. in quo dicitur non
verſari difficultatem. quin legatum valeat, ſaltem
pro bonis fideicomiſſi hæreditatis D. Alexandri Folen-
ghi patris D. Vincentij debitis hæredibus inſtitutis, cum
teſtator poſſit legare rem hæredis, ita vt eam, vel eius
æſtimationem præſtare teneatur.

Sed illud remanet reſolutum, tum quia non poteſt
dici D. Vincentium ſimpliciter diſpoſuiſse de re hæredū,
ex quo non omnes inſtituti ſuccedunt in hoc fideicom-
miſso D. Alexandri; ſed vnus tantum, & ex quo Do-
mina Barbara eſt vſuſfructuaria, vt obſeruaui in primis
ſcriptis, ſub verſic. *Sed vbi (quod non admittitur,)*
&c. tum etiam quia obiectum procedit, quando teſta-
tor ſpecifice diſpoſuit de re ſubiecta fideicommiſso, vt
animaduerti ſupra in verſic. *Præterea, & ſecundo, &c.* ſe-
cus quando generaliter diſpoſuit de bonis ſuæ hęredita-
tis;

Digitized by Google

26 tis, nam tunc † non cenſetur diſpoſuiſſe de re alteri reſtituenda, vt late ex communi, & rerum iudicatarum auctoritate confirmaui in dictis primis allegationibus, verſic. *Quo ad primum ſicuti videndum, &c.*

De debitis ſolutis à D. Vincentio teſtatore, & pecunijs datis in dotem ſorori, de quibus in fide nouiſſime ex aduerſo producta, nunc non ago, quia de his habenda erit ratio in executione rei iudicatæ.

ARGVMENTVM.

Agitur plenè de renunciatione legitimæ per matrē in bonis filij. Quota ſit aſcendentium legitima; an, & quomodo ei renunciari poſſit, vel præſumuntur; De renunciatione iuris futuri, & in ſpecie, & an talis ſit legitima. De vi iuramenti eidem renunciationi adiecti; & de verbis, quibus tali ſpeciei cenſeatur renunciatum. De aſſertionibus probandis; & aliqua de læſione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Parentibus debetur legitima in bonis filiorum, ſi decedūt ſine filijs.*

2 *Legitima matri debita inſtituto extraneo, & præterita ſorore, eſt tertia eius, quod matri debetur ab inteſtato, iuxta* Bart. *& num.* 3. *Præcipuè de Statut. Mant. Alij tenent deberi tertiam totius hæreditatis partem.*

4 *In renunciatione generali non venit legitima, niſi ſpecialis fiat mentio.*

5 *Legitima debetur ijs, qui habent querelam inofficioſi teſtamenti, vt parentes in bonis filiorum.*

6 *Debetur legitima etiam ſi renuncietur à parentibus.*

7 *Etiamſi interueniat iuramentum.*

8 *Iuramentum non operatur, vbi deficit conſenſus, ſed ſolum vbi deficerent ſolemnitates, ſed vid. num.* 35.

9 *Renunciationes, etſi reſpicientes tempus futurum, reſtringuntur ad ius, quod habebat de præſenti in ſpe.*

10 *Ius ſuccedendi per mortem alterius, dicitur ius in ſpe, & de futuro.*

11 *Spes inſpicitur, conſideratur, & poteſt remitti, cum ea eſt de iure præſenti.*

12 *In legitima non poteſt filius, vel pater habere ius conſiderabile, nec in re, nec in ſpe.*

13 *Non cenſetur renunciatum legitimæ, nec cum renunciatione iuribus de futuro.*

14 *Eſt contra communem votum parentum, filium præmori, & ſine liberis.*

15 *Renunciatio etiam generalis non porrigitur ad extraordinaria, & inſolita.*

16 *Renunciatio vbi poteſt verificari in aliquo iure de præſenti, non extenditur ad futurum.*

17 *Aduerſa opinio in hypotheſi.*

18 *Vnicuique licet renunciare iuribus, & fauori ſuo.*

19 *Iuri etiam futuro poteſt renunciari, maximè mediante ſtipulatione, parte præſente, & acceptante.*

20 *Quod procedit etiam in ſucceſſione futura, accedente præcipuè conſenſu domini bonorum.*

21 *Item in legitima id obtinet, etiam viuente eo in cuius bonis debetur.*

22 *Renunciantibus iura ſua non datur amplius regreſſus.*

23 *Textus in* l. ſi quando. §. & generaliter de inoffic. teſtament. *interpraetatur, declaratur, & limitatur, & num.* 24. 29. 34. 38.

24 *Renunciari poteſt legitima per generalem renunciam, dūmodo aptam continere ius futurum, cum eſt viuens ille, in cuius bonis prætenditur.*

25 *In bonis viuentis nulla debetur legitima.*

26 *Ius quærendum, quale eſt illud in bonis, adhuc viuentis facilius conſumitur, quam ius quæſitum.*

27 *Verbum,* vllo tempore, *comprehendit omne tempus etiam futurum.*

28 *Eiuſmodi ſunt verba,* Aliquod, Vnquam, *& verbum,* Poſſet prætendi, *imperfecti ſubiunctiui modi.*

29 *Renunciatio generalis comprehendit legitimam, quando eſt roborata iuramento; Et eſt magis communis, numer.* 31.

30 *Clauſul.* Sincere, &c. *ex ordine Mantuæ producit omnes fere effectus iuramenti.*

32 *Iuramentum habet vim ſpecialis conſenſus.*

34 *Verba ampla, & prægnantia adhibita in renunciatione, afficiunt & legitimam. & num.* 59.

35 *Et fideicommiſſum conditionale.*

36 *Renunciatio facta de omnibus iuribus, non poteſt reſtringi.*

37 *Ex vi geminatæ, & vniuerſalis locutionis veniunt res, & perſonæ, quæ aliàs non veniunt.*

38 *Renunciatio generalis comprehendit legitimam, cum non appareret, quod poſſit in alio verificari, & aliud importare.*

39 *Diſpoſitio generalis, quæ in vno tantum verificari poteſt, habetur pro ſpeciali, & indiuidua.*

40 *Qui remittit omne ius quod habet, vel habere ſperat, cenſetur renunciare fideicommiſſo, ſi in alio non poteſt renunciatio operari.*

41 *Qui aſſerit renunciationem quo ad plures poſſe operari, id probare debet, dum non præſumitur.*

42 *Cauſa ſuppoſita debet eſſe legitima, & iuſta.*

43 *Verba diſpoſitionis debent intelligi cum effectu.*

44 *Verba,* cuiuſcumque actus *intelliguntur de valido, & efficaci, non vero nullo.*

45 *Agens contra aliquem tanquam hæredem debet probare eum talem eſſe; aliàs non poteſt obtinere. Etiamſi ageretur cum filio, & num.* 46. *&* 48. *Præcipuè ſi ipſe ſe negat hæredem.*

49 *Non releuat aliquid aſſerere, niſi probetur.*

50 *Allegans, & non probans iure carere dicitur; immo calumnioſam cauſam fouere præſumitur, & numer.* 51.

52 *Euidens calumnia non facit rem dubitam, nec cauſat ius pro actore.*

53 *Tutor poteſt remittere prætenſionem pupilli, quam nec probare poteſt, nec ſpes eſt eam probandi. Etſi aliqui id relinquant arbitrio Iudicis. & num.* 54.

55 *Adminiſtrator non redditis rationibus præſumitur ſibi ſatisfeciſſe de credito, quod habebat.*

56 *Filius poteſt retinere dotes maternas donec ea reddat rationes.*

57 *Parentes ſolent cogitare de prædecedentia filiorum.*

58 *Leges feruntur circa frequenter accidentia.*

60 *Legitima habet de præſenti aliquod ius; etſi in ſpe.*

61 *Etiam in futurum accedente conſenſu, poteſt renunciari.*

62 *Verba concepta in futurum operantur etiam quo ad ius omnino futurum de futuro.*

63 *Renunciatio afficit etiam ius futurum, etiam ſine ſpe de præſenti, cum non poteſt operari in iure de præſenti.*

64 *Verba ita prægnantia, vt neceſſario omne ius comprehendant, includunt etiam ius futurum de futuro.*

65 *Amplia in renunciatione de hæreditate viuentis, cum pactum fuit de hoc factum parte præſente.*

66 *Læſionis ratio attendenda eſt de tempore renunciationis.*

67 *Læſio non habetur in conſideratione cum dubius eſt euentus ipſius.*

68 *Spes in conſideranda læſione æſtimatur habito reſpectu ad id, quod quis veriſimiliter pro ea erogaſſet.*

CONTROVERSIA DCLXII.

PErſoluit quoddam debitum maternum M. Magnificus q. D. Chriſtophorus Aquanigra, ob cuius ſolutionem vice verſa D. Heliſabet Manaria eius mater, vltra ſpecificam renunciationem de iuribus quibuſdam, quæ habebat in melioramentis certæ domus, eidem filio ſuo præſenti, & acceptanti fecit pregnantem finem, & renunciam de omni eo, & toto, quod ipſa vllo vnquam

tempore

Digitized by Google

tempore petere habere, & conſequi poſſet à præfato
D.Chriſtophoro, & in illius bonis ex quauis ratione,
occaſione, & cauſa tam tacita, quam expreſſa.

Deceſſit deinde idem D.Chriſtophorus inſtituta hæ-
rede vniuerſali M Magnifica D.Angela Bottazaria eius
vxore, relicto quodam legato iure inſtitutionis matri,
& præterita ſorore, egit ipſa D.Heliſabet mater ad ſup-
plementum legitimæ, contendens ſibi deberi tertiam
totius hæreditatis partem pro ipſa legitima, & tandem
diffinitiua ſententia lata per ampliſſimum Senatum
fuit omnino abſoluta Domina Angela rea conuenta.

Nunc denuo obtenta reuiſione inſurrexit D.Clara ſo-
ror præfati D.Chriſtophori, tamquam hæres commu-
nis matris, & petijt reformari præfatam ſententiam,
cenſendo ei vti matri hæredi deberi tertiam partem to-
tius præfatæ hæreditatis pro dicta legitima.

1 Cuius petitio prima facie iuridica videtur, quia cer-
tum eſt parentibus deberi legitimam in bonis filiorum
ſine deſcendentibus defunctorum, *l.nam & ſi parentib.
in fine, ff.de inoffic.teſtam.* §.1. *Inſtit.eod.tit. Authent.Pra-
ſbyteros, Cod.de Epiſcop.& Cleric.* Afflict. *deciſ.*301.*num.*
2. D.Surd. *conſil.*112.*num.*85. Craſſ. *§.legitima, quæſt.*5.

Quæ quidem legitima debita matri quanta ſit, vbi
filius deceſſit inſtituto extraneo non turpi perſona, &
præterita ſorore, & ſi admodum controuerſum ſit, alijs
2 exiſtimantibus † eſſe tantum tertiam eius, quod matri
deberetur ab inteſtato, cuius auctor anteſignanus eſt
Bart. *in l.pater filium in 2.lectura, num.*14.*ff.de inoffic.te-*
3 *ſtament.* † alijs vero opinantibus, immo eſſe tertiam
totius hæreditatis, vt originaliter docuit Iacob. Buti-
garius, *in ſua quæſt.*6. *incipiente Quæſtio talis proponitur,
&c. quam diſputauit Bononiæ, de anno* 1336. tamen vi-
detur crebrius recepta ſententia Butrigarij præſuppoſita
prætenſione ſororis, vt per Alex. *in l.ſi plurib.§.ſi duo-
bus, in fine, ff.de legat.*1. Gabr. *conſil.*94.*num.*7. *volum.*1.
Franch *deciſ.*63 *ſub num.*8. & 9. Theſaur. *deciſ.* 172. *ſub
num.*4. Io:Franciſc.de Ponte, *conſ.*66. & *conſ.* 68. Craſſ.
*§.legitima, quæſt.*8.

Nec iura actricis videntur quoquomodo debilitari
4 per † d.renunciam factam à matre, tum quia in re-
nuncia generali non comprehenditur legitima, niſi de
ea fiat ſpecifica mentio, *l.ſi quando, §.& generaliter*, vbi
Iaſ. *num.*5 plures allegat in hanc ſententiam, *C.de in-
offic.teſtam.* & infinitos alios cumulant Gabr. *de legitima
concluſ.vltima, num.*1. Menoch. *conſil.*71.*num.*2.

Cuius legis diſpoſitio procedit etiam reſpectu legiti-
mæ debitæ parentibus, nedum filijs, quia extendit
ſuam ſanctionem ad omnes, qui habent querelam inof-
5 ficioſi teſtamenti, † quales ſunt parentes contra teſta-
menta filiorum, *Inſtit.de inoffic.teſtam.in princ.verſicul.
Non autem liberis tantum, &c. l.*1.*ff. eod.tit.* & hoc quod
6 d.lex † procedat etiam reſpectu renunciæ factæ à pa-
rentibus, tradit, dicens ita conſuluiſſe, Roderic.Suarez,
in l.quoniam in prioribus, in 16.*ampliat.ſub num.*3.*verſic.
& per prædicta, C.de inoffic.teſtam.* Gutierez, *in tract.
de iurament.confirmat.part.*1.*cap.*19.*num.*2. Gomeſ. *ad
l.*22.*Tauri, ſub num.*3.& 4.

7 Et habet locum etiamſi renunciatio eſſet † iuramen-
to firmata, vt de magis communi teſtatur Gabr. *in
tit.de legitima, concluſ.*8.*num.*9. quia *d.§.& generaliter*,
interpretatur renunciantes non ſenſiſſe de legitima, iu-
8 ramentum autem † non operatur, vbi deficit con-
ſenſus, & ſic ſubſtantia, ſed tantum vbi eſt defectus
ſolemnitatis, vt in propoſito tradunt Grammatic. *de-
ciſ.*102.*ſub num.*88. & 89. & Boet. *deciſ.* 108. *numero o-
ctauo.*

Tum etiam non videtur obeſſe dicta renunciatio,
quia ſimiles renunciationes, quamuis reſpicientes tem-
pus futurum, reſtringuntur ad ius, quod habebat renun-
9 cians † ex aliqua cauſa de præſenti re, vel ſaltem ſpe,
non autem extenduntur ad ius futurum, ex cauſa futu-
ra nullam habens ſpem conſiderabilē de præſenti, Bart.
in l.qui Romæ, §.duo fratres, in 6.*quæſt.ſub num.*19.*ver-
ſic.item important, & intelliguntur, &c. ff.de verbor.obli-
gationib.* idem Bart. *in l.quod ſeruius, num.*4.*ff.de condict.
cauſ.dat.* & *in l.qui cum tutoribus, num.*1. & ibi Iaſ. *nu.*2.
& 3.*ff.de tranſact.* Curt. Iun. *conſil.*101.*num.*7. Maſcard.
*concluſ.*1264.*numer.*13. Surd. *conſ.*267.*num.*5.

10 Ius autem, † quod poteſt competere alicui ex ſuc-
ceſſione per mortem alterius, dicitur mere ius de futu-
ro ex cauſa futura, non habens aliquam ſubſiſtentiam
de præſenti, vt tradit Bart. *in l.post emancipationem,
§.illud, numer.*1.*ff.de liberation.legat.* vbi inquit, *Nota,
quod non debet haberi æſtimatio illius ſpei, quod quis poteſt
alteri ſuccedere, & licet appellatur ſpes, tamen non eſt
legitima; ratio eſt,* inquit ipſe, *quia nullum ius eſt fun-
datum in re, nec filius habet ius in hæreditate patris
11 patre viuente, † ſed ſi haberet aliquam ſpem de iure præ-
ſenti ex contractu conditionali, tunc dico, quod ipſa ſpes
inſpicitur, & ideo dico, quod ſi in contractu apponuntur
iſta verba (Remittit omne ius, quod habet, vel habere ſpe-
rat in tali re) tunc videtur remittere omne ius, quod ha-
bet de præſenti, vel habere ſperat in futurum ex cauſa de
præſenti; alias non dicitur ſpes illa, quæ non eſt fundata
de præſenti.* Hactenus Bartolus; idem Bart. *in d. l.qui
cum tutorib.ante num.*1.*ff.de tranſact.* Bertaz. *conſil.ciuil.*
57.*num*4.*cum plurib.ſeqq.* Peregrin. *de fideicomm.articul.*
51.*num.*31.

12 Id quod procedit etiam in legitima, † vt in ea ne-
dum parentes, ſed nec etiam filij dicantur habere ali-
quod ius de præſenti, nec re, nec ſpe conſiderabile, Bart.
*in l.*1.*§.ſi impuberi, ff.de collation.bon.* vbi dicit, quod ex
eo quod lex decernat ſucceſſionem filio, per hoc non di-
citur habere propriè ſpem, Iaſ. *in l.lex Cornelia, ſub n.*
5.*ff.de vulgar.& pupill.* idem *conſ.*181. *nu* 10. & ibi Becci.
in addition. concordantes allegat, *volum.*2. Alba, *conſ.*
471.*num.*10. Deci. *conſ.*19.*ſub num.*6.*verſic.Nec huic*, la-
te Bec. *conſil.*34.*numer.*17. Honded. *conſil.*61.*num.*7.*vo-
lum.*2.

13 Et ob id, † quod filius non dicatur habere aliquod ius
de præſenti in legitima, nec re, nec ſpe, reſponderunt
in propoſito in ſimilibus renunciationibus etiam reſpi-
cientibus ius de futuro, non cenſeri renunciatum legiti-
me, Alba, *conſil.*66. & Pacian. *conſil.*132.*num.*69.

Quod eo fortius videtur dicendum in propoſito ca-
ſu, tamquam valde exorbitanti, & extraordinario,
quod mater ſenio affecta cogitauerit ſe ſuperuicturam
filio, & in eius bonis habituram legitimam, quaſi duo
de abhorrentia à parentibus voluerit præcogitare, ſcili-
cet filium præmortuum, & præmoriturum ſine liberis,
14 † contra commune votum parentum, iuxta *l.nam
& ſi parentib.ff.de inoffic.teſtam.& l.liberorum, ff.de ver-
bor.ſignific.* quibus in terminis, quando verſamur in ca-
15 ſu exorbitanti, & valde extraordinario; tunc † renun-
ciatio etiam generalis ad illum non porrigitur, Alexand.
*conſil.*28.*ſub num.*12. *lib.*1. Emanuel Soarez. *in theſaur.
commun.opin.in verb.renunciatio, num.* 48. vbi de com-
muni, Villagut. *deciſ.*13.*num.*4.

16 Præcipue etiam, † quia dicta renunciatio poterat
verificari in alio iure, quam legitimæ, ſcilicet in iure
prætenſo pro dote à matre contra filium vti hæredem
patris, & pro quo iam inſtituerat contra eum iudiciū,
cuius nouiſſime præſentatus fuit proceſſus, quo caſu vbi
poteſt verificari in aliquo iure de præſenti, non compre-
hendit ius de futuro, Bart. *in l.qui Romæ, §.duo fratres,
in* 6.*quæſt.nu.*19.*ff.de verbor.obligat.* vbi cæteri poſt eum,
Menoch. *lib.*3.*præſumpt.*15. *num.*34. Peregrin. *de fideic.
art.*52.*ſub num.*32.*cum ſimilib.*

Et quod voluerit intelligere de alio iure, quam de
legitima, colligitur, quia caſſauit omnes ſcripturas tam
publicas, quam priuatas, in quibus apparere poſſet
D.Chriſtophorum eſſe eius debitorem, cuius tamen
legitimæ debitum certum eſt non conſtitui pacto, ſed
lege, & ſic de ea non extare ſcripturas aliquas, quæ
obligarent filium, ſeu eius bona, nec eumdem potuiſ-
ſe eſſe illius debitorem, cum legitima non debeatur vi-
uente eo, in cuius bonis ea poteſt prætendi, vt ſupe-
rius deductum fuit.

17 His tamen † minime obſtantibus, teneo confirman-
do priorem ſententiam, abſoluendam eſſe D. Angelam
à peti-

Digitized by Google

à petitis, & actricem condemnandam eſse in expenſis
quadruplicatis.
Moueorque, quia D. Eliſabet mater D. Chriſto-
phori renunciauit petitæ legitimæ, vt in inſtrumento
renunciæ in principio recitato, quod vtique facere po-
18 tuit, ſi quidem vnicuique licet renunciari iuribus, † &
fauori ſuo, *l.ſi quis in conſcribendo,C.de pactis*, & licet
regulariter non poſſit renunciari iuri omnino futuro, ta-
19 men, ſecus eſt, vbi id fit per pactum, parte † præſen-
te, & acceptante, maxime interueniente ſtipulatione,
vt poſt alios tradunt, Bolognett. *in l.1.ſub num.86.ver-
ſic.Secundo vero caſu*, & ibi Io:Sichard. *num.*20. Pur-
pur. *num.*50.60.*C.de pact.* Pariſ. *conſ.7.num* 60.*volum.*2.
*& conſ.5.num.*158.*&* 159.*volum.*4. Curt.Iun. *conſil.* 290.
*num.*26. latè Tiraquell. *in tractat. de retract.* §.1. *gloſſ.*9.
*num.*124. & fortius accedente iuramento, Aquenſ. *in
d.l.1.num.*17. & ibi Io:Sichard. *num.*21. Purpur. *num.*64.
Tiraqu. *in l.ſi vnquam in præfatione,num.*138. *C.de reuo-
cand.donation.* D.Surd. *conſ.*267.*num.*21.
20 Quod procedit etiam in † ſucceſſione futura, acce-
dente conſenſu eius, de cuius hæreditate tractatur, &
præſertim interueniente iura mento, *l.final. C. de pact.
cap.quamuis,de pact.in 6.* Pariſ. *conſ.5.num.*144.*volum.*4.
*& conſ.26.num.*4.*&* 5.*& conſ.93.num.4 in l.3.*Socin.Iun.
*conſil.5.num.3.volum.*2.
21 Atque denique habet locum in legitima, † cui pa-
riter renunciari poteſt, etiam viuente eo, in cuius bo-
nis debetur, vt mox patebit in reſolutione, obiecti de
l.ſi quando,§.& generaliter,Cod.de inoffic.teſtament. &
tradunt ex profeſso Menoc. *conſil.*71.*& conſ.*831. Becci.
*conſil.*34. Pedroch. *conſil.*6. Curt. Iun. *conſil.* 191. & con-
fert etiam optimè *totum conſil.* Porti. 141. quod licet nõ
loquatur in legitima, tamen in cæteris à prime compro-
bat partes D. Angelæ.
22 Renunciantibus, † autẽ iura ſua ad ea non datur am-
plius regreſsus, *l.quæritur,§.ſi venditor,ff.de ædilit.edict.l.
herrennius in principio,ff.de euiction.* Iaſ. *conſ.*219.*num.*14.
*volum.*2. Pariſ. *conſ.69.num.20.volum.*3. D. Surd. *conſil.*
133. *num.*1. cum infinitis.
23 Non obſtant modo contraria, † nam ad id, quod
dicebatur, non cenſeti renunciatum legitimæ per renũ-
ciam, vtcumque generalem, niſi de ea fiat ſpecifica
mentio, vt *in d.l.ſi quando,§.& generaliter,C.de inof-
fic.teſtam.* multipliciter reſpondetur.
23 Primo, † quod *d.§.& generaliter*, limitatur, vt
procedat tantum in terminis, in quibus loquitur, vi-
delicet, quando agitur de iure iam delato, & acquiſi-
to per mortem eius, in cuius bonis debetur, ſecus ve-
ro, vbi tractatur de renunciatione facta viuente eo, in
cuius bonis prætenditur legitima; nam illi renuncia-
tum dicitur per renunciam ſimplicem, & generalem;
dummodo aptam comprendere ius futurum; ita dictum
textum declarauit originaliter, Cuman. *conſil.*188.*per
totum,maxime,in verſic.tamen propter auctoritatem tot,
& tantorum Doctorum,&c.* quem ſecuti ſunt Deci. *in l.
1.in 2.lectura,nu.3.in fine,ff.ſi cert.petat.* *idem conſ.* 298.
aliàs eſt conſ.299.ſub nu.5.verſic.& aliam reſponſionem,
&c. Ruin. *in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,num.*167. *in fi-
ne.ff.de liber.& poſthum. & conſ.97. nu.4.&* 7.*vol.*1. Curt.
Iun. *conſ.10.num.*3. Crauett. *conſ.* 552. *num.*21. Tiraqu.
*de Iur.primogen. quæſt.55.num.*14. Gabr. *de legitima,con-
cluſ. vltim. num.* 17. Io: Vincent. de Anna, *ſingul.* 441.
vbi Fabius eius filius multos addit, Menoc. *conſil.71. nu-
mer.5.& conſil.831.n.*3. Bec. *conſil.34. nu.*14. Riminald.
Iun. *conſil.164.num.*20. Pedroch. *conſil.6.num.*24. Pere-
grin. *conſ.66 nu.1. volum.*1. Maluaſ. *conſ.* 117. *numer.*11.
Honded. qui dicit ita limitari, *d.§.& generaliter*, *conſ.*
10.*num.*28.*&* 29.*volum.*1. Moroti. *conſ.9.nu.*21.*&* 22.
& non eſt qui contradicat.
25 Qui reddunt eam rationem; † quia tunc is qui re-
nunciat non habet aliquod ius in legitima, in bonis e-
nim viuentis nulla debetur legitima, *l.1.§.ſi impuberi,ff.*
26 *de collation.bonorum*; † & propterea facilius exclude-
tur à iure quærendo, quam à iure quæſito, prout con-
ſiderat poſt Cuman. Ruin. *d. conſil.97. num.7. volum.*1.
Menoch. *d.conſil.71.num.6.& 7.* ac cæteri ſuperius cita-
ti.
Quod autem renunciatio in propoſito caſu concepta
ſit per verba apta comprehendere ius futurum, clariſſi-
mum eſt, tamen per illa verba, *vllo vnquam tempore*,
27 quæ tam vigore † dictionis, *vllo*, comprehendentis
28 omne tempus, ad tradita late à Surd. de † verbo *aliquo
deciſ.183.num.8. cum ſeqq.* quam verbi, *vnquam*, im-
portantis pariter omne tempus, gloſs. *in l.prouidendum,
in verb.numquam,Cod.de poſtul.and.* per conſequens e-
tiam per illud verbum, *Poſſet*; præteriti imperfecti ſu-
biunctiui modi, quod itidem refertur ad futurum,
Bart. *in l.1.ſub num.11.ff.de iur.codicill.* Bal. *in leg. ſi quis
agere,num.12.verſic.Deinde reſpiciamus verba temporis,
&c. C.eod.tit.de codicillis*, Burſatt. *conſil.89. paulo ante
num.42.verſic.Secundo, quod clauſula, &c.* Riminald.
Iun. *conſ.111.num.86.& 87.* Immo videtur renuncia iſta
magis concepta in futurum, quam aliter, quaſi voluerit
dicere, quod renuncietur cuicumque iuri, etſi non
haberet de præſenti, ei, quod ſaltem vllo vnquam tem-
pore poſset habere in futurum.
29 Secudo reſpondetur, quod diſpoſitio *d.§.& gene-
raliter*, non habet locum, & ſic renunciatio generalis
comprehendit legitimam, quando eſt roborata iura-
29 mento (ſicuti in caſu iſto mediante † clauſula *S.n-
30 cere, &c.* † quæ ex ordine patriæ parit omnes effe-
ctus iuramenti, exceptis quibuſdam, qui non aduer-
ſantur noſtræ intentioni,) ita probatur in text. *in cap.
quamuis de pactis,in 6.* & ita etiam concludunt Roman.
*in l.1.§.ſi quis ita,ante num.33.verſic.vltimo in quantum,
&c.ff.de verbor.oblig.* Iaſ. *in d.l.ſi quando,§.& genera-
liter, num.*6. & ibi Menoch. *in addit.C.de inoffic. teſtam.*
idem Iaſ. *conſ.207.ſub num.7.vol.2.& conſil.69.ſub num.*
1. & ibi Becci. *in addit.* qui teſtatur de magis recepta,
Rub. *conſil.73.num.*5. Pariſ. *conſil.1. num.*03. *volum.*3.
Ripa, *in l.1.num 68 ff.de vulgar.* Cagnol. *in l.2. numer.*
43.*C. de reſcind.vendit.* Gulielm.Benedict. *in cap.Raynu-
tius, in verbo eodem teſtamento, il primo,num* 130. *extra
de teſtamentis*, Georgi. Natt. *in repetit.d.cap.quamuis*,
ſub num. 20. & ibi Didacus, *part.3. §.3. num.* 3. & Gu-
tierrez, *in verbo omnino ſeruari debebit,de pact.in ſexto*,
idem Gutierrez, *in tractat.de iuramento confirmatorio*,
*part.1.cap.19.num.*3. Vaſqu. *de ſucceſſion.creation. libr.*2.
§.17.*num.40.ſol.*334. Bero. *conſil.49.num.30.volum.1.&
conſil.93.num.64.volum.*2. Curt.Iun. *conſil.*263. *num.*44.
& 45.Socin.Iun. *conſil.50.num.16.volum.2.& conſ.*130.
*num.22.volum.*3.Bertrand. *conſil.36.num.8 part.1.vol.*1.
*& conſil.174 num.1.volum.*7. Roderic.Soarez, *in l. quo-
niam in priorib.ampliatione 10.ſub num.29.& 51. Cod. de
inoffic.teſtam.* Deci. *conſil.26.num.*3. Gozadin. *conſil.* 69.
*num.*19. Ruin. *conſil.97 num.6 volum.*1. Menoc. *conſil.*
71.*num.*34. vbi de magis communi. *& conſil.831.num* 9.
Anguil. *conſil.86.num.*71. Alex. *conſil.181.num.4. volum.*
5. Riminald.Iun. *conſil.505.num.43.&* 44. Decian. *con-
ſil.num.46.&* 47. *volum.*1. Federic.Scot. *conſil.3.numer.*
108.*in fine,tom.2 lib.*1. Pancirol. *conſ.52.num 7. & conſ.*
88.*num.*23. Becci. *conſ.34. num.*15. Pedroch. qui oſten-
dit hanc eſse magis communem, *conſ.6.num.3.&* 4. Ro-
land. *conſ.99.num.45.volum* 4. Mancin. *de communiori,
in tractat.de iurament.part.4. effect.*168. Seraphin. *in ſi-
mili tractat.priuileg.74. num.*16. Maluaſ. *conſ.126. num.*
6. Aldouin.de Aldouinis, *conſil.21.num.95.inter conſilia
Peregrini, volumine quarto*, Polidor. Ripa, *obſeruat.*
36.
31 Ex quorum † dinumeratione patet, hanc eſse ma-
gis communem opinionem, quidquid aſserat Gabriel
allegatus in contrarium, cuius doctrinæ ratio ea eſt,
32 quia iuramentum habet † vim ſpecialis conſenſus, &
expreſſionis, gloſs. *in cap ex reſcripto, extr. de iureiur.*
Bald. *in leg.1.num.12.C.commod.* Socin. Iun. *in d. conſil.*
130.*num.20.volum* 3. Seraphin. *de iurament.priuileg.*26.
*num.*1.
33 Nec refragatur, † quod dicebatur, iuramentum
non ſupplere conſenſum, quia propter verba vniuerſa-
lia, & valde pregnantia præſumitur cogitatum in gene-
re de

Digitized by Google

re de omni iure, & ſic etiam de legitima, & propterea non deeſſe conſenſum, ſed tantum ſpecificam mentionem cuiuſcumque cogitatus, quæ ſuppletur à iuramento, ita Ceph. *conſ.44.num.7.* & melius Becci. *conſ.* 34.*num.* 15. & cęteri, qui communiter tenent, iuramentum ſufficere ad præiudicandum in legitima.

34 Tertio principaliter reſpondetur, † quod etſi renunciatio generalis non includat legitimam, tamen vniuerſalis per verba pregnantia (qualis eſt præſens concepta in ea, *de omni eo, & toto, quod vllo vnquam tempore, petere, habere, & conſequi poſſet à prædicto D. Chriſtophoro, & in illius bonis ex quauis ratione, occaſione, & cauſa tam tacita, quam expreſſa*) vtique afficit etiam legitimam, quia talia verba, ſalua ratione etiam ſermonis, reſtringi nequeunt, ita limitant dictum §. *& generaliter*, Ruin. *conſ.97.ſub num.7.verſic.Secundo, &c. & verſic.Tertio,&c.volum.*1. Curt. Iun. videndus, *conſ.* 191.*per totum, maxime num.*15. *&* 17. Menoch. *d.conſil.* 71.*num.*13.*&* 18. Pedrocc. *conſ.6 num.*19.

35 Hinc dicunt etiam Doctores, † quod licet in diuiſione regulariter non cenſeatur renunciatum fideicommiſſo conditionali, tamen, quando renunciæ ſunt per verba adeo pregnantia, vt ſalua ratione recti ſermonis non poſſint reſtringi; tunc quoque cenſetur renunciatum, & remiſſum fideicommiſſum, Menoch. *libr.* 3. *præſumpt.*115.*num.*28.*&* 29. Peregr. *de fideicomm.art.*52. *ſub num.*36. vbi *ſub num.*13. inquit ad hoc operari valde verba geminata, latè Honded. *conſ.* 49. *numer.*28. *volum.*1.

36 Et alibi dicit Eugen. † *conſ.*13.*num.*14. quod renunciatio facta de omnibus iuribus qualitercumque competentibus, non poteſt reſtringi, ſicuti & Porti. *conſil.* 142.*num.*20. quod renunciatio ex quauis cauſa (vt hic) intelligitur tam præſenti, quam futura.

36 Ex vi † enim vniuerſalis locutionis, & geminatæ, veniunt res, & perſonæ, quæ alias non venirent, vt ad ſaturitatem tradit, Mandoſ. *ad Roman. conſ.*31. Peregr. *de fideicomm.art.*52.*ſub num.*30. *verſic.Imo ex vi*, per text. *in l. Iulianus, l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de legat.*3. Et vt alias dicebat D. Surd. *conſil.*31. *ſub numer.*27. ex Decio, non eſſet verum omnia venire, & omni, & toto eſſe renunciatum, ſi aliquid non comprehenderetur.

38 Quarto reſpondeo, † quod renunciatio generalis comprehendit legitimam, quando non apparet, quod poſſet in alio verificari, & aliud importare, Socin. Iun. *conſ.*136.*num.*9.*volum.*1. Menoch. *in addit ad Iaſ. in d. l. ſi quando, §. & generaliter, ſub num.*6. *C. de inoffic. teſtam.* idem *conſ.*71.*num.*23.*& conſ.*831.*num.*7 Becc. *conſil.*34. *num.*14. D. Surd. *conſ.* 143.*num.*32.*& conſ.*212. *ſub num.* 21.*& conſ.*267.*num.*18 *& conſ.* 209. *numer.*13. Pedroch. *conſ.6.num.*22.*&* 23. Honded. *conſ.*63.*num.*89. *volum.*1. vbi latè Peregr. *conſ.*39.*num.*11.*volum.*4. Ariſmin. Zapat. *variar. ſentent. iuris lib.*2.*ſub tit. de legitima filior. fol.*358. *colum.*2.*verſic. frater aſſignant*, Tiraquell. *in loco proximo allegando, num.*144.

39 Diſpoſitio enim † generalis, quę in vno tantum verificari poteſt, habetur pro ſpeciali, & indiuidua, *l.* 2. *ff. de liber. & poſthum. l. fundus, qui locatus, ff. de fund. inſtruct.* late Tiraquell. more ſuo multa ad hoc congetēs, *in l.*15. *connubiali, in verb. expers, gloſſ.*7. *num.*128. *cum plurib. ſeqq. fol. mihi* 328. Peregr. *de fideicomm. artic.*52. *num.*32.

40 Et ideo † qui remittit omne ius, quod habet, vel habere ſperat, cenſetur etiam remiſiſſe fideicommiſſum, ſi in alio operari nequit renunciatio, Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, in* 6. *quæſt. num.*19. *ff. de verbor. obligat.* & ibi poſt eum cęteri, Menoch. *d. præſumpt.*115. *num.*34.*&* 40. Peregr. *d. art.*52.*num.*32. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.*3.*quæſt.* 92.*num.*9.

41 In propoſito autem caſu † non apparet, in quo alio legitimo iure poſſet operari hæc renunciatio, ergo debet trahi ad legitimam, & qui vult dicere extitiſſe cauſam, in qua verificari poterat, hoc probare debet, aliàs non præſumitur, Ruin. *conſ.* 152.*ſub num.*9. *volum.*2. Grat. *conſ.*60.*ſub num.*17.*verſ. Sed hic non apparet, &c. volum.*1. Menoc. *conſ.*87.*num.*12. *& libr.*3.*præſumption.* 115.*num.*35.*&* 36. Peregr. *de fideicomm. artic.*52.*ſub numer.*32.*verſ. & qui aliam affuiſſe cauſam, &c.* Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.*3.*quæſt.*92.*num.*10. D. Surd. *conſ.*267. *numer.*33. quorum auctoritates præponderare debent auctoritati Albæ, *conſ.*74.*num.* 11.*&* 12. & Bece. *conſil.* 111.*num.*27. quos nihilominus etiam confutat Menoch. *d. conſ.*87.*num.*21.*&* 22. & tacite confutationem approbat Vincent. Annib. *in addit. ad d. conſ. Albæ*, 74. dum ſe remittit ad Menoch. *in d. loco confutationis.*

42 Nec obſtat proceſſus litis † motæ per matrem contra filium pro ſua dote, in qua prætenditur ex aduerſo operari potuiſſe, & poſſe renunciationem, quia reſpondeo, quod dum Doctores requirunt aliam cauſam, in qua verificari poſſit renuciatio, intelligunt de iuſta, legitima, & iuridica, aliàs de facili eludi poſſet virtus renunciationum, prætexendo ſemper aliquam prætenſionem, vtcumque fatuam, & non habentem fundamentum reale, de qua non eſt veriſimile Doctores in-
43 tellexiſſe, † immo abſurdum, & ridiculum eſſet hoc aſſerere; verba enim diſpoſitionis debent intelligi cum effectu, *l.*1.*§. hæc verba, ff. quod quiſque iur. l. penultim. §. penultim. ff. ne quis eum, qui.* D. Surd. *conſ.*3. *num.*25. &
44 verba cuiuſcumque actus debent † intelligi de valido, & efficaci, non autem nullo, *l. non putauit, §. non quauis*, vbi Bart. *ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l.*1.*§. quod autem*, & ibi Bald. *ff. de offic. perfecti vrbis*, D. Surd. *conſil.* 182. *num.*3.

Aſſertum autem ius prædictum, nedum non erat iuridicum, quatenus reſultat ex dicto proceſſu, quinimo omnino vanum, & ſine aliquo fundamento, quia agebat contra filium, tamquam hæredem patris, quem tamen non apparet, nec probauit talem fuiſſe, immo ipſe proteſtatus fuit, nolle declarare ſe hæredem, niſi prius redderentur ſibi rationes de bonis adminiſtratis à matre, vt poſſet deliberare, an vellet eſſe hęres, nec ne, ſecundum quod cognouiſſet vires hæreditatis opulentas, vel damnoſas; & nihilominus habemus, quod
45 agens contra † aliquem, tamquam hæredem, debet probare eum talem, alias obtinere non poteſt, gloſſ. *in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur, in verb. extiterit. ff. ſolut. matrim.* Aretin. *conſ.*32. *num.*2. Boer. *deciſ.*10.*ſub num.* 2. Maſcard *in verb. Qualem, concluſ. mihi*, 12 3.*num.*32.

Quod procedit etiam ſi is, qui aſſeritur hæres eſſet fi-
46 lius; † nam adhuc talis probari debet, gloſſ. *in d. §. tranſgrediamur*, & ibi Bart. & Bald. *vterque numer.*1. vbi ipſe Baldus inquit, quod debet probare immixtio-
47 nem, maxime, quando negat ſe hæredem, prout faciebat D. Chriſtophorus aſſerendo velle deliberare, qui enim deliberat non eſt hæres, *toto titulo, de iure deliberand.* & quod filius non præſumatur hæres patris, ni-
48 ſi probatur † ſcribit etiam Roland. *de commun. conſ.* 18.*num.*1.*volum.*1. Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*99.*numer.*4. D. Surd. *deciſ.*154.*num.*17.

Ex qua non probatione reſultat, quod clarum diceretur D. Eliſabet non habere aliquod ius contra filium pro dicta prætenſione, vt tradit Natt. *conſ.*543.*ſub numer.*35. qui inquit adeo rem claram dici, ſi vnus aliquem allegat, & non probet, vt ſuper ea tranſigi nequeat,
49 non † enim reuelat aliquid aſſerere, niſi probetur, *l.* 1. *in* 1. iuncta gloſſ. *in verb. dicatur, ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dicatur*, Cephal. *conſil.*667.*numero quarto*, Simon de Pret. *lib.*5.*de interpretatione vltimarum voluntatum, interpretat.*2.*dubitat.*2.*num.*41.*cum ſeqn. fol.*512. vbi *num.* 45. inquit ita probationem neceſſariam eſſe ei, qui aliquid dicit, ſicuti panis quotidianus in menſa, & bonum vinum in hoſpitio.

50 Et quod is, † qui non probat, quod allegat, dicatur carere iure, tradit Bal. *in conſ.*67.*ante num.*4.*volum.* 3. quem ſequuntur Crauett. *conſ.*48.*num.*4. & Simon de Pret. *loco ſuperius proxime citato.*

51 Plus inquit † Gloſſ. *in l. Athletas, §. præuaricator, in verb. ex vtraque, ff. de his, qui notant. infamia*, quod calumnioſa dicitur lis, & prætenſio eius, qui non probat, quod

quod allegat, quam ſequitur, Bart. *in l.1. in princ. ſub prætextu,la prima,ſub num.9.C.de tranſact.* quorum opi-
nio optime probatur textus *in l. 1.C.de Aduocat.diuerſ. Iudic.* ſubditque Alex. *in d.l.ſub prætextu,colum. penult. in fine,verſic.& potes tu ponere exemplum*, quod euidens
calumnia dicitur, quando quis non probat in terminis
probatorijs, quem allegat & ſequitur Natt. *conſil.543. nu.33.* non fuit autem probatum à D. Eliſabet per mul-
tos annos, qui interceſſerunt à tempore litis, vſque
ad renunciam, euidens autem calumnia non facit
52 †rem debitam,nec cauſat aliquod ius pro actore,vt in-
quit Alexand. *in d.l.ſub prætextu,la prima,colum.penult. poſt principium,C.de tranſaction.*

Ita denique minimum æſtimatur prætenſio alicuius
53 † quam non probat, vel cuius non ſubeſt aliqua ſpes
probationis in futurum, vt poſſit remitti gratis ſine
aliquo decreto à tutore, eo quia pupillus non videatur
habere aliquod ius, Iaſ. *in l.pactum curatoris, ſub num. 3.C.de pact.* Tiraqu. *in l.ſi vnquam, in verbo donatione largitus,num.196. C. de recuperand. donat.* qui & ſi *num.* 201.dubitat, & docet relinquendum arbitrio Iudicis an
54 veriſimiliter † potuiſſet probari; tamen in caſu iſto
non habemus aliquod indicium ſpei huius probationis.

Ex his igitur conſequitur,ex dicta lite non reſultaſſe
aliquam cauſam, vel ius eius generis, in qua, vel quo
Doctores poſtulant poſſe operari renunciatum.

Et multo minus, quando petita redditione rationis
à filio in dicto proceſſu,amplius non eſt eam proſecuta,
forte, quia dum viueret cum alio filio pupillo,ſibi ſatiſ-
55 fecerat, ſicuti non redditis rationibus præſumitur † ſi-
bi ſatisfeciſse adminiſtrator bonorum ſui debitoris, *leg. ſed ſi damnum,§.peculium, ff.de pecul.* Afflict. *deciſ.13.n. 16.* D.Surd. *conſ. 290.num.33.* Menoch. *lib.3. præſumpt.*
56 *135.num.13.* & filius poteſt retinere † dotes maternas,
donec reddat rationes, Deci. *conſil.349.ante num.10.*

Sed quod ipſa D. Eliſabet non intellexerit de hoc iu-
re in ſua renuncia, nullum maius habere poſsumus ar-
gumentum, quam quod hoc numquam fuit allegatum
in hac lite ab ipſa viuente, nec exhibitus iſte proceſsus,
ea ratione, quia conſcia erat de ſua intentione, quod
vtique non omiſiſset ſi habuiſset ſpiritum,quem nunc
perſuadere conatur eius hæres.

Ad id vero, quod dicebatur, hanc renunciam non
poſse trahi ad legitimam, tamquam ad caſum exhorbi-
tantem,& valde inſolitum, patet reſponſio, quia filios
prædecedere parentibus ſine filijs quotidiana experien-
tia nos docet, & ob id tantum abeſt, vt caſus iſte poſ-
ſit dici valde extraordinarius, vti immo ſit frequens, &
quotidie contingens, & valde diuerſus à caſibus, de
quibus loquuntur Alex.& alij in cõtrarium citati; quod-
57 que † parentes ſoleant cogitare de prædecedentia fi-
liorum ſuorum,probat textus,*in l.fin.C.de inſt.& ſubſtit.*
58 †& ſi non eſſet caſus valde ſolitus,ad quid leges edidiſ-
ſet particulares titulos de ſucceſſione parẽtum in bonis
filiorum,cum ſoleant ſancire circa ea tantum, quæ fre-
quenter contingunt, *l.nam ad ea,ff.de legibus.*

58 Sed vbi † etiam daremus, dictam renunciam poſse
operari in dicta prętenſione dotis,adhuc tamen propter
pregnantiam verborum, quæ ſalua ratione recti ſermo-
nis non poſsunt reſtringi ad vnam cauſam tantum, cum
comprehendant omnes, & tacitas, & expreſsas, &
futuras,comprehenderet etiam legitimam per ea, quæ
deduxi ſupra, in verſic. *Tertio principaliter reſpondetur,* & tradit Menoch. *in materia d. fideicommiſſi, præſumpt. 115.num.40.iuncto num.37.* Peregr. *de fideicomm.art.52. num.33.iuncto num.32.* Intrigliol. qui infinitos allegat, *de ſubſtit.centur.3.quæſt.92 num.12.iuncto num.1.* Alciat. *in l.1. num 31.* & ibi Bolognett. *num.86.in fine,C. de pact.*

Non obſtat, quod caſsando omnes ſcripturas tam
publicas, quam priuatas videatur declaraſse ſe non
intelligere de legitima, quæ non debetur contractu,
ſed lege, quia reſpondetur intentionem matri fuiſse
renunciandi nedum iuri legitimæ,ſed etiam alijs,ſi quod
haberet, & ideo caſsatio ſcripturarum debet applicari
caſui, cui congruere poteſt.

Denique non refragatur, quod renunciatio intelli-
gatur tantum de iure habente aliquam ſubexiſtentiam
de præſenti, non autem de futuro, omnino ſine aliqua
ſpe de præſenti, quale eſt ius legitimę, quod dicitur ius
59 futurum de futuro, tum quia negari † non poteſt,
quin dicatur ſubeſse ſaltem aliqua ſpes, licet impro-
pria, vt non negat Bart. *in d.l.poſt emancipationem, §.il-
lud,ff.de liber.legat.& in l.1.§.ſi impuberi, ff. de collatione bonorum*, quam contra Bartolum eſse alicuius conſide-
rationis probat, & defendit, Bologn. *in d. l. 1. num. 78.Cod.de pact.* cui vbi accedit conſenſus eius, de cuius
61 hæreditate agitur,cenſetur renunciatum, quamuis † ſit
ius futurum, vt in ſpecie conſiderat Bec. *conſ. 74. num.* 24.qui ita limitat dictam doctrinam,provt limitat etiam
ſe referendo ad dictum ſuum conſilium, in additionibus
ad Iaſ. *conſ.181.num.10.volum.2.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic.52.ſub num.35.verſic.poteſt tamen, &c.*

Tum & Secundo non obſtat obiectum, quia proce-
dit, quando verba renunciationis ſunt concepta de
præſenti, ſed virtualiter trahuntur etiam ad futurum,
vt quando renunciat quis ius, quod habere ſperet;
nam illud verbum,ſperet,eſt præſentis temporis; ſed ſi
62 verba preciſe ſunt concepta in futurum, † vt oſtendi eſ-
ſe iſta ſupra in verſic. *Quod autem renunciato, &c.* tunc
operantur etiam quo ad ius omnino futurum de futuro,
ita Bart. *in l.1.ſub num.4.circa finem*, & ibi Decius, *ſub num.32.C.de pact.* & ibi Petr.Gilkene,*num.53.* Bolognet. *ſub num.79.& 80.* Purpur. *num.94.* qui preciſe dixit ita
limitari doctrinam Bartoli in oppoſitum adductam, *in d.l.poſt emancipationem*, D.Surd. *conſ.398. num.23.* Pe-
regr. *d.art.52.ſub num.17.*

Tum tertio, non reſiſtit, quando renunciatio non
63 poteſt operari in aliquo iure de præſenti; † nam tunc
afficit ius futurum ſine ſpe de præſenti, Curt.Iun. *conſil. 274.ſub num.39.& conſil.290.num.26.* Dec. *in d. l. 1. ſub num.32.* vbi Bolognett. *ſub num.81. & num. 86.circa fi-
nem,C.de pact.* Menoch. *lib.3.præſumpt.115.num.40.* In-
trigliol. *de ſubſtit.centur.3.quæſt.92.num.9.* D.Surd. *conſ. 267.num.31.in fine,& num.32.*

Tum quarto, quando verba ſunt adeo pregnantia,
vt neceſsario ad omnia ius referri debeant, comprehen-
64 dunt † etiam ius futurum de futuro, Alciat. *in d.l.1.n. 31.C.de pact.* vbi licet limitetur in hæreditate viuentis,
tamen ſupponit, quando renunciatio non fit per pa-
65 ctum, † vel parte præſente, & loquitur in præciſis ver-
bis noſtræ renunciæ, Bolognett. *in d.l.1.num.8. in fine*,
qui videatur,Porti. *conſ.142.num.19.* qui agitur de renun-
cia, per verba noſtris ſimilia, vt videre eſt in narratiua
facti; *in principio.*

Si autem allegaretur læſio in hac renunciatione, re-
ſponderem, quod computato legato,haben da eſset ra-
66 tio læſionis † attento tempore renunciæ, non autem
præſenti, vt tradunt ſcribentes *in l.2.C.de reſcind.vend.*
quo tempore inſpecto, forte non adeſt aliqua læſio.

Pręterea cum dubium eſset, quis eorum prædeceſſu-
rus eſset, & veriſimilius foret,matrem debere prædece-
deret filio, & ſic nunquam euenturum caſum hujus legi-
timæ, & potuiſset etiam D.Chriſtophorus ſuſcipere fi-
67 lios,propter hunc dubium euentum læſio † non habe-
retur in conſideratione, *l.de fideicomm.Cod.de tranſact.*
Riminald.Iun. *conſ.97. num.12.* Decian. *conſ.39. numer. 112.vol.2.* Gabr. *conſ.6.num.4.volum.2.* & in ſpecie An-
char. *quæſt.50.num.13 part.1.* Odd. *conſil.vltim. nu. 54.*
& illa ſpes in conſideranda læſione æſtimatur habito re-
68 ſpectu ad id quod quis † veriſimiliter pro ea erogaſset,
Cagnol. *in l.2.num.174.C.de reſcind.vend.* Gabr. *conſil 167.num.125.volum.1.*

Quo ad quotam legitimæ, vbi deberetur, non inſiſto,
quia deficit tempus, & carta, & quia non credo aliquã
deberi, ſed quidquid controuertatur,ſtante noſtro Sta-
68 tuto, qui declarat legitimam matris eſse † tertiam eius,
quod cõſequeretur ab inteſtato, quod eſt etiam confor-
me iuri communi, quæſtionem iſtam non habere diffi-
cultatem in hac patria, profitetur Bertaz. *conſ.crimin. 20.num.48.& 49.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De obligatione in ſolidum, vel pro rata. De inuentarij effectibus in hærede, quo ad actiones, ſeparationem, debiti ſolutionem, repetitionem, &c. De promiſſione ſine cauſa, & de dote in instrumento confeſſata.

SVMMARIVM.

1 *Actus cum non ſit à quolibet agentium in ſolidum, & id non exprimitur, quilibet eſt ſolum obligatus pro dimidia, ſeu rata, & non vltra.*

2 *Obligationes ſunt ſtricti iuris, & afficiunt ſolum perſonas de quibus loquuntur.*

3 *Confeſſio circa ea, quæ ſunt iuris, non nocet, nec prodeſt confitenti.*

4 *Cum agitur de damno vitando, indebitum iure naturali, & ciuili, ſolutum per iuris errorem repeti poteſt.*

5 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur vltra vires hæreditatis.*

6 *Etiam non confecto inuentario hæres non tenetur in conſcientia, vltra vires hæreditatis.*

7 *Solutio etſi ſit debita reſpectu recipientis, tamen non nocet ſoluenti, ſi ſit indebita, quo ad eam.*

8 *Promiſſio ſine cauſa, aut ſi non exprimatur, non obligat.*

9 *Ille non tenetur, nec obligatur, cum quo nullum negotium geſtum eſt.*

10 *Inuentarium præſeruat actiones hæredum, nec ſinit eas confundi.*

11 *Inuentarij vigore poteſt hæres impetrare ſeparationis beneficium.*

12 *Solutio ſimpliciter facta non poteſt declarari à creditore, in eam quam vult cauſam; ſed in eam, in quam ſi ipſe deberet, foret ſoluturus.*

13 *Solutio non præiudicat, cum hæres ignorat vires hæreditatis.*

14 *Præiudicium paſſum in ſolutionibus reſtringitur ad præteritas ſolum, non vero futuras.*

15 *Per ſolutionem factam vni, hæres cum beneficio inuentarij non præiudicat ſibi quo ad alios.*

16 *Opponens de non adimplemento alicuius actus, debet id probare.*

17 *Verba enunciatiua probant dotem. Præcipue renunciatio iurium in ea, num. 18.*

19 *Instrumentum dotis confeſſionatum probat veram numerationem, cum præceſſit promiſſio, & num. 20.*

CONTROVERSIA DCLXIII.

PRo reſponſione ſcripturæ productæ vſque ſub die 24. Nouembris 1608. ad fauorem Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Principis Bozzuli, cuius ſi quæ ſunt fauorabilia acceptantur, contrarijs omnino reiectis, infraſcripta deducuntur.

Dum enim ſupponitur, & aſſeritur Illuſtriſſimum D.
Franciſcum Gonzagam teneri ex perſona propria in ſolidum, & pro tota quantitate cenſus ducatonorum quadraginta annuorum, pro capitali ducatonorum quingentorum, de quo in inſtrumento rogato per Egregiũ
D. Cæſarem Carrerium, ſub die 7. Iunij 1595. producto
in proceſſu Ordinarij, *fol.* 3. illud nec in facto, nec in
iure verum eſt; nam dictus cenſus fuit creatus, & venditus ab Illuſtriſſimis Dominis Sigiſmundo, & Franciſco
patre, & filio Gonzagis, & eiſdem fuit ſolutum capitale ſine aliqua ſpecificatione, nec mentione, quod actus
fieret à quolibet eorum inſolidum, & quilibet pro toto
teneretur, proinde vnuſquiſque eorum dicitur tantum
1 obligatus † pro dimidia, & non vltra, *l.* 1. *Cod. ne plures, vnic. ſentent. l. reos, §. cum tabulis*, vbi ſcribentes, &
præcipue Ronchegall. *num.* 40. *ff. de duob. reis, l. ſi mihi,
& Titio, in princip. ff. de verbor. obligat.* Deci *conſil.* 261.
& conſ. 325. *vtrobique in princip.* Burlatt. de communi,
conſil. 378. *num.* 7.

Et licet D. Carolus Zibramontes obligauerit ſe pro
ſolutione dicti cenſus, & pro eiſdem Dominis venditoribus principaliter, & in ſolidum, tamen hoc non infert,
quod, & eorum obligatio pariter fuerit inſolidum, quia
hoc non dicitur inſtrumentum promiſſionis, cum & o-
2 bligationes † ſunt ſtricti iuris, & ob id afficiunt tantũ
perſonas de quibus loquuntur, non autem alias, *l. quidquid aſtringenda ff. de verbor. obligat.* Dec. *conſ.* 555. *num.*
5. Socin. Sen. *conſil.* 64. *num.* 6. *& conſil.* 70. *num.* 5. *volum.*
3.

Nec refert, quod ſæpe in proceſſu Procurator Illuſtriſſimi D. Franciſci faſſus ſit eum teneri pro dictis
ducatonis quingentis, & obtulerit cum paratum ſoluere
cenſum, vt in proceſſu ordinarij, *fol.* 53. *fac.* 2. *& fol.* 54.
fac. 2. *& fol.* 56. *fac.* 2. & in proceſſu Senatorio, *fol.* 10. *fac.*
1. in principio, & etiam profeſſus ſit ſe ſoluiſſe integraliter dictum cenſum, tum quia procurator non potuit
præiudicare Domino in hoc, tum quia confeſſio circa
3 † ea, quæ ſunt iuris, non nocet, nec prodeſt confitenti,
l. confeſſionib. ff. de interrogat. action. Surd. *conſ.* 5. *num.* 42.
& deciſ. 104. *num.* 30. in iure autem conſiſtit, an obligatio, de qua in dicto inſtrumento, afficit in ſolidum, vel
pro dimidia tantum Illuſtriſſimum D. Fraciſcum, & propterea vbi obliget tantum pro dimidia, eius confeſſio
veritati nocere, nec eam mutare potuit.

4 Et ſicuti non obeſt confeſſio, † ita nec ſolutio dicti
cenſus nocere potuit, quia indebitum vtroque iure naturali, & ciuili ſolutum per errorem iuris repeti poteſt,
quando quis agit de damno vitando, *l. iuris, & l. error,
ff. de iur. & facti ignorant.* gloſ. *in l. fideiuſſor. §. non male,
in verb. aliud, ff. mandat.* Becci. *conſ.* 90. *nu.* 14. hic autem
nullo iure obligatus eſt D. Franciſcus, vltra dimidiam,
nec ex perſona propria, per iura in principio allegata,
nec vti hæres patris, quia de iure ciuili hæres cum bene-
5 ficio inuentarij † non tenetur, vltra vires hæreditatis,
l. finali, §. & ſi præfatam, vbi ſcribentes, *C. de iure deliberand.* Roland. *de inuentar. part.* 4. *in* 1. *vtilit. numer.* 1.
fol. 68. nec pariter iure naturali, quia etiam non confe-
6 cto inuentario hæres non tenetur † in foro conſcientiæ,
vltra quam patiantur vires hæreditariæ, Roland. de
communi, *in tractat. de inuentar. part. vltim. ſectione incipiente, an in foro conſcientiæ, num.* 6. *fol.* 157.

7 Et licet ſolutio ſit debita, † reſpectu recipientis, tamen non nocet ſoluenti ſi ſit indebita, quo ad ipſum,
l. ſi pœna, § 4. ff. de condict. indebit.

Reſpectu vero cenſus venditi per prædictum Illuſtriſſimum D. Sigiſmundum Gonzagam Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo D. Pirro ſcutor. 136. annuorum pro ſcutis
duobus millibus, ſub die 7. Aprilis 1607. quem vna cum
d. D. Sigiſmundo promiſit ſoluere quotannis Illuſtriſſimus D. Franciſcus eius filius, poſſet dici promiſſionem
hanc quo ad D. Franciſcum fuiſſe ſine cauſa, quia nul-
8 la exprimitur, † propter quam voluerit ſoluere cenſum
ſupraſcriptum, & ob id ipſum ex ea non remanere obligatum ex perſona propria, vt notat Marſilius in fortioribus terminis, in eo qui promittit ex cauſa fideiuſſionis, quod tamen hic non fuit expreſſum, *in rubric. de
fideiuſſorib. quæſt.* 45. *num.* 318. nec tanquam hæres patris,
niſi quatenus ſit in hæreditate, ſeparatis eius creditis, vt
mox dicetur.

9 Denique in omnem caſum, vbi poſſet ſubeſſe aliqualis dubitatio pro dictis duobus cenſuum inſtrumentis,
quod non creditur, contra ipſum D. Franciſcum, nulla
tamẽ videtur verſari difficultas circa alium cenſum ſcutorum ſimilium 136. venditum ab ipſo Illuſtriſſimo D.
Sigiſmundo, ſub die 17. Februarij 1582. quia in eo non
interuenit D. Franciſcus, nec legitur aliqua eius promiſſio, ideo nullo pacto teneri poteſt ex propria perſona, cum non fuerit geſtum aliquod negotium cum eo,
l. ſi in area, ff. de condict. indebit. Alciat. *conſ.* 750. *ſub num.*
1. *alias eſt conſil.* 108. *libr.* 8. Gabr. *conſil.* 146. *num.* 1. *volum.* 1.

10 Nec

Digitized by Google

10 Nec etiam tenetur vti hæres, † niſi quatenus eſt in
hereditate, vltra ſua credita, propter beneficium inuen-
tarij, quod actiones hæredis præſeruat, nec ſinit eas
confundi, *l. final. §. in computatione, C. de iur. deliberand.*
Roland. *de inuentar. part. 4. in* 10. *vtilitate, num.* 1. *fol.* 93.
11 cuius vigore poteſt † impetrare ſeparationem crediti
ſui à cæteris bonis hæreditatis, Roland. *in d. decima v-
tilitate, num.* 6. Phanuc. *de inuentar. part.* 5. *nu.* 19. Surd.
conſ. 365 *num.* 16. *&* 374. *num.* 24 ſicuti fuit admiſſus ad
dictam ſeparationem ab Excellentiſſimo Senatu, per
pronunciam, ſub die 18. Maij 1607. in proceſſu Senato-
rio, *fol.* 1 0. *fac.* 1.

Quæ hæreditas Illuſtriſſimi D. Sigiſmundi deductis
creditis propoſitis in proceſſu per d. D. Franciſcum, iun-
cto inuentario, profecto apparet non eſſe ſoluendo, &
multo clarius apparebit ex calculis ineundis.
12 Non obſtat, † quod obijcitur, ipſum amiſiſſe bene-
ficium inuentarij cum ſimpliciter pluries ſoluerit hos
cenſus ſine aliqua reſeruatione, tum quia non apparet,
quod Illuſtriſſimus D. Franciſcus ſoluerit præciſe pro cē-
ſibus, pro quibus non tenetur, immo hoc negatum
fuit in proceſſu, & ideo ſolutio ſimpliciter facta non
poteſt accipi, nec declarari à creditore in hanc cauſam,
prout nititur facere, ſed debet accipi in eam cauſam,
in quam, ſi ipſe deberet, foret ſoluturus, *l.* 1. vbi Imola, &
alij, *ff. de ſolution.* vtique autem ipſe, & quilibet ſolue-
ret pro debito efficaci, non autem pro eo ad quod co-
gi non poſſet: tum etiam non obſtat obiectio amiſſio-
nis beneficij inuentarij per hanc ſolutionem, quia ſolu-
13 tio † non præiudicat vbi hæres ignorat vires hæredita-
tis, quas in dubio præſumitur ignoraſſe, prout docent
Roland. *de inuentar. par. 4. in tertia vtilitate, ſectione inci-
piente, ſtante igitur promiſſa, num.* 3. *fol.* 72. Phanuc. *in ſi-
mili tractat. par.* 5. *ſub num.* 120. Monticul. *de inuentar. c.*
13. *ſub num.* 185. *in magna impreſſione, fol.* 258. tum quia,
vt ſuperius dicebatur, locus eſt repetitioni per cōdictio-
nem indebiti; vnde reſultat nullum ortum eſſe præiu-
14 dicium; † tum denique quia, vbi generatum fuiſſe vl-
lum præiudicium, quod negatur, illud intelligeretur tā-
tum pro præteritis, non autem pro futuris ſolutionibus,
ad tradita per Iaſ. *conſil.* 25. *numer.* 5. *volum.* 3. Gozadin.
conſil. 23. *num.* 1. Roland. *conſ.* 94. *num.* 40. *vol.* 2.
15 Nec releuat, † quod ſimiles cenſus ſoluerit pro por-
tione obuenta, aliàs Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo
D. Ferrando Gonzaga; quia per ſolutionem factam v-
ni, hæres cum beneficio inuentarij ſibi non præiudicat
quo ad alios, Phanuc. *de inuentar. par.* 5. *ſub num.* 120.
& 121 maxime vbi non habuit notitiam præciſam de
iuribus hæreditatis, quæ non poteſt haberi, niſi per æ-
ſtimationem, & ſeparationem bonorum.

Sicuti nec refragatur, quod Curiæ ſuper quibus fun-
dati ſunt cenſus, ſint liberæ à fideicommiſſo Illuſtriſſimi
q. & Excellentiſſimi Ducis Federici, & Illuſtriſſimæ D.
Iſabellæ, ex ſententia producta in proceſſu Ordinarij,
fol. 24. quia ſententia illa non liberat dicta bona à fidei-
commiſſis Illuſtriſſimorum q. Domini Ioannis Mariæ,
& Galeatij, de quibus in eorum teſtamentis, *fol.* 34. *&*
39. proceſſus Ordinarij ſuper quibus fit præcipuum fū-
damentum.

Nec teſtamentum præfati Illuſtriſſimi q. D. Io: Mariæ
corruit ex eo quod obijcitur, illud eſſe in ſcriptis, nec
eſſe ſeruatam formam iuris in illius celebratione, quia
immo eſt nuncupatiuum mixtum, & de iure validum,
ex late traditis à Ludouico Lana, *in ſuo tractatu de varys
teſtamentorum formulis*, & licet non adſit fides legalita-
tis notarij, tamen hoc nunc non releuat, nam ſemper
præſentari poterit, & negatur non conſtare, teſtes in
eo adſcriptos eſſe Mantuanos, nam ex eius lectura no-
tum eſt contrarium; præterquamquod, vbi non eſſent
16 Mantuani, incumberet onus probandi † aduerſarijs,
quod potuiſſent adhiberi teſtes Mantuani, nec fuiſſent
adhibiti, Burſat. *conſ.* 307. Roland. *conſ.* 30. *vol.* 3.

Neque officit renunciatio facta per Illuſtriſſimum D.
Franciſcum fideicommiſſo D. Galeatij, quia illa facta
eſt tantum reſpectu vnius cenſus, ſcilicet illius venditi,

ſub 7. Aprilis 1607 non autem aliorum, ideo reſpectu
aliorum non eſt in medium adducenda.

Id pariter non refragatur, quod dicitur, cenſum, ſub
die 7. Februarij 1582. fuiſſe approbatum per productio-
nem inſtrumenti permutationis producti, *fol.* 14. &
alterius inſtrumenti ceſſionis factæ Illuſtriſſimæ Dom.
Franciſcæ Guerreriæ, vt *fol.* 131. tum quia productio
fuit facta in partibus fauorabilibus tantum, tum etiam
quia talis productio nil inſert, quod Illuſtriſſimus D.
Franciſcus renunciauerit beneficio inuentarij, quod
præſeruat illum, ne teneatur, vltra vires hæreditatis, &
neſcio credere, quod ex aduerſo deducatur hæc aſſer-
ta approbatio præiudicialis ex dictis productionibus
inſtrumentorum.

Donatio quoque facta à d. Illuſtriſſimo D. Io: Maria,
Illuſtriſſimo D. Galeatio, de qua *fol.* 113. *fac.* 2. proceſ-
ſus Senatorij, non ſubuertitur ex eo quod dicitur, eam re-
ſolutam fuiſſe per prælegatum factum de ipſis bonis
donatis ab ipſo D. Galeatio eidem D. Io: Mariæ, vt in
proceſſu Ordinarij, *fol.* 36. *fac.* 2. quia ipſa bona fuerunt
prælegata cum onere fideicommiſſi, vt *d. fol.* 36. quod
fuit purificatum in perſona D. Franciſci.

Non obſtat, quod dicitur, inſtrumentum Renunciæ
Illuſtriſſimæ D. Reneæ Eſtenſis, in proceſſu Senatorio,
fol. 17. non probare dotem, cum de ea fiat ibi tantum
mentio per verba narratiua, & enunciatiua, tum
17 quia verba enunciatiua † probant dotem, Maſcard.
concluſ. 622. Rimin. Iun. *conſ.* 31. *nu.* 5. maxime quando
fit renunciatio iurium competentium pro ea dote, quia
18 † priuatio ſupponit, & probat habitum, vt in ſpecie
dicunt Surd. *conſil.* 94. *num.* 23. Caſſane. *conſil.* 5. *ſub nu.* 2
& 3. tum etiam quia apparet de ea per inſtrumentum
productum in dicto proceſſu Senatorio, *fol.* 110. *fac.* 2
& de illius ſatisfactio ne conſtat ex alio inſtrumento, *fol.*
116. quod & ſi ſit confeſſionatum, tamen probat veram
19 † numerationem quando præceſſit promiſſio, Me-
noch. *lib.* 3. *præſumpt.* 13. *num.* 21. de qua promiſſione a-
deſt inſtrumentum, *d. fol.* 110. *fac.* 2.

Dos quoque Illuſtriſſimæ D. Eleonoræ Rubeæ vxoris
d. D. Franciſci probatur ex inſtrumento eius conſtitu-
tionis, & ſolutionis partis illius, *fol.* 139. & ex alio,
fol. 17. & ex alio, de quo fit mentio in inuentario, *fol.* 93
fac. 2. quod poſſet produci.

Legitimum quoque eſt debitum dotis Illuſtriſſimæ
q. D. Iſabellæ de Maffeis primæ vxoris D. Franciſci, de
20 quo in inſtrumento *fol.* 123. † quod non releuat, quod
ſit confeſſionatum reſpectu ſcutorum 3000. nam vbi
præceſſit promiſſio, confeſſio probat numerationem,
vt ſupra dictum fuit, & multis alijs in caſibus deductis
per Menoch. *d. præſumpt.* 13. *lib.* 3. huic caſui conferenti-
bus, & reſpectu aliorum ſcutorum 3283. aſſignatis in
directo dominio proprietatum recognitarum ad liuel-
lum à Bertazzono, non cogitur D. Franciſcus ad eas ha-
bere regreſſum, cum loco pecuniæ fuerit aſſignatum
dictum directum, & ob id reſtitutio quoque debeat
fieri in pecunijs.

Promiſſio quoque facta à q. Illuſtriſſimo D. Sigiſmū-
do Illuſtriſſimæ eius filiæ monacandæ, de qua *fol.* 99.
extenuat hæreditatem, ſaltem pro nunc ad repellendum
Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum actorem, licet per
mortem illius extinguatur; & conditiones vigore dictæ
promiſſionis præſumuntur completæ, ex quo ſecuta
eſt monacatio, & ſolutio fit eius vigore.

Prout etiam extenuatur ex promiſſione facta Dom.
Theodoræ de Gratiadeis, de qua *fol.* 102. & licet ſit mo-
dicæ quantitatis, tamen habenda eſt in conſideratione,
quia multa modica faciunt vnum ſatis.

Quibus omnibus ſic ſtantibus, inſtatur mandari pro-
cedi ad vlteriora, & petitam, & conceſſam ſeparatio-
nem.

Quo vero ad calculum D. Hyppoliti nedum non eſt
reformandus, vt prætenditur, ad fauorem Excellentiſ-
ſimi D. Principis, ſed potius ad fauorem D. Franciſci;
nam ex tenore pronunciæ, de qua *fol.* 110 *fac.* 1. nullum
debetur augumentum auri, ſed tantum facienda eſt ſo-

Aa lutio

utio iniuncta, ſecundum id quod valebat ſcutus aurus in auro minoris ponderis tempore contractus, vnde liquidato valore aurei minoris, & tempore contractus, nil vltra querendum eſt, ſed ſecundum tenorem pronunciæ, quæ clarior eſse non poſset, computanda quolibet anno vniformis ſolutio.

Reſpectu autem pronunciæ latæ ſub die 27. Auguſti 1607. *fol.*151. dicitur, vel calculum recte ſactum à D. Hyppolito, vel ſaltem clarius declarandam eſse pronũciam ab Eccellentiſsimo Senatu, vt iuxta eius intentionem fieri poſsit, & ita dicitur omni meliori modo, &c. citra præiudicium, &c. proteſtando de nullitate, & expenſis.

A R G V M E N T V M.

Subſtituti per alternatiuam cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, vt omnes nominati ſuccedant alteri ex eis decedenti; non etiam filij eius. De vocatione per nomen proprium, vel collectiuum. De effectibus alternatiuæ. Subſtitutio de ſuperſtitibus, vel eorum filijs expirat adeunte illo, in cuius defectum illi erant vocati, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Decedente ſubſtituto ſine filijs, an ſuccedant alij vocati, an vero eius deſcendentes.*
2 *Alternatiua non reſoluitur in coniunctiuam, cum ipſa eſt inter illos, inter quos cadit affectio ordinata.*
3 *Secundo vocati per alternatiuam non ſuccedunt, niſi ſublatis nominatis primo loco.*
4 *Intellectus, & interpratatio* l. hæredes mei, 57. §. final. ff. ad S.C. Trebellian.
5 *Verbum,* ſuperſtites, *in numero plurali verificatur etiã in vno ſuperſtite.*
6 *Alternatiua natura eſt, vt ſi in vna parte verificetur, ceſſet altera.*
7 *Nepos in ſucceſſione non concurrit cum patruo, cum iſte eſt vocatus nomine proprio, ille vere per nomen collectiuum.*
8 *In ſubſtitutione de ſuperſtitibus, vel eorum filijs per alternatiuam, nepos non concurrit cum patruo. Et eſt communis. ibid.*
9 Barbatiæ conſ. 61. volum. 1. *reprobatur.*
10 Ruin. conſ. 171. num. 8. volum. 2. *perpenditur. Et reſoluitur, num. 11.*
12 Bart. in l. quidam relegatus, § fin. ff. de reb. dub. *declaratur.*
13 *Secundum caput quæſtionis affertur.*
14 *Expirat vulgaris ſubſtitutio, adeunte vno ex vocatis.*
15 *Vocatio ad fideicommiſſum ſuperſtitum, vel filiorum, cenſetur ſubſtitutio vulgaris.*
16 *Per ſubſtitutionem filiorum ſuperſtitum non admittuntur nepotes, ſcilicet filij filiorum præmortuorum.*
17 *Confeſſio circa ea, quæ conſiſtit in iure, non probatur.*
18 *Maior vt poſſit iuuari remedio dato Minori, ſufficit ſi habeat rem communem cum illo; licet inæquali portione.*

CONTROVERSIA DCLXIV.

QVibus rationibus Illuſtris, & M. Excellens D. Hieronymus Fidelis obtinuit duas ſententias ab Eccellentiſſimo Senatu, ipſum ſolum admittendum eſſe ad bona fideicommiſſo ſubiecta per q. D. Io: Franciſcum de Fidelibus, nec concurrere Illuſtrem D. Paulum eius ex fratre nepotem, ac d. fideicommiſſum expirare in perſona prædicti D. Hieronymi, eiſdem etiam exiſtimo obtenturum tertiam ſententiam fauorabilem, & priorum confirmatoriam, non obſtantibus, quæ in iure, & in facto propoſita fuerunt per d. D. Paulum.

Quo enim † ad primum punctum, an in ſecunda ſubſtitutione facta aliquo ex prædictis ſubſtitutis decedente ſine filijs de alijs ſuperſtitibus, vel eorum deſcendentibus, D. Hieronymus ſolus ex illis ſuperſtes ſuccedere debeat excluſo D. Paulo nepote, & filio vnius ex dictis ſubſtitutis, an vero ipſe D. Paulus debeat concurrere cum patruo, vel quaſi repræſentet perſonam ſui patris, vel quaſi vocatus ſit expreſse, vbi eius pater prædeceſſiſſet: Puto d. D. Paulum non concurrere cum patruo, per eam ſolidam rationem allegatam ab eo, qui ſcripſit pro ipſo D. Hieronymo, quod vbi plures vocantur per alternatiuam, tunc vocatio intelligitur ordine ſucceſſiuo, & patrui ſuperſtites primo nominati præferuntur nepotibus, dictique nepotes non cenſentur ſubſtituti, niſi omnes primo ſubſtituti deceſſiſſent.

2 Primo hoc probat † textus, *in l. cum pater, 77. §. penult. ff. de legat.* 2. vbi inter eos, inter quos cadit affectio ordinata, alternatiua non reſoluitur in coniunctiuam, ſed primo nominati præferuntur.

3 Secundo ad idem inducitur text. *in l. hæredes mei, 57. §. final. ff. ad Trebellian.* vbi ſubſtitutio facta de filijs, vel vno eorum, vel nepotibus, vel cognatis, non intelligitur de nepotibus, niſi præmortuis omnibus filijs, nec de alijs vocatis ſecundo loco per alternatiuam, niſi ſublatis primo loco nominatis.

4 Nec obſtat † reſponſio Ruin. ad illum textum, *in conſil. 171. num. 9. volum. 3.* quam probat Peregr. *de fideicomm. artic. 21. ante num. 43.* quod illud ideo ſtatuatur in d. textu, quia teſtator voluit reſtitui etiam vni tantum ex filijs, & ideo noluit nepotes admitti, vbi vnus ex filijs adeſſet, tum quia reſpondeo vim inductionis dicti textus conſiſtere in eo, quod poſterius nominati numquam admittãtur, niſi deficientibus omnibus primo nominatis, nam nepotes non ſuccedunt, niſi deficientibus filijs, nec cognati, niſi vbi non adſint nepotes, proinde vbi etiam non declaraſſet teſtator vni ſoli debere teſtator cui ſoli deberet reſtitui fideicommiſſum, idem fuiſſet deciſum in filijs reſpectu nepotum, quod fuit deciſum in nepotibus reſpectu cognatorum.

5 Præterea † non releuat dicta reſponſio Ruini, quia & ſi in numero plurali fiat mentio de ſuperſtitibus, tamen verificatur & in vno ſuperſtite tantum, & in eo ſolo operatur diſpoſitio Cuman. *conſil. 13. ſub numer. 1.* Magon. *deciſ. Florentin. 16. num* 31. vnde vocando ſuperſtites, idem eſt, ac ſi vocaſset omnes, vel vnum tantum ex ſuperſtitibus, quo caſu Ruinus admittit nepotes excludi.

6 Tertio facit, † quia alternatiuæ natura eſt, vt in vna parte verificata ceſſet altera. *l. ſi hæredes plures, ff. de condition. & demonſtration. l. generaliter, Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* quo circa vbi ſubſtitutio habere poteſt locũ in ſuperſtitibus, non poteſt eſse locus eorum filijs.

7 Quarto, † nepos non concurrit cum patruo, quando patruus eſt de honoratis nomine proprio, & ſubſtitutio de eo fit, deſignando illum per verba relatiua ad nominationem, puta prout euenit in caſu noſtro, quando ſubſtituuntur prædicti, vel ſupradicti; nepotes vero vocantur per verba collectiua, ita probat textus, *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. & per illum textum, ita docent multi, quos refert, & ſequitur Simon. de Pret. *de interpratat. vltimar. voluntat. lib. 3. interpratat. 3. dubitation. 4. ſolutio. 3. num. 24. ſol.* 339.

8 Quinto, † per ſupradicta argumenta, quod in ſubſtitutione facta de ſuperſtitibus, vel eorum filijs per alternatiuam nepos non concurrat cum patruo, tenent Alex. *conſil. 30. num. 2. volum. 2.* Corn. *conſil. 200. ſub numer. 1. circa finem, volum. 2. & conſil. 17. num. 1. volum. 4.* Cuman. *conſil.* 107. pulchre Curt. Iun. *conſil.* 161. Pariſ. *conſil. 21. num. 11.* vbi de communi, *volum. 3.* Ruin. *conſil. 92. num. 7. & conſ. 105. num. 11. & 19. volum. 2.* Portius *conſil. 8. in 2. dubio, maxime num. 31. & 43. & conſil. 19. n.* 5. Alciat. *conſil. 54. in fine, alias eſt conſil. 89. lib. 9.* Petr. Anton. Anguſ. *conſil. 38. num. 1. lib.* 6. Burſatt. *conſil. 71. n.* 6. Craſs. *§. fideicomm. quæſt. 11. num.* 10. Menoch *conſil. 200. num. 32.* vbi *num.* 36. plures recenſet, *& lib. 4. præſumpt. 70. num.* 30. vbi profitetur communem, & dicit

ita

Digitized by Google

ita omnes tenere, *in l. gallus, §. quidam recte*. Simon de Pret. *de interpraetation. vltimar. voluntat. lib. 3. d. ſolution. 3. num. 26. fol. 340.* Intrigliol. *de ſubſtitut. centur. 3. quaeſt. 80. num. 23.* Matheac. *in epitome fideicomm. lib. 2. cap. 6. n. 10. fol. 68.*

9 Et licet † Barbatia, *conſil. 61 volum. 1.* contrarium conſuluerit in eadem cauſa, in qua pro noſtra ſententia reſpondit Alex. *conſil. 30. volum. 2.* & eum ſecutus eſt Peregr. *de fideicomm. artic. 21. ſub num. 42.* qui eiuſdem opinionis recenſet Ruinum, & Pariſium, tamen vltra quod contra eos eſt communis opinio, latè Barbatia improbatur à Simon. de Pret. *d. lib. 3. ſolution. 3. ſub num. 26. verſicul. verumtamen recedendum non eſt, &c. fol. 340.*

10 Nec turbat † ratiocinatio Ruin. *in conſil. 171. ſub numer. 8. volum. 2.* quam extollit Peregr. *d. artic. 21. ſub numer. 42.* quod ſcilicet haec contraria opinio non habeat difficultatem, quando plures ſunt honorati, & teſtator ſubſtituit ſuperſtites, vel eorum filios, aliquo ex illis decedente ſine filijs, prout fecit in caſu iſto; tunc enim ſi ſubſtituat praemortuorum filios, vno tantum ſine liberis decedente, neceſſe eſt, quod ſuccedant cum patruo, quia non poſſet dari caſus, quo illi ſuccederent, vno tantum praedefuncto.

11 Sed profecto leuis eſt ratio iſta, † quia non vnus tantum, ſed plures poſſunt dari caſus quo iſti nepotes poſſint ſuccedere, etiam vno tantum praedefuncto ſine liberis, & non concurrere cum patruis, puta ſi omnes eorum patres, & fratres vltimi defuncti ſine liberis deceſſiſſent cum filijs, tunc verum eſſet, quod vnus tantum mortuus eſſet ſine filijs, & nihilominus nepotes ſuccederent, nec concurrerent cum patruis, vel etiam ſi vno defuncto fratres ipſius defuncti nollent, ſeu non poſſent adire haereditatem, tunc enim quia iſti nepotes ſunt vocati per vulgarem, ſuccederent, & adhuc nō concurrerent cum dictis patruis.

12 Ad argumentum † Peregrini *in d. artic. 21. ſub num. 42. verſic. pro iſta ſententia, &c.* quod deducitur ex doctrina Bartoli, *in l. quidam relegatus, §. final. ff. de rebus dubijs*, dum vult, quod ſi teſtator ſubſtituat tali decedenti ſine liberis Gaium, & Sempronium, vel eorū liberos, praemortuo Gaio cum filijs, eius filios ſuccedere vna cum Sempronio: poteſt reſponderi, quod non apparet Bartolum loqui de illis, inter quos cadat affectio ordinata, quales ſunt frater defuncti cognitus, quem magis diligere praeſumitur, & velle praeferri nepoti ignoto.

13 Quo vero ad † ſecundum punctum, an expirauerit ſubſtitutio in perſona d. D. Hieronymi, adeo vt ipſo decedente ſine filijs d. Paulus non poſſit aſpirare ad bona fideicommiſſi d. q. D. Io: Franciſci teſtatoris, ſed praefatus D. Hieronymus, tamquam vltimus, in quo finitum ſit fideicommiſſum, poſſit illa alienare.

14 Reſpondeo reſpectu portionis obuentae ad † ipſum D. Hieronymum, tamquam ſuperſtitem ab eius fra-
15 tribus † praedefunctis, non eſſe dubium expiraſſe fideicommiſſum, quia iſta vocatio ſuperſtitum, vel eorum filiorum dicitur per vulgarem facta, ita vt admiſſo vno ex ſuperſtitibus, reſpectu vocatorum, in eorum defectū expiret, & ſint perpetuo excluſi, prout docuit Cuman. *in l. Gallus, §. quidam recte, ſub num. 7. verſicul. vbi autem ſubſtituuntur*, & ibi Aretin. *column. penult. verſic. melius ergo notat*, Socin. patruus, *ſub num. 8. verſic. tertius caſus*, Ruin. *num. 51.* Alciat. *num. 49. & ſeq. ff. de lib. & poſthum.* idem Cuman. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, n. 4. ff. de legat. 2.* Caſtr. *conſil. 434. volum. 2.* Alex. *conſil. 13. colum. 3. verſic. & quod in propoſito noſtro, volum. 4.* Deci. *conſil. 204. num. 6. & conſil. 290. num. 2.* Socin. *conſil. 249. ſub num. 22. volum. 2 & conſil. 104. num. 10. vol. 3.* Ruin. *conſil. 92. ſub num. 5. & conſil. 78. in principio, & num. 5. in fine, & num. 6. & conſil. 190. num. 3. & 4. & conſil. 102. numer. 10 & ſub num. 12. & conſil. 159. num. 19. & 22. & conſ. 180. num. 5. volum. 2.* Pariſ. *conſil. 82. numer. 10. & 11. & conſil. 49. num. 17. volum. 2. & conſil. 39. numer. 7. volum. 3.* Socin. Iun. de communi, *conſil. 180. num. 53. volumen. 2.* Crot. *conſil. 65. num. 2. & ſeq.* Alciat. *conſil. 548. alias* *conſil. 89. num. 4. lib. 9.* Gabr. *conſil. 157. num. 1. & 13. vol. 1. & conſil. 69. num. 42. volum. 2.* Cephal. *conſil. 88. num. 34. & 36. & conſil. 269. num. 15. & conſil. 581. ſub num. 23. & conſil. 333. num. 4. & conſil. 326. num. 25.* Petr. Anton. Anguſ. *conſil. 38. num. 1. lib. 6.* Clar. *§. teſtamentum. quaeſt. 80. num. 4.* Craſs. *§. ſubſtitutio, quaeſt. 8. num. 9.* Didac. *in cap. Raynutius, §. 2. num. 6. & 7. de teſtam.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 8. num. 30. & lib. 8. tit. 8. numer. 70.* Sim. de Pret. *de interpraetat. vltim. volunt. libr. 2. fol. 239. num. 39. & 45. & fol. 280. num. 1.* Torniola, *conſil. 80. num. 7.* Decian. *conſil. 1. num. 187. & ſequ. volum 1. & conſil. 10. num. 30. & ſeq. volum. 3.* Petra, *de fideicommiſſ. quaeſt. 5. num. 157.* Matheac. *in epitom. fideicomm. lib. 2. capit. 14. fol. 84.* Peregr. in ſpecie, *de fideicomm. artic. 18. ſub num 24. verſic. ſed dubium*, Menoch. *lib. 4. praeſumpt. 71. num. 8. & conſil. 85. num. 73. & conſil. 496. num 9. & conſil. 1056. num. 1. cum ſeq.* Intrigliol. *de ſubſtitut. quaeſt. 81. numer. 2. cum ſeqq.*

Reſpectu vero trientis pro ſua portione ipſi D. Hieronymo in fideicommiſſo praefati D. Io: Franciſci, ſubſiſto; nam cum vni decedenti ſine filijs ſubſtituti ſint ſuperſtites, vel eorum filij, non video qua ratione decedente D. Hieronymo ſine filijs, non debeat, ſuccedere D. Paulus, ſed quia Excellentiſſimus Senatus cenſuit etiam pro hac parte extinctum eſſe fideicommiſſum ſuſpicor me non penetrare rationem huius deciſionis, & ideo hoc relinquo religioni ipſius Senatus, qui forte potuit moueri ex eo quod non fuerint ſubſtituti filij praemortuorum, ſed ſuperſtitum, qui caſus non poteſt conſiderari in D. Paulo, cuius pater iam deceſſit, per quam
16 † ſubſtitutionem non admitti filios praemortuorum cenſuit Socin. Iun. *conſil. 112. columna. 1. volum. 3.* ſed quia crebrius obtinuit, vt d. ſubſtitutio de filijs ſuperſtitum, intelligatur de filijs praemortuorum, ideo nec hanc arbitror fuiſſe rationem Excellentiſſimi Senatus.

Ad ea vero, quae poſt ſententias fauorabiles D. Hieronymo, oppoſita fuere, ſcilicet, quod ipſe D. Hieronymus agnouerit eam opinionem, quae tenet nepotem concurrere cum patruo, communicando dimidiam dictorum nepotum mediantibus locationibus, & alijs actibus poſitiuis: reſpondetur primo, de hoc non conſtare,
17 ſecundo dicitur, quod confeſſio circa † ea, quae conſiſtunt in iure, non nocet, neque prodeſt, *leg. confeſſionibus, ff. de interrogator. action.* D. Surd. *deciſ. 104. num. 30. & conſil. 5. num. 42.* Decian. *conſil. 33. num. 69. volum. 1.*

Ad aliud vero, quod ipſe D. Hieronymus ceciderit à iuribus ſuis, cum debito tempore non ſuſceperit inueſtituram de iſtis bonis feudalibus, & non potuerit ſe defendere à caducitate, niſi ſub eo praetextu, quod D. Paulus haberet partē in illis, vnde vel nūc nō poteſt denegare id, quod admiſit, vt ſe tueretur à caducitate, vel vbi D. Paulus nō habuiſſet partē in illis, vigore fideicōmiſſi, ad ipſum eſſet deuoluta, vigore antiquarum inueſtiturarū.

Reſpondetur neutrum ex praedictis poſſe obtinere D. Paulum, quia licet ipſe non haberet partem in iſtis terris reſpectu portionis ſubiectae fideicommiſſo, habebat tamen partem reſpectu portionis prouenientis non à D. Io: Franciſco fideicommittente, ſed à D. Paulo, qui nullum fecit fideicommiſſum, cuius portionis prouenientis à d. D. Paulo ſeniore dimidiam ſpectare ad hunc D. Paulum iuniorem, cenſuit Excellentiſſimus Senatus in ſententia lata die 18. Iulij 1608. *fol. 45.* & ideo licet haberet minorem partem in illis, verum tamen eſt habuiſſe partem, & propterea D. Hieronymum potuiſſe iuuari beneficio minoris, cum quo rem communem
18 habebat, quia ad hoc vt maior in propoſito † poſſit gaudere beneficio minoris, non reperitur cautum, quod ambo debeant habere aequalem partem in re, ſed ſufficit, quod vere ſit communis, licet inaequalibus portionib.

Non tango articulum, an ſuper bonis feudalibus ſubſiſtat fideicommiſſum ſine licentia inter comprehenſos, tum quia non puto expediri in praeſenti controuerſia, nā ſiue adſit, ſiue non, ſemper D. Hieronymus habebit ferè aequalem partem, de qua poſſit diſponere, tum etiam quia apud me adeo difficilis eſt queſtio, vt neſcirem pro

qua parte reſponderem, quia & ſi ſciam de iure communi crebriorem eſſe ſententiam, vt ſuſtineatur fideicommiſſum inter comprehenſos quando vocati ſunt, prout ſuccedere debebant, vigore inueſtiturarum, tamen ſtante conſuetudine alienandi feuda ex Statuto, quod prohibet omnem diſpoſitionem ſine licentia Domini valde dubitari poſſet, fideicommiſſum non valere.

ARGVMENTVM.

Poſterior creditor cum licentia hypothecę in feudalibus præfertur non habenti licentiam. De reſtitutione in integrum aduerſus ſententiam, ex clauſula generali, &c. Et de reuocatione iuris quæſiti tertio.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poſterior cum hypotheca, & licentia Domini præfertur anteriori pariter hypothecario, ſed ſine licentia.*
2 *Sententia præſumitur lata, prout de iure erat ferenda.*
3 *Sententia debet interpretari, vt minus quam fieri poſſit, deroget iuribus partium.*
4 *Expreſſum eſt ſufficienter, quod ſequitur ex verbis expreſſis, etſi illud fuiſſet exprimendum pro forma. Vel quod venit per relationem, num. 5. Vtcumque id contineatur verbis generalibus, num. 6.*
7 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*
8 *Hypotheca, & ſatisfactio in bonis feudalibus non conceditur, niſi in ſubſidium.*
9 *Nemo auctoritate publica decipi debet.*
10 *Vbi ſuadet æquitas, actio etiam extincta reuiuiſcit. Immo ea deficiente, Iudex debet ex officio prouidere, & num. 11.*
12 *Sententia eſt notoriè iniuſta, cum eius iniquitas deprehenditur ex actis, vel ſcrefert ad actum detegentem iniuſtitiam.*
13 *Sententia notoriè iniuſta non tranſit in iudicatum.*
14 *Præceptum imponens ſilentium ob latam ſententiam generalem, non impedit dictionem de nullitate.*
15 *Decretum de vendendis bonis ad ſtridas, vel aliud ſimile, non præiudicat, cum non eſt ſeruata præciſe eius forma.*
16 *Ex clauſul. generali,* Si qua mihi iuſta cauſa, *datur reſtitutio, & reſcinditur ſententia, & num. 18.*
17 *Datur reſtitutio etiam cum ſententia eſt lata contra ius litigatoris, ſecundum Canoniſtas; & de iure Ciuili, per ſupplicationem.*
19 *Ius tertio quæſitum reuocatur cum eſt quæſitum reuocabiliter. Vel cum interuenit nedum iuſtitia, ſed & gratia Principis in repetente, & num. 20. Præcipue cum illi à quo repetitur, eam acquiſiuit ex actu præiudiciali ipſi repetenti, & num. 21.*

CONTROVERSIA DCLXV.

IN Iudicio proclamatum terrarum venditarum per Dominos Paridem, & Galeatium fratres de Andreaſijs, Dominis Petro Antonio, & fratribus de Formigonis, comparuere Domina Laura de Blanchis vxor q. prædicti D. Galeatij viri prædefuncti, & petijt præferri pro ſuis dotib. quarum caſus reſtitutionis venerat per mortem mariti, comparuit etiam D. Genebra de Buſſis vxor D. Paridis, & petijt ſibi reſeruari iura pro ſuis dotibus, eueniente caſu illarum reſtituendarum, & vtraque præſentauit ſua inſtrumenta, cum obligatione bonorum maritorum, & licentia ab Epiſcopatu reſpectu hypothecæ bonorum feudalium, & ſexto loco fuit prælata d. D. Laura, octauo vero fuerunt reſeruata iura ipſi D. Genebræ, nec fuit habita mentio aliqua ſuarum licentiarum, nec quod earum vigore præferrentur in bonis feudalibus cæteris creditoribus etiam anterioribus non habentibus licentiam, quamuis hoc ſit tutum apud omnes, quod creditor poſterior cum hypo-
1 theca, † & licentia Domini præferatur anteriori hypothecario non habenti licentiam, Afflict. *deciſ.* 286. Paril. *conſil.* 18. *per totum, maxime ſub num.* 10. *volum.* 1. Marin. Frecc. *in tractat. de ſubfeud. lib.* 2. *auctoritat.* 1. *qu.* 30. *fol.* 158. *in antiqua impreſſione, & in noua, fol.* 217. Corbul. *in quæſt.* 4. *poſita poſt titulum de caduc. ob alienat. numer.* 8. Burſatt. *conſil.* 44. *num.* 9. *& conſil.* 45. *num.* 19. Capic. *in ſua inueſtitura feudali, in verbo feudales aſſenſus, colum.* 1. *limitat.* 1. *fol.* 77. Bero. *conſil.* 73. *ſub num.* 27. *vol.* 1. Franc. *deciſ.* 86. *ſub num.* 4. Intrigliol. *de feud. centur.* 2. *artic.* 6. *num.* 128 Io: Vincent. de Anna, *in repetit. conſtitutionis Diuæ memoriæ, num.* 105. *cum ſeqq. fol.* 200. D. Manent. *in fine tract. de iur. contract. liuellor. quæſt.* 1. *part.* 14. *num.* 4.

Vnde cum creditores anteriores abſumpſerint omnia bona, dictæ mulieres remanebant ſine dote, idcirco ſupplicarunt Sereniſſimo, *fol.* 49. vt mandare vellet, quod non obſtante ſententia generali, Excellentiſſimus Senatus deſignaret eis ſuum locum, habita ratione licentiarum, quarum inaduertenter nulla facta fuerat mentio, & emanauit reſcriptum, quod dictus Senatus ferret.

Nunc in facienda relatione, reſpectu iuris vtriuſque dictarum mulierum, cum euenerit etiam caſus reſtitutionis dotis ipſius D. Genebræ per mortem eius viri ſecutam de anno præſenti, dubitat Excellentiſſimus Senatus, quod & ſi earum prætenſio ſapiat magnam æquitatem, tamen non ſit audienda nunc, ex quo ſecuta eſt ſententia generalis, per quam acquiſitum eſt ius anterioribus creditoribus prælatis in ea, illiſque diſtributum totum pretium, adeo vt neceſſe eſſet ſubuertere vniuerſas aſſignationes, & reuangare, ac reſuſcitare actiones perpetuo ſilentio ſopitas.

Prædicto tamen ſcrupulo excitato non obſtante, exiſtimo referendum eſſe Sereniſſimo D. in gratiam ipſarum mulierum, quod earum prælationes intelligi, & declarari debeant, vt vigore licentiarum debeant præferri in bonis feudalibus creditoribus, etiam anteriori loco prælatis, nullam tamen habentibus licentiam pro hypotheca dictorum feudalium.

Primo moueor, quia prælationes harum mulierum fuerunt factæ cum expreſſa relatione ad inſtrumenta earum dotium, & ſpecifica mentione ipſorum inſtrumentorum, exprimendo diem, annum, & notarium, & quod plus eſt reſpectu D. Genebræ, ad cuius inſtantiam ego nunc ſcribo, reſeruata fuerunt quæcumque iura, & hypothecæ ipſi competentia, vigore d. inſtrumenti, in quibus inſtrumentis cum ſint regiſtratæ licentiæ, ſequitur, quod cenſeantur prælatæ ſecundum hypothecam, quæ reſultat ex ipſis licentijs, tum quia
2 ſententia præſumitur † lata prout de iure erat ferenda, Bart. *in l. ſi fundus, § in vendicatione, ſub num.* 4. *ff. de pignoribus,* Crauett. *conſil.* 74. *num.* 9. Surd. *conſil.* 186. *num.* 8. *& deciſ.* 93. *num.* 26. & debet interpretari, quod no-
3 luerit † derogare, vel minus, quam ſit poſſibile, iuribus partium, Abb. *conſil.* 7. *ad fin. vol.* 1. Riminald Iun. *conſ.* 48. *n.* 63. tum quia hoc ſatis cenſetur expreſſum, ex
4 quo expreſſum dicitur, quod ſequitur † ex verbis expreſſis, licet fuiſſet exprimẽdũ pro forma, Surd. qui alios allegat, *conſil* 14. *num.* 20. *& deciſ.* 154. *num.* 38. *& deciſ.*
5 255. *num.* 19. † & quod venit per relationem ad aliud *l. ſi ita ſcripſero,* vbi Bart. & Caſtr. *ff. de condit. & demonſtrat.* Bero. *conſil.* 110. *num.* 58 *volum.* 2. Grat. *conſil.* 137. *num.* 12. *volum.* 2. Burſatt. *conſil.* 329. *num.* 22. *vel etiam continetur verbis generalibus, l.* 1. vbi ſcribentes, *ff. de vulgar.* Bart. *in l. prætor, in principio, ff. de nou. oper. nunc.* Riminald. Iun. *conſil.* 38. *num.* 8. Surd. *conſil.* 181. *numer.* 42.

Et cum per d. relationem inſtrumentorum, & reſeruationem hypothecarum ex eis reſultantium tacite ineſſet (licet etiam, vt dixi, potius hoc debeat dici expreſſum) prælatio omnibus illis, qui non haberent aliquam licentiam, ob id neceſſarium non fuit hoc ſpeci-
7 fice exprimere, quia expreſſio † eius, quod tacite

ineſt

ineſt nihil operatur, *leg.3.ff.de legat.1.* Surd. *conſ.110.n. 4.& deciſ.344.n.14.p.2.cum vulgaribus.*

8 Nec refert ſi dicatur, quod ſi Senatus habuiſſet hanc intelligentiam non poſuiſſet has mulieres in locis ita remotioribus in ſententia, ſed anterioribus eis qui non habebant licentiam, quia reſpondeo, quod immo debebat ponere eas in dictis locis, non obſtante, quod anteriores futuræ eſſent in feudalibus omnibus alijs, ex quo hypotheca, & ſatisfactio non conceditur in feudalibus, niſi in ſubſidium, vbi non extent allodialia, tum iure communi. Burſatt. qui alios cumulat, *conſ.80.nu.27.* tum quia hoc erat expreſſum in licentijs, vnde vbi extitiſſent allodialia ſufficientia, non poterant eis dari, niſi ille locus; ſed vbi deficerent, tunc reſultabat prælatio in dictis feudalibus, omnibus non habentibus licentiam, & ita ſeruat Senatus, qui ponit vnumquemque ſuo loco, licet aliquis poſterior vigore licentiæ potior futurus ſit in bonis obnoxijs; & licet hoc ſoleat exprimere, ſcilicet ita tamen, vt in bonis obnoxijs præferatur etiam anteriorib. nō habentib. licentiā, tamen vt dixi, hoc, vel non erat neceſſe, quia tacitè inerat, vel ſatis dicitur expreſſū per relationem ad inſtrumenta, & præcipue reſpectu D. Genebræ, cum fuerunt reſeruata quecumque iura, & hypotheca ipſi competentia, propterea cum eius hypotheca præiret omnibus non habentibus licentiam, dicitur etiam reſeruata talis qualis erat, per illud verbum vniuerſale geminatum *Quecumque*.

9 Secundo, vbi etiam Excellentiſſimus † Senatus non habuiſſet hunc ſpiritum, adhuc facienda eſſet relatio fauorabilis, & ita declaranda, & ſupplenda ſententia, quia nulla viget earum culpa, ex quo iura ſua produxerunt cum licentijs debito tempore; vnde auctoritate publica decipi non debuerunt, vt tradit Mantua. *conſil. 183.num.12.volum.2.* argumento *l.1.C.de his, qui veniā ætatis impetrauerunt.*

10 Tertio, † vbi æquitas ſuadet, actio etiam extincta reuiuiſcit, *l.2.§.final.ff.de heredit.vel actio.vendit. l.ſeruientes, §.ſi ſublatum, ff.de ſeruitut. vrban. prædior. l.vnus ex ſocijs, §.final.ff.de ſeruitut.ruſtic.prædior. l.final. §. plane, ff.de eo per quem fact.erit. l.ſi maritus, ff.de fund.dotal. l.cum quis, §.fin.ff.de ſolution.*

11 Et vbi æquum, & bonum ſuadet, etiam omni deficiente actione Iudex prouidere debet, *leg. 1.ff. quod cum eo, qui in alien.poteſtat.* Marſil. *in ſua practica, §.ſequens ſub num.36.verſic. Item facit ad prædicta, &c.* nulla autē maior æquitas, eâ quæ inſurgit in propoſito, conſiderari poteſt.

12 Quarto, † vbi iſtæ mulieres non præirent in feudalibus alijs creditoribus non habentibus licentiam, vti (que ſententia Senatus, quod dictum ſit cum debita reuerentia) eſſet euidenter iniqua; quia ſententia dicitur notoriè iniuſta, quando eius iniquitas deprehenditur ex actis, & maxime cum ſe referat ad ea, quæ detegunt iniuſtitiam, Surdus late, *conſil. 324. num.2.* & ob

13 † id etiam non potuiſſet tranſire in iudicatum, quinimo diceretur nulla, vt idem met Surdus late probat, *ibidem, & in conſil 62.num.24.& 52. & conſil.223. num. 6.& conſ.354.num.14.*

14 Ordo autem imponens † perpetuum ſilentium lata ſententia generali, non impedit, quin poſſit dici de nullitate dictæ ſententiæ, Plot. *in repertorio repetitionis legis, ſi quando, in verbo Decretum, in titulo de decretis dominij Mediolani, ſub rubrica de bonis ad cridas ponendis, verſic. nlc, Decretum dicens, quod in causis cridarum, &c.* Sola, *ad nouas conſtitut. Sabaud. in tit. de forma, ac ſolemnitate obſeruanda pro contractuum confirmatione, gloſſa tertia, numero quinto, fol.66.*

15 Quinto, † ſimilia decreta de vendendis bonis ad cridas non præiudicant, quando non eſt ſeruata eorum præciſa forma, Plot. *in dict. tit. de decret. Mediolan.&c. verſic. decretum volens, &c.* Burſatt. *conſ. 66. numer.4.* Borgnin. *deciſ.11.num.19.& deciſ.13. num. 18.23. & 43.part.1.* ſed cum noſtrum decretum excludat à iuribus ſuis tantum, qui non comparuerunt, vel non probarunt iura ſua, vel qui ea deduxerunt, ſed non iuridica, vtique non poteſt dici ſeruata eius forma, poſtponendo has mulieres, quæ comparuerunt, & deduxerunt iura ſua, & vtique iuridica, & per conſequens perpetuum ſilentium eis non nocet, quia vt dixi, non præiudicat his, qui deduxerunt iura ſua.

16 Sexto, † ſi ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta causa, &c.* datur reſtitutio, & reſcinditur ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum, late Surd. *conſil.268.num.18. cum ſeqq.* & licet Sforz. Odd. *in tractat. de reſtitut. in in-*

17 *tegr. quæſt.79. articul.2.* dubitet an detur † reſtitutio, quando ſententia eſt lata contra ius litigatoris, tamen vltra, quod communis opinio Canoniſtarum ſtat pro reſtitutione, ipſe *num.13.* inquit ſaltem per ſupplicationem poſſe peti reſtitutionem, & eſſe admiſſibilem, prout petita eſt in caſu iſto.

18 Et in ſpecie, † quod detur reſtitutio ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta causa*, aduerſus ſententiam perpetui ſilentij, vigore ſimilium decretorum, tradit Plotus, *in dicto repertorio legis, ſi quando, in dict. tit. de decret. dominij Mediolani, de bonis ad cridas ponendis, in verſicul. Decretum inquit, vbi cridis non contradicatur &c.* ibi, *vnde quæro an contra ipſas cridas, &c.*

Si inquam datur reſtitutio contra ſimiles ſententias, ex cauſa aliqua iuſta; quæ iuſtior conſiderari poteſt hac, quam proponunt hæ mulieres, quod iura ſua deduxerint, & probauerint, ac ſine ſua culpa, inaduertenter in ſententia de eis nulla fuerit habita ratio?

Septimo, ſi quotidie videmus Excellentiſſimum Setum vigore ſimilium reſcriptorum ex iuſtis cauſis referre Sereniſſimo aliquos etiam, qui non comparuerunt, non obſtante ſententia lata, & perpetuo ſilentio impoſito audiendos, & admittendos eſſe, prout admittuntur, vtique & hæ mulieres audiri debent, quia nulla iuſtior cauſa ſua allegari poteſt, & ſi merentur excludi, certe nō poteſt dari caſus quod aliquis alius vmquam ſit admiſſibilis.

19 Non obſtat, † quod ius ſit acquiſitum iam creditoribus prælatis, & quod eſſet conturbare, & ſubuertere totum proceſſum, tum quia cum fuerint reſeruata iura Dominæ Genebræ, pro qua conſulo, in caſum reſtituendæ dotis, vtique creditores aliqui moleſtandi erant, & cum hoc præcogitare potuerint, non erit abſurdum ſi refundant, quod ab initio, cum hac conditione, & onere acceperunt.

20 Tum etiam † non obſtat, quia vbi reſtitutio gratioſa habet admixtam iuſtam cauſam, itavt non minus ex iuſtitia, quam ex gratia conceſſa dici poſſit, tunc reuocatur etiam ius tertio plene quæſitum, & ei præiudicatur, Sforz. Odd. *de reſtitut. quæſt.99. articul.13. num. 116.cum ſeqq.* Surd. *conſ.103.num.16.* Lancellott. Gallia, *conſ.119.num.43.*

21 Maxime, † quando tertius ius acquiſiuit, vigore dicti actus, ex quo alteri, qui nunc reſtituitur, præiudicatum fuit, & ex eius præiudicio tertius ille in eius locum intrauit, idem Odd. *quæſt. 96. ſub num.23. & quæſt. 99.num.87.& 97.*

A R G V M E N T V M.

Ad quid teneatur ſubinueſtiens; cum Dominus directus euincit vtile dominium à ſubinueſtito. De euictione veniente in actum de ſui natura. De Relatiui *Quod* effectu. Verbum, *Perpetuò*, quomodo intelligatur. Et de reſeruatione iurium, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia non concedit rem ad libellum, niſi adſit vtilitas.*

2 *Cum emptor ex ſua culpa patitur euictionem, non habet regreſſum aduerſus venditorem.*

3 *Auctor non eſt grauandus, de ijs, quæ quis voluit pæ-*

qua parte reſponderem, quia & ſi ſciam de iure communi crebriorem eſſe ſententiam, vt ſuſtineatur fideicommiſſum inter comprehenſos quando vocati ſunt, prout ſuccedere debebant, vigore inueſtiturarum, tamen ſtante conſuetudine alienandi feuda ex Statuto, quod prohibet omnem diſpoſitionem ſine licentia Domini valde dubitari poſſet, fideicommiſſum non valere.

ARGVMENTVM.

Poſterior creditor cum licentia hypothecę in feudalibus præfertur non habenti licentiam. De reſtitutione in integrum aduerſus ſententiam, ex clauſula generali, &c. Et de reuocatione iuris quæſiti tertio.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poſterior cum hypotheca, & licentia Domini præfertur anteriori pariter hypothecario, ſed ſine licentia.*
2 *Sententia præſumitur lata, prout de iure erat ferenda.*
3 *Sententia debet interpretari, vt minus quam fieri poſſit, deroget iuribus partium.*
4 *Expreſſum eſt ſufficienter, quod ſequitur ex verbis expreſſis, etſi illud fuiſſet exprimendum pro forma. Vel quod venit per relationem, num.5. Vtcumque id contineatur verbis generalibus, num.6.*
7 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*
8 *Hypotheca, & ſatisfactio in bonis feudalibus non conceditur, niſi in ſubſidium.*
9 *Nemo auctoritate publica decipi debet.*
10 *Vbi ſuadet æquitas, actio etiam extincta reuiuiſcit. Immo ea deficiente, Iudex debet ex officio prouidere, & num.11.*
12 *Sententia eſt notoriè iniuſta, cum eius iniquitas deprehenditur ex actis, vel ſe refert ad actum detegentem iniuſtitiam.*
13 *Sententia notoriè iniuſta non tranſit in iudicatum.*
14 *Præceptum imponens ſilentium ob latam ſententiam generalem, non impedit dictionem de nullitate.*
15 *Decretum de vendendis bonis ad ſtridas, vel aliud ſimile, non præiudicat, cum non eſt ſeruata præciſe eius forma.*
16 *Ex clauſul. generali,* Si qua mihi iuſta cauſa, *datur reſtitutio, & reſcinditur ſententia, & num.18.*
17 *Datur reſtitutio etiam cum ſententia eſt lata contra ius litigatoris, ſecundum Canoniſtas; & de iure Ciuili, per ſupplicationem.*
19 *Ius tertio quæſitum reuocatur cum eſt quæſitum reuocabiliter. Vel cum interuenit nedum iuſtitia, ſed & gratia Principis in repetente, & num.20. Præcipue cum ille à quo repetitur, eam acquiſiuit ex actu præiudiciali ipſi repetenti, & num.21.*

CONTROVERSIA DCLXV.

IN Iudicio proclamatum tertarum venditarum per Dominos Paridem, & Galeatium fratres de Andreaſijs, Dominis Petro Antonio, & fratribus de Formigonis, comparuere Domina Laura de Blanchis vxor q. prædicti D.Galeatij viri prædefuncti, & petijt præferri pro ſuis dotib. quarum caſus reſtitutionis venerat per mortem mariti, comparuit etiam D.Genebra de Buſſis vxor D.Paridis, & petijt ſibi reſeruari iura pro ſuis dotibus, eueniente caſu illarum reſtituendarum, & vtraque præſentauit ſua inſtrumenta, cum obligatione bonorum maritorum, & licentia ab Epiſcopatu reſpectu hypothecæ bonorum feudalium, & ſexto loco fuit prælata d.D.Laura, octauo vero fuerunt reſeruata iura ipſi D.Genebræ, nec fuit habita mentio aliqua ſuarum licentiarum, nec quod earum vigore præferrentur in bonis feudalibus cæteris creditoribus etiam anterioribus non habentibus licentiam, quamuis hoc ſit tutum apud omnes, quod creditor poſterior cum hypo-
1 theca, † & licentia Domini præferatur anteriori hypothecario non habenti licentiam, Afflict. *deciſ.*286. Pariſ. *conſil.*18. *per totum, maxime ſub num.*10. *volum.*1. Marin. Frece. *in tractat. de ſubfeud. lib.*2. *auctoritat.*1. *qu.*30. *fol.*158. *in antiqua impreſſione, & in noua, fol.*217. Corbul. *in quæſt.*4. *poſita poſt titulum de caducis ob alienat. numer.*8. Burſatt. *conſil.*44. *num.*9. *& conſil.*45. *num.*19. Capic. *in ſua inueſtitura feudali, in verbo feudales aſſenſus, colum.*1. *limitat.*1. *fol.*77. Bero. *conſil.*73. *ſub num.*27. *vol.*1. Franc. *deciſ.*86. *ſub num.*4. Intrigliol. *de feud. centur.*2. *artic.*6. *num.*128. Io: Vincent. de Anna, *in repetit. conſtitutionis Diuæ memoriæ, num.*205. *cum ſeqq. fol.*200. D. Manent. *in ſuo tract. de iur. contract. libellar. quæſt.*1. *part.*14. *num.*4.

Vnde cum creditores anteriores abſumpſerint omnia bona, dictæ mulieres remanebant ſine dote, idcirco ſupplicarunt Sereniſſimo, *fol.*49. vt mandare vellet, quod non obſtante ſententia generali, Excellentiſſimus Senatus deſignaret eis ſuum locum, habita ratione licentiarum, quarum inaduertenter nulla facta fuerat mentio, & emanauit reſcriptum, quod dictus Senatus ferret.

Nunc in facienda relatione, reſpectu iuris vtriuſque dictarum mulierum, cum euenerit etiam caſus reſtitutionis dotis ipſius D.Genebræ per mortem eius viri ſecutam de anno præſenti, dubitat Excellentiſſimus Senatus, quod & ſi earum prætenſio ſapiat magnam æquitatem, tamen non ſit audienda nunc, ex quo ſecuta eſt ſententia generalis, per quam acquiſitum eſt ius anterioribus creditoribus prælatis in ea, illiſque diſtributum totum pretium, adeout neceſſe eſſet ſubuertere vniuerſas aſſignationes, & reuangare, ac reſuſcitare actiones perpetuo ſilentio ſopitas.

Prædicto tamen ſcrupulo excitato non obſtante, exiſtimo referrendum eſſe Sereniſſimo D. in gratiam ipſarum mulierum, quod earum prælationes intelligi, & declarari debeant, vt vigore licentiarum debeant præferri in bonis feudalibus creditoribus, etiam anteriori loco prælatis, nullam tamen habentibus licentiam pro hypotheca dictorum feudalium.

Primo moneor, quia prælationes harum mulierum fuerunt factæ cum expreſſa relatione ad inſtrumenta earum dotium, & ſpecifica mentione ipſorum inſtrumentorum, exprimendo diem, annum, & notarium, & quod plus eſt reſpectu D. Genebræ, ad cuius inſtantiam ego nunc ſcribo, reſeruata fuerunt quæcumque iura, & hypothecæ ipſi competentia, vigore d. inſtrumenti, in quibus inſtrumentis cum ſint regiſtratæ licentiæ, ſequitur, quod cenſeantur prælatæ ſecundum hypothecam, quæ reſultat ex ipſis licentijs, tum quia
2 ſententia præſumitur † lata prout de iure erat ferenda, Bart. *in l. ſi fundus, § in vendicatione, ſub num.*4. *ff. de pignoribus,* Crauett. *conſil.*74. *num.*9. Surd. *conſil.*186. *num.*8. *& deciſ.*93. *num.*26. & debet interpretari, quod no-
3 luerit † derogare, vel minus, quam ſit poſſibile, iuribus partium, Abb. *conſil.*7. *ad fin. vol.*1. Riminald. Iun. *conſ.*48. *n.*63. tum quia hoc ſatis cenſetur expreſſum, ex
4 quo expreſſum dicitur, quod ſequitur † ex verbis expreſſis, licet fuiſſet exprimēdū pro forma, Surd. qui alios allegat, *conſil* 14. *num.*20. *& deciſ.*154. *num.*38. *& deciſ.*
5 255. *num.*19. † & quod venit per relationem ad aliud, *l. ſi ita ſcripſero,* vbi Bart. & Caſtr. *ff. de condit. & demonſtrat.* Bero. *conſil.*110. *num.*58. *volum.*2. Grat. *conſil.*137. *num.*12. *volum.*2. Burſatt. *conſil.*329. *num.*22. *vel etiam continetur verbis generalibus, l.*1. vbi ſcribentes, *ff. de vulgar.* Bart. *in l. prætor, in principio, ff. de nou. oper. nunc.* Riminald. Iun. *conſil.*38. *num.*8. Surd. *conſil.*181. *numer.*42.

Et cum per d. relationem inſtrumentorum, & reſeruationem hypothecarum ex eis reſultantium tacite ineſſet (licet etiam, vt dixi, potius hoc debeat dici expreſſum) prælatio omnibus illis, qui non haberent aliquam licentiam, ob id neceſſarium non fuit hoc ſpeci-
7 fice exprimere, quia expreſſio † eius, quod tacite

ineſt

Digitized by Google

ineſt nihil operatur, *leg.3.ff.de legat.1.* Surd. *conſ.110.n.4.& deciſ.344.n.14.p.2.cum vulgaribus.*

8 Nec refert ſi dicatur, quod ſi Senatus habuiſset hanc intelligentiam non poſuiſset has mulieres in locis ita remotioribus in ſententia, ſed anterioribus eis qui non habebant licentiam, quia reſpondeo, quod immo debebat ponere eas in dictis locis, non obſtante, quod anteriores futuræ eſsent in feudalibus omnibus alijs, ex quo hypotheca, & ſatisfactio non conceditur in feudalibus, niſi in ſubſidium, vbi non extent allodialia, tum iure communi. Burſatt. qui alios cumulat, *conſ.80.nu.27.* tum quia hoc erat expreſsum in licentijs, vnde vbi extitiſsent allodialia ſufficientia, non poterant eis dari, niſi ille locus; ſed vbi deficerent, tunc reſultabat prælatio in dictis feudalibus, omnibus non habentibus licentiam, & ita ſeruat Senatus, qui ponit vnumquemque ſuo loco, licet aliquis poſterior vigore licentiæ potior futurus ſit in bonis obnoxijs; & licet hoc ſoleat exprimere, ſcilicet ita tamen, vt in bonis obnoxijs præferatur etiam anteriorib. nõ habentib. licentiã, tamen vt dixi, hoc, vel non erat neceſse, quia tacitè inerat, vel ſatis dicitur expreſsũ per relationem ad inſtrumenta, & præcipue reſpectu D. Genebræ, cum fuerunt reſeruata quecumque iura, & hypotheca ipſi competentia, propterea cum eius hypotheca præiret omnibus non habentibus licentiam, dicitur etiam reſeruata talis qualis erat, per illud verbum vniuerſale geminatum *Quecumque.*

9 Secundo, vbi etiam Eccellentiſſimus † Senatus non habuiſset hunc ſpiritum, adhuc facienda eſset relatio fauorabilis, & ita declaranda, & ſupplenda ſententia, quia nulla viget earum culpa, ex quo iura ſua produxerunt cum licentijs debito tempore; vnde auctoritate publica decipi non debuerunt, vt tradit Mantua. *conſil.183.num.12.volum.2.* argumento *l.1.C.de his, qui veniã ætatis impetrauerunt.*

10 Tertio, † vbi æquitas ſuadet, actio etiam extincta reuiuiſcit, *l.2.§.final.ff.de hæredit.vel actio.vendit. l.ſeruitutes, §.ſi ſublatum, ff.de ſeruitut. vrban. prædior. l.vnus ex focijs, §.final.ff.de ſeruitut.ruſtic.prædior.l.final. §. plane, ff.de eo per quem fact.erit.l.ſi maritus, ff.de fund.dotal.l.cum quis, §.fin.ff.de ſolution.*

11 Et vbi æquum, & bonum ſuadet, etiam omni deficiente actione Iudex prouidere debet, *leg.1.ff.quod cum eo, qui in alien.poteſtat.* Marſil. *in ſua practica, §.ſequens ſub num.36.verſic. Item facit ad prædicta, &c.* nulla autẽ maior æquitas, eá quæ inſurgit in propoſito, conſiderari poteſt.

12 Quarto, † vbi iſtæ mulieres non præirent in feudalibus alijs creditoribus non habentibus licentiam, vti (que ſententia Senatus, quod dictum ſit cum debita reuerentia) eſſet euidenter iniqua; quia ſententia dicitur notoriè iniuſta, quando eius iniquitas deprehenditur ex actis, & maxime cum ſe referat ad ea, quæ detegunt iniuſtitiam, Surdus late, *conſil.324.num.2.* & ob

13 † id etiam non potuiſſet tranſire in iudicatum, quinimo diceretur nulla, vt idemmet Surdus late probat, *ibidem, & in conſil.62.num.24.& 52.& conſil.223.num.6.& conſ.354.num.14.*

14 Ordo autem imponens † perpetuum ſilentium lata ſententia generali, non impedit, quin poſſit dici de nullitate dictæ ſententiæ, Plot. *in repertorio repetitionis legis, ſi quando, in verbo Decretum, in titulo de decretis dominij Mediolani, ſub rubrica de bonis ad cridas ponendis, verſic. ult. Decretum dicens, quod in cauſis cridarum, &c.* Sola, *ad nouas conſtitut. Sabaud. in tit. de forma, ac ſolemnitate obſeruanda pro contractuum confirmatione, gloſſa tertia, numero quinto, fol.66.*

15 Quinto, † ſimilia decreta de vendendis bonis ad cridas non præiudicant, quando non eſt ſeruata eorum præciſa forma, Plot. *in dict. tit. de decret. Mediolan. &c. verſic. decretum volens, &c.* Burſatt. *conſ.66.numer.4.* Borgnin. *deciſ.11.num.19.& deciſ.13.num.18.23.& 43.part.1.* ſed cum noſtrum decretum excludat á iuribus ſuis tantum, qui non comparuerunt, vel non probarunt iura ſua, vel qui ea deduxerunt, ſed non iuridica, vtique non poteſt dici ſeruata eius forma, poſtponendo has mulieres, quæ comparuerunt, & deduxerunt iura ſua, & vtique iuridica, & per conſequens perpetuum ſilentium eis non nocet, quia vt dixi, non præiudicat his, qui deduxerunt iura ſua.

16 Sexto, † ſi ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta cauſa, &c.* datur reſtitutio, & reſcinditur ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum, late Surd. *conſil.268.num.18.cum ſeqq.* & licet Sforz. Odd. *in tractat.de reſtitut. in in-*

17 *tegr.quaeſt.79.articul.2.* dubitet an detur † reſtitutio, quando ſententia eſt lata contra ius litigatoris, tamen vltra, quod communis opinio Canoniſtarum ſtat pro reſtitutione, ipſe *num.13.* inquit ſaltem per ſupplicationem poſſe peti reſtitutionem, & eſſe admiſſibilem, prout petita eſt in caſu iſto.

18 Et in ſpecie, † quod detur reſtitutio ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta cauſa,* aduerſus ſententiam perpetui ſilentij, vigore ſimilium decretorum, tradit Plotus, *in dicto repertorio legis, ſi quando, in dict. tit. de decret. dominij Mediolani, de bonis ad cridas ponendis, in verſicul. Decretum inquit, vbi cridis non contradicatur &c.* ibi, *vnde quæro an contra ipſas cridas, &c.*

Si inquam datur reſtitutio contra ſimiles ſententias, ex cauſa aliqua iuſta; quæ iuſtior conſiderari poteſt hac, quam proponunt hæ mulieres, quod iura ſua deduxerint, & probauerint, ac ſine ſua culpa, inaduertenter in ſententia de eis nulla fuerit habita ratio?

Septimo, ſi quotidie videmus Excellentiſſimum Setum vigore ſimilium reſcriptorum ex iuſtis cauſis referre Sereniſſimo aliquos etiam, qui non comparuerunt, non obſtante ſententia lata, & perpetuo ſilentio impoſito audiendos, & admittendos eſſe, prout admittuntur, vtique & hæ mulieres audiri debent, quia nulla iuſtior cauſa ſua allegari poteſt, & ſi merentur excludi, certe nõ poteſt dari caſus quod aliquis alius vmquam ſit admiſſibilis.

19 Non obſtat, † quod ius ſit acquiſitum iam creditoribus prælatis; & quod eſſet conturbare, & ſubuertere totum proceſſum, tum quia cum fuerint reſeruata iura Dominæ Genebræ, pro qua conſulo, in caſum reſtituendæ dotis, vtique creditores aliqui moleſtandi erant, & cum hoc præcogitare potuerint, non erit abſurdum ſi refundant, quod ab initio, cum hac conditione, & onere acceperunt.

20 Tum etiam † non obſtat, quia vbi reſtitutio gratioſa habet admixtam iuſtam cauſam, ita vt non minus ex iuſtitia, quam ex gratia conceſſa dici poſſit, tunc reuocatur etiam ius tertio plene quæſitum, & ei præiudicatur, Sforz. Odd. *de reſtitut.quaeſt.99.articul.13.num.116.cum ſeqq.* Surd. *conſ.203.num.16.* Lancellott. Gallia, *conſ.119.num.43.*

21 Maxime, † quando tertius ius acquiſiuit, vigore dicti actus, ex quo alteri, qui nunc reſtituitur, præiudicatum fuit, & ex eius præiudicio tertius ille in eius locum intrauit, idem Odd. *quaeſt. 96. ſub num.23.& quaeſt.99.num.87.& 97.*

A R G V M E N T V M.

Ad quid teneatur ſubinueſtiens; cum Dominus directus euincit vtile dominium à ſubinueſtito. De euictione veniente in actum de ſui natura. De Relatiui *Quod* effectu. Verbum, *Perpetuò*, quomodo intelligatur. Et de reſeruatione iurium, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia non concedit rem ad libellum, niſi adſit vtilitas.*
2 *Cum emptor ex ſua culpa patitur euictionem, non habet regreſſum aduerſus venditorem,*
3 *Auctor non eſt grauandus, de ijs, quæ quis voluit pa-*

minij, quod habebat, nec de ſui natura, nec re ipſa
inerat in toto dominio, nec perpetuo, quia poteſt eſ-
ſe, quod non haberet, niſi partem, vel temporaliter,
igitur reſtringitur ad id, quod habebat.
10 Et quod, † ſi quis concedat ius, quod habet in ta-
li Caſtro, vel alia re, vigore dicti relatiui reſtrictiue
operantis non intelligatur conceſſiſſe, niſi quatenus ha-
bet, tradunt Bartol. & alij *in l. ſi ſic legatum, §. ſi mihi*,
vbi Caſtr. *num.* 5. & Iaſ. *num.* 18. *ff. de legat.* 1. Menoch.
conſil. 658. *ſub numero tertio*, *& quarto*, *volum.* 7. vbi
plures allegat.
Vbi autem, quis dat tantum ius quod habet, tunc
non tenetur de euictione, Caſtrenſ. *in d. l. ſi ſic legatum*,
§. ſi mihi num. 6. *ff. de legat.* 1. Natt. *conſil.* 38. *per totum*,
maxime ſub num. 1. Riminald. Iun. *conſil.* 74. *num.* 17. pro
quo bene facit *l. ſi iactum, ff. de contrahend. emption.* Ber-
taz. *de clauſulis inſtrumentorum*, *clauſul.* 26. *gloſſ.* 8. *nu-
mer.* 6.
11 Nec obſtat, † quod conceſſio fuerit facta in perpe-
tuum, cum tamen non haberet, niſi ius temporale,
quia cum iſtud verbum, *in perpetuum*, accipiatur ſe-
cundum ſubiectam materiam, vt late probat D. Surd.
conſil. 448. *ſub num.* 26. intelligitur facta conceſſio per-
petua reſpectu concedentis, ſcilicet, quod numquam
ipſe reuocabit ius conceſſum, & etiam reſpectu iuris
conceſſi, donec Collegio placuerit inueſtire; verbum
enim, *Perpetuo*, recte applicatur etiam tempori fini-
12 turo † per aliquem euentum, quia intelligitur per-
petuo, donec caſus euenerit, vt per Dominum Surd.
vbi ſupra.
Non obſtat pariter reſeruatio facta per Eccellentiſſi-
mum Senatum ipſi Bonettæ in ſententia, quia reſerua-
13 tio nihil operatur, † ſi nihil ſit reſeruabile, nec dat
nouum ius, ſed tantum conſeruat, ſi aliquod ſubeſt,
l. 4. *§. ſi in venditione, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluu.*
Socin. *conſil.* 287. *num.* 2. *volum.* 1. Honded. *conſil.* 84. *nu-
mer.* 23. *volum.* 2. D. Surd. *deciſ.* 205. *num.* 13. & cum reſer-
14 uauerit in genere iura † talia qualia competunt, re-
ſeruatio non tribuit ius, niſi probetur quæ iura com-
petant, iuxta tradita à ſcribentibus, *in d. l. ſi ſic legatum*,
§. 1. *ff. de legat.* 1. & à D. Surd. *conſil.* 135. *nu.* 48. cum vul-
garibus.

ARGVMENTVM.

Vis quommodo committatur. De ſeruitutibus diſ-
continuis; quomodo acquirantur, probentur,
& præſcribantur. Ad earum libertatem præſcri-
bendam, quæ exigantur. De via publica, eius
deſtructione, & pœnis deſtruentis illicitè.

SVMMARIVM.

1 *Violentia non dicitur commiſſa, niſi inferatur perſona patienti.*
2 *Violentia ſupponit dolum.*
3 *Dolus non conſideratur in eo, qui iuſta de cauſa facit actum, iuris ſui ſibi conſeruandi cauſa.*
4 *Violentiam non dicitur inferre, qui facto proprio iuris ſui poſſeſſionem conſeruare curat.*
5 *Cum cauſa poſſeſſorij, & petitorij ſimul agitantur, is obtinet, qui melius probat in petitorio. hoc enim abſorbet poſſeſſorium.*
6 *Poſſeſſio in actibus diſcontinuis probatur per vſum in vltima occaſione vtendi eo iure.*
7 *In ſeruitutibus diſcontinuis non eſt neceſſaria probatio, quaſi poſſeſſionis: ſed ſolum ſimplex vſus in facto.*
8 *Non ſufficit tamen probatio talis vſus, ſi ille eſt precario, vel vi, aut clam.*
9 *Teſtis vnicus non probat commiſſionem datam fuiſſe ab aliquo ad aliquid, ex eo quod vigore eius facultatis, id ſibi comiſit.*
10 *Vnicus teſtis in facto proprio plene non probat; multo minus in alieno.*
11 *Probat tamen vnus teſtis contra producentem.*
12 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis, & declarat eius animum; & num.* 13.
14 *Fundus, qui non habet euacuationem, niſi per fundum vicini, præſumitur habere ius via ſuper eo.*
15 *Actus præſumitur factus vigore præexiſtentis obligationis. Et ex cauſa neceſſaria, non autem voluntaria, & num.* 16.
17 *Seruitus habet ſolum duplicem cauſam, vel quia ſit impoſita, vel quia ſit præſcripta, & de differentia ipſarum, ibid.*
18 *Pretium rei præſumitur ſolutum ex diuturnitate temporis.*
19 *Seruitus diſcontinua acquiritur per decennium inter præſentes cum titulo, vel iuſta cauſa.*
20 *In ſeruitute diſcontinua, ſi non eſſet probata præſcriptio formalis, ſufficit probare vſum antiquum.*
21 *Seruitus realis tranſit cum ipſa re in ſucceſſoree.*
22 *Clauſul.* cum ſuis acceſſibus, egreſſibus, ingreſſibus, *&c. effectus, & virtus.*
23 *In venditione rei cum acceſſibus iuribus, &c. duo conſiderantur, ſcilicet res ipſa qua eſt quid corporale, & ſeruitus, vt quid incorporale.*
24 *Prætendens ſeruitutem, debet probare dominium prædij dominantis.*
25 *Tertius poteſt agere pro ſeruitute, ratione intereſſe, licet ſeruitus alij debeatur.*
26 *Libertas ſeruitutis non præſcribitur, cum eam habens non habuit occaſionem ipſa vtendi.*
27 *Actus negatiui, vel facultatiui non præſcribuntur, niſi quattuor exiſtentibus, Requiſitione præſcribentis, ad eum actum. Eius reſiſtentia; Bona fide, & Patientia, & ſcientia eius, qui habet hanc facultatem, per tempus habile ad præſcribendum.*
28 *Via habens exitum in alijs vijs publicis, cenſetur & ipſa publica.*
29 *Via publica non poteſt deſtrui ſine licentia Principis; & non citatis vicinis, ibid.*
30 *Nec etiam deſtrui poteſt, ſi alia, quæ remanet non eſt æque facilis, & commoda, ac prior.*
31 *Si deſtruat, tenetur ad reſtituendam viam veterem, & præſtandum intereſſe, vel pati viam per ſuum agrum.*
32 *Via vt meræ facultatis non ammittitur, nec ei præſcribitur.*
33 *Præſcriptio non habet locum mediantibus actibus meticuloſis.*
34 *Prætor non tuetur vitioſum poſſeſſorem.*

CONTROVERSIA DCLXVII.

ET criminalis, & ciuilis vertitur quæſtio inter Multum Magnificum Dominum Antonium de Prætis ex vna, & Multum Magnificum Dominum Franciſcum de Furlanis partibus ex altera, vtraque cognoſcenda à Perilluſtri Magiſtratu ex reſcripto in proceſſu, *fol.* 32. *fac.* 1. Criminalis, qua fuit accuſatus ipſe Furlanus, quod turbauerit dictum de Prætis in poſſeſſione cuiuſdam ſui prædij, armata manu tranſeundo per illud, per vim, Ciuilis vero, qua prætendit idem Furlanus ius ſibi competijſſe euacuandi, & implendi quamdam ſuam petiam terræ boſchiuam per terras Domini Præti, & potuiſſe alienare eam, cum dicto iure, nec non ius ſibi competere pro euacuanda, & implenda alia petia terræ aratiua, dicta *le Boggiette*, per eaſdem terras Domini Præti, eo quia ipſe vſurpauerit, & deſtruxerit viam, per quam dabatur acceſſus, & regreſſus ad eam, & ab ea.

Quo ad caput criminale non multum morabor,
quia non vidi teſtes examinatos circa illud, ſed ex his
quæ dicentur in capite ciuili, & quia præſupponitur
nullam interceſſiſſe violentiam, cum nemo fuerit, qui
ſe oppoſuerit, nec quidquam dixerit Domino Furla-
no tranſeunte per cauadeneam Domini Præti, quæ
1 † violentia non dicitur commiſſa, niſi inferatur per-
ſonæ

Digitized by Google

ſonæ patienti, vt late per Petrum Caballum, *reſolutionum criminalium, caſu nonageſimo quinto, ſub numero ſexto*, & quia ipſe, & ſocius habebant licentiam, & ſoliti erant portare arma, vt ex ſidibus in proceſſu, *fol.* 35. *fac.* 2. conſtabit vt credo, non eſſe locum pænæ turbatæ poſseſſionis, vel violentiæ illatæ, quando etiam Statutum noſtrum de poſseſsione turbata loquatur in perſonam, cum dicat, *Nulla perſona aliquem turbet*,
2 *&c.* & ob id præſupponat, & requirat dolum, † nec per conſequens ſine eo locum habeat. Bartol. *in leg.* 1. *§. non autem, ſub numero ſecundo. verſicul. & per hoc dico*, vbi latè Alexand. *in additionibus ad eum, ff. ſi quis teſtament. liber eſſe iuſſus fuer.* Albert. Brun. *in ſuo repertor. ſtatutor. in verbo, Turbare, verſiculo primo*,
3 qui dolus † conſiderari nequit in eo, qui iuſta cauſa facit actum iuris ſui conſeruandi cauſa, is enim excuſatur à pœna turbatæ poſseſſionis, Burſattus, qui alios allegat, *conſil.* 279. *numero vndecimo, volumine tertio*, Farinaccius, *conſil.* 49. *numero quarto*, ſicuti e-
4 tiam violentiam † inferre non dicitur, qui facto proprio iuris ſui poſseſſionem, vel quaſi conſeruare quærit, Riminald. Iun. *conſil.* 337. *num.* 20. Burſatt. *conſil.* 330. *n.* 71.

Quo vero ad caput ciuile, quod verſatur circa duas petias terræ diuerſas, & pro quibus Dominus Furlanus prætendit illis deberi ſeruitutem in prædio Domini Antonij, puto eundem ius ſouere, ſi prius præmiſero in hoc iudicio ne dum de poſseſsorio, ſed etiam de petitorio agi, immo principaliter ius proprietatis, vtraque parte conſentiente in controuerſiam deductum eſse, pro vt colligitur ex narratis in precibus Domini Furlani, *fol.* 25. *& fol.* 32. *fac.* 1. *in fine*, vbi Dominus Prætus ſupplicat Sereniſſimo iuſtitiam miniſtrari ſuper deductis in proceſsu criminali, quam ciuili, in quo ciuili non eſt dubium deductum fuiſse ius proprietatis, vt ex prædictis, & etiam ex inferius deducendis pa-
5 tebit; quoties autem ſimul tractatur † cauſa poſseſſorij, & petitorij, is obtinet, qui melius probat in petitorio, quia poſseſsorium abſorbetur à petitorio, *capit.* 1. vbi Abb. *in quarto notabili, ſub numero tertio, de reſtitut. ſpoliator.* idem Abb. *conſil.* 89. *ſub numero tertio, volumine primo*, Deci. *conſil.* 190. *numero decimo*, Pariſ. *conſil.* 113. *numero quinto, volumine primo*, Crauett. *conſil.* 302. *ſub numero quinto*, Perſonal. *de adipiſcend. poſseſſion. ſub numer.* 290. Natt. *conſil.* 489. *numero vndecimo*, Riminald. Iun. *conſil.* 247. *numer.* 74. 75. *&* 76. Maſcard. *concluſ.* 1199. *numero decimo quarto*, Myſinger. *centuria ſexta, obſeruat. Camer. Imperial.* 93. Monald. *conſil.* 82. *numero quarto, quinto, & ſexto, volumine primo.*

Aggrediendo igitur prætenſionem Domini Furlani reſpectu petiæ terræ boſchiuę, vbi etiam non ageremus de petitorio, & proprietate, attentari poſset eum obtinere debere, cum probauerit per tres teſtes, tertio ſcilicet, *fol.* 27. ſexto, *fol.* 50. & octauo, *fol.* 66. ſe ea vice, qua fuit inciſum nemus dictarum terrarum, eas euacuaſse, tranſeundo per cauedaneam D. Præti, quod ſufficit in ſeruitutibus diſcontinuis, & quæ requirunt vſum interpellatum actus, qui contingit quibuſdam annis tantum, vt in inciſione nemorum, vel ſemel in
6 Anno, ad conſeruandum ius † ſuum, vt vltima ea occaſione vſus fuerit, Bartolus, *in lege prima, §. hoc interdicto, ſub numeris tertio, & ſexto, ff. de itiner. actuque priuat.* Loffred. *in tractat. libell. eod. titul. numero primo*, Cepoll. *de ſeruitut. urban. prædior. capitulo vigeſimo, ſub num.* 7. *verſicul. ſed in affirmatiuis*; in iſtis enim ſeruitutibus diſcontinuis, pro quibus non agitur vtili interdicto vti poſſidetis; ſed particulari interdicto, de itinere,
7 actuque priuato, non eſt neceſſaria † aliqua probatio, quaſi poſſeſſionis, nec ſcientiæ aduerſarij, ſed tantum probatio ſimplicis vſus facti, vt per Bartol. *in dicto §. hoc interdicto, ſub numero decimo*, Caſtr. *in leg. ſeruitutes, la quarta, ſub numero octauo, ff. de ſeruitutibus.*

8 Et licet hoc ita demum verum ſit, quando precario vſus non eſt, nec vi, nec clam, vt per Bartol. *vbi ſupra, numero decimo, in fine*, quod non videtur verificari in propoſito caſu, cum Dominus Prætus probauerit hanc euacuationem factam fuiſſe, petita ab eo per Furlanum licentia, vt deponunt teſtes dicti Domini Præti ſuper primo capitulo; tamen aduertendum eſt non videri probatam hanc petitionem licentiæ de mandato ipſius Furlani; nam primus, & ſecundus teſtes dicunt quidem audiuiſſe Baptiſtam petere hanc licentiam nomine Furlani, ſed an hoc ipſe mandauerit, non deponunt; quinimo hoc ignorant; tertius vero, qui dicit ſi-
9 bi † fuiſſe datam commiſſionem ab eodem Furlano eam petendi, ſicuti in effectu eam petijt, vti vnicus non probat hanc commiſſionem, ſecundum Farinacc. qui dicit ſibi placere hanc opinionem, *quæſt.* 63. *num.* 2. 1. vbi mouetur probabili ratione, quia teſtis vnicus
10 de facto proprio † plene non probat, vt per eum d. *quæſt.* 63. *numer.* 208. *&* 209. multo minus ergo qui deponit de facto alieno.

11 Præterquamquod teſtis ille, † *fol.* 24. *fac.* 2. dicit Dominum Furlanum feciſſe petere hanc licentiam, cum proteſtatione ſibi non præiudicandi in ſuis iuribus, qui etiam vnicus probat contra producentem, vt per Crauettam, *conſil.* 100. *numero decimo tertio*, Socin. Iun. *conſil.* 69. *numero decimo primo, volumine primo*, cum
12 † alijs vulgo notis, quæ proteſtatio conſeruat ius proteſtantis, *leg. ſi debitor, §. primo, ff. quibus modis pignus,*
23 *vel hypotheca ſoluitur*, & declarat † eius animum, *l. at ſi quis, §. plerique, ff. de religioſ. & ſumptibus funer.*

Sed hæc miſſa faciendo, & inſiſtendo ſolum ſuper confeſſoria, & ſuper proprietate dico, iſtud ius euacuandi deberi ipſi petiæ terræ boſchiuę ſuper terris Domini Præti; conſtat enim ex viſitatione loci hanc pe-
14 tiam terræ boſchiuam non habere euacuationem † nec implementum; niſi tranſeundo per alienum; quo fit vt tam de iure communi potuerint habere viam ſuper fundo vicini, *leg. ſi quis ſepulchrum*, vbi hoc notarunt nonnulli antiqui, quos referunt ibi Albericus, & Florianus, *ff. de religioſ. & ſumptibus funer.* Maſcard. *in ſua pract. tit. de ſeruitut. numero ſecundo, fol.* 117. Boer. *deciſ.* 322. *numero decimo*, Burſatt. *conſil.* 267. *numer.* 12. Honded. *conſ.* 81. *num.* 44. *volumine primo*, quam etiam vigore Statuti huius patriæ, *libro octauo, ſub rubric. de ſtratis, & vijs*, & per conſequens cum ex teſtibus Domini Furlani, videlicet primo, ſecundo, quinto, & ſeptimo, ſuper primo capitulo conſtet ab antiquo hanc petiam terræ habuiſſe euacuationem, & implementum, ſuper terris, quas nunc poſſidet Dominus Prætus, ſine aliqua contradictione tunc temporis poſſeſſorum earum qui; teſtes deſcribunt etiam viā præciſā, ſcilicet tranſeundo ſecus ſorbum quamdam, quæ adhuc extat, debet præſumi conſtitutum, & impoſitum fuiſſe hoc onus occaſione, & neceſſitate deficientis viæ ſuper his terris, tamquam aptioribus, & commodioribus, vt præſupponitur ad eam præbendam, & præ-
15 ſtandam; actus enim † præſumitur factus, vigore exiſtentis obligationis, *l. quædam, ff. de rei vendicat. leg. poſt dotem, ff. ſolut. matrim.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 1. *num.* 8. *& præſumpt.* 134. *n.* 30. *& præſumpt.* 143. *n.* 8. & ex cauſa neceſſaria, non autem voluntaria, *l. in his, §. ſed ſi forte, ff. de ſolution.* idem Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 70. *numer.* 4. & ſtante præſumpta impoſitione ſeruitutis ex neceſſitate, non eſt agendum de aliqua præſcriptione, nec curandum; licet non probaretur vſus per tempus habile ad præſcriptionem; Cum enim ſeruitus habeat † tantum duplicem cauſam, vel quia ſit impoſita, vel præſcripta, Specul, *in tit. de reſtit. ſpoliat. §. nunc dicamus, n.* 4. *verſic. ſed ſi mihi competat ius, &c.* Bald. *in cap. cum omnes, num.* 44. *verſic. nam fluxus aquæ, ext. de conſtit.* Iaſ. *in l. ſi prius, num.* 40 *ff. de nou. oper. nunc.* impoſita pacto, vel Statuto, vel teſtamento, vel officio Iudicis, ſtatim recipit ſuam perfectionem, ſine aliquo temporis adminiculo, quod ſolum requiritur in ſeruitute præſcripta.

Et li-

Digitized by Google

Et licet ita demum ſeruitus viæ deficientis conſti-
tuatur ſuper prædio vicini, ſi perſoluatur pretium, de
cuius ſolutione hic non apparet, tamen ex diuturni-
19 tate † temporis, vel præſumitur ſolutum, iuxta Af-
flict. *deciſ.* 13. Surd. *deciſ.* 105. Bertaz. *conſil. ciuil.* 118.
Honded. *conſil.* 39. *num.* 71. *volum.* 1. Lancellott. Gallia
conſil. 48. *num.* 19. *&* *conſil.* 86. *num.* 13. Pacian. *conſil.* 113.

Vel cenſetur præſcriptum actioni illius, per ſpatium
longe vltra viginti annos, iuxta diſpoſitionem Statuti,
ſub rubric. de præſcript.

Vel in omnem caſum, competeret actio contra pri-
mos poſſeſſores, quibus conceſſa fuit.

Sed poſſet etiam dici præſcriptam fuiſſe hanc ſeruitu-
tem, nam primus, & quintus teſtes deponunt, à ſuo
recordatu ſemper vidiſſe euacuari dictam petiam
terræ ſuper terris D. Preti, antequam ab eo poſſiderен-
tur, & ipſe quintus teſtis dicit ſemper ita audiuiſſe fuiſ-
ſe ſeruatum antea, qui cum ſint annorum 60. vtique
deponunt de tempore habili ad hanc præſcriptionem,
etiam deducto tempore, quo D. Pretus poſſedit has ter-
19 tas. de quo ipſi non deponunt, cum ſeruitus † diſ-
continua acquiratur per decennium inter præſentes ali-
quo titulo allegato, vel iuſta cauſa, per quam com-
peteret hæc facultas. Cepol. *de ſeruitut. vrban. prædior.*
cap. 19. *ſub num.* 6. *verſic. Secundus caſus, &c.* Crauett.
conſil. 216. *in principio*, Alba, *conſil.* 35. *num.* 1. Burſatt.
conſil. 156. *num.* 31. *&* *conſil.* 267. *num.* 2. Lancellott. Gal-
lia, *conſil.* 124. *num.* 15. quæ iuſta cauſa hic ſubeſt, ratio-
ne deficientis viæ.

Et licet primus teſtis videatur agere de ſuo intereſſe,
cum habeat terras boſchiuas eodem in loco, quas di-
xit pariter fuiſſe euacuatas ſuper eiſdem terris D. Preti;
tamen vltra quod reſpectu petiæ terræ alienæ non vide-
tur tractare de ſuo commodo, & ideo ſi non probaret
reſpectu ſuæ, videretur ſaltem ei adhibenda fides, reſ-
pectu petiæ terræ D. Furlani, dico, quod eius depoſitio
coadiuuatur alijs teſtibus, qui deponunt de hac eadem
euacuatione, licet poſtea non atteſtentur de tanto tem-
pore, nam veriſimile eſt, ſi alij teſtes viderunt ita eua-
cuari quibuſdam vicibus, & audiuerint hanc eſſe viam
harum terrarum, quod iſte teſtis deponat veritatem
ſuper hoc.

Et quando non eſſet probata præſcriptio formalis, ſuf-
ficeret probaſſe vſum antiquum, Burſatt. *conſil.* 87. *ſub
num.* 31. *verſic. Præterea, &c.* pulchre Eugen. *conſil.* 41.
num. 53.

Cum igitur ſuper his terris D. Preti adeſſet hæc ſerui-
tus paſſiua, actiue competens poſſeſſoribus terrarum
21 boſchiuarum, tamquam realis fecit tranſitum † hinc
inde in ſucceſſores, *l. ſi acqueductus,* 47. *ff. de contrahend.
emption.* Corn. *conſil.* 90. *num* 26. *vol.* 2. Surd. *conſil.* 17. *n.*
12. 13. *&* 14. Burſatt. *conſil.* 267. *ſub num.* 4.

Maxime vigore clauſulæ, quæ ſolet apponi in inſtru-
mentis venditionum, *cum ſuis acceſſibus, egreſſibus, & in-*
22 *greſſibus, vijs, vſantijs, & pertinentijs,* † quæ operatur,
vt res dicatur empta, & reſpectiue vendita, ne dum
cum ſeruitutibus in ea exiſtentibus ſiue actiuis, ſiue
paſſiuis, ſed etiam cum vſantijs ſolitis, quæ non
cadebant in ius ſeruitutis, Bart. *in l. binas ædes, circa fi-
nem*, & ibi Angel. *in vltimis verbis*, Florian. *ſub num.* 1.
verſic. hoc verum, &c. & clarius Caſtrenſ. *ſub numero ſe-
xto*, Fulgoſ. *ſub num.* 4. *ff. de ſeruitut. vrban. prædior.* Spe-
culat. *in tit. de emption. & vendition. §. ſciendum, num.* 21.
Cepol. *de ſeruitut. vrban. prædior. cap.* 38. *ſub num.* 3. Bur-
ſatt. *d. conſil.* 267 *ſub num.* 5. vbi *in verſicul. Quo acceſſus,*
23 *&c.* † inquit, duo in ſimilibus venditionibus contine-
ri, vnum corporale, ſcilicet rem ipſam, aliud vero incor-
porale, ſcilicet iura, & ſeruitutes, pro quibus fit iurium
ceſſio.

Et per conſequens competebat hæc ſeruitus actiua
D. Furlano, & nunc competit eius ſucceſſori, pariter
paſſiue dicitur tranſlata in D. Pretum, ſeu cum terris ab
eo poſſeſſis, & ob id non poteſt recuſare hanc euacua-
tionem, præſertim cum nunc ei ſit minus damnoſa, ex
quo antiquitus tranſitus fiebat per caſamentum poſſeſ-
ſorum dictarum terrarum, & nunc ipſe reportauit viam
extra caſamentum, vt deponunt teſtes, & patet ad oculū.

24 Nec obſtant, † quæ pro eo deducta fuerunt, &
primo, quod D. Furlanus non habeat aliquam actionē,
vel ius pro hac ſeruitute, cum amplius non ſit dominus
dictæ petiæ terræ boſchiuæ, cum eam permutauerit, &
prætendens ſeruitutem, debet probare dominium præ-
dij dominantis, vt dicitur in ſcriptura producta, *fol.* 37.
fac. 2.

25 Nam dupliciter † remouetur obiectum, primo, quod
cauſa, mediante accuſa fuit cepta, quando D. Furlanus
erat dominus, ideo potuit continuari, & finiri cum eo
ad commodum ſui prædij, & ſucceſſoris in eo. Secun-
do dico, quod cum ſua interſit, vt præſtetur hæc ſerui-
tus, cum ſit auctor neceſſarius, propterea ratione in-
tereſſe agere poteſt, licet ſeruitus alij debeatur, argu-
mento *l.* 1. *cum duab. ll. ſeqq. ff. de liberali cauſa, l. fidei-
commiſſo, vndecima, §. interdum, & §. plerumque, ff.
de legat.* 3. *l. ſi cui,* 49. *§. ſi Titio, ff. de legat.* 1. Vigell. *Me-
thod. Iuris ciuilis, lib.* 15. *cap.* 4. *regul.* 6. *except.* 4.

Non obſtat etiam quod à tempore, quo ipſe poſſe-
dit, non appareat fuiſſe euacuatas has terras boſchiuas,
ſuper illius prædio quod tempus præſupponit ut eſſe an-
norum 15. & vltra vt deduxit in quarto capitulo ſuarum
probationum, quia teſtes ſunt ipſius D. Preti in interro-
gatorijs ſuper d. quarto capitulo deponunt, quod illis
vicibus, quibus fuit inciſum dictum nemus, & non
fuit euacuatum per terras d. D. Preti, ligna fuerunt vendi-
ta perſonis, quæ habebant habitationem verſus S. Lau-
rentium, vel egebant dictis lignis eo in loco, vnde cum
Eccleſia S. Laurentij ſit in alia regione, ad quā nō eſt op-
portunū tranſire per terras dicti de Prætis, cum elonga-
retur via, non eſt mirū ſi fuit ommiſſus ſolitus trāſitus, &
capta via ſuper terris quorumdam vicinorum, tamquā
commodior cum dominorū earū non intereſſet, ex quo
erant, vigræ, quæ poſtea fuerunt aratæ, vt ex teſtibus
Domini Furlani, & aduerſarij, *fol.* 8. *fac.* 2. *fol.* 20.
fac. 1. vnde non paterentur amplius tranſitum per
illas: propterea cum non adfuerit occaſio eundi Go-
26 dium verſus; quo caſu oportunior erat via, † debens ſer-
uitutem non poteſt dicere præſcriptum libertati d. ſer-
uitutis, *leg. viam,* vbi gloſſ. *ff. de via publica, & itinere re-
ficiend.* Bart. *in l. in filijs, Cod. de decurion. lib.* 10. Gabr. *de
præſcript. concluſ.* 10. Burſatt. *conſ.* 87. *num.* 15. Franciſc.
Marc. *qu.* 158. *num.* 4. *part* 2.

27 Præterea † in iſtis actibus negatiuis, qui dicuntur
meræ facultatis, puta quia eſt in mea libertate ire, vel
non, per viam mihi debitam, numquam præſcribitur li-
bertas, niſi quattuor concurrentibus, primum, quod
prætendens præſcribere aliquando fuerit requiſitus, ſe-
cundo, quod requiſitus negauerit, tertio, quod pro-
betur bona fides, quarto, quod interuenerit ſcientia, &
patientia eorum in quorum facultate conſiſtebat, &
quod interuenerit tempus habile ad præſcribendum,
Alexand. *conſil.* 136. *num.* 19. *&* 20. *volum.* 2. vbi niſi præ-
dictis concurrentibus inquit ex non vſu numquam cur-
rere præſcriptionem, ſequitur Pariſ. *conſil.* 25. *num.* 109.
volum. 1. Curt. Iun. *conſil.* 60. *num.* 17. Ripa, *in titulo de
conſuetudine, reſpon.* 1. *num.* 24. *volum.* 1. *fol.* 11. *& in titulo
de diuerſis reſcriptis reſpon.* 4. *num.* 13. Burſatt. *conſil.* 87.
num. 12. *& conſil.* 142. *num.* 11. *&* 25. vbi de communiori;
quam ſententiam late quoque tuetur aduerſus Crauet-
tam Riminald. Iun. *conſil.* 10. *num.* 29. *& conſil.* 34. *num.*
18. *&* 19. *&* 258. *num.* 20. *cum ſeqq. & conſil.* 589. *num.* 47.
Lancellott. Gallia, *conſil.* 25 *num.* 46.

In propoſito autem prædicta non concurrunt, quia
non apparet de recuſatione, & reſiſtentia, niſi vltimo
contra D. Furlanum poſtquam non eſt lapſum tempus
ſufficiens ad præſcribendum, vltra quod ipſe non ac-
quieuit, ſed tranſiuit.

Et licet D. Prætus produxerit varias accuſas, tamen
nulla adeſt reſpectu huius euacuationis, niſi illa D. Fur-
lani, quam proxime dicebam nō obeſſe, cum non fluxe-
rit tempus conueniens, nec Dominus Furlanus acquie-
uerit.

Nunc

Nunc capiendo prætenſionem viæ, reſpectu petiæ
terræ appellatæ, *le Boggiette*, dico pariter D. Furlanum
ius fouere, nam concludenter probauit ſuper tertio capi-
tulo adfuiſſe antiquitus vnam viam appellatam, *il Vo*
dalla pietra, ab omnibus frequentatam, per quam con-
ducebantur fructus dictæ petiæ terræ verſus Godium
quando poſſeſſores illius habebant neceſse conducendi
illos eo, quæ via poſtmodum fuit deſtructa à D. Præto,
28 vnde cum hæc via † haberet exitum in duabus alijs vijs
publicis, & per conſequens præſumatur fuiſſe publica,
Surd. *deciſ. 42. num. 3.* ſequitur, quod non potuerit au-
ctoritate propria deſtrui ab ipſo de Prętis, ſine licentia
Principis, vel ſuperiorum, Franc. Marc. *quæſt. 336. num.*
15. & quæſt. 592. num. 2. & quæſt. 595. par. 1. & non citatis
vicinis, idem Marc. *d. quæſt. 592. num. 2. par. 1.* Roueſcat.
in addit. ad Bald. conſil. 206. *volum.* 1. & denique non
potuit deſtrui, vel mutari, ſi alia, quę remanſit, non eſt
30 † æquè facilis, & commoda, ac prior, idem Franciſc.
Marc. *d. quæſt. 592. par. 1.*

31 Et qui ſecus facit, vel tenetur ad reſtituendum † viã
veterem deſtructam, & pręſtandum intereſſe, Honded.
conſil. 100. *num.* 58 *vol.* 2. vel ſubire onus prębendi viam
per ſuum agrum, Alberic. Florian. & Fulgoſ. *in l. ſi locus,*
§. final ff. quemadmodum ſeruit. amittunt.

Propterea iure petitur à D. Furlano facultas tranſe-
undi per pręedia D. Pręti, qui deſtruxit hanc viam, niſi
eam reſtituat.

Cui non ſuffragatur, quod adſit alia via, quia non
eſt æque commoda; ideo non releuat, vt ſupra dice-
bam.

Sicuti nec quod auctor D. Furlani, & eius anteceſſo-
res ſemper vſi ſunt alia via, tum quia per non vſum via
32 publica, tamquam merę facultatis † numquam a-
mittitur, nec ei pręſcribitur, *l. viam*, & ibi gloſ. *ff. de*
via public. Bal. *conſil* 206. *num. 1. volu. 1.* Felinus, *in ru-*
bric. de præſcript. colum. final. ſub num. 18. Franciſc. Marc.
quæſt. 383. *num. 4. part.* 1. Tum etiam, quia cum auctor
D. Furlani haberet alibi habitationem, adeo quod non
egebat d. via, non ſubexiſtente occaſione, non fuit pręe-
ſcriptum illius vſui, vt ſupra dixi verſic. *Non obſtat etiam*
quod à tempore, &c. in fine d. verſic.

Denique non obſtat, quod poſtquam ipſe D. Pręetus
eſt Dominus dictarum terrarum, prohibuit vſum d. viæ,
eam deſtruendo, & per longum temporis ſpatium an-
norum quindecim in hoc ſtatu perſeuerauerit, quia omi-
miſſo, quod id illicite factum fuit, cum vt dixi, non li-
ceat priuato deſtruere viam, & ob id nulla bona fides
ſubeſſe potuit, dico, quod per vim, & metum illam
vſurpauit, cum fecerit interficere illum de Bergamaſchis
qui ea vti volebat, & conſeruare ius ſuum, & publicum,
vt deponunt omnes teſtes pro Furlano ſuper tertio ca-
pitulo, quis autem numquam præſcribere poteſt me-
diantibus actibus meticuloſis, Bar. *in l. ſequitur, §. ſi viam,*
ſub num. 6. ff. de vſucap. Cephal. *conſil.* 441. *num.* 36. Berta-
zol. *conſ. crimi. 1. num. 88. & conſil. 21. nu. 66. & conſ. 71. nu.*
5. Burſatt. *conſ.* 360. *num.* 83. Surd. *conſil.* 254. *numer.* 28.
38. † prætor enim non tuetur vitioſum poſſeſſorem, *l. com-*
muni diuidund. §. inter prædones, ff. commun. diuidund.
Crauett. *conſil.* 104. *n.* 14. Rimin. Iun. *conſ.* 18. *ſub nu.* 176.

A R G V M E N T V M.

Agitur de gabella ſoluenda nec ne à contrahenti-
bus cum immuni: De priuilegio amittendo per
non vſum, &c.

S V M M A R I V M.

1 *An contrahens cum perſona exempta teneatur ad gabel-*
le ſolutionem pro parte ſua.
2 *Abſque dubio non tenetur, cum ille fuit ſpecialiter e-*
xemptus a Principe.
3 *Non vtens priuilegio conceſſo illud amittit.*
4 *Vtens pro parte, cenſetur vſus etiam in totum.*
5 *Conceſſio facta ex cauſa oneroſa non amittitur per non*
vſum.
6 *Reſtitutio in integrum competit Eccleſiæ pro male geſtis,*
vel non geſtis. Etiam contra Fiſcum, & num. 7.
8 *Vbi onus eſt annexum contractui geſto cum immuni, non*
poteſt nec contrahens cum ea cogi ad gabellam, dum
ipſi ſit præiudicium.
9 *Tenetur tamen ſi actus ſit diuerſus ab eo, qui geritur cum*
illo immuni.
10 *Intellectus* conſil Bald. 496. volum. 4. *quo ad gabellam*
laici contrahentis cum Eccleſia, & num. 11.

C O N T R O V E R S I A DCLXVIII.

QVæſtio, quæ proponitur in cauſa M. Reuerendorum
Carmelitarum, an contrahentes cum perſonis Eccle-
ſiaſticis, quoad ſolutionem gabellæ, gaudeant eadem
immunitate, qua potiuntur Eccleſiaſtici, videtur mi-
hi ſuperflua reſpectu ipſorũ M. Reuerendorum Carmeli-
tarum, de quibus agitur, cum illi habeant ſpecificum
priuilegium pluries confirmatum, quod tam ipſi, quam
contrahentes cum eis, tam vendendo, quam emendo
ſint immunes ab omni ſolutione datiorum, & gabellæ;
ex hac enim conceſſione immunitatis, & pro contra-
hentibus tollitur ea dubitatio, de qua per Bart. & alios
in l. licitatio, vbi dicit incipit locatio, §. final. ff. de publican. an
1 contrahentes † cum perſona exempta teneantur ad ſo-
lutionem gabellæ pro parte ſua, nam prędicta ſtante
facultate, & conceſſione, non poteſt eſſe locus alicui ſo-
2 lutioni, & ceſſat † omnis difficultas, vt in ſpecie de-
clarant Socin. *conſ. 72. num. 3. verſic. In ſecunda parte di-*
ſponitur, &c. volum. 4. Rimin. Iun. *conſ. 724. num. 46. in fi-*
ne, Menoch. *conſ.* 136. *ſub num.* 16. *verſic. Septimo, & vl-*
timo.

Nec dicatur forte, quod non appareat eos vſos fuiſ-
ſe d. priuilegio pro contrahentibus, & per conſequens,
3 † quod illud amiſerint, iuxta textum cum gloſſ. & Bart.
in l. 1. ff. de nundinis.

4 Namque primo, † reſpondetur, quod cum certum
ſit eos vſos fuiſſe ipſo priuilegio in parte, cum numquã
ſoluerint datium pro parte ſua, & in alijs eius conceſſio-
nibus præſumuntur etiam vſos fuiſſe in totum, reſpectu
immunitatis ſecum contrahentiũ, niſi ex aduerſo pro-
betur non vſus, Rota apud Puteum, *deciſ. 309. in 2. art.*
lib. 3.

5 Secundo, † reſpondetur, quod cum dictæ conceſ-
ſiones fuerint factæ ex cauſa onerosa, vt prædicti Car-
melitæ orarent pro concedente, tale priuilegium non
dicitur amiſſum per non vſum, Gabr. *conſ.* 151. *numer.*
11. *volum.* 2. Surd. *conſ.* 419. *num.* 30.

6 Tertio, † in omnem caſum haberent reſtitutionem
in integrum, quæ ſicut conceditur minoribus, ita Ec-
cleſiæ pro male geſtis, vel non geſtis, ex quibus læſa
fuit, Odd. *de reſtit. quæſt. 3. art. 4.*

7 Quam reſtitutionem habet † etiam contra Fiſcum,
Dueñas de communi, *regul.* 238. *num. 2. part.* 1. Odd. *de*
reſtit. quæſt. 18. *num.* 82.

Sed vbi ceſſaret conceſſio ſpecialis immunitatis etiã
pro contrahentibus cum dictis Carmelitis, adhuc dicen-
dum eſset ipſos non poſse cogi ad ſolutionem gabellæ
pro ipſo contractu geſto cum illis, quia vbi onus eſt an-
nexum contractui geſto cum perſona immuni, tunc
8 nec contrahens † cum ea poteſt cogi ad dictum onus
gabellæ, ex quo alias per indirectum violaretur exem-
ptio perſonæ immunis, quæ cogeretur, vel vilius ven-
dere, vel carius emere, ob grauamen ad quod teneretur
ſecum contrahens, ita tradunt Bal. *conſ.* 31. *ſub numer.* 2.
volum. 1. Geminian. *in cap. eos, §. clericis, num. 5. de tem-*
por. ordinat. in 6. Deci. *conſ. 48. ſub numer. 4. verſic. tertio*
principaliter, Alciat. *conſ. 21. num. 7. alias eſt conſ. 18. n.*
8. & 9. lib. 4. Menoch. *conſil.* 136. *per totum, maxime num.*
19. Gabr. *conſ.* 161. *num.* 2. & 3. *volum.* 2. Anton. Quetta
conſ. 3. in 3. dubio, Roland. *conſ.* 61. *num.* 18. & 19. *volum.* 4.

D. Surd.

* Vid. Bertaz. *in tractat. de clauſ. inſtrum. clauſ. 30. gloſ. 12. num. 12.*

D. Surd. *conſ.* 301. *n.* 80. Peregr. qui dicit vidiſse ita practicari, *in tractat. de iure Fiſci, lib.* 6. *tit.* 5. *ſub num.* 25. Rimin. Iun. *conſ.* 724. *num.* 47. & 48. Laderch. *conſ.* 103. *per totum*, qui reſpondet omnibus contrarijs, & ob id videatur, ſicuti & cœteri omnes, præſertim Gabr. *d. conſ.* 161. reſpondent ad textum, *in l. licitatio, §. final. ff. de publican.* qui loquitur in actu diuerſo ab eo geſto,
9 cum perſona immuni; † nam pro illo tenetur contrahẽs ad gabellam, non autem pro datio contingente ex ipſo contractu immediate geſto cum perſona priuilegiata, & ita etiam loqui Bertachinum, *in tractat. de Gabell. par.* 7. *ſub num.* 7. declarat, & eius doctrinæ reſpondet Laderch. *d. conſ.* 103. *num.* 12.

10 Nec deniq; obſtat † *Conſil.* Bal. 496. *vol.* 4. vbi vult contrahentem cum priuilegiato, ſeù cum Eccleſia teneri ad gabellam, quando Statutum grauat laicum, non autem Clericum, tum quia ipſe videtur loqui de onere diuerſo ab ipſo contractu geſto cum priuilegiato, & non illi annexo, vt illud ita declarat Laderc. *d. conſil.* 103. *num.* 14. tum quia communis ſcriptorum doctorum
11 ſententia videtur † ei refragari, ex quo grauatur in directo immunis, onerando eum, qui cum illo contrahit, ceſſante enim Statuto vtilius contraheret Eccleſia, ceſſante hinc inde grauamine, vt per prædictos, & præcipue Laderch. *ſæpedicto conſil.* 103. *ſub num.* 8. qui omnes ſequuntur ſine aliqua contradictione, Bald. *in dict. conſil.* 31. *volum.* 1. quod ſcriptum eſt ſuper Statuto obligante in ſolidum vnumquemque ex contrahentibus.

A R G V M E N T V M.

De Datione in ſolutum pro Dotis reſtitutione, & dominij translatione. Feudum an, & quando tranſeat in Monaſterium; & an ſaltem pretium ipſius ad eum perueniat, & quando; De fœminæ ſucceſſione in ipſa feuda, nec ne.

S V M M A R I V M.

1 *In datione in ſolutum facta vxori agenti ad repetitionem dotis ob mariti inopiam, transfertur dominium ſi agatur perſonali, non ſi reali actione.*

2 *In dubio tamen præſumitur actũ actione perſonali, & dominium translatum.*

3 *Præcipue ſi adſint in ſententia, verba,* Et in ſolutum damus, &c.

4 *Conſignatio dotis in caſum inopiæ viri, eſt vera reſtitutio, licet adhuc ſtet pro oneribus.*

5 *An Monaſterium poſſit conſequi ex perſona Monachi hæreditatem ab eo non aditam, remiſſiue.*

6 *Feudum non tranſit ad Monaſterium, etiam viuente Monaco, vel Monali, & eſt verius.*

7 *Text.* §. Emphyteuſim, in Authent. de alienat. & emphyt. *declaratur.*

8 *Feudum tranſit in Monaſterium abſolutè per mortem Monachi, quando illud eſt tranſitorium ad quoſcumq; hæredes, & num.* 9.

20 *An rei feudalis pretium debeatur Monaſterio cum res ipſa non poteſt ad eum deuolui, & num.* 11.

12 *Reſoluitur pretium non deberi, niſi ex expreſſa diſpoſitione alicuius ex inueſtitis feudum relinquentis, & num* 16. *Vel eſt de comprehenſis in inueſtitura, & numer.* 13.

14 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipſe habet.*

25 *Dari annum Monaſterio ad vendendum feudum, quando, & quomodo procedat.*

16 *In feudo fœmineo conceſſo pro maſculis, & fœminis ſuccedunt fœmina ſolum poſt maſculos.*

18 *De natura feudi, fœminæ non ſuccedunt, ſiue illud ſit maternum, ſiue paternum.*

19 *Fœmina excluſa a feudo in hæreditate matris, non habet locum, cum feudum eſt pro maſculis tantum.*

20 *Compenſatio Dotis non admittitur in bonis maternis per fratrem cum ſorore, ſi eam dotat, vti hæres patris. Quod tamen non præſumitur, ibid.*

CONTROVERSIA DCLXIX.

QVæ pro Monaſterio Monialium S. Ioannis à Carettis deducta fuerunt, non tollunt ea, quæ allegaui pro Illuſtri Dom. Camilla Striggia, nec ex eis reſultat aliquid noui, quin d. D. Camilla obtinere non debeat, cuius partes ſatis firmatas arbitror, ex his quæ alias deduxi pro ea, ita vt nil aliud neceſſarium mihi putem, niſi reſpondere ad allegata in contrarium.

Et quo ad primum, in quo dicitur, feuda iſta non fuiſſe in ſolutum data D. Luciæ Andreaſiæ, nec in ea fuiſſe translatum dominium, ſed tantum illis fuiſſe conſeruatas ſuas dotes, & propterea debere deueniri ad eorum venditionem, & pretium dari hæredibus eius filiarum, ommiſſo, quod non fuit intentatum tale iudiciũ, ſed directa actio præciſe ad bona ipſa feudalia, dico, quod imo vera fuit facta adiudicatio, & datio in ſolutum, atque translatum dominium in D. Luciam, quia
1 in datione in ſolutum facta vxori † agenti ad repetitionem dotis ob mariti inopiam, transfertur dominium, ſi agatur actione perſonali, ſecus ſi reali, Bart. *in leg. ſi conſtante, in principio, num.* 9. *ff. ſolut. matrim.* Campeg. *de dote, par.* 3. *quæſt.* 55. Tiraq. *in tractat. ceſſante cauſa, p.* 2. *limitat.* 14. *num.* 7. Io: Lupus, *in repetit. cap. per veſtras*, §. 20. *circa finem*, Deci. *conſ.* 45. *num.* 4. Eugen. *conſ.* 16. *num.* 38. *& ſeqq.* & eſt communis opinio, de qua teſtatur Socin. *conſ.* 60. *num.* 2. *vol.* 1.

Et in dubio præſumitur actum actione perſonali, & translatum dominium, Bart. *vbi ſupra, num.* 93. Deci. *conſ.* 645. *num.* 1. Iaſ. *conſ.* 92. *num.* 1. vbi addent. *volum.* 1. Socin. *d. conſ.* 94. *num.* 3. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 201. *numer.* 18. Natt. *conſ.* 496. *num.* 5. Æmilian. *conſ.* 39. *num.* 8. 64. & 66. Cioffi. *conſ.* 55. *num.* 2. *vol.* 1.

3 Quod ſine aliqua † hæſitatione translatum dicitur per illa verba ſententiæ, *Et in ſolutum damus*, Corne. *conſ.* 296. *in principio, volum.* 1. quæ ſententia habetur in alio proceſſu dictarum Monialium, *fol.* 21. *fac.* 2.

4 Et quod conſignatio dotis in † caſum inopiæ ſit vera reſtitutio, licet adhuc deſeruiat oneribus matrimonij, quando is agit, cui reſtitutio fuit promiſſa, & quando maritus promiſit in omnem caſum dotis reſtituendæ, dare, & reddere, &c. tradit de communi Burſatt. *conſ.* 120. *num.* 35. & 37.

Nec mouet ſcrupulum, quod dicitur, inde apparere, non factam fuiſſe veram dationem in ſolutum, quia de dictis terris numquam fuit inueſtita D. Lucia, vt colligitur ex inueſtitura anni 1562. de qua in proceſſu, contra Dominos Striggios, *fol.* 69. *fac.* 2. namque reſpõdetur oppoſitum probari ex dicta inueſtitura, dum inueſtitur D. Marcus Antonius de gratia ſpeciali, quia eius mater, nec ipſe debito tempore ſuſceperant inueſtituram, & ſic patet, quod fuerat translatum dominium in ipſam D. Luciam, ſi debuerat accipere inueſtituram, & licentia ei data pro conſequenda dotis reſtitutione ob mariti inopiam, quæ habetur in proceſſu veteri Monialium, *fol.* 19. *fac.* 1. loquitur vt poſſit accipere in ſolutum dictas terras.

Sed ne latius inſiſtam ſuper hoc, quæſtio iſta fuit terminata ab Excellentiſſimo Senatu, quando Domini Striggij litigabant cum D. Camilla; nam hæc eadem ipſi allegabant, quod non fuiſſet translatum dominium, & ob id offerebant dotem in pecunia, nihilominus Senatus non admiſit eorum oblationem, ſed iudicauit, quod eſſet facta vera reſtitutio, relinquens dictas terras D. Camillæ, ita pro ea allegante M. Illuſtri, & integerrimo q. D. Pugella, dum eſſet Aduocatus, & me quoque poſt eum, pro d. D. Camilla pratrocinante.

Et ex hac reſolutione deſtruitur maximum illud fundamentum ex aduerſo firmatum, quod ageretur hic de pre-

* Vid. Cauagnol. *deciſ.* 48.

de pretio leudi, cuius ſine dubio capax eſt Monaſteriũ,
non autem de ipſo feudo.

5 Ad ſecundum autem † in, quo concluditur, veriorem
eſse opinionem, quod Monaſterium poſſit conſequi
ex perſona Monachi defuncti hæreditatem ab eo non a-
ditam, dico me ſatis oppoſitum demonſtraſse in alijs
allegationibus, in primo argumento; maxime quan-
do res agitur in foro ſæculari, provt agitur quæſtio iſta;
in qua non eſt dicendum, quod ratione Monaſterij, vti
Eccleſiaſtici, debeat iudicari ſecundum opinionem Ca-
noniſtarum, quia ſi hoc eſset verum, non fuiſset neceſ-
ſe, quod Doctores diſtinxiſsent, an cauſa tractaretur
in foro laicali, vel Eccleſiaſtico, ad cognoſcendum,
quæ nam opinio prævalere debeat; nam ſemper iu-
dicandum fuiſset pro Monaſterio, & tamen ſecus di-
cunt, ſaltem, quando vt dixi, cauſa ventilatur in foro ſæ-
culari. Conferantur igitur, quæ à nobis deducta fue-
runt in hoc propoſito, cum ijs, quæ ex aduerſo allegã-
tur, nam ſine noua cumulatione patebit, nos non tueri
partes inferiores.

Ad tertium, in quo per modum motiui præſuppone-
batur à M. Illuſtri D. Iudice pro D. Camilla, feudum ſal-
tem mortuo Monaco non poſse tranſire in Monaſteriũ,
ſed vbi Monaſterium ad illud admittatur, procedere
tantum dum viuit ipſe Monachus, vel Monialis; multi-
pliciter fuit reſponſum ex aduerſo pro d. Monaſterio, ſed
illius ſingulis reſponſionibus non eſt difficilis replicatio,
Quas tamen omnes vnico verbo colligere poſsem, dicen-
6 do veriorem † opinionem eſse, quod immo indiſtin-
cte feudum non tranſeat ad Monaſterium etiam viuen-
te Monaco, vel Moniali, provt latè reſpondit Burſat.
conſ. 199. in 1. dubio, maxime numer. 12. Valaſc. *conſultat.*
101. *num.* 8. Roſental. *de feud. cap. 7. concluſ. 29. numer. 11.*
in fine.

7 Nec turbat † §. *emphyteuſim, in Auth. de alienat. &*
emphyt. de quo per Burſatt. *d. conſ. 199. num. 5.* vbi per-
mittitur recuperatio infra biennium, ſi feudum, vel
emphyteuſis tranſeat ad Monaſterium; nam licet de-
tur recuperatio infra biennium, non per hoc cogitur
dominus relinquere penes Eccleſiam, vſque ad bien-
nium, ſed ſtatim ſi vult, poteſt feudum recuperare,
illud enim tempus biennij appoſitum eſt ad fauorem
Domini pro recuperando ius ſuum, non autem
quod interim Monaſterium, eo inuito poſſit aliquod
ius in eo habere.

8 Sed his ommiſſis, deueniendo ad reſolutionem † o-
biectorum ex aduerſo, dum dicitur feudum tranſire in
Monaſterium abſolute, etiam poſt mortem Monaci,
quando eſt tranſitorium ad quoſcumque hæredes, vt
per Alex. *conſ. 10. num. 11. volum. 5.* Curt. Sen. *conſil. 62.*
Corbul. *de caducitat. ob mortem eiuſdem, num. 4.* Schra-
der. *de feud. part. 7. cap. 12.* Roſental. *cap. 7. concluſ. 32. nu-*
mer. 22.

9 Reſpondetur id verum eſse, ſed nos non verſari in
ſimili feudo; nam iſtud ne dum non eſt pro quibuſcum-
que hæredibus, & ſic etiam extraneis, provt intelligunt,
& loquuntur Doctores ſupracitati, ſed nec etiam pro
fœminis deſcendentibus, cum ſit conceſsum pro maſcu-
lis tantum, vt loca inueſtiturarum iudicaui in alijs alle-
gationibus in ſecundo fundamento.

10 Dum vero † ſecundo loco allegatur, licet feudum
mortuo Monaco non poſſit tranſire in eius Monaſte-
rium, tamen id non habere locum, reſpectu pretij con-
ſequendi, ex illius venditione, cum illud non dicatur
feudale, Atetin. *conſil. 14 ſub num. 3. verſic. quia in feudo,*
&c. Loffred. *conſil. 11. num. 15. & in ſua paraphraſi feu-*
dal. pag. 68. colum. 4. verſic. quarto arguit. Hieron. Schup.
conſil. 124. num. 1. & ſeq. inter conſil. feudal. diuerſ. antiquæ
impreſſionis Schrader, *de feud. part. 7. cap. 2. num. 34.* Surd.
deciſ. 306. num. 3.

Reſpondeo, quod ſi aduerſantes intelligunt deberi
pretium, eo quia dominium horum bonorum non fue-
rit translatum in Dominam Luciam; ſed tantum in il-
lis dos conſeruata, redigenda poſtea ex eorum venditio-
ne, tunc falſum eſt præſuppoſitum, provt late oſtendi
ſupra in principio.

11 Si vero † intelligunt, pretium deberi indiſtincte quã-
do Monaſterium non vult pro ſe retinere feudum, ſed
illud vendere, provt deducitur in tertia limitatione
motiuorum, verſic. *Secus quando vult capere bona feu-*
dalia vt ea vendat, &c. ex Zabarell. *conſ. 102. ante num.*
2. verſic. Ad ſecundum, &c. Cuman. *conſ. 152. ſub num. 1.*
Alex. *conſ. 120. numer. 4. volum. 1. & conſ. 88. num. 1.* vbi
apoſtilla, *in litt. A. volum. 2.* Abb. *conſ. 27. num. 7. vol. 2.*
Dec. *conſ. 559. ſub num. 3. & 4.* Ruin. *conſ. 200. ſub num.*
29. volum. 1. Curt. Iun. *conſ. 105. num. 5.* Burſatt. *conſ. 281.*
num. 13. Marſil. *ſingular. 132.* Roſental. *de feud. capit. 7.*
concluſ. 30. num. 25.

12 Tunc multipliciter reſpondeo, primo, † quod ne-
mo ex Doctoribus prædictis loquitur in noſtris terminis,
ſed in diuerſis, quando ſcilicet relinquuntur ſtabilia
Monaſterio, immobilium incapaci, nam dicunt, quod
tunc Monaſterium capere poteſt, vt vendat, & habeat
pretium, quæ deciſio habet valde diuerſam rationem,
nam tunc non agitur de præiudicio tertij, cui ſit quæſi-
tum ius ex cauſa de præterito, ſicuti inueſtito, cum
is, qui relinquit d. Monaſterio incapaci, poſſit præiu-
dicare ſuo hæredi, & facere ne ei ius acquiratur in di-
cta re, quæ ratio non militat in eo, qui habet ius vi-
gore inueſtituræ, contra Monaſterium ne dum inca-
pax, ſed etiam, quod non habet aliquam diſpoſitio-
nem alicuius ex inueſtitis, quod ei reliquerit tale feu-
dum. Secundo reſpondeo, quod pretium feudi non
debetur Monaſterio, niſi quando habet expreſſam diſ-
poſitionem alicuius ex inueſtitis, qui in feudum illi re-
liquerit, ſecus ceſsante tali diſpoſitione; tunc enim
abſolute nec in feudo, nec in pretio ſuccedit ex perſona
Monaci, ita late conſuluit Burſatt. *conſ. 199. in 2. dubio,*
num. 31.

13 Tertio, † reſpondeo, & hæc reſponſio tollit omnẽ
difficultatem, quod tunc Monaſterium poſset conſe-
qui pretium feudi, quando ille, ex cuius perſona vult
ſuccedere, erat de comprehenſis in inueſtitura, ſecus ſi
non erat comprehenſus, quia non poteſt aliquo iure
ad illud aſpirare, ita declarat Ruin. *conſ. 200. ſub num.*
20. *volum. 2.* cum igitur iſtud feudum eſset pro maſculis
tantum, & ob id fœmina in eo ſuccedere non poſset;
licet etiam eſset filia, & feudum habuiſset originem a
fœmina, Roſental. *de feud. cap. 7. concluſ. 36. ſub num. 4.*
in gloſſ. 6. & ſub num. 13. Garzanius, *de fœminis ad feuda*
recipiend. vel non, in 15. limitat. fol. 84. ſicuti Reu. Agnes
non potuiſset in eo ſuccedere, ita quoque nec Mona-
14 naſterium ex eius perſona; quia † nemo plus iu-
ris ad alium transfert, quam ipſe habeat, *l. nemo plus*
commodi, & l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. l. traditio, ff.
de acquir. rer. dominio.

Quarto reſpondeo, quod vbi etiam fœminæ potuiſ-
ſent ſuccedere in hoc feudo, amiſerunt ius ſuum, patiendo
fratrem de toto inueſtiri, vt dixi in alijs allegationibus
in tertio argumento.

15 Illud autem, † quod dicitur de conſuetudine ſerua-
ri, vt detur annus Monaſterio ad vendendum feudum,
ex Alex. *conſ. 120. num. 4. vol. 1.* Burſatt. *conſ. 199. num. 11.*
& conſ. 255. num. 9. Clar. *§. emphyteuſis, quæſt. 33. ad finem*
poteſt procedere eo caſu quo monaſterium poteſt con-
ſequi pretium, puta, quando ei expreſse relinquit feu-
dum, vt per Burſatt. *d. conſ. 199. in 2. dubio,* quando is
ex cuius perſona vult ſuccedere eſt de comprehenſis, vt
per Ruin. *d. conſ. 200. ſub num. 20. volum. 2.*

16 Sicuti, † nec releuat, quod dicitur deberi æſtima-
tionem, vel feudum reſpectiue, quando concurrit
voluntas feudum habentis, vel quando Monaſterium
habet tale priuilegium retinendi feuda, quia neutrum
verificatur in propoſito caſu.

17 Quod † vero impugnatur concluſio à me poſita in
primis allegationibus, in feudo fœminæ conceſſo pro
maſculis, & fœminis, ſuccedere fœminas tantum poſt
maſculos, id eſt contra textum expreſsum, *in d. cap.*
vnico de feud. fœmina, vbi mea concluſio probatur, &
contra auctoritates à me allegatas, & auctoritates in
oppoſi-

Digitized by Google

oppoſitum allegatæ in verſiculo, *& non eſt verum, quod ex aduerſo, &c.* loquuntur, vel in feudo emptitio, vendito à Domino; vel improprio, quo in caſu non verſamur.

Et quod dicitur, D. Camillam non debere audiri, cum & ipſa femina ſit, non releuat, quia fuit diſpenſata per licentiam Domini, vt in proceſsu contra Dominos Striggios, *fol.52.fac.1.& fol.71.fac.1.*

Nec eſt verum, quod à me vmquam fuerit dictum,
in caſu iſto fœminas fuiſse excluſas à D. Marco Antonio
maſculo, vigore Statuti, ab hæreditate matris, ſicuti
excluduntur ab hæreditate patris, prout refertur in ver-
18 ſic. *minus eſt verum, &c.* † ſed tantum dixi de natura
feudi, feminas non ſuccedere, niſi vbi non extent maſcu-
li, tam in feudo materno, quam paterno, & hoc pro-
baui in primis allegationibus, in ſecundo argumento,
& dixi etiam ſupra in verſic. *Quod vero impugnatur, etc.*
& addo Garzo, *de fœminis ad feud. recipiend. in 3. amplia-
tione, fol.*8.

Ad id quod vbi etiam fœminæ fuiſſent excluſæ à feu-
19 do in hæreditate † matris potuiſſent conſequi æſtima-
tionem, reſpondetur hoc non habere locum, quando
feudum eſt pro maſculis tantum, Fabian. de Giochis,
*in repetit. Authent. nouiſſima, ſub num.74. verſic. ex quo po-
teſt inferri C. de inoffic. teſtam.* Curt. Iun. *conſ.21. ſub nu-
mer.*11. Riminald. Iun. *conſ.379. num.62. cum ſeqq.* Hart-
man Piſtor. *quæſt.38. num.15. cum ſeqq. maxime, ſub num.
18. & ante num.22. & ante num.41. lib.1. part.2.* Bertrād.
conſil.173. num.45. & 46. part.2.3. volum. Surd. *conſ.*427.
ante num.52. verſic. difficultas eſt in feudo mixto, &c. &
ita obtinui in hoc puncto, ne debeatur æſtimatio, quan-
do eſt pro maſculis contra Reuerendas Moniales Can-
telmæ pro D. Scaiola de Anno 1607.

20 Ad id quod dicitur, † non admitti compenſatio-
nem dotis datæ à fratre ſorori, cum dote materna, quā-
do dotat, vti patris hæres, reſpondetur hic non con-
ſtare dotaſſe vti talem, nec fuiſſe patris hæredem, & ſi
pars aliud prætendat, conſtare ex inſtrumentis dotatio-
num, illa producat.

Denique non obſtat, quod non admitteretur compenſatio, quando frater dotaſſet de ſuo, quia dico, quod ſi potuiſſet aliquod conſequi in dictis bonis feudalibus, vtique non admitteretur compenſatio, ſi conſtaret dotaſſe de ſuo, ſed dico, quod tunc non præſumeretur de proprio, ſed de credito ſororum dotaſſe, vt dixi in fine aliarum allegationum.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Patiens alium inueſtiri, quomodo & intra quantum tempus ſibi præiudicet, &c.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis non præſumitur, ſed probari debet ab aſſerente.*
2 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
3 *Monaſterium ſuccedit mediante Monaco, volente, & aſſentiente; & eo defuncto illud excluditur omnino. Et eſt verius, ibid.*
4 *Id procedit præcipuè in extranei hæreditate, qualis eſt ea ſororis.*
5 *Legiſtæ excludunt communiter Monaſterium.*
6 *Feudum etiam origine fœmineum non tranſit ad fœminas, cum eſt conceſſum ſolum pro maribus.*
7 *Amplia etſi eſſet ipſis maribus, & fœminis conceſſum, & hæredibus ipſorum vtriuſque ſexus.*
8 *Patiens alium comprehenſum, ſed remotiorem inueſtiri de feudo ad ſe ſpectante, ſibi præiudicat, tacendo per annum.*
9 *Si vero ſit extraneus, ſibi præiudicat poſt taciturnitatē 30. annorum.*
10 *Dotans mulierem, cuius bona adminiſtrat, præſumitur de eius bonis dotare, non de propriiſmet.*
11 *Legibus eſt iudicandum, non exemplis.*

CONTROVERSIA DCLXX.

EXiſtimo non eſſe audiendum Monaſterium Monialium S. Ioannis à Carrettis in actione propoſita contra M. Illuſtres fratres de Striggis, & proſecuta contra Illuſtrem Dominam Camillam Striggiam Celleria m eorum auctricem, pro dimidia hæreditatum, quondam Dominarum Benedictæ Virginiæ, & Hieronymæ de Striggijs, quam ad ſe ſpectare prætēdit dictum Monaſterium ex perſona q. Reu. Matris Agnetis in eo profeſſæ earum ſororis.

Moueorq; primo quia d. Reuerenda ſoror Agnes, dum
viueret numquam quod appareat, adiuit hæreditates
prædictas, quæ aditio non præſumitur, ſed probari de-
bet ab eo, qui aſſerit hæreditatem aditam fuiſſe, vt late
2 per Menoch. *lib.4. præſumpt.99. num.2. & 3.* † & ob id
nulla actio datur Monaſterio; nec iure tranſmiſſionis,
2 quia hæreditas non adita non † tranſmittitur, nec iure
proprio, quia Monaſterium non poteſt ſuccedere, niſi
mediante perſona Monaci, & eo volente, & conſen-
3 tiente, † quo defuncto remanet penitus excluſum, vt
concludit per decem argumenta, Bal. *in l.1. num.51.
verſic. Quid ſi Monacus decederet, &c. Cod. qui admitti,*
quam opinionem etiam ſequuntur Bart. *in l. is poteſt, 18.
ſub num.13. ff. de acquirend. hæredit.* Socin. *in l.1. nu.23.*
& ibidem Ripa, *num.154. & 164. ff. de vulgar.* Cephal.
conſil. 21. num.47. & hanc vti veriorem, & æquiorem
ſequuntur Vaſq. *de ſucceſs. progreſs. lib.1. §.9. num.1. tom.
2. fol.111. in impreſſione Veneta,* Craſ. *in §. final. articul.
Acquiſitio hæreditatis, quæſt.17. num.31. in 2. part. fol.*48.
quæ opinio in hæreditate extranei, quales ſunt ſorores,
4 videtur clarior † contra Monaſterium, vt per Socin.
vbi ſupra, & licet hanc quæſtionem dubiam profitea-
tur, Clar. *in §. teſtamentum, qu.30.* tamē dicit in foro Cæ-
ſareo, in quo agitur præſens lis, Iudicem ſequi debere
opinionem Legiſtarum, quæ eſt vt Monaſterium non
5 poſſit adire † & in hanc data ſcientia in Monaco hæ-
reditatis delatæ, inclinat Fachin. *lib.6. controuerſ. iur. cap.*
18.

Secundo moueor, quia terræ iſtæ feudales, quarum pars petitur, ſunt pro maſculis tantum, vt patet ex inueſtituris regiſtratis in proceſſu aliâs actitato inter D. Camillam Striggiam, Dominos fratres pariter de Striggis præſertim ex inueſtitura Anni 1562. diei 18 Nouembris in dicto proceſſu, *fol.69.* qui proceſſus fuit productus, ſub die 21 Octobris 1602. in alio proceſſu in hac cauſa producto, ſub die 15. Nouembris 1608. *fol.28.* nec non & ex inueſtitura Anni 1591. diei 3. Septembris in dicto primo proceſſu, *fol.49.* quam inueſtituram petijt pars aduerſa exemplari, & regiſtrari in præſenti cauſa, ſub die 4. Auguſti 1608. *fol.22. fac.1.* propterea in illis ſuccedere non potuerunt, ſicuti vere non ſucceſſerunt dictæ Dominæ Benedicta Virginia, & Hieronyma, quarum hæreditates petuntur, & ob id etiam non poſſunt peti, tamquam de earum hæreditate.

Nec obſtat, quod terræ iſtæ non obſtante, quod eſſent pro maſculis tantum, fuerint adiudicatæ q. D. Luciæ Andreaſiæ de Striggijs matri dictarum ſororum pro aſſecuratione ſuarum dotium ob vergentiam mariti ad inopiam, vt in principio proceſſus producti in hac cauſa, & per conſequens cum iſtud feudum fecerit tranſitum ad fœminam, potuiſſe etiam tranſire ad eius filias.

6 Quia feudum etiam ſui origine fœmineum † non
tranſit ad fœminas quoties eſt ſtipulatum, & conceſſum
pro maſculis tantum, nam tunc tranſit tantum ad ma-
ſculos dictæ fœminæ, filiabus excluſis, vt tradit Roſental.
*de feudis, capitulo ſeptimo, concluſ.36. ſub num.4. in gloſ-
ſa 6.*

7 Quinimo & ſi tale feudum fœmineum † conceſſum
eſſet pro maſculis, & fœminis, vel pro hæredibus vtrinſ-
que ſexus, adhuc fœminę non ſuccederent extantibus
maſculis, *cap. vnic. de feud. fœminæ,* Curt. Iun. *in tractat.
de feud. part.3. de ſucceſs. fœmin. num.3. verſicul. iſtam ta-*

men ſecundo,&c, Clar. *§.feudum,queſt.73.verſic.præterea quæro*, Kirchni. *in ſuis commun.opin.centur.3. concluſ.68.* Roſental. *de feud.cap.7.concluſ.35.num.10.* Burſatt. *conſil.63.ſub num.9.circa finem*, quo circa cum D.Lucia, cui hæc feuda fuerunt aſſignata pro dote,reliquerit Dominum Marcum Antonium filium maſculum, prout etiam admittitur ex aduerſo in libello,non potuerunt in illis ſuccedere fœmine prædictæ, de quarum hæreditate dicuntur fuiſſe hæc feuda.

Tertio profecto neſcio videre, quomodo Monaſteriũ velit petere has terras, vti de hæreditate dictarum ſororum,ſi ſemper fuerunt poſſeſſæ à D.Marco Antonio Seniore, & Iũniore, & ab eorum deſcendentibus, neque vmquam fuerunt in bonis ipſarum, quas etiam non cõ-
8 ſtat voluiſſe conſequi, † vel habere ius aliquod in ipſis feudis, ex hoc enim ſequitur, quod fuerint omnino ab eis excluſi; nam patiens alium inueſtiri de feudo ad ſe ſpectante, ſi is qui inueſtitur, ſit de comprehenſis,ſed remotior, vel alias, qui non ſuccederet, in totum ſibi præiudicat tacendo per annum,*cap.1.§.ſi quis deceſſerit, verſic. Tutius filios,ſi de feud.fuerit,content.inter domin.& agnat,* Ruin. *conſil.213.num 9.volum.1,* Cephal. *conſ.32. numer.15.* Grat. *conſil.4. numer.72.volum.1.*& melius ad rem Iaſ. *conſil.:307.columna prima, volumine quarto*, ſi vero talis inueſtitus non eſt de comprehenſis, ſed ex-
9 traneus, † tũc excluditur ſpatio triginta annorum,gloſ. *in d.cap.vnic.§.ſi quis deceſſerit,in verb.per annum,&c. ſi de feud.fuerit content.inter dominum, & agnatum*, Alex. *conſil.15.num.10.volum.5.* Grat. *conſ.9.num.72.volum.1.* cum igitur D.Marcus Antonius, qui erat de comprehenſis,fuerit inueſtitus de toto,vſque de anno 1562.vt in primo proceſſu, *fol. 69.* eius ſorores fuerunt excluſæ per annum, & multo fortius per ſpatium temporis longe excedens triginta annos.

Et in omnem caſum,quod aliquod Ius ipſis competiiſſet,Monaſterium male ageret ad hæc bona, vti de earum hæreditate,cum deberet agere ex earum perſona ad ea conſequenda, vti de hæreditate magna.

Quarto computanda eſſet dos data à D. Marco Antonio ipſis ſororibus, quarum hæreditas petitur,de qua in inſtrumentis productis in proceſſu, nam cum non appareat ipſum fuiſſe hæredem patris, nec aliqua extitiſſe bona paterna pro illis dotandis, quinimo præſumptio ſit,nulla extitiſſe, ex quo conſtat earum patrem D. Io: Striggium deueniſſe ad inopiam, ſequitur, quod vbi habuiſſent ius in dictis feudis,præſumatur voluiſſe dotare de bonis ipſarum mulierum, non autem de proprio;qui enim adminiſtrat bona alicuius mulieris, vel illis
10 gaudet, ſi eam dotat, præſumitur † dotare de bonis ipſius dotatæ, non autem velle donare de ſuo, Menoch.de communi, *de arbitrar. caſu* 88. *num.46.* ſicuti, & quando reperitur eius debitor, ex quo poſſidet magis bona, Zuccard. *conſ.70.* Menoc. *lib.3. præſumpt. 16.*

11 Non obſtant ſententiæ productæ; † tum quia non exemplis, ſed legibus eſt iudicandum; tum quia ſumus in diuerſis terminis, nam illæ verſantur circa petitionem partis propriæ in bonis maternis (licet etiam fuiſſet excludenda Reuerenda Agnes, cum hæc feuda eſſent pro maſculis tantum;) caſus autem iſte verſatur in petitione bonorum, quæ numquam fuerunt, nec eſſe potuerunt in hæreditate mulierum defunctarum, de quarum hæreditate agitur; quinimo, nec prædictæ defunctæ prætenderunt vnquam aliquod ius in iſtis feudis.

A R G V M E N T V M.

Legitima filiæ an impinguetur ex bonis feudalibus, vel emphyteoticis, præcipue Eccleſiæ. Ex quibus bonis ea detrahatur. De dote illinc deducenda. De feudo primogenituræ. De dotatione ſororis per fratrem facta,&c.

S V M M A R I V M.

1 *Bona feudalia, vel emphyteotica an computentur in taxanda legitima filiabus, & ſororibus.*
2 *Negatiuam tuentur plures Doctores.*
3 *Legitima detrahitur ſolum ex bonis in qua quis ab inteſtato poſſet ſuccedere.*
4 *Agi non poteſt ad æſtimationem rei, in qua nullum ius æſtimabile competit.*
5 *In feudo in quo ſuccedit primogenitus, non habent cæteri fratres legitimam, nec æſtimationem.*
6 *Fœminæ ſunt capaces bonorum, quæ ſunt emphyteutica Eccleſiæ mixta.*
7 *Eccleſia cenſetur diſpoſuiſſe inueſtituram, quoad ſucceſſionem fœminæ, iuxta Statutum loci.*
8 *Bona, in quæ filia non ſuccederet ab inteſtato cum maſculis,non augent eius legitimam; habetur enim ac ſi eſſet incapax; ſed procedit etſi eſſent capaces in defectum maſculorum, num.9.*
10 *In feudo abſolute hæreditario debetur filiæ legitima.*
12 *Primogenitorum feudum, & maſculorum reſpectu aliorum fratrum, & fœminarum reſpectiue, pariſicantur in bonis, in quæ iſti non poſſunt ſuccedere.*
13 *Fœmina etſi ſit de comprehenſis, tamen reputatur incapax, dum omni tempore non poteſt ſuccedere.*
14 *Fœmina an debeat dotari de fructibus talium bonorum cum alia non exiſtunt, & num.15.*
16 *Reſoluitur affirmatiue cum ea eſt omnino pauper, & remanet indotata.*
17 *Pauper non dicitur, qui habet, à quo petat alimenta.*
18 *Frater tenetur quidem dotare ſororem, ſed non ad ratam legitimæ, id enim facit, vt frater, non vt ſucceſſor.*
19 *In bonis fratris, & tranſuerſalium non obtinet prætenſio legitimæ.*
20 *Probatio generalis, & incerta non releuat.*
21 *Non ſufficit aliquod allegare, & aſſerere niſi probetur.*
22 *Attendenda eſt reſponſio poſitionibus, ex Statuto Mantuæ, non attenta pronuncia eas haberi pro confeſſis.*
23 *Fœmina poteſt dotari de bonis emphyteuſis Eccleſiæ.*
24 *Fœmina eſt excluſa ab emphyteuſi Eccleſiæ ſolum ex Statuto Mantuæ, non à iure communi.*

CONTROVERSIA DCLXXI.

CAlculus relatus ad fauorem Reu. Monaſterij Monialium Cantelmæ,& D.Iſabellę Scaiolæ in taxanda eis portione debita iuxta quantitatem legitimæ, de qua in cauſa,ſcatet multis,& quidem euidentib.errorib.& ob id reformandus venit in gratia M. Magnifici D. Ludouici Scaiolę rei conuenti,& remouendæ aſſignationes factæ actricibus pro aſſerto earum credito.

Licet .n. quæſtio illa,an bona feudalia,vel emphyteotica computentur in taxanda legitima filiab.ſeu ſororib. & eam impinguent, adeovt poſſint conſequi tantumdẽ in bonis liberis, vel æſtimationem quantũ caperet rata portio legitimæ dictorum bonorũ obnoxiorũ (in qua quæſtione verſatur principalis difficultas præſentis cõtrouerſiæ)habeat multas diſtinctiones, & ſit adeo perplexa,vt Surd.*in conſ.427.ſub n.29. verſ.ego etſi tutius,&c.* profiteatur ſe magis cupere aliorum ſententias in ea audire,quam propriam proferre, quam ex moderniorib. ex profeſſo agitarunt vltra Surd.*d.conſ.427. per tot.* Hartman.Piſt. *quæſt.38. p.2. lib.2,* & Roſent. *in Synopſi feud. c.7.conc.13.* tamen in terminis in quib.noſtra hęc diſputatio verſatur,videtur habere ſolidam,& approbatam crebrius noſtrorum reſolutionem.

Nam quod attinet ad petias terræ feudales conceſſas pro hæredibus maſculis tantum, de quibus in inueſtitura, *fol.26.* citra omnem hæſitationem concludunt ſcribentes,non obſtante, quod habeant qualitatem hæreditariam,eas detrahendas eſſe tamquam æs alienum ad fauorem maſculorum,illiſque præcipuas reſeruandas eſſe, nec pro eis legitimam augeri fœminis, nec poſſe

petere

petere æſtimationem, vel quidquam aliud in cæteris
bonis, & ſicuti ex illis non impinguatur legitima fę-
minarum; ita nec computantur in legitima maſculis,
2 ſed debent habere † vltra dicta feuda, totam legitimã
in alijs bonis, ita tradit Fabian. de Giocchis, *in repeti-*
tion. Authentic. nouiſſima, ſub numer. 74. verſic. ex quo po-
teſt inferri, Codic. de inofficioſ. teſtament. Curt. Iun. *conſil.*
21. ſub numer. 11. Riminald. Iun. *conſil. 379. numer. 62.*
cum ſequentibus, Hartman Piſtor. *dicta quæſt. 38 numer.*
15. cum pluribus ſequentibus, maxime ſub numer. 18. *&*
ante numer. 22. & ante numer. 41. libro ſecundo, parte ſe-
cunda, qui omnino videatur, Bertrand. *conſil. 173. num.*
45. & 46. parte ſecunda, tertij voluminis, Surdus, & ipſe
videndus, *conſil. 427. ante numer. 52. verſicul. difficultas*
3 *eſt in feudo mixto*, † qui mouentur pluribus rationibus,
ſed ea præcipue, quod legitima non detrahatur, niſi
in re, in qua quis poſſet ab inteſtato ſuccedere, &
habere aliquod ius, quod non poteſt verificari in fæ-
mina omnino incapaci feudi pro maſculis tantum con-
4 ceſſi, vnde nec agi † poteſt de aliqua æſtimatione,
cum non detur in eſſe aliquid ęſtimabile, reſpectu ſui
iuris, vt per Piſtor. *dicta quæſt. 38. ſub numero vigeſimo*
primo.

5 Addunt † præterea argumentum, & à fortiori
doctrinam communiter receptam, quod in feudo, in
quo ſolus primogenitus ſuccedit, cæteri fratres non ha-
bent legitimam, nec in re, nec in æſtimatione; nec il-
lud primogenito computatur in ſua legitima, quin cum
cæteris fratribus poſſit illam conſequi in alijs bonis, vt
tradunt Gloſſ. Innocent. Hoſtienſ. Io: Andr. & Abb. *in c.*
licet extra de vot. Capic. *deciſ. 2.* cum multis alijs, quos
refert, & ſequitur, de communi atteſtans, Piſtor. *d. qu. 38.*
n. 19. & Roſental. *d. c. 7. concl. 3. n. 2. in 1. gloſſ.* Pariſ. *conſ.*
17. n. 30. vol. 2.

Si igitur ſecundogenitis, & alijs fratribus non debetur
legitima, nec ęſtimatio in feudo, quod ſpectat ad primo-
genitum tantum, cuius tamen ſunt capaces, & potentia
in eo ſuccedere poſſent, ſi quinque fierent primogeniti
per obitum præcedentium, multo minus debetur fæmi-
nis, quæ actu, & potentia ſunt omnino excluſæ; quo
argumento vtitur Surdus, *d. conſ. 427. ſub n. 42.*

Propterea cum nulla actricibus competeret actio,
nec reſpectu rei, nec æſtimationis, pro dictis bonis con-
ceſſis pro maſculis tantum, ſupine dupliciter errarunt æ-
ſtimatores, ponendo illa in maſſa; primo, augendo legi-
timam fæminarum indebite; ſecundo, minuendo illam
maſculorum, qui præcipua debebant habere feuda
prædicta, & nihilominus cum fæminis concurrere in le-
gitima in cęteris bonis, ſi quæ aderant, ad quæ fęminæ
aſpirare poſſent.

6 Paulo difficilior † videtur quæſtio, reſpectu maioris
partis bonorum, quæ erant emphyteotica Eccleſiæ mi-
xta, quorum de iure cõmuni fęminæ ſunt capaces, quan-
do ſunt conceſſa pro hæredib. ſicuti erant iſta, *§. emphy-*
teuſim, in Auth. de non alien. reb. Eccleſ. Clar. *§. emphyteu-*
ſis, quæſt. 32. n. 2. Anguil. *conſ. 100. n. 39.* Ceph. *conſ. 11. in*
fine, & ſi excludebãtur, id erat tantum vigore Statuti ex-
cluſiui fęminarum, exiſtentibus maſculis ſecũdum cuius
7 † diſpoſitionem cenſetur Eccleſia inueſtiens feciſſe ſuã
conceſſionem, vt tradit Bart. *in l. vt iuſiurandi, §. ſi liberi,*
n. 5. ff. de oper. libert. Ancha. *conſ. 433.* Clar. *d. §. emphyteu-*
ſis, quæſt. 32. ſub n. 4. Honded. *conſ. 54. ſub n. 6. vol. 1.* non
autem ex eo quod eſsent omnino incapaces, cum dice-
rentur inueſtitæ, & comprehenſæ ordine ſucceſſiuo, vt
tantum maſculis poſtponerentur, ſed illis deficientib.
ſuccedere poſsent.

8 Nihilominus, † & hoc quoq; in caſu, vbi bona ſunt
eius naturę, vt in eis fęmina ab inteſtato ſuccedere non
poſset cum maſculo, & ſi tempore ſucceſſionis, ex quo
agitur de deducenda legitima, reperitur excluſa, habe-
turque, ac ſi non eſset capax, reſoluunt Doctores talia
bona ſiue feudalia, ſiue emphyteotica non augere legi-
timam filiarum excluſarum, propter præexiſtentiam
maſculorum, nec quo ad æſtimationem, ſed ea præci-
pua conſeruanda eſse maſculis, nec eſse eis imputanda

in eorum legitima, hanc ſententiam ſex fundamentis
late comprobat Schrader. *in tract. de feud. p. 7. c. 5. n. 36.*
cum ſeqq. tom. 1. fol. 197. vbi *numer. 51.* id admittit, & in
emphyteuſi, *& ſub num. 55.* refert, ſe ita conſuluiſse, ac
9 ita quoque iudicaſse Scabinos Vvitembergẽtes, & † ip-
ſum loqui eo caſu, quo alias fęminæ erant capaces, ſi
non adfuiſsent maſculi, intelligit Roſental. *cap. 7. concl.*
13. num. 18 in fine, eandem aduerſus Burſatt. *conſ. 152. nu.*
29. & 30. docte propugnat Hartm. Piſt. *d. qu. 38. nu. 26.*
cum plurib. ſeqq. p. 2. lib. 1. vbi ſigillatim reſpondet omni-
bus rationibus, argumentis, & auctoritatibus adductis
à Burſatto, qui Hartmannus dum loquitur de feudo hæ-
reditario, debet intelligi de hæreditario mixto, non au-
tem ſimpliciter, prout eſt caſus noſter, nam in abſolu-
10 te hæreditario non verſatur † difficultas, quin fęminæ
debeatur legitima, vt per Surd. *conſ. 427. nu.* 51. & hanc
11 eamdem opinionem, † quod filiabus excluſis, non au-
geatur legitima, nec debeatur æſtimatio in feudo, vel
emphyteuſi à quibus excluduntur propter exiſtentiam
maſculorum, probauit Curt. Iun. *conſ. 21. ſub n. 11.* Man-
tua, qui loquitur in emphyteuſi, *in Auth. nouiſſ. verſ. Se-*
ptimo dubitare contingit, fol. mihi, 66. C. de inoffic. teſtam.
Io: Iacob. Maſull. loquens & ipſe in emphyteuſi, *in addit.*
ad deciſ. 2. Capic. ſub n. 1. Herman. Vulteius *in tractat. de*
feud. lib. 1. cap. 9. num. 58. fol. mihi, 439. Peregrin. qui pro-
miſcue loquitur tam de emphyteuſi, quam de feudo,
in tractat de fideicommiſſo, articulo trigeſimoſexto, ſub
numer. 108. Roſental. *de feud. capitulo ſeptimo, conclu-*
ſione decima tertia, numero decimo tertio, & numero tri-
geſimo primo, & optime Surdus *dicto conſil.* 427. *ſub nu-*
mero quinquageſimo quinto, verſic. & prædictam ſenten-
tiam, qui indiſtincte loquitur tam de emphyteuſi,
quam de feudo, vt patet in principio dicti conſilij.

12 Et ſub *num. 42.* inquit, ea † quæ traduntur de primo-
genitis, quos ſuperius deduxi habere feuda præcipua
ad ſe ſpectantia ſine aliquo onere dandi æſtimationem
legitimæ alijs fratribus, procedere etiam in ſororibus,
& filiabus, & alijs perſonis, quæ ab inteſtato non poſ-
ſunt ſuccedere, inquiens eamdem rationem vigere vtro-
que caſu, & per conſequens etiam debet vigere in em-
phyteuſi, cum in ea filia ab inteſtato ſuccedere nequeat
ſtantibus maſculis.

13 Ratioque † prædictæ concluſionis ſuperius fir-
matæ eſt, quia licet alias fęmina ſit de comprehenſis, &
capax, tamen eo tempore, quo ſuccedere non poteſt,
reputatur incapax, vt per Surd. *ſub d. num. 55.* vnde non
habet petere partem, vel æſtimationem eius, ad quod
ius habere non poteſt.

14 Licet autem † ambigant Doctores, cum nulla alia
adſunt bona, in quibus fæmina dotari, & alimenta con-
ſequi poſſit, debeat ſaltem dotari, & ali de fructibus
bonorum, quorum non eſt capax, alijs hoc æquum pu-
tantibus, vt per Curt. Iun. *conſ. 21. ſub num* 11. & Surd.
d. conſil. 427. num. 42. & 52. Hartm. Piſtor. *quæſt. 37. part.*
2. libr. 1. Alijs vero ſecus opinantibus, vt omnino exclu-
datur, etiam ſi nulla alia adſint bona, vt per Schrader.
de feud. part. 7 cap. 5. num. 46. cum ſeqq tom. 1. fol. 199. quẽ
ita loqui tradit Surd. *d. conſ. 427. ſub num. 52. verſic. Et lo-*
15 *quitur Schraderus*, † & quod filia, ſeu ſoror non de-
beat dotari à fratre habente bona à quibus excluditur,
licet remaneret indotata, niſi aliud conſuetudine locali
inductum ſit, verius eſse, ſcribit Roſental. *capit. 7. con-*
cluſ. 47.

16 Tamen † illud procedit, vbi alias ſoror remaneret i-
nupta, & propter paupertatem non haberet vnde vi-
ueret, vel matrimonium contrahere non poſset, vt col-
ligitur ex Surd. *in tractat. de aliment. tit. 1. quæſt. 25.* Fran-
cil. *deciſ. 87. num. 15.* ſed cum in caſu noſtro præſupponã-
tur iſtæ mulieres habere aliunde, & fuiſse matrimonio
ſpirituali, & temporali reſpectiue collocatas, ceſsat pro-
uiſio illa, quam in ſubſidium concedunt aliqui, quia
ita demum conceditur, vbi ſoror ſit pauper; pauper
autem non dicitur, qui habet, à quo petat alimenta,
idem Surd. *dicto titulo primo, quæſtion. 37. numero ſepti-*
mo.

18 Præterea frater, † & ſi teneatur dotate ſororem, ta-
men non reperitur cautum, quod teneatur vſque ad
quantitatem legitimæ, quia tenetur vti frater, non vti
ſucceſſor, & iure hæreditario, Surd. *d.quaſt.25.num.7.*
& ſub num.31. Sichar. *in conſ.7.nu.42. inter conſilia feu-*
dalia,fol.163. & in bonis fratris, & tranſuerſalium non
19 datur legitimę conſideratio, niſi † in caſu *l.fratris, C.*
de inoffic.teſtament. vt tradit Francus, *deciſ.374.nu-*
mer.15. idem bene ad rem noſtram, *deciſ.87.numer.13.*
Io:Andr.Georgi. *allegat.30.num.59.* quo circa licet non
habuerunt legitimam, cum tamen aliquid habuerint, vt
patet in proceſſu, & in declaratione inſiſtentiæ, quod fuit
ſatis ad ipſas locandas, prout locatæ matrimonio, &
Monaſterio reſpectiue fuerunt eo, contentæ eſſe debent.

Grauatus denique fuit D.Ludouicus ab ipſis æſtima-
toribus, quia taxarunt mobilia in quantitate bonorum
& valoris aſſerti ab actricibus, quorum tamen, nec reſ-
pectu d.quantitatis, nec reſpectu valoris facta eſt certa
20 probatio † ab eis, cum teſtes tantum deponant in
genere relicta fuiſſe multa mobilia, ſed ignorant quan-
titatem, vnde probatio remanet incerta, & ob id non
releuat, *l.non hoc,Cod.vnde legitimi,* Maſcard. *concluſ.*
586.num.14. nec debuerunt attendere id, quod aſſertũ
fuit circa dicta mobilia ab actricibus, quia non ſufficit
21 aliquid aſſerere, † vel allegare, niſi probetur, *l.1.in*
princip. iuncta gloſſ. *in verb.dicatur,ff.ſi quadrup.pauper.*
feciſſe dicat. Natt. *conſil.543.ſub num.35.* Cephal. *conſil.*
667.num.4. Simon. de Præt. *de interpretatione vltimar.*
voluntatum,lib.5.interpretat.2. dubitat.2. num.41. & 43.
pag.512.

Et eo euidentius redditur grauamen, quia ſub fal-
ſis prætextibus fecerunt talem æſtimationem, altero,
quod ita ordinauerit M. Illuſtris Senatus, de qua
tamen ordinatione non apparet; Nec veriſimile eſt,
quod vbi etiam noluiſſet arbitrari, & limitare quan-
titatem, & valorem dictorum mobilium, limitaſſet iuxta
petitionem agentiũ, quos certum eſt ſemper potius pec-
care in exceſſu, quam in defectu; altero, quod poſi-
tiones fuerint pronunciatæ pro confeſſis, quod quidem
verum eſt ſed tacuerunt ſtatim poſt pronunciam Do-
minum Ludouicum illis reſpondiſſe, & eas negaſſe,
22 cuius reſponſionem † attendi debere, non obſtante d.
pronuncia, diſponit Statutum, *ſub rubric.de poſitionibus,*
quod admittit reſpondentem infra certum tempus poſt
pronunciam, quod tempus nondum erat elap-
ſum.

Propterea, vel nulla facienda eſt taxatio dictorum
mobilium, tamquam non probata fortiter quantita-
te ab actricibus, vel ſaltem non debet fieri ſecundum
aſſertionem partis, ſed ſecundum boni viri arbitrium,
& normam æſtimandam à M.Illuſtri Senatu.

Die Veneris 16. Nouembris 1607. Senatus cenſuit,
feuda pro maſculis tantum non augere dotem filiarum,
& ſororum Item limitauit mobilia ad aureos 400. In
bonis autem emphyteoticis Eccleſiaſticis, dixit fęmi-
nas poſſe conſequi dotem, & ea augere earum legiti-
23 ma In actis Domini Horatij Veneroſi. † Et pro hac
ſententia, quo ad bona emphyteoticam facit conſilium,
Siluatic. *inter conſilia Martianenſ. conſilio ſeptimo,* de
quo meminit Hartman Piſtor. *quæſtione trigeſimaoctaua,*
ſub numero quadrageſimo ſeptimo, libro primo, parte
ſecunda, fol. 501. Et facit ratio, quia fœmina non
excluditur ab emphyteuſi Eccleſiaſtica de iure commu-
ni, ſed tantum ex diſpoſitione Statuti, quod tamen
24 non excludit eam † à congrua dote, & ideo licet ma-
ſculus excludat fęminam ab his bonis, tamen cum id
faciat vigore Statuti, non ita excludit, quin teneatur
dotare.

ARGVMENTVM.

Intereſſe peti non poteſt pro credito illiquido. De ſimulatione contractus, & de coniecturis ad id De expenſis in re aliena factis, repetendis, vel non. Libri rationum priuatarum, an, & quando probent. De Clauſulæ Codicillaris, *Si non valeret, &c.* effectu, & vigore; præcipuè quo ad legata, præterito filio in teſtamento. Et de exceſſiuitate legati probanda.

SVMMARIVM.

1 *Si creditum non eſt liquidum, non poſſunt currere ex eo vſura, & intereſſe.*

2 *Qualibet iuſta cauſa excuſat à mora.*

3 *Ille qui petit intereſſe, debet probare habuiſſe in promptu occaſionem implicandi pecunias, & cum ipſis negociadi.*

4 *Simulatio contractus probatur coniecturis arbitrio Iudicis ſufficientibus.*

5 *Præſumitur ſimulatus contractus, cum venditor ſemper permanſit in poſſeſſione rei. Et ex alijs, vt ibidem.*

6 *Contractus ſimulatus præſumitur per ſolam confeſſionem extraiudicialem parte abſente.*

7 *Cum in contractu venditionis deficit pretium, etiam in parte præſumitur ſimulatio, & datum præſumitur interueniſſe ad tegendam ſimulationem.*

8 *Ceſſio, quæ non apparet niſi ex confeſſione, præſumitur ſimulata.*

9 *In ijs, quæ variantur tempore, non præſumitur de vno tempore ad aliud.*

10 *Agens pro mercede domus debet agere quanti non ipſo locaturus, ſed quanti reus eſſet conducturus.*

11 *Habitans domum amici non tenetur ad penſionem, niſi ipſe ſolitus ſit incolere ędes conductas.*

12 *Poſſeſſor etiam malæ fidei repetit expenſas neceſſarias in re.*

13 *Bonæ fidei poſſeſſor repetit omnes expenſas materiæ, & fabrorum, ſi ædificauit in domo aliena.*

14 *Ædificans in re aliena nomine Domini, repetit ſolum omnes expenſas actione negociorum geſtorum.*

15 *Ædificans ſcienter in re aliena non gaudet repetitione expenſarum. Intellige ſi id fecit animo donandi, non alias.*

16 *Poteſt quis ædificare in alieno, ſine animo donandi; cum id facit de voluntate Domini, vel vt pleniorem vſum rei habeat.*

17 *In contractibus vltro citroq; obligatorijs, qui prius agit debet probare eius adimplementum ex parte ſua, vt obtineat.*

18 *Alimenta debita alicui ſi alicubi habitet, non debentur ſi ibi non habitet.*

19 *Libris rationum priuatarum non adhibetur fides pro ſcribente.*

20 *Ad hoc vt ipſis credatur, multa cumulatiue exiguntur remiſſiue.*

21 *Legata ſuſtinentur non obſtante præteritione filij poſthumi in teſtamento.*

22 *Ex Clauſula codicillari,* Si non valet, &c. *concepta in futurum, legata debentur, non attento caducitatis defectu.*

23 *Clauſula codicillaris,* Si non valeret, &c. *eſt concepta in futurum.*

24 *Clauſula prædicta operatur, etiam ignoranter præterito poſthumo.*

25 *Clauſula antedicta operatur ſuum effectum, cum teſtator ſuperuixit natiuitati poſthumi, & non reuocauit teſtamentum.*

26 *Legata magna, & exceſſiua non ſuſtinentur poſthumo ignoranter præterito. Limita vt numero trigeſimo.*

27 *Exceſ-*

27 *Exceſſiuitas legati eſt ... ab aſſerente, tamquam*
fundamentum propri... ... ionis.
28 *Vigore Clauſulæ Codic... ... us filius præteritus cogitur re-*
ſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis, retenta ſolum le-
gitima, non autem etiam Trebellianica.
29 *Legata ſuſtinentur etiam præterito filio, cum illa ſunt fa-*
cta coniunctæ, & dilectæ perſonæ.
31 *Libris alicuius creditur in fauorem ſcribentis, ſtante de-*
creto, quod ipſis credatur. Maxime ſtante legalitate
ſcribentis, & modica debiti quantitate, &c. Et nu-
mer.32.

CONTROVERSIA DCLXXII.

MVltæ ſunt prætenſiones, quas inuicem habent D.
Anna de Scholaribus, vti mater, & tutrix D. Ludo-
uici filij, & hæredis q. D. Ioannis Petri de Bonardis, &
D. Io: Petrus Sangualeus, vti hæres q. D. Chriſtophori
Sangualei, mediante perſona q. D. Ioannis Sangualei,
filij d. D. Chriſtophori, de quibus ſingulis videndum
eſt quid iuris.

Prima igitur ex prætenſionibus dictæ tutricis, de qui-
bus in libello producto in proceſſu Senatorio, ſub die
20. Decembris 1607. *fol.49.* eſt de ſcutis ſeptingentis au-
ri à libris ſex debitis per dictum q. D. Chriſtophorum
prædicto q. D. Io: Petro Bonardo, vt ex inſtrumento re-
giſtrato in proceſſu Ordinarij, *ſignato B. in actis Caggio-*
ni, fol.37. & hoc vna cum intereſſe in ratione ſeptem pro
centenario, iuxta quod perſoluitur mercatoribus ſecũ-
dum ordines huius patriæ, quod intereſſe petitur in di-
cto libello, *fol.50.* à die celebrati inſtrumenti crediti,
vſque ad integralem ſatisfactionem, ſed in hoc deinde
emendatur petitio in ſcriptura producta, ſub die 15 Ia-
nuarij 1608. *fol.56.* & petitur ipſum intereſſe à lapſu an-
norum ſex præſtitutorum ad ſoluendum à die celebrati
inſtrumenti.

Cui quidem prætenſioni reſpectu capitalis acquieſcit
D. Sangualeus, & promptus eſt eam compenſare cum
creditis, quæ habet contra d. tutricem, & ſi in aliquo re-
manebit debitor, paratus eſt ſatisfacere.

Sed reſpectu prætenſi intereſſe venit abſoluendus,
tum quia non conſtat ipſum D. Io: Petrum Bonardum
exercuiſſe mercaturam nomine proprio, & ſic fuiſſe
mercatorem, ſicuti requiritur, vbi debetur intereſſe
ex diſpoſitione eiuſdem ordinis patriæ, ibi *Senatus con-*
ſtito, quod actor ſit mercator, &c. quinimo colligitur eam
non exercuiſſe, ex quo ſeruiebat Domino Sangualeo,
& ei locabat operam ſuam in negotio mercaturæ eiuſ-
dem Sangualei, tum etiam nullum debetur intereſſe,
quia ordo prædictus anni 1577. concedens mercatori-
bus exactionem ſeptem pro centenario, loquitur præci-
ſe de creditis contractis ex cauſa mercaturæ, quale non
eſt iſtud, inquit enim, quod in omnibus cauſis, in qui-
bus mercaturam exercentes petierint ſibi damna refici,
ob retardatam à debitoribus ſolutionem æris alieni ex
cauſa mercaturam reſpiciente contracti, Senatus, &c.
1 tum & † tertio quia ſtantibus creditis D. Sangualei in-
certum erat, & dubium an foret debitor nec ne, maxi-
mè erga tutricem, qua ſtante incertitudine, & oblatio-
ne pluries facta de ſoluendo factis computis, ſi in ali-
quo eſſet debitor, vt *fol.21. fac.2. fol.39. fac.1. fol.55. fac.*
2 1. nullum potuit currere intereſſe, † cum non poſſit
dici liquidum creditum aduerſariæ, Riminald. Iun. *con-*
ſil.643. num.5. & 6. vbi inquit, quod quælibet iuſta cau-
ſa excuſat à mora, Honded. *conſ.4. num.69. & conſil.36.*
num.23. volum.2. & hæc omnia etiam militant reſpectu
prætenſi intereſſe poſt mortem patris, nam ceſſabat
occaſio mercaturæ; incertum erat, an D. Sangualeus
eſſet debitor; & denique non eſt probatum, quod tu-
trix habuerit prædia venalia idonea emenda, vel aliam
occaſionem implicandi pecunias, vel quod ſe exone-
raſſet ab aliquibus debitis parturientibus intereſſe, vel
coacta fuerit accipere pecunias ad vſuras, quod tamen
3 probari debet † ab eo, qui prætendit intereſſe, iuxta
doctrinam Caſtr. *in l.3. §. final. ſub num.3. ff. de eo, quod*
certo loco, Riminald. Iun. *conſ.52. num.42. & conſ.218.*
ſub num.100. Natt. *conſil.4*[illegible]*0. ſub num.6.* Honded. *conſ.*
36. num.33. & 34. & conſil.38. num.40. volum.2.

Secunda prætenſio, & petitio tutricis, de qua in di-
cto libello, *fol.50. fac.* eſt vt eidem dimittatur libera,
& vacua apotheca alias empta per ipſum Bonardum
à D. Sangualeo, vt ex inſtrumento regiſtrato in pro-
ceſſu Ordinarij, *ſignato C. fol.2* & hanc vna cum affi-
ctibus ſaltem in ratione ſcutorum 80. ſingulo anno à
die emptionis, vſque ad effectualem relaxationem.

Contra quam excipitur, *fol.52. fac.2.* dictum contra-
ctum fuiſſe ſimulatum, nec viribus ſubſiſtere, & ob id
ex eo nullum tranſlatum fuiſſe dominium, fuit enim ce-
lebratus tantum dictus contractus ad effectum, vt Bo-
nardus poſſit exigere à Fachetto quaſdam pecunias,
quas tenebatur inueſtire, vt in ea cautum eſſet ipſi Fa-
chetto, vt deponit D. Cæſar Rota pro D. Sangualeo ſu-
per ſecundo capitulo, & ſuper interrogatorijs; ſed
in rei veritate Sangualeus non intellexit vendere Bonar-
4 do, nec ipſe emere; ſimulatio † autem cum probetur
coniecturis arbitrio Iudicis ſufficientibus, D. Surd. *deciſ.*
23. num.17. vtique in propoſito caſu ſufficienter proba-
ta videtur, tũ ex eo quod venditor ſemper fui in poſſeſ-
5 ſione. † arguitur dontractus ſimulatus, Afflictus *dec.40.*
ſub num.18. Deci. *conſil.587. ſub num.8. verſic. Secundo*
efficax videtur, & conſ.692. numer.4. Cepol. *de ſimular.*
contract. num.76. verſic. vigeſima quarta præſumptio, D.
Surd. *deciſ.34. num.4. & conſil.473. n.27.* Maſcard. *concl.*
439. vbi multipliciter ampliat.

Augetur præſumptio ex eo, quod ſciente, vidente, &
nihil dicente ipſo Bonardo D. Sangualeus proprijs pe-
cunijs fabricari fecit, tamquam in re propria, ſubter-
raneum, & podiolum in d. apotheca, vt deponunt te-
ſtes ſuper primo, & ſecundo capitulo inſtructionis pro-
ductæ, ſub die 9. Februarij 1608. *fol. 59. fac.2.* & ſuper
primo capitulo additionis productę, ſub die 4. Martij
1608. *fol.65. fac.2.*

Qui teſtes ſuper d. primo capitulo additionis atteſtã-
tur etiam d. Bonardum numquam nominaſſe ipſam
apothecam, vti ſuam, ſed tantum vti D. Chriſtopho-
ri Sangualei, qua aſſertione nulla videtur vrgentior co-
niectura ad veram probationem, valde proxima huius
6 ſimulationis; contractus † enim probatur ſimulatus
per ſolam confeſſionem extraiudicialem, parte abſen-
te, Maſcard. *concluſ.446. num.15.*

Rurſus adminiculatur huic ſimulationi, quod vendi-
tus fuit etiã fundacus exiſtẽs ſuper d. apotheca ad quem
tamen non dabatur aditus, niſi ex alia apotheca ipſius
Sangualei.

Huc quoque tendit fides Turroti producta, ſub die
3. Auguſti 1601. *fol.17.* in qua atteſtatur D. Sangualeum
exburſaſſe ei ſcutos quingentos ad computum pretij
domus per eum venditæ Bonardo, & in exonerationem
apothecæ eiuſdem Sangualei.

7 Et denique non eſt debilis præſumptio ſimulationis,
confeſſio, quã facit Sangualeus in ipſo inſtrumento ven-
ditionis de pretio, quod deficiebat ad complementum
ſcutorum 1200. vltra id quod debebatur à Fachetto, ex
qua arguit vere non habuiſſe, niſi debitum ipſius Fa-
chetti cuius gratia ſimulabatur contractus, ſed id egiſ-
ſe, vt tegeretur ſimulatio, argumento eorum quæ ha-
bentur in *deciſ.* Rotæ *1. de alienation. iudici. mutandi*
cauſ. fact. num.3. in nouis, fol.26. & ibi Papaz. *in addit. fol.*
8 *24. column.4.* † vbi ceſſio, de qua non conſtat, niſi per
confeſſionem, præſumitur ſimulata.

Qua ſtante ſimulatione, non eſſet agendum de ali-
quibus affictibus, cum nullum tranſlatum fuiſſet domi-
nium in Bonardum.

Sed vbi verus dici poſſet contractus, adhuc non de-
beretur affictus petitus, nec in quantitate annorum, nec
ſcutorum, nam reſpectu temporis probatum eſt per
D. Sangualeum ipſam apothecam per multos annos nõ
potuiſſe locari poſt d. inſtrumentum venditionis per te-
ſtes examinatos ſuper tertio capitulo inſtructionis pro-
ductæ, ſub d. die 9. Februarij 1608. *fol.60.* & in hoc ni-

hil computandum eſſet D. Sangualeo, qui tenuit eam
volente ipſo Bonardo, & non conquærente, nec inſtãte
quod ſibi relaxaretur; reſpectu vero ſcutorum, pariter
probatum eſt ipſam, etiã cum ſubterraneo non potuiſſe
locari pluſquam 35. vel 40. ſcutis, per teſtes ſuper
quarto capitulo inſtructionis productæ, *fol.* 59. & quod
fuit locata deinde Paulo Hoſpiti propter commodita-
tem ſubterranei, vt deponit D. Horatius Rauella ſuper
4. capitulo pro D. Sangualeo, qui Paulus non ſoluebat
de affictu, niſi ſcutis 40. vt ex inſtrumento.

Nec refert, quod in inſtrumento venditionis aſſertũ
fuerit, eam ſolitam fuiſſe locari ſcutis 80. quia vtcumque
illud verum eſſet, non officeret, quia aſſertio illa loqui-
tur de tempore præterito, quæ non infert aliquid ad tẽ-
9 pus futurum, cum in his, quæ † variantur tempore,
non præſumatur de vno tempore ad aliud, Bald. *in leg.
ſpadonem, §. qui abſolutus, in fine, ff. de excuſat. tutor.* Ma-
ſcard. *concluſ.* 873. *num.* 26. *cum ſeqq.* maxime ſtante pro-
batione contraria facta de tempore præciſo, de quo a-
gimus. Præterquamquod agens pro mercede domus,
10 debet agere non quanti ipſe locaturus fuiſſet, † ſed
quanti reus fuiſſet conducturus, Natt. *conſil.* 53. *num.* 1.
11 & nemo vtens, vel habitans domũ amici tenetur † ad
penſionem, niſi ſolitus fuiſſet incolere domus condu-
ctas, Bart. *in l. in ſumma, §. penult. ff. de condict. indebit.*
Alex. *conſ.* 44. *ſub n.* 9. *vol.* 5. Corn. *conſ.* 228. *ſub nu.* 3. *vol.* 2.
Rimin. Iun. *conſ.* 407. *ſub n.* 1. *&* 5. Granut. *theor.* 2. *n.* 7. *&* 9.

In omnem caſum autem non videtur allegari poſſe,
quin perſoluendæ eſſent D. Sangualeo expenſæ factæ in
d. ſubterraneo, & podiolo, tum quia fuerunt neceſſariæ,
ex quo apotheca diu locari non potuit ſine ipſo ſubter-
raneo, vt deponunt teſtes ipſius Sangualei, maximè
12 D. Cæſar Rota, quo caſu † eas repetit etiam malæ fi-
dei poſſeſſor, *leg. domum, Cod. de rei vendic.* Bart. *in l. in
fundo, num.* 6. *& num.* 11. *ff. eod.* Caſtr. *conſil.* 270. *ſub num.*
4. *verſic. quantum vero ad ædificia, volum.* 2. Boſſi. *in tit.
de princip. ſub nu.* 31. *verſic. de impenſis neceſſariis*, Franc.
deciſ. 110. *num* 5. tum etiam quia aut volumus Sangua-
leum ædificaſſe tamquam in re propria, puta quia ſci-
ret, ita conueniſſe inter ſe, ne dominium transferre-
tur, & quod contractus eſſet ſimulatus, & tunc non po-
teſt dici, niſi bonæ fidei poſſeſſor, qui repetit omnes
13 † expenſas materiæ, & fabrorum, *§. certe, Inſtit. de re-
rum diuiſ. & l. cum in ſuo, §. certe, ff. de acquirend. rer. do-
min.* aut volumus ædificaſſe tamquam in re aliena, no-
mine Domini, & pariter actione negotiorum geſtorum,
14 † tamquam de negotio vtiliter geſto repetit expenſas,
l. domum, ibi, *non eorum negotium gerentes, C. de rei ven-
dicat.* Aretin. *in d. §. certe, ſub num* 8. *Inſtit. de rer diuiſ.*
Bartol. *in d. l. in fundo, num.* 15. *ff. de rei vendic.*

15 Nec dicatur, quod immo † nulla datur repetitio tan-
quam ædificauerit ſcienter in re aliena, iuxta *l. cum in
ſuo, §. certe, verſ. vtiq; ſi neſcit, &c. ff. de acquir. rer. domin.
& d. §. certe, in fine, Inſtit. de rer. diuiſ.* quia illud procedit,
quando animo donandi ædificauit, & quoties præſumi-
tur animus donandi, *l.* 2. *in fine, C. de rei vendicat.* Aretin.
in §. ex diuerſ. ſub num. 2. *& in d. §. certe, ſub num.* 8. *Inſt.
16 de rer. diuiſ.* † vbi inquit aliquem poſſe ædificare in a-
lieno ſcienter, non animo donandi, puta quando facit
de voluntate Domini, vel vt pleniorem vſum rei habeat;
quo in caſu nos verſamur, quia de voluntate D. Bonar-
di eo vidente, ſciente, & patiente fuit ædificatum, vel
quia contractus eſſet ſimulatus, vel quia intentio eſſet
vtriuſque reſoluendi contractum, & redimendi apo-
thecam, ſicuti ex fide Turrotti colligitur in proceſſu,
fol. 17. dum inquit Sangualeum ſoluiſſe ſcutos 100. ad
commodum Bonardi in exonus dictæ apothecæ.

Tertia prætenſio, & petitio eſt in d. libello *fol.* 50. *fac.*
2. alimentorum pro d. q. D. Io: Petro Bonardo, & eius
vxori promiſſis illis à D. Sangualeo, dum ei Bonardus
inſeruiret, vt in inſtrumento regiſtrato in proceſſu ordi-
narij, *ſignato B. fol.* 38. *fac.* 1. quæ alimenta ſunt pro an-
nis quatuor, vt ex poſitionibus in proceſſu Senatorio,
fol. 35. in quib. ponitur ipſos nõ habuiſſe dicta alimenta,
niſi pro duobus primis annis ex ſex, & pro annis qua-
tuor petuntur etiam [illegible] producta, ſub die 4.
Maij 1602. *fol.* 22. *fac.* 1.

Atque eodem capite p[illegible]onis petitur etiam ſalarium
ſeruitutis præſtitæ ab ipſo Bonardo, in ratione ſcutorum
40. à libris ſex ſingulo quoque anno, iuxta promiſſionẽ
factam in eodem proxime citato inſtrumento, & hoc
ſalarium declaratur eſſe pro annis quatuor in d. ſcriptu-
ra paulo ſupra citata, in proceſſu Senatorio, *fol.* 22. *fac.*
2. licet in calculo, *fol.* 24. *fac.* 1. dicatur pro annis ſex, &
ſic perperam de pluri, quam petitum eſſet.

Quo ad petititionem alimentorum pro parte Dom.
Sangualei excipitur ad ea non teneri, quia illa fuerunt
promiſſa, dum ipſi Iugales habitarunt in domo eiuſdẽ
Sangualei, vt in d. inſtrumento in proceſſu Ordinarij,
ſignato B. fol. 38. *fac.* 1. quos tamen aſſerit non habitaſſe
in ea, niſi per duos primos annos, & poſtmodum re-
ceſſiſſe, vt in eius ſcriptura, *fol.* 52. *fac.* 1. & in eius cal-
culo, *fol.* 33. *fac.* 1. qui receſſus non negatur ex aduerſo;
immo admittitur, *fol.* 57. *fac.* 1. *&* 2. & colligitur etiam
ex eo quod ſi ibi habitaſſent, veriſimiliter fuiſſent ali-
mentati, & in omnem caſum deberet probari dicta ha-
bitatio ab actrice, quia in contractibus vltro citroque
17 obligatorijs, qui prius agit, † tenetur probare ſe ex
parte ſua adimpleuiſſe, aliàs obtinere non poteſt, *l. Iu-
lianus, §. offerri*, vbi ſcribentes *ff. de action. empti, l. quaro,
§. inter locatorem, ff. locati*, Burlatt. *conſil.* 72. *num.* 3. Ce-
phal. *conſil.* 407. *num.* 18. Crauett. *conſil.* 152. *nu.* 10. Bec-
ca. *conſil.* 45. *num.* 6. alimenta autem debita alicui ſub
18 conditione, ſi in domo habitet, non debentur † illi a-
libi habitanti, D. Surd. late *in tractat. de aliment. tit.* 4. *qu.*
35. maxime in caſu iſto, in quo valde intererat, eos ibi
habitare, propter multa ſeruitia, quæ conſecutus fuiſ-
ſet D. Sangualeus, vt dicitur in eius calculo, *fol.* 33.
fac. 1.

Quo vero ad ſalarium, & ſi per teſtes examinatos ab
actrice non fuerit probata ſeruitus totius temporis, tum
quia concludenter non deponunt, tum ob varios defe-
ctus, quos patiuntur, provt eos delineaui, nihilominus
non denegat D. Sangualeus illius ſolutionem, vel com-
penſationem cum ſuis creditis.

Quarta reſultat tacita prætenſio ex productione cu-
iuſdam libri priuati, prætacti q. D. Io: Petri Bonardi de
parcellis ex eo extractis, & in proceſſu regiſtratis, *fol.*
69. *ſub die* 7. *Martij* 1608. iuncta inſtructione capitulo-
rum pro probanda legalitate illius, & veritate ſcripto-
rum in dicto libro, quæ capitula habentur, *fol.* 63.

Verum primo dico, quod nulla facta eſt petitio de di-
ctis partitis, & ideo non poteſt iudicari, vltra quam
petitum eſt.

Secundo animaduerto, quod omnes dictæ partitæ
ſunt de negotijs ante annum 1594. quæ tolluntur per in-
ſtrumentum generale ſaldi, celebratum de anno 1594. &
de quo in proceſſu Ordinarij, *ſignato B. fol.* 47.

Tertio videantur teſtes ſuper veritate dictarum par-
cellarum, quia nihil concludunt, tum quia ignorant
manum D. Bonardi, tum quia non viderunt etiam ſcri-
bere ipſas parcellas, tum denique quia alij habent in-
tereſſe, alij ſunt infenſi D. Sangualeo, & patiuntur diuer-
ſos defectus.
19 Quarto, † & vltimo reſpondeo, quod libris priua-
tarum rationum fides non adhibetur pro ſcribente, *l. in-
ſtrumenta, l. exemplo, C. de probation. l.* 1. *& l. final. Cod. de
conuenend. Fiſc. debitor. lib.* 10. late Maſcard. *concl.* 976. *in*
20 *verbo liber, num.* 1. *cum ſeqq.* † idque licet probata eſſet
legalitas ſcribentis, quia ad hoc vt huiuſmodi priuatis
rationibus credatur, multa copulatiue requiruntur, quæ
deſunt in caſu iſto, de quibus per Guid. Pap. *quaſt.* 441.
Anchar. Regienſ. *queſt.* 55. *part.* 1. Roland. *conſil.* 92. *vol.*
3. Crauett. *de antiquit. tempor. part.* 1. *§. Vidimus, & abun-
de, num.* 20. Maſcard. *d. concluſ.* 976. *per diſcurſum*.

Quod autem Bonardus non eſſet creditor D. Sangua-
lei ſummarum prætenſarum per hanc tutricem, manife-
ſto comunicitur etiam ex teſtibus examinatis pro ipſo
Sangualeo ſuper ſecundo capitulo additionis productæ,
fol. 65. præſertim ex D. Ioſepho Ghiſio in ſecundo exa-

mine

mine, & D.Cæſare Rota, & D.Horatio Racella, quorum duo priores optime concludunt, quod d. Bonardus pro omnibus prætenſionibus contentus extitit de ſcutis quadringentis à libris ſex.

Videamus nunc è conuerſo quid iuris ſit de prætenſionibus D.Sangualei.

Et primo capto illam legati ſcutorum 500. aliàs facti per d.D.Bonardum D.Io:Sangualeo, vt in eius teſtamento producto in proceſſu Ordinarij, *ſignato A. fol. 27.fac.1* quod petitum fuit coram Excellentiſſimo Senatu in ſcriptura producta, ſub die 4. Ianuarij 1608. *fol. 54. fac.2.*

Quam quidem prætenſionem vtique iuridicam exi-
21 ſtimo, † vtcumque teſtamentum prædictum fuerit caducatum per mortem hæredis inſtituti ante teſtatorem, & redditum nullum per præteritionem filij poſthumi, quia non obſtante vitio præteritionis legata, ſuſtinentur, tam ex *Authent. ex cauſa. C. de liber. præterit.* quam ex clauſula codicillari concepta in futurum, ſi-
22 cuti & eadem clauſula codicillari, ſubſtinentur, † nō attento caducationis defectu, vt reſponderunt in terminis, quando vterque ex prædictis defectibus concurrit, Deci. *conſ.242. alias eſt conſil.241.* Pariſ. *conſ.60. in 1. dubio, maxime num.20. & 21. & conſ.61. vol.2.* Paul. de Montepic. *conſ.2. num.45.* Turret. *de clauſul. codicill. quæſt.134 per totam, maxime num.4. & 7.* clauſulam autem codicillarem conceptam per verba, *& ſi non vale-*
23 *ret, &c.* provt in caſu iſto, dici † conceptā in futurum, ſcribunt poſt alios Burſatt. *conſil.89. num.43.* Riminald. Iun. *conſil.111. num.86. in fine. & num.87.*

Et licet admodum ſit controuerſa quæſtio, an clauſula codicillaris operetur poſthumo ignoranter præterito, tamen omiſſo, quod magis communis eſt o-
24 pinio, † quod adhuc operetur, vt colligere licet ex auctoritatibus recitatis per Turret. *in dict. tractat. quæſt. 68. num.27. & conſ.31. lib.1.* Honded. *conſil.74. volum.1.* Theſaur. *deciſ.141.* Cacher. *conſil.11.* Cabal. *conſil.103.* Amat. *deciſ.10.* Peguer. *deciſ.188.*

25 Tamen vbi, † dum teſtator ſuperuixit natiuitati poſthumi, & non reuocauit teſtamentum, provt in caſu iſto, crebrior eſt ſententia, & fere ab omnibus approbata, clauſulam prædictam ſortiri ſuum effectum, vt concludunt prædicti omnes. & Turret. *in d. tract. quæſt. 62.* Gabr. *de clauſul. concluſ.8. num.15.*

26 Neque refragatur, quod legata magna, † & exceſſiua non ſuſtineantur per dictam clauſulam, poſthumo ignoranter præterito, vt per Alciat. *de præſumpt. regul.1. præſumpt.13.* & per Turret. *quæſt.72.*

27 Quia primo † reſpondetur, non conſtare ea eſſe exceſſiua cum in d. teſtamento non fuerit legata comprehenſis omnibus legatis, niſi quantitas ſcutorum 1200. & ſi pars aduerſa vellet dicere hanc quantitatem eſſe exceſſiuam, teneretur probare hoc, tamquam fundamētum ſuæ intentionis, cum exceſſiua non dicatur, niſi vbi ſuperant dimidiam hæreditatis, Crott. *conſil. 66. n. 25.* Aretin. *in l. Titius. 25. in princ. column. final. verſicul. Ego alias conſiſtendo in iſta materia, ff. de liber. & poſthum. & conſ.93. ſub num.6.* Pariſ. *conſ.61. num.17. vol.2.* Deci. *conſil.490.*

28 Quæ opinio comprobatur, † ex eo, quod per d. clauſulam codicillarem, filius præteritus cogitur reſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis, retenta ſolum legitima, itavt nec poſſit detrahere Trebellianicam, Turret. *de clauſul. codicill. quæſt.53. num.6. & 23.* vnde ſi filius præteritus cogitur eſſe contentus tertia parte, & multo minori, quando eſſent plures filij, pariter etiam videtur, quod cogatur ſoluere legata, dummodo non priuetur legitima.

29 Secundo reſpondetur, † quod talia legata adhuc conſeruantur, quando facta fuerunt perſonæ coniunctæ, & dilectæ qualis erat frater vterinus, & mater, Menoch. *lib.4. præſumpt.32. num.23. in fine*, Turret. *in d. tractat. quæſt.74.* vbi inquit Doctores ita tenere, licet ipſe ſubdubitet; Gabr. *de clauſul. concluſ.8. num.13.*

30 Tertio, † quia ſuperunt, dicitur ſcienter legaſſe, & ſuſtinentur etiam in magna quantitate, Pariſ. *conſil. 61. num.14. in fine, & num.15. volum.2.*

Et quę dixi de validitate legati facti D.Ioanni, pariter & multo fortius procedunt in legato facto matri, quæ cum ſuperuixerit d. Bonardo teſtatori, vt patet ex precibus in proceſſu Senatorio, *fol.1. fac. 2.* illud legatū deinde moriens tranſmiſit pro dimidia ad filios D.Chriſtophori Sangualei ſecundi mariti, & aliam dimidiam ad nepotes ex filio primi viri, & ſic ad filios d.Bonardi teſtatoris, quam dimidiam pariter prætendere poteſt D.Io:Petrus Sangualeus.

Secunda pretenſio pariter petita in d. ſcriptura, *fol. 53. fac.2.* eſt (quatenus ſubſiſtat contractus venditionis apothecæ) eſt, quod reficiantur expenſæ factæ in ſubterraneo, & podiolo, quas iure repeti poſſe, demonſtraui ſupra in verſic. *In omnem caſum autem.*

Tertia eſt, de qua in eadem ſcriptura, *fol. 55. fac. 1. verſic. Tertio caſu, &c.* quod debeant reſtitui ſcuti 50. ſoluti à D.Sangualeo pro datio d. venditionis, vt ex fide....... quod tamen datium ex pacto ſpectabat ad Bonardum emptorem. vt in d. inſtrumento.

Quarta eſt de multis partitis creditorum D. Sangualei erga d.Bonardum deſcriptis in varijs eius libris, ob varias res, & pecunias ei datas, de quibus in liſta producta, *fol.15.* ſub die 3. Auguſti 1601. & de quibus in calculo ipſius Sangualei, relato à D. Ferrante Bonatto, ſub die 5. Martij 1603. *fol.28. cum ſeqq.* quæ iuridica redditur, tum quia maior pars earum eſt ſcripta manu ipſius Bonardi, vt per teſtes, tum quia D. Sangualeus habet decretum, vt credatur ſuis libris, & q. D. Chriſtophori eius fratris, quod productum eſt, ſub die 30. Iulij 1609. *fol.92. fac.1.* tum denique quia dictę parcellę extractæ, & regiſtratæ in proceſſu, *fol.90* ſub dicta die 30. Iulij 1609. fuerunt iuſtificatæ per teſtes examinatos ſuper inſtructione producta ſub eadem die, *fol.89.* iuncto d. decreto, quibus libris credi etiam ad fauorem
31 ſcribentis, † ſtante decreto, nemo dubitat, D.Surd.
32 *deciſ.312. num.3.* maxime ſtante legalitate † ſcribentis, modica quantitate parcellarum, & cauſa debiti, ad tradita per Anchar. *quæſt.55. part.1.* Guid pap. *quæſt. 441.* Craueтt. *de antiq. tempor. par.1. §. vidimus, & abunde, num.20.* cum alijs ſupra citatis, verſicul. *Quarto, & vltimo reſpondeo, quod libris, &c.*

Quinta prętenſio de Rainenſibus 806. ex pecunijs D. Sangualei, quibus per litteras cambij ad ſui commodum, vſus eſt Bonardus, petitis *fol.54. fac.1.* vnà cum intereſſe cambij in ratione duodecim marchettorum pro ſingulo ſcuto, quod intereſſe conſueuerat lucrari ipſe Sangualeus, quæ quidem prętenſio iuſtificatur tum ex fide producta ſub die 25. Martij 1603. in proceſſu Senatorio, *fol.26. fac.1.* tum ex teſtibus examinatis, tam in Ciuitate Veronę, quam hic Mantuę, ſuper 5. capitulo inſtructionis productę ſub die 9. Februarij 1608. in proceſſu, *fol.60 fac.2.* qui deponunt concludenter, tum ex partita deſcripta manu q. D. Chriſtophori extracta ex eius libris in proceſſu, *fol.91 fac.1.*

Et de intereſſe eſſe petitū quod ſolitum erat lucrari idem Sangualeus, dando ſuas pecunias ad cambium, deponunt ijdem teſtes examinati tam Veronę, quam Mantuę, ſuper ſexto, & ſeptimo capitulis pręfatę inſtructionis, maxime cum ipſe Bonardus habuerit d. intereſſe de ipſis pecunijs, dando eas pluries ad cambiū, nomine proprio, & eius commodo, vt pręfati teſtes, maxime illi Veronæ deponunt.

Sexta, & vltima prætenſio eſt, vbi contractus apothecæ venditæ ſubſiſtat de ſcutis quingentis ſolutis per q.D.Chriſtophorum Sangualeum D.Ludouico Turrotto, commodo ipſius Bonardi pro parte pretij domus emptæ per ipſum Bonardum ab eodem Turrotto, quæ admittitur etiam à calculatore partis aduerſæ in ſuo calculo, *fol.25. fac.2.* & quæ iuſtificatur tam ex fide ipſius Turrotti, producta ſub die 3. Auguſti 1601. *fol. 17.* & ab eodem ibidem recognita, quam ex receptione ipſius Bonardi, producta ſub die 30. Iulij 1609. in parcellis extractis ex libris D.Sangualei, *fol.91. fac.1.* & ſuper qua

cum

Digitized by Google

cum alijs parcellis examinati fuerunt teſtes, ad abundantiorem etiam probationem poſſet videri inſtrumentum d. emptionis factæ per Bonardum à Turrotto.

A R G V M E N T V M.

De eadem re, & hypotheſi. De Clauſula codicillari, *Si non valeret, &c.* eiuſque effectu, & poteſtate. Filio igoranter præterito, quid ea operetur; Et an, & quæ legata ſuſtineantur in tali teſtamento.

S V M M A R I V M.

1 *Si irritum eſt teſtamentum ob præteritionem, id eſt quo ad inſtitutionem; legata enim firma manent.*

2 *Præcipuè ſi adſit Clauſula Codicillaris in futurum concepta.*

3 *Eſt in futurum concepta, cum eſt in temporum imperfecto, ſcilicet,* Si non valeret, &c.

4 *Etiam cum interueniunt ambo defectus, ſcilicet caducationis, & præteritionis, cenſentur rogati venientes ab inteſtato, præſtare ea legata, vigore talis clauſulæ.*

5 *Dicta Clauſula operatur ſuum effectum, etiam poſthumo ignoranter præterito.*

6 *Per talem clauſulam conceptam in futurum, cenſetur teſtator cogitaſſe de filijs in genere.*

7 *Cogitatio facta à teſtatore in teſtamento de omnibus filijs in genere, ſufficit ad præſeruandum teſtamentum à caducitate ob præteritionem.*

8 *Quod ſine dubio eſt, cum teſtator ſuperuixit tantum temporis poſt teſtamentum, quo potuerit illud mutare, & non mutauit, & num. 12.*

9 *Legatum minoris quantitatis, ſcilicet non excedens dimidiam, ſuſtinetur filio etiam ignoranter præterito, non vero ſi excedat, & num. 10.*

11. *Poſthumus ita inſtitutus debet reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus, retenta ſibi ſolum vnica quarta, ſcilicet legitima.*

13 *Legata prædicta conſeruantur cum fuerunt facta coniunctæ, & dilectæ perſonæ, vt eſt Mater, & frater vterinus.*

CONTROVERSIA DCLXXIII.

SCripſi aliàs, iam ſunt anni viginti, & vltra, ſuper multis prætenſionibus, quas inuicem habebant D. Io: Petrus Sangualeus, vti hæres q. D. Chriſtophori eius fratris, & D. Anna de Scholaribus, vti mater, & tutrix q: D. Ludouici Bonardi eius filij, inter alias prætenſiones defendebam ad fauorem D Sangualei legata facta per d. q. D. Io: Petrum patrem d. D. Ludouici de ſcutis 500. D. Bartholomeæ Guarinæ eius matri, & de alijs 500. D. Ioanni eius fratri vterino, & de quibus in eius teſtamento regiſtrato, in proceſſulo *ſignato A. fol. 10 fac. 2.* ſuſtineri, & deberi, non obſtante quod teſtamentum eſſet factũ caducum per mortem hæredis inſtituti ante teſtatorem, & eſſet nullum ob præteritionem filij nati poſt d. teſtamentum, ſuper quibus differentijs promulgata fuit ſententia ab Excellentiſſim. Senatu, ſub die 25. Maij 1622. in proceſſu magno *fol. 97. fac. 2.* in qua, *fol. 99. fac. 2. & fol. 100. fac. 1.* reſeruauit ſibi facultatem terminandi ſuper dicto legato ſcutor. 500. facto Ioanni fratri vterino, cognitis melius viribus hæreditatis dicti de Bonardis. De legato autem facto matri, nihil dixit, ſed quia eadem eſt ratio, credo etiam eiuſdem terminationem intellexiſſe ſibi reſeruare, ſuper quibus legatis, cum cõteſtio validetur, nunc iterum requiro, vt aliquid dicam.

Vnde inhærendo alijs deductis, repeto, legata præ-
1 dicta ſuſtineri, † tum *ex Authent. ex cauſa, C. de liberis præteritis,* cuius textus verba præciſa ſunt [Ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis irritum eſt teſtamentum quantum ad inſtitutiones cætera namque firma permanent,] vbi gloſſ. *in verbo cætera,* exponit [cum legatis.]

2 Tum etiam eadem legata ſubſiſtunt † vigore clauſulæ codicillaris conceptæ in futurum, prout in futurũ concepta dicitur per illa verba præteriti imperfecti, &
3 *ſi non valeret, &c.* † vt poſt alios tradunt Burſatt. *conſil.* 89. *num.* 43. & Riminald. Iun. *conſil.* 111. *num.* 86. *in fine, & num.* 87. Honded. *conſil.* 74. *num.* 13. *volum.* 1. per quam teſtator cenſetur præcogitaſſe in genere de aliquo futuro vitio, vel nullitate, & nihilominus voluiſſe ſuam diſpoſitionem ſortiri effectum; Prout quando vterque ex prædictis defectibus caducationis, & præteritionis ſimul concurrit, quod adhuc ex d. clauſula codicillari
4 ſuſtineantur diſpoſita † in teſtamento, & dicantur rogati venientes ab inteſtato præſtare legata, ſcripſerunt Deci. *conſ.* 242. *aliàs eſt conſil.* 241. Pariſ. *con.* 60. *in primo dubio, maxime n.* 20. *&* 21. *& conſ.* 61. *vol.* 2. Paul. de Montepic. *conſil.* 1. *num.* 45. Turret. *de clauſul. codicillar. quæſt.* 134. *per totam, maxime numer.* 4. *&* 7. Cabal. *conſil.* 100. *volum.* 2.

5 Et quamuis admodum † controuertatur inter noſtros, An d. clauſula operetur poſthumo ignoranter præterito, tamen magis communis opinio eſt affirmatiua, quod pariat etiã hoc caſu ſuum effectũ, vt reſpondit Caſtr. *conſil.* 15. *volum.* 2. Alex. *conſil.* 30. *num.* 1. *& conſil.* 31. *maxime, num.* 2. *&* 4. vbi vtrobique teſtatur de magis communi, *volum* 3. *& conſil.* 26. *ſub num.* 5. *verſic. Et operaretur etiam, & conſil.* 123. *ſub num.* 10. *volum.* 1. *& conſ.* 142. *ſub num.* 10. *volum.* 2. vbi reſpondet *ad l. ſi vmquam, C. de reuocand. donation.* Deci. *conſil.* 490. *per totum, maxime column.* 2. *verſic. Et ita prima facie,* Roland. *conſ.* 7. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi reſpondet contrarijs, *volum.* 4. & hanc eſſe magis communem opinionem, ne alios referam, videre eſt ex adductis per Turret. *de clauſul. codicillar. quæſt.* 68. *num.* 27. *& conſil.* 11. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 74. *per totum, maxime num.* 23. *&* 24. *volum.* 1. Theſaur. *deciſ.* 141. Cacheran. *conſ.* 11. Cabal. *conſil.* 103. *volum.* 1. Amat. *deciſ. Marchiæ* 10. Peguer. *deciſ.* 108.

6 Et ratio eſt, † quia per clauſulam prædictam conceptam in futurum cenſetur teſtator cogitaſſe de filijs in genere, vt tradunt Alex. *conſil.* 123. *ſub num.* 10. *vol.* 1. *& conſ.* 30. *ſub num.* 1. *& conſ.* 31. *numer.* 4. *volum.* 3. Deci. *conſil.* 490. *volum.* 2. Honded. *conſil.* 74. *ſub num.* 24. *vol.* 1.
7 vbi *num.* 30. † ex communi probat hanc cogitationem in genere ſufficere ad præſeruandum teſtamentum, Amat. *d. deciſ.* 10. *num.* 22. Peguer. *deciſ.* 108. *num.* 5.

7 Quæ opinio † modicam habet difficultatem apud noſtros, quando teſtator, qui ignoranter præterijt poſthumum, ſuperuixit per tantum tempus poſt natiuitatẽ ipſius poſthumi, qui potuit mutare teſtamentum, & illud non reuocauit, crebrior eſt noſtrorum ſententia, & fere ab omnibus approbata, clauſulam prædictam operari ad ſuſtinendum legata, & alia diſpoſita à teſtatore, Deci. *conſil.* 490. *column.* 2. *num.* 7. *&* 8. Caſtr. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de poſthum. hæredib. inſtituend. & conſ.* 200. *num.* 4. *vol.* 1. *& conſ.* 15. *column.* 3. *poſt medium, verſic. pro confirmatione. volum.* 2. Roman. *conſil.* 122. *column.* 2. *in fine verſicul. Primo quia poſt conditum teſtamentum,* Alex. *conſil.* 123. *ſub num.* 10. *verſic. & hanc, volum.* 1. infinitos allegat Menoch. *conſil.* 130. *num.* 17. *volum.* 2. Pariſ. *conſil.* 61. *ſub n.* 14. *& num.* 45. *volum.* 2. Roland. *conſil.* 7. *num.* 30. *verſic. & eo magis, volum.* 4. Honded. *conſil.* 74. *num.* 32. *volum.* 1. Gabr. *de clauſul. concluſ.* 8. *num.* 15. Turret. *de clauſul. codicill. quæſt.* 62. *num.* 2. Burſatt. *conſil.* 88. *num.* 20. *& conſil.* 89. *num.* 49.

Teſtator autẽ iſte multos annos ſupervixit poſt conditum teſtamentum, & poſt ductam vxorem, quam deſponſauit de Anno 1594. vt in proceſſu magno, *fol.* 18. & ipſe mortuus eſt de Anno 1600. vt in proceſſu, *fol.* 3. & habuit multos filios durante ipſo matrimonio, vt colligitur ex precibus in proceſſu magno, *fol.* 1. *fac.* 2. *& fol.* 2. *fac.* 1. & quando mortuus eſt, habebat filium natum, & vxorem pregnantem, & numquam mutauit ipſum teſtamentum.

Sola difficultas videtur verſari, an iſta legata dici

poſſint

Digitized by Google

poſſint exceſſiua, & quæ veriſimiliter non fuiſſet facturus teſtator ſi filios habuiſſet, vel cogitaſſet de ipſis ſuſcipiendis, ad quem punctum videtur reſpexiſſe Senatus, dum reſeruauit deciſionem huius articuli cognitis melius iuribus hæreditatis ipſius teſtatoris.

9 In † qua quæſtione Aretin. *in l.Titius,25.in princip. column.final.verſic.Ego aliàs conſulendo,ff.de liber.& poſthum.& conſil.93.ſub num 6.verſic.pro concordia opinionum ſic diſtinguerám,& conſil.vltim.ſub num.1. verſicul. intelligo ſicut dixi*, diſtinxit, & quod ſi poſthumo ignoranter præterito legata non capiunt maiorem partem bonorum, & ſic ſunt intra dimidiam, vel vſque ad dimidiam, debeant conſeruari, & ſecus ſi excederent dimidiam, quem ſecuti ſunt Pariſ. *conſil.61 num.17. volum. 2.* Deci. *conſil.490. column.2. in princip. & ſub numer.5.* Crott. *conſil.66.num.25.*

10 Et certe hæc † opinio Aretini eſt potius fauorabilis poſthumis præteritis, quam oneroſa, quia communis eſt opinio, quando cogitauit in genere de filijs naſciturus, prout dicitur cogitatum ex clauſula codicillari concepta in futurum, vt ſupra dixi, vel quando superuixit natis filijs per tantum tempus, quo potuit mutare teſtamentum, & non mutauit; quod tunc ex ipſa clauſula codicillari ſuſtineatur teſtamentum per fideicommiſſum, & poſthumus teneatur reſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis, vt concludunt omnes citati ſupra *in ver.& quamuis,& verſic.Præterea quando teſtator*, & aliàs adduxi *in mea controuerſia 262. numer.73.*

11 † quo caſu controuerſia eſt opinio, an poſſit reſtituendo hæreditatem retinere vnam quartam tantum, vel duas; & receptior ſit ſententia illa, vt vnam tantum detrahere poſſit, cum iſtud dicatur fideicommiſſum purum, vt infinitos cumulaui, *d. controuerſ.262.num.77.* igitur ſi ex ſententia Aretini filius non poteſt impugnare legata quando non excedunt dimidiam, iſta opinio eſt ei fauorabilis, quia aliàs poſſet deducere, & conſeruare tantum legitimam.

Conſiderato autem inuentario hæreditatis d. teſtatoris, quod videndum erit à Senatu, ſententia ipſius Senatus citata in principio, & calculus formatus in processu, & ex inſtrumento declarationis in proceſſu, *fol.134.* D. Chriſtophori Sangualei apparebit ipſum lõge citra dimidiam ſuorum bonorum diſpoſuiſſe.

12 Secundo, † quando ipſe teſtator diù ſuperuixit habens filios, nec mutauit teſtamentum, tunc non dicitur ignoranter illos præteriſſe, conſequenter conſeruantur legata, vt volunt omnes citati in *d. verſic. Præterea quando*, & magis explicite Pariſ. *conſil.61.num.14. in fine,& num.15.volum.2.*

13 Tertio, † talia legata conſeruantur, quando facta fuerunt perſonæ coniunctæ, & dilectæ, cui aliàs veriſimiliter fuiſſet relicturus, Gabr. *de clauſul.concluſ. 8.num.13.* Menoch. *libr.4.præſumpt.32.num.23.in fine*, Turret. *de clauſul.codicill.quæſt.74.* vbi inquit Doctores, ita tenere, licet ipſe ſubdubitet.

Tales autem erant legatarij, vna fuit mater, alter frater vterinus, & filius D. Chriſtophori, à quo tantopere beneficatus fuerat ipſe teſtator, ex venditione vnius apothecæ, pretio ſatis vili, vt ipſe poſſit exigere vnũ creditum, quod tenebatur implicare, & ex declaratione, de qua in inſtrumento regiſtrato in proceſſu, *fol. 34.* in quo fecit eum bonum pro ſcutis 3000. vt poſſit negotiari, & haberet creditum cum ſecum negotiaturus, a quo D. Sangualeo fuerat educatus, & inſtructus in mercatura.

A R G V M E N T V M.

De Immunitate, & exemptione à Gabellis; eius tranſmiſſione ad hæredes, & ſucceſſores. De Gabellarum reſtrictione, vti re odioſa; earum ſpeciebus, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio*, Vt ſupra, *repetit omnes præcedentes qualitates.*

2 *Qualitates, & priuilegia eius ad quem fit adæquatio, tranſeunt in adæquatum.*

3 *Immunitas competens Principi, competit & perſonæ, vel rei, quæ eidem adæquatur.*

4 *Teſtes deponentes ſuper relatione, vel inſtrumento ſibi propoſito, & diſtinctè lecto, præſumuntur depoſuiſſe expreſſe, & determinatè ſuper omnibus ibi contentis. Maximè ſi reddunt ſufficientem rationem, & numero quinto.*

6 *Abundans, & ſuperflua cautela non nocet.*

7 *Qualitas maſculinitatis poſita in vna parte orationis, cenſetur repetita etiam in alijs partibus, etſi adhibeatur ſolum verbum Filiorum.*

8 *Reales immunitates tranſeunt in quoſcumque ſucceſſores.*

9 *De natura contractuum eſt, vt partes paciſcantur pro ſe, & hæredibus.*

10 *Contractus tranſit ad quoſcumque hæredes, & ſucceſſores, etſi non dicatur.*

11 *In fauorabilibus appellatione hæredum veniunt ſingulares ſucceſſores.*

12 *Immunitas per contractum meretur latiorem interpretationem.*

13 *Facilior eſt conceſſio remiſſionis gabellæ, quam aliorum onerum.*

14 *Datia, & Gabellæ ſunt odioſa, ideo facienda interpretatio, vt excludantur.*

15 *Ius excipiendi, competens venditori, tranſit ad emptorem, licet ſucceſſores in pacto non fuerint nominati.*

C O N T R O V E R S I A DCLXXIV.

NOn tenetur Dom. Anna Raſſegatta ad petitam, & prætenſam ſolutionem datij pro terris per q. D. Camillum eius patrem acquiſitis in loco Caneduli, Carzigi, & S. Luciæ, quia poſſeſſores Curiæ, & poſſeſſionum exiſtentium in dictis locis, quæ aliàs prouenerunt ab Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo D. Marchione Mantuæ in D. Comitiſſam Iſabellam Boſchettam, qualis erat d. D. Camillus, quando fecit ipſas acquiſitiones, habent hoc priuilegium, vt ipſi, & terræ, quæ per eos acquiruntur etiam vltra d. curiam, ſint immunes, & habeant quaſcumque exemptiones, & immunitates reales, & perſonales, & quæcumque priuilegia, quæ, & quas habet d. Curia Caneduli, Carzagi, & S. Luciæ, non ſecus ac Sereniſſimus Princeps habet, & tenet ſuas curias, prout legitur in inſtrumento permutationis factæ ab Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo q. D. Marchione Federico cum d. D. Comitiſſa Iſabella, ibi,

„ *Item quod exemptiones immunitatis, priuilegia, & re-*
„ *miſſiones gabellarum, tractarum, datiorum, de quibus*
„ *in primo capitulo ſupraſcriptorum, ſint, & intelligantur*
„ *conceſſa præfata Magnifica D. Iſabella, & eius hæredib.*
„ *(& vt ſupra) etiam reſpectu aliarum terrarum, & poſ-*
„ *ſeſſionum per eam, vel eos acquirendarum in quacumq;*
„ *parte dictorum locorum Caneduli, Carzagi, & S. Lu-*
„ *ciæ, & tam ratione Domini, quam laboratorum, & eo*
„ *modo, prout dicitur in d. primo capitulo, & quas terras*
„ *emere, & acquirere poſſit ſine aliqua ſolutione datiorum*
„ *tam partis præfatæ Magnificæ D. & hæredum ſuorum,*
„ *quam contrahentium cum ipſis.*

Vbi expreſſe d. D. Iſabellæ, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus, & quibuſcumque habituris cauſam ab ea, vel ab eis, qui veniunt ſub illa dictione, *& vt ſupra*, quia ſupra cum hæredibus ſemper illi coniuncti fuerãt, maxime in d. capitulo ad quod ſe refert hæc diſpoſi-
1 tio cum dictio, † *vt ſupra*, repetat omnes præcedentes qualitates, Deci. *conſil. 226. aliàs eſt conſil. 227. num.*

*num.*3. Ruin. *conſil.*18.*num.*12.*volum.*2. Socin.Iun. *conſil.*170.*num.*33.*volum.*2. Decian. *conſil.*72.*num.*46. *pariter volum.*2. dictæ inquam D.Iſabellæ eius hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis conceduntur omnes immunitates, & priuilegia, de quibus in primo capitulo, quæ ſunt, vt dixi in principio, reales, & perſonales, & quaſcumque habet Curia ipſa dictorum locorum, & non ſecus, ac Sereniſſimus Dominus habet, & tenet ſuas curias.

Sicuti igitur pro prędijs habentibus exemptiones reales nullum debetur datium, quia ex diſpoſitione Statuti noſtri ſoluitur ratione rei, prout in ſpecie etiam non debetur pro Curia hac Caneduli, Carzagi, & S.Luciæ, vt conſtat in relatione facta Sereniſſimo Domino circa immunitates competentes huic Curię, ibi, *ne pagana coſa alcuna per li contratti d'eſſa Corte, & ſue entrate, ne il compratore, ne il venditore*; quæ relatio fuit poſtea in omnibus comprobata priuilegio eiuſdem Sereniſſimi Domini; Et denique non debetur pro prędijs, & contractibus ipſius Principis, vtiq; nec debebitur pro alijs terris in dictis locis acquirendis per quoſcumque poſſeſſores d.Curiæ, vti eiſdem priuilegijs gaudentibus,
2 † quia omnes qualitates, & priuilegia eius, ad quem fit adęquatio tranſeunt in adæquatum, Bart. *in l.* 1. & ibi cęteri poſt eum, *ff. de legat.* 1. Deci. *conſ.*46. *paulo ante finem*, Decian. *conſil.*6.*num.*46.*volum.*4. Menoc. *conſil.*973.*num.*33.

3 Et in materia immunitatum, quod adæquatus, vel is cui dantur immunitates competentes Principi, gaudeat eiſdem præciſis, quibus gaudet is, vel tes, cui adæquatur, vel Princeps, ſcribunt Alciat. *conſil.*14. *num.*2. *lib.*4. *alias eſt conſil.*212. Siluan. *conſil.*66.*num.*16. Ceph. *conſil.*58.*num.*29.*& ſeq.* Riminald. Sen. *conſil.*202. *num.*4.*& conſil.*415.*num.*1. Eugen. *conſ.*92. *nu.*18. *&* 19. Bertaz. *conſil.ciuil.*45.*ſub num.*15.*cum pluribus ſeqq.* Burſatt. *conſil.*16.*num.*41.*in fine, & conſil.* 258. *ſub numero decimoſexto.*

Sed præciſè pro terris in ſępedictis locis acquirendis, quod non debeatur aliquod datium, ſicuti nec pro ipſa Curia, capitulatum fuit per Dominum Raſſagattum in probatione immunitatum confirmandarum per Sereniſſimum Dominum in quinto loco liſtæ ipſatum, ibi.

Che vendendoſi tutta, o parte di detta Corte, o acquiſtandoui altri terreni appreſſo, non ſi paga datio alcuno, & queſto s'intende anco di cambio, permutatione, & ſimili.

Hocq; probatum fuit per teſtes ſuper dicta liſta examinatos, qui hoc in effectu, & virtualiter deponunt; dũ deponũt poſſeſſores ipſius Curiæ gauiſos fuiſſe immunitatibus, priuilegijs, prærogatiuis, iuribus, & commoditatibus expreſſis in præcibus, inſtrumentis, & in liſta earum producta in actis, & ipſis diſtincte lecta, immo
4 † ex dicta relatione dicuntur depoſuiſſe expreſſe, & determinatè ſuper omnibus, Curt. Iun. *conſil.* 201. *num.*11. *in fine, & num.*12. Borgnin. *deciſ.*12.*ſub nu.*11. *par.*1. *& melius deciſ.*41.*num.*3 *par.*1. Bertaz. *conſil.ciuil.*41.*n.*2.*&* 3. Farinacc. *de teſtib. quaſt.*80. *num.*101. *&* 102. vbi inquit hoc non habere difficultatem, quando reddunt
5 † ſufficientem rationem, vt faciunt iſti.

Et idem approbatum, & virtualiter relatum fuit ab Ampliſſimo Senatu Sereniſſimo Domino in relatione, ibi,

Et di queſte, & altre eſſentioni, oltre li teſtimonij, &c.

Atque ab eodem Senatu fuit obſeruatum, dum mandauit in ſuis litteris, nec D. Camillum Raſſegattum, nec eius operarios debere cogi ad factiones, pro iſtis terris acquiſitis, vti immunibus.

Quod & fuerat etiam admiſſum à Perilluſtri Magiſtratu, dum oretenus iuſſit circumſcribi partitæ horum prætenſorum datiorum pro iſtis terris, de quibus nunc controuertitur, ſicuti penes illas fuit annotatum, nullum deberi datium, licet deinde adnotatio fuit abraſa, quæ commiſſio nunc non poteſt probari, quia de ea non fuit facta ſcriptura, cum datiarij tunc acquieuerint, & obediuerint.

Sed quid longioribus filaterijs moror Iudices, ſi pacto expreſſo in capitulo ſuperius ad verbum recitato dicitur, quod has terras emere, & acquirere poſſit ſine aliqua ſolutione datiorum, tam partis præfatæ Magnificæ, & hæredum ſuorum, quam contrahentium cum ipſis, vbi euidenter legitur, quod pro iſtis acquiſitionibus nullum debeatur datium á nemine ex contrahentibus.

Nec refert, quod tunc non fiat mentio de ſucceſſoribus, prout in alijs partibus inſtrumenti, ſed de ipſa Domina Iſabella, & eius hæredibus ſimpliciter, & ob id tale priuilegium non videatur tranſire ad ſingulares ſucceſſores.

Primo quia ſufficit, quod ſemel per dictionem relatiuam, vt ſupra in eodem capitulo vna continuata ſerię ſermonis hæc omnia continente, fuerit facta mentio de ſucceſſoribus, nam illa videtur influere in omnia ibi contenta, quia non de nouo diſponendo, ſed gratia abundantioris cautelæ exprimendo, & extendendo priuilegia contenta in hoc capitulo conceſſo pro d.D. Iſabella, & eius hæredib. & vt ſupra fuit explicite dictum, quod non teneretur ad hoc datium, ſed non fuit facta vis in mentione ſimpliciter hæredum vltimo nominatorum, ex quo ſufficienter prius prouiſum erat pro omnib. contentis in d.capitulo etiam pro ſucceſſoribus, certum
6 autem eſt abundantem, & † ſuperfluam cautelam non nocere, *l.teſtamentum, C.de teſtamentis.*

Faciunt, quæ dicunt Doctores de qualitate maſculinitatis, quando cenſeatur repetita, concludunt enim,
7 quod ſi in eadem continuata oratione, † & capitulo in vna parte fiat mentio de maſculis, & deinde ſimpliciter dicatur de filijs, cenſetur repetita ipſa qualitas, vt poſt alios tradit Peregr. *de fideicomm. art.*25. *numero vigeſimo nono.*

Secundo dico, quod exemptiones, quæ in hoc capitulo dantur iſtis terris acquirendis, ſunt reales, quia tales appellantur in primo capitulo, ad quod iſtud haber relationem, vltra alias circumſtantias, ex quibus poſſet probari eas eſſe tales, prout etiam eaſdem vti reales ſignificauit Senatus in relatione earum facta Sereniſſimo Domino Noſtro; reales autem immunitates
8 tranſeunt in quoſcumque ſucceſſores † etiam quod de eis non fiat ſpecifica mentio, *l. forma, § quamquam, ff. de cenſibus, l. via, § quacumque, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. l. ſi aquæductus, ff. de contrahend. emption.* Ruin. *conſil.*157.*num.*9. *volum.*3. Boſſi. *de princip. num.*174. Burſatt. *conſ.*16.*num.*43.*& conſ.*42.*num.*22.*& conſ.*25. *num.*6.*& conſ.*258.*num.*21.*&* 27.*&* 462.*num.*15. Bertaz. *conſ. ciuil.*42.*numer.*48. Purpurat. *conſ.*489.*numer.*2. Menoc. *conſ.*136.*num.*18. Riminald Iun. *conſil* 500. *num.*47. D. Surd. *conſ.*525.*num.*26.

Tertio, & poſtremo addo, quod cum hæc immunitas fuerit conceſſa ex pacto, & contractu oneroſo, quod patet tum ex tota ſerie inſtrumenti permutationis, tum ex particularibus verbis illius, vt in præfatione, ibi,

Cum ſit, quod medio confidentium infraſcriptarum partium tractatum, & exinde concluſum ſit de faciendo infraſcriptum tractatum permutationis, modis, pactis, & conditionibus infraſcriptis; & in corpore inſtrumenti, ibi *His pactis, & conditionibus, videlicet, &c.*

Dicitur realis, & per conſequens tranſit ad hæredes quoſcumque, etiam ſi non eſſet dictum, quia de natura
9 † contractuum eſt, vt partes paciſcantur pro ſe, & hæredibus, Bal. *conſ.*112. *in* 1. *dubio. volum.*2. Iaſ. *in leg. ſic ſtipulatus, la* 2. *nu.*15. *&* 17. *ff. de verbor. obligat. & conſ.*217. *num.*17. *volum.*2. Cephal. *conſ.*58. *num.*38. Bellon. *conſ.*20. *ſub num.*9. Bertaz. *conſil. ciuil.*42. *num.*44. Burſatt. *conſil.*258. *num.*14. *&* 17. Menoch. *libr.*3. *præſumpt.*103. *num.*22. Georgi. Achac. *de priuileg. lib.*5. *cap.*4. *num.*64. & pulchre Gail. *lib.*4. *obſeruat.*2. *num.*13. *&* 15.

Et ſicuti tranſit ad quoſcumque hæredes, licet non ſit dictum, ita quoq; & ad quoſcumque ſucceſſores, quia
10 † talis eſt natura contractuum, vt illis paciſcamur Siluan. *conſil.*66. *ſub num.*5. D.Surd. *conſil.*525. *ſub num.*5. & facit regula, de qua proxime ſupra dixi, quod immunitates reales tranſeunt ad quoſcumque ſucceſſores.

Addo

Digitized by Google

Addo quod vbi verſamur in fauorabilib. & in his, quæ patiuntur latam interpretationem, appellatione hære-
11 dum veniunt ſingulares † ſucceſſores, vt in materia immunitatum tradit Alex. *conſ.193. ſub num.2. verſic. & quod veniat etiam ſingularis ſucceſſor, &c. volum.2.* Menoch. *conſil.1007. ſub num.67.*

12 Immunitas autem per contractum, † meretur lariorem interpretationem, Bertaz *conſ. ciuil.42. numer. 42. & 43.* maxime in remiſſione gabellæ, cuius facilior
13 eſt † conceſſio, quam aliorum onerum, vt concludit
14 Laderch. *conſ.38 ſub num.5.* † & cum ipſa datia, & gabellæ ſint odioſæ, capienda eſt omnis interpretatio, vt excludantur, vt per eumdem, *ibidem, num.7.* poſt Bald. *conſ.237. ad finem, volum.1. & conſil.219. volum.5.* cum multis alijs apud Perſonal. *de gabellis, num.38.*

Non ommitto etiam quod ius excipiendi competens
15 venditori tranſit ad emptorem, licet ſucceſſores † non fuerint nominati in pacto, Tiraquell. *de retract. conſang. §.1. gloſſ.9. ſub num.130.* Guttierez: *conſil.12. num.11.* ſicuti igitur Illuſtriſſimi debitores potuiſſent excipiendo ſe tueri à ſolutione huius Datij, ita quoq; & emptores, qui acquiſiuerunt ab eis.

A R G V M E N T V M.

De litteris Cambij, quando habeant executionem paratam, nec ne. De liquidationis iudicio. Fides quando fidem faciat. Et quid exigatur, vt abſenti quæratur actio ex pecunia ipſius numerata tertio, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Littera cambij recognita, & iuſtificata probant, & obligant. Et habent de conſuetudine vim publici documenti, & rei iudicatæ, & num.2.*
3 *Cum debitum eſt illiquidum, etiamſi habeat obligationem Cameralem, ſuſpenditur in ipſis executio.*
4 *Negocium liquidationis non habet priuilegium executiuum, ſed iure ordinarij proceſſus expeditur, & numero ſexto.*
5 *Item cum eſt dubium, vel alia noua cauſa ſuperuenit.*
7 *Debitores fiſcales habent contra ſe paratam executionem.*
8 *Tales non poſſunt appellari, ſi ſint manifeſto conuicti de debito.*
9 *In dubio præſumitur negocium ſolutionis ſpectare ad ſoluentes, & obtinentes litteras cambij.*
10 *Executionem paratam non habet tale creditum, ſi non appareat liquide ex ipſis litteris, etiāſi teſtes ſuper eo nſumpti concludenter illud probent.*
11 *Vt litteræ cambij præferantur alij credito, debet probari eas fuiſſe ſcriptas de tempore ibi deſcripto.*
12 *Idem obtinet etiam in recognitione facta cum iuramento.*
13 *Fides extraiudicialis non probat, ſed ſolum iudicialis, cum iuramento.*
14 *In litteris cambij poſt acceptationem, & præſentationem illarum, ſtatim acquiſita eſt actio parti ad excluſionem etiam Domini primi.*
15 *Vnus ë pluribus ex eodem debito non poteſt conueniri.*
16 *Vt abſenti quæratur actio ex numeratione tertio facta, neceſſe eſt, eam fieri nomine ipſius abſentis, & ita accipi ab illo tertio.*
17 *Deciſio* Rota Genuenſ. 10. *memoratur, vt ſingularis in propoſito.*

CONTROVERSIA DCLXXV.

Miro artificio ne dicam ſubdole procurauit pars aduerſa contra fratres de Ioannellis pronunciari, appellationem eorum non interpoſitam deuoluere non retardata executione, cum tamen non adeſſet aliqua oppoſitio ſuper hoc, nec eſſet excitatus iſte articulus in actis, nec poſitum ad intentionem ſuper eo, vt fieri ſolet, dando clam allegationes ſuper eo, quod non erat deductum in controuerſiam, & quod dicti fratres deductum iri diuinare non poterant, niſi præcedente aliqua oppoſitione, idque ne illi poſſent deducere ſua iura, & informare Ampliſſimum Senatum, quod nos non verſamur in caſu deuolutionis ſine ſuſpicione executionis, ſicuti ex aduerſo præſupponitur.

1 Nam & ſi regulariter litteræ cambij recognitæ, † & iuſtificatæ probent, & obligent, Bal. *in rub. C. de conſtit. pecun. num.15. verſic. Modo quæro circa litteras, &c.* Burſatt. *conſ.39. num.1. cum plurib. ſeqq.* Boer. *deciſ.282. numer.7.* Maſcard. *in verb. littera, concluſ. mihi, 990. num.1.* Coſta *de retrotractione, cap.8. caſu 6. num.7.*

2 Et habeant † de conſuetudine vim publicorum documentorum, & ſententiæ in iudicatum tranſlatæ, Bal. *conſ.348. num.4. volum.1.* Zabarell. *conſ.163. num.1.* Rota Genuenſ. *deciſ.2. num 9. & deciſ.126. num.8.* Burſatt. *d. conſil.39. num.2.*

Ob idque videantur habere executionem paratam.

Tamen hoc vbi verum ſit, debet intelligi, quando debitum eſt liquidum in perſona agentis, nec requirit probationes extraneas, & extrinſecas aliunde petitas, quā a dictis litteris, indigentes vlteriori indagine, nā tūc
3 † vbi neceſſaria ſunt prædicta, nedum in litteris cambij, ſed etiam in publicis inſtrumentis cum obligatione Camerali rigoroſiſſima, ſuſpenditur executio, vt tradunt Anton. Maſſa Galleſ. *in tractat. de oblignt. in forma Cameræ, in 3. part. ſectione incipiente, ſecunda conſideratio verſatur, &c. num.7. fol 122. in para in impreſſion & in ſectione incipiente Quinque potiſſimum, nu.3.6. & 7. fol.140.*
4 † vbi inquit, quod negotium liquidationis non habet priuilegium executiuum, ſed recipit omnes legitimas ordinarij iudicij exceptiones, idem Galleſ. *in vltima particula totius operis, num.33. & 34. fol.179.* Io: Baptiſta Marcheſan. *in tractat commiſſionum, & reſcriptorum vtriuſque Signaturæ, par.1. in tit. de commiſſione appellatio-*
5 *nis a Camerali obligatione, num.13. 29. 33. & 69.* † vbi quando factum eſt dubium, *& num. 75. & num.83.* vbi quod dicitur noua cauſa diuerſa ab executione, quando ſunt neceſſaria iura extrinſeca, Ruginell. *in tractat. de appellation. §.2. cap.3. num.105. & ſub num.123. & ſub numer.147. & in debitorib. Fiſci*, Peregr. *de iure Fiſci, libr. 6. tit.7. de debitorib. fiſcalib ſub num.5.*
6 Et generaliter, † quod ceſſet via executiua, vbi opus eſt liquidatione, tradit Bald. *in l.2. num.7. verſic. modo quæro, Codic. de execut. rei iudicat.* Socin. *conſil.51. nu.5. verſic. Tertio confirmo, &c. volum.1.* Lucas de Penna, *in l. vnica, colum.3. verſic. an autem contra debitorē, &c. C. de conduct. & procurat. lib.11.* Antonius de Canario, *in tractat. de execut. inſtrum. quæſt.14.* & latè proſequitur Contard. *in l. vnica, limitat.9. num.29. cum pluribus ſeqq. C. ſi de momentan. poſſeſſ.* Crauett. *conſ.231. num. 9.* plene Surd. *deciſ.27. per totam, maxime num.7.* Petrus Frider. *de mandatis per iudicium, lib.2. cap.59. fol.367.*

Quod ſatis aperte probatur per textus, *in l. abſtinendum, & l. vt publicarū, C. quorum appellation. non recipiat.*
7 vbi debitoribus fiſcalibus (contra quos parata † eſt executio, & qui executiue excuti poſſunt, vt per Peregrin. *de iure Fiſc. lib.6. tit.7. de debitor. fiſcalib. numer.5.*) manifeſto conuictis de debito prohibetur appellatio; i-
8 gitur ſi non ſint manifeſto conuicti, nec euidens ſit debitum, licebit appellare, quod clarius probat textus, *in l. quoniam nonnulli, C. de appellationib.* quem vltimum textum permittentē appellationem debitoribus fiſcalibus, concordat cum dicta *l. abſtinendum, & d.l. & publicarum*, illam eiſdem prohibentibus, Petr. Gregor. *in tractat. de appellat. lib.2. cap.9. ſub num 1. fol.152.* vt iſte textus procedat in debito illiquido, illi vero in debito liquido, manifeſto, & euidenti.

Modo cum in litteris cambij, quarum vigore ſunt obligati iſti fratres de Iouanellis, non appareat de aliquo intereſſe D. Io: Baptiſtæ Caſalis actoris, vti qui in illis nominatus non eſt, ſed tantum conſtat ſolutos fuiſſe ſimpliciter ſcutos (ſi modo realiter ſoluti fuerunt) ſex-
centum

Digitized by Google

centum à Caliarijs, & ſocijs mercatoribus Veronenſib.
perſoluendos Venetijs Agugiario, ſequitur, quod ſu-
per hoc eius intereſſe prætenſo petendæ ſint aliude pro-
bationes extrinſecæ, & ſic, quod res non remaneat li-
9 quida ex dictis litteris, † ſed requirat altiorem inda-
ginem, quia in dubio non facta alia probatione præſu-
mitur negotium illud ſolutionis dictarum pecuniarum,
ſpectaſſe ad ſoluentes, & obtinentes litteras cambij, vt
in ſpecie docet Bald. *d.conſ.348.ſub num.6.colum.4. ver-
ſic. In dubio autem.&c.lib.*1.Rot.Genuenſ.*dec.*10.*n* 6.*ſub*
10 *num.*7. Et vbi etiam teſtes ſuper probationibus † aſ-
ſumptis extrinſece concludenter probarent ſuper eorũ
dicto non eſt parata executio, Petr. Frider. *de man-
dat. Iudicum, lib.2.cap.* 9.*ſub num.*11.*fol.*368.

Eo magis autem redditur illiquidum creditum ex his
quæ in meritis deducenda erunt, ex quibus patebit ip-
ſum obtinere non poſſe in hac cauſa, Primo quia non
eſt iuſtificata eius intentio, non per litteras, quibus
videtur tales pecunias ad eum ſpectaſſe, quia oporte-
11 ret probare, quod fuiſſent ſcriptę de tempore † in eis
deſcripto, cum potuiſſent poſt ſcribi ſub alia die; aliàs nõ
præiudicant tertio, Caſtr. *conſ.*134.*num.*1.*volum.*1. Ri-
minald. Sen. *conſ.*348.*num* 31. *&* 33. Socin. Sen. *conſ.*78.
*n.*2.*vol.*4. Alex. *conſ.*179.*n.*7.*vol.*7. Surd. *conſ.*82.*n.*21. vbi
ſub n 24. inquit hoc habere locum etiam, in recognitio-
ne facta cũ iuramẽto, Io: Baptiſta Ferrett. *conſ.*8.*n* 15. cũ
12 infinitis, ſcriptura enim, quæ repetita die † confingi po-
teſt, non nocet tertio, vt in terminis fere præciſis notat
Rota Genuenſ. *deciſ.*10.*ſub num.*43. per text. *in l. repeti-
ta die, ff. de fide inſtrum.*

Non etiam probatur per teſtes, quia omnes ſunt in-
tereſſati, & tractant de ſe exonerando, dum aſſerunt
pecunias has fuiſſe Caſalis, & ſic exonerant ſe à debito,
quod cum eo habebant, & à periculo decoctionis de-
bitorum.

Et vnus tantum eſt, quod faciat fidem in ſolutione
harum pecuniarum pro habendis litteris cambij, fuiſſe
dictum has pecunias eſſe Caſalis, cui non eſt credendũ,
non ſolum, quia eſt vnicus, ſed etiam quia probationes
13 non fiunt per has fides † extraiudiciales, qualis eſt i-
ſta, ſed iudicialiter mediante iuramento; ita Peregr. *con-
ſil.*22.*ſub num.*3.*volum.*4.

14 Secundo, † non poſſet obtinere, quia cum ſolutio
fienda eſſet Agrigano Venetijs; ſtatim præſentatis ab
eo litteris, & acceptatis, ſicuti euenit in caſu iſto, illi ac-
quiſita eſt actio, adeo vt non potuiſſent ſoluere alij, nec
primo domino, Rota Genuenſ. *deciſ.*10.*ſub num.*2. *&*
*deciſ.*93 *num.*8. vbi quod res non dicitur amplius inte-
15 gra; dubium autem non eſt, quod vnus à pluribus † ex
eodem debito conueniri non poteſt, Rota Genuenſ. *d.
deciſ.*10.*ſub num.*7.

16 Tertio, † licet iſtæ pecunię ſolutæ Iouanellis fuiſſet
actoris; tamen ei nulla actio quęſita eſſet, quia ad hoc
vt abſenti quęratur actio per numerationem factam à
tertio de pecunia abſentis, vel eius nomine, neceſſe eſt
non ſolum, quod numeretur nomine dicti abſentis, ſed
etiam quod ita accipiatur, Alex. *in l. certi condictio, §. ſi
nummos. num.* 10. & ibi Socin. *num.*5. Iaſ. *ante nu.*3.*verſ.
Tertio notab.* Purpur. *ſub num.*49.*§. ſi certum petat.* Sed
in caſu iſto licet ſoluentes habuiſſent intentionem nu-
merandi nomine Caſalis, tamen debitores non recepe-
runt eius nomine, ſed ſimpliciter, nam vt dixi, ille vni-
cus teſtis extraiudicialis non probat; igitur nulla actio d.
abſenti quęſita fuit.

17 Poteſt etiam videri tota *deciſ.* Rot. Genuenſ. † 10. quę
apprimè confert ad rem hãc pro excludendo actore, quã
non poſſum latius perpendere, nec multa alia deduce-
re, quę habeo in animo, quia tarde admonitus fui
de d. pronuncia, & hoc vnico ſero opus fuit inchoare,
& perficere raptim pręſentem ſcripturam.

ARGVMENTVM.

Prior creditor re, vel nomine debitoris conſumpto, non habet ius auocandi, & cur. Quando dicatur nomen conſumptum, & extinctum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio crediti, ſeu venditio nominis debitoris eſt contractus licitus, & de iure validus.*
2 *Debitor per depoſitum pecunia debita liberatur.*
3 *Anterior creditor non poteſt recuperare à poſteriore pecuniam ſolutam debitoris, nomenue ei ceſſum, quod illi primo erat obligatum, ſi eius res identitas mutata eſt, vel conſumpta, & num.*9.
4 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
5 *Extincta re corporali, vel incorporali oppignerata extinguitur pignus.*
6 *Extinguitur nomen debitoris, cum ipſe ſoluit debitum, & tunc creditori creditoris adimitur ius contra illud, ibid.*
7 *Aliud eſt obligatio, & actio, aliud res qua debet ex obligatione.*
8 *Pro obligatione nomine debitoris non competit vtilis hypothecaria creditori, cui fuit obligatum, ſi illud iam euanuit, & num.*9.
10 *Extinctum, & conſumptum eſt nomen debitoris, eo ipſo quod eſt ceſſum, etſi nondum ſit exactum.*
11 *Contrahens vigore officij, eo finito non poteſt amplius agere pro eo contractu; finito enim officio, finitur obligatio, & num.*12.
13 *Solutio fieri non poteſt Procuratori, vel adiecto, qui mutauit ſtatum.*
14 *Solutio eſt facienda habenti vtilem actionem, non vero habenti directam, qualis eſt procurator.*

CONTROVERSIA DCLXXVI.

IN pecunijs præſentatis ſuper Venerabili Monte Pieta-
tis per D. Federicum Fachettum pro credito, quod cũ
eo tenebat q. D. Ludouicus Nigronus ex cauſa pretij fru-
menti ei venditi, concurrunt, (& prætendit quilibet ha-
bere meliora iura) D. Petrus Capponus ex aſſerto cre-
dito cum hypotheca omnium bonorum creato cum d.
Nigrono vſque de Anno 1606. ex inſtrumento in pro-
ceſſu, *fol.*11. & Gratiadeus Vita Hæbreus Ferrarienſis,
tamquam Dominus ipſarum pecuniarum, ex venditio-
ne d. crediti cum Fachetto ſibi facta ab ipſo Nigrono, vt
ex inſtrumento, *fol.*20. cuius venditionis pretium ſol-
uiſſe conſtat in proceſſu, *fol.*23. *&* 24.

1 Et concluſiue † procedendo, exiſtimo præferendũ
eſſe ipſum Gratiadeum, duobus prius præſuppoſitis;
alterum, quod ceſſio, ſeu venditio crediti, & nominis
debitoris eſt contractus licitus, & qui de iure ſubſiſtit,
& ſortitur ſuum effectum, *l. ſi plus, quæ eſt lex antepenul-
tima, §. finali, ff. de euictionib. l. ſi nomen, & l. nomina eorũ,*
vbi optimus textus, *& l. venditor actionis, ff. de heredit.
vel action. vendit. l. nominis venditio, C. eod. tit. leg.*2. & ibi
gloſſ. & Bald. *C. de action. & obligation.* cum alijs, Pacian.
*conſil.*88.*num.*1.

2 Alterum, † quod debitor per depoſitum pecuniæ
ab ipſo debitæ, liberatur, & extinguitur nomen debito-
ris, *l. acceptam, C. de vſur. l. obſignatione, C. de ſolutionibus,
l. ſi ſoluturus, ff. eodem tit. de ſolutionib.* & vbique ſcriben-
tes in dictis locis, Bero. *conſil.*194.*num.*9.*volum.*1.

3 His præmiſſis, † moueor primo, quia pecunia ſolu-
ta poſteriori creditori, ſeu nomen debitoris ei ceſſum
non poteſt recuperari, ab anteriore creditore, cui d. no-
men erat obligatum, quando non extat amplius illamet
pecunia; quia vel ſit conſumpta, vel cum alijs commi-
xta, & in ſumma quoties non eſt eadem identitas, &
hoc ne ſequatur confuſio, & tollantur commercia, om-
niaque

niaque ſemper ſint in incerto, ita reſoluunt Afflictus, *deciſ.* 190. Capicius, *deciſ.*78. *numero primo, & quinto*, Grammaticus, *quæſtione prima, quæ imprimitur poſt eius deciſiones*, Cephalus, *conſil.*448. *numero trigeſimo primo, & conſil.*555. *numero quarto, & ſexto*, Hondedeus, *conſilio decimo octauo, numero ſexageſimo ſexto, volumine primo*, Menochius de magis communi, *conſilio vigeſimo quinto, numero primo*, latè Eugenius, *conſilio octuageſimo nono, columna prima*, Surdus, *conſilio quarto, numero decimo, & deciſione ſexageſima, numero nono*, ſed in propoſito caſu cechini præſentati ab initio per Facchettum, ſuper Monte Pietatis fuerunt relaxati cuidam prætenſo anteriori creditori, qui deinde alios præſentauit, cognito ſe ius firmum non habere in illis, & ſic amplius non extant illimet nummi primi debitoris, & per conſequens ceſſat prætenſa anterior hypotheca Domini Caponi.

Sed vbi dixi, poſſet has pecunias cenſeri illaſmet ab initio præſentatas, vigore fideiuſſionis præſtitæ ab eo, qui illas leuauit è Monte Pietatis, de eis repræſentandis, adhuc obtinere non poſſet ipſe de Caponis, quia nomen debitoris alicui anteriori creditori obligatum, liberato debitore per ſolutionem, deſinit amplius eſſe in rerum natura, & ob id amplius, nec illud, nec res pro eo extinguendo, ſoluta à debitore poteſt recuperari per illum anteriorem creditorem, quod ita demon-
4 ſtratur, quia ſolutione eius, † quod debetur, omnis tollitur obligatio, *Inſtitut. quibus modis tollitur obliga-*
5 *tio, in principio*, † & ſicuti re corporali extincta extinguitur pignus, ita & in incorporali, *leg. ſicut, in principio, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur*. & textus eſt in ſpecie, *in leg. grege, §. cum pignori, verſicul. Quod ſi dominus, ff. de pignoribus*, ita vt facta ſolutione
6 amplius non conſiſtat † nomen illud, quod hypothecatum erat, & pro hoc facit textus, *in leg. ſideicommiſſa, vndecima, §. ſi rem, ff de legat.* 3.

Ita ratiocinantur Doctores ad probandum, quod ſi debitor ſoluat ſuo creditori, contra eum non competat amplius aliquod ius creditori creditoris, cui erat obligatum, vel ceſſum tale nomen, inter quos Iacobus de Arena, *in leg. nomen, ſub numero quinto, fol.*54. & ibi Cinus, *ſub numero primo, fol.*442. Albericus, *in principio, verſicul. ſolutio aliud eſt in nomine, &c. Codic. quæ res pignori obligar. poſſunt*, Capicius, *deciſ.*78. *ſub num.* 2. & 4.

Nec refert, quod & ſi extinctum ſit nomen debitoris, & ipſa actio extet, tamen res ipſa, quæ fuit ceſſa, & vendita, vel data in ſolutum, & qua mediante fuit
7 extinctum, quia aliud eſt obligatio, & actio aliud † res quæ debetur ex obligatione, *leg. ſi ſponſalibus, in fine, ff. de iure dotium*, & prior afficitur, & continetur in obligatione nominis debitoris, poſterior nequaquam, vnde non poteſt competere hypotheca ad rem quæ debetur ex obligatione debitoris, quia non peteretur res obligata, ſed quid diuerſum. Ita in ea quæſtione, an
8 pro obligatione nominis debitoris competat † vtilis hypothecaria creditori; cui fuit obligatum, argumentantur Iacobus de Arena, *in dicta lege nomen, numero primo*, Cynus, *ſub numero ſecundo, verſicul. ſed tunc probari poteſt, &c.* Salicet. *columna ſecunda, ſub numero primo, verſicul. item quia hypothecariæ, &c. Cod. quæ res pignor. obligar. poſſunt*, Fulgoſ. *in leg. grege, §. cum pignoris, ſub numero quarto, verſicul. item ſecundo quia hypotheca, ff. de pignoribus*.

9 Et in terminis, † quod vbi nomen debitoris alicui obligatum ſoluitur tertio, cui ceſſum fuit, non detur amplius aliquod remedium ei cui fuerat obligatum, nec contra debitorem debitoris, nec contra ceſſionarium, vel rem ſolutam, ſed tantum contra principalem debitorem. probat latè Alexander, *conſil.* 16. *numero ſecundo, tertio, quarto, & quinto, volumine primo*, per rationes, quæ apud eum videri poſſunt; paria autem eſſe ſolutionem, vel depoſitum, quo ad effectum extinguendi nomen debitoris, probaui ſupra in præmiſſis.

Quinimo in hiſce terminis noſtris voluit Rota Genuenſ. in deciſionibus Flaminij Chartarij, *deciſione decima nona*, ſtatim facta à principali debitore datione in ſolutum, vel ceſſione de aliquo credito alicui poſteriori, cenſeri illud extinctum; licet nondum fuerit exactum, nec poſſe amplius reuocari à priore creditore, cui fuerat antiquiore iure obligatum.

Tertio moueor, quia creditum, de quo in inſtrumento, cuius vigore agit Dominus de Caponis, non eſt eius proprium, ſed Reuerendiſſimæ Cameræ Apoſtolicæ, cuius tamquam Officialis contraxit, & de bonis dictæ Cameræ, & cum iuribus eiuſdem Cameræ egit, quando voluit exigere, vigore dicti contractus, & tandem ipſius Cameræ bona obligauit, vt hæc omnia leguntur in inſtrumento prædicto, & cui Cameræ, vt mihi pro certo ſupponitur, fuit ſatisfactum, quod credo etiam, quia numquam viuente Domino Nigrono ipſe de Caponis fecit verbum de hoc, ſed tantum eo mortuo, & ob id cum finitum ſit officium, cuius vigore contraxit, (ex quo nunc degit Mantuæ aliud gerens officium) non poteſt amplius agere vigore ipſi-
11 us contractus à ſe † celebrati, vti Officialis, & Theſaurarij Cameræ Apoſtolicæ, Speculat. *in titulo, de actore, ſub numero ſexageſimo tertio, & in titulo de reo, ſub numero decimo octauo*, Alciatus, *conſilio trigeſimo tertio, numero primo, & quinto, libro quinto, alias eſt conſil.* 240. Pruchman. *conſilio tertio, numero decimo primo*.

Finito enim officio, finitur obligatio inchoata, præ-
12 textu † Officij, Baldus, *in leg. tutor, numero primo, ff. ſi quis cautión.* Martin. Laudenſ. *in tractat. de officialibus dominorum, concluſion.*85. Pruchman. *dict. conſilio tertio, numero vndecimo*.

Et actio ex actu adminiſtratoris actiuè, & paſſiuè pertinet ad dominum finita adminiſtratione, Corneus, *conſil.*103. *num.*20. *volum.*2.

13 Facit etiam, quia ſolutio fieri non poteſt † Procuratori, vel adiecto, qui mutauit ſtatum ſuum, Gomeſius, *variarum reſolutionum, tomo ſecundo, capitulo decimo primo, ſub numero vigeſimo, verſiculo, ſecundo limita*, Vigil. *Methodo iuris controuerſi, libro quinto, capitulo decimo ſecundo, regula quinta, exceptione ſecunda, replicatione quarta, fol.* 1115. *in magna impreſſione*, nulla autem maior mutatio ſtatus Officialis conſiderari poteſt, quam vbi deſinit eſſe Officialis, & talis qualis, & quo nomine contraxit.

Atque generaliter, cum actio tantùm directa quæratur Procuratori, vel Officiali; vtilis verò Domino, ſolutio non poteſt fieri; habenti tantum directam, ſed
14 ei, qui habet † vtilem, & ſic domino tantum, non autem Procuratori, Caſtrenſ. *in leg. ſi Procurator, circa finem, ff. de Procurator*, Corne, *conſil.*263. *ſub num.* 8. *volum.*4.

ARGVMENTVM.

De promiſſione facti alieni, quando obliget necne; præcipuè ſine interpellatione; ſaltem ad pœnam adiectam. Plura de moræ incurſu in diſpoſitionibus puris; ſed cum die incerto, vel conditionalibus. De ſcientia ætatis probanda etiam in patre reſpectu filij. De ſæuitijs in vxorem illatis à marito; Quid ipſi liceat ad correctionem eius. De malo mulierum ſexu. Diligentiæ in tali promiſſione, an, & quando exigantur; quando præſumantur, & quid operentur. De pluribus Clauſulis in huiuſmodi inſtrumento appoſitis, & earum virtute, & operatione.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Promittens facere, & curare, quod alter ratificabit, an teneatur id præſtare etiam ſine interpellatione; aliàs vti in mora, debeat præſtare intereſſe, & numero ſecundo.

3 Affirmatiua eſt Baldi, quæ etſi aliàs, nunc tamen non eſt ita communis; & contra eam fuit iudicatum.

4 Dicta Baldi opinio, & doctrina obtinet, cum non agitur de intereſſe pœnali.

5 In facto momentaneo curando eſt neceſſaria interpellatio, non vero in facto ſucceſſiuo.

6 Promittens ratificationem, ad omnem requiſitionem alicuius, non eſt in mora, niſi præcedat illius requiſitio. Et multi Doctores oppoſiti recenſentur, & conciliantur, & num.6.

7 De verbis, Ad omnem requiſitionem, Et numero decimoſexto.

8 Declarantur textus, leg.ſi decem cum petiero, 48.& leg. ſi ita quis promiſerit, 13., init. ff. de verbor. obligation.

9 Textus, in leg.cum ſtipulatus ſim mihi, Procule, ff. de verbor.obligationib. habet multos intellectus.

10 Lex quæ multipliciter intelligi poteſt, non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.

11 Affertur Bartoli intellectus ad eum textum, & numer. 12. & ab aliquibus impugnatur, & numero decimoquarto.

15 Neceſſaria eſt requiſitio in diſpoſitione conditionali, vel & in pura, cum tempus non eſt deſignatum, & ſi incertum.

17 Dictio Statim, non patitur dilationem, nec vult monitionem, aut interpellationem aliquam. Amplia vt ibid.

18 Dies etiam incerta moram inducit ſine interpellatione, cum inter partes id conuenit.

19 Inciuile eſt argumentari vna particula ſolum Orationis, & non tota recitata.

20 Quodcumque verbum reſtringitur ſemper à ſuo adiuncto.

21 Doctrina Bald. in cap. vnic, §. ad hæc, numer. 3. in titul. Hic finitur lex; in vſibus feud. limitatur.

22 Dies incerta facit conditionem, & non inducit moram, & num.24.

23 Oppoſita ex aduerſo in medium afferuntur, & diluuntur.

25 Textus, in leg.Seius Saturninus. 46. ff. ad S.C. Trebellian. multifariam interpretatur.

26 Obligatio rei alienæ eſt conditionalis, etiam cum per ſucceſſionem in eam, fuit illa reconualidata.

27 Promittens intra menſem poſt maiorem ætatem, vt ſit in mora, debet interpellari, quia adhuc viget incertitudo. Declarantur oppoſita, ibid.

28 Tempus eſt incertum, & conditionale, cum promiſſio fuit facta etiam ſimpliciter, poſt certam ætatem ſine additione alterius temporis.

29 Niſi probetur vera ſcientia ætatis in promittente; nec ſufficit præſumpta.

30 Scientia certa ætatis filij, nec etiam in patre præſumitur, vtcumque ſit ita coniunctus.

31 Sæuitia, & acerbitas cum vxore non præſumitur, niſi probetur.

32 Si conſtaret vxorem fuiſſe verberatam, non præſumitur illicitè verberata.

33 Vxores bonæ, raræ ſunt. Et mulieris bonæ Beatus vir, ibid.

34 Mulieres bonæ raræ ſunt; malæ vero multæ.

35 Summum, & acutiſſimum Diaboli telum eſt mulier.

36 Maior pœna eſt habere malam vxorem, quam furcis ſuſpendi.

37 Vxori etſi alapha eſſet inflicta, non per hoc immoderatè diceretur caſtigata. Nec ob eam licet thorum ſeparare, & num.40.

38 Marito licet verberare vxorem moderatè, ad eam caſtigandam, & corrigendam.

39 Imo etiam ex leui verberatione, etiam ſine cauſa, non licet ei à viro recedere.

41 Ad ſeparationem decernendam eſt neceſſaria ſæuitia cũ periculo vitæ.

42 Poſſibilitas colludendi non attenditur, niſi probetur colluſio.

43 Promiſſio quæuis etiam iurata, intelligitur, Rebus ſic ſtantibus.

44 Clauſul. Rebus ſic ſtantibus, refertur ad caſum, qui præter opinionem poſſet contingere, ſi habet originem ex cauſa ſuperueniente de futuro, non ſi de præſenti; ille enim cenſetur præciſus, & incluſus, & num.46.

45 Obligatio propria eludi non debet, ſub prætextu ſtatus mutationis.

47 Allegans diligentias requiſitas fuiſſe adhibitas, id probare debet.

48 Diligentia extraiudicialis præſumitur præceſſiſſe, cum deuenitur ad iudicialem.

49 Diligentia cum aliquo non eſt neceſſario probanda, cum quo adeſt notoria ſimultas, & inimicitia.

50 Promiſſio facti alieni abſolutè, non poteſt per iuramentum conualidari; quia eſt nulla.

51 Secus ſi contineat etiam factum proprium; quia tunc non eſt reprobata.

52 In hac non tenetur promiſſor, niſi facere diligentiam, & vltra non tenetur, etſi pœna ſit adiecta, & numer. 69.& eſt magis communis ſententia, ibid. & n.57.

53 Maxime differunt promittere factum proprium; & promittere, vti factum proprium, factum alienum.

54 Diligentia adhibita excuſat etiam cum quis renunciauit exceptioni impoſſibilitatis, & adhibita diligentia. Et eſt communis.

55 Clauſul. In omnibus, & per omnia, importat veritatem, cum plenario effectu.

56 Clauſula prædicta, etſi latiſſimè interpretatur, tamen recipit reſtrictionem ex congruitate.

58 Affertur intellectus text. in §.ſi quis alium, Inſt. de inutilib. ſtipulat.

59 Qui coniunctim promiſit facere, & curare cum effectu, itavt; & ſi faceret poſſibilia non excuſaretur, adhuc non tenetur vlterius, poſt diligentias adhibitas. Et eſt communis ſententia, & reijcitur aduerſa, num.60.

62 Sententiæ in pœnis ſæpe reformantur.

63 Opinio Thoro, Franch. & Viu. declaratur, in propoſito.

63 Hypotheca non ampliat diſpoſitionem, ſed ſolum corroborat conuentionem; dum acceſſoriè adijcitur.

64 Per Clauſulam, Promittens omnia, & ſingula obſeruare, nec vlla ratione, &c. contrauenire, &c. an cenſeatur renunciatum exceptioni facti alieni. Negatur, vt num.ſequ. & Intellectus affertur Doctoribus allegatis, & num.67.

65 Clauſula huiuſmodi, & quæuis alia poſita in executiuis, non alterant, nec ampliant principalem diſpoſitionem.

66 Dicuntur Clauſulæ eſſe poſitæ in executiuis inſtrumenti, cum ſunt poſt clauſulam, Et omnia, & ſingula, à qua incipiunt executiua.

68 Clauſul. Iuramenti appoſita in conuentione non operatur interpellationem, quando factum fuit promiſſum, tunc cum debitor interpellaretur.

69 Promiſſor facti alieni ſi non valet adimplere ob difficultatem, quæ aderat ab initio promiſſionis, tenetur ad pœnam, vel intereſſe; ſecus ſi difficultas ex poſt facto ſuperuenit, & num.70. Et reſpondetur obiectis, num.71. & 72.

73 Quod conſiſtit in animo, remanet probatum ex ſola aſſertione partis.

74 Obligatio Procuratoris, vti Procuratoris, non obligat eũ de proprio, ſed ſolum principalem. Oppoſita tolluntur, & num.75.

CONTROVERSIA DCLXXVII.

VNde incipiam reſolutionem allegationum tam prolixarum pro motiuis mihi datarum; nempe vnius, car-

cartarum triginta impreſſarum, & alterius cartarum decimoоcto manuſcriptæ neſcio, Deus auxiliator erit pro iuſtitia, quam fouere Dominum Thebaldum omnino credo.

Ne tamen multa inuoluere, & omnia perturbare ſine ordine mihi contingat, vt aliquos damnat Dominus Ripa in ſua allegatione, *ſub numer.* 351. cui nullatenus ob hoc ſuccenſeo, quidquid ipſe dubitet *num.* 352. quia in meis ſcriptis numquam ordinem prætermiſiſſe, mihi ſum conſcius.

In reſoluendis iſtis motiuis hunc ordinem ſeruabo.

Primo enim compendiatiè repetam argumenta à me propoſita in prioribus allegationibus pro Domino Thebaldo, & reaſſumam reſponſiones eorum ſingulis datas ex aduerſo in motiuis, quibus pro mei ingenij tenuitate congruas affetam replicationes, non tamen ita cumulatè, vt ſoleo, propter longitudinem, ſufficienter tamen, vt ſpero.

Secundo ad ſimilitudinem boni militis euacuato meo ſagittamento, vtar ſagittis aduerſariorum, hoc eſt confirmando noſtram intentionem cum aliquibus argumentis à Dominis Aduocatis contrarijs per modum dubitandi excitatis, quæ non fuiſſe ſufficienter reſoluta demonſtrabo, replicando reſponſionibus eiſdem allatis.

Tertio, & vltimo reaſumam argumenta partis aduerſæ, quæ non obſtare oſtendam, ſingulis eorum reſpondendo.

Quæ ſi præſtitero, conſequenter etiam reſoluta erunt motiua.

Redeundo ad primum, ſex erunt fundamenta, quibus in prioribus ſcriptis probabam, Dominum Thebaldum non tenere conſeruare indemnem Dominum Equitem Federicum Gonzagam, vtcumque Domina Æmilia nolit ratificare renunciam, pro qua ipſe Dom. Thebaldus promiſerat de rato.

Primo mouebar, quia Dominus Thebaldus non eſt in mora, ex quo numquam fuit interpellatus, niſi de Anno 1610. quæ interpellatio erat neceſſaria, tum quia agebatur de pœna, & intereſſe propter factum promiſſum, tum quia fuit promiſſa ratificatio ad omnem requiſitionem poſt maiorem ætatem Dominæ Æmiliæ, & ſic vbi interpellaretur promiſſor, tum & tertio, quia tempus ratificationis erat incertum, & conditionale, ex quo non reſultabat mora, niſi mediante interpellatione, tum denique, quia inerat tacita conditio, ſi tunc Domina Æmilia vixiſſet, & ſine mora in ſimilibus promiſſionibus non committitur pæna, vel debetur intereſſe. Poſtquam autem fuit interpellatus pariter nulla fuit inducta mora, quia interpellatio fuit facta tempore incongruo, quando Domina Æmilia iam ſe ſeparauerat à viro, & graues inter ipſos iugales vigebant ſimultates, cum interceſſiſſent viginti anni; & vltra, quibus potuerat requiri ad curandam hanc ratificationem, dum in bona viuebant concordia, vt hæc omnia probaui, *à num.* 83. *vſque ad n.* 129.

Quod argumentum fuit etiam excitatum in contrarijs à Domino Bardellono, *fol.* 6. in ſeptimo argumento, & à D. Ripa, *num.* 17. *&* 31.

Reſpondet Dominus Bardellonus, *fol.* 18. *fac.* 2. in reſponſione ad dictum ſeptimum argumentum, & Dominus Ripa, *numer.* 93. *&* 240. communem opinionem eſſe, quod, qui promiſit facere, & curare,
1 † quod alter ratificabit, tenetur id præſtare ſine vlla interpellatione, aliàs dicitur in mora, & tenetur ad intereſſe, ex Bald. *in cap.* 1. *§. ad hæc, numer.* 3. *in titul. Hic finitur lex, in vſibus feudorum*, cuius doctrinam communiter receptam eſſe profitentur Curt. Iun. *conſ.* 74. *numer.* 6. Bimius, *conſil.* 56. *num.* 2. *volum.* 1. cum alijs ab eis adductis.

2 Ego replico Bartolum, & multos alios, quos adduxi, *numer.* 83. *&* 84. tenere contrarium, quod imo neceſſaria ſit interpellatio, & aliter promiſſor non dicatur in mora, & ſi communis opinio vindicetur pro Baldo, id potuit eſſe tempore Curtij Iunioris, ſed ſi hodie
3 numerarentur authores † forte nunc non eſſet communis, quia vltra per me ibi adductos eandem opinionem tenent Aretin. Hormauoti. Cagnol. Rube. Corn. Gabr. & Baueri. quos refert Bertazzol. *de clauſulis, clauſula quarta, gloſſa vndecima, ſub numero primo, verſicul. Contrarium tamen*, in his tamen numerandis non eſt mihi tempus, quia longa reſtat mihi via ad alia peragenda, hoc tantum admonebo, quod contra dictam Baldi doctrinam fuit iudicatum in cauſa magni ponderis, teſte Decio *in leg. quod te*, §. *num.* 12. *ff. ſi certum petatur*, vt alias etiam animaduerti, *numer.* 84. & noſtram ſententiam in puncto iuris veriorem eſſe profitetur Bertaz. *dicta clauſula quarta, gloſſa vndecima, ſub num.* 1.

Secundo dico, quod opinio Baldi poteſt procedere,
4 quando non agimus † de intereſſe pænali, ſecus ſi de eo ſit controuerſia, vt in caſu vbi promiſſio Domini Thebaldi, vti de facto alieno ſuſtinetur ob pœnam adiectam, vt dicebam, *num.* 57. *&* 59. ita dictam Baldi doctrinam, & opinionem nobis contrariam conciliant, diſtinguendo, Socin. *conſil.* 133. *ſub numero tertio, volumine primo*, Gozadin. *conſil.* 27. *ſub numero decimo*, Crauett. *conſil.* 64. *ſub numero primo, & conſil.* 192. *numero decimoſeptimo*, Ludou. de Silueſtris, *conſil.* 96. *numero quarto, volumine ſecundo, criminal. diuerſor. magna impreſſion.* Farinacc. *quæſt.* 107. *numer.* 302. Menoch. *conſil.* 1153. *numer.* 24. *&* 25. & ita etiam admittit Dominus Ripa, *numer.* 241. ſed contendunt agi de intereſſe, non autem de pæna, & ego dico agi de intereſſe pænali, quia in primo ſcripto vulgari ſermone exarato, quod eſt fundamentum huius promiſſionis, nulla adeſt mentio alicuius intereſſe, & in inſtrumento cumulantur pæna, & intereſſe ſimul, imo non promittitur aliquod ſimplex intereſſe, ſed pęna dupli omnium damnorum, & intereſſe.

5 Tertio, † alia etiam affertur diſtinctio à ſcribentibus, quod aut agimus de facto momentaneo, qualis eſt caſus noſter faciendi ratificare, quod vnico actu expeditur, & tunc neceſſaria ſit interpellatio, aut de facto ſucceſſiuo, vt domum ædificare, & tunc non requiritur, quia tacitè ſubintelligitur tempus, quo commode illud expediri poſſit, ita diſtinguunt multi, quos refert, & ſequitur Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 14. *tit.* 34. *ſub numer.* 5. *verſicul. ſed hę repugnantes, & verſicul. hanc vero diſtinctionem, &c.* & in facto ſucceſſiuo, qui non eſt caſus noſter, loquitur textus in oppoſitum adductus à Domino Ripa, *numer.* 93. *in leg. ſi ſeu ſtipulatus ſim*, 14. *ff. de verbor. obligation.* & Riminald. Iun. ab eodem Domino Ripa allegatus, *num.* 940.

6 Verum quia in dictis primis ſcriptis, † *numer.* 85. agnoſcebam, noſtram opinionem habere contradictores in quæſtione ſimplicis promiſſionis de curãdo, quod tertius ratificaret, Ideo *numer.* 86. dicebam, omnem ceſſare difficultatem in caſu noſtro, quia promiſſa erat ratificatio ad omnem requiſitionem Domini Federici, quo caſu niſi procedat ipſa requiſitio, & interpellatio nulla incurritur mora, vt *ibi numer.* 88. & ibi adductis addo nunc Corn. *conſil.* 40. *ſub numer.* 14. *volumine ſecundo*, & Farinacc. *quæſt.* 107. *num.* 303.

7 Dominus Ripa, † *ante numer.* 263. negat ex dictis verbis ad omnem requiſitionem, requiri aliquam interpellationem, quia augent obligationem, nec eam ſuſpendunt, ſed magis excitant, & important admonitionem quandam, quo celerius adimpleatur, adducit text. *in l. ſi decem cum petiero*, 48. *& text. in leg. ſi ita quis promiſerit*, 135. *in principio ff. de verbor. obligation.*

Ego replico, quod dictæ leges probant tantum promiſſionem eſſe puram, non autem conditionalem, ſed quod non requiratur monitio, & interpellatio, hoc non dicunt, immo ad hoc, quod debitor teneatur adimplere requirunt monitionem, & interpellationem, aliàs debitor non dicitur in mora, & nihil aliud ope-
8 rantur, † niſi quod ſtet paratus, vt requiſitus ſtatim ſit promptus ad præſtandum, quod debet ſine illa dilatione moderata, quæ ſolet impartiri à lege,

&c ita explicitè declarat Caſtrenſ. *in dicta lege, ſi ita quis promiſerit, 135. in principio prope finem*, ibi, *non ratione moræ, quia tunc non inciperent currere, niſi à die interpellationis*, vbi dicit, quod vſuræ, ibi non debentur ratione moræ, ſed vigore ſtipulationis; quod dixit etiam in principio dicti commenti ſuper ipſa lege, & ibi Alberic. in illis verbis, *ſed cuiuſdam monitionis*, Angel. ibi, *Importatur ergo neceſſitas ſoluendi, immediate petitione facta*, & Iaſ. *ſub num. 3.* ibi *iſta verba non faciunt conditionem, ſed admonitionem quandam, vt ego debitor ſim paratus ad ſoluendum, cum petieris*, & ſic videtur ſtipulator de præſenti admonere promiſſorem, vt cum eum interpellabit, ſine mora, & dilatione ſoluat; & paulo infra, ibi, *nec antequam petam teneris ſoluere, patet, quia ſi ante teneris, eſſes ſemper in mora, & tamen hoc eſt falſum, niſi petatur, vel te interpellem*, & infra, inquit, quod ibi vſuræ deberentur ratione ſtipulationis, & non ratione moræ, eadem repetit idem Iaſ. *in dicta lege ſi decem cum petiero, 48. numero tertio, ff. eodem titulo de verbor. obligation.* & ſic patet tantum abeſſe, vt dicti textus probent negatiuam aſſertam à Domino Ripa, vt imo potius concludant neceſſariam eſſe monitionem, & interpellationem.

9 Vnde tranſit Dominus Ripa, † *num. 164.* ad auctoritates eorum, qui tenuerunt, promiſſionem curandi ratificationem ad omnem ſtipulatoris requiſitionem, conſtituere debitorem in mora, etiam quod non fuerit interpellatus, & requiſitus, adducens pro eorum ſententia textum, ex quo ipſi mouentur, *in leg. cum ſtipulatus ſim mihi Procule, 113. in princip. ff. de verbor. obligat.*

Super quo textu, ſicuti non videtur poſſe fieri aliquod fundamentum, cum habeat quinque, vel ſex intellectus, ſeu potius tot quot Doctores ſuper eo ſcripſerunt, iuxta doctrinam Bartoli, *in lege in ambiguo, ter-*
30 *tia, ſub numero ſecundo, ff. de rebus dubijs*, † quia ſecundum eum ignoramus quis ſit verus ſenſus I. C. ita non videtur, quod doctrina prædicta ſuper vno ex eis fundata, recipienda ſit ad deciſionem alicuius cauſæ.

31 Sed vbi admitteremus pro vero intellectum Bartoli, *ſub numero tertio, verſicul. vel dic, quod arbitratu meo, quod intra illud tempus ante Kalendas poſſum te interpellare ſi velim*, quaſi dicat illud tempus ſit in arbitrio ſtipulatoris, non promiſſoris, quæ verba Bartoli nil aliud intendunt, niſi quod ille ſtipulatus fuerat opus fieri intra Kalendas Iunias arbitratu ſuo. ideſt ad ſui requiſitionem, & petitionem, & nihilominus non requiſitus inciderat in pœnam, cum non feciſſet infra tempus promiſſum.

32 Tamen non faceret ad caſum noſtrum, † quia ibi dies erat certa; nempe intra Kalendas Iunias; hic autem eſt incertum in tempus aduenientis ætatis maioris, quod facit conditionem, vt dicebam in primis allegationibus, *num. 89.* & ita in terminis noſtris præciſis declarat Bertazzol. *de clauſulis inſtrumentorum, clauſula quarta, gloſſa vndecima, ſub numero primo, verſicul. Aut oppoſitum eſt certum tempus præfixum, &c.* & admittit Socinus patruus ex aduerſo allegatus, *in d. conſil. 288. ſub numer. 27. verſicul. circa quartam quæſtionem, volum. 2.* vbi dicit ſine interpellatione quem non incurrere moram quando promiſit curare aliquem ratificaturum cum perueniſſet ad certam ætatem, quia tempus eſt incertum, quod facit conditionem, niſi inquit ipſe, addatur, & poſt dictam ætatem, intra menſem ad omnem requiſitionem ſtipulatoris, cuius doctrina non facit ad caſum noſtrum, quia non fuit additum aliud tempus intra quod poſt maiorem ætatem ratificare faceret Dominam Æmiliam ad omnem requiſitionem Domini Thebaldi; nam tunc ille menſis, vel tempus videtur datum ad ſe certificandum; ſed in caſu noſtro fuit dictum ſimpliciter poſt maiorem ætatem ad omnem requiſitionem, quod tempus cum admittatur ab omnibus pro certo, & reddente diſpoſitionem conditionalem, neceſſaria eſt requiſitio, ſicuti eſt neceſſaria in dubio-

33 tibus terminis, quando diſpoſitio † eſt pura, ſed tempus non deſignatum, & ſic incertum, vt *in d. l. ſi decem cum petiero, 48. & l. ſi ita quis promiſerit, 135. in princip. ff. de verbor. obligat. & prout deduxi ſupra num. ...*

14 Quamuis etiam dicta doctrina Bartoli, ſuper qua ſe fundat Socinus, quod vbi quis promiſit ad certum tempus, & inde infra menſem ad omnem requiſitionem ſtipulatoris, non requiratur aliqua interpellatio ad incurrendam moram, impugnatur, & refellitur à Zazio. *in d. l. ſi cum ſtipulatus ſim mihi Procule, 113. in fine princip. ff. de verbor. obligat.*

15 Quemadmodum autem oſtendi textum, † *in dict. l. cum ſtipulatus ſim mihi Procule*, & Socinum *in d. conſil. 283. ſub numer. 27.* allegatos à Domino Ripa, *numer. 264.* non probare eius intentionem, nec reprobare noſtram opinionem, ita nec cæteri ab eo ibidem adducti; nam in caſu Alexandri. *conſil. 157. volum. 6.* dies erat certa, nempe intra ſex annos, Ruini vero *conſil. 132. numero ſecundo, volumine primo*, id obiter adducit pro ratione dubitandi, ſed reſoluit contrarium in caſu ſuo, nec potuiſse ſuſtinere eam opinionem, quia promiſſio erat ſimplex ſine vlla temporis, vel diei præfixione, faciendi ratificare tranſactionem ad omnem requiſitionem, quo caſu certum eſt, neceſſariam eſſe interpellationem, & petitionem, vt dicebam ſub verſicul. *Tamen non faceret, &c.* Idem reſpondeo ad Herculem de Silueſtris, *dict. conſil. 97. ſub numer. 14. volumine ſecundo, criminal. diuerſ. mag. impreſſion.* quod ibi nullum fuerat expreſſum tempus, ſed tantum dictum, *ad omnem inſtantiam*; vnde ex modo adductis conſtat, eum eſſe male locutum, per textum, *in d. l. ſi decem cum petiero, 48. & l. ſi ita quis promiſerit, 135. in principio, ff. de verbor. obligation.* vbi licet promiſſio ſit pura, debet tamen moneri, & interpellari, Bertazzol. *d. clauſula quarta, gloſſa vndecima, ſub numero primo, verſicul. aut eſt appoſitum*, probat noſtram non Domini Ripæ ſententiam, quia diſtinguit inter diem incertam, in qua verſatur caſus noſter, & diem certam. Trentacinqu. & ipſe quoque, *d. libro tertio, reſolutione trigeſima ſecunda, numero ſexto*, cum debeat intelligi ſecundum legem, quam allegat, apparet loqui in die certa, nos autem in incerta, Milanenſ. *deciſ. 10. numer. 100. libr. 1.* male loquitur, quia promiſſa fuerat ratificatio ad omnem requiſitionem, nec fuerat ſtatutum aliquod tempus, vt ibidem, *numer. 97.* vnde vt ſæpè ſupra dixi, neceſſaria erat interpellatio, vltra quod, ſub dicto *numer. 97.* fundat ſe in ritu particulari Regni, cuius vigore quis tenetur cum effectu curare ratificationem. Chartar. *deciſ. 69. numer. 19. cum ſeqq.* loquitur in caſu *l. ſi ita quis promiſerit, 135. in princip. ff. de verbor. obligat.* vbi vſuræ debentur vigore ſtipulationes non moræ; licet ipſe Chartarius dicat debitorem ſe conſtituiſse in mora, paciſcendo ab initio intereſſe, non autem quia aliqua mora ſucceſſiſſet ob non ſolutio-
16 nem; nam ob dicta verba † *ad omnem requiſitionem*, neceſſaria erat interpellatio, ſicuti *in d. l. ſi quis ita promiſerit*, & potuit ibi deberi ſine mora intereſſe forte, propter lucrum ceſſans, cum valeat conſequentia, eſt Genuenſis, ergo mercator.

Subiungit Dominus Ripa, *numer. 243. & 258.* cominus neceſſariam fuiſſe interpellationem, quia Dominus Thebaldus promiſit facere ratificare Dominam Æmiliam, *Statim*, quod perueniſſet ad perfectam ætatem; quæ dictio non patitur aliquam dilationem, & ſignifi-
17 cat ipſo iure, nec requiret † petitionem, nec litis conteſtationem, nec denique monitionem, vt per Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verbo reuerſatur, ſub numer. 368.* & Surd. *conſil. 437. ſub numer. 31. vol. 3.* & Merzat. *conſil. 51. numero octauo*, Idque verum eſſe dicit quamuis dies ſtatuta ratificationi eſſet incer-
18 ta, quia quando inter partes actum eſt, † dies etiam incerta inducit moram ſine interpellatione, Angel. *in l. quoties, 59. ff. de verbor. obligation.* Deci. *conſil. 322. ſub numero ſecundo, verſicul. Primo, quod ille promittat*, Pic. *conſil. 31. num. 6.*

Specioſa

Digitized by Google

Specioſa ſane agumentatio, ſi totam promiſſionis ſeriem recitaſſet, ſed tacuit, quod illud verbum, *ſtatim*, habet adiunctum limitatiuum, ſcilicet ſtatim ad om-
19 nem requiſitionem, vnde inciuile † eſt argumentari vna particula tantum orationis, & non tota recitata, inquit textus, *in l.inciuile, 23.ff.de legibus*, cum igitur quodlibet verbum vtcumque habeat præciſam, & ple-
20 nariam ſignificationem, ſemper † reſtringatur à ſuo adiuncto, Surd. *deciſ.233.num.19.* non poteſt dici ex ipſo verbo, *ſtatim*, remiſſam fuiſſe interpellationem, quæ explicite fuit conuenta, & poteſt ſtare cum eo ſine vllo abſurdo, & contrarietate, ſignificando, quod D.Thebaldus voluit teneri ſtatim quod fuiſſet requiſitus, remiſſo illo morali, & legali temperamento pluriũ dierum, intra quos potuiſſet adimplere, de quo per ipſum D.Ripam, *num.259.*

Ex quibus omnibus ſatis probatum remanet, quando dies eſt incerta, vel diſpoſitio conditionalis, vel nulla eſt adiecta dies ſtipulationi, ſemper verba ad omnem requiſitionem poſtulare monitionem, & interpellationem, ad hoc vt promiſſor conſtituatur in mora, vt ex auctoritatibus à me adductis in alijs ſcriptis,
21 *num.* 88. & in his terminis † non procedit doctrina Bald. *in d.cap.vnic.§.ad hæc, num.3.in tit.hic finitur lex*, quod qui promiſit curare, teneatur id facere ſine vlla interpellatione, qui loquitur præſuppoſita certa ſcientia, inquiens illam ſolam ſufficere, quæ non cadit in die incerta, vel diſpoſitione conditionali, nec quando debet præcedere requiſitio, cuius nulla datur ſcientia, cum pendeat à voluntate ſtipulatoris, quando velit requirere.

22 Addebam in alijs ſcriptis, † *num.89.* neceſſariam quoque fuiſſe interpellationem, quia promiſſio ratificationis, cum vxor perueniſſet ad maiorem ætatem, continebat diem incertam, quæ facit conditionem, & non inducit moram, niſi promiſſor fuerit interpellatus poſt aduentum ætatis limitatæ, vbi multos in ſpecie hoc docentes adduxi, quibus nunc addo Socin.patruũ, *conſil.288.ſub num.27. verſicul. circa quartam, volum.2.* Deci. *conſil.322.ſub num.2.verſic.primo, quod ille promittat*, Mantic. *de tacit.& ambiguis.conuention.lib.14.tit.34. ſub num.5.verſic.ſed ex aduerſo*, Bertaz. *clauſul.4.gloſſ. 11.colum.2.verſic. Aut tempus.*

Contra hoc argumentum inſurgit D. Ripa, *numer. 242.* inquiens in caſu iſto tempus incertum ætatis legitimæ non fuiſſe adiectum ad ſuſpendendam obligationẽ, quia D Thebaldus voluit teneri de ſuo, etiamſi Dom. Æmilia deceſsiſſet in minori ætate, ſed ſtatim, & purè
23 remanſiſſe obligatum, deferendo ratificationem † in d.tempus, per textum, *in l.Seius Saturninus, 46.ff.ad Trebell.& in l.talis ſcriptura, 30.verſic.cui congruit, ff.de legat.1.& in l.ſi quis legata, 53.in fine princip. ff. de condition.& demonſtrat.* vbi fideicommiſſaria hæreditas, vel legatum relictum in certam ætatem honorati dicuntur pura.

24 Ego replico, regulam eſſe, † quod dies certæ ætatis ſit incerta, & faciat conditionem, *l.ſi cui, 51.§.hoc autem legatum*, vbi Bart. Bald. Angel. Caſtrenſ. Imol. Aretin. & alij, *ff.de legat.1.l.ſi dies, 21.ff. quando dies legat. cedat.* & tradunt omnes, *in d.l.Seius Saturninus* dum dicunt ibi eſſe caſum ſpecialem, propter veriſimilem mentem teſtatoris, & charitatem erga honoratum, ſtante igitur regula, negari non poteſt, quin promiſſio ratificationis collata in certam ætatem dicatur in diem incertam, & conditionalem; ſicuti in terminis tradunt communiter omnes, à quorum traditione non eſt recedendum per argumentationes generales, & textus in oppoſitum adducti non conuincunt contrarium, nam
25 vt dixi, text. † *in d.l.Seius Saturninus*, patitur tres intellectus, vt ibi per Imolam, & omnes concludunt eſſe ibi caſum ſpecialem, ſicuti illi, ita reſpondent Bartol. Bal. Angel. Caſtr. & cæteri omnes, *in d.l.ſi cui, 51.§.hoc autem legatum.ff.de legat.1.* cæteri vero textus intelligẽdi ſunt, quando tempus certæ ætatis eſt adiectum præſtationi, non autem ſubſtantiæ legati, iuxta textum, *in leg.ex his, 5.C.quando dies legat.cedit.*

Quod tanto magis dicendum eſt; nam ratificatio dilata fuit in ætatem perfectam D.Æmiliæ, quia antea non valebat renunciatio, & pura non poteſt dici diſpoſitio, quæ non habet de præſenti fundamentum firmitatis; ſed ſperatur ex aduentu diei incertæ.

Nec credo verum eſſe, quod dum Dom.Thebaldus promiſit conuenta attendere, & obſeruare, *mentre ſolamente durerà il matrimonio, ouero in caſo ch' il matrimonio ſi riſolueſſe per la morte d' eſſa Signora*, voluerit teneri de ſuo, & in caſum mortis D.Æmiliæ in minori ætate, quicquid dicat D.Ripa, quia promiſit attẽdere, & obſeruare omnia, & ſingula prædicta, & ſic ante conuenta, quæ erant de faciendo ratificare vxorem, poſtquam perueniſſet ad maiorem ætatem, ad omnem requiſitionem D Federici, vnde illa clauſula, *ouero in caſo, ch'il matrimonio ſi riſolueſſe per la morte d'eſſa Signora*, debet intelligi, poſtquam fuiſſet facta maior, & adhuc non fuiſſet requiſitus à D.Federico, non autem intra minorem ætatem, quia dum eſſet minor, nihil promiſerat, nec ad aliquid ſe obligauerat, & adhuc non dicitur D.Thebaldus promiſiſſe de ſuo, vt ſupponit D.Ripa, vbi morte fuiſſet ſolutum matrimonium, ſed de bonis vxoris, quia tunc lucratus fuiſſet omnia eius bona, ſi non habuiſſet filios, quæ ſibi fuerant promiſſa in dotem, & potuiſſet manutenere renunciationem, abſq; eo quod aliquid ſolueret de proprio; & idem dicendum eſset ſi filios habuiſset, quia potuiſset eos obligare ad non contraueniendum, & ſic patet d.pactum potius inuere contrarium, quod in aliquo de ſuo teneri voluerit, quia noluit teneri, ſi ſepararetur matrimonium, quia non habuiſset bona, & ſolutum fuiſset, morte vxoris, potuiſset attendere de eius bonis.

Sed vtcumque fuiſset obligatus, quod non admitto, ſi vxor deceſſiſset in minori ætate, adhuc nec intellexiſset obligari de ſuo, ex proxime adductis, quia potuiſset non reuocando renunciam, vti ſucceſsor, vel vti legitimus adminiſtrator bonorum filiorum, vt modo dicebam, reddere ſe immunem ab omni damno, in proprijs bonis; Nec etiam ex hoc poſset dici, quod obli-
26 gatio non fuiſset conditionalis, quia † per ſucceſſionem fuiſset reconualidata, non autem tenuiſset, vti ab initio pura, & valida. *l.penult.ff.de fund.dotali, l.cum vir, 42.ff.de vſucapion.* & ibi late Bart. *l.Apud Celſum, 4.§.ſi a Titio, ff.de dol.mal.exceptio.l.filiam fratribus, 56. ff.ad Trebell.l.cum dominus, 19.§.final. ff. de pecul.legat.* & melior textus in *l.ſtipulatio iſta, 38.§.quæſitum*, ibi, *& magis eſt, vt & aliena promitti poſſit, quia res ita effectum habebit ſi propria promiſſoris eſſe cœperit, ff.de verbor.obligation.* Montan. *de tutel.cap.33.num.480.* & tradit D.Ripa, *num.76.* & bene Socin. *d.conſil.288.al primo, ſub n. 34.volum.2.* ſubdit D.Ripa, *num.243.* huic argumento noſtro de diſpoſitione conditionali, vti collata in certam ætatem, illud non militare, quia promiſſio fuit de ratificando ſtatim poſt maiorem ætatem, quod ſignificat ipſo iure, & ſine vlla monitione, ſed huic obiecto replicaui oportuniori loco, *in verſicul. ſubiungit, &c.*

Impugnatque iterum noſtram argumentationem, *n. 244.* dicens, quod ſi D.Thebaldus conueniſset, vt D. Æmilia facta maior ratificaret infra menſem, non requireretur aliqua interpellatio, ergo nec ſi ſimpliciter promiſerit ſtatim poſtquam fuiſset facta maior, quia ſi poteſt eſſe certus quis, vel ſe certificare de mente, poſt ætatem maiorem, ita & poterit de ipſa die maioris ætatis, maxime quia iugales, vti valde coniuncti, veriſimiliter poſsunt eſse informati de ætate alterius eorum.

27 Ego replicando, † nego aſsumptum, quod non requireretur interpellatio, ſi promiſiſset infra menſem poſt maiorem ætatem, quia eadem viget incertitudo, nec Socin. *d.conſil.213.num.12. volum.1.* hoc dicit; nam loquitur in caſu, in quo contrahentes erant certi de ætate, ibi, *nam tempore promiſſionis affirmat, &*

aſſerit Philippum eſſe annorum ſexdecim, &c. Idem ve-
ro Socin. *conſil.* 288. *in 4. quaſt. ante num.* 28. *d. vol.* 2. nihil
allegat, quod confirmet hanc ſuam opinionem, quę
deſtruitur ex paulo ante ab eo firmatis, quod tempus
certæ ætatis ſit incertum, & conditionale, & videtur
confundi ex doctrina Bartoli, quem allegat, *num.* 28.
qui loquitur de die certa, & infra menſem poſt dictam
diem certam, nam Bartolus ponit quæſtionem de eo,
qui promiſit ſoluere ad Paſcha, & ab inde infra men-
ſem, Bertaz. vero nihil plus probat, quam Socinus
in quo ſe fundat.

28 Sed vbi vera † eſſet d. concluſio non afficeret meam
argumentationem, quia vbi fuit facta promiſſio ſim-
pliciter poſt certam ætatem ſine additione alicuius al-
terius termini certi, habemus deciſiones in terminis, &
ipſiuſmet Socini eodem in loco, qui in oppoſitum alle-
gatur, quod tempus eſt incertum, & conditionale, vn-
de credendum eſt ipſos ſupponere valde intereſſe in-
ter vnum, & alium caſum, fortè quia per appoſitio-
nem illius certi temporis promiſſor teneatur eſſe curio-
ſus, & ſe informare.

29 Nec allegatam veriſimilitudinem ſcientiæ † ætatis in-
ter coniunctos admittunt Doctores, niſi probetur ve-
ra ſcientia; ſed dicunt probabiliter errari poſſe in cau-
ſa, Deci. *conſil.* 2 *numer.* 6. Seraphin. *de iuram. priuileg.*
47. *in fine*, & Bald. *in l. ſi pacto*, 14. *ſub num.* 6. *verſic. hoc
verum vbi eſt certa, &c. C. de pact.* loquitur in promiſſio-
30 ne patris, cum filius erit † legitimæ ætatis, cuiuſuis nul-
la eſt maior coniunctio, & adhuc dicitur diem eſſe in-
certam, & probabiliter errare poſſe, Iaſ. *in l. ſi ita ſtipu-
latus*, 14. *ſub num.* 7. *ff. de verbor. obligat.* Deci. *conſ.* 2. *ſub
num.* 6.

Præterquamquod in caſu noſtro omnia ceſſant, quia
promiſſa non fuit ſimpliciter ratificatio, ſed ad requiſi-
tionem ſtipulatoris,

Rurſus ridet D. Ripa, *num.* 253. *cum ſeqq.* hanc in-
certitudinem; ſi enim D. Thebaldus habuit filios, qui
ſi nunc viuerent, longe excederent ætatem 25. annorum,
ſi habet filium Monachum profeſſum, qui iam multis
annis factus eſt Sacerdos, & celebrat Miſſam, quæ
non celebratur ſine diſpenſatione, niſi à maiore 25.
annis, & hunc, & illos natos ex ipſa Dom. Æmilia, ſi
duxit eam in vxorem de Anno 1583. & lapſi ſunt vltra
36. anni, quomodo ergo potuit neſciuiſſe vxorem ma-
trem filiorum maiorum, & quæ iam fere 40. annis nu-
pta eſt, non eſſe & ipſam maiorem?

Reſpondeo, quod ignorauit illud ſtatim conuentum
poſt perfectam ętatem, ad omnem requiſitionem D. Fe-
derici, nec vnquam audiuit illam requiſitionem, &
ideo non potuit facere hoc ſtatim poſt maiorem æta-
tem, quia ignorauit, non dico punctum illius Mathe-
maticum, quem in ſuis natiuitatum nugis quærunt A-
ſtrologi, de quo dubitat D. Ripa, *ſub numer.* 255. ſed
diem, hebdomadam, menſem, & annum, nec fuit
poſtea obligatus, quando potuit imaginari vxorem
eſſe maiorem, quia aut volumus intelligere illud *Sta-
tim*, poſt maiorem ætatem, & non fuit obligatus, quia
vt dixi, ignorauit tempus illius, aut volumus intelligere
Statim, quandocumque ad omnem requiſitionem, &
tunc non tenebatur adimplere, niſi requiſitus.

Sed tot reſponſionibus adhuc non contentus D. Ri-
pa, quia videt noſtra argumenta vigere, & vbi dens
dolet, continuò lingua currit, addit ſeptimam, *num.*
255. & octauam, *ſub num.* 257. quas coniungo, quia
in idem recidunt, dicens, quod licet neceſſaria fuiſſet
interpellatio, & D. Thebaldus per multos annos non
foret interpellatus, adhuc tamen non fuiſſet exemptus
ab obligatione, ſed à pœna tantum, & potuiſſet nunc
interpellari, ſicuti interpellatus fuit de Anno 1620. vt
per eumdem D. Ripam, *ſub num.* 209. & actum eſt in
facto, & ideo teneretur, vel curare effectualem ratifi-
cationem, & ita liberare D. Federicum à moleſtia, vel
conſeruare eum indemnem ſoluendo intereſſe, vt per
eum, *num.* 83. & 85.

Huic motiuo occurri in primis meis ſcriptis, &
oſtendi præſentem interpellationem non releuare, vtì
factam incongruo tempore, & re amplius non integra,
à num. 93. *vſque ad* 129. & conſequenter D. Thebaldum
remanere liberatum, cum culpa D. Federici non fuerit
requiſitus tempore opportuno, vt *num.* 101. *cum ſeqq.
& num.* 105. *vſque ad* 109.

Hæc vti in iure vera quæſiuit D. Ripa declinare, non
autem refellere, imaginando, & ſuſpicando, non
probando, culpam ſeparationis, & ſimultatis proueniſ-
ſe à D. Thebaldo, vti qui colapho ſine cauſa percuſſe-
rit D. Æmiliam, & ex ſua ſeuitia dederit cauſam ſepa-
rationi, vt ſub dubio aſſerit, *ſub nu.* 50. & apertis den-
tibus, & vti notorium firmat, *num* 313. *cum ſeqq. & n.*
318. *vſque ad* 321. *& num.* 289. addens, *ſub num.* 308. *&*
309. quod ſi admitteretur hæc noſtra argumentatio, pa-
rata eſſet via fraudibus, & malitijs colludendi inter ip-
ſos iugales, & ſimulandi diſcordias, vt neuter tenere-
tur ad obſeruandum promiſſa.

Ego replico, quod de aſſerta ſcientia, & percuſſio-
31 ne, vel culpa D. Thebaldi non apparet, † nec præ-
ſumitur, niſi probetur, Roland. *conſ.* 27. *num.* 2. *vol.* 3.
Rota, *deciſ.* 278. *num.* 9. *in cuiuſdam primo editis, ſub nomi-
ne Farinacy, quæ nunc imprimuntur, ſub tit.* 4. *partis de-
ciſionum Rotæ diuerſorum*; immo ſi conſtaret eam ver-
32 beratam † non præſumeretur illicitè verberata, Io:
Hannibal. *in repetit. rubric. ff. ſolut. matrim. numer.* 129.
33 quia adeo † raræ ſunt vxores bonæ, vt ſacra ſcriptu-
ra, *Eccleſiaſtici, cap.* 26. *in princip.* exclamat, Mulie-
res bonæ, beatus vir; & apud quemdam Philoſophum
legi, Nulla tam bona eſt vxor, in qua non inuenias, quid
conquæraris; & apud Salomonem, *in Eccleſiaſte, cap.*
7. *circa finem*, legitur, & inueni amariorem morte
mulierem; & paulo infra inquit virum de mille vnum,
mulierem ex omnibus non inueni, vt interpretatur
Albertanus, ſcilicet bonam, ſeu ſecundum Liranum,
virtuoſam, & dicit gloſſ. *in l.* 4. *ff. de legib.* quod mulie-
34 res bonæ † ſunt raræ, malæ vero multę; & S. Io: Chri-
ſoſtomus, *in Homilia, in Decollatione Sancti Ioannis Bap-
tiſtæ*, inquit, ò malum ſummum, & acutiſſimum
35 † Diaboli telum mulier, & dicunt Caſſane. *in conſue-
tud. Burgund. rub* 1. §. 5. *ſub num.* 98. *verſicul. ſed tamen ne-
ſcirem*, *fol.* 207. *col.* 2. & Tiraquell. *de pœnis temperand.*
36 *cauſ.* 56. *num.* 2. quod † maior pœna eſt habere in vxo-
rem, malam mulierem, quam furcis ſuſpendi; & ſi ver-
37 berata fuiſſet alapha, quod non conſtat, non † di-
ceretur immoderate verberata, Bertaz. *conſil. crimin.*
228. *ſub num.* 18. *verſic. Secunda obycitur exceptio*, Fa-
rinacc. *de delictis carnis, quaſt.* 143. *numer.* 204. & marito
38 licet corrigere vxorem cum cauſa, † etiam verberando
moderate, Alex. *conſil.* 115. *num.* 3. *volum.* 4. Ancharan.
quaſt. 28. *num.* 9. 10. *&* 11. *part.* 3. Surd. *de alimentis, tit.* 7.
quaſt. 16. *num.* 4. Farinacc. *d. quaſt.* 143. *num.* 195.

38 Immo, quando eſſet leuis † verberatio etiam ſine
vlla cauſa, non licet vxori recedere à viro, Sanchez. *de
matrim. lib.* 10. *diſputat.* 18. *ſub num.* 16. ibi, *Idemque cre-
do, quando leuis eſſet verberatio, etiam abſque cauſa*, Ro-
ta, *d. deciſ.* 278 *num.* 5. *cum ſeqq.*

40 Nec eſt verum, quod ob vnam † alapham liceat
ſeparare thorum; licet enim hoc diſputauit Triuiſan.
deciſ. 45. *lib.* 1. vt ipſe refert, *deciſ.* 61. *num.* 8. *eod. libr.* 1.
non tamen dicit, quod hoc fuerit deciſum, quidquid
dicat Ricci. *deciſ.* 286. *ſub num.* 7. *part.* 2. alias enim eſſet
parata via vxoribus cum maximo ſcandalo, & viola-
tione indiuiduitatis tanti Sacramenti, quotidie rece-
dendi à viris, & pecunijs aureis multæ emerent ala-
pham, vt abirent à maritis ſuis, & de mille non repe-
rirentur decem, qui vxores, aliqua ſaltem leui verbe-
ratione non percuſſerint; & tamen non eſt licita ſepa-
41 ratio, niſi talis † ſit ſeuitia, vt immineat periculum
vitæ, vt late diſcurrit Sanchez. *de matrim. lib.* 10. *d. di-
ſputat.* 18.

Sed hæc ex abundanti dixi, quia de aſſertis non con-
ſtat, & neſcio tale notorium; ſcio bene, quod ſi acta
faciunt notorium, prout faciunt, quod D. Æmilia ſine
cauſa receſſit à viro ſuo; nam ipſamet produxit vnam
ſcriptu-

Digitized by Google

ſcripturam in proceſsu litis vertentis cum Domino eius viro, in qua *fol.19.fac.2.* leguntur hæc verba, *come quella, che ſi e partita ſenza cauſa*, Et *fol.121.fac.2. non eſſendoui cagione alcuna di diuortio*.

Vtinam autem neſciret Ciuitas noſtra hanc ſimultatem eſse veram, & non per colluſionem ſimulatam in fraudem D.Federici, quia D.Thebaldus non fuiſset affectus tot notorijs cladibus, cauſatis ſibi ab vxore; & ideo licet in colluſiua ſeparatione non procederet argumentatio noſtra, & conſentio cum D.Ripa, *ſub d. n.* 308.& 309. per tradita à Ripa, *in l.quod te.5.ſub num.47.verſic.idem,& certum eſt,quod ſi conſtaret promiſſorem colluſiſſe,ff.ſi certum petat.* tamen in vera ſeparatione ſecuta ob odium implacabile inter ipſos iugales, aliud cõuincunt rationes a me deductæ, *ad.num.93.vſq.ad* 129.
42 Nec iſta † poſſibilitas colludendi attenditur, niſi probetur colluſio, Boet. *conſil.312.alias* 313. *ſub numer.4.&* 5.

43 Ad id quod dicebam, *num.*110. confirmando noſtrũ hoc primum argumentum, quod ex quo res non eſt amplius integra, non admittatur interpellatio facta poſt ſeparationem, quia quælibet promiſſio etiam iurata ſemper intelligitur rebus in eodem ſtatu manentibus.

44 Reſpondet D.Ripa, † *num.*293. quod hoc intelligitur, niſi promiſsor cogitauerit nolle teneri, etiam reb. non ſic manentibus, & ſic d.clauſula refertur ad caſum
qui præter opinionem contingeret alias; quis de facili
45 poſset eludere † ſuam obligationem, prætendendo mutationem ſtatus rerum, vt tradunt Alciat. *conſil.3.num.5.lib.3.aliàs eſt conſ* 80. Gozadin. *conſil.27.ſub numer.9.* Mantic. *de tacit.& ambigu.conuention.lib.2.tit.4. numer.*95. In propoſito autem caſu ſubdit ipſe D Ripa, *num.*105.& 326. ſatis apparet D Thebaldum cogitaſse, poſſe contingere, quod non poſset diſponere vxorem, & quod mutaretur illa confidentia, quam in ea habebat, & ille præſens rerum ſtatus; cum ſe obligauerit, reiecta exceptione impoſſibilitatis, & adhibitæ diligentiæ, & noluerit excuſari ob factum omne ſuum poſse.

46 Ego replico, † quod per d.renunciationem exceptioni impoſſibilitatis, & adhibitæ diligentiæ non cenſetur cogitatum de impedimento habente originem ex cauſa superuenienti de futuro, ſed tantum de eo, quod potuit præuideri, ex cauſa de præſenti; quale eſt promiſſio facti alieni, quia illa renunciatio refertur ad difficultatem exiſtentem de tempore contractus, non autem futuram, vt late diſtinxi, & probaui, *à num.*171. *vſque ad* 176. *& maxime num.* 168. *&* 175. & ita etiam non obſcure dixerat Mantica ex aduerſo allegatus, *de tacitis, & ambiguis conuention.lib.2.tit.4.ſub numer.*48. ibi, *veruntamen non tenetur ad eum caſum, de quo tempore contractus potuit cogitare, ſed ad eum qui præter opinionem contingit*, & infra *ſub eodem numero*, ibi, *& quidem Bartol.in d l.quod Seruius, num 4. exemplum ponit de eo qui renunciauit omni iuri, quod habet, vel habere ſperat; in qua renunciatione intelligitur clauſula, rebus ſic ſe habentibus, & intelligit ex aliquo iure, quod eſt de præſenti in re, vel in ſpe,&c.*

Et ſufficit mihi adduxiſse decisiones in terminis fortioribus, *d.num.*175. quibus addo Gabr. *conſil.131.ſub num.7.volum.2.*

Sed vbi velimus D.Thebaldum cogitaſse, vel potuiſſe cogitare de hac impoſſibilitate in caſum diſcordiæ, & ſeparationis vxoris ab eo, dico, quod ſibi prouidit, & cauit nolle teneri, quia obligauit ſe, *mentre ſolamente durera detto matrimonio, & non altrimenti, ne in altro modo, ne in altri caſi*, vt deduxi, *a num.*185. *vſque ad* 205.

Et ex his remanet defenſatum (vt vtar verbo Placentino) noſtrum primum argumentum.

Secundum erat argumentum, quo mouebar, quia D.Thebaldus poſt requiſitionem adhibuit omnem diligentiam, etiam via iuris, vt Domina eius vxor ratificaret, ſed non potuit eam diſponere, & ad impoſſibile nemo tenetur, & in ſimilibus promiſſionibus, de rato poſſibilis adhibita diligentia excuſat, vt dixi *à num.*130. *vſque ad* 150. etiam ſi promiſsum fuiſset curare cum effectu, remota exceptione impoſſibilitatis, *num.*151. *vſque ad* 161. & ibidem, *vſque ad num.* 176. ſatisfeci contrarijs cum diſtinctione.

Quod argumentum excitarunt etiam D.Bardellonus in primo argumento, *verſic. Qui omnes loquuntur de marito,&c.fol.3.fac.2.circa medium*, & in tertio, & quarto argumento, *fol.*5. & D.Ripa, *num.*32.

Cui reſpondent D.Bardellonus in reſponſione ad tertium argumentum. *fol.*16.*fac.2. verſic. addatur hucuſq; &c.* & D.Ripa, *num.*265.& 266. non conſtare, probatum eſse, adhibitam fuiſse diligentiam neceſsariã, quod
47 tamen † debet probari, Seraphin. *de iurament.priuil.87.num.*8.

Ego dico me vidiſse proceſsum fabricatum contra D.Æmiliam, poſtquam fuerat pluries extraiudicialiter medio amicorum requiſita pro hac ratificatione; qui proceſsus fuit productus in proceſsu huius cauſæ, & licet non appareat de extraiudiciali requiſitione, tamen cum ſubſecuta fuerit iudicialis, quæ etiam per ſe ſufficit,
48 præſumitur † præceſſiſse etiam extraiudicialem, & onus probandi eam non præceſſiſse, incumbit aduerſario, Roman. *ſingular.*402. Deci. *in capit.nouit.* 13. *prope finem, num.mihi,* 148.*extr.de iudici.* Maſcard. qui alios allegat, *de probationib.in verb.interpellatio, concluſ.mihi,939.num 3.*

Secundo, dico, quod vbi conſtat de notorio impe-
49 dimento, † quale eſt iſta notoria ſimultas inter hos iugales, tunc non eſt neceſse probare adhibitam fuiſse aliquam diligentiam, quia fuiſset inanis, & fruſtatoria. Boet. *deciſ.40.num.*7. Cacheran. *deciſ.9.num.4. & deciſ.*177.*num.*12. & in ſpecie, Seraphin. *de iurament. d.priuileg.87.num.9.*

Secundo, reſpondet D.Bardellonus in prima reſponſione ad tertium fundamentum, *verſic. ad tertium reſpondetur, fol.16.fac.1.* promiſſionem facti alieni ob conatum, & diligentiam adhibitam, non excuſare à promiſſione iurata, quæ in caſu noſtro habet talem vim vigore clauſulæ Sincerè, vt ego dicebam in dictis meis primis ſcriptis, *num.*64.& 95.

50 Replico ego, † quod ſi intelligit promiſſionem facti alieni abſolute firmari iuramento, hoc non eſse verum, & contra omnium Doctorum ſententiam, qui negant iuramentum directo validare ſimilem promiſſionem, vt apud Seraphin. *de iurament. priuileg.*87. & omnes inferius allegãdos, ſi vero ſentit indirectè firmari, eo quia iuramentum operatur, vt videatur promiſiſ-
51 ſe † ſe facturum, & curaturum, quæ promiſſio, vti continens factum proprium, non eſt iure reprobata, vt hæc omnia tradunt Couar. *in cap.quamuis,part.2. § 5.n.2.de pact.in6.* poſt gloſs.vltim.& ibi Abb.& Felin. *in cap. ex reſcripto,91.extr. de iureiurand.* Seraphin. *d. priuileg.*87. Surd *deciſ.234.ſub num.*14 *&* 15. & paſsim noſtri, & tunc in ſimplici promiſſione iurata, etiam ſub pœna, communis fere omnium eſt ſententia, quod adhibita
52 poſſibili diligentia promiſsor † ad aliquid aliud non teneatur, nec obligetur ad ſolutionem pænę, vt volunt omnes illi, quos longa ſerie citaui in primis allegationibus, *num.*137. *vſque ad num.* 141. quibus addo Surd. *deciſ.*234. qui dicit ita deciſum fuiſse in hoc Senatu, & Rotam, *deciſ.676 ſub num.12.part.1.vltimar.* Farinacc. & plura iura hoc probantia citat Seraphin. *de iurament. d.priuileg.87.ſub num.*11. & facilius eſset extorquere clauam è manu Herculis, quàm obtinere contra dictam communem ſententiam, quidquid in contrarium tentauerint Fachineus, & Couarruuias à me relati, *num.*60. & remiſſiue confutati, *numer.*145.*cum duob.ſeqq.* & quidquid dixerit D.Ripa, *num.*270.*vſque ad* 279. & ex his reſoluitur tertia reſponſio ad primum argumentum D.Bardelloni, *verſicul.Reſpondetur tertio D.Thebaldũ, fol.16 fac.2.* dum dicit promiſſionem D. Thebaldi non continere factum alienum, ſed proprium; cum reſoluitur in promiſſionem curandi, & faciendi; & ideo non excuſari; nam vt proxime dixi, ſimplex promiſſio cu-

tandi,

Digitized by Google

randi, & faciendi etiam iurata, cum pęna, adhibita poſſibili diligentia, euaneſcit, & obligat tantum data negligentia.

Vnde difficultas reducitur ad eum caſum, quando quis promiſit ſe facturum, & curaturum cum effectu, vel ita quod non excuſetur, allegando feciſſe poſſibilia.

Tertio idem D. Bardellonus in reſpōſione ad quartū, *verſic. Ad quartum reſpondetur*, *fol.* 17. *fac.* 1. dicit ſtantibus facti noſtri circumſtantijs, & promiſſione iurata, reſultare, quod D. Thebaldus fecerit ſenſum proprium, & ideo non poſſe euitare, ſtante iuramento refectionē damnorum, & intereſſe promiſſorum, vt luculenter inquit ipſe, probat Seraphin. *per diſcurſum, de iurament. priuileg.* 87. vbi latiſſime Fachin. *conſil.* 73. *num.* 11. *&* 12. *volum.* 1. qui tamen duo auctores in locis citatis nihil minus dicunt, quam id ad quod allegantur; idem quod D. Thebaldus dicatur feciſſe caſum proprium ob iuramentum, & promittendo, vt fecit, ob id non poſſit excuſari ob aliquam diligentiam adhibitam, dixit D. Bardellonus in prima reſponſione ad tertium argumentum, *verſicul. & iuramentum hoc in caſu*, & in ſecunda reſponſione, *verſicul. Reſpondetur ſecundo*, *fol.* 16. *fac. prima*.

53 Ego animaduerto, † quod ipſe D. Bardellonus accipit pro eodem, promittere factum proprium, & promittendo facere caſum proprium, quæ tamen multum inter ſe differunt, nam primum, quod nil aliud eſt, niſi promiſſio facti proprij in faciendo, & curando, ſatis adimpletur, vel ſaltem liberat à mora per poſſibilem diligentiam adhibitam; nam verum eſt, promiſſorem feciſſe, & curaſſe, vt ſuperius ex communi ſententia fere omnium deduxi, & hoc modo factum proprium promiſiſſe in effectu, ſtantibus clauſulis promiſſionis, admitto, ſed dico etiam illi ſatisfactum fuiſſe, vt dicebam ſupra *num.* .... vel non fuiſſe neceſſe aliud præſtare, ſtante notorio impedimento, & impoſſibilitate reſultante ex diſcordia, & ſimultate horum iugalium, vt dixi, *ſub verſicul. Ego dico me vidiſſe*, ſecundum vero, nempe promittendo facere, caſum proprium eſt, quando quis promittit factum alienum, vel pro alio, ſed vult teneri, ac ſi eſſet factum proprium, & vtitur verbis faciendo factum, & caſum proprium, quo caſu obligatur, ſaltem ad intereſſe, nulla habita ratione tertiæ perſonæ nominatæ in promiſſione; & hoc ſecundo caſu nego, ſe obligaſſe, & feciſſe caſum proprium D. Thebaldum, quia tale quid non legitur, nec reſultat ex promiſſione, & obligatione, & hanc differentiā inter hos duos caſus ſentiunt Doctores illi, quos citaui in primis ſcriptis, *num.* 137. & Panciro l. allegatus in reſponſionibus Dom Bardelloni, *conſil.* 45. *numer.* 24. *&* 33.

Difficultas, vt dicebam, reducitur ad hoc, an adhibita diligentia excuſat, quando quis renunciauit exceptioni impoſſibilitatis, & adhibitæ diligentiæ, vt fecit D. Thebaldus, & ego in primis meis allegationibus *num.* 151. *cum ſeqq.* ſuſtinebam adhuc excuſare, & *num.* 154. dicebam pluries ita iudicatum fuiſſe, & *num.* 155.

54 † hanc eſſe communem opinionem, quam etiam vti veriorem, & communiorem profitetur Valenzol. *conſil.* 14. *nu.* 30. & pro hac multos allegat etiam Farinacc. atteſtans de ſententia communi, *quæſtion.* 107. *numer.* 314.

Reſpondet D. Bardellonus in ſecundo argumento, *verſu. ſecundo promiſit*, *fol.* 9. *fac.* 2 *& fol.* 10. & D. Ripa, *num.* 94. *&* 97. quod cum D. Thebaldus promiſerat Dominam eius vxorem ratificaturam, in omnibus, & per omnia, ex vi dictæ clauſulæ, *in omnibus, & per om-*

55 *nia*, quæ † importat veritatem cum plenario effectu, *l.* 2. *§. furioſus*, & ibi Angel. *ff. de iur. codicillor. leg.* 1. vbi ſcribentes, *ff. de legat.* 1. non videtur ſufficere diligentia adhibita, niſi ſequatur verus promiſſionis effectus, pręſertim, quia vt inquit D. Ripa, *num.* 97. aliud eſt promittere curare cum effectu, quod forte impletur per poſſibilem diligentiam cum effectu adhibitam; aliud promittere, quod tertius ratificabit cum effectu, quo caſu requiritur ratificatio formalis non ſolum facti, ſed etiam iuris.

Quæ reſponſio non ſatisfacit, tum quia clauſula prędicta, *in omnibus, & per omnia*, in caſu iſto non qualificat, ſeu determinat, nec auget ratificationem, vt plenius, vel efficacius fiat, ſed res, & actiones renunciatas, ne vlla earum, quando fiet ratificatio excludatur, & talis clauſula operetur tantum effectum, de quo in reſponſione, quando determinat ſubſtantiam diſpoſitionis, per modum cuiuſdam adæquationis, puta, quod legata in omnibus, & per omnia ſint exequata fideicommiſſis, quod furioſus habeatur pro abſente,

56 † quod Iudæis idem ius reddatur, quod Chriſtianis, & ſic de alijs, quod non contingit in caſu noſtro, in quo congruere nequit d. ſignificatio, in quibus terminis loquuntur iura, & auctoritates adductæ à D. Ripa, *num.* 95. & d. clauſula, licet ſit latiſſima recipit reſtrictionem ex congruitate, Angel. *conſil.* 6. Iaſ. *in l.* 1. *num.* 22. *ff. de legat.* 1. Tuſchus, *in verb. clauſul. concluſ.* 54. *num.* 18. Cephal. *conſil.* 86. *num.* 52.

Tum etiā non ſatisfacit ipſa reſponſio, quia clauſula illa eſt adiecta promiſſioni facti alieni, ſcilicet, quod vxor ratificabit in omnibus, & per omnia, quod quomodocumque promittatur, directo, non valet, nec obligat; vnde non poteſt fieri fundamentum in ea; ſed attendi debent verba reſpicientia factum proprium ipſius D. Thebaldi, nempe curandi, & faciendi, in quod reſoluitur iſta promiſſio, cuius promiſſio valet, ſed adhibita poſſibili diligentia, euaneſcit.

Tum & tertio non obſtat, quia vt modo dixi illa promiſſio facti alieni reſoluitur in promiſſionem facti proprij de curando, quæ etiam facta de curando cum effectu, vt prætenditur importare d. clauſulam, *in omnibus, & per omnia*, non obligat, niſi ad exactam diligentiā, vel etiam ad nullam, ſi impedimentum ſit notorium, vt dixi ſupra.

Vlterius D. Ripa, *num.* 98. *vſque ad* 104. multa cumulat pro confirmanda hac opinione, quod vbi quis promiſerit facere, & curare cum effectu, non excuſetur adhibendo poſſibilem diligentiam, ſed teneatur ad intereſſe.

57 Verum ommiſſo, † quod in caſu noſtro non leguntur prædicta verba, *cum effectu*, iam dixi noſtram ſententiam, ex multorum auctoritate eſſe communiorem, & veriorem, & ſecundum eam pluries iudicatum fuiſſe, & Aretinusmet aſſertor contrariæ opinionis, *in d. l. ſi ita ſtipulatus*, 67. *§. poſſum*, *ff. de verb. obligat.* fatetur, quod iſta, quam ſequimur obtineret in practica, Deci. *conſ.* 312. *ſub num.* 4. dicit, quod impugnare hanc eſt contra ſtimulum calcitrare; vnde caueat D. Ripa ne ſe pungat in ſtimulo, eam impugnando, Mantica, *de tacitis, & ambiguis*, *lib.* 14. *titul.* 35. *num.* 1. & ipſe admittit hanc pro communiori, & ſeruata in practica, & reſpondet omnibus argumentis contrariæ partis, ad quem remitto Iudices, ne ſim longior in ſingulis reſoluendis, & etiam quia verba prædicta, vt dixi non leguntur in caſu iſto, tum etiam, vt Senatui relinquam campum ſuæ partis obeundæ.

68 Et textus † *in §. ſi quis alium*, *Inſtit. de inutilibus ſtipulat.* in quo D. Ripa *ſub nu.* 98. tam magnum facit fundamentum, nihilo plus firmat eius ſententiam, quam cętera argumenta; nam ibi textus dicit, quod qui promittit ſe effecturum, obligatur ipſo iure ad differentiam eius, qui promittit alium facturum, cuius obligatio eſt omnino nulla, & ſic ſubſiſtit obligatio, ſed quod ſi adhibuerit diligentiam, & efficere non potuerit amplius teneatur, non aperit textus: Doctores tamen communiter ex alijs iuribus hoc negant, vt reſpondendo ipſi textui, docet Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. d. lib.* 14. *tit.* 35. *num.* 17.

Addunt vterque conſultor D. Federici, ſcilicet D. Bardellonus in tertio ſuo argumento, *verſicul. Tertio in cedula, &c. fol.* 10. *fac.* 2. & D. Ripa, *num.* 92. *&* 105. *& num.* 269. hanc exceptionem diligentię adhibitę non releuare, quia

re, quin ex pacto D. Thebaldus noluit ob eam excuſari
poſſe, vt ego quoque obijciebam in alijs ſcriptis, *num.*
73. & 74.
59 Sed ſi verior, † & communior eſt opinio, quod v-
bi coniunctim promiſit facere, & curare cum effectu,
ita quod faciendo poſsibilia non excuſetur, non tenea-
tur vlterius adhibita exacta diligentia, vt deduxi in pri-
mis allegationibus, *num. 151. vſque ad 155.* & dixi ſupra
pluries, *num. . . . & num. . . .* & ita pluries iudicatum
fuiſſe diuerunt Afflict. *deciſ. 295. ſub n. 1. & per tot.* Grā-
mat. *quæſt. 2. poſt ſuas deciſiones*, Alferius, *conſil. 145. ſub*
num. 23. vol. 1. crimin. diuerſor. magnæ impreſſionis, quos
alias citaui, *num. 154 & 155.* quibus addo nunc Fari-
nacc. *quæſt. 107. ſub num. 314.* vbi teſtatur de communi
& ab ea non eſſe recedendum; multo fortius hæc locum
habebunt in clauſula ſimplici diuiſa, ita quod non ex-
cuſetur faciendo poſsibilia abſque illa promiſsione cu-
randi, & faciendi cum effectu, quæ non concurrit in ca-
ſu noſtro.
60 Dominus Ripa, † *ſub num. 121.* dicit iudicatum fuiſ-
ſe contra Afflictum *d. deciſ. 295.* referente Thoro *in com-*
pendio deciſion. Neapol. in verb. promittens curare, fol. 432.
& ſub num. 105. idem dicit ex Franc. *deciſ. 624.* & Viui.
opin. 670. num. 5. lib. 2. tamen non infertur, quod melius
fuerit iudicatum per hæc poſteriora tribunalia; ſæpe e-
61 nim † bonæ ſententiæ in peius reformantur, *leg. 1. in*
princip. ibi *licet nonnumquam bene latas ſententias in pe-*
ius reformet, ff. de appellation. & Thorus eſt quidem
confuſus inferius, quia allegat pro ſua opinione
multos contra tenentes, præſertim Surd. *deciſ. 234. nu-*
62 *mer. 12.* Viuius loquitur, quando † vltra prædicta,
quis promiſerat ſoluere de proprio. In caſu Franch. *d.*
deciſ. 624. verba erunt (promiſit curare, & facere realiter,
& modis omnibus, & cum effectu, ita quod faciendo
poſſe ſuum non excuſetur,) quæ verba ſunt quadruplici-
ter geminata, & in caſu noſtro non adeſt aliqua gemi-
natio, & ita etiam loquuntur omnes citati à D. Ripa,
ſub num. 105. & 111. in caſibus valde diuerſis, nempe,
quando quis, vel fecit caſum proprium, vel promiſit
explicite intereſſe, vel conſeruare indemnem ſtipula-
torem, prout videre eſt apud eos quorum verba præci-
ſa recitarē; niſi ex alio longior eſſet præſens reſolutio;
ſicuti etiam ita loqui Doctores, qui nobis videntur ad-
uerſari, ſed verè non obſtare animaduerti in alijs ſcrip-
tis, *num. 157.* vbi multos citaui, & illis addo Pancirol.
conſil. 45. num. 24. & 33. qui ſæpè in oppoſitum à Domi-
nis aduerſantibus adducitur. Seraphin. *de iurament. pri-*
uileg. 74. num. 31. Riminald. Iun. *conſil. 155. num. 6.* Man-
tic. *de tacitis, & ambiguis conuention. lib. 14. tit. 35. num.*
29. 31. & 32. adeout ſi perſcrutabuntur omnes Doctores
qui nobis obijciūtur, apparebit neminem loqui in pro-
miſsione ita ſterili, qualis eſt noſtra, ſed ſemper habere
coniunctam promiſsionem indemnitatis, vel ſolide o-
bligationis, & caſus proprij, vel ſolutionis de ſuo, &
nedum tot inuenient pro eorum opinione quot ego
pro noſtra allegaui alias, *num. 160.* immo ne forte vnum
in ſimplicibus terminis noſtri caſus poterunt allegare;
& dum D. Ripa, *numer. 269.* conatur oſtendere caſum
Afflicti eſſe valde diuerſum à noſtro, id non aſſequitur,
quia multa præſupponit in caſu iſto occurrere, præſer-
tim promiſsionem intereſſe, quæ non verificatur, &
veriſimile eſt in caſu Afflicti admiſiſſe obligationem bo-
norum, & alia de quibus in caſu noſtro.

Ad hoc replicant D. Bardellonus in tertio argumen-
to, *verſic. Tertio in cedula, fol. 10. fac. 2.* quod fuit facta
promiſsio ſub obligatione omnium ſuorum bonorum,
cum refectione, & reſtitutione omnium, & ſingulorum
damnorum intereſſe, & expenſarum. D. Ripa, *numer.*
110. & ipſe dicit, quod ſe obligauit expreſſe ad inte-
reſſe, idem repetit, *num. 239. & num. 69. & num. 111.*
dicit ex obligatione bonorum reſultare, quod voluerit
teneri de proprio.

Ego dico, quod in his Domini Aduocati prædicti ac-
cōmodant inſtrumentū allegationib. nō allegationes in-
ſtrumēto, quia in inſtrumēto nō legitur aliqua promiſ-
ſio refectionis, vel ſolutionis intereſſe, ſed tantū promiſ-
ſa fuit pœna dupli damnorum intereſſe, & expenſarum,
vt verba inſtrumenti recitat D. Ripa, *ſub num. 106.* val-
de autem intereſt in propoſito promittere intereſſe, &
indemnitatem, vel promittere pœnam, vt obſeruaui,
num. . . . & non diſsimulauit D. Ripa, *num. 241.* & ma-
gis ad rem probant omnes Doctores longa ſerie citati
in alijs ſcriptis, *num. 137.* quod qui promiſit facere, &
curare ſub pœna, liberatur faciendo poſsibilia, vnde de-
bet promitti aliter indemnitas, & intereſſe, quam ſub
nomine pœnę, & Coler. citatus à D. Ripa, *numer. 110.*
loquitur contra communem.

Nec id reſultat etiam ex obligatione bonorum, quia
hypotheca non ampliat diſpoſitionem, ſed tantum ro-
63 borat † firmius cautione, cum veniat acceſſorie, vt
tradunt Natt. *conſil. 426. ſub num. 3.* Ceph. *conſil. 147. ſub*
num. 30. volum. 2. vnde non poteſt inducere promiſsio-
nem intereſſe, quæ non fuit facta, ſed tantum denota-
tur D. Thebaldum voluiſſe obligare ſua bona pro eo,
quod promiſit, quod erat adhibere poſsibilem diligen-
tiam, vt vxor ratificaret; in quo ſi defeciſſet, tunc intraſ-
ſet obligatio de proprio propter hypothecam bonorū;
ſed quia fecit, quod potuit, dicitur adimpleuiſſe, &
ceſſat obligatio, & ſi non feciſſet poſtquam fuit inter-
pellatus, adhuc non teneretur, quia non eſſet in mora,
ex quo notorium extat impedimentum, vt deduxi *nu-*
mer. . . . .
64 Inſiſtit etiam † D. Ripa, *num. 107. 108. & 109.* pro
firmanda ſua ſententia in clauſulis, quibus promiſſum
fuit omnia, & ſingula obſeruare, & in aliquo non con-
trafacere, vel contrauenire aliqua ratione, vel cauſa,
modo, vel ingenio de iure, vel de facto, quibus præten-
dit promiſſam indemnitatem; *& num. 112.* cenſeri re-
nunciatum exceptioni facti alieni, & ſublatam omnem
excuſationem ſiue de iure, ſiue de facto.
65 Verum, † ego reſpondeo, dictas clauſulas, vti poſi-
tas in executiuis non alterare, nec ampliare principa-
lem diſpoſitionem, & promiſsionem, Deci. *conſil. 413.*
ſub num. 7. verſic. & vlterius in caſu iſto, & num. 8. & con-
ſil. 500. num. 8. in fine, & num. 9. vbi ſcripſit in cauſa Man-
tuana, Iaſ. *in l. ius ciuile, 6. num. 8. ff. de iuſtit. & iur.* Natt.
conſil. 261. num. 3. late Cacheran. *deciſ. 164. aliàs eſt deciſ.*
163. per tot. maxime ſub num. 2. & dicuntur appoſitæ in
66 executiuis, † quia ſunt poſt clauſulam, *& omnia, &*
ſingula, &c. à qua incipiunt executiua, vt obſeruat La-
derch. *conſil. 1. ſub num. 14. verſicul. Executiua clauſula,*
&c. & ob id cenſetur promiſſum non contrauenire cō-
uentis, quæ erant de curando, & faciendo, quod adim-
pletur per poſsibilem diligentiā, ne quis dicatur ſe obli-
gaſſe ad impoſsibile, quod lex non permittit.
67 Doctores autem † allegati in oppoſitum à D. Ripa,
d. num. 109. loquuntur, quando contrauenitur promiſ-
ſioni, vel quando fuit promiſſa indemnitas, vt in caſu
Abbat. *conſil. 42. volum. 1.* vel quando fuit promiſſum
ſoluere de ſuo, vt in caſu Socini, ſuper quo ſe fundat
Hercules de Siluestris, *conſil. 97. num. 16. volum 1. crim.*
magn. impreſſionis, vt aduertit etiam Deci. *conſil. 312.*
alias conſil. 313. ſub num. 5. quem voluit allegare Hercu-
les de Siluestris, *loco proxime citato*, licet per errorem
dicat, *conſil. 213.* Ripa citatus à Siluestro, ibi loquitur,
quando promiſſor conuenit expreſſe conſeruare indem-
nem, vel ſoluere intereſſe. Pancirol. *conſil. 45. num. 17.*
quem voluit allegare D. Ripa, *d. num. 109.* licet errore
Impreſſoris dicat, *conſil. 47.* explicitè refert promiſſam
fuiſſe refectionem damnorum, & intereſſe. D. Surd. *con-*
ſil. 506. num. 11. fundat ſe in authoritatibus eorum, qui
loquuntur in caſibus, in quibus promiſſa fuerat indem-
nitas, vel ſolutio de proprio.

Nititur perſuadere adhuc D. Ripa, *ante nu. 106. ver-*
ſic. Quinto. &c. D. Thebaldum voluiſſe teneri de ſuo pro-
prio, ex eo quod ſe obligauit etiam in caſum, quo ma-
trimonium ſolueretur per mortem D. Æmiliæ, quæ
poterat mori in minori ætate, & ſic ante ratificatio-
nem, ita quod fuiſſet obligatus de ſuo.

Ego de hoc alio loco ſuperius egi, an D. Thebaldus
voluerit

voluerit ſe obligare, ſi vxor deceſſiſſet in minori ætate *in verſic. Nec credo verum*, & oſtendi oppoſitum, ſed retorquendo argumentum dico, quod imo ex hoc apparet, noluiſſe teneri de ſuo, dum conuenit velle teneri tantum, dum duraret matrimonium, quia tunc ſperabat, dum bona duraret concordia, poſſe diſponere vxorem ad ratificandum, vel ſi ſolueretur morte vxoris, quia tunc potuiſſet ſoluere de bonis ipſius vxoris, vel vti lucratarius eorum, vel vti legitimus adminiſtrator filiorum, vt deduxi in dicto verſicul. *Nec credo verum, &c.*

Denique D. Ripa, *ſub num. 266. verſic. ſecundo in proceſſu, &c.* dicit, D. Thebaldum profiteri, ſe ante ſeparationem vxoris de facili potuiſſe habere ratificationem ab ea, licet nunc non poſſit, & vt ego quoque admittebam in meis primis allegationibus, *num. 99.* igitur inquit conuincitur de mora ſi potuit diſponere vxorem, & non fecit etiam non interpellatus, difficultas autem præſens non habetur in conſideratione, quia non excuſat, quando ſuperuenit poſt moram debitoris.

Hoc argumentum repetit principia primi, in quo late ſuperius demonſtraui, D. Thebaldum, vtcumque potuiſſet facere ratificare vxorem ante ſeparationem, non fuiſſe in mora, quia debebat interpellari; tum quia promiſerat ad omnem requiſitionem Stipulatoris, tum quia ratificatio dilata fuerat in tempus incertum, & ſic conditionale, quæ non eſt opus replicare, quia longa plus iuſta ſcriptura iam confutata fuere.

68 Vnum forte † poſſet obijci, quod propter clauſulam iuramenti non requirebatur interpellatio; ſed reſpondeo, quod iuramentum non operetur interpellationem, quando factum fuit promiſſum, vbi debitor interpellaretur; quia incluſio interpellationis expreſſe excludit hanc tacitam, nec quando promiſſio erat collata in tempus incertum, & conditionalis. Seraphin. *de iurament. priuileg. 47. num. finali.*

Prędicta autem ſuperius deducta circa hoc ſecundum fundamentum, & ſi vera ſint, & communis opinio, vt pluries dixi, ſtat, quod quis faciendo poſſibile, vel etiam nihil faciendo, quādo notorium eſt impedimentum, excuſetur, licet promiſerit ſe curaturum, & facturum, ita quod faciendo poſſibilia, non excuſetur, vbi non obligauit ſe de proprio, vel fecit caſum proprium, vel promiſit indemnitatem, ſecundum quam etiam dixi multoties iudicatum fuiſſe.

69 Nihilominus, † quia ſciebam hanc ſententiam pati aliquam controuerſiam ex adductis per Marantam *in ſua quæſt. 7. ſub num. 161. vſque ad 176.* etiam ex mente oppoſitum tenentium, quod aut promiſſor adimplere nequiuit propter eandem difficultatem quæ aderat ab initio, & potuit præuideri, & de facili præcogitari, qualis eſt difficultas facti alieni, quam ſemper lex extare præſumit, & ob id noluit valere talem obligationem ſimpliciter factam, & tunc procedat opinio contraria, quod promiſſor teneatur ad pœnam, vel intereſſe, non obſtante, quod adhibuerit poſſibilem diligentiam, quando noluit poſſe excuſari faciendo poſſibilia.

70 Aut quæſtio eſt de difficultate † diuerſa, quæ ſuperuenit, nec adorata principio, nec veriſimiliter timeri poterat, aut debebat, & tunc habet locum opinio noſtra, quod promiſſor liberetur faciendo poſſibilia; quam diſtinctionem probarunt multi à me adducti in dictis primis allegationibus, *à numer.* 10 *. vſque ad* 109. & hanc etiam admittit Francus in deciſione ſuper qua D. Ripa facit maximum fundamentum, & ſæpe repetitur ab eo, *quę eſt 614. num. 3. in fine, & num. 4.* vbi vltra Aretin. aliàs à me citatum, ad hoc adducit etiam Iaſ. *in l. Titia, 134. ſub n. 14. verſic. ſed iſtud fundamentū, ff. de verbor. obligat.* & non diſſentit D. Ripa, *num. 274. cum ſeqq.* vbi addit Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 14. tit. 35. ſub num. 28.*

71 Dominus Ripa † nititur deſtruere hoc fundamentum, *num. 278. ſiue 276.* eſt enim ibi error in impreſſione, vbi dicit, obiectum intelligi debere de difficultate inopinatò ſuperueniente, *& num. 293.* de hac cogitatum fuiſſe ſaltem in genere, quia, vt ſubſubdit *numer. 325. & 326.* promittendo de rato, potuit, & debuit ſcire, poſſe contingere, ne vxor ratificaret, imo cogitauit, quia noluit poſſe excuſare, etiam ſi adhibuiſſet omnem diligentiam, ex quo ſequitur, quod confidentia, quam habuit in vxore, vt dicebam aliàs, *numer.* 174. non ſit habenda in conſideratione, vt dixit ipſe *num. 324.* tum quia oporteret probare, ſe promiſiſſe ſub illa confidentia, tum etiam quia eſſet in facultate promiſſoris ſemper excludendi obligationem, dicendo ſe promiſiſſe ſub confidentia vxoris, ſeu alterius tertij, qua fruſtratus remanſit, vt conſiderat D. Ripa, *ſub num. 325. & 326.*

72 Ego † replico, me ſatis oſtendiſſe alias *à num. 169. vſque ad* 173. difficultatem hanc ſuperueniſſe, & inopinatò, quia nec potuit, nec debuit timeri, nec præcogitari, etiam ſecundum ipſas leges, quæ ſuadent, nec conderandos, nec expectandos eſſe triſtes euentus, & promiſſio de ratu pro vxore ſine aliqua exceptione impoſſibilitatis remouet excuſationem difficultatis, quæ potuit præuideri ex cauſa de præſenti, non autem eius, quæ habet originem ex cauſa inopinata, ſuperuenienti de futuro, vt declaraui ſupra, *ſub verſicul. Ad id, quod dicebam, &c.* nec verum eſt, quod teneatur probare, ſe feciſſe hanc promiſſionem ſub confidentia, quam habebat in ſponſa dilecta, quia hoc conſiſtit in animo, &

73 ob id † remanet probatum ex ſola aſſertione partis, iuxta gloſ. *in §. ſed iſta quidem in verb. dicit Inſtit. de act.* Alex. *conſil. 221. num. 5. volum.* 2. cum vulgaribus, nec Molina, quem citat D. Ripa, *num. 234.* dicit oppoſitū, ſicuti nec reſiſtit, quod promiſſor poſſit ad libitum ſe eximere ab obligatione, quia hoc non eſt ita facile, vt prætenditur; nam debet probare ſuperuententiam accidentis inopinati, & vt ſupra dicebam in verſicu. *Vtinam poſſibilitas colludendi*, non attenditur, niſi probetur colluſio.

Dicit etiam idem D. Ripa, *num. 313. cum ſeqq.* impoſſibilitatem ſuperueniſſe culpa D. Thebaldi, qui percuſſit vxorem, vt per eum, *ſub num.* 50. & ideo ob ipſam impoſſibilitatem non mereri excuſationem.

Huic obiecto cumulatè ſatisfeci ſupra in verſicul. *Hac vti in mre ver a. cum ſeqq.*

Et hæc ſufficiant pro defenſione ſecundi mei argumenti.

Tertium erat meum argumentum, quod D. Thebaldus remaneat liberatus, ex quo, ſi non plene probauit, ſaltem dedit bonum fumum, quod habuerat mandatū à D. Æmilia de facienda eius nomine d. renunciatione, vt deducebam *à num. 177. vſque ad* 180. quod comprobat D. Bardellonus in ſexto argumento contrario, *fol. 6. fac.*

74 1. quia obligatio Procuratoris, † vti procuratoris nō obligat eum de proprio, ſed principalem allegat Gemin. *conſil.* 150. & Bero. *conſil. 199. colum. 2. vol. 1.* quibus addo Surd. *conſil. 19. num. 11. volum. 1.* Menoch. *conſ. 36.* Magon. *deciſ. Lucenſ. 15. num. 53.*

Dominus Bardellonus, *fol. 18.* in reſponſione ad ſextum argumentum contrarium dicit, Procuratorem obligari, quando verba ſtipulationis ſunt concepta, & fundata in eius perſona cum obligatione propriorum bonorum.

Sed hæc reſponſio fecit ſuum, non meum argumentum, quod eſt, promiſſionem de ratificatione tertij euaniſſe, ſi promiſſor probet habuiſſe mandatum, quia vbi apparet de mandato illius tertij, ſuperflua eſt ratificatio, quia mandatum eſt pluſquam ratificatio, cum ratificatio gerat vicem mandati.

Nec inſtetur, ratificationem ſaltem neceſſariam eſſe, ex eo, quod mandatum fuiſſet nullum, vti factum à minore, quæ ſi non ſequitur, D. Thebaldum obligari de ſuo, quaſi ſciens, vel ſcire debens mandatum non valere, voluerit vti ex promiſſorem teneri, & donare de ſuo, vt argumentatur D. Ripa, *ante num. 135. vſque ad 140. & num. 143. 152. 180. & 184.*

Namque hæc obiectio alio oportuniori loco diluenda erit;

Digitized by Google

dã erit, nempe, quando agemus, an Dom. Thebaldus extiterit fideiuſſor, & potuerit obligari, cum valuerit obligatio exiſtente nulla promiſſione reſpectu vxoris, & amplius in hoc fundamento non inſiſto, quia neſcio, quam bene fuerit probatum iſtud mandatum, quia non vidi teſtes,

A R G V M E N T V M.

De conductione rei publicæ, valore monetarum aucto, vel diminuto, & cuius damno cedat, vel vtilitati. De æſtimatione ipſarum, facta emptionis, & taxationis cauſa; & quando id præſumatur. De diuerſis in id obligationibus, ac varijs monetarum ſpeciebus.

S V M M A R I V M.

1 *Primo tempore conductionis impleto, nemo tenetur inuitus renouare cum Fiſco aliam conductionem bonorum ipſius. Niſi tribus concurrentibus, vt num. 2.*

3 *Qui vſuras & intereſſe pro pecunia ſoluit, non debet grauari adhuc, & in augmento monetæ, ne dupliciter oneretur.*

4 *Creditor ſentiens commodum ex contractu, non poteſt in eo prætendere augmentum monetæ.*

5 *Æſtimatio in dubio præſumitur facta emptionis, & taxationis cauſa, niſi oppoſitum clare oſtendatur. Et affertur ad id præſumptio, num. 6.*

7 *Cum obligatio eſt præciſa alicuius monetæ, & eſt in facultate actoris recipere aliam monetam; debet fieri petitio iuxta obligationem, cum obligatione tamen recipiendi aliam monetam æquiualentem.*

8 *Damnum, & emolumentum in moneta ſpectat ad debitorem, cum æſtimatio ipſius fuit facta gratia emptionis, & taxationis, & num. 9.*

10 *Obligatio dandi tot ſcutos, vel thaleros in auro, reſtringitur ad ſolam æſtimationem; & mentio ſcutorum aureorum in auro, vel thalerorum habetur pro non adiecta.*

11 *In materia monetæ ſi vertitur difficultas ſtatur, obſeruãtia ſolutionum factarum.*

12 *In monetis imaginarijs, quæ conficiuntur ex paucis obulis, non habetur in conſiderationem bonitas intrinſeca, vel extrinſeca, vel auctio, aut denominatio.*

13 *Conuentio eſt interpretanda contra paciſcentem, qui apertius poterat ſibi proſpicere.*

CONTROVERSIA DCLXXVIII.

Controuerſia, quæ eſt inter Sereniſſimam Cameram, & Communem Doſuli pro augumento ſcuti aurei, quod ipſa prætendit pro affictibus Molendinorum Doſuli, eidem Communi locatorum, non verſatur circa illos primos quattuor annos, quibus voluntariè dictum Commune conduxit ipſa molendina, videlicet ab Anno 1577. vſque ad Annum 1580. quia præſupponitur, & admittitur per d. tempus factas fuiſſe integrales ſolutiones.

Sed verſatur circa ſubſequentes annos, quibus coactè, & inuitò perſeuerauit in conductione, ita mandãte Sereniſſimo Domino, vt ex litteris D. Oliui productis, *fol. 26.* cum antea commune recuſaſſet amplius velle conducere dicta Molendina, vt ex alijs litteris, *fol. 23. & 24. cum ſeqq.*

Quo caſu cum nemo impleto primo tempore conductionis cogitur inuitus renouare aliam conductionem bonorum Fiſci, vel Principis, *l. licitatio, §. ad conducendum, ff. de publicanis*, adeo vt *in l. 3. §. cum in quinquennium, verſic. Diuus etiam Hadrianus, ff. de iur. Fiſci*, dicatur, ipſum Diuum Hadrianum reſcripſiſſe, hunc eſſe valde inhumanum morem, quo conductores vectigalium publicorum, & agrorum retinentur, ſi tantidem locari non poſſint, niſi forte tria copulatiue concurrerent, primo, quod proximo præterito anno ijdem conduxiſſent, ſecundo, quod maxime ſuperlucrati fuiſſent, tertio, quod pro futuro tempore conductores,
2 non reperirentur; his † enim tribus concurrentibus, (de quibus tamen non apparet in caſu noſtro) tales cõductores perſeuerare cogi poſſunt, *leg. cotem ferro, §. qui maximos*, vbi Doctores, & præcipue Caſtr. *ff. de publican.* Peregrin. *de iur. Fiſc. lib. 6. titulo quinto, numero ſexto*.

Cum inquam igitur nemo teneatur renouare ſimiles conductiones, videretur poſſe dici, quod ſi commune fuit in hoc grauatum, in alio deberet releuari, ne ad aliquod augumentum monetæ obligaretur; quia vbi quis duplici onere grauaretur, tunc non tenetur ad ſimile augumentum, vt in ſimili communiter concludũt Doctores de debito, pro quo ſoluitur vſura, vel inte-
3 reſſe, † vt pro eodem non debeatur augumentum monetæ, ea ſola ratione ne debitor duplici onere grauetur, quemadmodum poſt multos, quos refert, & ſequitur, concludit Theſaurus, *deciſ. 174. numer. 2.*

Et generaliter inquit Thomas Parpale. *in repetit. leg cum quid, ſub num. 27. verſic. Quarta concluſio, ff. ſi cert.*
4 *petat.* quod ſi creditor † ex contractu, cuius vigore cauſatur debitum, ſentit aliquod commodum, non poteſt deinde prætendere augumentum monetæ.

Sed his ex quadam æquitate perſtrictis, ſolidiora amplectendo argumenta, exiſtimo d. Commune in caſu abſolutionis verſari.

Primo, quia ſcuti auri in auro ſexcentum quinquaginta, quos iuſſit Sereniſſimus Dominus perſolui ſingulis annis pro affictu horum Molendinorum, æſtimati fuerunt ad rationem librarum quinque, & ſolidorum decemocto pro quolibet, conſtituentium in totum, debitum annuum, librar. 3835. vt ex parcella ex libris met Cameræ extracta, & in proceſſu producta, *fol. 11. fac. 2.* quæ quidem æſtimatio, & ſi interdum fiat cauſa demonſtrationis, interdum vero gratia taxationis; in propoſito tamen caſu negari non poteſt, quin taxationis, & limitationis gratia facta fuerit; tum quia in du-
5 bio æſtimatio † præſumitur cauſa emptionis, & taxationis facta, niſi oppoſitum clare oſtendatur, gloſ. *in l. ſi inter, in verb. æſtimata*, & ibi Bart. *in princip. C. de iure dotium*, & in materia noſtra ex plurium auctoritate tradit Henrinc. Cothman. *conſ. 36. num. 140. & 171.* vbi plene tractat materiam augumenti monetarum.

Tum etiam, quia id proprie ſignificat illud verbum, (*Valutati*,) quod nil aliud denotat, niſi æſtimati, & limitati.

Tum & tertio, quia ſcutus aureus tunc temporis valebat communiter vltra libras quinque ſolid. decemocto; nam vſque de Anno 1575. expendebatur pro libris ſex, vt ex multis ſolutionibus poſset oſtendi, & nunc ego præ manib. habeo multas receptiones in quadam cauſa vertente coram Ampliſſimo Senatu, quod colligitur etiam ex proclamate edito, ſub die 23. Decembris 1577. in quo poſt narrationem exceſſiui augumenti, ad quod creuerat ſcutus aureus, ille cuiuſcumque generis limitatur, & redigitur ad valorem librar. ſex; ſi igitur erat maioris valoris, non poteſt dici æſti-
6 mationem hanc non niſi taxationis, † non autem demonſtrationis gratia factam fuiſse, quia nullus aureus tunc erat eius valoris; Facit Rota apud Cencium, *de cenſib. deciſ. 218. ſub num. 5.*

Tum quarto, hoc ineuitabiliter colligitur, quia poſt æſtimationem factam de ſcuto auri ad rationem librarum quinque, ſolidorum decemocto pro quolibet, totum debitum, deinde cuiuslibet Anni redactum fuit ad tot libras quantitatis 3835. & in tot libris annotatum, ſuper libris Cameralibus; ſignum euidens, debitum fuiſse non de tot ſcutis præciſis, ſed de tot libris, quot æſtimati fuerunt, aliàs enim ſuperfluo annotata fuiſset quantitas librar. ſi fuiſset intẽtionis Cameræ, quod ſibi perſolueretur, & eſset in obligatione aureus in auro præciſus.

Tum

Tum denique, quia vbi Camera voluit exigere iſtud debitum, ſemper petiit tot libras, vt videre eſt ex pluribus litteris pro monitione, & grauamine debitorum in proceſſu productis, *fo. 23. fac. 2. & fol. 27.* adeovt colligere liceat libras præcisè fuiſſe in obligatione, & aureos in facultate ſoluēdi, qui aliàs ſi aurei fuiſſēt in obligatione, & libræ in facultate ſoluēdi, petitio fieri nō potuiſset
7 de libris præciſis, ſed fieri debuiſset † de tot aureis in oblatione accipiendi libras æquiualentis valoris, vt tradit Bartol. *in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle, 57. ſub num. 5. ff. de ſolutionibus.*

8 Stante igitur, quod hæc æſtimatio ſcuti aurei facta fuerit gratia emptionis, & taxationis, ſequitur quod omne damnum, & emolumentum ſpectet ad debitorem, & quod ipſe cogi non potuerit ad ſoluendum, niſi tot libras; Bartol. communiter approbatus, *in l. Paulus, 99. ſub numer. 10.* & ibi Imol. & alij, *ff. de ſolutionib.* Brun. *in tract. de augumento monet in 8 limitat. incipiente Octauo fallit, numero primo,* vbi de magis communi, Boſſi. *de monet. ſub num. 3.* D. Surd. *conſil. 392. num. 1. 2. 8. & per totum, & conſil. 438. ſub num. 9.* Gabr. *de ſolution. concluſ. 2. num. 13.* Sola, *in tractat. de monet. caſu 1.* Couarruu. *in tract. veter. nummiſmat. cap. 7. §. vnic. numer. 5. verſic. Septima concluſio,* Menoch. *conſil. 49. numero decimo quarto.*

9 Et in ſpecie, † quod vbi conuentio, vel promiſſio eſt de certa ſpetie monetæ æſtimata, puta de aureis in auro, vel ducatonis in ratione tot librarum, quod non debeatur niſi æſtimatio, & commodum, & incommodum ſpectet ad debitorem, tamquam taxatus ſit illius monetæ valor, ſcripſere Bal. *conſil. 213. ſub num. 2. vol. 5.* Barbat. *conſil. 19. num. 7. verſic. præterea facit, quia in dictis, volum. 4.* Petr de Anchat. *in Clementin. vltim. column. penult. ſub num. 8. verſic. qui ſubdit hæc vera, &c. de decim.* Aretin. *conſil 84. column. final. verſic. venio igitur,* Boer. *deciſ. 327. nu. 10.* Tiraqu. *de retract. conſangu. §. 1. gloſſ. 18. num. 28.* Gabr. *de ſolution. concluſ. 2. num. 11. 12. & 13.* Crauett. *conſil 887. numer. 2.* latiſſimè Henric. Cothman. *conſil. 36. numer. 117. & 132. vſque ad* 204. vbi
10 *num. 205.* † ſubdit, quod licet dicatur, quod ſolutio fiat in thaleris, vel ſcutis in auro ad rationem tot librarū, adhuc æſtimatio tantum debetur, & mentio aureorum in auro, vel thalerorum habetur pro non adiecta; eamdem ſententiam, ex profeſſo etiam ſequitur Renerius Bardellius, *in tractat. de monetis, & re nummaria, cap. 5. num. 3. cum ſeqq.* Gaſpar Anton. Theſaur. *de monet. par. 2. num 43. & quæſt. 72. lib. 4.* & non diſſentit Surd. *conſ. 368.* quando æſtimatio facta eſt taxationis gratia, provt factum fuiſse hic ſuperius oſtendi.

Secundo principaliter moueor, quia ex obſeruantia ſolutionum, & petitionum factarum à Camera de libris, & ſic de eſtimatione, declaratum fuit, qualiter æſtimatio iſta fuerit facta, an taxatiuè, & an demonſtratiuè, & de quibus ſcutis intellexerit Sereniſſimus Dominus, itavt ab ea amplius recedi nequeat, in hac enim
11 materia † augumenti monetæ, quoties verſatur aliqua difficultas, de quibus nummis partes intellexerint, ſtandum eſt obſeruantiæ ſolutionum factarum, vt ſcripſerunt Bald. *in l. ſi certis annis, num. 9. Cod. de pact.* Grat. *conſ. 12. num. 39. cum ſeqq. volum. 1.* Menoch. *conſ. 49. numer. 20.* vbi infinitos allegat D. Surd. *conſil. 224. num. 14. & conſil. 335. num. 26.*

Tertio, ſcutus aureus à libris quinque, & ſolidis decemocto eſt moneta imaginaria, cuius non reperitur certa ſpecies, nec reperiebatur tempore contractus, vt ſuperius deduxi, *in verſic. tum, & tertio, &c.* ſicuti, & eſt moneta imaginaria *(libra)* quia nulla moneta appellatur libra, licet adſit nummus valoris vnius libræ, ſcilicet ſolidorum 20. in his autem monetis imaginarijs, quas neceſse eſt conficere ex paruis, & ſolidis; non ha-
12 betur † in conſideratione bonitas intrinſeca, vel extrinſeca, nec augumentum, vel diminutio, Theſaur. Iun. *de monetis, par. 2. num. 30. & ſub num. 46. verſic. nam cum iſtud diffinitum, fol. 155.* D. Surd. *conſ. 335. numer. 12. circa finem.*

Quarto, & vltimo in commiſſione data à Sereniſſimo, quod d. Commune deberet perſeuerare in hac cōductione additur, vt perſeueret, *conforme à quello, c'hāno fatto per lo paſſato,* vnde cum ſit relatiua ad id, quod fuit obſeruatum pro præterito à d. Communi, a quo nūquam ſolutum fuit, niſi iuxta extinctionem in tot libris, ſequitur, quod ex pacto ipſius met Cameræ, ipſa confundatur, quæ ſi aliud ſentiebat debebat apertius legē
13 conuentionis dicere, & ob id † contra eam venit interpretanda, iuxta *leg. veteribus, ff. de pact.* & cum ſit odioſa, vti cogens d. Communitatem inuitam ad contrahendum, non poteſt, nec debet, niſi ſtrictiſſimè, & provt ſonat, intelligi ac interpretari.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Præſcribitur ius conductionis, ſpatio triginta annorum. Plura de Colonis aſcriptitijs; & ei ſimilibus, eorumque iure in prædijs, cui ſunt addicti. Reuocatio ad quod tempus facta cenſeatur. De prorogatione locationis. Sublocator ad quid tenetur ſubconductori. De intempeſtiua Domini denunciatione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſcutorum puta, ſi poteſt ſoluere in moneta æquiparatur debitori moneta, & ambo eam ſoluendo liberantur.*
2 *Ius perpetuæ Coloniæ, ſeu conductionis præſcribitur ſpatio 30. annorum; cum penſio fuit vniformis.*
3 *Aduerſa ſententia plures Doctores afferuntur, ſed demonſtrantur minus ſequendi, & cur.*
4 *Cum æquitas ſtat pro conductore procedit ſine dubio ſententia amplexata.*
5 *Coloni, qui ſua impenſa, & incommodo agros ſteriles reddiderunt fertiles, non poſſunt à Dominis expelli; nec eis penſio augeri.*
6 *Cum conductio non fuit reſtricta ad certos annos, ſed potuit colonus habere coloratum prætextum perpetuitatis, omnes Doctores etiam alias appoſiti admittunt præſcriptionem.*
7 *Verbum,* Perſeuerare, *denotat perpetuitatem.*
8 *Dictio,* Per, *in verbo compoſito denotat perfectionem, & intentionem.*
9 *Aſcriptitij coloni erant, qui fundo debebant incumbere, nec inde ſe eximere; nec eorum filij.*
10 *Aſcriptitiæ conditionis coloni ſunt ſimiles colonis extraneis, & conductoribus*
11 *Aſcriptitij coloni non poſſunt expelli à Dominis.*
12 *Domini non poſſunt hos colonos ſeparari a prædijs legando, vendendo, vel alio modo.*
13 *Aſcriptitij Coloni poſt culturam 30. annos fiebant liberi; non tamen ad loca migrare poterant.*
14 *Aſcriptitij poſſunt de iure Coloniæ teſtari inter ſuos liberos.*
13 *Text.* in leg. cum ſatis. §. cum autem, Cod. de agric. & cenſit. lib. 11. *habet locum etiam in alijs colonis, quam aſcriptitijs.*
16 *Relocatio præſumitur facta ad annum, etſi locatio prior fuerit ad plures annos.*
17 *Cum fructus rei percipiuntur de die in diem, relocatio eius præſumitur facta tantum pro tempore, quo conductores permanent in conductione.*
18 *Prorogatio locationis ob tempus ipſius finitum cenſetur facta ad tantundem tempus.*
19 *Sublocator tenetur ad manutenendum ſubconductorem, ſi ei à Domino fuit denunciatum, vt perſeueret.*
20 *Prohibens aliquid intempeſtiuo tempore, & re non integra audiendus non eſt.*

CON-

CONTROVERSIA DCLXXIX.

Lis denuo excitata per agentes Sereniſſimæ Cameræ, contra Commune Doſuli, duo continet capita; Alterum, quod aliàs quoque fuit promotum pro augmento ſcuti aurei iu auro prætenſo ab ipſa Camera pro affictu Molendini, quod tamen fuit reſolutum ad fauorem ipſius Communis, nequaquam deberi, Alterum vero nunc propoſitum, quod dictum Commune non poſſit amplius perſeuerare in conductione dicti Molendini, ſed illud liberum relaxare debeat ipſi Cameræ.

Quo ad primum caput, aliàs latè ſcripſi ſuper eo, & multas adduxi rationes, ob quas clariſſimè demonſtraui ipſum Commune fore abſoluendum à dicta petitione augumenti monetæ, & inter alias, illa eſt irrefragabilis, quod mentio aurei cum deſignatione valoris puta à libris quinque, & ſolidis decem octo; provt in caſu iſto loquitur partita huius affictus, quandoque ſtat demonſtratiuè, quandoque taxatiue, & vbi ſtat taxatiuè, ſiue limitatiuè; tunc ſemper commodum, & incommodum ſpectat ad debitorem, nec creditor poteſt prætendere, niſi æſtimationem taxatam, & quantitatem librarum limitatam, vt probaui in ipſis ſcriptis, *in verſiculo ſtante igitur*, ſcutos autem in propoſito caſu fuiſſe æſtimatos in tot libris taxationis gratia, tam clare exprimit ipſa partita debiti in illis verbis, *valutati libre cinque, ſoldi* 18. vt nullus ambigendi circa hoc remaneat ſcrupulus, quod etiam, vltra prædicta verba clara, per alia quattuor fundamenta demonſtraui in eiſdem ſcriptis, *verſiculo; Primo quia ſcuti, &c,*

1 Addo, quod vbi debitor ducatorum, vel † ſcutorum poteſt ſoluere in moneta, reducitur ad terminos illius, qui eſt debitor pecuniæ in genere, puta tot librarum, quo caſu ſolutio fit de libris tantum, ſecundum ſolutionum tempora, vt tradit Brunus, *in tractatu de augumento monetæ, in quinta particula, incipiente, quinto prædicta concluſio, ſub numero ſecundo*, vbi inquit, quod ſufficit dare ducatos, vel ſcutos ad rationem tot bagatinorum, ad quod allegat Marianum, Socinum Seniorem, *conſilio ſexto, volumine primo*, qui hoc fortius voluit in obligatione ducati auri ſimplici ſine aliqua limitatione, quod reſpondit etiam Papon. *conſilio decimo ſeptimo per totum*, Curtius Senior, *in tractatu de monetis, quæſtione decima*, Elbet. Leonin. *conſil.* 31. *per totum*.

Et quia in hoc puncto nihil mihi addendum remanet, me remitto ad dictas meas allegationes, ex quibus arbitror ſicut aliàs; ita nunc quoque iudicandum eſſe ad fauorem ipſius Commenis, confirmando primam ſententiam, cum etiam vbi aliquod peti poſſit augumentum, quod omnino negatur id intelligeretur pro futuris ſolutionibus, non autem pro præteritis, ſicuti, quandoque vidi iudicatum per Excellentiſſimum Senatum, qui condemnauit q. D. Cæſarem Mennum erga M. Reuerendos Carmelitanos ad augumentum monetarum in futuris ſolutionibus, pro præteritis autem illum abſoluit.

Non obſtant autem, quæ excitauit Dominus Auelanus, quia non tollunt rationes per me adductas, & ipſe met fatetur deficere libros Anni 1580. & 1581. à quibus incipit origo huius debiti, quia controuerſia non verſatur circa quattuor annos primæ locationis ceptæ de Anno 1576. ſed circa illam inchoatam de Anno 1580. vnde ex ſolutionibus ſemper acceptatis in vniformi penſione tot librarum fundata eſt intentio communis, niſi producantur libri prædicti, ex quibus oſtendatur ius prætenſum à Camera; quibus deficientibus deficit etiam probatio ipſius Cameræ; vnde actore non probante, reus venit abſoluendus, *leg qui accuſare, Cod. de edend.*

2 Deuenio ad ſecundum † articulum, An dictum Commune Doſuli poſſit expelli per Sereniſſimam Cameram à conductione ipſius Molendini, in qua perſeuerauit per triginta quattuor annos, & vltra, In quo concludo negatiue ipſum expelli non poſſe, quia ius perpetuæ coloniæ, ſeu conductionis præſcribitur triginta annis, quando per dictum tempus penſio ſemper fuit vniformis, vt voluerunt Andreas de Iſernia, *in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, ſub numero trigeſimo ſeptimo, verſiculo Certè tutius eſt de prohibit. feud. alienation. per Federicum, fol. mihi*, 686. Gulielmus de Cuneo, *in leg. malè agitur, ſub numero ſecundo, verſiculo, ſi autem uniformem*, & ibi Iacobus de Arena, *ſub numero tertio*, Albericus, *verſiculo, ſed licet rem non præſcribat*, & clarius Baldus, *in prima lectura, ſub numero quarto, verſiculo ſi vero conductio fuit*, & ibi Angelus, *ſub numero quinto, in ſimili verſiculo, Codic. de præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum*, Idem Baldus, *in leg. omnes, ſub numero tertio, verſiculo, Exemplum colonus, &c. Codic. eodem titulo*, Alexander, *in additioi. ad Bartolum, in leg. item quæritur, §. qui impleto, in prima additione, ff. locat.* Bertachinus, *in ſuo repertorio, in verbo colonus, verſiculo Colonus an præſcribat ius coloniæ*, Florianus, *in leg. quod autem, circa finem, ff. de ſeruitute vrbanorum prædiorum*, Ioannes de Amicis, *conſil.* 150. *numero vigeſimo*, Afflictus, *deciſ.* 365. *numero decimotertio*, Gozadinus, *conſilio nono, numero octauo*, Pariſius, *conſilio vigeſimo tertio, volumine quarto*, vbi loquitur in conductione Molendini, Berous. *in cap. dilecti filij ſub numero vigeſimoquarto, verſiculo, At his non obſtantibus, extra de arbitris*, idem late, *conſil.* 113. *ſub numero tertio, & per totum, volumine primo, & quæſtione familiari decima quarta*, Crauetta, *conſ.* 107. *circa finem*. vbi dicit hanc opinionem videri veriorem, Merzarius latè, *conſilio decimo ſexto, aliàs eſt conſilio decimo quinto, in primo dubio*, vbi admonet, ab hac opinione in iudicando nõ eſſe recedendum, Simon. de Prætis, *conſilio quinquageſimo ſecundo, numero decimo, volumine ſecundo*, Carotius, *de locationibus, in titulo de præſcriptione, numero ſexto, fol. mihi*, 229. *in magna impreſſione*, Polidorus Ripa, *obſeruatione trigeſima quarta, ſub numero ſexto, ſeptimo, & octauo*.

3 Et licet † Crauetta, *in tractatu de antiquitate temporis, in quarta parte, ſectione incipiente Materia iſta à numero* 100. *vſque ad numerum* 125. ex profeſſo per viginti argumenta hãc ſententiam impugnauerit, & contrariam etiam ſecuti ſunt Rinus, *conſilio ſexageſimo primo, per totum, maximè ante numerum nonum, cum ſequentibus, & conſilio ſeptuageſimo quinto, volumine primo, & conſilio centeſimo quinquageſimo primo, numero decimo nono, & vigeſimo, volumine quarto*, Vrſillus ad Afflictum *deciſion.* 365. *ſub numero decimo quinto*, Socinus Iunior, *conſilio ſexageſimo tertio, ſub numero decimo octauo, & decimo nono, volumine ſecundo*, Ancharanus Regienſis, *quæſtione vigeſima quarta, numero decimo, parte prima*, Magonius, *deciſione Florentina ſecunda, ſub numero quarto, verſiculo, Quibus non obſtantibus*, Peregrinus, *conſilio ſeptuageſimo quarto, numero decimonono, & vigeſimo, volumine primo, & deciſione quinquageſima ſecunda*, vbi diſtinguit multos caſus, Schraderus, *conſilio quadrageſimo octauo, numero ſexageſimo octauo, & numero nonageſimo, volumine ſecundo*, Burſattus, *conſ.* 330. *numer.* 13. *& per totum, volum.* 3.

Nihilominus ex prædictis apparet, priorem opinionem, & numero, & grauitate auctorum longè præponderare, præſertim quia multi contrariæ partis, & præcipuè Burſattus, *dict. conſil.* 330. loquuntur in colonis partiarijs, quos multi voluerunt nullo tempore præſcribere, vt per Ancharanum Regienſem, *quæſtione vigeſima quarta, numero decimo quarto, parte prima*, Magon. *deciſione Florentina ſecunda, numero ſecundo, in fine*, Ripa, *obſeruatione trigeſimaquarta, numero decimo*, vnde Crauetta, *in dicto tractatu de antiquitate temporis dicta ſectione, incipiente materia iſta, ſub numer.* 125. *verſiculo Plane quia auctoritas*, parum confidens de ſuis ar-

gumentis, ſubdit magnam eſſe auctoritatem Baldi,
Angeli, & Alexandri, & ob id omnia ſubijcere rectiori
iudicio, quod aduertit etiam Merzar. *d.conſil.16. nume-
ro primo.*
4 Et ſubdit Crauetta. † *ſub dicto num.125.verſic. Poſ-
ſet caſus, &c.* quod ſi contingeret caſus, in quo ex facti
circumſtantijs æquitas militaret pro conductore tunc
ſeruanda eſſet opinio Baldi, & ſequacium. In propoſi-
to autem caſu iſta æquitas conſiderari poteſt, ex eo quod
Commune inuitum fuit coactum ad conducendum ip-
ſum Molendinum ab initio, vt ex litteris Domini Oliui
productis in proceſſu, *fol.26.* cum propria iactura,
quia multo minus per nouem annos illud ſublocauit, vt
ex fide in eodem proceſſu, *fol.16.fac.2.& fol.17.* vnde
ſi in vno grauatum fuit, vt conduceret contra ſuam vo-
luntatem, quando perdidit in locatione in alio releua-
ri debet, vt tunc nequeat expelli, ſi contingat aliquid
ſuperlucrari poſſe argumento eorum, quæ tradit Bar-
tolus, *in leg.quicumque, la ſeconda, in fine, Codic. de
omni agro deſert. libro vndecimo,* vbi inquit, quod Co-
loni, qui ſua impenſa, & proprio incommodo agros
5 ſteriles, bonos, & fertiles fecerunt, † non poſſunt per
Dominos expelli, nec eis penſio augeri debet, quem ſe-
quuntur Caſtrenſ. *conſil.142. numero primo, in fine, vo-
lumine ſecundo.* Barbatia, *in capitulo ad aures, numero
tertio, in fine, de rebus Eccleſiæ non alienandis,* Ruinus,
*conſil.157.numero decimo quarto, & decimo quinto, vo-
lumine primo,* Beccius, *conſilio tertio, ſub numero vigeſi-
mo nono.*
6 Sed vt omnis hæſitatio tollatur dico, † quod hi,
qui tenent eam opinionem, quod Colonus non præſcri-
bat ius perpetuæ coloniæ, fatentur nihilominus opinio-
nem Baldi, vt tale ius præſcribatur, procedere, & obti-
nere, quando non conſtat, quod ab initio conductio
fuerit reſtricta ad certos annos, & colonus potuit habe-
re aliquem coloratum prætextum huius perpetuitatis,
vt tradunt prædicti omnes ſuperius citati pro contraria
parte, & præcipuè Ruinus, Ancharanus, & Magonius.
Profecto autem hic non deficit iſta colorata credulitas,
ex iuſſione Principis, qui ſine vlla limitatione temporis
mandauit dictum Commune perſeuerare in hac condu-
ctione, vt ex dictis litteris regiſtratis in proceſſu, *fol.
26.fac.1.* quod ſuadet etiam illud verbum, *Perſeuerare,*
7 † præſeferens quandam perpetuitatem, cum importet
peragere aliquid cum quadam conſtantia, & quaſi qua-
dam ſeueritate continuare, vt explicat Calepinus, *in
8 hoc verbo.* † & cum quadam conſtantia, & quaſi per-
tinacia durare, vt tradit Nicolaus Perottus, *in ſua cor-
nucopia,* Nam dictio, *Per,* in verbo compoſito ſigni-
ficat perfectionem, & quamdam intenſionem.
Addo, quod hæc coacta conductio imperata huic
Communitati fecit quodammodo eam aſcriptitiam in
9 hac colonia; aſcriptitij † enim coloni erant, qui inui-
ti cogebantur adhærere ſemper fundo, & illius culturæ
incumbere, nec ſe ab hoc onere eximere poterant, nec
eorum filij, *leg. omnes, la prima, leg.ſeruos, leg.cum ſci-
mus, §. illud quoque, leg. cum ſatis, Codic. de agricol. &
cenſitis, libro decimo primo,* & omnes aſcriptitiæ condi-
tiones ſunt colonis, & conductoribus extraneis perſimi-
10 les, † vt tradit Conanus, *libro ſecundo, commentario-
rum iurium ciuilium, capitulo decimo, ſub numero tertio,
verſiculo omnes enim, &c. fol.mihi,* 177 qui citat textum,
in leg.cum ſcimus, ibi, *in huiuſmodi difficultatibus, ex
pluribus capitulis conductiones oſtendi, Codic. de agricol.
& cenſit.libro decimo primo,* legendo conductiones, pro
vt habent textus vulgares, licet lectio Florentina ha-
beat, *conditiones,* ſicuti autem dicti coloni non poſſunt
ſe liberare, & eximere ab ipſa colonia; ita quoque non
11 † poſſunt expelli à Dominis, *dict.leg.cum ſatis, verſic.
caueant autem poſſeſſionum Domini, &c.* vbi Ioannes de
Platea, *Codic. de agricol. & cenſit. libro decimo primo,*
Franciſcus Conanus, *dicto libro ſecundo, commentario-
rum iurium ciuilium, capitulo decimo, numero quinto,
verſiculo, Hæc ergo ſuit aſcriptionem, fol. mihi,* 179.
Menochius, *conſil.989 numero trigeſimo ſeptimo,* quod
12 adeo verum eſt, vt Domini nullo pacto poſſent † ſe-
parare iſtos colonos à dictis prædijs vendendo, legan-
do, vel alio quouis modo diſponendo, *leg.ſi quis inqui-
linos, 112. in principio, ff. de legatis primo, lege ſecunda,
& leg.ne diutius, Codic.dicto titulo de agricolis, & cenſit.
libro decimo primo,* vbi *in dicta lege ne diutius,* dicitur
poſſe quidem dominum à ſe expellere, & ſuo dominio
hos aſcriptitios, ſed tamen vna cum ipſa terra, quam
colunt.
13 Denique † generaliter ſtatuit, *dict.leg.cum ſatis, §.
cum autem, Codic.eodem titulo, de agricolis, & cenſit.
libro decimo primo,* eos, qui per triginta annos colona-
ria conditione detenti ſunt fieri liberos, ſi erant ſerui,
non poſſe tamen relicta terra, quam colunt ad alia
loca migrare, ſed nec etiam è conuerſo Dominos poſſe
eis quidquam innouare, adeovt (vt inquit gloſs. ibi, in
verbo, *Permanere*) poſſint de hoc iure coloniæ teſtari
14 inter ſuos liberos, quod adnotauit etiam Menochius
conſil.989. in tertia dubitatione, numero vigeſimo tertio,
15 *& numero trigeſimo ſexto,* & dictum textum loqui † de
alijs colonis diuerſis ab aſcriptitijs admonet eo loci Io-
annes de Platea, *in principio dicti §. cum autem.*
Sed vbi non poſſet dici præſcriptum dictum ius per-
petuæ coloniæ, ſeu conductionis (quod omnino nega-
tur) quæritur an ſaltem dictum Commune poſſit perſe-
uerare in ipſa conductione per quadriennium ſicuti à
prima origine de Anno 1576. pro tanto tempore fuit fa-
cta locatio, vt in fide producta, *folio decimo quarto, fac.
2.*
16 Videretur † negatiue reſpondendum, quia tacita
renouatio locationis, & conductionis videtur facta pro
vno anno tantum, licet ab initio inducitur fuiſſet multi
maioris temporis, puta quinquennij, vt eſt textus, *in
lege, item quæritur, decima tertia, §. qui impleto, qui
eſt, §. finalis,* ibi, *& ſi luſtrum forte ab initio,* vbi etiam
gloſs. *in verbo præſtitutum, Codic. de locat.* Baldus, *con-
ſil.448.ſub numero ſecundo, verſiculo licet in contractu
locationis, volumine quarto,* idem Baldus, *in leg.legem,
ſub numero quarto, Codic.de locat.* Menochius, *libro ter-
tio, præſumptione octogeſima quinta, numero ſeptimo,*
Carotius, *de locat. in titulo de renouatione locationis, quæ-
ſtione trigeſima, numero ſeptimo, fol.155. in magna im-
preſſione.*
17 Immo cum fructus Molendini percipiantur de † die
in diem videtur, quod renouatio facta intelligatur tan-
tum pro tempore, quo conductores permanent in con-
ductione, & non vltra poſt factam contradictionem à
locatore, *d.leg.item quæritur decima tertia in fine, ff. lo-
cat.* Menochius, *dicta præſumptione octuageſima quinta,
numero ſeptimo, octauo, nono, & decimo, libro tertio,*
Ancharanus Regienſis, *quæſtione quadrageſima ſecunda,
num.5.part.1.*
Contrarium verius exiſtimo, vt ipſum Commune
poſſit perſeuerare, per quadriennium integrum in dicta
conductione,
Primo, quia hic non verſamur in tacita renouatione
locationis, ſed in expreſſa prorogatione, ſeu renoua-
tione, ſine aliquo temporis præfinito, vt in litteris Do-
mini Oliui, *folio vigeſimo ſexto, fac.1.* ibi, *Sua Altez-
za ordina, che coteſta Communità perſeueri nella condot-
ta delli Molini di Sua Altezza coſti, conforme à quello,
c'hanno fatto per lo paſſato,* prorogatio autem, ſeu ex-
preſſa renouatio, alio non apparente præſumitur facta
17 † ad tantumdem tempus, Felinus, *in capitulo de cau-
ſis, numero ſecundo, in fine, de Officio delegati,* So-
cinus Iunior, *conſilio ſexageſimo tertio, numero ſexto,
volum.2.*
Secundo, quia commiſſio præfata expreſſè loquitur
vt perſeueret, vt in præteritum fecit, & ſic de quadrien-
nio in quadriennium.
19 Tertio, & vltimo, quia denunciatio non perſeue-
ret fuit facta tempore incongruo, & rem non integram
propter ſublocationem factam ab ipſa Communitate
eiuſdem Molendini, ad quam manutenendam obliga-
ta eſt, ita non obſcurè voluit Alexander, *conſilio primo,*
ſub

Digitized by Google

ſub numero decimo tertio, verſic. nec obſtat ſi diceretur, quod Princeps, &c. volumine ſecundo, Menochius, *libro tertio, præſumpt. 85. ſub numer. 43. verſicul. Cæterum prædictis.* Quis enim audiri non debet; vbi intempe-
20 ſtiuo † tempore, & re non integra ſimiles actus gerit, *leg. mancipiorum, ff. de option. legat. leg. final. Codic. de repudianda hereditate, leg. quod ſi minor, §. Scæuola, ff. de minoribus, leg. ſi pecuniam, in principio, ff. de condiction. cauſ. data, l. ſi quis, ff. de iure deliberand.*

A R G V M E N T V M.

De fide habenda documento extracto, parte non citata. Officiali non creditur, niſi in concernentibus ſuum officium. Scriptura, vel depoſitio referens non operatur, niſi apparente, & producta ea, quæ refertur. Et de forma ſolutionis præſcribenda.

S V M M A R I V M.

1 *Exemplum extractum è libris publicis per Officiales præſumitur factum ſecundum veritatem.*
2 *Qualibet ſcriptura præſumitur vera.*
3 *Falſitas non præſumitur. Nec error, & numero quarto.*
5 *Fides, vel ſcriptura, vt reuocari poſſit, vt erronea, vel falſa, eſt vt talis demonſtranda, & comprobanda.*
6 *Aſſerenti ſe commiſiſſe falſum ad tertij præiudicium, non creditur.*
7 *Extractio facta è libris etiam publicis, non citata parte, non probat.*
8 *Exemplum non probat, niſi conſtet de tenore originalis.*
9 *Fides etiam Officialis, quod aliquid non reperiatur in ſcriptura, non probat, niſi ipſa ſcriptura ſimul producatur.*
10 *Talis atteſtatio etiam viginti virorum non probat, quia tales deponerent vti teſtes examinati, non citata parte, & num. 18.*
11 *Solutio ſubſequens declarat præcedentem obligationem ambiguam.*
12 *In monetis ſtandum eſt in dubio, obſeruantiæ ſolutionum factarum.*
13 *Creditur Officiali atteſtanti; ſed in ſpectantibus ad ſuum officium.*
14 *Et libris aliquod continentibus, quod concernat proprium negocium, & ad quod ſunt deſtinati; non aliàs; Etiam ſi ex aduerſo extaret Statutum, & num. 15.*
16 *Referens non operatur, niſi apparente relato, & numer. 17.*
19 *Nemo ſine ſuo conſenſu obligatur.*
20 *Locatio, & conductio exigunt conſenſum vtriuſque partis.*
21 *Per tempus 30. annorum præſcribitur ſolutionis forma, vt fieri debeat ex aliqua moneta, & non de alia, &c.*

C O N T R O V E R S I A DCLXXX.

FVndamenta aliàs ſolidè iacta pro Communitate Doſuli in cauſa contra eam mota per Sereniſſimam Cameram, nequaquam debilitata fuerunt per aſſertas fides nouiſſimè productas, ſub die 8. & 9. Octobris 1615. nec per parcellas præſentatas, ſub die 20. Decembris 1614. vti extractas ex libris Cameralibus, quinimo potius ex illis iura ipſius Communitatis fortiora reddita ſunt.

Siquidem fides prima vice facta per Dominum Rubertum, & producta vſque ſub die 4. Martij 1609 qua apparet ſcutos ſoluendos per dictam Communitatem fuiſſe limitatos, & quam ipſe Dominus Rubertus atteſtatur de verbo ad verbum à ſe extractam fuiſſe è libris Ca-
1 meralibus † præſumitur facta ſecundum veritatem, Purpurat. *conſil. 142. numero ſecundo*, cum qualibet ſcri-
2 ptura † præſumitur vera, Cephal. *conſil. 540. numero*
3 *nono*, quia falſitas † non præſumitur, Maſcard. *concl.*
4 *746. numero primo*, ſicuti nec † error; idem Maſcard. *concluſ. 638. numero primo*, Vnde ad hoc vt reuocari poſſet dicta fides docendum erat de errore, ſeu diuerſitate
5 † ab ea parcella, quæ aſſeritur deſcripta in libris Cameralibus, Ruminald. Iun. *conſil. 130. numer. 24.* Fabius Turret. *conſil. 85. ſub numero ſecundo, verſicul. Reſpondetur*, qui quidem error non remanet probatus, nec ex dicta fide poſteriori facta ab eodem Domino Ruberto, in qua aſſerit ſe ex capite addidiſſe illa verba, *valutati lire cin-*
6 *que, ſoldi* 18. quia aſſerenti † ſe commiſiſſe falſum ad præiudicium tertij, non creditur, Caſtrenſ. *in leg. Seia, numero primo, & ſecundo, ff. ad Velleian.* Roland. *conſil. 58 numero decimo primo, & conſil. 81. numero ſeptimo, volumine ſecundo*, Boſſius, *in titulo de falſis, numero nonageſimo quinto*, Surdus, *deciſ. 135. numero ſecundo, & per totam*, Nec ex parcellis prædictis productis, ſub die 20.
7 Decembris 1614. quia non fuerunt extractæ † in iudicio, nec citata parte, vt poſſit videri liber, & originalis ſcriptura, Nicolaus Genua, *in tractatu de ſcriptura priuata, libro quinto, titulo primo, ſub numero decimo quarto, fol. 337. in parua impreſſione, & fol. 263. in magna,*
8 exemplum enim non probat, † niſi conſtet de tenore originalis, *capit. final. de fide inſtrumentorum*, Ruinus, *conſil. 101. numero tertio, volumine tertio*, & ita poſſent eſſe erroneæ, vel falſæ iſtæ, ſicuti de hoc vitio arguitur illa prima; vnde non conſtito de veritate, & errore illi primæ ſtandum eſt, vt ſupra dicebam.

Secundo animaduerto, quod illa ſecunda fides non videtur contrariari illi primæ, nec illam deſtruere, nam prima aſſeritur extracta ex libro intitulato Oeno; fides vero poſterior non dicit, quod illa verba non reperiantur in eo libro Oeno, ſed quod non reperiebantur in commiſſione data à Domino Secretario Mundino, adeo vt ſolida maneat prima fides, & in quantum poſtea dicit, quod non reperiebantur in illa commiſſione, nullam fidem facit non apparente ipſa commiſſione, quia eius
9 aſſertio, & fides ſortitur tantum vim vnius teſtis, †. & teſtis deponentis, non citata parte, cui ob id nulla præſtanda eſt fides, vt aduertit Caccialup. *in leg. admonendi, numer. 19. verſicul. Tu diligenter, vltra doctores aduertas,*
10 *ff. de iureiurand.* vbi inquit quod etiam ſi eſſent † viginti, qui facerent fidem, & atteſtarentur de ſcriptura à ſe viſa non probarent, niſi produceretur; quia deponerent, vti teſtes non examinati à Iudice citata parte, vbi exclamat hanc rationem ponderandam eſſe, nec ab aliquo euſque animaduerſam fuiſſe.

Et quod non admittantur probationes per iſtas ſimiles fides, quia eſſet tollere facultatem parti dandi ſua interrogatoria, tradunt etiam Rota apud Cæſar Graſſ. *deciſ. 172. numero decimo tertio*, & apud Farinacc. *deciſ. criminal. 30. ſub numero ſexto*, Mari. Antonin. *libro ſecundo, reſolutione decima quinta, numero quinto*, Pereg. *conſilio vigeſimo ſecundo, ſub numero tertio, volumine quarto.*

Tertio vbi verè Dominus Rubertus addidiſſet illa verba, *Valutati*, adhuc tamen hoc nihil officeret, quia idem in effectu reſultat ex reductione dictorum ſcutorum ad libras; nam etſi extractio dictarum librarum duplici de cauſa fieri potuiſſet, vel commodioris computationis gratia, & quia tunc conficerent dicti ſcuti tot libras, vel quia vere dicti ſcuti fuerint limitati ad ipſam quantitatem librarum, attamen in propoſito caſu dicendum eſt reductionem ad libras fuiſſe taxationis, gratia ita ſuadentibus ſolutionibus annorum trigintaquinque, nam talis præſumitur præceſſiſſe
11 obligatio, qualis ſubſecuta eſt ſolutio, & ſolutio † declarat obligationem ambiguam, Bald. *in leg. ſi certis annis, numero vndecimo, Codic. de pactis*, & in propoſito Purpurat. *in leg. cum quid, num. 172. ff. ſi certum petatur*, idem, *conſil. 402. numero trigeſimotertio, & conſil. 423. numero vigeſimo quarto*, Maſcard. *in verbo ſolutio, concluſ. mihi, 1325. numero nono*, Petr. Caball.

conſil.95.num.12.volum.2.

Et in materia monetarum ſtandum eſt obſeruantiæ
12 † ſolutionum factarum, vbi verſatur aliqua difficultas,
Gratian. *conſil.12.numero trigeſimonono,cum ſequentibus, volumine primo,* Menochius,*conſil.49. numero vigeſimo,*
vbi plures allegat,Surdus, *conſil.224.numer.14.& conſil. 335.num.26.*

Addo, quod etſi iſta limitatio, & taxatio non legatur expreſſe in illa prima parcella producta prima vice,legitur tamen in alijs productis per Cameram ſub die
vigeſima Decembris 1624. vbi ita cantant, *Il Commune, & huomini di Doſolo deue dare ſcuti 650. d'oro in oro da lire 6. l'vno, &c.* itavt veriſimile ſit limitationem originem habuiſſe à prima commiſſione Domini Mundini, cui non officit fides facta à Domino Ruberto,
quod dicta commiſſio non continebat aliquam valutationem, quia ſupra oſtendi ſimiles fides non facere ſuf-
13 ficientem probationem, & licet † quandoque credatur Officiali, Bartolus, *in leg. Diuus, numero octauo, ff. de cuſtodia reorum,* Ruinus. *conſil.56. numero quinto, volumine primo,* Pacianus, *de probationibus, libro primo, capitulo quadrageſimo octauo, numero quadrageſimo,* tamen id procedit in ſpectantibus ad eius Officium
vt per prædictos Doctores, qualis non eſt atteſtatio
iſta; Præterea illud verum eſt, vbi non verſatur magnum præiudicium tertij, Bartol, & Pacian. *locis proximè citatis.*

Quarto dico, quod nullibi probatur hæc obligatio Communitatis ad ſoluendum dictam quantitatem ſcutorum 650. auri in auro, nam etſi id legatur in dictis aſſertis libris Cameralibus, nihilominus iſtud contingit
per relationem ad aſſertam commiſſionem deſcribendi, qualiter eius celſitudo, ita mandauerat; per hæc
verba, *Nota come Sua Altezza hà commandato, ch'il fitto delli ſopraſcritti Molini ſia annualmente ſcuti 650. d'oro in oro, & non ſcuti 626. come per lettera del Signor Secretario Mondino, &c.* quo fit, vt duplici reſpectu
14 tales libri † non probent, primo quia illis non creditur, niſi in pertinentibus ad officium officialis, qui eos
conſcripſit, & ad materiam negotij ipſorum librorum,
Beccius, *conſilio quinto, ſub numero nono, verſiculo Poſtremo, &c.* Surdus, *conſil.151.numer.88.* Iaſ. *conſil.103.*
15 *volumine primo,* † vbi hoc ampliat etiam ſi extaret Statutum, quod talibus libris fides præſtaretur; nam intelligeretur in concernentibus eorum negotium; & ideo
concludit, quod ſtante decreto Parmæ, quod fides adhibeatur omnibus ſcripturis datiorum, adhuc tamen
non erit credendum illis, reſpectu cuiuſdam fideiuſſionis in eis deſcriptæ; refert, & ſequitur Pacian. *de probationibus,lib.1.cap.63.num.33.* Non pertinet autem ad
prædictos Officiales, nec ad materiam ipſorum librorum continere commiſſiones datas à Sua Excellentia,
ſed tantum credita Cameralia.

Secundo non probant, quia ſe referunt ad dictam commiſſionem, quæ non reperitur; referens enim
16 † nihil operatur, niſi appareat de relato, *Authent.ſi quis in aliquo, Codic.de edend.* & in ſpecie, quod libris,
quibus ex Statuto eſt præſtanda fides, non credatur in
17 eo, quod continent † per relationem ad aliud,niſi relatum producatur, tradunt Caccialup. *in repetit.leg.admonendi,ſub num.19.verſic.ex prædictis etiam, qua dicuntur,ff.de iureiurand.* Beccius,*conſilio quinto fere per totum, maxime ſub numero quarto,& quinto,* Surdus, *conſil.151. ante num.85.* Commiſſionem autem ipſam non probari
per fidem ipſius Dom.Ruberti, qui aſſerit ſe eam ſæpè vi-
18 diſſe, ſuperius admonui, quia ſortitur vim vnici † teſtis
deponentis parte non citata. & ad probãdum tenorem
ſcripturæ, ſicuti & in cæteris non ſufficit vnicus teſtis,
ad tradita per Surdum, *conſil. 109. numero decimo tertio.*

Quinto animaduertant Iudices, quam iuſtitiam contineat dicta aſſerta commiſſio, quod pendente locatione quattuor annorum pro affictu ſcutorum 526. vt ex fide inſtrumenti, *fol.13.* lapſo primo anno Princeps inuito conductore voluerit augere affictum, vſque ad ſcu-
19 tos 650. cum tamen certi iuris ſit, neminem † ſine ſuo
conſenſu obligari, *leg.quacumque,vndecima, ff.de actionibus,& obligationibus,* Crauett. *conſil.72.numero ſexto,*
Burſattus, *conſil.263.numero vigeſimoſecundo,* & loca-
20 tionem, ac conductionem † requirere conſenſum
vtriuſque partis, *Inſtit.de obligation.ex conſenſ. in principio,* Surdus, *deciſ.33.numero quarto.* Quæ iterum Iuſtitia fecit cogere dictum Commune inuitum ad perſeuerandum in ipſa conductione, finito primo quadriennio, vt de coactione patet ex actis; vtique ex prædictis tantum abeſt, vt Camera aliquod prætendere poſſit, vt immo ad reſtituendum, quod vltra ſcutos 526.
exegit,obligata eſſet, & ſi dicatur,Commune conſenſit,
& acquieuit dictæ iuſſioni, abſit; nam diſſenſus colligitur ex eo, quod coactum fuit inuito perſeuerare in
conductione: ſi replicatur poſtea per longum tempus
acquieuiſſe, reſpondebo, quod acquieuerunt ſolutioni exactæ,non autem alio modo, cum numquam crediderint, nec moniti fuerint ad aliud teneri.

Sexto ab Anno 1577. quo cæpit alterari aureus à libris
5-18. vſque ad libras ſex, vt ex proclamate in actis producto,decurrerunt triginta anni, & longe vltra,per quod
21 temporis † ſpatium præſcriptum eſt huic generi ſolutionum factarum, *cap.olim,* à contrario ſenſu, & ibi
notat. *extr.de cenſibus,* Brunus, *de augmento monetæ.limitatione quarta, numero primo,* Colleg. Papienſ. *in conſilio impreſſo poſt dictum tractatum Bruni, ſub numero ſecundo, & octauo,* Roman. *conſil. 123. in ſecundo dubio,* Boſſi. *in titulo de moneta, numero quinto,* Menoch. *conſil.49.ſub numero vigeſimo, & conſil.138. numero vigeſimo primo,* Bertaz. *conſil.ciuil.71.numer.38.* Surd. *conſil. 335.numero vigeſimo octauo,* Rener. Budel. *de monet.cap. 24.num.17.cum pluribus ſequentibus,* concurrente bona
fide ipſius Communis, tum quia ad plus numquam
fuit requiſitus, quam ex ipſa annotatione in dictis libris
Cameralibus, quod ſcuti eſſent à libris ſex, vt ſuperius
deduxi apparere ex parcellis productis, ſub dicta die
vigeſima Decembris 1614. quæ præſcriptio, vbi non ſufficeret pro futuro, quod tamen non admitto, debet
ſaltem præſeruare, & operari pro augumento præteritorum annorum iam decurſo.

ARGVMENTVM.

De Proxenetico debito ex contractu; De eo non amplius per proxenetam reſtituendo,ſi diſſoluatur contractus.De Venditoris obligatione in id erga emptorem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Perfecto contractu, Proxeneta meretur mercedem ſuam. & num.7.*
2 *Reſoluto eodem contractu ob vitium rei, non tenetur Proxeneta reſtituere proxeneticum; ſed Venditor tenetur emptori.*
3 *Gabellam ſolutam, pro re quæ redhibetur,non reſtituit gabellarius, ſed venditor tenetur conſeruare indemnem emptorem,*
4 *Emptori ſemper remanet actio ad intereſſe pro re tradita non libera.*
5 *Intereſſe ſuccedit loco rei.*
6 *Qui habet actionem ad rem, ipſam rem habere videtur.*
8 *Teſtis varius nil probat.*
9 *Iudex debet iudicare ſecundum allegata,& probata.*

CONTROVERSIA DCLXXXI.

PRoxeneticum, quod habuit Laudedeus de Mutina Hæbreus à D.Io:Gozzio pro emptione terrarum facta per eum,medio ipſius Laudadei à conſortibus de Herſa Hebreis,non ſolum non venit reſtituendum ex eo quod terræ iſtæ, quæ venditæ fuerunt pro liberis repertæ fue-

tæ fuerint feudales, ſed imo cogendus eſt emptor ad
ſolutionem reſidui, quia ex perfectione contractus, de
qua conſtat ex fide inſtrumenti ex aduerſo producta, &
ex ſcripto, in quo Cozzius fatetur ſe debitorem huius
1 proxenetici, vigore contractus iam † celebrati ipſe me-
ruit mercedem ſuam, iuxta *l.1.ff.de proxenetis*, quam
deinde reſoluto contractu, ex vitio, rei ipſe non tenetur
2 reſtituere, ſed tantum † venditores tenentur erga
emptorem ad illius reſtitutionem, vt tradit gloſſ. Angel.
& Cepol. *in l.debet, ff. de adilit. edict.* Prout etiam vide-
mus de gabella ſoluta pro re, quæ deinde redhibetur,
quam Gabellarius non tenetur reſtituere, ſed tantum
3 venditor pro ea obligatur † conſeruare indemnem
emptorem, Bald. *in l.pradium, C.de adilit.edict.* Angel.
in d.l.debet, Bertachin. *de gabell.in 3.memb.octaua partis
principalis, num.33.* Ferrett. *de gabell.numer.62.* Ioſeph.
Ludou. *concluſ.15.de Gabell. illation.30.*
4 Et hæc tanto magis, quia emptori remanet † actio
ad intereſſe pro re tradita non libera contra venditores,
Cagnol. *in l.2.ſub num.227.Cod.de pactis inter empt. &
vendit.* quæ actio fuit acquiſita medio proxenetæ, quod
5 quidem intereſſe, † ſuccedit loco rei, D.Surd. *deciſ.
304.& deciſ.306.vtrobique num.7.* adeovt emptor me-
diante intereſſe rem habere videatur, etiam quod adhuc
6 illud conſecutus non ſit, quia qui habet † actionem
ad rem, ipſam rem habere videtur, *l.qui actionem, ff.de
regul.iur.*
7 Nec obſtat, quod premium non debeatur † vbi a-
ctus perfectè non adimpletur, cum non cadat diſtin-
ctio partitiua operis, qui in caſu iſto perfectè adimple-
tus non videtur, ex quo res libera tradita non fuit, Nã-
que reſpondetur, quod ipſe hæbreus perfecit opus quã-
tum in ſe fuit, & talis fuit perfectio, vt mediante inte-
reſſe emptor dicatur habere rem ipſam perfectam, ſi
vult illud conſequi; & Doctores in contrarium allegati
loquuntur in opere numquam perfecto, non autem in
perfecto, quod deinde reſoluitur.
Sicuti nec obſtat, quod Cozzius nixus eſt probare
Laudadeum promiſiſſe, quod hæ terræ erant liberæ,
quia ipſe teſtis ab eo inductus, iam approbauit hunc
contractum pro valido, petendo mercedem ab empto-
ribus, tamquam mediator ex eorum parte, vt ex actis
productis vltimo loco; vnde ſibi contrariatur, poſtea
8 deponendo contrarium, itavt † eius fides ita diminua-
tur, ne illi credendum ſit.
Sed hæc omnia ſuperfluo deduxi, quia ſtantibus re-
bus, provt ſtant, debet obtinere hæbreus, nam Coz-
zius in proceſſu fundat ſe in hoc, quod terræ per eum
emptæ eſſent feudales, & quod reſolutus fuerit contra-
ctus, & tamen ne dum hoc non probauit, ſed nec qui-
dem minimum inditium de hoc dedit, vnde alio non
docto, non poteſt obtinere, cum non probauerit fun-
damentum ſuæ intentionis.
Et licet forté M. Illuſtris D. Iudex eſſet de hoc aliun-
9 de informatus, non releuat, quia debet, † tantum mo-
ueri ex his quæ apparent in proceſſu, vt ſunt iura nota.

A R G V M E N T V M.

Pœnitentiæ in contractibus nominatis, quando ſit locus, præcipuè in emptione, & venditione. De non adimplemento eius ex parte alterius. Plurima de mora ob id committenda, & purganda. De vſuris, & intereſſe, quæ in eo veniunt. De damno, & culpa horum contrahentium, & Remiſsione tacita iuris competentis.

S V M M A R I V M.

1 *In contractibus nominatis, vt eſt emptio, & venditio, non eſt locus penitentia, poſtquam perfecti ſunt, niſi con-ſenſu mutuo vtriuſque partis.*
2 *Etſi recuſans reſciſſionem, illum non adimpleuit ex parte ſua.*
3 *In contractibus nominatis non habet locum Regula* Frangenti fidem, Fides frangatur eidem.
4 *Non datur actio in his contractibus, niſi ad adimplementum pro parte ſua, ceſſante mora. Vel ad intereſſe, ſi non adimplens fuit in mora, num.*
6 *Culpa non præſumitur, niſi probetur. Siue in faciendo, ſiue in omittendo, & num.7.*
8 *Mora non præſumitur nec ipſa, niſi probetur.*
9 *Venditor frumenti, etſi illud non tradat, & conſignet, non eſt in mora, niſi interpelletur ab emptore, cuius perſona exigitur in conſignatione.*
10 *Emptor tenetur ad ſolutionem totius pretij, ſi per creditorem non ſtetit, quominus res, vel frumentum conſignaretur.*
11 *Venditor ſi per eum non ſtetit, poteſt agere ad pretium, & ad intereſſe, num.12.14.& 16. Siue damni emergentis, ſiue lucri ceſſantis, cum venditor eſt ſolitus negociari, num.15.*
13 *Intereſſe debetur à die traditionis; Et res tradita dicitur, cum per venditorem non ſtat, & emptor ſit in mora.*
17 *Recompenſatoria vſura, ſcilicet ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, ſunt intereſſe, & licitè peti poſſunt.*
18 *Nemo alterius culpa damnum ſentire debet.*
19 *Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.*
20 *In damnis habetur ratio cauſæ remotæ, & qui dat cauſam, illud debet reſarcire.*
21 *Expenſæ litis ſi ſint promiſſæ, debentur, vtcumque promiſſor habuerit iuſtam cauſam litigandi.*
22 *Ceſſo capitali, pro quo debetur intereſſe, illud capitale, vna cum intereſſe debetur ceſſionario.*
23 *Vbi actor prius deficit in contractu, reus poteſt excipiendo recedere ab eo, & recuſare adimplementum.*
24 *Ob defectum cauſæ finalis poteſt recedi à contractu nominato, ſiue agendo, ſiue excipiendo.*
25 *Obligatus ſoluere ad certam diem non poteſt cogi prius; ſed ſufficit ſi illa die ſoluat.*
26 *Moroſus non dicitur, qui impeditur facto aduerſarij.*
27 *Culpa creditoris compenſatur cum mora debitoris.*
28 *In mora non conſtituitur debitor, niſi probet ſe fuiſſe in loco, paratum ad recipiendum.*
29 *Modica mora non habetur in conſideratione. Nec incurritur per aliquot paucos dies, & num.30.*
31 *Mora, eſt incurſa ob modicum ſpatium interlapſum ſi poteſt purgari.*
32 *Mora excuſat, cum non ſtatur per debitorem quin ſoluat.*
33 *Qui non facit quod debet, non conſequitur quod oportet.*
34 *Probatio dubia interpretatur contra producentem, & probantem.*
35 *Teſtis de auditu non probat.*
36 *Teſtibus non creditur, quorum repelluntur authores.*
37 *Acceptans rem inferiorem, quam fuit conuentum, remittit dantis culpam, & ſibi præiudicat.*
38 *Nemo dicitur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt.*
39 *Læſio vt peti non poſſit à contrahente, ſufficit, vt non interuenerit tempore contractus.*
40 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet imputare.*

CONTROVERSIA DCLXXXII.

NOn poteſt effugere D. Federicus Fachettus, ſeu M. Magnificus D. Io: Baptiſta Furga eius fideiuſſor in ſolidum obligatus, quin teneatur adimplere contractum emptionis tritici ſibi venditi à q. D. Ludouico Nigrono, vt in ſcripto conuentionis in proceſſu primæ inſtantiæ; *fol.9.fac.1.* pro recognito pronunciato, *fol.16.fac.1.* leuando totum illud reſiduum quantitatis cõuentæ, quod adhuc non fuit receptum per emptorem, & quod ad

Digitized by Google

intereſſe vna cum capitali debetur ceſſionario, Salicet.
in Auth. nt. ad hac, in 13 quæſt. num. 11. C de vſur. Iaſon.
conſ. 92. ſub num. 35. volum. 1. Afflict. *deciſ. 91. ſub num. 15.*
Pariſ. *conſil. 64. num. 5. & 6. & conſil. 75. ſub num. 17. vol. 4.*
Gabr. *de emption. & vendition. concluſ. 4. num. 13.*

Nec obſtant, quæ per Facchettum opponuntur, ip-
ſum non teneri ad recipiendum hoc frumentum, ex quo
D. Nigronus ei defecit in pluribus, tam non præſtando
primas ratas huius frumenti debito tempore, quam pre-
ſtando in valde deteriori qualitate, ob quos defectus
Communitas Riparoli, cuius contemplatione emptum
fuerat per Facchettum, vt illud reuenderet ipſi Com-
munitati, receſſit à conuentione, & ſibi aliunde pro-
uidit, vt per teſtes à reo examinatos.

Cuius exceptio videtur iuridica, namque licet agen-
do non poſſit contractus reſcindi, quamuis contradicés
reſciſſioni defeciſſet ex parte ſua, cum detur tantum a-
ctio ad petendum implementum, vel ad intereſſe, vt
ſupra dicebã, tamẽ ſecus eſt excipiendo licet. n. recedere
23 à contractu etiam nominato, & recuſare † adimplemé-
tum, ex quo ſibi adimpletum non fuit. vt per text. *in l.
cum proponas, la 2. C. de pact. l. Iulianus, §. offerri. ff. de act.
empt. l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat.* tradunt Anchar.
Regienſ. *quæſt. 58. num. 2. part. 3* Becci. *conſ. 45 num. 38.
volum. 1.* Mari. Anguſ. *conſ. 149. num. 17. & conſ. 174. n. 5.*
Cephal. *conſ. 66. num. 16.* Grat. *conſ. 52. num. 1. volum. 1.*
Natt. *conſ. 677. num. 11.* Crauett. *conſil. 204. in fine*, Bur-
ſatt. *conſil. 144. num. 30. & conſil. 191. num. 2.*

Sicuti etiam à contractu nominato recedere licet ob
24 † defectum cauſæ finalis tam agendo, quam excipien-
do, *l. cum te fundum*, vbi ſcribentes omnes, *C. de pact.
inter empt. & vendit.* Soc. Sen. *conſ. 26. per tot. maxime an-
te num. 4. volum. 3.* Crauett. *conſil. 246 per tot. præcipuè, n.
2. & conſ. 269. num. 1.* Alciat. *conſ. 69. num. 14. lib. 8 aliàs
eſt conſ. 524.* Becci. *conſil. 45. num. 29. volum. 1.* D. Surd.
*conſil. 68. num. 21. & conſil. 301. num. 6. & deciſ. 344. num.
19. part. 3.* qui defectus cauſæ finalis videtur ſubeſſe in
caſu iſto, ex quo Communitas Riparoli receſſit à
contractu, quaſi Facchettus non fuiſſet empturus hoc
frumentum, niſi habuiſſet occaſionem iſtud reuendendi.

Verum prædicta non releuant, nam quo ad conſi-
gnationem trium ratarum frumenti, tanquam non fa-
cta debito tempore, multipliciter reſpondetur.

Et quo ad primum, quæ fieri debebat, die 15. De-
cembris ann. 1608. vt ex ſcripto producto, *fol. 9. fac. 2.*
& tamen non fuit facta, niſi die 20. eiuſdem menſis, vt
ex receptione in pede dicti ſcripti exarata, reſpondetur
primo, quod id fuit culpa ipſius Facchetti, nam cum
Nigronus teneretur præſtare d. primam ratam per totã
25 diem 15. Decembris non poterat cogi prius, † ſed ſuf-
ficiebat, ſi illa die illud præſtabat, *l. ſi in annos, 49. aliàs
incipit ſi intra annos, ff. de condit. & demonſtr. l. veluti, 27.
§. final. & l. qui hoc anno. 42. l. quidquid aſtringendæ, 99. l.
eum, qui certarum, 136 ff. de verbor. obligat. l. vbi lex, & l.
nihil peti, ff. de regul. iur. § penultim. inſtit. de inutilib. ſti-
pulat.* & tamen Facchettus longè ante dictam diem ac-
ceſſit Ferrariam ad illam primam ratam accipiendũ, vt
colligitur ex eius teſtibus, iuncta proteſtatione facta ab
eo in loco Arriani, de qua in proceſſu, *fol. 39 fac. 1.* nam
Io: Benedictus Borſinus ſecundus ex teſtibus examina-
tis Mantuæ pro d. Facchetto, *fol. 5. fac. 1.* dicit, quod ip-
ſe Facchettus expectauit, & moratus eſt Ferrariæ, pro
habendo hoc frumento, per quinque dies antequam
proficiſceretur Arrianũ. D. Io: Angelus Zãpolus tertius
teſtis, *fol. 9 fac. 1.* qui per octo dies. Cortelius Bonafinus
quintus teſtis, *fol. 15. fac. 1.* qui per tres dies. Hęc habétur
per teſtes. Verum, cum non potuiſſet frumentum illud
habere, ibi acceſſit Arrianum, & die 11. Decembris d.
Anni 1608. in eo loco præſentauit litteras Nigroni Ta-
barrinis, vt in d. proteſtatione ex aduerſo producta. *d.
fol. 39. fac. 1.* ſi igitur die 11 eiuſdem menſis reperiebatur
in loco Arriani, & per multos dies antea moratus fue-
rat Ferrariæ, addito etiam tempore itineris ex Ferraria
ad Arrianum, ſequitur, quod longe ante tempus debitũ
profectus fuerit pro habenda prima cõſignatione (quid-
quid dicat Carolus Cãzonus primus teſtis Fachetti exa-
minatus Mantuæ, *fol. 1. fac. 2.* qui inquit, Fachettum per-
ueniſſe Ferrariam, die præciſa 15. Decembris pro ha-
benda prima rata frumenti; nam ex prædictis conuin-
citur de falſo, & de expreſſo mendacio,) & ob id cum
contra tempus opportunum venerit, fuit in culpa, ſi non
expectauit in loco conuento, vſque ad debitum tem-
pus; nam vt inquit ſecundus teſtis Fachetti, *fol. 5. fac. 2.*
Nigronus obtulit ſe infra quinque, vel ſex dies præſta-
turum portionem promiſſam, quod tempus cadebat
etiam ante diem promiſſionis conuentæ, & non debet
imputari Nigrono, ſi miſit Fachettum ad Arrianum,
quia illud fuit gratia ipſius Fachetti, qui minus tempe-
ſtiuè venerat, vt ſi fieri poſſet, illum quamcitius expe-
ctaret, vnde ſi poſtea id obtineri nõ potuit, & interim flu-
xit debitum tempus, id tãtum Fachetto imputari debet,
qui huic errori dedit cauſam, iuxta ea, quæ dicebam ſu-
pra, *in verſic. ſi quidem nemo alterius*; moroſus autem
26 non dicitur, † qui impeditur facto aduerſarij, vt tradit
Rota apud Veral. *deciſ. 108. num. 6 par. 2.* argumento eo-
rum, quæ ſcribit Bart. *in l. amplius non peti, ſub num. 8 ff.
rem ratam haberi*, dum vult periurum non dici, qui fa-
cto creditoris ſoluere impeditur; & culpa creditoris cõ-
27 penſatur † cum mora debitoris, Afflict. *deciſ. 150. ſub
num. 34.* & generaliter quælibet iuſta cauſa excuſat a mo-
ra, *l. ſciendum, ff. de vſur.* facit text. *in l. lecta, ad finem
verſic. non enim, ff. ſi certum petat. l. ſi pactus ſum. 54. ff. de
pact.* Felinus, *conſ. 34. ſub num. 11. & 12.* Riminald. Iun.
conſ. 643. num. 6. & conſ. 653. nu. 17. Menoch. *de arbitrar.
caſu 220. num. 46. vſque ad finem.*

Et cum die præciſa 15 Decembris Fachettus non repe-
riretur, Ferrariæ, vbi facienda erat conſignatio, vt appa-
ret ex proteſtatione, quam fecit Arriani die 17. *fol. 38.*
mora aliqua non poteſt imputari Nigrono, quia in mo-
28 ra non conſtituitur debitor, † niſi creditor probet ſe,
vel aliquem pro eo fuiſſe in loco paratum ad recipiendũ,
l. illa item in princip. ff. de conſtit. pecun. vbi Bart *ſub num.
10.* & eſt optimus textus, vbi etiam Cart. *in l. & ſi per
emptorem, ff. de action. empti.* Natt. *conſ. 158. num. 7. & con-
ſil. 411. num. 34* Riminald. Iun. *conſil. 546. num. 4. cum plu-
rib. ſeqq.* Caroti, *in tract. it. de oblation. part. 2. quæſt 5. num.
2. fol. 147.*

Et veriſimile eſt, quod ſi d. die 15. fuiſſet in loco ſolu-
tioni deſtinato, fuiſſet & ſatisfactus, quia eo ſtatim
reuerſo ex Arriano, die 20. d. menſis fuit facta conſigna-
tio, vt patet ex receptione; cum enim die 17. reperire-
tur Arriani, vt ex d. proteſtatione, & Arrianum ſit terra
Maritima, vt dicunt teſtes Fachetti, & ſic non parum
diſtans à Ferraria, quamuis die ſequenti, videlicet die 18.
diſceſſiſſet ex Arriano, ſequitur quod ſtatim reuerſus
Ferrariam receperit frumentum, quia non potuit perue-
nire eo, niſi, vel die 19. vel ipſa die 20.

Secundo vbi ceſſaret culpa Fachetti, reſpondeo, quod
hæc mora non obeſſet Nigrono, quia eſſet tãtũ trium die-
rum; nam dies 15. d. proteſtationis cecidit in die domini-
co, vt colligitur ex littera dominicali Anni 1608. quæ e-
rat, F, & ſic non potuiſſet d. die fieri hæc conſignatio;
quia opus eſt opera baiulorum, qui diebus Feſtis non
laborant, vnde interceſſiſſent tantum tres dies, quia
poſtea die 20. fuit facta ſæpedicta conſignatio; modi-
29 ca autem mora † non habetur in conſideratione, nec
facit cenſeri quem moroſum. *l. ſi debitori, ff. de iudicijs*,
Cephal. *conſil. 77. num. 61. & conſil. 702. num. 32.* D Surd.
qui more ſuo exornat, *conſil. 558. num. 12.* Morott. *conſil.
3. num. 29* Barz. *deciſ. 111. num. 9.*

Tertio reſpondeo, quod vbi ex conſuetudine, & mo-
re debitorum poſt decurſum tempus ſolet expectari per
30 aliquot paucos dies, tunc † non incurritur mora, Af-
flict. *deciſ. 150. num. 34.* vt enim ipſe inquit, ibi, *ſub nu-
mer. 33.* ſolitum excuſat à mora, nulli dubium autem eſt
vbique ſolere creditores expectare per aliquot dies, nec
vrgere debitores eo momento temporis, quo agere poſ-
ſunt.

31 Quarto dico, † quod vbi etiam incurſa fuiſſet aliqua
mora potuit purgari de æquitate canonica, in illo bre-
uiſſimo

Digitized by Google

uiſſimo temporis ſpatio, *cap. potuit, extr. de locat.* Clar.
§. emphyteuſis, quæſt. 8. in fine, Deci. *conſ. 138. ſub num. 7.*
Iaſ. *in l. 2. ſub num. 77. C. de iur. emphyteot.* Sarmient. *ſele-
ctar. interpretat. lib. 3. cap. 5.* Borgn. *deciſ. 50. num. 60. &
deciſ. 111. num. 11. 12. & 13. part. 1.*

Quinto, & denique vbi adfuiſſet aliqua mora, non ha-
bet nocere, quia fuit remiſſa à Fachetto, nam mora di-
citur remiſſa non ſolum per receptionem totius debiti
32 † ſine proteſtatione, ſed etiam partis tantum, *l. de lege
commiſſoria, in fine, ff. de leg. commiſſor.* Ruin. *conſ. 155. nu-
mer. 5. & 6. volum. 5.* Rota Genuenſ. *deciſ. 27. ſub num. 11.*
& in terminis de creditore bladorum, quod remittat
moram, ſi ea recipiat ſine proteſtatione, ſcribit eadem
Rota Genuenſ. *deciſ. 136. ante nu 6.* & facit etiam Hon-
ded. *conſ. 34. num. 84. cum ſeqq. vol. 2.* ſicuti etiam dicitur
remiſſa per inſtrumentum fideiuſsionis datæ à Fachetto
pro obſeruatione generali totius contractus, longe poſt
d. aſſertam moram, quod inſtrumentum habetur in pro-
ceſſu, *fol. 12. fac. 2.* Ruin. *conſ. 155. num. 5. volum. 5.* Hon-
ded. *conſ. 4. num. 68. volum. 2.* Rimin. Iun. *conſ. 807. num.
44. cum ſeqq.*

Et hæc quo ad primam ratam, quæ debebat conſigna-
ri d. die 15. Decembris 1608.

Quo vero ad ſecundam ratam, quæ conſignāda erat
ante feſta Natalitia eiuſdem menſis, vt in ſcripto con-
uentionis, *fol. 9. fac. 2.* & quæ non fuit conſignata, niſi die
6. Februarij, vt in fine prædicti ſcripti, dico primo (om-
miſſa reſponſione generali, de qua in primo capite, quod
per receptionē ſine proteſtatione dicatur remiſſa omnis
mora) quod nihil imputari poteſt Nigrono, nec ex hoc
argui aliqua mora, quia nullibi conſtat in proceſſu, nec
in dictis teſtium, cum hoc etiam capitulatum non fuerit,
Fachettum fuiſſe paratum ad recipiendum, vel alium
pro eo in loco ſolutionis ante feſta Natalitia, quod de-
bet intelligi de die 23. vel 24. Decembris, quia qui tene-
tur ſoluere infra tale tempus, ſufficit ſi ſatisfaciat vltima
hora d. termini, vt probaui ſupra, *ſub verſic. Et quo ad
primam, quæ fieri debebat, &c.* vbi autem creditor non
probat, ſe fuiſſe paratum in loco ad recipiendum tem-
pore conuento, tunc debitor non dicitur moroſus; li-
cet non ſoluerit, vt deduxi ſuperius, verſic. *Et cum die
33 præciſa*; mora † namque excuſat, cum non ſtat per
debitorem, quin ſoluat, Menoch. *de arbitrar. caſu 220.
num. 47.* & tetigi ſupra, *ſub verſi. Ita quoque potuit, &c.*
Qui ſi poſtea venit tempore non conuento, & ſic inop-
portuno, ſibi imputare debet, ſi tunc conſequi non po-
tuit, quod ſibi debebatur, quia qui non facit, quod de-
34 bet, † non conſequitur, quod oportet, *l. ſi in emptio-
ne, §. item ſi emptor, ff. de contrahend. empt.* gloſſ. 1. *in leg. ſi
non fuerit, ff. de iureiurand.* & qui differt, quod debet, non
poteſt petere, quod ſibi promiſſum eſt, Bal. *in l. inciuile,
C. de rei vendicat.* Becci. *conſ. 37. num. 9. volum. 1.* & cū hoc
dicatur contigiſse culpa creditoris, ei tantum imputan-
dum eſt, vt late proſecutus ſum ſuperius in alia aſſerta
mora primæ ratæ.

Solus D. Nicolaus de Caſarijs vnicus teſtis, examina-
tus pro Fachetto, Ferrariæ, *fol. 4. fac. 1.* inquit, quod ip-
ſe Fachettus iuit Ferrariam, ante feſta Natalitia pro cō-
ſequenda 2. rata, ſed detegitur falſus ex eo, quod dicit
ſtetiſse, ibi hac de cauſa circiter octo, vel decem dies,
quod eſse non poteſt, quia recepit primam ratam tantū
die 20. Decembris, & non eſt dubium, quod inter pri-
mam, & ſecundam conſignationem debebat cadere ali-
quod interuallum, præterquamquod à die 20. ad Feſta
Natalitia non cadunt octo dies intermedij, & repugnat
alijs teſtibus examinatis Mantuæ, qui ſuper d. 2. capitu-
lo, ſuper quo ipſe hoc depoſuit, dicunt Fachettum iuiſse
tantum de menſe Februarij pro ſecunda hac rata, & in
omnem caſum remanet vnicus in hoc dicto, quia nullus
alius teſtis cum eo concordat, & per conſequens non
probat, cum dictum vnius ſit dictum nullius, quo ad fa-
ciendam ſufficientem probationem, iuxta vulgaria.

Sicuti etiam vltimus teſtis examinatus Mantuæ, dum
fol. 16. fac. 2. inquit Fachettū iuiſse pro hac ſecunda rata
de Menſe Ianuarij, non releuat; tum quia vincitur ab alijs
pluribus, qui dicunt hoc fuiſse de Menſe Februarij, tum
quia eſt vnicus, tum quia inquit ea vice, qua iuit, fuiſse
ſibi factam conſignationem; licet poſt multos dies, quæ
tardatio multorum dierum non habet nocere; cum
Fachettus non venerit debito tempore, vt ſupra dice-
bam; tum denique, quia dicit expreſſum mendatium,
dum inquit, quod peruenerunt Ferrariam circa diem 12.
Ianuarij, & quod ibi continuo morati ſunt per 25. vel 26.
dies, & tamen ex inſtrumento fideiuſsionis, *de quo fol.
12. fac. 2.* patet, quod Fachettus erat Mantuę die 26. Ia-
nuarij, quod impoſsibile eſſet ſecūdū dictū ipſius teſtis.

Secundo reſpondeo circa aſsertam moram huius ſe-
cundæ ratæ, quod ex dicto teſtium ipſius Fachetti patet
nullam fuiſſe factam moram; nam primus ex teſtibus
examinatis ab eo Mantuæ, *fol. 2. fac. 2.* ſecundus, *fol. 6.
fac. 1. in fine*, quartus, *fol. 11. fac. 1.* dicunt, quod Fachet-
tus iuit Ferrariam pro hac ſecunda rata de menſe Febru-
arij, vnde cum receperit eam die 6. eiuſdem menſis, vt in
apocha receptionis in fine ſcripſi, *fol. 10. fac. 2.* reſultat
nullā in ea conſignatione factā fuiſſe moram, vbi credi-
tor fuit paratus accipere.

Tertio, dico, quod ſi conſignatio non fuit facta de-
bito tempore, id fuit culpa Fachetti, quia tenebatur præ-
ſtare fideiuſſionem pro toto contractu ad libitum ven-
ditoris, vt in ſcripto, *fol. 10. fac. 1.* quæ cautio ſtatim,
quod ipſe profectus eſt pro habenda ſecunda rata (quod
fuit, vel de menſe Ianuarij ſecundum vltimum teſtem
ipſius Fachetti, vel de menſe Februarij, ſecundum
alios, nam certum eſt non fuiſſe ante feſta Natalitia)
fuit petita, & ipſe emptor ſciens non poſſe effugere
hoc, dedit fideiuſſorem Mantuæ, non tamen iuxta pa-
ctum pro toto contractu, ſed pro 200. ſcutis tantum,
quod cum perueniſſet ad notitiam Nigroni, noluit rela-
xare frumentum, niſi præſtita fideiuſſione præcisè iu-
xta conuenta, & ideo iterum venit Mantuam Fachettus,
& annullata priori fideiuſſione, dedit, ſub die 26. Ianua-
rij in fideiuſſorem D. Io: Baptiſtam Furgam pro toto cō-
tractu, vt ex ipſo inſtrumento fideiuſſionis, *fol. 12. &
13.* quæ ſeries facti optime colligitur ex d. inſtrumento,
maxime ex litteris ſcriptis per d. Nigronum D. Antonio
Pauelio, qui recepit fideiuſſionem pro eo, regiſtratā in
fine eiuſdem inſtrumenti, *fol. 15. fac. 2.* ibi, *Et perche il
detto Facherti dice hauerlo fatto* (loquitur de prima fide-
iuſſione) *nell' obligo di già fatto, e V. S. mi dice hauerla
data ſolo per ſcudi 2000 è ſtato neceſſitato, ſe ne venga per
hauerne da voi fede, altrimenti non li ho voluto laſciar le-
uar li grani, &c.* & hæc eſt ratio, quare vltimus teſtis
Fachetti, *fol. 17. fac. 2.* inquit hac ſecunda vice, moratos
fuiſſe Ferrariæ per 25. vel 26. dies, qua fideiuſſione præ-
ſtita die 26. Ianuarij, Fachettus poſtea reuerſus non eſt
Ferrariam, niſi de menſe Februarij, vt dicunt primus,
ſecundus, & quartus eius teſtes in locis citatis ſupra in
verſic. *Secundo reſpondeo circa aſſertam, &c.* & ſtatim
habuit frumentum die 6. d. menſis Februarij, & hoc pa-
cto concordantur dicti primus, ſecundus, & quartus
teſtes, qui dicunt Fachettum iuiſſe Ferrariam pro hac
ſecunda rata de menſe Februarij, cum vltimo, qui
inquit hoc fuiſſe de menſe Ianuarij, vt iſte intelligatur ab
initio, & prima vice; quando ab eo petita eſt fideiuſſio,
illi vero in fine, quando ſecunda vice reuerſus eſt, præ-
ſtita demum debita fideiuſſione.

Ex quibus omnibus reſultat, Nigronum, nec pro hac
ſecunda rata poſſe dici moroſum, quia moroſus non di-
citur, qui impeditur facto aduerſarij non adimplentis,
quod ex parte ſua debet, vt plenè demonſtraui ſupra
paulo ante verſiculum, *Et cum die præciſa, &c.* ibi, *mo-
roſus autem non dicitur.*

Circa conſignationem tertiæ ratæ, quæ fieri debebat
per totum Menſem Februarij, vt in d. ſcripto, *fol. 9.
fac. 2.* & tamen non fuit conſignata, niſi die 30. Martij,
vt in fine eiuſdem ſcripti, in vltima receptione, *fol. 10.
fac. 2.* conſtanter affirmo nullam moram commiſſam
fuiſſe per D. Nigronum; primo, ea ratione ſuperius ſæ-
pe replicata, quod non apparet Fachettum iuiſſe de
menſe Februarij, & debito tempore ad accipiendum

hanc

Digitized by Google

hanc tertiam ratam, quo caſu debitor non dicitur face-
re moram, niſi probetur creditorem debito tempore,
& loco fuiſſe paratum ad accipiendum, quod non fuit
probatum in caſu iſto; nam teſtes Fachetti ſuper tertio
capitulo agente de hac rata, omnes dicunt nihil ſcire ex-
cepto Carolo Lanzono, *fol.3.fac.1.* qui dicit Fachettũ
non iuiſſe ad accipiendam iſtam ratam, niſi de menſe,
Martij, & eam habuiſſe, qui teſtis etiam vnicus probat
contra producentem iuxta vulgo nota, & cum non ex-
primat, quo tempore d. menſis Martij profectus fuerit
Fachettus pro ea an in principio, medio, vel fine, præ-
ſumendum eſt, quod iuerit circa finem d. menſis, quia
ipſe teſtis non deponit de aliqua mora, ſed quod ſtatim
habuit frumentum, & mora non præſumitur, vt ſupra
probaui; præterquamquod, cum ſit probatio dubia,
34 † interpretaretur contra probantem, *cap. in præſentia,*
vbi gloſſ. *in verbo dubium, extra de probation.* D. Surdus,
conſil.5.num.48.& 49.& conſil.135.num.86. Farinacc. *de
teſtib. quæſt.68.n.60.*
Secundo, quod D. Nigronus non commiſerit aliquẽ
defectum circa hanc conſignationem, & quod per eum
non ſteterit, patet ex proteſtatione facta contra Fachet-
tum Ferrariæ, die 9. Martij 1609. producta nouiſſimè
fol.... in qua apparet quod cũ debito tempore illum ex-
pectaſſet, videns eum non venire, tarde coactus fuit eũ
interpellare, & contra illum pro hoc proteſtari, qui ge-
neralibus reſponſionibus ſemper diſtulit negocium,
ea ratione, vt credibile eſt, quia non habebat pretium
in promptu, quod tenebatur realiter exburſare in quali-
bet conſignatione, vt in ſcripto conuentionis, & quod
tunc non fuit numeratum, & vix mediante præſenti li-
te extorqueri potuit.
Tertio, vbi adfuiſſet defectus, ille fuit remiſſus, quia
in receptione dicit Fachettus, quod acceptat d. frumen-
tum pro rata menſis Februarij.
35 Quarto, † talis defectus compenſaretur cum defectu
ex aduerſo commiſſo per Fachettum in non ſoluendo
pretio in ipſa conſignatione ſibi facta, vt tenebatur, *l.
ſi & per emptorem,* vbi Caſtr. *ff. de action. empt.* Din. *in
cap. in pari, num.6. de regul. iur. in 6.*
Tranſeo ad alium prætenſum defectum, quod fru-
mentum fuerit traditum in deteriori qualitate, circa
quem primo dico, quod hæc mala qualitas huius fru-
menti traditi per Nigronum, non probatur per teſtes
Fachetti, vnicus enim teſtis examinatus Ferrariæ, lo-
quitur tantum de auditu à parte, videlicet à Fachetto,
35 & ob id duplici reſpectu non probat, tum quia † de-
ponit de auditu, Farinacc. *quæſt.68.num.2.* tum quia
de auditu ab eo, cui non crederetur, & teſtibus non
36 creditur, † quorum repelluntur auctores, *cap. licet ex
quadam, extra de teſtibus,* D. Surd. *conſil.135. numer.36.*
Carolus Lanzonus primus teſtis examinatus Mantuæ,
non probat de hac turpitudine frumenti, tum quia cõ-
uincitur de falſo in vno, vt admonui ſupra, ſub verſic.
Ex quo ad primam, quæ fieri, &c. & notaui ad eius di-
ctum; dum dixit Fachettum iuiſſe Ferrariam pro ha-
benda prima rata die 15. Decembris, quod eſt omnino
falſum, & in vno falſus in omnibus falſus præſumitur,
tum etiam non probat, quia deſtructis alijs, remanet
ſolus Io: Benedictus Borſinus 2. teſtis, qui dicit, quod
primum frumentum conſignatum erat turpe, ſed quod
dicta conſignatio non habuit effectum, ex quo illud fue-
rat prius venditum agentibus Illuſtriſſimi, & Excellen-
tiſſimi Domini Don Ferrandi Gonzagæ, & aliud eius
loco fuit traditum, quod deinde non fuit viſum ab ipſo
teſte, & ob id ignorat, an eſſet pulchrum, vel turpe.
D. Io: Angelus Zampolus tertius teſtis, *fol.9.fac.2.* igno-
rat qualitatem ipſius frumenti. Quartus, qui eſt D. Ia
cobus Furga, *fol.12.fac.1.* inquit, quod d. frumentum
viſum eſt pulchrum quamdiu poſitum fuit in nauibus,
ſed quod vbi conductum fuit ad locum S. Martini, appa-
ruit turpe, verum cum ipſe teſtis ſemper præſens non
fuerit, non concludit, quin potuit miſceri in itinere
de alio tritico turpi, vltra quod ipſe teſtis eſt nepos fi-
deiuſſoris, contra quem ſit præſens lis, & viuit cum
eo in communione bonorum; adeovt dicatur habere
intereſſe in cauſa. Quintus teſtis Corteſius Bonaſinus,
fol.16.fac.1. inquit, quod d. frumentum fuit cribro pur-
gatum à Nigrono, & negat fuiſſe turpe; licet non eſ-
ſe valde pulchrum, & ſic probat potius pulchritudinẽ,
quam turpitudinem,
37 Secundo reſpondeo, † quod vbi etiam fuiſſet turpe,
ſibi præiudicaſſet illud acceptando, & remiſiſſet cul-
pam pro ea, quæ dixi ſupra in verſic. *Quinto, & deni-
que vbi adfuiſſet, &c.* & probat text. *in l. ſi filiusfamilias
in fine,* ibi, *debet pater ſi actum filij ſui improbat conti-
nuo conteſtationem interponere contraria voluntatis, &c.
ff. ad Macedonian.* gloſſ. *in l. ſi ab arbitro, in verbo Que-
rela, ff. qui ſatiſdar. cogant.* Rota Genuenſ. *deciſ.136. ſub
38 num.5.* & facit regula, quod nemo dicitur † fraudare
eos, qui ſciunt, & conſentiunt, *l. nemo videtur, ff. de regul.
iur. cap. ſcienti, de regul. iur. in 6.* & tanto magis, quia ſi
adfuit aliquis modicus defectus in qualitate aliquorum
modiorum, id fuit in 2. rata qui omnino fuit remiſſus ne-
dũ per illius acceptationẽ, ſed per acceptationẽ 3. ratę, &
proſecutionem ad implementum contractus.
Nec eſt verum, quod dicit D. Iacobus Furga quartus
teſtis, *fol.12. fac.1. in fine,* Fachettum accepiſſe illud
frumentum in deteriori qualitate, vt ſe reintegraret de
pecunijs iam exburſatis, quia accipit quantitatem val-
de excedentem pecunias numeratas ab initio contractus,
cum vltra illas factus fuerit etiam debitor de cechinis
1060. vt patet in præſenti proceſſu, & cauſa; pręterquã-
quod non creditur ipſi teſti, tum quia audiuit à parte,
quæ ita expoſt potuit aſſerere, ne ſtaret contractui,
tum etiam quia habet intereſſe, & affectionem ad cau-
ſam tamquam nepos fideiuſſoris contra quem agitur, &
cum quo degit in communione bonorum, vt ſupra di-
cebam.
Non releuat denique, quod dicebatur cauſam finalẽ
defeciſſe, quia Communitas Riparoli, cui Fachettus
promiſerat hoc frumentum, receſſerat ab hoc contractu,
vt deponit D. Iacobus Furga, *fol.13.fac.1. in fine,* tum
quia id non debet cedere damno Nigroni, cuius nulla
interuenit culpa, vt ſuperius fuit demonſtratum, tum
quia talis receſſus à contractu ipſius Communitatis non
probatur per vnicum teſtem, & intereſſe, ac affectio-
nem habente in cauſa, qui ſi verus eſſet, facillime potuiſ-
ſet probari per aſſertam proteſtationem factam ab ipſa
Communitate, de qua deponit idem teſtis, quæ tamen
non fuit producta, fortè quia non extat.
Non turbat pariter ſi diceretur, frumentum valde de-
creuiſſe de pretio, & Fachettum remanere valde lęſum,
quia id euenit culpa ipſius, cum non receperit illud tẽ-
pore debito anni præteriti, quo ſemper valuit tali pre-
tio, vt non remanſiſſet in damno; vltra quod ſufficit
39 † non fuiſſe læſum attento tempore contractus, vt in
ſpecie reſoluit Menoch. *conſil.866. num.17. & 18.*
Ex prædictis autem redditur vana prætenſio damno-
rum Fachetti, dum per plures dies moratus eſt Ferrariæ,
& Arriani, quia id euenit eius culpa, in prima rata val-
de tempus anticipando, in ſecunda non præſtando de-
bitam cautionem, & non veniendo debito tempore;
40 damnum autem, quod quis † ſua culpa ſentit, ſibi ipſi
non alij imputare debet, *cap. damnum de reg. iur. in 6.*

ARGVMENTVM.

Retrotraſfertur dominium ad inſtar pacti legis com-
miſſoriæ, cum illud eſt translatum cum verbo
temporalitatis, ea iam finita. An extante ſimpli-
ci pacto de retrouendendo, oblato, & ſoluto
pretio transferatur ſtatim dominium ſine aliqua
traditione. De tuitione ementis rem alienam
à Principe. De emphyteuſi, & Cenſu reſerua-
tiuo, & eius caducitate.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Ratione temporalitatis finita reuertitur res conceſſa ad concedentem, & ob id poteſt vendicari.*
2 *Dictio*, Quoad, *& ſimiles important temporalitatem.*
3 *An extante ſimplici pacto de retrouendendo, oblato, vel ſoluto pretio transferatur ſtatim dominium ſine alia traditione.*
4 *Negatiua affertur, & defenditur ab* Alexandro.
Affirmat Caſtrenſ. *ſecutus à maiori Doctorum numero, & num.5.*
6 *Cum verba contractus ſunt directè reſolutiua ipſiut in caſu pretij ſolutii omnes admittunt dominium retrotransferri ad ſimilitudinem legis commiſſoria, & cur.*
7 *Ex ſolutione, vel ablatione facta primo acquiſitori, vel eius hæredibus, reſoluitur ius etiam tertij poſſeſſoris, & dominium ipſo iure retrotransfertur in eius præiudicium.*
8 Socinus Sen. conſil. 80. numer. 1. volum. 3. *notatur.*
9 *Pacta, & conuentiones non egrediuntur perſonas de quibus loquuntur.*
10 *Qui ſciens aliquid faciendum, non fecit, id noluiſſe facere creditur.*
11 *Tertijs poſſeſſoribus non competit exceptio de non iure tertij, cum ſua non interſit, & obijci poteſt illud, Quo ad te ædes liberas habeo.*
12 *Statut. Mant. Nulli ſunt contractus vxoris facti cum viro ad proprium commodum.*
13 *Eodem Statut. Mulier prohibetur diſponere de dote in præiudicium filiorum.*
14 *Verbum*, Diſponere, *aptatur, & ad contractus, & ad vltimas voluntates.*
15 *Alienationes nulle poſſunt à filijs etiam hæredibus impugnari.*
16 *Habens cauſam à Principe etiam alienans rem alienam eſt tutus illico. Nec verus Dominus habet regreſſum, niſi contra Principem; & tunc intra quadriennium ſolum.*
17 *Quelibet cauſa etiam iniuſta, excuſat à caducitate. Multo magis ſi ſit iuſta, & num.18.*
19 *Communis error facit ius.*
20 *Cenſus reſeruatiuus eſt, cum transfertur dominium rei mea in alium, vt mihi ſoluas certum cenſum.*
21 *Cum ſubſtantialia cenſus reſeruatiui concurrunt, non releuat nominare illum nomine emphytheuſis.*
22 *Cenſuarius, neque cadit, etſi per mille annos cenſum non ſoluerit.*
23 *Et ſicut non cadit ob non ſolutionem, ita nec per alienationem irrequiſito Domino.*
24 *Emphyteuta laici, numquam cadit à iure ex Statuto Mantua, ob non ſolutionem.*
25 *Plus petens debito, cadit ab omni credito; præcipuè ex Statuto Mantua.*

CONTROVERSIA DCLXXXIII.

VIdiſſem libentiſſimè in hac lite, quam agit D. Clara Aquanigra contra D Bartholomæum Caprianum, proceſſum antiquum, quo Fiſcus poſt retroemptionem commoditatum Fluminis Zariæ egit pro recuperatione contra multos, qui refertur in decreto donationis factæ Illuſtriſſimo q. D. Guido Sfortiæ Gonzagæ; non enim credere poſſum, niſi iuridicis rationibus motum fuiſſe Sereniſſimum q. feliciſſimæ recordationis D. Ducem Gulielmum, vt ex eo multum luminis, vt credo aperiretur huic cauſæ: vidiſſem quoque libenter inſtrumenta plurium contractuum de his commoditatibus Zariæ ſecutorum, qui recitantur in proceſſu coram M. Illuſtri Magiſtratu, *fol.66.cum ſeqq.& fol.87.* vidiſſem deniq; progreſſum huius cauſæ ſortitum coram Ordinario, quia ex prædictis omnibus fortè reſultaret magis clara defenſio D. Capriani.

Nihilominus, quia has ſcripturas non potui habere à parte, in medium adducam tantum quidquid defenſionis colligere licuit ex dicto proceſſu M. Illuſtris Magiſtratus.

Exiſtimo igitur abſoluendum eſſe omnino D. Caprianum reum conuentum tam à declaratione caducitatis partis Zariæ, quam tenebat, & alienauit in D. Pirundam, quam à petitis liuellis.

Moueorque primo quia in conceſſione, & donatione, quam fecit Excellentiſſimus q. D. Dux Federicus, D. q. Sigiſmundo à Turri eius Secretario, de commoditate, vſu, & vtilitate huius fluminis Zariæ, reſeruauit ſibi, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus facultatem retrohabendi præfatas commoditates, aſſignando proprietatem valoris ducatorum 2000. à ſolidis 93. pro quolibet, vel ſoluendo dictos ducatos 2000. ipſi D. Sigiſmundo, vel eius hæredibus, idque fecit per verba directa, & reſolutiua contractus, quia dixit, *quod concedebat, quoad ſolueret, vel aſſignaret, &c.* & ſic non vltra; ratione enim temporalitatis finitæ, importatæ per dictum verbum,
1 *quoad*, res conceſſa, & eius dominium reuertitur † ad
concedentem, ita vt vendicari poſſit, & in ſimili tradũt
Baldus, *in leg. Titia cum teſtamento, 34. §. Titia cum nuberet, in fine*, & ibi Cuman. *ſub num. 3.* & Caſtr. *ſub num. 1. circa finem, ff. de legat. 2.* vbi dicunt, quod legatu m factum alicui, quandiu vixerit, & poſt eius mortem reſtituendum Titio, ipſo Titio prædecedente legatario debetur nihilominus hæredibus Titij; licet ſit conditionale fideicommiſſum, quod non tranſmittitur, quia dicũt id fieri ratione reſolutionis & temporalitatis finitę, cuius vigore ipſo iure res legata reuertitur ad ipſos hæredes, & poteſt vendicari, facit etiam Caballin. *Mil-*
2 *leloqu. 281.* & quod dictio, *Quoad*, † & ſimiles importent temporalitatem, tradit etiam Cardin. Tuſcus, *in verbo dictio Donec, concluſ. 271. tom. 2. fol. 618. & in verbo dictio Quoad, concluſ. 354. tom. 2. fol. 649.*

Et quod Vbi concedens, vel vendens vult ſoluto pretio rem inemptam eſſe, vel finitam conceſſionem, tunc
3 ipſo † iure retrotransferatur dominium, tradit Raudenſ. *deciſ. Piſana, 16. num. 191.* & alios mox allegabo.

4 Qua ſtante facultate retrohabendi has † commoditates donatas; etſi valde controuerſum ſit, an vbi extat ſimplex pactum retrouendendi oblato, vel ſolutio pretio dominium ſine alia traditione retrotrãsferatur, adeo vt res poſſit vendicari à tertio poſſeſſore, alijs exiſtimãtibus neutiquam transferri, nec poſſe rem ab eo vendicari, inter quos acerrimus propugnator eſt Alexand. *conſil. 10. volum. 1.* cuius ſententiam ſequuntur multi relati à Tiraquell. *in tract. de retract. conuentional. §. 1. gloſſ. 7. num. 12.* & à Fachin. *lib. 2. controuerſ. iur. cap. 15. verſic. altera eſt ſententia*, & à Trentacinqu. qui eam quoq; ſequitur, & teſtatur de communi, *lib. 3. variar. reſolut. titul. de emptione, & venditione, reſolut 10. ſub num. 17. verſic. ſecunda eſt opinio, fol. 267.* vbi infinitos allegat,

5 Alijs vero, & multo pluribus contendentibus † dominium per d. pretij ſolutionem, vel oblationem retrotransferri, & rem vtili rei vendicatione, vendicari poſſe ab ipſo tertio poſſeſſore, quorum anteſignanus eſt Caſtrenſ. *in l. ſi cum venderet in principio, ff. de pignoratitia actione*, quem ſequuntur Paul. de Montepic. *conſil. 1. numer. 100. & alij*, Maſtr. *deciſ. 21. num. . . . part. 1.* multi relati ab eiſdem, Tiraq. vbi ſupra, *num. 6. & 7.* Fachin. *d. cap. 15. in principio*, Trentacinq *d. reſolution. 12. num. 17.* Couarruu. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 8. nu. 2.* Crauett. *conſ. 201. colum. 1.* Menoch. *conſ. 63. ſub num. 13. verſic. ſecundo, &c.* Boer. *deciſ. 182. num. 16. 17. & 19.* Petr. Cabal. *conſil. 96. per totum*, Socin. *conſil. 80. per totum, volum. 3.* vbi reprobat dictum conſilium 10. Alexandri Socin. Iun. *conſil. 129 num. 2. volum. 2.* late Ruger. de Mota, *in repetit. l. traditionibus, num. 54. cum ſeqq. C. de pactis, fol. 42* vbi *ſub num. 47.* inquit communem opinionem eſſe contra Alexandrum, & tenentes cum Paulo de Caſtro eſſe in maiore numero, & magna auctoritate; eamdem magis communem profitetur Magon. *deciſ. Lucenſ. 80.* vbi *ſub num. 2.* ex additonatore ad Alexandrum dicit hanc eſſe vſu receptam.

6 Nihilominus vbi verba † contractus ſunt directo reſolutiua

ſolutiua ipſius contractus in caſum ſolutionis pretij omnes ſine aliquo ſcrupulo conueniunt dominium ipſo iure retrotransferri ad ſimilitudinem pacti legis commiſſoriæ, & rei vendicatione contra tertium poſſeſſorem competere, quia res non potuit in eum transferri, niſi cum ſua cauſa, Cuman. *in l.1.ſub num.10.ff.de donation.* Paul.de Caſtr. *in l.ſi à te,ſub num.3. C.de pact. inter empt. & venditor.* Alex. *conſ.10.ſub num.7.volum.1.* Bero. *conſil.164.num.13.volum.1.* Paul.de Montepic. *d.conſ.1.ſub num.100.* Ruger.de Mota *in d.l. traditionibus, ſub num.57.C.de pact.* Tiraquel. *de retract.conuentional.§.1.gloſſ.7.num.14.* Gabr. *conſ.66.ſub num.4.volum.1.* Rolandus, *conſ.62.num.33.volum.2.* Boer. *deciſ.182.& conſ.3.num.24.* Didac. *var. reſolut.lib.3.cap.8.ſub nu.2.verſ.verum, & in hac ſpecie quod pactum de retrouendendo, &c.* vbi plures allegat Magon. *deciſ.Florentin.105.num.3.* Raudenſ. *deciſ.Piſan.16.nu.191.* Trentacinq. *d.lib.3. variar. reſolut.titul.de emption.& vendition.reſolut.10. numer.22. fol.268.*

Si igitur commoditates iſtæ fluminis Zariæ transferunt cum ſua cauſa in tertios poſſeſſores, & per ſolutionem ducatorum 2000. factam ab ipſo Sereniſſimo D. Duce Gulielmo ſucceſſore Excellentiſſimi D. Ducis Federici earum dominium ipſo iure reuerſum eſt ad eum, ſequitur, quod a die d. affrancationis Iacobus Anton. Manaria, ex cuius perſona agit actrix, fuerit priuatus omni ſuo iure, & quod de eo potuerit ad libitum diſponere, ipſe Sereniſſimus in Illuſtriſſimum D.Guido-Sfortiam Gonzagam, à quo deinde ius habuit D. Caprianus pater rei conuenti, qui fuit liberatus ab obligatione, quam tenebat cum Manaria, ſtatim, quod ipſe Manaria cœpit nullum ius habere in illis Zarijs, quia ita ſtabat pactum conceſſionis, quod facta affrancatione, ſeu liberatione ius liuellariorum deuolueret ad ſucceſſores d. D. Ducis Federici affrancantes, & ſoluentes ducatos 2000. per eum permiſſos.

Nec turbat, quod pro ſuo præcipuo fundamento obijcit actrix in ſcriptura longa vltimo producta, *fol.93. verſic. Hoc ſtante cum hæc emolumenta, &c.* quod liberatio prędicta per ſolutionem dictorum ducatorum 2000. non præiudicauerit ipſi Manariæ, nec alijs tertijs poſſeſſoribus, cum ſolutio ipſis fieri debuerit tamquam Dominis, & in quos iure transferri potuerunt hæc emolumenta, tamquam conceſſa D. Sigiſmundo à Turri donatario pro ſe, eius hæredibus ſucceſſoribus, & quibus dederit, non autem fieri potuerit (ſicuti fuit facta) Dominis Comitibus de Hypolitis de Gazoldo, qui amplius nullum ius in eis habebant cum fuerint alienata ab eorũ parentibus cauſam habentibus à d. D.Sigiſmundo.

Siquidem fundamentum prędictum ſupponit pro claro, & firmo vnum, quod eſt omnino falſum, videlicet redemptionem fieri debuiſſe ab ipſis tertijs poſſeſſoribus cum tamen verius ſit ex oblatione, ſeu ſolutione facta
7 primo acquiſitor, † vel eius hæredibus reſolui ius etiã tertij poſſeſſoris, & dominium ipſo iure retrotransferri ad eius præiudicium, vt tenet expreſſe Paul.de Caſtr. *in d. l.ſi cum venderet in principio, ſub num.6.* ibi, *& ſic oblato pretio vſurario reſoluitur ius emtentis ab eo, &c. ff. de pignorat.action.* quem etiam expreſſe ſequitur Paulus de Montepic. *in d.conſil.1.ſub num.100.* & tacitè illi omnes, qui ſequuntur doctrinam hanc Caſtr. quos citaui ſupra in verſic. *Alijs vero;* & multo pluribus, & pręcipuè de hac pretij ſolutione, vel oblatione eum ſequuntur; licet non exprimant, cui facienda ſit Tiraquell. *in dict. tract.de retract.conuentional.§.1.gloſſ.7. num.6.* Riminald. Sen. *in d.l.traditionibus column.penult.* & ibidem Ruger. de Mota, *num.54.C.de pactis,* & plerique huius doctrinę aſſeclarum; & ratio eſſe poteſt, quia nullum geſtum eſt negotium inter primum venditorem, & illum tertiũ poſſeſſorem, & ideo non videtur, quod ille primus neceſſe habeat facere ei aliquam ſolutionem, vel oblationem.

8 Verum eſt, † quod Socin.patruus, *conſ.80.ſub num.1.vol.3.* præſupponit ſolutionem faciendam eſſe ipſi ſingulari ſucceſſori, tamẽ dum ad hoc allegat doctrinã Pauli de Caſtro, & totus ſe fundet, in ea poſſumus dicere, quod ipſe non animaduertit bene ad omnes circumſtantias d. doctrinæ, quia aliter loquitur ipſe Paulus de Caſtro, & alij, quos ſuperius adduxi.

Præterea poſſumus dicere Socinum intelligendum eſſe. vt primus venditor poſſit ſoluere tertio ſi velit, ſed tamen per hoc non cogitur ſi nolit, & ſufficit, ſi ſoluat primo, cum quo contraxit.

Sed in caſu noſtro circa hoc videtur ceſſare omnis amaritudo ex verbis expreſſis decreti donationis factæ d. D.Sigiſmundo. in quo etſi Princeps donator voluit, quod donatarius poſſet transferre in alios tamen id fieri non permiſit, niſi cum ſua cauſa, & cum facultate redimendi, ſoluendo ducatos 2000. quam tamen ſolutionem expreſſe diſpoſuit, quod fieret d. D. Sigiſmundo, vel eius hæredibus, nulla facta mentione de ſucceſſoribus, nec eorum quibus has commoditates dediſſet, vt legere eſt, *fol.75.fac.2.& fol.77.fac.1.& fac.2.* vnde conſulto excluſi fuerunt ſucceſſores ab hac ſolutione, quaſi Princeps noluerit habere agere quidquam, niſi cum illis cum quibus contraxit, & eorum hæredibus, ſalua remanente actione tertijs poſſeſſoribus contra ſuos auctores, cum enim
9 pacta, † & conuentiones non egrediantur perſonas, de quibus loquuntur, ſed ad eas præciſe reſtringantur, *l.ſi vnus,§.ante omnia.* & ibi Iaſ. *ff.de pact.* vtique dicendo, quod poſſet redimere ſoluendo ducatos 2000. D. Sigiſmundo, vel eius hæredibus, cenſentur excluſi ſucceſſores, & ſicuti, quando voluit diſponere etiam de ſucceſſoribus ſciuit eos pluries alibi in d. decreto nominare, ita quoque ſi id voluiſſet in propoſito huius ſolutionis id
10 facere ſciuiſſet, quod cum non fecerit † id noluiſſe creditur, *l.vnica,§.ſin autem ad deficientis,C.de caducis tollend.*

Nec refert ſi diceretur, immo in caſu iſto ſolutionem non fuiſſe factam hæredibus d. D. Sigiſmundi, quia primo reſpondeo non conſtare, quod Domini Comites de Hypolitis, quibus fuit facta ſolutio nepotes eiuſdem D. Sigiſmundi ex filia non fuerint eius hæredes, & ideo obiectum neceſſario non concludit: ſecundo dico ſufficere, quod ſolutio non erat facienda ipſis tertijs poſſeſſori-
11 bus, vnde eorum non † intereſt opponere de iure tertij, & ſufficit dicere, quo ad te liberas ædes habeo, iuxta *l.loci corpus.ff.ſi ſeruit.vendicet.*

Secundo principaliter ad excluſionem actricis conſidero, quod ſolutio dictorum ducatorum 2000. rectè fieri potuerit Comitibus de Hypolitis, eo quia ad eos ſpectarent, vti matris hæredes hę commoditates, cui datæ fuerant in dotem, licet deinde in alios fuiſſent tranſlatæ; tamquam earum alienatio fuerit ipſo iure nullam, cum matrimonio conſtante illæ fuerint alienatæ à D. Brbara, D.Comite Federico eius viro, vt conſentit vtraque pars in ſcripturis productis in proceſſu, *fol.67.fa.1. & fol.88. fac.2.* cum Statutum, *ſub rubrica in quibus caſibus vxo-*
12 *res aliorum poſſint ſe obligare,* † annullet ipſo iure quẽlibet contractum vxoris, quem facit cum viro, vel ad eius commodum, & Statutum, *ſub rubrica de dote per maritum lucranda, verſicul.in præiudicium vero, &c.* pro-
13 hibeat † mulierem diſponere de dote in præiudicium filiorum; cum verbum, *diſponere*, aptetur tam ad con-
14 tractus, † quam ad vltimas voluntates D. Surd. *deciſ. 279.num.6.*

Quarum alenationum nullitas, reſpectu Manariæ colligitur etiam, ex eo quod acquiſiuit à D.Gorno, cui eius vxor renũciauerat hoc ius, cum tamen nulliter vxor contrahat ad commodum iuri, vt dixi ſupra.

15 Cum autem † præſuponantur nullæ ipſo iure dictæ alienationes potuerunt à filijs, licet hæredibus impugnari, *cap.non præſtat.ff.de regul.iur.in 6.* Pariſ. *conſil.33. numer.96.volum.3.* Socin.Sen. *conſ.79.num.47.volum.4.* Socin.Iun. *conſ.77.ſub num.134. volum.1.* Pancirol. *conſ.112. num.15.* Becci. *conſil.72. num. 17.* Oſalc. *deciſ.179. num. 19.* Rota, *deciſ.110.num.1.in nouiſſimis part.2.*

Tertio rectè D.Caprianus poteſt negare ſe ad aliquid fuiſſe obligatum poſt redemptionem Sereniſſimi, quia D.Guido Caprianus eius pater fuit inueſtitus à Manaria

non

non de vtili dominio, vt fit, ſed de directo, & proprie-
tate, vt patet ex eius inueſtitura ſub die 14. Ianuarij 1581.
rogata per Tragnolum, quam credo productam fuiſſe
in proceſſu Ordinarij, in qua dicitur, *inueſtiuit D. Gui-
donem de Caprianis de directo dominio, & proprietate, &c.*
ſi igitur D. Caprianus habebat directum, vbi Sereniſſi-
mus fuiſſet obligatus redimere à tertijs poſſeſſoribus,
debuiſſet ab eo redimere, non autem à Manaria, & ſta-
tim redemptione facta illud directum reuerſum fuit ad
ipſum Sereniſſimum, quia cautum erat in decreto, quod
illud non poſſet alienari, niſi cum ſua cauſa, & cum fa-
cultate illud redimendi, & ſic ſtatim fuit priuatus ipſe
Caprianus, & per conſequens ad nihil obligatus remanſit erga Manariam.

16 Quarto, habens cauſam † a Principe etiam alienan-
te rem alienam ſtatim tutus eſt, itavt non potuit mole-
ſtari à vero Domino, ſed tantùm detur regreſſus ad
pretium contra dict. Principem alienantem contra qua-
driennum, *l. bene à Zenone, Codic. quadrien. præſcript. §.
final. Inſtit. de vſucapion.* quo priuilegio gaudent etiam
Principes noſtri, vt in Statuto, *ſub rubrica de priuilegio
D. Capitanei, §. & quod habentes cauſam, &c.* vnde cum
Illuſtriſſimus D. Guido Sfortia Gonzaga habuerit cau-
ſam a Sereniſſimo D. Duce Gulielmo de anno 1584. &
de anno 1587. inueſtiuerit D. Caprianum, & contra d.
D. Caprianum non fuerit mota lis, niſi de Anno 1595.
vt fatetur pars aduerſa in ſua vltima longa ſcriptura, *fol.
96. fac. 1. verſicul. Poſthanc inueſtituram*, & ſic ne dum
quadriennium, ſed decem Anni, & vltra fluxiſſent, ceſſat
omnis actio tam contra eum, quam contra Sereniſſi-
mum Ducem, & ſic omni iure actrix deſtituta rema-
net.

Quinto, vbi prædicta non procederent in omnem ca-
ſum non poſſet eſſe locus alicui caducitati, nec ob non
ſolutos canones, nec ob alienationem, ne dum ob id,
17 quod quælibet cauſa etiam iniuſta † excuſat à caduci-
tate, Deci. *conſ. 650. num.* 13. Burſatt. *conſ.* 26. *num.* 39.
18 & multo † magis iuſta adſcripta per Farinacc. *quæſt.*
90. *num.* 44 quæ vtique in caſu iſto non niſi iuſtiſſima
dici poſſit, cum D. Caprianus recognoſcendo Illuſtriſ-
ſimum D. Guido Sfortiam Gonzagam fecerit id, quod
omnes alij fecerunt, & quod, mediante lite inchoata,
per Cameram facere cogebantur, communis autem er-
19 ror † facit ius, iuxta *l. Barbarius, ff. de offici. prætor.*
ſed nec etiam potuit incurrere aliquam caducitatem,
quia quando Manaria inueſtiuit D. Caprianum de dire-
cto dominio, vt ſupra dixi, fecit in effectu contractum
cenſus reſeruatiui, non autem emphyteuſis, licet vocaue-
rit emphyteuſim, nam emphyteuſis neceſſariò requirit
retentionem directi dominij, cenſus vero reſeruatiuus
20 eſt, quando transfertur dominium rei meæ in alium, † vt
mihi ſoluat quotannis certam penſionem, & cenſum, vt
per Dec. *conſ.* 163. *aliàs eſt* 164. *ſub num.* 2. vbi *numer.* 3.
21 in ſpecie † inquit non releuare; licet nominetur em-
phyteuſis, quia vere dicitur contractus cenſus, quod vl-
timum tradit etiam Alba, *conſ.* 134. *num.* 7. & quod cen-
ſus dicatur, quando transfertur directum dominium,
Natt. *conſ.* 3. *ſub num.* 1. & iuxta tradita per Crauett. *con-
ſil.* 217. *num.* 4. Lup. *in l.* 2. *num.* 56. *C. de pact. inter emptor.
& venditor.* Vgolin. *de vſur. cap.* 43. *num.* 2. & 3. *fol.* 277.
talis autem cenſuarius numquam cadit, etiam ſi per mil-
22 le † annos cenſum non ſolueretur, Dec. *d. conſ.* 163. *n.*
2. Natt. *d. conſ.* 3. *ſub num.* 1. Burſatt. *conſ.* 26. *num.* 6. & 15.
Corbul. *de priuation. ob non ſolut. canonem, limitat.* 34.

23 Et ſicuti † cenſuarius non cadit ob non ſolutionem;
ita nec ob alienationem irrequiſito, eo cui ſoluit Deci.
d. conſ. 163. *ſub num.* 3. Capic. *deciſ.* 196. Redoan. *in tra-
ctat. de reb. Eccleſ. non alienand. quæſt.* 17. *num.* 71. & *quæſt.*
79. *cap.* 10. *num.* 8. *fol.* 568. Federic. Martin. *in tractat. de
cenſib. cap.* 7. *num.* 109. *fol.* 380.

24 Addo etiam, † quod ob non ſolutum canonem em-
phyteuta laici (vbi etiam dici poſſet emphyteuſis) nũ-
quam cadit ex Statuto huius patriæ, *ſub rubrica qualiter
inueſtit. ad affictum.*

Et hæc reſpectu caducitatis; reſpectu vero liuellorum
pariter obtinere non poſſet; tum quia ad eos dicitur a-
gere actione perſonali, quo caſu cum D. Caprianus ha-
beat Illuſtriſſimum D. Pyrrum Matiam, qui eam conſer-
uare debet indemnem, tenetur contra eum agere credi-
tor ex ordine in erectione Senatus, *in §. Che quando ſa-
rà moſſa lite*; tum etiam quia plus debito petijt; nam
petijt liuellos ab Anno 1581. citra, vt in ſcriptura, *fol.* 53.
& tamen per multos Annos ſoluit D. Caprianus, vt ex
receptionibus, quæ dicuntur productæ in proceſſu ordi-
nario, quem non vidi, & quas fatetur pars aduerſa in
ſua vltima ſcriptura longa, vnde vigore Statuti crimina-
lis, *ſub rubrica de plus debito, & iam ſolutum petent.* ce-
25 cidit † ab omni ſuo credito.

A R G V M E N T V M.

De Emphyteuſi Confraternitatum, an laicalis dicatur, & quæ ſint effectus. Subinfeudatio, quando permittatur, vel non; & Dominus conſentire teneatur, nec ne. De translatione emphyteuſis in Monaſterium ob ingreſſum in illud, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Conceſſum ſub vna conditione cenſetur ſub contraria ademptum.*

2 *Clauſul.* Nec aliter, nec alio modo, &c. *annullat actũ in contrarium factum, & remouet conſenſum.*

3 *Bona Emphyteutica, & fraternitatum reputantur laicalia; & tranſeunt ad extraneos.*

4 *Bona tranſitoria ad extraneos, veniunt etiam in fideicommiſſo.*

5 *Cum adeſt prohibitio alienationis rei, non poteſt fieri alienatio eius, niſi præcedat licentia.*

Exemplificatur in rebus Eccleſiæ ſub tali prohibitione in alium translatis, ibid.

6 *Feudum non poteſt ſubinfeudari, ſi adſit pactum ne illud alienetur ſine conſenſu Domini.*

7 *Tale pactum operatur nullitatem actus; etſi non inducat pœnam priuationis.*

8 *In emphyteuſi ſuadere prohibetur omnis, qui deteriorem Domini conditionem faceret; vt ſi pauper, vel priuilegiatus, &c.*

9 *Si Emphyteuta vult in huiuſmodi perſonas alienare emphyteuticam rem, non tenetur Dominus conſentire.*

10 *Et talis non conſenſus præſumitur a iure, & eſt ab eo approbatus.*

11 *Emphyteuſis priuati tranſit in Eccleſiam, ſeu Monaſterium.*

12 *Emphyteuta viuens tranſiens ad religionem ducit ſecum emphyteuſim radicatam in eo, quæ tunc etiam cum titulo hæreditario non migraret.*

13 *Durat tamen in eo ad eius vitam dumtaxat, non poſt mortem.*

CONTROVERSIA DCLXXXIV.

Domum, quam aliàs reconoſcebat Illuſtris, & M. Excellens I. C. D. Firmus Portus à Venerabili Confraternitate Chriſti flagellati ad Columnam erecta in Eccleſia S. Marci Mantuæ non venire, nec eſſe comprehenſam in fideicommiſſo ab eo creato ad fauorem M. Reuerendorum Monacorum Camaldulenſium eiuſdem Eccleſiæ S. Marci, ſed ſine d. onere fideicommiſſi pertinuiſſe ad D. Herculem Portum, vti comprehenſum in paterna inueſtitura, duplici ratione exiſtimo.

Primo, quia ex illo pacto inueſtituræ, quod ſi inue-
ſtitus alienaret melioramenta, & iura ſua alicui perſonæ
cum licentia tamen ipſius Ven. Societatis, & non aliter,
nec alio modo, debeat eidem ſatisfacere, vel ſatisfieri,
feciſſe pro decima, & laudemio, reſultat expreſſa prohi-
bitio alienationis, ſine licentia, quia conceſſum ſub v-
1 na conditione (vt hic licentiæ obtinendæ) cenſetur † ſub

con-

Digitized by Google

contraria ademptum, *l.ſi leg.tum pure, ff.de alienand.legat.l.aliquando, ff.de condit.& demonſtrat. l.quod pure, ff.quando dies legat.cedat* D.Surd. *conſ 157.num.9. & conſ.*
2 381.*num.*3.maximè ſtante clauſula illa, † *nec aliter, nec alio modo*, quę remouet conſenſum, & annullat actũ in contrarium factum, Alex.*conſ.*3.*ſub num.*4. *volum.*1. D.Surd.*conſ.*318.*num.*25.

Qua ſtante prohibitione alienandi, & diſponendi, ſequitur, quod & ſi huiuſmodi bona emphyteotica harum Confraternitatum dicantur laicalia, & emphyteuſis priuati, cum & ipſa loca, vti laicalia, non autem Eccle-
3 ſiaſtica reputentur, & per conſequens † tranſeant ad extraneos, vt per M.Illuſtrem D.Senatorem Manentũ, *in ſuo tractatu de iure contractus liuellarij pact.*5. *num.*6.
4 *& pact.*7. *num.*23. & vti tranſitoria ad extraneos † veniant etiam in fideicommiſſo, Imol. *in l.ſi patroni, ſub n.* 3. & ibi Cuman. *ſub num.*7. Alex. *ſub num.*15.*ff.ad Trebellian.* Craſſ. *§.fideicommiſſum, quæſt.*51. *num.*1. Peregr. *de fideicomm.art.*6.*ſub num.*29.

5 Nihilominus † vigore d.prohibitionis non potuerũt alienari in perſonas, in quas alias de iure, ſine vlla licentia alienari potuiſſent, & quibus relinqui potuiſſent, vt per text. *in §.ſanctiſſimas in Auth.de alienation.& emphyt.* vbi Imperator permittit alienari res immobiles Eccleſiæ pro captiuorum redemptione, niſi ei ſub tali conditione datæ ſint, ne alienentur, tradunt Bald. *in capit.*1. *§.præterea, num.*3.*verſic.Quæro ſi eſt appoſitum de capitul. Conrad.in vſib.feudo.* Ripa, *in l.qui Romæ, §.duo fratres, ſub num.*87.*verſic.ſed tu conſidera, ff.de verbor. obligation.* Iaſ. *in l.filiusfamil.§.Diui, al.*2 *in* 1.*lectura, num.*29.*ff.de legat.*1. Curt.Iun. *in tractat.de feud. part.*4. *num.*113. vbi dicit, Doctores tranſire communiter cum Doctrina Baldi, Roland.*conſ.*81.*ſub num.*18.*volum.*2. bene Cephal. *conſil.*264.*num.*8.& 11. Schrader. *de feud.part.*8.*cap.*2.*ſub numer.*20. *verſic.Quinimo hoc pactum*, Intrigliol. *de feud. centur.*2.*art.*5.*num.*29. & faciunt plures allegati à Roſental. *cap.*9.*concluſ.*46.*num* 8.*in gloſſ.* & dum concludunt,
6 † quod licet alias licita ſit ſubinfeudatio, ſine conſenſu Domini; tamen ſi in inueſtitura adſit pactum, ne feudũ aliene tur ſine conſenſu Domini, tunc nec etiam ſine eo poterit ſubinfeudari, & in hoc etiam non videtur diſſentire Corbul. *de caducitat.ob alienat.limitat.*6.*num.*5.
7 † licet alleget Salicetum in contrarium, vbi inquit, quod licet tale pactum non inducat pęnam priuationis, tamẽ operatur nullitatem actus.

Propterea, cum non appareat de aliqua licentia diſponendi in dictos M.Reuerendos Monacos, ſequitur, quod nulla fuerit diſpoſitio, tanto magis, quia veriſimile eſt, Confraternitatem non fuiſſe conſenſuram, vt alienatio fieret in locum, & perſonas numquam morituras, & potentiores, iuxta ea, quæ mox ſubijcio.

8 Secunda ratio, † qua moueor ad fauorem D.Victoriæ, eſt, quod omnis, per quem fieret deterior conditio Domini directi, emphyteuſis, intelligitur prohibitus ſuccedere in ea, ſiue ſit emphyteuſis Eccleſiæ, ſiue priuati, & ſiue fiat deterior, vti quia ſit impotentior, vt puta quia valde pauper, ſiue ſit potentior, vt quia magis priuilegiatus, vt Clericus, Capitaneus, vel Miles, ita firmat Iaſ. de communi, *in l.final.num.*90.*& melius, numer.*97 *C.de iur.emphyt.* quem ſequuntur Clar. *§.emphyteuſis, quæſt.*22. latè Riminald.Iun. *conſ.*368.*num.*12.*cum ſeqq.* Corbul. *de caducitat.ob alienation.ampliat.*12. *num.* 1.& 2. Federic Prukman. *conſil.*36.*num.*104.& 105.

9 Adeovt † vbi emphyteuta vellet alienare in Clericũ, vel Eccleſiam, vel alias perſonas priuilegiatas, tunc dominus conſentire non teneretur, Amic.de Ponte *quæſt. laudem.*13.*num.*19.*verſic. Quæ fit vt ſi emphyteuta, &c.* vbi plures allegat, qui apud eum videri poſſunt, ſequitur igitur ſecundum prædicta, quod non valuerit ſubſtitutio facta à d.D.Firmo Porſo in d.Monaſterium Camaldulenſium, præcipuè ſtante prohibitione alienandi ſine licentia, quam veriſimile eſt, non fuiſſe conceſſuram Confraternitatem, ſi fuiſſet petita pro ſimilibus perſonis, quibus mediantibus, admittunt Doctores, fieri deteriorem Domini directi conditionem, cum ad eam dandam cogi non poſſet, vt deduxi ex Amedeo, & talis præſumptio non conſenſus, nedum fundata eſt, quia vt in-
10 telligo hoc declarant † ſuperiores eiuſdem Confraternitatis, ſed etiam à lege approbata eſt, argumento *leg. cum de indebito, ff. de probation.* ex qua colligitur, neminem præſumi velle facere deteriorem ſuam conditionem.

11 Nec releuat, † ſi obijceretur, emphyteuſim priuati tranſire in Eccleſiam, ſeu Monaſterium, vt de communi tradit Iaſ. *in l.*1.*quæſt.*16.*num.*200 *C.de iur.emphyt.* Burſatt. *conſ.*199.*ſub num.*13.*verſic. Secundo quia diſtinguendo, &c.* Namque omiſſo, quod Clarus non ſine probabili ratione tenet contrarium, *in §.emphyteuſis, quæſt.* 33. dico, quod illud procedit, quando is, qui eſt Dominus vtilis dominij, & ſic emphyteuta, viuens ingreditur Monaſterium, & fit Religioſus; nam tunc cum eo iure,
12 † quodam Vniuerſitatis tranſit ſecum emphyteuſis radicata in eo, quæ tamen aliàs non poſſet tranſire titulo ſingulari, vel etiam vniuerſali hæreditario, vt tradit Bero. *in cap.in præſentia, ſub num.*416.*extra de probation.* vbi habet hæc verba, *Præmiſſis tamen non obſtantib. contrarium conſulus, quia licet emphyteuta titulo ſingulari, vel vniuerſali hæreditario, in Eccleſiam transferre nequeuit, tamen per modum translationis vniuerſalis, quæ fit mediante ingreſſu Religionis in Monaſterium, transferri poteſt*; Vnde cum non verſemur in caſu, quo licita eſt translatio, ſed in caſu ſucceſſionis, quo eſt prohibita obiectum nequaquam obſtare poteſt.

13 Præterea dico, † quod vbi etiam tranſit in Monaſterium, durat in eo tantum tempore vitæ emphyteutæ ingreſſi, & non vltra, vt ex multorum ſententia ſcribit Trentacinq. loquens præcisè in emphyteuſi priuati, *lib.* 3.*reſolut titulo de iure emphyteutico, reſolution.*1. *ſub num.* 5.*propè finem, verſic.circa ſecundum, &c.fol.*1. adeovt cum in propoſito nullus viuens exiſtat, ex cuius perſona, & translatione huius emphyteuſis in Monaſterium, illa poſſit conſiſtere in ipſo Monaſterio, neceſſe eſt, quod reuertatur ad Dominum, vel habentes cauſam ab eo.

A R G V M E N T V M.

Quæ bona ſint reſtituenda in fideicomiſſo; Illud ex quibus rebus minuatur. De ſubrogatione aliorum bonorum rebus dotalibus. De perceptione fructuum ex bonis vxoris facta per maritum. Quando præſumatur vxor contrahere de ſuo. De promiſſione facta alicui ad liberam ipſius voluntatem. Bona emphyteutica non veniunt in generali bonorum diſpoſitione, de inſtitutione in feudo hæredis non capacis, & eius effectu. An Vaſallus, & hęres grauatus acquirens dominium directum, debeant illud reſtituere cum vtili. De conſumptione, & conſumptione rei reſtituendæ fideicomiſſario &c.

S V M M A R I V M.

1 *In fideicomiſſo non venit res aliena, ſed teſtatoris ſolum, maximè ſi non conſtat de tali voluntate.*
2 *Non ſunt reſtituenda fideicomiſſario, quæ aliunde abueniunt hæredi quam à teſtatore.*
3 *Et quæ perueniunt ad hæredem non vti talem, ſed ex alia cauſa.*
4 *Nec pariter veniunt bona hæredis.*
5 *Grauatus tenetur ſolum reſtituere, quæ inuenit in hæreditate.*
6 *Fideicommiſſum minuitur ex ære alieno relicto, & ſoluto ab hærede grauato.*
7 *Etſi grauatus medio tempore percepiſſet tot fructus, qui ſufficerent pro tali ſolutione.*

8 *Dotes, præcipuè vxoris teſtatoris, ſunt deducendæ de fideicomiſſo.*

9 *Cenſtante matrimonio poteſt permutari dotalis res & fundus cum alio & ex tali ſubrogatione res ea efficitur dotalis.*

10 *Permititur tamen ſi ſit ea permutatio vtilis mulieris, non aliàs.*

11 *Subrogatio terrarum loco alterius rei dotalis, eſt vera aſſignatio, non vero hypotheca ſimplex.*

12 *Valor rei debet inſpici de tempore contractus.*

13 *Cum mulier habet de proprio bona vltra dotem, præſumitur pecuniam pro dimidia ſoluiſſe viro pro dimidia eiuſdem. Secus ſi alia bona non haberet, & num. 14.*

15 *Solutio non præſumitur niſi probetur.*

16 *In dubio præſumitur, maritum percepiſſe fructus ex bonis vxoris ipſa inſcia, & non aſſentiente, nec conuerſos in vſus promiſcuos, ſed maritum locupletiorem factum, niſi contrarium probetur, & num. 17.*

18 *Probationes aliquando fieri poſſunt per coniecturas, arbitrio Iudicis æſtimandas.*

19 *Expenſa facta pro confectione, & publicatione inuentarij detrahuntur aduerſus fideicomiſſarios.*

20 *Item indumenta lugubria, vela & diuina officia, minuunt fideicomiſſum.*

21 *Subrogatum rei dotalis non permittitur, niſi cum vtilitate mulieris.*

22 *Hæres grauatus poteſt deducere omnia credita, quæ habebat cum teſtatore, & ex illis minuere fideicomiſſum.*

23 *Traditio rei vigore alicuius permiſſionis non præſumitur niſi probetur.*

24 *Libera voluntate aliquid eſſe collatum intelligitur, remoto dolo; Et aſtringitur ad id, quod eſt de æquo, & bono, num, 25.*

26 *Promiſſio alicui facta de re ad liberam voluntatem ipſius, ſi ille non declaret voluntatem, promiſſio ſibi facta corruit.*

27 *In generali diſpoſitione bonorum, etiam per teſtamentum non veniunt bona emphyteutica, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue laicalia. Et quando fideicomittens poſſit de illis diſponere remiſſiuè, n. 28.*

29 *Subrogatum ſortitur naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

30 *Renuncia feudi alicui & eius hæredibus intelligitur de hæredibus ſaltem capacibus.*

31 *Inſtituto per inueſtitum non habentem deſcendentem hæredē non comprehenſo in inueſtitura, nihilominus cum ille ſit incapax, feudum deuoluitur ad fratrem comprehenſum in antiqua inueſtitura, excluſo etiam domino directo.*

32 *Grauatus acquirens directum dominium, vtili exiſtente in hæreditate, totum debet reſtituere, recepto cum pretio erogato ob talem acquiſitionem, dum videtur tale eſſe pactum cum teſtatore. Intellige vt num. ſeqq. præcipuè num. 35.*

33 *Teſtator legaus fundum emphyteuticum, & deinde acquirat dominium directum, legatario non debetur niſi vtile.*

34 *Vaſallus non deuoluit ad agnatos, niſi dominium vtile, in quo fuit inueſtitus, non etiam directum quod acquiſiuit.*

36 *Reſeruatio, & proteſtatio reſeruat ius proteſtantis, ſi quod habet.*

37 *Ea, quæ non ſpectant ad commodum pecuniarium, non tranſeunt ad fideicomiſſarium vt ius ſepulchrum, & iura patronatus Eccleſia.*

38 *Res Fideicomiſſo ſubiectæ ſi pereant naturaliter, vel cauſa temporis, dominum cedit fideicomiſſario.*

39 *Ex cauſa temporis multa præſumuntur conſumpta.*

40 *Ea, quæ vſu conſumuntur, corrumpuntur periculo vſufructuarij. Hæc tamen actio ad res conſumptas competit hæredi grauato contra vſufructuarium non fideicomiſſario.*

41 *Æſtimatio non recognita, nec iuſtificata nihil valet in iudicio.*

42 *Non computatur hæredi ſi rem ex præcepto teſtatoris alienandam vendidit citra æſtimationem, præſumitur enim eam pluris vendidiſſe, ſi potuiſſet.*

43 *Fructus ſpectant ad rei dominum.*

44 *Irritata ſententia, cuius vigore quis poſſidebat, res reſtituitur cum fructibus.*

CONTROVERSIA DCLXXXV.

IN fideicommiſſis certum eſt multa non venire, ſeu non comprehendi, certum eſt etiam, ex multis fideicommiſſa diminui.

Horum nonnulla, quæ ad propoſitum caſum conferunt ex communibus iuris concluſionibus recenſebo, ex quibus facile inferri poterit quid in fideicommiſſo Excel. q. I.C. Domini Firmi Porſi veniant reſtituendum M. Reu. Monacis Camandulenſibus S. Marci Mantuæ, Quid itidem retinere poſſit Illuſtris Domina Victoria Marliana Gabloneta hæres hæredis grauati, & conſequenter quid ex indebitè reſtitutis ipſis fideicommiſſarijs per ſententiam, cuius nunc pendet reuiſio, recuperare poſſit dicta Domina Victoria.

1 Prima ſit concluſio, quod in fideicommiſſo † non ve-
nit res aliena, ſed teſtatoris tantum, maximè vbi non ap-
paret voluiſſe diſponere de alieno, *l. ita tamen, 27. §. Trebellianum, ff. ad Trebellian.* Et quæ obueniunt hæredi
2 aliunde, † quam ex ſubſtantia. & iudicio teſtatoris non
ſunt reſtituenda fideicommiſſario, *l. cohæredi, § cum filio, ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit.* late Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib. 7. titul. 8. num.* 1. ſicuti nec quæ perueniunt ad
3 hæredem, non vti hæredem, † ſed ex alia cauſa, *leg. ſi res aliena in princip.* vbi notat Bartol. *ff. ad Trebel.* D. Peregr.
4 *de fideicom. articul. 6. num.* 34. & † particulariter non ve-
niunt bona hæredis, Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 74.*
5 *num.* 50. grauatus enim ſolum tenetur † reſtituere, quæ in-
uenit in hæreditate, *l. cum fideicommiſſariam, §. quoties, ff. eod. tit. ad Trebel.* & exornat D. Surd. *deciſ. 393. ſub n. 9. part. 2.*

Ex hac concluſione infertur, quod Domina Victoria hæres Domini Herculis, vt ex teſtamento producto in proceſſu Belloni, *fol.* 2. poterit retinere omnia bona, quæ peruenerunt ad ipſum D. Herculem ex hæreditate Dominæ Angelæ vxoris q. teſtatoris, cuius Angelæ ipſe fuit hæres ex teſtamento in proceſſu ſenatorio, *fol.* 12.

6 Secunda eſt concluſio, quod † fideicommiſſum minui-
tur ex ære alieno relicto a teſtatore, & ſoluto per hære-
dem grauatum, vel mediante ſolutione cum bonis hære-
ditarijs, & eorum diſtractione, vel mediante eorum reten-
tione, ſi hæres ſoluit de proprio, *l. ita tamen, 27. §. qui ex Trebelliano in fine, verſic. cum hoc minut. ff. ad Trebellian. l. 1. C. eod. tit.* Doctores *in l. deducta, 59. §. qui poſt tempus,* vbi Angel. *num.* 3. Imol. *ſub num. 4. verſic. & nota quod ſi ſoluit.* Caſtr. *paulo ante finem. verſic. quod autem pro ſorte,* Alex. *ſub num. 2. verſic. ſed ſi ſoluerit pro ſorte, ff. eod. tit. ad Trebel.* Caſtr *conſ. 186. col. 2. verſic. nec aliquid aliud, quod ipſe impendiſſet vol.* 2. Nat. *conſ. 255. num.* 9. Matth. Brun. *conſ. 128. num.* 8. Menoch. *conſ. 681. num. 3. &* 4. Torniol. *conſ. 88. num.* 8. Phanuc. *de inuentar. part. 7. num.* 44. Petr. *de fideic. q. 15. num. 2. &* 67. D. Peregr. *conſ. 52. ſub num. 34. vol. 1. & in ſuo tractat. de fideic. art. 35. num. 1. & artic. 40. num. 18. &* 20.
7 Quod verum eſt, † quamuis hæres grauatus medio
tempore percepiſſet tot fructus, qui ſufficerent pro ſolu-
tione dicti æris alieni, D. Peregr. de communi, *d. art. 35. num.* 10.

Poteſtque hæres grauatus in reſtitutione tot bona hæreditaria retinere ſecundum valorem, qui erat de tempore mortis teſtatoris, vel ſolutionum factarum, non autem ſecundum valorem de tempore reſtitutionis, Cardinal. Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. libr. 7. tit. 8. in impreſſione antiqua ſub num. 15. verſic. & ſi hæres, in noua verò, ſub num.* 20. D. Peregr. *de fideic. artic. 35. num. 12. & num.* 17. vbi plures allegat, *& conſ. 68. ſub nu. 3. volum.* 3. Menoch. *conſ. 292. num.* 20. D. Surd. *deciſ. 92. ſub nu. 4. & conſ. 128. num. 27. 28. &* 29. Milanes. *deciſ. 13. per tot. maximè nu. 18. lib.* 1.
8 Ex hac autem ſecunda concluſione infertur, † quod
deducendæ erunt de hoc fideicommiſſo dotes Dominæ

Ange-

Digitized by Google

Angelæ vxoris teſtatoris Matth. Brun. *conſ.* 128. *ſub nu.*6. Chriſtophor. Torniol. *conſ.*88. *nu.*1. D. Surd. *deciſ.*333. *ſub num.* 15. Phanuc. *de inuentar. part.* 7. *num.* 42. Menoch. *conſ.*681. *num.*5.

Nec non eiuſdem bona paraphernalia, Matth. Brun. *d. conſ.* 128. *num.* 6. & prædia quæ erãt ipſius D. Angel. Torniola, *d. conſ.*88. *num.*7. & denique omnia eius credita.

Primo autem bona ipſius Dominæ Angelæ ſunt primo eius dotes, partim conſiſtentes in pecunijs, partim in mobilibus, partim in ſtabilibus, vt ex inſtrumento producto in proceſſu ſenatorio *fol.* 5. promiſſio pecuniarum fuit de ducatis mille, à libris quattuor cum dimidia monetæ Brixiẽſis pro quolibet, an autem eſſent ducati mille vltra mobilia, de quibus in dicto inſtrumento, an vero illis computatis hoc incertum eſt, quia non declaratur ibi, nihilominus pręſupoſito citra veritatis præiudicium, quod eſſent ducati mille in totum, ex illis conſtat, primo ſolutos fuiſſe ſcutos quinquaginta, vt in dicto inſtrumẽto, qui cum fuerint auri in auro, vt ex receptione ibidem regiſtrata *fol.* 11. ſimiliter reſtitui debent tot ſcuti auri in auro, nec releuat, quod in corpore inſtituti dicatur a libris ſex, quia cum receptio cuius vigore factum eſt inſtrumẽtum facta à Doctore cauſet de ſcutis auri in auro, dicendũ eſt fuiſſe expreſſum in inſtrumẽto a libris ſex, quia tunc temporis ſcuti aurei in auro, non erant maioris valoris.

Ad computum prædictum pariter in eodem inſtrumento apparent in mobilibus, libræ 493. - 10. monetæ Brixienſis.

Et deniq; ſoluti fuerunt ducatoni trecentum vigintiduos cum dimidio, vt ex inſtrumento, in dicto proceſſu ſenatorio, *fol.*57. *fac.*1. qui pariter erunt reſtituendi in tot ducatonis, quia licet in dicto inſtrumẽto in vẽditione facta, ex qua illi ſoluti fuerunt ab emptore enuncientur a lib. ſex, & ſoldis diem ſeptem, tamen quando conſignantur a venditricibus Domino Firmo dantur ſimpliciter ducatoni ſine aliqua æſtimatione, vt in omnem caſum ſaltem eſſent ſoluendi ſecundum bonitatem dicti temporis intrinſecam pecuniarum.

Reſſiduum etiam dictorum ducatorum mille fuit forte ſolutum, ſed quia de hoc habet ignorantiam Domina Victoria tamquam hæres, & de hoc non apparet, ideo fundamentum pro nunc tantum facio in dictis partitis.

Secundò, Pars dotis conſiſtens in ſtabilibus fuit de certa quantitate terrarum exiſtentium in loco Biancalenghi, de bonis Dominæ Barbaræ matris Dominæ Angelæ, quas ipſa D. Barbara, confeaſſi dari in dotem filiæ, reſeruata actione, in bonis D. Io: Bapt. Bonauenturæ, ſui mariti, & patris dictæ Angelæ, vt ex inſtrumento dotali, *fol.*7. *fac.*2. & ex teſtamento eiuſdem Bonauenturę, *fol.*40. *fac.*2. & ex inſtrumento venditionis factæ Domino Petrozanno, cum decreto ibi inſerto, *fol.* 246. *cum ſequentibus.*

Ex quibus tollitur, quod obijcitur ex aduerſo in ſcriptura producta, *fol.*298. *fac.*1. ex dicto teſtamento Bonauenturæ, & eius confeſſione non probari hanc dotis traditionem, quo ad præiudicium Domini Porſi, quia de his terris habitis adeſt eiuſdem Domini Porſi confeſſio tam in dicto inſtrumento dotali *fol.*5. *cum ſeqq.* quam venditionis factæ D. Petrozanno, *d. fol.*246.

Et licet non conſtet de præciſa quantitate harum terrarum, tamen ex prædicto teſtamento Bonauenturæ, *fol.* 40. colligitur, fuiſſe ſatis conuenientis quantitatis, quia ibi aſſeruntur valoris ſcutorum 800. & in omnem caſum hoc non releuat, cum omnes terræ Biancalenghi eſſent dictæ Dominæ Angelæ, vt ſtatim demonſtrabo.

Et hæc quo ad bona dotalia.

Tertio, Alia bona non dotalia, & ſic paraphernalia eiuſdem D. Angelæ, erant bubulcæ 32. terræ cum domo, in dicto loco Biancalenghi, ei legatæ per quondam D. Baptiſtam Caliarium, vt ex eius teſtamento, *fol.* 244. *fac.*2. & ex alio teſtamento, in quo enunciatur quantitas præciſa ipſarum terrarum, cuius teſtamenti pars producta fuit, *fol.* 242. & de hoc etiam conſtat per dictum inſtrumentum venditionis factæ Domino Petrozanno, *fol.* 255. *fac.* 1. & de dicta quantitate bubulcarum 32. deponunt teſtes D. Victoriæ.

Quarto, Iſtis terris Biancalenghi dotalibus, & ex tradotalibus nonnullas addidit Dominus Porſus, emptas, ſeu affrancatas de pecunijs vxoris, vt ex inſtrumento emptionis, & inueſtituræ rogato per Dominum Cæſarem Riccium, ſub die 11. Settembris 1591. regiſtrato in cataſtro exhibito, *fol.* 82. & ex alio inſtrumento liberationis eiuſdem D. Riccij, ſub die 3. Ianuarij 1596. regiſtrato in eodem cataſtro, vbi appatet affrancata pars pro ducatonis 400. de pecunijs ipſius Dominæ Angelæ, & licet dicti ducatoni non ſufficerent pro affrancatione omnium dictarum terrarum, de quibus in inſtrumento inueſtituræ ibi relato, tamen veriſimile eſt in totum etiam fuiſſe affrancatum reſſiduum, & de pecunijs eiuſdem Dominæ Angelæ, licet Domina Victoria tanquam hæres hoc ignoret, idque colligitur ex eo, quod venditæ fuerunt tamquam liberæ Domino Petrozanno, & quia in decreto occaſione dictæ venditionis impetrato Dominus Porſus, *fol.*255. *fac.*1. *in fine*, fatetur vltra dotales terras, & illas legatas à Calliario Dominæ Angelæ alias ibi emiſſe de pecunijs eiuſdem D. Angelæ, & in dicto inſtrumento venditionis non facit aliquam mentionem, quod vlla pars ſit eius propria, ſed tantum enunciatur, feciſſe aliqua melioramenta, quorum tamen quantitas non eſt probata ex aduerſo, vltra quod conſiſtebant in ædificijs non neceſſarijs, ſed potius voluptuoſis.

Reſtitutio autem pro dictis terris Biancalenghi, quæ in totum erant bubulcæ 100. in circa, vt ex inſtrumento venditionis earum, *fol.* 258. *fac.*2. facienda venit non in terris Predonzolæ licet emptis ex pretio illarum Biancalenghi, prout præſuponũt, ipſi M. Reuerendi aduerſantes, ſed in terris Caſatici, earum loco præcisè ſubrogatis ad commodum dictæ Dominæ Angelæ, & ad effectum, vt in illis ei ſatisfieret eueniente caſu reſtitutionis, & in ſubſidium tantum, & non aliter in terris emendis de pretio illarum Biancalenghi, vt ſæpe legitur in dicto inſtrumento venditionis factæ Domino Petrozanno, & in decreto, & capitulis in eo inſertis, *fol.*246. *cum ſeqq.* nam dicto, *fol.*46. *fac.*2. fit venditio inhærendo decreto, & tamen in decreto imponitur neceſſitas obligandi bona caſatici, in quibus debeat fieri reſtitutio ſubſequenti, *fol.* 249. *fac.* 1. vbi dicitur, *quod D. Angela poſſit habere regreſſum ad terras emendas cum pretio Biancalenghi, quatenus tamen* (ſunt verba inſtrumenti) *in alijs dictis Domini Firmi bonis, vt infra per eum ſubrogandis ſatisfieri non poſſet, & non aliter, nec alio modo, &c.* vbi igitur in alijs bonis ſubrogandis, quæ ſunt illa caſatici poſſit ſatisfieri, non cogitur habere regreſſum ad terras emendas, proſequitur inſtrumentum, *fol.* 251. *fac.* 2. & *fol.* 252. *fac.* 1. & 2. vbi expreſſis verbis cum amplificata geminatione in locum terrarum Biancalenghi, ſubrogantur ſpecialiter ex ſupponunt terræ Caſatici, & domus Mantuæ (quæ vt per teſtes Dominæ Marlianæ, probatum eſt, ſunt eædem, de quibus in cauſa) ad hoc vt in caſu dotis reſtituendæ in eis Domina Angela haberet, & conſequeretur ſuam ſatisfactionem, accedit inſuper directum ducale in dicto inſtrumento, *fol.*256. *fac.*1. vbi princeps exponit ſe id concedere, quia D. Angela cauta erat in terris Caſatici, & alijs bonis tunc poſſeſſis per Dominum Porſum in hoc dominio, cum hoc tamen, quod quatenus in bonis tunc poſſeſſis, non poſſet habere ſuam ſatisfactionem, haberet deinde regreſſum ad terras acquirendas cum pretio Biancalenghi, & ſic ſatisfactio fuit prius conceſſa in alijs bonis, addit idem decretum, *fol.*257. *fac.* 1. quod dumtaxat reſeruaretur regreſſus Dominæ Angelæ aduerſus terras, & bona nunc poſſeſſa, &c. conſidero verbum, nunc, quod afficit præſentia, non autem bona acquirenda, & ſubdit exprimendo ſpecificè Caſatici terras, & in earum defectum ad terras acquirendas, & ſic ſemper ſatisfactio prius peti poteſt in terris Caſatici, denique in capitulis inſertis in dicto inſtrumento,

*fol.*260.*fac.*1. conueniunt partes, quod Domina Angela poſſet habere regreſſum ad terras acquirendas eo caſu tantum, quo non poſſet ſatisfieri in alijs bonis mariti; Ita vt clarior deſiderari non poſſet ſubrogatio, & promiſſa ſatisfactio in bonis Caſatici, & domo Mantuæ, & per conſequens non poſſit cogi D. Victoria accipere terras Predonzolæ.

Quod autem ſenſus, & intentio partium, & principis fuerit talis, qualem ſonant verba, vt Domina Angela haberet ſuam ſatisfactionem in terris Caſatici, ſuadet neceſſario pactum conuentum cum Domino Petrozanno, quod pretium Biancalenghi inueſtiretur, ita vt ipſe poſſet præferri quibuſcunque, tamquam emptis de proprijs pecunijs, quod pactum non poterat ſortiri effectum, ſi Domina Angela directo potuiſſet habere regreſſum ad terras emendas, nam ipſa preualuiſſet ipſi Domino Petrozanno.

Et licet ipſa deinde interuenerit in emptionibus factis vna cum marito, de precio dictarum terrarum Biancalenghi, & communi nomine emptæ fuerint, tamen, omiſſo quod aduerſantes non reproduxerunt cataſtra, in quibus adſunt huiuſmodi inſtrumenta, dico, quod id factum fuit pro cautione Domini Petrozanni, & vt appareret, emptionem factam fuiſſe de eius pecunijs, & ſecundario, vt ipſa Domina Angela in eis poſſet conſequi ſuam ſatisfactionem vbi deficerent terræ Caſatici, non autem vt ſuum in eis conſequeretur, quia iam illi cautum erat, & facta aſſignatio, & propterea habita ſatisfactione in terris Caſatici, Domina Victoria ſi opus erit parata erit cedere iura terrarum Predonzolæ, cum reſeruatione tamen eorum in caſum euictionis.

Facta igitur hac ſubrogatione de terris Caſatici terris Biancalenghi, ſequitur, quod illæ dicuntur propriæ ipſius Dominæ Victoriæ, vti hæredis mediatæ Dominæ Angelæ, quia conſtante matrimonio permutari poteſt dos, & de vna re in alia conſtitui, & ſubrogari, quo facto fun-
9 dus † vel res illa efficitur dotalis, vt inquit textus, *in l. ita conſtante, cum lege ſequenti, ff. de iure dotium.*

Et licet terræ Caſatici eſſent longe maioris quantitatis, tamen cum non probetur, fuiſſe maioris valoris, hoc non refert, præterquamquod permutatio rei dotalis
10 conſtante † matrimonio ita demum permiſſa eſt, ſi ſit vtilis mulieri, & non aliter, *dict. leg. ita conſtante, ff. de iur. dot. leg. ſi mulier in fine, ff. de pactis dotalib.* vnde illud plus, quod potuiſſent valere, cederet loco vtilitatis prædictæ, ſine qua permutatio fieri non potuiſſet.

Et in omnem caſum aduertendum eſt, quod ſatisfactio erat etiam pro omni iure dotis Dominæ Angelæ, ne dum pro terris Biancalenghi tantum, vt legitur in ipſo inſtrumento venditionis factæ Domino Petrozanno, *fol.* 152. *fac.* 1. ibi, *ita quod in caſu cuiuſcunque dotis reſtituenda, & fac.* 2. ibi, *pro omnibus, & quibuſcunque iuribus ad dictam Dominam Angelam ſpectantibus, &c.* & *fol.* 256. *fac.* 1. ibi, *nec non etiam pro reliquo ſuæ dotis*, ad eo vt Domina Victoria, pro mobilibus, & pecunijs poſſit accipere tot de dictis terris, vbi omnes illę non cederent loco Biancalenghi.

Quo caſu, vbi ſubrogatio intelligeretur facta pro rata, non autem in totum cenſerentur aſſignatæ dictæ terræ Caſatici tunc attendendus eſſet valor de tempore ſubrogationis non autem de tempore præſenti, tum quia multa facta fuerunt melioramenta per Dominam Angelam, & Dominum Herculem poſt mortem Domini Firmi, tum etiam quia, circumſcriptis ipſis melioramentis, cum illa ſubrogatio fuerit vera aſſignatio loco
11 aliarum terrarum Dominæ Angelæ, non autem † hypotheca ſimplex, vt probant textus, *in dict. leg. ita conſtantem, cum lege ſequent. ff. de iure dotium*, & apparet
12 ex lectura dicti inſtrumenti, debet inſpici † valor de tempore dicti contractus, *leg. ſi voluntate in fine, Codic. de reſcind. vendition. capit. cum dilecti*, ibi, *iuſto valentem, &c. extra de emptione, & venditione*, Caſtr. *in lege ſecunda, ſub numero quarto*, & ibi Cagnol. *ſub numero* 213. *cum ſequenti*, & Pinel. *parte tertia, capit.* 4. *numero decimoquinto, Codice de reſcindend. vendition.* Crauet. *conſilio centeſimo quinquageſimo primo, numero ſeptimo*, Natta *conſilio* 548. *numero decimoquarto*, Becc. *conſilio tertio, numero decimonono*, Pont. *conſilio quinquageſimo tertio, numero quadrageſimo primo, & quadrageſimo ſecundo*, Honded. *conſilio decimo, numero trigeſimotertio, volumine primo*, Dominus Surdus *conſilio centeſimo quinquageſimo primo, numero ſeptuageſimo primo, & conſilio* 451. *numero* 31.

Quinto, Redeundo poſt longam digreſſionem ad alia bona non dotalia ipſius Dominæ Angelæ, vltra prædicta, erat quoque creditrix de bonis Bonauenturæ eius patris, a quo fuit inſtituta, vt ex teſtamento producto, *fol.* 40. & inuentarium eius bonorum habetur *fol.* 43. quæ poſtea peruenerunt ad manus Domini Firmi, ſuper quibus mobilibus non cadit aliqua difficultas, quia d. Dominus Firmus in ſuo teſtamento exiſtente in proceſſu carerij, *fol.* 3. declarat, *fol.* 6. *fac.* 2. quod debeat ſtari declarationi, ipſius Dominæ Angelæ, circa hęc mobilia, quæ deinde in inuentario de bonis mariti in eodem proceſſu, *folio quadrageſimo tertio, & folio quinquageſimo*, declarat, quæ, & qualia eſſent dicta bona.

Sexto, Rurſus erat creditrix de ſcutis centum quæ ex bonis ſuis peruenerant, ad dictum Dominum Firmum, vt ipſe fatetur in dicto ſuo teſtamento, *fol.* 6. *fac.* 2.

Septimo, vti hæres Dominæ Barbaræ Rouetæ ſuæ matris, pro vt eius hæredem eſſe voluiſſe, colligitur ex proteſtatione facta per eam de infraſcripto credito in inuentario bonorum Domini Firmi, *fol.* 53. *fac.* 2. erat creditrix in bonis dicti ſui mariti de ducatonis ducentum mutuatis eidem a dicto Domina Barbara, vt ex inſtrumento in proceſſu Senatorio, *fol.* 53. quod creditum pariter non habet aliquam difficultatem, tam circa ſubſtantiam, quam circa quantitatem, & genus pecuniarum, cum enim certa ſpecies deducta fuerit in contractu, reſtitutio quoque, ſecundum iura vulgatia, deber fieri in tot ducatonis.

Octauo, in inſtrumento ſolutionis factæ per ipſam Dominam Angelam, & Dominum Firmum Iugales, Domino Ludouico Caprianæ in proceſſu Senatorio, *fol.* 268. apparet, eos ſoluiſſe de proprijs eorum pecunijs ſcutos 294. 5. 11. animo recuperandi, & retinendi eos in pecunijs ſoluendis poſtea à Domino Petrozanno de pretio Biancalenghi, quæ quidem pecu-
13 niæ præſumuntur † fuiſſe pro dimidia ipſius Dominæ Angelæ, iuxta regulam *leg. reos*, §. *cum in tabulis, ff. de duobus reis*, cum ipſa haberet de proprio vltra bona dotalia, ita vt ceſſet præſumptio *leg. Quintus Mutius,*
14 *ff. de donation. inter uir. & vxor.* quod † preſumerentur mariti, vnde remanebat creditrix de dimidia ea-
15 rum, cum non preſumatur ſolutio, † niſi probetur. Nat. *conſilio* 569. *numero ſecundo, & quarto*, D. Surd. *conſil.* 82. *nu.* 18. & *conſil.* 86. *nu.* 1. & 2. Maſcard. *concluſione* 1324.

Nono, licet dicta Domina Angela potuiſſet prætendere omnes illas terras, de quibus in ſolidum fuit inueſtita vna cum Domino Firmo ſuo marito, vt in inueſtituris productis, *fol.* 309. 311. & 315. ſi non fuiſſent liberatæ, & dictus Dominus Firmus de ſua parte viuens non diſpoſuiſſet, quia per ius non decreſcendi, in totum remanſiſſent Dominæ Angelæ, Nihilominus cum fuerint liberatæ ex inſtrumentis, *fol.* 64. 69. & 74. ſi non potuit conſequi eas in totum, tanquam pars mariti libera remanſerit in eius hereditate, & de illa potuerit diſponere ad libitum, ſaltem non poterat ei denegari dimidia earum, ſicuti nec dimidia alterius pretiæ terræ contentæ in inſtrumento emptionis, *fol.* 262. & ob idem dicta dimidia omnium illarum petiarum terræ erit deducenda ad commodum Dominæ Victoriæ.

Decimo de fructibus bonorum paraphernalium, ſeu extradotalium creditrix erat eadem Domina Angela, quia licet multi ſoleant diſtingui caſus an tales fructus reſtituen-

ſtituen-

ſtitũendi ſint a marito, vel eius hæredibus nihilominus in
hoc omnes magis communiter conueniunt, quod vbi
16 verſemur in dubio, an † maritus illos perceperit de vo-
luntate vxoris, nec ne, & an ex eis factus fuerit locuple-
tior, & denique an illos conuerterit in promiſcuos vſus,
præſumitur ſine conſenſu vxoris perceptos fuiſſe, nec
conuerſos in promiſcuos vſus, ſed potius maritum locu-
pletiorem factum fuiſſe, niſi contrarium probetur, & ob
id reſtituendos eſſe, ita hæc colliguntur ex Menoch. *lib. 3.
præſumpt. 9. ſub nu 18. verſ. Tertius eſt caſus &c.* Honded.
conſ. 91. nu. 56. cum ſeqq. Berol. *conſ. 56. num. 55. cum pluri-
bus ſequentibus*, & licet Teſſaur. *deciſ.* 187. dicat, quando-
17 que fuiſſe iudicatum in † dubio preſumi perceptos de
voluntate vxoris, tamen in fine ſubdit poſtea reformatam
& reuocatam fuiſſe dictam ſententiam, gaudimentum au-
tem horum fructuum per D. Firmum fuit per decem an-
nos, vt per teſtes examinatos.

Vndecimo ex perſona eiuſdem Dominæ Angelæ poſ-
ſunt detrahi ſcuti ducentum per eam ſoluti de proprijs
pecunijs Dominę Virginię Battainę ex inſtrumẽto *fol.* 80.
pro pretio partis terrarum Predonzole emptarum per
ipſam, & q. eius maritum, vel ſaltem tot de dictis terris
Predonznlæ hac de cauſa relaxandæ ſunt Dominæ Victo-
riæ, nam iſta ſolutio ceſſit in totum ad commodum hæ-
reditatis d. Domini Firmi, ex quo dictæ terræ Predonzo-
læ licet emptæ communi nomine dictorum Iugalium,
erant nihilominus ſoluendæ per D. Firmum de pretio
terrarum Biancalenghi, quod eius factum erat aſſecura-
ta vxore in alijs bonis.

Duodecimo, erat creditrix Domina Angela de ſcutis
quadraginta ſolutis ad commodum hæreditatis eius ma-
riti Ioſeph de Melis hæbreo, vt ex inſtrumento in pro-
ceſſu *fol. 162. in fine*, qui quoque veniunt detrahen-
dum.

Decimotertio, veniunt detrahendæ omnes quantitates
denariorum ſolutæ per dictam Dominam Angelam, de
quibus in receptionibus productis in proceſſu *fol.* 115. &
recognitis varijs in locis dicti proceſſus, quia licet qui
exhibet ſimiles ſolutiones teneatur probare omnia eius
capita vera eſſe, tamen hæc probatio aliquando fieri po-
teſt per priuata ſingrapha, nec ſemper requiruntur inſtru-
menta, vel teſtes omni exceptione maiores, ſed admittun-
18 tur † probationes per coniecturas arbitrio iudicis æſti-
mandas, ita Corne. *in l. final. § in computatione, C. de iure
deliberand.* Munoz. *de ratiocinijs administration. cap.* 10.
num. 58.

19 Inter has autem expenſas † nulla patitur difficultatem
illam facta pro confectione, & publicatione inuentarij,
de qua *fol.* 115. nam & hæc detrahitur aduerſus fideicom-
miſſarios, D. Surd. *deciſ. 333. num. 18. par. 2.*

Sicuti nec illa impenſæ funerum de quibus in inuenta-
rio in proceſſu carrerij *fol. 54. fac.* 1. in duabus partitis ibi
notatis, indumentorum lugubrium, velorum, officiorum
diuinorum, habet aliam dubitationem, nam & hæ quoq;
20 impenſæ † minuunt fideicommiſſum Matth. Brun. *conſ.*
128. *nu.* 1. & 2. Menoch. *conſ.* 681. *num.* 6. D. Peregrin. *de
fideicom. articul.* 40. *num.* 18. & 19. D. Surd. *d. deciſ.* 333.
num. 17.

Decimoquarto, & vltimo ex perſona eiuſdem Domi-
næ Angelæ prætenditur domus Mantuæ vti illi aſſignata,
& ſubrogata loco terrarum Biancalenghi, vt in d. inſtru-
mento venditionis factæ D. Petrozanno, nam non con-
ſtito de valore dictæ domus, nec terrarum Caſatici, non
Poteſt dici plus debito factam fuiſſe ſubrogationem, pre-
terquam quod, vt ſupra quoque dicebam, talis ſubroga-
tio, non permittitur niſi cum vtilitate mulieris, *l. ita con-
ſtante cum lege ſeq. ff. de iur. dot. & l. ſi mulier, de pactis do-
talib.* Et ubi hoc reſpectu retineri non poterit domus iſta
ſaltem debebitur alio iure, de quo inferius agendum erit.

Et hæc quo ad præten ſiones ex perſona Dominæ An-
gelæ, nunc deſcendo ad illas, ex perſona Domini Hercu-
lis.

Ex predicta quoque ſecunda concluſione in principio
firmata, quod ex ære alieno relicto a teſtatore, & ſoluto
per hæredem grauatum minuitur fideicommiſſum infer-
tur, quod deducenda erunt omnia debita ſoluta per Do-
minum Herculem, &

Primo, ex perſona d. Domini Herculis, deducendæ
erunt librę 1020. - 10. ſolutæ per eum Dominæ Virginiæ
Bettainæ, pro pretio terrarũ Predõzolæ, vt ex inſtrumẽto
in proceſſu, *fol.* 12. quæ terræ licet etiã fuiſſent emptæ no-
mine Dominæ Angelæ, tamen, cum pretendatur eius no-
mine ſatisfactio in terris caſatici ſubrogatis loco illarum
Biancalenghi, ſequitur, quod dictæ terræ Predonzolæ re-
maneant in hæreditate Domini Firmi, & ſic quod ſolutio
fuerit facta ad illius commodum, vel in omnem caſum
tot de illis eſſent relaxandæ, quatenus capiunt dictæ ſolu-
tiones.

Secundo, deducendi ſunt ſcuti 74. lib. 2. ſol. 13. ſoluti à
prædicto Domino Herculæ, D. Ottauio Corſino, pro pre-
tio terrarum Predonzola, ex inſtrumento in proceſſu *fol.*
273.

Tertio, quoque detrahenda eſt illa pecuniarum quan-
titas, quæ ex receptionibus productis, *fol. 115. cum ſeqq.*
apparet ſoluta diuerſis creditoribus per prædictum Do-
minum Herculem, rationibus ſuperius deductis in deci-
matertia pretenſione ex perſona Dominæ Angelæ.

22 Tertiam † firmo concluſionem, quod hæres grauatus
poteſt deducere omnia credita, quæ ipſe habebat cum
teſtatore, & ex illis minuitur fideicommiſſum Cardinal.
Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 7. tit. 8. num.* 15.
D. Peregr. *conſ. 52. ſub num. 34. vol. 1.* idem *in tract. de fi-
deicom. art. 35. in princip.* Chriſtophor. Torniola. *conſ.* 88.
num. 2. & 3. D. Surd. *deciſ. 333. num. 16. part. 2.* vbi, *ſub
numer.* 18. *in fine*, inquit hæredem grauatum poſſe reti-
nere tot bona ſtabilia, & in eis cenſeri ſibi ſoluiſſe ab ini-
tio ſecundum æſtimationem de tempore ſui crediti, pro
vt etiam ſuperius latius tetigi, *in verſic. Poteſtque hæres
grauatus.*

Ex hac concluſione.

Quarto infertur, quod ex perſona eiuſdem Domini
Herculis poterunt detrahi illa bona promiſſa per Domi-
nũ Firmum in inſtrumento renuncię regiſtrato in proceſ-
23 ſu, *fol.* 232. quia non pręſumitur tradita, niſi hoc † pro-
betur ex aduerſo, *l. conſilio, circa finem, ff. de curat. furioſ.*
Iaſ. *in l. ſerui electione, in* 1. *num.* 8. *ff. de legat.* 1. Alciat.
conſ. 51. *num.* 4. *lib.* 8. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 14. *num.* 2.
& licet Dominus Hercules remiſerit, in libera voluntate
Domini Firmi, quæ, & quot mobilia vellet dare, tamen,
24 vltra quod dicta libera voluntas † intelligitur remoto
dolo, Iaſ. *in l. ſi ſic legatum, num. 36. ff. de legat.* 1. qui tamen
dolus vtique non deeſſet, vbi nihil daretur, & omiſſo,
25 quod libera poteſtas † aſtringitur ad id, quod eſt de bo-
no, & æquo, idem Iaſ. *in § in bona fide, num.* 4. *Inſtit. de
actionib.* dico quod cum ipſe Dominus Firmus, num-
26 quam declarauerit hanc † ſuam voluntatem, vitiatur
promiſſio, ſeu conceſſio Domini Herculis, *l. centeſimis, §.
final. ff. de verb. obligationib.* & ſic obligatio remanet in
prioribus terminis, quo caſu ipſi vti in communione de-
genti cum dicto Domino Firmo, vt colligitur ex dicto
inſtrumento, *fol. 232. fac.* 2. debebatur medietas omnium
mobilium.

Quinto vbi domus Mantuæ non ſpectaſſet ad Domi-
nam Angelam vigore ſubrogationis factæ de ea loco ter-
rarum Biancalenghi, pro vt ſuperius deduxi pretenſioni-
bus, ex perſona ipſius Dominæ Angelæ, ſaltem veniret
detrahenda ex perſona Domini Herculis, vti comprehen-
ſi in antiqua inueſtitura per rationes, quas alias late par-
ticulariter ſcripſi ſuper hoc puncto, ad quas ne longior
ſim me remitto; Quibus nunc tantum addo, quod cum
Dominus Firmus in ſuo teſtamento non fecerit mentio-
nem in inſtitutione generali, nec in ſubſtitutione de bonis
emphyteuticis, & alijs obnoxijs, in dictis diſpoſitionibus
27 non dicitur comprehenſa † dicta domus, vt eſt plena
deciſio D. Surd. 93. & tradit etiam Socin. Iun. in terminis
conſ. 71. n. 61. vol. 1. qui licet loquatur de emphyteuſi Ec-
cleſiaſtica, tamen non diuerſificat caſum noſtrum; cũ par-
ticulari pacto de iſta, nulla valeret diſpoſitio ſine licen-
tia; ſequitur pariter inter maius D. Surd. *d. dec. 93. n.* 16. vbi
loquitur, etiam quia fideicomittens poterat, ita diſponere

& per conſequens remanſit Domino Herculi, non vti hæredi, ſed vti inueſtito; ſecundo adde, quod cum dicto pacto conuento, de quo in inueſtitura non poſſet fieri aliqua alienatio ſine licentia, videtur deuoluta ad confraternitatem dominam directi dicta domus per ſubrogationem de ea factam ad commodum D. Angelæ loco bonorum Biancalenghi, quæ dicitur vera alienatio, quia ſicuti bona Biancalenghi, maxime condotalia erant propria ipſius Dominæ Angelæ, neceſſario quoque eiuſdem facta ſunt bona eorum loco ſubrogata, quia ſubrogatū ſortitur na-
29 turam eius † in cuius locum ſubrogatur cum omnibus ſuis qualitatibus, Anchar. *conſ.* 110. *ſub num.* 1. quam caducitatem videtur agnouiſce d. confraternitas inueſtiendo iterum d. D. Herculem, *vt fol.* 146. vel ſaltem vti ignorans poſſet eam iterum intentare, vel ex iuribus ceſſis in affrancatione, de qua, *fol.* 150. ſe poſſet iuuare Domina Victoria.

Nec obſtat, quod, cum ſecuta fuerit diuiſio inter dominum Firmum, & Dominum Herculem, vt ipſe D. Hercules fatetur in inueſtitura producta *fol.* 156. *fac.* 2. domus iſta obuenerit in parte ipſi Domino Firmo, & conſequenter nullum ius amplius haberet eius frater in ea.

Quia reſpondetur, quod licet in diuiſione feudum, vel emphyteuſis, obueniat vni tantum, & alter illi renunciet pro eo, & eius hæredibus, nihilominus talis renuncia intelligitur pro hæredibus deſcendentibus, vel ſaltem capacibus, quales non eſſe dictum monaſterium oſtendi in
30 † alijs ſcriptis ſuper hoc puncto; ita tradunt Federic. de Senis, *conſ.* 228. *circa finem verſ.* item cedendo, Bero. *conſ.* 106. *num.* 22. *&* 23. *& conſ.* 108. *ſub num.* 16. *volum.* 1. Celſ. Hug. *conſ.* 26. *ſub numer.* 87. *verſic. Quinimo.* Corn. benè *conſ.* 51. *ſub num.* 12. *verſic. & propterea ſi vnus volum.* 3. Honded, *conſ.* 36. *ſub num.* 31. *vol.* 1.

31 Et † ideo ſi ille, cui obuenit dictum feudum, vel emphyteuſis decedat ſine deſcendentibus, inſtituto hærede non comprehenſo, non obſtante tali diuiſione, ſuccedit alter frater comprehenſus in antiqua inueſtitura, excluſo tam domino directi, *cap. vltimo ſi de feud. fuerit contra inter domin. & agnat. & c. vnic. de eo quod finem fecit agnat.* Bartol. *conſ.* 58. *in* 3. *dubio vol.* 1. Bal. *conſ.* 281. *nu.* 7. *verſ. Quinto eſt premittendum vol.* 3. Corn. *conſ.* 24. *n.* 16. *vol.* 1. Dec, *conſ.* 411. *num.* 2. Honded. *conſ.* 36. *num* 19. *&* 26. *vol.* 1. Schrad. *de feud. part.* 8. *cap.* 5. *num.* 27. Quam etiam excluſo dicto hærede inſtituto *d. cap. final. ſi re feud. fuerit cont. inter domin. & agnat.* Federic. de Sen. *conſ.* 77. *verſ. item dicta filia, & d. conſ.* 228. *in* 3. *dubio* Bero. *conſ.* 97. *vol.* 1. D. Surd. *conſ.* 446. *num.* 16.

Non obſtat etiam, quod ſi emphyteuta imponat fideicommiſſum ſuper re emphyteutica, & poſtea hæres grauatus acquirat dictæ rei dominium directum, vtrumque tam vtile, quam directum dominium veniat reſtituendum fideicommiſſarijs, reſtituto tantum prætio erogato pro acquiſitione directi ipſi hæredi grauato, ea ratione, quia talis francatio facta videtur ex pacto proueniente a teſtatore, vt in terminis reſpondit Decian. *conſ.* 18. *n.* 18. *volum.* 2.

Namque primo reſpondetur, in propoſito caſu ceſſare voluntatem, & potentiam teſtatoris faciendi fideicommiſſum ſuper hac emphyteuſi, & propterea non eſſe agendum, an vtile tantum dominium, vel vtrumque, ſit reſtituendum, voluntas enim defficit, quia non fecit mentionem ſpecificam, pro vt opus erat de bonis obnoxijs ſicuti, & poteſtas, quia fuiſſet facta in perſonas potentiores, & ſine licentia domini directi, quod non licet vt dixi in prioribus allegationibus.

Secundo reſpondetur, doctrinam illam Deciani non poſſe ſubſiſtere, & male conſuluiſſe, quia in fortioribus
33 terminis ſtat communis concluſio, † quod ſi teſtatur legat fundum emphyteuticum, & deinde acquirat illius directum dominium, non debebitur legatario niſi vtile, vt poſt alios tradit Iaſ. *in l. ſeruum filij ſub num.* 16 vbi teſtatur de communi, *ff. de legat.* 1. Melch. Palaez *in tract. de maiorat. part.* 1. *queſt.* 10. *ſub num.* 47. vbi ipſe quoque teſtatur de communi, Menoch. *conſ.* 694. *num.* 8. ſi illud verum eſt in eodem teſtatore quanto fortius verius erit in diuerſis perſonis, vt vtile tantum, quod erat teſtatoris debeatur, non autem directum.

Et in fideicommiſſo, ita decidit, licet conuerſis terminis, quando ſcilicet teſtator erat dominus directi, & hæres grauatus acquiſiuit vtile, Bertrand. *conſ. vlt. ſub num.* 10. *&* 11. *vol.* 1. *p.* 1. quem refert, & ſequitur Decian. *conſ.* 52. *num.* 50. *&* 64. *vol.* 1.

Et hanc præciſam quæſtionem mouet Manzar. *in epitom. fideic. q.* 9. quam tamen non reſoluit expreſſe, ſed bene videtur eam tacite decidere ad fauorem hæredis grauati, dum inquit eam decedi poſſe ex conſilio Ruin. 2. *nu.* 11. 12. *&* 14. *volum.* 1. qui reſpondit, quod ſi vaſſallus, poſt
34 † cuius mortem feudum deuoluebat ad agnatos, acquirat directum dominium eo deffuncto ſolum vtile deuoluet ad agnatos, non etiam directum.

Quia, ſtante deciſione, ſequeretur, quod directum remaneret Dominæ Victoriæ, quæ poſtea non teneretur inueſtire monaſterium tamquam perſonam numquam morituram, & potentiorem.

35 Tertio reſpondeo † ad conſilium 18. Decian. *volum.* 2. quod ipſe loquitur, quando hære grauatus, ex ſolo facto & pacto teſtatoris potuit acquirere directum dominium puta quia teſtator fuiſſet primus acquiſitor, quod ſecus eſt in caſu iſto, nam ex pacto antiquioris paternæ inueſtituræ, in qua comprehenſus erat D. Hercules, potuit facere hanc affrancationem.

Neque aliquod preiuditium fuit generatum, tam D. Angelæ, quam D. Herculi ex deſcriptione eiuſdem domus in inuentario bonorum hæreditatis Domini Firmi propter proteſtationes, & reſeruationes per ipſos factas, de non preiudicando ſuis iuribus, & non deſcribendo aliquid, quod non eſſet de hæreditate, vt *fol.* 24 *fac.* 2. *& fol.* 26. *fac.* 2. reſeruatio enim, & proteſtatio conſeruat ius proteſtantis, ſi quod habet Oldrad. *conſ.* 214. Bec. *conſ* 74. *nu.* 6. D. Surd. *deciſ.* 8. *nu.* 25.

Quartam pono concluſionem, quod ea, quæ non ſpe-
37 ctant ad commodum pecuniarium, non tranſeunt † in fideicommiſſarium, veluti iura ſepulcrorum, & iura patronatus Eccleſiæ, Imol. & Alex. *in l. Quia perinde, ff. ad Trebellian.* D. Peregr. *de fideicom. art.* 6. *nu.* 38.

Hinc infero, quod altare, & ſepulcrum erectum, & conſtructum in Eccleſia Diui Marci per Dominum Firmum teſtatorem remanere debet Dominæ Victoriæ.

38 Quinta addo concluſionem, † quod ſi res fideicommiſſo ſubiectæ, naturaliter, vel curſu temporis pereunt, vel deteriorantur, id cedit damno fideicommiſſarij, *leg. mulier.* 22. *§. ſed enim ff. ad Trebellian.* facit, *l. ſi vſusfructus,* 9. *§. ſi veſtis, ff. vſusfructuarius quemad. caueat* D. Peregr. *de fideicomm. art.* 10. *num.* 3. *&* 39. *& conſ.* 70. *numer.* 21. *vol.* 1. vbi bis ita iudicatum refert, vt ex curſu tem-
39 poris multa præſumuntur conſumpta, vel ſaltem deteriorata, D. Peregr. *d. art.* 10. *num.* 4. Rauden. *deciſ. Piſan.* 28. *num.* 162. *& deciſ.* 29. *num.* 273.

Hinc infero, male fuiſſe æſtimata bona hæreditatis D. Firmi, tamquam reſtituenda in eo ſtatu, quo erant de tempore mortis teſtatoris, cum ſatis ſit grauato reſtituere talia, qualia reperiuntur; nam qui vellet arguere deteriorationem culpoſam, hoc probare deberet, & hinc colligitur maximum æquiuocum eorum, qui tuentur iura fideicommiſſariorum, dum putent, hæc bona reſtituenda eſſe, vt erant de tempore mortis, ea ratione moti, quod ea, quæ vſu conſumuntur corrumpantur
40 † periculo vſufructuarij, iuxta *deciſ.* D. Surd. 67. namque hæc actio de reſtituendo in eodem ſtatu contra vſufructuarium competebat hæredi, non autem fideicommiſſarijs, hæres vero erga fideicommiſſarios, tantum obligatur, vt dixi ad reſtitutionem rei in eo ſtatu, in quo de præſenti reperitur, & hæc eſt mera veritas, & ad hoc hucuſque non fuit animaduerſum in hac cauſa.

In omnem caſum autem dicta æſtimatio eſt nullius valoris, tum quia fuit facta non viſis rebus, quarum tamen multæ adhuc extant, & certum eas inſpici debere, vbi extant, vt iuſta poſſit fieri æſtimatio, tum etiam, quia numquam fuit confirmata.

Sicuti

Digitized by Google

Sicuti etiam non obſtat aſſerta æſtimatio librorum d. teſtatoris producta, *fol.* 28. proceſſus Senatorij, tradita per Palazzolum D. Notario, tamquam facta ab alijs;
41 † quia cum non aſſeruerit factam fuiſſe ab illis, qui illi ſunt ſubſcripti, nec fuerit recognita, vel iuſtificata, non valet vnum obulum, Corn. *conſ.* 19. *num.* 9. *& ſub num.* 13. *vol.* 2.

Sed vbi probata eſſet d. æſtimatio, attamen hæres grauatus non teneretur vltra, quam venditi verè fuerint d. libri, quod fuit de ſcutis 300. vt ex parcellis extractis ex libro computorum D. Angelæ, *fol.* 136. *fac.* 1. quia multoties res non venduntur id, quod æſtimantur, & ſine dubio libri, vt notiſſimum eſt his, qui profitentur noſtram legalem ſcientiam, & cum deberent vendi ex iuſſu teſtatoris, non eſt imputandum hæredi, vel vſufructuariæ, ſi eos vendidit etiam minus, quam fuerint æſti-
42 mati, quia non eſt credibile, † quod eos minoris vendidiſſet, ſi plus habere potuiſſet, provt vidi iudicatum in ſimili inter D. Annam Mariam Luzzariam, & D. Vincentium Andreaſium ab Illuſtriſſimo D. Præſide Senatus.

Ita quoque non eſt imputandum hæredi ſi venditę fuērunt multæ aliæ res hæreditariæ, vt ex liſta producta, *fol.* 137. *fac.* 1. quia, vt dixi in 2. concluſione, fideicommiſſum minuitur pro ſoluendo ære alieno, & ſufficit, ſi pretium dictarum rerum detrahatur ex ſolutionibus factis per D. Angelam creditoribus hæreditarijs. nec poteſt argui de iniuſto pretio, quia hoc non præſumitur, vt maxime dicebam, niſi probaretur dolus, & machinatio ad præiudicium fideicommiſſariorum.

Prætenſio denique dictorum Monacorum de ſcutis 400 eis relictis per D. Angelam, vt ex eius teſtamento, & codicillis, *fol* 13. *& fol.* 15. proceſſus Senatorij, redditur vana ex inſtrumento producto, *fol.* 235. vbi ſolutio conceſſa fuit per dictos Monacos ad libitum D. Herculis, & eius hæredum, dummodo interim ſoluerent quinque pro centenario, & ob id D. Victoria non poteſt cogi inuita ad ſolutionem capitalis,

Fructus vero terrarum reſeruatarum D. Victoriæ per Dominos primos Iudices, & per Monacos perceptos ab eis reſtituendos eſſe tamquam indebitè, & de re aliena collectos, non credo habere aliquam difficultatem,
43 quia † fructus ſpectant ad rei dominum, *l. fructus, l. in fundo, l. ex diuerſo, ff. de rei vendicat. l. Herrennius, ff. de vſuris*, Angel. *conſ* 55. D. Surdus, *conſil.* 101. *nu.* 14. cum infinitis.

Sicuti, & totius prædij Caſatici venirent reſtituendi, vbi reformaretur ſententia, & d. prædium adiudicaretur D. Victoriæ, quia irritata ſententia, cuius vigore quis
44 poſſidebat, † res reſtituitur cum fructibus, D. Surd. *deciſ.* 45. *num.* 11. & titulus, vbi per ſententiam reducitur ad non titulum res reſtituitur cum fructibus, idem Dominus Surdus, *deciſ.* 163. *num.* 16. *& deciſ* 171. *num.* 5.

Et poſtremo reſtituenda erunt per dictos M. Reuerendos Monacos mobilia per eos habita, quando habuerunt tenutam Caſatici, de quibus in liſta confeſſata, *fol.* 337. & boues habiti ex pronuncia Illuſtriſſimi D. Præſidis, vt *fol.* 183. *& fol.* 187. cum boues hæreditarij teſtatoris non potuerint tamdiu durare, & eos perire periculo fideicommiſſariorum, ſuperius deduxi.

Totam autem cauſam expediendam eſſe ſecundum votum D. Victoriæ, non autem ſuper articulo domus tantum, ſecundum quod prætendunt ipſi Monaci, certi iuris eſt; tum quia tota eſt in expeditione, & ob id etiã vniuerſa expediri debet, ſicuti videmus etiam, vbi cumulatum eſt petitorium cum poſſeſſorio, quod vtrumque expeditur, ne lis ex litibus generetur, tum etiam, quia mihi præſupponitur extare reſcriptum; licet illud non viderim, quod Senatus vnica ſententia cauſam expediat, & vt hoc velit facere Senatus humiliter eum deprecatur D. Victoria.

ARGVMENTVM.

De fideicommiſſo conditionali; Item de eo ex prohibitione cum cauſa reſtricta ad certas perſonas. Et quando ea dicatur eſſe perſonalis. Diſpoſitio generalis uon comprehendit bona prohibita alienari, Et de fideicommiſſi reſtituendi diminutione.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum factum ſub conditione, ſi aliquis decedat ſine filijs, expirat illo decedente cum filijs.*
2 *Ex prohibitione cum cauſa, vt perueniat ad certas perſonas, inducitur fideicommiſſum in caſum ſolum contrauentionis.*
3 *Donatio non comprehendit bona feudalia.*
4 *Bona prohibita alienari non veniunt ſub diſpoſitione, cum in alijs bonis verificari poteſt.*
5 *Maximè cum diſponere ſe reſtrinxit ad bona ſua, non enim veniunt bona alijs obnoxia, & reſtituenda.*
6 *Præcipuè ſi alienatio fiat titulo lucratiuo.*
7 *Qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat à pœna.*
8 *Diminutum, vel alienatum de re reſtituenda per fideicõmiſſum, ita peti non poſſunt, ſi non interuertendi fideicommiſſi gratia id fiat.*
9 *Ille, cuius fauore factum eſt fideicommiſſum, poteſt alienare ſine metu priuationis.*
10 *Verbum,* Prædictus, *eſt perſonaliſſimum. Et reſtringit diſpoſitionem ad nominatos, num.* 11.
12 *Pronomen,* Eius, *eſt demonſtratiuum ad oculos, & perſonale.*
13 *Prohibitio perſonalis non extenditur de perſona ad perſonam.*
14 *Fideicommiſſum eſt particulare, cum ipſi ſunt ſuppoſita immobilia tantum.*

CONTROVERSIA DCLXXXVI.

ARticuli eccitati nouiſſimè in cauſa Ricciardella, fere omnes etiam iam fuerunt reſoluti in alijs allegationibus, nihilominus eos denuo ſigillatim reaſumam, & illis ſatisfaciam, vel per remiſſionem ad alia ſcripta, vel addendo, provt opus fuerit.

Primus eſt, an fideicommiſſum ſit in caſum mortis, & abſolutum, an vero in caſum alienationis tantum.

In hoc articulo videtur præſupponi, aliquod extare fideicommiſſum, cuius tamen contrarium, quod nullum extet, fuit luculenter oſtenſum, tam per Excellentiſſimũ D. Peregrinum in ſuo conſilio, quod impreſſum datum fuit ad partes, & quod etiam nunc reperitur, *in* 3. *volum. conſiliorum illius, ſub num.* 159. quam per me in primis, & maximè in ſecundis allegationibus impreſſis incipientibus in iudicijs promotis.

Nihilominus citra veri præiuditium dato, ſed non cõceſſo aliquod extare fideicommiſſum, reſpondetur, illud tantum eſſe prohibitorium, & in caſu alienationis tantum, non autem reſtitutorium, & abſolutum, vt demonſtraui inprimis allegationibus incipientibus. Nullum exiſtimõ, in verſiculo *ex quibus reſultat, &c.* nam in caſu iſto, ſi aliquod poteſt colligi fideicommiſſum id non poteſt deduci, niſi ex clauſula prohibitionis alienationis, quia caſus ſpecialiter prouiſi per teſtatorem fideicommiſſi abſoluti tamquã facti ſub conditione, ſi Thedoldus hæres inſtitutus deceſſiſſet ſine filijs maſculis, ex-
1 pirarunt † per eius mortem cum filijs, vt deduxi ex vulgato *conſil.* Oldrad. 21. communiter approbato in primis ſcriptis in principio; fideicommiſſum autem abſolutum, non reſultat ex prohibitione alienationis cum cauſa, vt bona perueniant ad tales, niſi in prohibitione addatur etiam, ne alienentur extra tales, quia tunc ſimplex prohibitio dicitur præceptum nudum, quod non obligat,

obligat, niſi addita cauſa, vt peruenirent ad certas per-
2 ſonas, & tunc † inducitur tantum fideicommiſſum in
caſum contrauentionis, vt poſt vulgatum *conſil.* Socin.
227. *in 1. dub. volum.* 2 ex magis communi tradunt Deci.
conſ. 37. Alciat. *conſ.* 31. *n.* 19. *cum ſeqq. lib.* 7. *alias eſt conſ.*
479. Gabr. *de fideicomm. concl.* 9. *n.* 7. Ceph. *conſ.* 17 *num.*
21. Craſſ. § *fideicommiſſum, quæſt.* 5. *n.* 5. Card. Mantic. *de*
coniectur. vltim. volunt. lib. 6. *tit.* 14. *ſub n.* 24. Odd. *conſ.* 46.
n. 25. Honded. *conſ.* 69. *num.* 19. *vol.* 2. D. Peregr. *de fidei-*
comm. art. 14. *n.* 14. 15. & 18. Intrigliol. *de ſubſtitut. cent.* 3.
quæſt. 72. *num.* 35. & 37.

Secundus articulus, qui proponitur eſt, ſi fideicom-
miſsum eſt in caſu alienationis tantum, An donatio in
matrem facta comprehendat bona iſta prohibita alie-
nari.

Huic quæſito ſatisfeci in primis allegationib. in verſic.
ſed vbi ſubeſſet, &c. Quo loci firmaui in donatione præ-
fata à Paulo matri non cenſeri comprehenſa bona iſta,
per quorum alienationem ipſe incidiſset in pęnam pri-
uationis, ex quo de eis non fuit facta ſpecialis mentio,
ſed tantum cenſeri donata ea, de quibus potuiſset diſpo-
nere, puta legitimam, trebellianicam, & alia, quæ forent
3 detrahenda, vt † de feudo ſunt text. *in cap.* 1. *§. licet*,
verſic. in generali, in titulo, ſi de feud. defunct. & in cap. 1. *de*
capitan. qui curiam vendid. in vſib. feud. & tradunt Bald.
in cap. Imperialem, in princip. nu. 1. & ibi Martin. Lauden.
& Præpoſit. *de prohibit. feud. alienat.* per Federic. & Iaſ.
conſ. 6. *colum. fin. ſub num.* 45. *vol.* 3.
4 Et generaliter, † quod bona prohibita alienari non
comprehendantur in diſpoſitione, quando in alijs veri-
ficari poteſt, tradunt Bart. *in l. codicillis, §. inſtituto, ff. de*
legat. 2. Alex. *conſ.* 16. *num.* 4. & *conſ.* 168. *n.* 6. *vol.* 2. Alba,
conſ. 64. *n.* 5. Crauett. *conſ.* 256. *n.* 7. *in fine, & num.* . The-
ſaur. *dec.* 193. Honded. *conſ.* 58. *n.* 100. *vol.* 1. D. Senator
Manent. *conſ.* 53. *per tot. maximè n.* 10 D. Peregr. *conſ.* 50.
col. 1. *vol.* 4.

Et ita fuit iudicatum in hoc Senatu in cauſa Domino-
rum de Mainoldis, & iterum confirmata d. ſententia.
5 Quod † maxime procedere debet in caſu iſto, in quo
donans reſtrinxit donationem ad bona ſua, quo fit, vt
non dicantur comprehenſa alteri obnoxia, vel alteri re-
ſtituenda. D. Surd. *dec.* 93. *n.* 20. D. Pereg. *de fideic. art.* 6.
6 *n.* 12. præſertim ſi alienatio fiat † titulo lucratiuo, D.
Surd. *d. dec.* 93. *n.* 30.

Nec obſtat inſtrumentum emptionis factæ per D. Ful-
uiam Bagnolam matrem præfati D. Pauli Ricciardelli à
D. Flaminio Palumbo producto in hoc vltimo iudicio, in
quo ſpecifice d. D. Paulus donat matri pretium terrarum
venditarum in loco Riparoli, quæ ſubiacebant huic
fideicommiſſo, & quod inueſtiendum erat in alijs terris
ſubrogandis loco alienatarum pro cautione ipſius fidei-
commiſſi, cuius D. Fuluiæ nomine poſtea emptæ fuerũt
terræ ſubrogatæ, & ſic tranſiuerunt in perſonam prohi-
bitam, & per conſequens videtur factus locus fideicom-
miſſo in caſum alienationis, & contrauentionis.

Si quidem (omiſſo pro nunc, quod ego abſolutè
teneo, nullum amplius extare fideicommiſſum) duplici-
ter reſpondeo; *Primo*, quod per hanc donationem
non fuit contrauentum per D. Paulum, ex quo donauit
cum onere exequendi promiſſa, & conuenta cum Gua-
rinonis, & Pentijs, quibus fuerant vendita bona Riparo-
li ſubiecta fideicommiſſo, quæ promiſſa erant de inue-
ſtiendo pretio ad commodum fideicommiſſariorum, &
ſubrogandis bonis acquirendis, vt continetur in diſpen-
ſatione Excellentiſſimi D. Ducis Sablonetæ, & in inſtru-
mento venditionis factis dictis Guarinonis, & Pentijs in
vltimo proceſſu producto, ſi igitur voluit bona acqui-
renda eſſe ſubrogata loco d. fideicommiſſi, & mater do-
nataria acquirendo voluit hoc adimplere, vt dicitur in
ipſo inſtrumento acquiſitionis, ſequitur, quod non in-
tellexit donare proprietatem, ſed tantum pretium in-
ueſtiendum nihilominus ad effectum conſeruandi fidei-
commiſſi, & conſequenter, quod in d. donatariam, vbi
aliquod ſubeſſet fideicommiſſum, non dicatur translatus,
niſi ius vſusfructus terrarum acqui rendarum, quia aliter
non fuiſſet cautum emptoribus terrarum Riparoli, & fi-
deicommiſſarijs.

Secundo, reſpondeo, quod vbi etiam donaſſet bona
acquirenda, nihilominus non potuit incurrere aliquam
priuationem, & ſic nec etiam fieri locum alicui fideicõ-
miſſo reſtitutorio, quia id non fecit per contemptum,
ſed iuſta credulitate motus, quod iſtud fideicommiſſum
non tranſiret niſi ad eius filios maſculos, ſi quos ſuſce-
piſſet; & in eis finiretur, ſicuti & illudmet finitum cre-
didit, vbi decederet ſine filijs maſculis, prout patet in
precibus datis Excellentiſſimo D. Duci Sablonetæ pro
ſubrogatione iſtius fideicommiſſi, ibi, *il detto fidecom-*
miſſo dura anco nelli figliuoli maſchi d'eſſo ſupplicante, ſe
ve ne naſceranno da lui, & infra, *eſſendo la total mente*
ſua (ideſt teſtatoris) *che detti ſuoi beni perueniſſero al ter-*
zo grado delli ſuoi deſcendenti, qual ſi verificaria nella
perſona, ò perſone delli figliuoli, ſe ne naſceranno del detto
ſupplicante, & infra, *al quale ſono chiamati li figliuoli del*
predetto ſupplicante, come ſi è detto, & finiſce in loro, cui
iuſtæ credulitati videntur adheſiſſe eiuſdem D. Ducis Vi-
carius Generalis Auditor, (qui fuit Fuluius Pacianus
maximus I.C.) & Conſiliarius, dum ipſi tres ſubſcrip-
ſerunt, & laudarunt ipſi Principi diſpenſationem, ſtan-
te autẽ d. credulitate, quæ nõ niſi iuſta dici poteſt, cum e-
tiam hodie approbata fuerit auctoritate tot I.C.I.C. qui
pro D. Fuluia ſcripſerunt, non poteſt dici, quod per a-
lienationem fuerit incurſa aliqua priuatio, nec inductum
fideicommiſſum reſtitutorium, quia quælibet cauſa etiã
7 iniuſta, dummodo colorata excuſat † à pœna, & pri-
uatione, Deci. *conſ.* 650. *n.* 13. Burſatt. *conſ.* 26. *n.* 39. Me-
noch. *conſ.* 460. *num.* 4. Ad quod bene induci poteſt text.
in l. Titius, 54. *in princ. ff. ad Trebell.* ibi, *Quod medio tem-*
pore alienatum, vel diminutum eſt, ita quandoque peti non
8 † *poterit, ſi non interuertendi fideicommiſſi gratia tale a-*
liquid factum probatur; verbis enim fideicommiſſi bonam
fidem ineſſe conſtat, & vbi non fuiſſent nati filij præſup-
poſita pro vera ea opinione, quod ad eorum fauorem
tantum creatum fuiſſet fideicommiſſum, tunc licita erat
9 alienatio ipſi Paulo, vti vltimo, ſine † aliquo metu pri-
uationis, iuxta *l. cum pater. §. libertis. & l. qui ſolidum, §.*
prædiũ, ff. de legat. 2. cum alijs adductis in primis ſcriptis
verſic. Conſequitur etiam.

Tertius articulus eſt, An appellatione deſcendentium
de quibus in teſtamento veniant fœminæ, vel tantum ma-
ſculi.

De hoc plenè dixi in ſecundis allegationib. impreſſis
incipient. In indicijs promotis, ad quas me remitto.

Quartus ſuccedit articulus, An prohibitio alienatio-
nis ſit perſonalis, ita vt trahi non poſſit ad alienationem
factam per matrem D. Pauli, & vtique perſonaliſſimam
eſſe ſuadent verba illa, *prodictus Thedoldus, neq; eius filij*,
10 verbum † enim, *prædictus*, eſt generaliſſimum, Bur-
11 ſatt. *conſ.* 237. *n.* 51. & ideo reſtringit diſpoſitionem † ad
12 nominatos, Crauett. *conſ.* 98. *n.* 6. & 8. ſicuti & † pro-
nomen, *Eius*, eſt demonſtratiuum ad oculum, & ſic
perſonale, Bart. *in l.* 1. *n.* 2. *C. de non. codic. faciend.* prohi-
13 bitio autem alienationis perſonalis non extenditur † de
perſona ad perſonam, Caſtr. *conſ.* 340. *nu.* 1. *vol.* 2. Socin.
Iun. *conſil.* 163. *num.* 9. *vol.* 2. Pedrocc. *conſ.* 19. *n.* 43. & per
conſequens ex alienatione facta à D. Fuluia non poteſt
dici fuiſse contrauentũ, cum ipſa non eſſet de compre-
henſis in prohibitione.

Quintus proponitur articulus, An bona mobilia ſint
ſuppoſita fideicommiſſo, vel immobilia tantum, hunc
punctum tetigi in dictis ſecundis allegationibus incipi-
entibus, *In indicijs promotis, verſic. Quinto obſeruo*, vbi
firmaui, quod cum actores non poſsint prætendere iſtud
aſsertum fideicommiſsum, niſi ex diſpoſitione reſultatur
in verbis prohibitionis alienationis, ex quo cæteræ ſub-
ſtitutiones factæ, ſi Thedoldus deceſſiſset ſine filijs eua-
nuerunt per eius motrem cum Paulo filio, neceſſario ſe-
quitur, quod fideicommiſsum ſit tantum de immobilib.
non etiam de mobilibus, quia prohibitio cantat expreſ-
ſe de bonis immobilibus hæreditatis ipſius teſtatoris.
14 Sextus, † & vltimus articulus eſt, An ſi immobilia
tantum

tantum ſint ſuppoſita fideicommiſſo dicatur fideicommiſſum vniuerſale, vel particulare, puto eſſe particulare per tradita à Socin. Iun. *conſ.49.n.19 vel.3.* Ceph. *conſ.* 153.n.102. D.Peregr. *de fideicomm.art.5.ſub num.28.42.* & 43. Rugger. *conſ.38.num.88.volum.1.*

A R G V M E N T V M.

Ampliſſimè agitur de Immunitate bonorum Eccleſiæ, an extendatur ad portionem Colonicam, & de Priuilegiorum ſpeciebus, & eorum effectibus interpretatione, ac extenſione nec ne. De facultate Principis in tollenda præſcriptione, imo, & dominio, ex cauſa, & alijs ad rem.

S V M M A R I V M.

1 *Bona Eccleſiæ, ſi transferuntur in priuatum, perdunt immunitatem, & fiunt obnoxia omnibus oneribus, ac laicorum bona.*
2 *In iſtis oneribus mutata perſona mutatur ſtatus rei, & priuilegium, & num.5.*
3 *An priuatus teneatur ad datium pro contractu per quem res transfertur de Eccleſia in ipſum, remiſſiuè.*
4 *Semper priuatus tenetur ad datium ſeparatum ab eo contractu.*
6 *Immunitas perſonalis non egreditur perſonam immunem.*
7 *Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & cum ea extinguitur.*
8 *Coloni Eccleſiarum tenentur pro oneribus perſonæ, reſpectu rei pro colonica tamen portione.*
9 *Coloni prædicti ducentes partem ſuam ad Ciuitatem, ſoluunt pro ipſa gabellam ad portas.*
10 *Emphyteuta Eccleſiæ pro vtili dominio poteſt collectari per laicos.*
11 *Res ſumit conditionem à perſona, non è contra.*
12 *Valet Statutum laici ſuper vtili dominio rei Eccleſiæ, recognito à laico, vt laicali.*
13 *Priuilegia Imperatorum conceſſa Epiſcopis Mantuæ, remiſſiuè.*
14 *Perpetuitas priuilegij denotat, illud eſſe reale.*
15 *Verba priuilegij in rem concepta faciunt illud reale.*
16 *Realia etiam ſunt priuilegia perſonis perpetuo duraturis conceſſa, vt Epiſcopo, Duci, &c.*
17 *Item ſi deputatis ſint conceſſa, vti Epiſcopatui, Ducatui, &c.*
18 *Realia priuilegia tranſeunt ad quoſcumque ſucceſſores, ſiue vniuerſales, ſiue ſingulares.*
19 *Etetiam ad conductores, & colonos; ſed vid. infr.*
20 *Si prædia gaudent immunitate reali, gaudent & eius fructus.*
21 *Immunitates non obtinent, niſi quatenus appareat ex priuilegijs.*
22 *Priuilegium confirmatorium nihil dat; ſed diſpoſitum tantum confirmat.*
23 *Qualitas Epiſcoporum, & Epiſcopatus item Ciuilitatis, &c. contemplata in priuilegijs facit præſumere ea perſonalia, non vero realia, & num.24.*
25 *Vt dignoſcatur, an reale, vel perſonale ſit priuilegium, attenditur, cuius contemplatione illud datum ſit, rei ne, an perſonæ.*
26 *Perſonale priuilegium ſtatim extinguitur, cum exit earũ perſonas.*
27 *Immunitas conceſſa alicui pro bonis non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, nec etiam cũm bonis, dum principaliter perſona fuit contemplata.*
28 *Exemptio Clerici ab oneribus dicitur perſonalis; & ſi bona exeunt de Eccleſiæ dominio, exemptio non tranſit ad emptorem.*
29 *Priuilegium regulatur à ſua cauſa.*
30 *Si datum ſit priuilegium ob aliquam cauſam, ea ceſſante tollitur & illud.*
31 *Qualitate ceſſante, cuius reſpectu p*[illegible]*tum eſt vt ſi non iuris, & ceſſat eius diſpoſitio.*
32 *Immunitas conceſſa ob parentes, vel paupertatem, mortuis parentibus, vel ſuperuenientibus diuitijs illa ceſſat.*
33 *Et quæ conceſſa eſt ciuibus non tranſit in eos, qui non ſunt ciues.*
34 *Priuilegium Immunitatis conceſſum poſteris, vel illis de familia, non tranſit in deſcendentes ex fœminis.*
35 *Priuilegium conceſſum alicui ratione alicuius, artis, durat ſolum quatenus exercet illam artem.*
36 *Et illud conceſſum alicui ratione officij, requirit officium in actu.*
37 *Priuilegium conceſſum Monaſterio ceſſat illo deſtructo.*
38 *Sublato fundamento exemptionis, & ipſum corruere neceſſe eſt.*
39 *Cauſa redacta ad non cauſam, vel re non remanente in eodem ſtatu, ceſſat priuilegium.*
40 *In dubio priuilegium, & immunitas præſumitur perſonalis, & non realis.*
41 *Priuilegium immunitatis eſt ſtrictè interpretandum, & reſtringendum.*
42 *Afferuntur Rotæ deciſiones in propoſito.*
43 *Inferior non poteſt reuocare immunitates conceſſas à Superiore.*
44 *Omnia iura Imperij ſunt translata in Duces Mantuæ.*
45 *Imperator, & alij Principes poſſunt reuocare conceſſiones, & immunitates ex titulo gratioſo, ſuperueniente iuſta cauſa.*
46 *Auctor non tenetur de euictione, cum reuocatio ſubſecuta eſt Principis lege.*
47 *Nec Princeps non tenetur ad recompenſationem.*
48 *Vnum, & idem priuilegium dici poteſt reale, & perſonale diuerſis reſpectibus.*
49 *Priuilegium immunitatis conceſſum generi, poſteris, & familiæ, tranſit ad omnes eius ſucceſſores, & eſt reale.*
50 *Verba,* Semper, *&* In perpetuum, *aliquando verificantur vſq; ad vitam; aliquando vſq; ad 30. ann. aliquando in infinitum.*
51 *Verba hæc limitantur ſecundum ſubiectam materiam; & ab ea regulantur.*
52 *De requiſitis ad præſcriptionem, remiſſiuè.*
53 *Communitas an, quando, & quomodo reſtituatur aduerſus præſcriptionem. Et quid, ſi ſit longiſſimi temporis præſcriptio, remiſſiuè, & num.54.*
55 *Princeps an poſſit derogare præſcriptioni futuræ, & num. ſeqq.*
56 *Præſcriptio eſt inducta de iure Ciuili.*
57 *Princeps poteſt tollere etiam ſine cauſa dominium acquiſitum alicui, artificio iuris Ciuilis.*
58 *Iuſta cauſa ſubſiſtente poteſt Princeps tollere etiam dominium de iure gentium.*
59 *Princeps poteſt tollere præſcriptionem etiam completam.*
60 *Si ex conſuetudine competit alicui immunitas, poteſt ea contrario Statuto tolli.*
61 *Litteræ etiam publicæ ſuper aliqua terminatione non probant, niſi de ea aliunde appareat.*
62 *Non creditur Notario atteſtanti de aliquo inſtrumento, etſi aſſerat, ſi de eo fuiſſe rogatum.*
63 *Princeps poſt dominium quæſitum ex ſententia tranſita in iudicatum poteſt tollere adhuc ipſam ſententiam.*

CONTROVERSIA DCLXXXVIJ.

SI demonſtrauero Illuſtrem D. Ludouicum Zaitam non poſſe frui prætenſis Immunitatibus pro curia Bagnoli, nec ex eo, quod eius anteceſſores illam acquiſiuerint ab Epiſcopatu Mantuæ, & ſic ab Eccleſia proprio priuilegio immuni, nec vigore immunitatis eidem Epiſcopatui competentis ex varijs Imperatorum priuilegijs, nec denique vigore alicuius præſcriptionis, conſequenter etiam ſatis probabo, tam Commune Gubernuli pro factionibus colonorum, & alijs quibuſcumque pro dictis terris occurrentibus, quam Sereniſſimam Cameram, & conductores datiorum pro datijs, & gabellis, tam ratione fructuum, quam proprietatis, vbi illa contrectari contingeret obtinere debere.

1 Nam

Digitized by Google

1 Nam quo ad primum † caput, certum eſt, quod li-
cet perſonæ Eccleſiaſticæ, & bona Eccleſiæ ſint immu-
nes, & immunia, tamen ſi dicta bona transferantur per
ipſam Eccleſiam in priuatum alias non priuilegiatum,
non tranſeunt cum ſua immunitate, ſed remanent obno-
xia quibuſcumque oneribus, ac cætera laicorum bona
Specul. *in tit. de immunitat. Eccleſ. §. 1. circa finem, ſub n. 3.*
Federic. de Sen. *conſ. 6. ſub n. 3. verſic. & bene facit, quod no-*
tat, &c. & conſ. 111. ſub n. 10. verſ. imo ſi Clericus, &c. gloſſ.
in Clem. vlt. in verb. non negotiand. & ibi Imol. *n. 9. de cen-*
ſib. Archid. *in c. quamq; col. 2. de cenſib. in 6.* & ibid. Io: Andr.
Anchar. *in c. Innouamus, n. 10. de cenſibus,* Io: de Amic. *conſ.*
18. *per tot.* Bart. qui dicit ita determinatum per illum tex.
in l. licitatio, §. final. & ibi melius Alberic. *ff. de publican.*
Salicet. *in l. vniuerſi, ſub nu. 2. Cod. de vectigal. & commiſſ.*
Alex. *in l. quia tale, num. 3. ff. ſolut. matrim. & conſil. 35. nu-*
mer. 15. verſic. Quantum ad illud, volum. 4. vbi *numer. 16.*
poſt Archidiacon. & Io: Andr. inquit, quod in iſtis one-
2 ribus, † mutata perſona, mutatur ſtatus rei, & atten-
ditur qualitas noui poſſeſſoris, Guid. Pap. *conſ. 151. n. 3.*
idem, *quæſt. 208.* Pract. Papienſ. *in forma libell. quo agitur*
ad ſolutionem pedagy, gloſſ. vltim. num. 8. Iaſ. *in Authentic.*
quas actiones, num. 41. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. & conſil.
20. nu. 9. vol. 1. Deci. *in l. in omnibus cauſis id obſeruatur,*
num. 2. ff. de regul. iur. Zabarell. *conſil. 12. ſub num. 2.* Ruin.
conſil. 143. ſub num. 18. volum. 5. Boer *deciſ. 213. numer. 19.*
Tiraquell. *de retract. conſangu. §. 1. gloſſ. 13. num. 12.* Natt.
conſ. 218. num. 8. Emanuel Soarez de communi, *in The-*
ſaur. recept. ſentent. in verbo gabella, num. 6. Riminald. Iun.
conſil. 59. num. 59. Bertaz *conſ. criminal. 169. n.* 9. Burſatt.
conſil. 42. ſub num. 14. D. Surd. *conſil. 301. num. 89. in fine,*
& conſ. 25. num. 5. Roland. *conſil. 61. per tot. vol. 4.* Purpu-
rat. *conſil. 489. per totum.*

3 Et quamuis controuertant inter ſe Doctores, † an
ad datium contractus illius, per quem res transfertur de
Eccleſia ad priuatum, ille non priuilegiatus cogi poſſit,
alijs affirmantibus, alijs vero negantibus, prout videre
eſt apud Bal. *conſil. 31. vol. 1.* Menoch. *conſil. 136. num. 19.*
Riminal. Iun. *conſil. 724. ſub num. 47. &* 48. Cardinal. Tu-
ſcum, *in verbo Exemptio, concluſ. 558. nu. 4. & 5.* & alios
quos ſciens prætereo.

4 Attamen, † vbi agimus de datio, vel onere ſepara-
to ab ipſo contractu geſto cum Eccleſia nullus eſt, qui
contradicat, & per doctores proximè allegatos, & alios
ſupra longa ſerie congeſtos, quia mouentur ea ratione,
5 quod mutatione perſonæ, † mutetur priuilegium, *l.*
licitatio, §. final. ff. de publican. l. Paulus, alias per procura-
torem, vbi Bartol. *in fine,* hoc notat, *ff. de acquir. hæred.*
Bal. *in rubr. C. de vſur. num. 13. in fine,* Tiraquell. *in tra-*
ctat. ceſſante cauſ. part. 1. nu. 217. & quod ob reuerentiam
Clericorum, vel Eccleſiæ conceditur, eos non egreditur,
Bal. *conſil. 31. paulo ante finem volum. 1.*

Addit aliam rationem Egidi. Thomati. *in tractat. de*
collect. in parua impreſſione, fol. 118. verſic. inferitur prædi-
ctis, quod d. immunitas Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticarum
perſonarum adhæret perſonæ, non prædio; ideo dem-
pta perſona priuilegiata, res remanet obnoxia ſuis one-
6 ribus, quia † immunitas perſonalis non egrediatur
perſonam immunem, *l. 1. & l. ſemper, §. immunitati, ff. de*
iur. immunitatum, l. in omnibus cauſis id obſeruatur, ff. de
regul. iur. & priuilegium perſonale perſonam ſequitur,
7 † & cum perſona extinguitur, *Regula priuilegium, de re-*
gul. iur. in 6.

Sed quod plus eſt, dico, cum hic agatur de colonorũ
immunitate, quod vbi verſaremur in puris terminis hu-
ius primi capitis conſiſtentis de immunitate Eccleſiæ ex
proprio priuilegio, fortius ſuccumbere deberet D. Zai-
ta, quia etiam coloni met Eccleſiarum, ſeu bonorum
8 Eccleſiæ obligantur omnibus oneribus, † quæ impo-
nuntur perſonis pro rebus reſpectu ſuæ partis colonicæ,
prout tradit Federic. de Sen. *conſil. 111. ſub num.* 10. vbi
dicit, quod ſi conducant ſuam partem ad Ciuitatem
9 tenentur † etiam ſoluere gabellam ad portas, & eum
ſequuntur Io: de Plat. *in l. Senatorum, ſub num. 3. C. de di-*
gnitatib. lib. 12. Geminian. *in cap. quamquam, num. 11.* &
ibi Franc. *ſub num. 3. de cenſib. in 6.* Bertach. *de Gabell. p.*
7. num. 16. Ripa *in tract. de peſte, in tit. de remed. ad con-*
ſeruand. vbertat. numer. 127. Parpa et. *in lec. placet. num.*
73. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Apoſtill. ad Abbat. *in cap.*
Innouamus, verſic. quarto limita, de cenſib. Io: de Amicis,
conſil. 18. num. 11. Roland. *conſ. 61. num. 14. & 15. volum.*
4. Burſatt. *conſ. 16. num. 27. & ſub num. 78. & conſ. 42. num.*
14. & conſ. 258. num. 30. D. Sud. *conſil. 301. num. 89.* The-
ſaur. qui diſputat ad partes, & alios refert, dicitque ita
iudicatum fuiſſe per Senatum Pedemont. *deciſ. 116. per*
totam, & alios addit eius filius in addition. cum defen-
dendo ab impugnatione quorundam, Papon. *conſil. 7.*
num. 10. vbi citat duas deciſiones Rotæ.

Prædicta autem ſine difficultate aliqua tranſeunt pro
parte d. Curiæ Bagnoli affrancata per Dominos Zaitas,
ſed & idem concludendum eſt pro parte non liberata, &
pro qua remanet D. Ludouicus emphyteuta Epiſcopa-
tus, & Eccleſiæ.

Nam (quidquid diſputauerit, & tenuerit Siluan. *con-*
10 *ſil. 9. per totum*) verius eſt, emphyteotas Eccleſiæ † pro
vtili dominio collectari poſſe per laicos, vt tradit Andr.
de Iſernia, *in ti. quæ ſint regalia, in verbo, & plauſtrorum,*
& nauium præſtationem, num. 56. in fine, & num. 57. quia
11 ſecundum eum, res ſumit † conditionem à perſona,
non è contra, idem tenet Alex. *conſ. 101. num. 11. verſic.*
& dixit Andr. de Iſern. volum. 1. Roch. de Curt. *in capit.*
cum tanto, ſub num. 84. extr. de conſuetud. n. Brun. *de ſtatut.*
excluſ. fœminar. articul. 8. num. 107. Fortaſ. *de ultim. part.*
4. cap. 2. num. 43. Roland. *conſ. 66. num. 34. vol. 1.* Menoch.
de arbitrar. iudic. caſu 180. *num.* 8. & hanc opinionem di-
ſputando latè tuetur Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt. 17.*
ſub num. 11. verſic. Verum ipſe contrariam, & ratio eſt,
quia tale vtile dominium eſt laicale.

Quæ opinio, vbi eſſet dubia, fuit approbata per ordi-
nes patriæ, *de Anno 1530. in cap.* 50. vbi ad hæc onera
diſponitur, teneri etiam emphyteotas Eccleſiæ, cuius
12 Statuti diſpoſitionem valere † ſuper vtili dominio de
re Eccleſiæ recognita à laico, tamquam laicali, docet
Anchar. *conſil. 125. ſub num. 6. & conſ. 433. num. 3.* Barbat.
conſil. 24. volum. 4. Deci. *in cap. quæ in Eccleſiar. in 2. nota-*
bil. extr. de conſtit. latè Brun. *de ſtatut. excluſiu. fœminar.*
articul. 8. in 22. quæſt. Burſatt. *conſil. 375. in 1. dubio.* &
quod valeant huiuſmodi ſtatuta, latè conſuluit D. Surd.
conſil. 338. per tot. & ita deciſum in hoc Senatu, & ſem-
per obſeruatum fuiſſe, teſtatur *deciſ. 160. ſub num. 13. ver-*
ſic. ſeruauit tamen.

Quæ diſpoſitio fuit etiam replicata in ordinibus de
Anno 1602. dum excipit tantum bona immediate ten-
ta per Eccleſiam, vel perſonas Eccleſiaſticas.

Ex quibus omnibus ſatis firma remanet concluſio,
quod D. Zaita non poſſit prætendere aliquam immuni-
tatem, vigore proprij priuilegij Eccleſiæ, Quod opti-
mè cognoſcens, omnem vim deducit ex varijs priuilegijs
13 Imperatorum, de quibus † meminit Burſatt. *conſil.*
25. *num.* 8. eorum auctores, & ſubſtantiam recitando,
concedentibus pleniſſimam immunitatem in perpetuũ
Epiſcopis Mantuæ pro bonis Epiſcopatus, & etiam pro
eorum colonis, & idem contenditur ex longæua præſcri-
ptione.

Quæ priuilegia tantum faciunt ad propoſitum pro ca-
uſa D. Zaitæ, quantum optimum Pharmacum, ſeu me-
decina pro vno morbo, ſi applicetur morbo diuerſo;
nam licet ſit aliàs optimum remedium pro ſuo particu-
lari morbo, pro diuerſo tamen euadit ineptum, inutile,
& quandoque peſſimum.

Quamuis autem mihi non liceat perpendere particu-
laria verba horum priuilegiorum, cum fuerit mihi adé-
ptus proceſſus iuſſu Senatus Excellentiſſimi ob partis ni-
miam inſtantiam, nihilominus conabor, ex his, quæ mẽ-
te repeto, penitus deſtruere aduerſarij intentionem.

Nititur autem aduerſarius his priuilegijs ex eo, quod
14 conceſſa ſunt Epiſcopis Mantuanis ſemper, † & in per-
petuum, quæ perpetuitas denotat ea eſſe realia, non
autem per[illegible]ntum, Ancharan. *conſil. 327. colum.*
1. verſic. [illegible]*nus conceſſionis, &c. & verſicul. Se-*
cundo

Digitized by Google

cundo principaliter, &c. Socin. *conſ.84.num.4.* Barbatia, *conſil.44.num.1.cum ſeqq.volum.2.* D.Surd. *conſil.262.n.*
15 45.
Sicuti, † & realia eſſe ſuadent verba eorum in re cõcepta, videlicet, *de caſtris, villis, prædijs, poſſeſſionibus, &c. l.forma, §.quamquam, ff.de cenſib.* Din. *in regul.priuilegium, num.10.verſic.ſecundo caſu, de regul.iur. in 6.* Iaſ. *conſ.89.num.5.volum.3.* Bertaz. *conſil.ciuil.42. numer.47.* Menoch. *lib.3.præſumpt.103.num.26. & conſil.276. num.16.*
16 Poterat tertio allegari, † quod eadem priuilegia realia dicantur, vti conceſſa perſonis perpetuò duraturis, videlicet Epiſcopis, Menoch. *conſ.276.nu.8.* Natt. *conſ.163.ſub num.15.* Riminald.Iun. *conſ.763.num.18.* D.Surd. *conſ.,25.ſub num.23.*
17 Denique quarto, † & vltimo, vnico verbo dici poterat, quod hæc priuilegia, vti conceſſa Epiſcopatui, & ſic dignitati eſſent realia, Bald. *in l.liberti, ſub num.26. Cod.de oper.libert.* Mayner. *in l.in omnib.cauſis id obſeruatur, num.50.ff. de regul. iur.* plures alios allegat D. Surd. *conſil.262.num.41.* Et in terminis, quod hæc priuilegia ſint realia, tradit Burſatt. *conſil.25. num.5.& conſ.42.numer.21.*
18 Si ergo † hæc priuilegia ſunt realia, ſequitur, quod tranſeant ad quoſcumque ſucceſſores, ſiue vniuerſales, ſiue ſingulares, & per contractum, *l.via, §.quæcumque, ff.de ſeruitut.ruſtic. prædior. l.ſi aquæductus, ff.de contrahend. emption.l.3.in fine, & l.forma, §.quamquam, ff.de cenſibus,* Rum. *conſ.157.num.9.lib.2.* Boſſi. *de Principe, numer.174.* Burſatt. *conſil.16.num.43.* idem, *conſil.42.num.22.& conſ.25.num.6.& conſ.258.num.21.& 27.& conſil.462.num.15.* Bertaz. *conſ.ciuil.42.num.4°.* Riminal. Iun. *conſil.500.num.47.* Purpurat. *conſil.489.num.2.* Menoch. *conſil.136.num.18.*
19 Et per conſequens etiam † tranſeunt ad conductores, Burſatt. *conſil. 452. num.15.* & ad colonos, Bertaz. *conſil.ciuil.42.num.5.* & ſicuti prædia ipſa reali immu-
20 nitate gaudent, † ita quoque immunes ſunt eorum fructus, ita vt nulla pro eis debeatur gabella, Burſattus *conſil.25.num.7.*

Verum prædicta non firmant intentionem D.Zaitæ, quod antequam manifeſtum faciam, libet animaduertere, ex tot priuilegijs, quæ adeo mutilata ſunt, & carentia verbis ſubſtantialibus, ſaltem in ea copia, quam ego vidi, & ſuper qua ferenda eſt ſententia, vt nullam mereri deberent fidem, vnum tantum eſt, ſi bene memoria recolo, quod dat has immunitates, licet pars exegerat in magna quantitate priuilegiorum multorum Imperatorum, & eſt illud Ottonis Quarti conceſſum de Anno, 1218. confirmatum à Carolo Quarto de Anno 1354. cætera enim priuilegia, licet confirmando faciant mentionem de exemptionibus, & immunitatibus, tamen de illis non apparet in priuilegijs confirmatis, niſi in illo Ot-
21 tonis Quarti; † & ideo non probant, nec dant illas, niſi quatenus apparet ex priuilegijs relatis, Speculat. *de locato, ſub titulo de emphyteuſi, §.nunc aliqua, quæſt.58.in fine, ſub num.73.* Oldrad. *conſ.164.num.1.& 2.* cum alijs multis apud Lanarium, *conſil. 76. num. 34.* priuilegium enim confirmatorium, nihil dat, † ſed totum intelligitur conditionaliter, quatenus diſpoſitum ſit in confirmato, vt docet Gloſſ. *in ſumma circa medium, 25 quæſtione ſecunda.*

Hoc animaduerſo, dico, priuilegium prædictum Ottonis, & ſi quæ ſunt ſimilia, non ſuffragari, quia ex eorum lectura manifeſto conſtat illa non rebus principaliter, ſed ſecundario, & intuitu Epiſcoporum, & perpetuò futurorum in hac dignitate Epiſcopatus Mantuæ, & ipſius Eccleſiæ conceſſa fuiſſe, ad hoc vt ſicut præmittitur in illis magis proficerent in vinea Domini, & ob bonos eorum mores, & merita, & in honorem, & exaltationem ipſius Eccleſiæ, quo fit, vt dicatur contemplata perſona Epiſcoporum, & Eccleſia, vt conuincunt rationes adductæ per Pont. *conſ. 1. nu.66.* & ſicuti alibi, Alba *conſil. 123.ſub num.1.* inquit qualitatem ciuilitatis re-
23 ſpicere perſonas, non † res, ſic & qualitas Epiſcoporum, & Epiſcopatus, & ob id licet reſpectu ipſorum Epiſcoporum dici poſſint realia, quia perpetuo tranſeunt ad ſucceſſores in Epiſcopatu, reſpectu tamen aliorum, qui reperiuntur in ea dignitate, nec ſunt adminiſtratores bonorum Eccleſiæ, & per quorum ſucceſſionem e-
24 xeunt † dominium ipſius Eccleſiæ, dicuntur perſonalia (diuerſis enim reſpectibus vnum, & idem priuilegium dici poteſt reale, & perſonale, vt dicam in reſolutione contrariorum) nam ad cognoſcendum, an priuilegium ſit reale, vel perſonale, videndum eſt, cuius contempla-
25 tione principaliter conceſſum eſt, an † rei, vel perſonæ; ſi enim perſonæ perſonale eſt, ſi vero rei, reale, licet ſecundario proſit rei, vel perſonæ, *l.in omnibus cauſis id obſeruatur, ff.de regul.iur.* vt magiſtraliter declarat maximus I.C. Luſitanus Petrus Barboſa, *in l. quia tale num.3.* & melius, *num.5.ff.ſolut.matrim.* quod & ſenſit Bald. *in l.maritum, ff.eod.tit.* & tradunt Deci. *in d.l.in omnib. ſub num.3.* & ibi Mayner. *num.48.* Crauett. *conſ.239. ſub numer.4.* Decian. *conſ.31.ſub num. 163. volum.1.* Menoch.
26 *lib.3.præſumpt.103.num.1.* † ſi igitur eſt perſonale reſpectu non ſucceſſorum in Epiſcopatum, & laicorum, ſequitur, quod extinguatur ſtatim, quod ex bona exeũt eorum perſonas, & tranſeunt in laicos, *d.l.in omnibus, & cap.priuilegium de regul.iur.in 6.* & in immunitate ſunt textus ſuperius etiam allegati, *in d.l.1.& l.ſemper, §.immunitati, ff.de iur.immunitatum, & l.forma, §.quamquam, ff.de cenſib.* Alex. *conſ.86.ſub num.1.volum.1.* plenè Dominus Surd. *conſ.525.num.2.3.& 4.* Natt. *conſ.311.num.6.* Menoch. *conſ.444.num.33.& 37.* Decian. *conſ. 19. num. 175. volum.3.*
27 Et ideo concludunt † Doctores, quod ſi conceditur alicui priuilegium pro bonis, quia principaliter dicitur contemplata perſona, licet etiam ſit facta mentio bonorum, immunitas non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, nec ad eum, in quem bona transferuntur, Natt. *conſ.311.num.5.* Rimin.Iun. *conſ.791.nu.7.* Decian. *conſ.5.num.11.volum.4.* Cardin. Tuſc. *in verb.exemptio concluſ.759 num.1.tom.3.fol.454.* vbi inquit, quod exemptio Eccleſię ab oneribus dicitur perſonalis, licet ſit conceſſa tam pro rebus, quam pro perſonis, quia ſi bona exeunt
28 de dominio † Eccleſiæ, exemptio non tranſit in emptorem, Rota, *deciſ.4.verſic ſi autem ſit, ſub tit. de priuileg. in antiquis.*
29 Facit etiam, quia priuilegium † regulatur à ſua cauſa, *l.Titia Seio, §. vſuras,* vbi Bart. *ff.de legat.2.* Alba, *conſil.132.num.8.* Iacob. Toming. *conſil.4.num.27.vol.1.*
30 propterea ſi conceſſum fuit ob aliquem caſum, † vel qualitatem alicuius, ſicuti hic Epiſcopis, & vt proficerent in vinea Domini, ſi ceſſet illa cauſa, tollitur & priuilegium Bartol. *in d.§. vſuras,* per illum text. Zuccard. *conſ.75.num.101.* Tiraq. *in tractat ceſſante cauſa, p.1.num.117.& num.210.* Pedrocc. *conſil.37.num.3.* Coſta. *conſil.18.num.17.* D.Surd. *deciſ.123.num.4.*
31 Et deficiente qualitate, propter quam conceſſum eſt priuilegium, & immunitas, puta, quod non ſit iuris, vel de familia, vel Epiſcopus, vt in caſu noſtro extinguitur ipſum priuilegium, & immunitas, *l. ſi duas alias incipit. Athleta, §.genitum, ff. de excuſat. tutor.* vt latè ſatis ad rem proſequitur Pariſ. *conſil.4.num.12.cum ſeqq. volum.1.* Iaſ. *in l.filius à patre, §.1.num.3.& 4.ff.de lib.& poſthum.* & Menoch. *conſil.905.num.11.* vbi vterque, quan-
32 do immunitas eſt conceſſa propter parentes, † vel propter paupertatem, ceſſat mortuis parentibus, vel ſuper-
33 uenientibus diuitijs, Abb. *conſ. 132. num. 8. & 9.* † vbi conceſſa ciuibus non tranſit in eos, qui non ſint ciues, Anton.Faber. *in ſuo codic. Fabian.tit.de dignitat. deciſ.9. num.10.*
34 Sic priuilegium immunitatis † conceſſum poſteris, vel illis de familia non tranſit in deſcendentes ex fœminis, *l.1.in fine, ff.de iur.immunit. l.vacatio, ff.de muner.& honor.* Alex. *conſil.160.num.2.colum.2.* Gail. *lib.2. obſeruat.2.ſub num.16.* Boſſi. *in tit.de Principe, nu.143.* Georgi. Acaci. *in tractat.de priuileg.lib.2. cap.4. numer.66.67.& 68.*
35 Ita quoque priuilegium † conceſſum alicui ratione
alicuius

alicuius artis durát tantum, quantum exercet illam artē,
D. Surd, *conſ.497.num.5.*
36 Et priuilegium † conceſſum ratione officij, requi-
rit officium in actu, Fab. de Anna, *conſil.42. num.13.*
37 Prout etiam conceſſum Monaſterio † ceſſat deſtru-
cto Monaſterio, vtpote, quod erat cauſa priuilegij, Ti-
raquell. *in tractat. ceſſante cauſ. par.1. num.212.*
38 Sublato enim fundamento † exemptionis, & ipſam
corruere neceſſe eſſe, probat multis iuribus Crauett.
39 *conſil.290. num.1.* & cauſa redacta † ad non cauſam, vel
re non remanente in eodem ſtatu, ceſſat priuilegium,
Iſern. *in rubric. quæ ſint regal. colum.3.* Io: Franc. de Pont.
conſ.51. num.15. & 16.
Et quis credat in caſu iſto Imperatores fuiſse conceſ-
ſuros immunitates Curiæ Bagnoli, ſi non fuiſset de Epi-
ſcopatu, vel vbi deſijſset eſse de Epiſcopatu, quo tem-
pore amplius non conferret ad effectus deſideratos ab
eis, nemo quidem, & eo minus, quando vbi etiam eſse-
40 mus in dubio, (quod negatur) priuilegium, & † immu-
nitas præſumatur perſonalis, & non realis, Alex. *conſil.*
86. num 1. in fine, & conſ.101. num.13. volum.1. Menoch.
conſ.70. num.1. Natt. *conſ.218. num.9.* Boer. *deciſ.127. nu-*
mer.18. Papon. *conſ.7. num.13. in fine, & num.14.* Turret.
conſ.58. num.3. volum.1.
41 Et priuilegium immunitatis † ſit ſtrictè interprætan-
dum, & reſtringendum. Alex. *conſ.125. num.10. volum.*
2. Decian. *conſ.51. num.8. volum.3.* Riminald. Iun. *conſil.*
35. num.11. Lanari. *conſ.65. num.27. & conſ.76. numer.24.*
Menoch. *conſ.197. num.6. & conſil.1060. num.25. & conſil.*
1122. num.14. D. Surd. *deciſ.35. num.6.*
Accedat, quod valde abſurdum eſset, quod Epiſcopi
Mantuæ poſsent alienare omnes ſuas terras cum immu-
nitate, & alias deinde acquirere, quæ euaderent immu-
nes, haſque acquiſitas iterum alienare, & denuo nouas
acquirere, & ſic reddere vniuerſum territorium immu-
ne in præiudicium Principis.
42 Denique, ne caueamus deciſione ferè † in terminis
adduco Rotam, *deciſ.4. de priuileg. in antiq. & melius de-*
ciſ.950. libr.3. part.3. nouiſſimar. quam ſequitur Papon.
conſ.17. num.12. quæ vult, quod immunitas conceſsa or-
dini, vel familiæ pro terris à decimis, ſit perſonalis, non
autem realis, & ob id ea non gaudeant coloni partiarij
conductores, vel emptores, etiam ſi ob id locarentur
terræ, vel venderentur minus, ſic igitur, & immunitas
conceſsa Epiſcopis, vel Epiſcopatui pro terris debet di-
ci perſonalis, nec debet tranſire in emptores, vel em-
phyteutas.
Sed vbi hæ terræ habuiſſent has immunitates etiam ad
fauorem ſucceſſorum ſingularium (quod negatur) quid
tunc? non ne fuiſſent ſublatæ, ſi non ad fauorem Princi-
pis, reſpectu gabellarum, ſaltem ad fauorem communis,
reſpectu factionum per ordines editos de Anno 1602.
quibus omnes immunitates, cuiuſcumque generis præ-
gnantium diſpoſitione reuocata fuerunt.
43 Nam, licet inferior non poſſit † reuocare immunita-
tes conceſſas à Superiore, Decian. *conſil.51. num.41. vol.*
3. tamen cum per Imperatores fuerint in concernentib.
44 hoc dominium tranſlata omnia iura Imperij in † Du-
ces Mantuæ, vt notum eſt, & latè tradit Ludouicus Ro-
dolfinus, *in tractat. de poteſtate Ducum Italiæ, num.153.*
fol.73. vtique, ſicuti Sacratiſſimus Imperator potuiſſet ſu-
perueniente iuſta cauſa reuocare has immunitates; ita
quoque id licuit Sereniſſimo D. Duci noſtro, vti ſubro-
gato in eius locum.
45 Quod autem † Imperator, & alij Principes poſſint
reuocare immunitates conceſſas ex priuilegio, & titulo
gratioſo ſuperueniente iuſta cauſa, admittunt omnes, vt
per Menoch. *conſ.156. num.34.* Riminald. Iun. *conſ.25. n.*
45. Galli. *conſil.25. num.39. & 40.* cum alijs multis. cum
etiam multi fortius teneant, imo ex iuſta cauſa poſſe re-
uocari immunitatem conceſſam titulo oneroſo, quos
ſciens prætereo, ex quo non verſamur in hoc caſu, reſpe-
ctu concedentis, & hæc reuocatio eo magis licita fuit,
cum affecerit laicum, non autem Eccleſiã, quæ non po-
teſt dici obligata de euictione, tum quia fuit datum D.
Zaitæ id, quod dari non poterat, nam, vt ſupra probaui
hæ immunitates non poſſunt tranſire in ſingularem ſuc-
ceſſorem, tum etiam quia vbi potuiſſent tranſire, licitè
fuerunt reuocatæ publica lege, quo caſu auctor non
46 tenetur de † euictione de facto Principis, Raudenſ.
47 *conſil.9. num.5. volum.1.* ſicuti nec Princeps; † tunc te-
netur ad recompenſationem, Alex. *conſil.190. ſub num.*
16. verſic. ad tertium, volum.2. Dec. *conſ.510. ſub num.10.*
verſic. quia ad hoc reſpondetur, & in eadem cauſa cum
Decio, Ruin. *conſ.60. num.6. in fine, volum.5.* idem Dec.
in cap. quæ in Eccleſiarum, num. mihi, 93. verſic. Secundo
hoc intelligitur, extr. de conſtitution. Gozadin. *conſil.5. nu-*
mer.21. Pariſ. *conſ.1. num.46. volum.1.* Boſſi. *in titul. de*
Principe, num.201. D. Surd. *conſ.210. num.65. & conſ.313.*
num.100. Roland. *conſil.79. num.44. volum.2.* & de com-
muni, Cagnol. *in l. id quod noſtrum, num.19. ff. de regul.*
iur. ſi enim Princeps non teneretur recõpenſare tã quam
licitam legem condens, multo minus tenebitur auctor,
tum denique ceſſat regreſſus contra Eccleſiam, quia ni-
hil euincitur, quod fuerit datum per ſententiam delega-
torum Papæ, nam ipſi æſtimarunt has terras, nulla ha-
bita mentione harum immunitatum, & ideo, cum Do-
mini Zaitæ acquiſiuerint eas pro d. æſtimatione tantum
nullo facto argumento pro immunitatibus, non dicuntur
pati aliquod damnum, quia etiam ſine hiſce immunita-
tibus fuiſſēt obligati ad dandum æſtimationem limitatã
à dictis delegatis.
Non obſtant autem contraria; dum ex multis conſi-
derabatur, hanc exemptionem Epiſcoporum Mantuæ
eſſe reale, & ob id ad quoſcumque tranſire, namque ad-
uertendum vnum, atque idem priuilegium poſse dici
48 reale, † & perſonale ſimul, diuerſis reſpectibus, vt
docet Georgi. Acaci, *in tractat. de priuileg. lib.2 cap.4. nu-*
mer.63. cuius ſententia optimè probatur; nam priuile-
gium immunitatis conceſsum generi, poſteris, vel fa-
49 miliæ, † quatenus perpetuum eſt in d. familia, & tran-
ſit ad omnes ſucceſsores illius, eſt reale, idem Acaci. *d.*
cap.4. num.66. Menoch. *lib.3. præſumpt.103. numer.23.* &
tamen cum non tranſeat ad alios, qui non ſint de familia
vel non habentes qualitatem requiſitam, vt ſuperius la-
tè probaui, in verſic. *Facit etiam, quia priuilegium,* cum
verſic. ſeqq. neceſse eſt dicere, quod aliorum reſpectu
ſit perſonale, quia ſi eſset abſolutè, & ſimpliciter reale
tranſiret ad quoſcumque.
Sic igitur in caſu noſtro iſta priuilegia erunt realia re-
ſpectu omnium ſucceſsorum in Epiſcopatu, reſpectu
vero laicorum erunt perſonalia.
Nec obſtabuntur verba *Semper*, & *In perpetuum*, quia
50 habent varias ſignificationes, & ſecundum † ſubiectã
materiam intelliguntur; nam quandoque verificantur,
vſque ad vitam alicuius, aliquando vſque ad certum
tempus, aliàs vſque ad triginta annos, aliquando in in-
finitum, vt latè proſequitur Peregr. *de fideicomm. artic.*
30. ſub num.6. in caſu igitur noſtro verificabuntur, donec
51 res durabit penes Eccleſiam, & durabit ipſa † Eccle-
ſia, & Epiſcopi, prout in terminis noſtris has dictiones
pati hanc limitationem ſecundum ſubiectam materiam,
tradit Alex. *conſ.86. ſub num. 2. volum.1.* Fabius Turret.
conſ.58. num.8. volum.1.
Sicuti nec verba, pro Caſtris, prædijs, & poſseſſioni-
bus inducuntur reale priuilegium, quando contempla-
ta fuit perſona, & ei pro bonis conceſsa immunitas, vt
probaui ſupra, in verſic. *Et ideo concludunt Doctores.*
Et denique, quod conceſſio facta perſonis, vel ordi-
ni perpetuo duratura, vel dignitati dicatur realis, non of-
ficit, quia dicitur realis reſpectu eius ordinis, & dignita-
tis, ſed perſonalis, reſpectu aliorum, vt paulo ſupra di-
ſtinguendo declaraui.
Tertium fundamentum D. Zaitæ conſiſtit in longæua
52 præſcriptione, circa quod omiſſis, quæ dici poſsent † de
requiſitis neceſsarijs ad hanc præſcriptionem, de quibus
per Alex. *conſ.136. ſub num.19. vſque ad finem conſilij, vo-*
53 *lum.2.* † omiſſis quoque, quæ poſſent conſiderari de
reſtitutione in integrum competenti Communitati ad-
uerſus præſcriptionem, de qua per Odd. *de reſtit. quæſt.3.*
art.

Digitized by Google

*art.*10. quæ eidem quoque competit aduerſus longiſſi-
mam præſcriptionem, vt per eundem, *quæſt.*90.*n.*32.
His inquam omiſſis.dico,talem præſcriptionem, vbi
ſubeſſet;fuiſſe ſpecificè cum clauſulis opportunis,& præ-
gnantibus ſublatam per Sereniſſimum. D.N. in ordinib.
de anno 1602. ibi, *non oſtando conſuetudine alcuna in*
contrario, ne preſcrittione, benche centenaria, & imme-
morabile, licet enim Balb. *in tractat.de præſcript.in quin-*
*ta parte, quintæ partis principalis quæſt.*8 *verſicul.* & *hanc*
54 *concluſionem intelligo, fol.mihi*472. † exiſtimauerit, Prin-
cipem poſſe derogare tantum Præſcriptioni futuræ, non
autem præteritæ, cum ſit tollere ius quæſitum. tamen
oppoſitum verius eſt, & præteritam præſcriptionem
poſt ius quæſitum poſſe tolli à Principe, quia præſcri-
ptio introducta eſt de iure ciuili, *Inſtitut. de vſucapion. in*
56 *princip.* † Princeps autem poteſt tollere etiam ſine ca-
uſa dominium acquiſitum alicui artificio iuris ciuilis; ſe-
cùdum magis communem opinionem, de qua per Gab.
57 *de iur.quæſit.non tollend.concluſ.*1 *num.*17. † & licet ad-
dat nonnullos tenentes contrariam; tamen, *num.*18 ſi-
ne vllo ſcrupulo admittit, noſtram opinionem, quando
dominium quæſitum non habet annexam æquitatem,
58 prout non habet in caſu iſto, † quinimo æquitas mili-
tat pro derogatione d.præſcriptionis, vbi autem ſubeſt
iuſta cauſa, tunc Princeps poteſt etiam tollere dominiū
quæſitum de iure gentium, Gabr *in d.titul.de iur.quæſit.*
*non tollend.concluſ.*2. multo magis igitur ei licebit, cum
iuſta cauſa tollere, quod quæſitum eſt de iure ciuili.
59 Et quod Princeps † poſſit tollere præſcriptionem etiā
completam, poſt alios tradit Oſaſc. *deciſ.*69.*num.*15.&
*deciſ.*102.*num.*6. & pulchrè Caſſan. *in conſuetud. Burgūd.*
*in tit.de Foreſtz.rubr.*13.§.8.*gloſſ.*1.*num* 6.& 10.*fol.mihi*,
1481.
60 Dicitque ad rem Crott. *conſil.*64. *num.*29. *vol.*1. quod
ſi ex conſuetudine competit aliquibus immunitas, poteſt
contrario Statuto tolli.
Ne autem quidquam intactū relinquam ad id, quod
dicitur de litteris ſcriptis iam multis annis à M. Illuſtri
Senatu, quod Curia Bagnoli non grauaretur, vel eius co-
loni, quia iam terminauerat ſuper eius immunitate, pri-
61 mo dico, quod tales litteræ non probant † hanc termi-
nationem, niſi de ea aliunde appareat, *iuxta Authent.*
ſi quis in aliquo, C. de edendo, vbi Purpur. *ſub numer.*40.
conſtituit regulam generalem in omni materia, quod
non creditur referenti, niſi conſtet de relato.
62 Et facit, † quod dicitur non credi Notario atteſtanti
de aliquo inſtrumento; licet aſſerat ſe de eo rogatum
fuiſſe, Purpur. *in d. Authent.ſi quis in aliquo, ſub num.*40.
Socin. *conſil.*266.*ſub numer.*1.*verſic. Nec obſtat, volum.*2.
Socin Iun *conſil.*57.*num.*5 & 6.*volum.*1. Becci. *conſil.*5.
*num.*5 *in fine*, Menoch. *conſil.*1099.*num.*3.
63 Secundo dico, quod virtus d. ſententiæ, † ſi extaret,
fuiſſet ſublata per dictos ordines de anno 1602. per quos
tolluntur vniuerſaliter omnia obſtantia, dubium autem
non eſt, Principem poſt dominium quæſitum ex ſenten-
tia lapſa in iudicatum, poſſe tollere ipſam ſententiam,
Caſſan. *loco ſuperius citato, ſub num.*9.*verſic. facit etiam*,
Menoch. *de arbitrar.lib.*1.*quæſt.*52.
Hæc accuratius ſcripſi, quam fecíſſē, niſi mihi Intem-
peſtiue iuſſu Excellentiſſimi Senatus fuiſſet abreptus
proceſſus mihi datus ad ſcribendum in hac cauſa cum
aliquali meo opprobrio, quem tamen nec ab eo, nec ab
aduerſario habueram, & qui nihilominus communis e-
rat per præſentationem, vt pars aduerſa intelligat mitius,
& vrbanius agendum eſſe cum aduocatis cōtrarijs, quia
ſcirent, ſe vindicare diligentius ſcribendo. & vt Senatus
cognoſcat Doctorellum, quem iniuria affecit, ſcire ſcri-
bere ſine ſcripturis, & proceſſu, & poſſe etiam ſubleua-
re eundem Senatum à laboribus, &c.

ARGVMENTVM.

Magiſtraliter adiſſeritur de iure aquæ, ob ſuperio-
ritatem fundi, & ſeruiture inferioris; & de ipſa
aqua per hunc auertenda, nunc de ſeruitute huius
& preſcriptione, & de huius, præcipue immemo-
rabili probatione, inductione. Aquam eſſe pu-
blicam, vel priuatam, quomodo dignoſcatur.
Damni cauſā dans, an, & quando ad illud tenea-
tur, & quæ ad id requirantur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vtens ductu aquæ mediante opere manufacto, ſcilicet ag-
gere, & ſimilibus, præſumitur vti iure ſeruitutis, non fa-
cultatis.*
2 *Seruitutis iure, quod quis habet, nemo priuari debet.*
3 *Aquam exiſtentem in ſuis foſſatis, quis poteſt abſorbere,
niſi tamen ſit præſcripta ſeruitus, vt decurrat ad vici-
nos,*
4 *Idem procedit. ſi ſit præſcripta conſuetudo ducendi è loco
publico.*
5 *Præſcribitur tale ius decem annis inter præſentes, & 20.
inter abſentes.*
6 *Seruitus non poteſt induci ſine ſcientia, & patientia do-
mini.*
7 *Scientia officialis ſufficit ad præſcribendum contra Prin-
cipem.*
8 *Aqua decurſa ab antiquo per aliquem locum non ſunt di-
uertenda, ſed ſic conſeruanda.*
9 *Ex antiqua poſſeſſione, ſeu quaſi ducendi aquam, præſumi-
tur ius, titulus, & priuilegium; etſi non doceatur de ip-
ſis.*
10 *Poſſidens aquas publicas per tempus immemorabile de-
bet ſe fundare in priuilegio, non in præſcriptione, &
cur.*
11 *Relatio facta Principi in contradictorio executa habet
vim iudicatæ, nec licet ab ea recedere.*
12 *Aqua eius eſt, in cuius agro ea reperitur, ſiue ibi erum-
pat; Siue alibi naſcatur, & per ſuum tranſeat, & nu-
mer.* 13.
14 *Aqua eſt publica, ſi alueus ipſius eſt publicus; & priuata,
ſi priuatus, & nu.*24.*&*25.
15 *Dominus aquæ poteſt eam concedere, vel negare, cui vult,
abſque neceſſitate eam participandi vicino inferio-
ri.*
16 *Imo poteſt eam retinere, etſi per mille annos ad loca infe-
riora defluxerit.*
17 *Cui licet ducere aquam, eidem licet facere cluſam ad
vtendum ea, tempore opportuno.*
18 *Ad præſcriptionem talis aquæ inducendam, quæ exigantur
remiſſiue, & nu.*19.
20 *Teſtes probant contra producentem, etſi de credulitate,
vel auditu.*
21 *Plures præſumptiones ſimul non admittuntur.*
22 *Diſcontinua dicitur ſeruitus aquæ retinendæ, cum cluſa
quotannis reparanda eſt.*
23 *Seruitus diſcontinua, vt præſcribatur, exigit tempus im-
memorabile. Vt & aqua publica, & nu.*26.
27 *Tempus immemorabile eſt centum annorum, iuxta com.
opin.*
28 *Tempus immemorabile probatur per teſtes annorum* 54.
*ſi deponant de ſcientia propria, & etiam id à ſenioribus
audiuiſſe, qui idem ab alijs retulerant.*
29 *Verba teſtis, cum poſſit dupliciter intelligi circa ſeruitu-
tem ſunt accipienda de ſeruitute paſſiua.*
30 *Qui ſentit onus, debet etiam percipere commodum. Vide
num.*49.
31 *Inferiores debent pati incomoda aquarum, quia etiam ſen-
ſiunt commoda pinguedinum.*

Digitized by Google

32 *Quì habet onus inundationis, debet habere commodũ aquæ pro irrigatione.*
33 *Abſurdum eſt, vt alter aqua commoda ſentiat, alter incommoda.*
34 *Eſt licitum aggeribus ſe munire, diuertendo aquam, ne ſibi noceat: Etiamſi talis diuerſio noceat vicino, & nu. 35. ſed vid. nu. 53. 54. & 55. 56.*
36 *Aquam deſcendentem ad inferiora ex natura loci, nemo tenetur recipere, ſi ſit in magna copia.*
37 *Faciens aggeres ad auertendam aquam, non præſumitur id facere in fraudem, nec ad æmulationem.*
38 *Fundus inferior ex natura loci non debet ſeruire, niſi fundo ſuperiori, & ideo ab alio fundi domino prohiberi non poteſt auertere aquam ex ſuo fundo, ſed vid. numer. 57.*
39 *Vbi opere manufacto ex loco ſuperiori aqua defluit in inferiorem, eſt licitum illam auertere, nec cogitur dominus illam recipere. Intellige vt nu. 59. 60. & 61.*
40 *Aqua ad inferiora ſolum naturaliter currere ſolet.*
41 *Inferior fundus tenetur ſuſcipere aquas naturaliter ſolum fluentes è fundo ſuperiori. Seue ſine, ſiue cum opere manufacto, & nu. 42. 50. & 52.*
43 *Ratione talis naturalis ſeruitutis non licet inferiori facere aggerẽ, aliudue impedimentum ad auertendam aquam.*
44 *Agger, vel impedimentum factum ne aqua fluat, eſt deſtruendum.*
45 *Ex actu facto contra ſe inſtantes ad oppoſitum, non præſumitur æmulatio. Et cum pro ea conceſſione orta eſt quadam diſſenſio, & num. 46.*
47 *Cum opus eſt conſtructum ad æmulationem, illud deſtrui debet.*
48 *Superior aqua non poteſt diuerti, nec aggeribus, nec obturatione canalium, vel fouea ad id publica.*
51 *Dominus ſuperioris fundi poteſt, quando vult, demittere aquas ad inferiora prædia ſeruientia.*
53 Ruggerius conſ. 30. vol. 1. & Anguilla conſ. 49. per tot. *notantur, dum loquuntur contra communem.*
54 *Text.* in l. 2. §. penult. ff. de aqu. pluu. arcend. *declaratur.*
56 *Cum aqua modicè nocet, eſt tolleranda: non tamen ſi immodicè.*
57 Caſtrenſ. in l. fluminum, §. fin. ſub numer. 3. ff. de damn. infect. & Cephal. conſ. 130. numer. 17. cum ſimil. *declarantur.*
58 Cepol. de ſeruit. ruſtic. præd. c. 4. ſub nu. 77. *& auctores ab eo allatæ declarantur.*
Text. in l. in ſumma per idem labeo, il 2. ff. de aq. pluu. arc. *quando procedat.*
59 *Naturaliter, non autem manu factum opus præſumitur cum eius nulla extat memoria, vt in propoſito eſt fouea, alueum, &c.*
60 *Sufficit alicui ne teneatur deſtruere opus manufactum, probare alterum ex tribus; vel pactum factum, vel loci naturam, vel opus ſine memoria.*
61 *Cum ex natura loci inferior tenetur ſuſcipere aquam ſuperiorem, poteſt ſuperior retinere illam, & dimittere ſine iniuria inferioris.*
62 *Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. Etiamſi animum illud inferendi non habuerit, & n. 63. Intellige ſi adſit culpa, & nu. 83.*
64 *Si mihi ſit iniuria propter te, repeto a te, & num. 71.*
65 *Cum agitur de damno dato, non ſit differentia, an cauſa ſit proxima, vel remota, & nn. 88. 89. & 90.*
66 *Occaſio dicitur cauſa remota.*
67 *Cauſa originalis inſpici debet.*
68 *Cum cauſa immediata non operatur ſine prima, tunc actus attribuitur primæ.*
69 *Cauſa dicitur proxima, qua poſita, effectus ponitur, qua ablata, aufertur.*
70 *Prohibitus dare damnum, ne dum ipſe dare non debet damnum, ſed & curare, ne ab alio detur. vid. nu. 91.*
72 *Qua actione agat damnificatus contra occaſionem damni dantem.*
73 *Is tantum facere damnum dicitur, qui facit id, quod facere ius non habet, & è contra.*
74 *Si propter bonum, & licitum aliquid facimus, ſi aliquid mali inde accedat nobis non debet imputari.*
75 *Damnum non præſtat, qui circa illud culpa caret. Et ea debet præcedere caſum, & nu. 76.*
77 *Vt quis de damno teneatur, debet culpa adeſſe, & quod ea fuerit immediatè ordinata ad illud.*
78 *Damnum tunc ſolum emendatur, cum non iure datur, & cauſatur.*
79 *Culpa caret, qui facit aliquid iure permettente.*
80 *Damnum attribui debet culpæ proximæ, non remotæ.*
81 *Cauſa immediata, & proxima ſemper inſpici debet.*
82 *Damnum datum extra propoſitum, & voluntatem, reputatur potius caſus fortuitus, quam culpa.*
84 *Cauſa damni dans non tenetur, cum ipſe dedit operam rei licitæ. Exigitur enim culpa, & nu. 85.*
86 *Nec etiam cum eſt cauſa non immediata damni, ſecus ſi ſit immediata. Exemplificatur in aqua auerſa, & numer. 87.*
88 *Ex cauſa remota damni quis tenetur, cum ipſa per ſe influit in damnum.*
Vel cum ordinatur ad illud, & nu. 89.
92 *Ad impoſſibile nemo tenetur.*
94 *Zaſius,* conſil 20. vol. 1. *declaratur.*
94 *Si damnum inferens ſenſiat ex damno commodum, & lucrum, paſſus damnum debet, ſi poteſt, contra eum agere.*

CONTROVERSIA DCLXXXVIII.

SEreniſſimus q. recolendæ memoriæ Dominus Dux Gulielmus, de anno 1575. donauit, & per priuilegium conceſſit Illuſtriſſimo q. Domino Comiti Camillo Caſtilioneo pro eo, eius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque reſidua aquarum, quas ſcolaticias vocant, prouenientia ex irrigationibus Publicentium poſt eorum terras irrigatas cum aqua ſeriolæ Publicæ, quæ reſidua alias fluere conſueuerant in territorium, & ad commodum Illuſtriſſimorum Dominorum Comitum Gazoldi, ea tamen conditione, vt ſi ex hac diuerſione, & tempore, quo ipſe Dominus Comes Camillus, vel eius ſucceſſores vterentur dictis reſiduis, Publicenſes, vel Rotondiſcani paterentur aliquod damnum, id illis refarcire teneretur, cuius conceſſionis vigore ipſe opere manu facto deriuauit ipſas reliquias aquarum ad ſuas orzarias irrigandas tempore æſtiuo.

Hac facta conceſſione, videntes Comites Gazoldi ſe priuatos commodo reliquiarum prędictarum, aquæ obturarunt, ſeu, vt vulgo dicitur, inteſſarunt in finibus ſui territorij cum territorio Mantuano dugalia, & canalia, per quibus non ſolum dictæ aquæ, ſed potiſſimum etiam aliæ pluuiales, dum exuberant hyberno tempore e Mantuano in eorum territorium fluebant, extructo aggere, per quem reſtagnarunt illas in territorio Mantuano cum graui, (vt aſſeritur) damno illorum de Publica, & de Rotondiſco, qui, quamuis in extructione dicti aggeris aliqualiter contradixerint, vt licet colligere ex ſcripturis antiquis, tamen deinde per triginta annos, & vltra tacuerunt.

Tandem autem de anno 1606. conqueſti ſunt dicti Publicenſes, & Rotondiſcani, apud Sereniſſimum Dominum de hoc damno contra Illuſtriſſimum Dominum Comitem, & equitem Balthaſſarem Caſtilioneum, vti ſucceſſorem eiuſdem Domini Comitis Camilli, prætendentes ipſum teneri ad conſeruandum eos indemnes, qui, cum allegaret damna à ſe non prouenire, cum vtatur tantum dictis reſiduis tempore ſiccitatum, quo actores non patiuntur aliquas inundationes, ſed illud cauſari a prædictis Dominis Comitibus Gazoldi, & ad eos datæ fuiſſent litteræ nomine Sereniſſimi D. H. de hac querimonia, & damno, ipſi Domini Comites Gazoldi contenti extiterunt, quod locus viſitaretur, & viſi ſunt non contradicere, quod per Ampliſſimum Senatum huius patriæ Mantuanæ, cognoſcatur quid iuris.

Nunc quæritur, contra quos competat actio ipſis de Pu-

Digitized by Google

Publica, ac de Rotondiſco, an contra Dominum Comi-
tem Caſtilioneum, an vero potius teneantur agere con-
tra illos de Gazoldo, vt deſtruant dictum aggerem, vel
aliter prouideant eorum indemnitati.

Pro cuius dubij reſolutione de duobus prius videndum
eſt, primo, an licita, & iuſta fuerit conceſſio dictorum
reſſiduorum facta per Sereniſſimum Dom. Ducem Gu-
lielmum ipſi Domino Comiti Camillo, non obſtante
præiuditio Dominorum Comitum de Gazoldo, ad quo-
rum commodum antea decurrebant.

Secundo, an ob id licitum fuerit dictis Comitibus Ga-
zoldi obturare ſupradicta dugalia, per quæ decurrebant
aquæ hyemales in eorum territorium, & extruere præfa-
tum aggerem deriuando illas à ſuo, & reſtagnando eaſ-
dem in territorio Mantuano.

Tertio, deinde videbimus, contra quos agere tenean-
tur Publicenſes, & Rotondiſcani pro ſuis damnis, & qui
ad eorum refectionem teneantur.

Circa primum videretur prima facie dicendum, non
potuiſſe diuerti dicta reſidua aquarum in præiuditium
Dominorum Comitum Gazoldi, ad quorum commo-
dum fluere conſueuerant, quia cum decurrerent in eo-
rum territorium mediente aggere quodam, quem ipſi
manutenebant in territorio Mantuano, vt ex teſtibus
tunc ad eorum inſtantiam examinatis, & de quo aggere
meminit etiam Burſat. ſcribens in hac cauſa, conſ. 156.
num. 20. & ſic mediante opere manufacto præſumitur,
1 quod vterentur ipſis aquis † iure ſeruitutis, non autem fa-
cultatis Caſtr. conſ. 243. ante finem vol. 2. Cepol. de ſer-
uitut. ruſtic. prædior. cap. 4. num. 57. verſic. Dubium in hoc,
Crauet. in tractat. de antiq. tempr. parte 4. §. circa præmiſ-
ſa, num. 40. Curt. Sen. conſ. 33. ſub num. 5. Burſat. conſ. 41.
numer. 20. Teſſaur. deciſ. 245. ſub num. 4. Menoch. conſil.
447. num. 42. Rota, deciſ. 164. num. 1. part. 2. nouiſſimar.
D. Surd. conſ. 447. num. 12. Raudenſ. deciſ. Piſan. 9. num.
2 23. & ſic non potuerunt priuari † hoc ſuo iure ſeruitu-
tis, vt tradit Bald. in cap. 1. §. ſi quis de manso, ſub num. 8.
de contr. uerſ. inueſtit. vbi inquit, quod licet alias quis poſ-
3 ſit abſorbere † totam aquam exiſtentem in ſuis poſſeſ-
ſis, tamen illud non procedit, ſi ſit præſcripta conſuetu-
do, vt ad vicinos decurrere debeat, ſequitur Calcan. conſ.
4 55. num. 8. dicens idem eſſe, ſi præſcripta ſit † conſuetu-
do ducendi ex loco publico, idem voluit Bero. conſ. 144.
num. 31. vol. 3. Polid. Ripa, obſeru. 34. num. 1. vbi ex com-
5 muni inquit tale ius præſcribi decem † annis inter præ-
ſentes, & viginti inter abſentes.

Nec turbare videtur, ſi diceretur, ſeruitutem hanc in-
6 duci non potuiſſe ſine † ſcientia, & patientia Sereniſſi-
mi Domini, Gloſ. 1. in l. 2. & ibi Bart. Cod. de ſeruitut. &
aqua, Alexand. conſ. 108. ſub num. 4. volum. 2. & conſ. 69.
pariter, ſub num. 4. vol. 5. Nat. conſ. 518. num. 6. cum alijs
penes Burſat. d. conſ. 156. num. 38. Flamin. Rube. con. 13.
num. 64. & conſ. 19. num. 90. vol. 1. Borella, conſ. 46. num.
14. & 15.

7 Namque ſufficit, quod officiales principis † exiſten-
tes in loco hoc ſciuerint, ſcientia nullum officialis ſufficit
ad præſcribendum contra principem Bart. in l. ſi publica-
nus, §. final. nu. 1. & 2. ff. de publican. D. Surd. qui plures
allegat, deciſ. 4. nu. 6.

Secundo, cum ſupponeretur ab antiquo dicta reſidua
8 decurriſſe ad commodum ipſorum de Gazoldo, non †
videntur potuiſſe diuerti, per text. in l. ſi manifeſte, C. de
ſeruitutibus, & aqua, cuius verba ſunt præciſa, ſi manife-
ſte doceri poſſit ius aquæ ex vetere more, atque obſeruatione
per certa loca profluentis vtilitatem certis fundis irrigandi
cauſa exhibere, procurator noſter, ne quid contra veterem
formam, atque ſolemnem morem innouetur, prouidebit; Ad
idem eſt text. in leg. 4. Cod. de aqueduc. lib. 11. Vſum (in-
quit textus) aquæ veterem longoque dominio conſtitutum
ſingulis iuribus manere cenſemus, nec vlla nouatione tur-
bari, Gloſ. in tit. de pace Conſtant. §. nos Romanorum in
verb. ſicut. Ial. conſ. 150. num. 1. & 2. vol. 2. Ruin. conſil.
191. num. 11. volum. 1. Franc. Marc. deciſ. 597. num. 1. p. 1.
Crauet. conſ. 124. num. 8. D. Surd. conſ. 447. num. 10. Mo-
rot. conſ. 8. nu. 15. Ex antiqua enim poſſeſsione, ſeu quaſi

9 ducendi aquam præſumitur † ius, titulus, contractus,
ſiue priuilegium ita ducendi, quamuis iura, inſtrumenta
vel priuilegia non producentur, vt tradit Ploc. conſ. 49.
num. 1. vbi ad hoc allegat optimum text. in l. hoc iure
vtimur, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æſtiu. & in
l. 1. §. final. ibi, ſi tamen lex agri non inuenitur vetuſta-
tem vicem legis tenere, ff. de aqua pluuia, &c. & ibi, nu. 2.
10 ex Ripa, inquit, cautelam eſſe, † quod is, qui poſſedit
aquas publicas, puta principis, vel reipublicæ per tem-
pus immemorabile, fundet ſe in priuilegio, non autem in
præſcriptione, quod priuilegium præſumptiue probatur
ex ſola immemorabili quaſi poſſeſſione.

Verum prædictis nequaquam refragantibus, conclu-
dendum eſt, licuiſſe Sereniſsimo Domino Gulielmo, di-
uertere dictam aquam ad libitum, & eam iure concede-
re potuiſſe Illuſtriſſimo Domino Comiti Camillo, pro
qua concluſione ſufficeret allegare relationem in con-
tradictorio factam ipſi Sereniſſimo ſuper hoc à Senatu,
& executam, quæ habet vim rei iudicatæ, à qua non
11 † licet amplius recedere, l. ab eo, C. quemad. & quand.
index, ſufficientque rationes allegatæ in dicta relatione,
nec non concilium Burſat. 156. in hac cauſa, & ſuper
hoc puncto conſcripto, nec non alia conſilia celeberri-
morum Iuriſconſultorum, tunc temporis elucubrata,
quæ ad huc extant manuſcripta, & videri poſſunt.
Nihilominus, ne laborem ſubterfugere videar, dicam, &
ego aliqua; Licita igitur fuit dicta conceſſio, quia aqua
eius eſſe dicitur, & is dominium illius habet in cuius agro
12 vel territorio reperitur ſiue ibi † erumpat, & naſcatur.
l. ſi in meo, ff. de aqua pluuia, leg. aquam, C. de ſeruitut. &
aqua, Alex. conſ. 69. num. 1. vol. 5. Burſat. conſ. 41. num. 12.
& d. conſ. 156. num. 622. Teſſaur. deciſ. 245. nu. 1. Binius,
13 conſ. 97. num. 3. ſiue alibi naſcatur, † & per ſuum tran-
ſeat. l. 1. §. idem labeo dicit, ff. de aqua quotidian. Bartol.
in l. quominus, ſub num. 25. ff. de fluminib. Bald. in leg. ſi
plures ſub num. 13 verſic. Sed hæc ratio non obſtat, Cod. de
condition. inſert. Alex. conſ. 108. numer. 2. vol. 2. Teſſaur.
d. deciſ. 245. num. 2. Maſcard. concluſ. 123. nu. 3. & ſub n. 7.
Raudens. deciſ. Piſan. 91. num. 8. & ſi alueus, ſeu locus per
14 quem diſcurrit aqua, eſt publicus dicitur publica; ſit †
vero priuatus priuata, Bald. conſ. 241. in princip. volum. 2.
Maſcard. vbi ſupra, & ob id licet ei, in cuius agro, vel ter-
15 ritorio reperitur, de ea facere quidquid vult, † & eam
alteri concedere, vel negare, & deriuare quo vult abſque
neceſſitate faciendi gratiam de ea vicino inferiori, l. 1. §.
denique; ff. de aqua pluuia l. 1. §. permittitur, qui textus lo-
quitur in principe concedente, & leg. Lucio, ff. de aqua
quotidian. Bald. in l. aquam, Cod. de ſeruitut. & aqua,
idem, in cap. cum omnes, num. 43. & 44. extra de conſtit.
Dec. conſ. 243. ſub num. 3. & conſ. 373. ſub num. 2. Pariſ.
conſil. 112. num. 3. 4. & 5. vol. 1. Burſat. d. conſ. 41. num. 13.
& 19. & d. conſ. 156. num. 26. & 48. Veggi. conſ. 24. nu. 2.
& 7. Binij. d. conſ. 97. num. 3. Teſſaur. deciſ. 245. numer. 1.
Honded. conſ. 79. num. 19. vol. 1. Boer. deciſ. 352. num. 4.
vbi inquit, quod domini, per quorum territoria tranſeunt
aquæ, faciunt de illis quidquid volunt, & modò ad vnum
modo ad alium locum mittunt.

Licitaque eſt hæc retentio, & deriuatio, quamuis
16 etiam per mille annos † fluxiſſet ad loca inferiora,
dummodo hoc non fuerit iure ſeruitutis, l. Proculus, cum
lege ſequenti, ff. de damni infect. l. ſi in meo, ff. de aqua plu-
uia arcend. cum alijs apud Cepol. de ſeruitut. ruſtic. præd.
cap. 4. num. 51. & ſub num. 53. verſic. ſecundo caſu quando
dicitur, Alba, conſ. 299. num. 23. Anguil. conſ. 49. num. 19.
& 71. Pariſ. conſ. 113. num. 29. & conſ. 114. num. 19. vol. 1.
Roland. conſ. 53. num. 26. vol. 2. Burſat. conſ. 41. num. 12. &
20. Beret. conſ. 44. num. 7. Menoch. conſ. 447. num. 41. &
conſ. 1120. num. 9. Teſſaur. deciſ. 245. num. 3. Rota, deciſ.
164. num. 1. par. 2. nouiſſimar. Morot. conſ. 8. num. 3. Rau-
denſ. conſ. 12. ſub n. 76. vol. 2. & deciſ. Piſan. 9. nu. 5. & ſub
nu. 17. verſic. Tertius caſus.

17 Stanteque † hac licita conceſſione, potuerunt domi-
ni Caſtilionei facere cluſam pro vſu, & deriuatione dictæ
aquæ, quia cuilicet ducere aquam, licet etiam facere clu-
ſam pro ea vtenda tempore oportuno, Purpur. conſ. 357.

32 *Qui habet onus inundationis, debet habere commodũ aquæ pro irrigatione.*

33 *Abſurdum eſt, vt alter aqua commoda ſentiat, alter incommoda.*

34 *Eſt licitum aggeribus ſe munire, diuertendo aquam, ne ſibi noceat: Etiamſi talis diuerſio noceat vicino, & nu. 35. ſed vid. nu. 53. 54. & 55. 56.*

36 *Aquam deſcendentem ad inferiora ex natura loci, nemo tenetur recipere, ſi ſit in magna copia.*

37 *Faciens aggeres ad auertendam aquam, non præſumitur id facere in fraudem, nec ad æmulationem.*

38 *Fundus inferior ex natura loci non debet ſeruire, niſi fundo ſuperiori, & ideo ab alio fundi domino prohiberi non poteſt auertere aquam ex ſuo fundo; ſed vid. numer. 57.*

39 *Vbi opere manufacto ex loco ſuperiori aqua defluit in inferiorem, eſt licitum illam auertere, nec cogitur dominus illam recipere. Intellige vt nu. 59. 60. & 61.*

40 *Aqua ad inferiora ſolum naturaliter currere ſolet.*

41 *Inferior fundus tenetur ſuſcipere aquas naturaliter ſolum fluentes è fundo ſuperiori. Siue ſine, ſiue cum opere manufacto, & nu. 42. 50. & 52.*

43 *Ratione talis naturalis ſeruitutis non licet inferiori facere aggerẽ, aliudue impedimentum ad auertendam aquam.*

44 *Agger, vel impedimentum factum ne aqua fluat, eſt deſtruendum.*

45 *Ex actu facto contra ſe inſtantes ad oppoſitum, non præſumitur æmulatio. Et eum pro ea conceſſione orta eſt quædam diſſenſio, & num. 46.*

47 *Cum opus eſt conſtructum ad æmulationem, illud deſtrui debet.*

48 *Superior aqua non poteſt diuerti, nec aggeribus, nec obturatione canalium, vel fouea ad id publica.*

51 *Dominus ſuperioris fundi poteſt, quando vult, demittere aquas ad inferiora prædia ſeruientia.*

53 Ruggerius conſ. 30. vol. 1. & Aoguilla conſ. 49. per tot. *notantur, dum loquuntur contra communem.*

54 *Text.* in l. 2. §. penult. ff. de aqu. pluu. arcend. *declaratur.*

56 *Cum aqua modicè nocet, eſt toleranda: non tamen ſi immodicè.*

57 Caſtrenſ. in l. fluminum, §. fin. ſub numer. 3. ff. de damn. infect. & Cephal. conſ. 130. numer. 17. cum ſimil. *declarantur.*

58 Cepol. de ſeruit. ruſtic. præd. c. 4. ſub nu. 77. *& auctores ab eo allati declarantur.*

Text. in l. in ſumma. per idem labeo, il 2. ff. de aq. pluu. arc. *quando procedat.*

59 *Naturaliter, non autem manu factum opus præſumitur cum eius nulla extat memoria, vt in propoſito eſt fouea, alueum, &c.*

60 *Sufficit alicui ne teneatur deſtruere opus manufactum, probare alterum ex tribus; vel pactum factum, vel loci naturam, vel opus ſine memoria.*

61 *Cum ex natura loci inferior tenetur ſuſcipere aquam ſuperiorem, poteſt ſuperior retinere illam, & dimittere ſine iniuria inferioris.*

62 *Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. Etiamſi animum illud inferendi non habuerit, & n. 63. Intellige ſi adſit culpa, & nu. 83.*

64 *Si mihi ſit iniuria propter te, repeto a te, & num. 71.*

65 *Cum agitur de damno dato, non ſit differentia, an cauſa ſit proxima, vel remota, & nu. 88. 89. & 90.*

66 *Occaſio dicitur cauſa remota.*

67 *Cauſa originalis inſpici debet.*

68 *Cum cauſa immediata non operatur ſine pr[illegible] actus attribuitur primæ.*

69 *Cauſa dicitur proxima, qua poſita, effectus [illegible] ablata, aufertur.*

70 *Prohibitus dare damnum, ne dum ipſe da[illegible] damnum, ſed & curare, ne ab alio detur. [illegible]*

72 *Qua actione agat damnificatus contra occaſ[illegible] dantem.*

73 *Is tantum facere damnum dicitur, qui facit [illegible] re ius non habet, & è contra.*

74 *Si propter bonum, & licitum aliquid facimus, ſi aliquid mali inde accedat nobis non debet imputari.*

75 *Damnum non præſtat, qui circa illud culpa caret. Et ea debet præcedere caſum, & nu. 76.*

77 *Vt quis de damno teneatur, debet culpa adeſſe, & quod ea fuerit immediatè ordinata ad illud.*

78 *Damnum tunc ſolum emendatur, cum non iure datur, & cauſatur.*

79 *Culpa caret, qui facit aliquid iure permittente.*

80 *Damnum attribui debet culpæ proximæ, non remotæ.*

81 *Cauſa immediata, & proxima ſemper inſpici debet.*

82 *Damnum datum extra propoſitum, & voluntatem, reputatur potius caſus fortuitus, quam culpa.*

84 *Cauſa damni dans non tenetur, cum ipſe dedit operam rei licitæ. Exigitur enim culpa, & nu. 85.*

86 *Nec etiam cum eſt cauſa non immediata damni, ſecus ſi ſit immediata. Exemplificatur in aqua auerſa, & numer. 87.*

88 *Ex cauſa remota damni quis tenetur, cum ipſa per ſe influit in damnum.*

Vel cum ordinatur ad illud. & nu. 89.

92 *Ad impoſſibile nemo tenetur.*

94 *Zaſius.* conſil 20. vol. 1. *declaratur.*

94 *Si damnum inferens ſenſiat ex damno commodum, & lucrum, paſſus damnum debet, ſi poteſt, contra eum agere.*

CONTROVERSIA DCLXXXVIII.

SEreniſſimus q. recolendæ memoriæ Dominus Dux Gulielmus, de anno 1575. donauit, & per priuilegium conceſſit Illuſtriſſimo q. Domino Comiti Camillo C[illegible]
ſtilioneo pro eo, eius hæredibus, & ſucceſſoribus q[illegible]
buſcunque reſidua aquarum, quas ſcolaticias voc[illegible]
prouenientia ex irrigationibus Publicentium p[illegible]
rum terras irrigatas cum aqua ſeriolæ Publicæ, q[illegible]
ſidua alias fluere conſueuerant in territorium
commodum Illuſtriſſimorum Dominorum C[illegible]
Gazoldi, ea tamen conditione, vt ſi ex hac
& tempore, quo ipſe Dominus Comes Ca[illegible]
ſucceſſores vterentur dictis reſiduis, Publ[illegible]
rondiſcani paterentur aliquod damnum,
teneretur; cuius conceſſionis vigore ip[illegible]
cto deriuauit ipſas reliquias aquarum
irrigandas tempore æſtiuo.

Hac facta conceſſione, videntes [illegible]
priuatos commodo reliquiarum [illegible]
turarunt, ſeu, vt vulgo dicitur, in[illegible]
territorij cum territorio Mantu[illegible]
per quibus non ſolum dictæ aq[illegible]
aliæ pluuiales, dum exuberan[illegible]
tuano in eorum territorium
per quem reſtagnarunt [illegible]
cum graui, (vt aſſeritur) [illegible]
de Rotondiſco, qui, qu[illegible]
ris aliqualiter contradix[illegible]
turis antiquis, tamen [illegible]
tacuerunt.

Tandem autem [illegible]
Publicenſes, & R[illegible]
minum de hoc [illegible]
num Comitem, & [illegible]
vti ſucceſſorem [illegible]
tendentes ipſum [illegible]
nes, qui, cum [illegible]
cum vtatur tan[illegible]
quo actores n[illegible]
lud cauſari a [illegible]
ad eos datæ [illegible]
hac quęrimo[illegible]
zoldi co[illegible]

[illegible] 4, 11. [illegible] 12. & [illegible] Burſatt.

[illegible] à Do- [illegible] tionem, [illegible] tionem; [illegible] retinuit [illegible] cum quia ſe- [illegible] quibuſdam [illegible] *pientibus An-* [illegible] ex his enim [illegible] *num. 5. vol. 2.* [illegible] erat quædam [illegible] à Sereniſſimo [illegible] *aſumpl. 29. nu-* [illegible] ruitur † ad emu- [illegible] *nonum, ff. de oper. de ædific.* Menoch.

[illegible] non liceat facere ag- [illegible] feriores ab agris ſu- [illegible], vbi obturantur du- [illegible] ſtinatæ ad recipiendum [illegible] proceſſo, quod quis poſset [illegible] deret, vel circuendo ſuos [illegible] fluminis, non autem nul- [illegible] ſeu dugale, aut foueam [illegible] us deſtinatum, per ea, [illegible] Riminald. Iun. *d. conſ.* 86.

[illegible] eſt dificilis reſponſio, Nam [illegible] tit incommodum aquarum [illegible] commodum, dupliciter reſpon- [illegible] regula non procedit, † quan- [illegible] t ita eam limitant Bart. & Dec. [illegible], *ff. de regul. iur.* quæ profectò [illegible] omites Gazoldi ſentiunt incommo- [illegible] ratione ſeruitutis naturalis, quam [illegible] et ſuperiori, iuxta *l. 1. §. final. & l. 2.* [illegible] & tradita ſuperius; Mantuani au- [illegible] omites Caſtillionei ſentiunt commo- [illegible] met aquarum, tamquam Domini, & [illegible] ibus ob id licet eas retinere, quando ip- [illegible] andocumque eiſdem libet, poſſunt eas [illegible] ere ad inferiora loca ſeruientia, vt probat [illegible] *in l. 1. §. ſed & ſi vicinus, & l. 3. §. ſi vicinus, [illegible] n. arcend.* & tradit in ſpecie Minſing. *d. conſ.* [illegible] *4. & 15. decad. 14. volum. 1.* Raudenſ. *deciſ. 9. n.* [illegible] eos Cepol. *de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 4. ante* [illegible] *erſic. aut habens fundum inferiorem, &c.* & pro- [illegible] nes illi, quos ſuperius citaui in præcedenti du- [illegible] *fic. licitaque eſt hæc retentio, &c.*

[illegible] undo, † reſpondeo quod dicta regula habet lo- [illegible] quando commodum, & incommodum eandem [illegible] ciunt, & circa eandem verſantur, ſecus vbi proce- [illegible] à diuerſis fontibus, & cauſis, vt declarant Cagnol. [illegible] *l. ſecundum naturam, num. 1. ff. de regul. iur.* & D. Sur- [illegible] *us conſ.* 150. *num.* 85. In propoſito autem caſu commo- [illegible] um, & incommodum non verſatur circa eandem rem, nec prouenit ab iiſdem fontibus, tum ratione deducta in præcedenti reſponſione, tum etiam, quia aquæ dantes damnum ſunt hiemales, vel luxuriantium inundationum, quibus nullatenus vtuntur Publicani ad irrigandum ſuas terras, & per conſequens etiam non poſſunt dici ſgolatiæ, nec reſſidua irrigantium; ex quibus reſiduis tantum, & ſic re diuerſa ſentiunt commodum Domini Caſtillionei.

53 Ad ſecundum argumentum, † quod liceat ſe aggeribus munire diuertendo aquam, ne ſibi noceat, reſpõdetur, quod ſi Anguilla, & Rugerius, qui ſecuti ſunt hanc opinionem, eam tenent, eo quia credant, terras inferiores non ſeruire ſuperioribus in ſuſcipiendo aquas, loquuntur contra textus expreſſ[illegible] *in l. 1. §. fin. & l. 2. in princip. ff. de aqua pluuia*, ſi [illegible] cunt, quia pitent [illegible] non

1 Nam quo ad primum † caput, certum eſt, quod licet perſonæ Eccleſiaſticæ, & bona Eccleſiæ ſint immunes, & immunia, tamen ſi dicta bona transferantur per ipſam Eccleſiam in priuatum alias non priuilegiatum, non tranſeunt cum ſua immunitate, ſed remanent obnoxia quibuſcumque oneribus, ac cętera laicorum bona Speeul. *in tit. de immunitat. Eccleſ. §. 1. circa finem, ſub n. 3.* Federic. de Sen. *conſ. 6. ſub n. 3. verſic. & bene facit, quod notat, &c. & conſ. 111. ſub n. 10. verſ. imo ſi Clericus, &c.* gloſſ. *in Clem. vlt. in verb. non negotiandi,* & ibi Imol. *n. 9. de cenſib.* Archid. *in c. quamq; col. 2. de cenſib. in 6.* & ibid. Io: Andr. Anchar. *in c. Innouamus, n. 10. de cenſibus,* Io: de Amic. *conſ. 18. per tot.* Bart. qui dicit ita determinatum per illum tex. *in l. licitatio, §. final.* & ibi melius Alberic. *ff. de publican.* Salicet. *in l. vniuerſi, ſub nu. 2. Cod. de vectigal. & commiſſ.* Alex. *in l. quia tale, num. 3. ff. ſolut. matrim. & conſil. 35. numer. 15. verſic. Quantum ad illud, volum. 4.* vbi *numer. 16.* poſt Archidiacon. & Io: Andr. inquit, quod in iſtis one-
2 ribus, † mutata perſona, mutatur ſtatus rei, & attenditur qualitas noui poſſeſſoris, Guid. Pap. *conſ. 151. n. 3.* idem, *quæſt. 208.* Pract. Papienſ. *in forma libell. quo agitur ad ſolutionem pedagij, gloſſ. vltim. num. 8.* Iaſ. *in Authentic. quas actiones, num. 41. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. & conſil. 20. nu. 9. vol. 1.* Deci. *in l. in omnibus cauſis id obſeruatur, num. 2. ff. de regul. iur.* Zabarell. *conſil. 12. ſub num. 2.* Ruin. *conſil. 143. ſub num. 18. volum. 5.* Boer. *decis. 213. numer. 19.* Tiraquell. *de retract. conſangu. §. 1. gloſſ. 13. num. 12.* Natt. *conſ. 218. num. 8.* Emanuel Soarez. de communi, *in Theſaur. recept. ſentent. in verbo gabella, num. 6.* Riminald. Iun. *conſil. 59. num. 59.* Bertaz. *conſ. criminal. 169. n.* [illegible] Burſatt. *conſil. 42. ſub num. 14.* D. Surd. *conſil. 301. num. 89. in fine, & conſ. 25. num. 5.* Roland. *conſil. 61. per tot. vol. 4.* Purpurat. *conſil. 489. per totum.*

3 Et quamuis controuertant inter ſe Doctores, † an ad datium contractus illius, per quem res transfertur de Eccleſia ad priuatum, ille non priuilegiatus cogi poſſit, alijs affirmantibus, alijs vero negantibus, provt videre eſt apud Bal. *conſil. 21. vol. 1.* Menoch. *conſil. 136. num. 19.* Rimunal. Iun. *conſil. 724. ſub num. 47. & 48.* Cardinal. Tuſcum, *in verbo Exemptio, concluſ. 558. nu. 4. & 5.* & alios quos ſciens prætereo.

4 Attamen, † vbi agimus de datio, vel onere ſeparato ab ipſo contractu geſto cum Eccleſia nullus eſt, qui contradicat, & per doctores proximè allegatos, & alios ſupra longa ſerie congeſtos, quia mouentur ea ratione,
5 quod mutatione perſonæ, † mutetur priuilegium, *l. licitatio, §. final. ff. de publican. l. Paulus, aliàs per procuratorem,* vbi Bartol. *in fine,* hoc notat, *ff. de acquir. hæred.* Bal. *in rubr. C. de vſur. num. 13. in fine,* Tiraquell. *in tractat. ceſſante cauſ. part. 1. nu. 217.* & quod ob reuerentiam Clericorum, vel Eccleſiæ conceditur, eos non egreditur, Bal. *conſil. 31. paulo ante finem volum. 1.*

Addit aliam rationem Egidi. Thomati. *in tractat. de collect. in parua impreſſione, fol. 118. verſic. inferitur prædictis,* quod d. immunitas Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticarum perſonarum adhæret perſonæ, non prædio; ideo dempta perſona priuilegiata, res remanet obnoxia ſuis one-
6 ribus. quia † immunitas perſonalis non egrediatur perſonam immunem, *l. 1. & l. ſemper, §. immunitatis, ff. de iur. immunitatum, l. in omnibus cauſis id obſeruatur, ff. de regul. iur.* & priuilegium perſonale perſonam ſequitur,
7 † & cum perſona extinguitur, *Regula priuilegium, de regul. iur. in 6.*

Sed quod plus eſt, dico, cum hic agatur de colonorũ immunitate, quod vbi verſaremur in puris terminis huius primi capitis conſiſtentis de immunitate Eccleſiæ ex proprio priuilegio, fortius ſuccumbere deberet D. Zaita, quia etiam coloni met Eccleſiarum, ſeu bonorum
8 Eccleſiæ obligantur omnibus oneribus, † quæ imponuntur perſonis pro rebus reſpectu ſuæ partis colonicæ, provt tradit Federic. de Sen. *conſil. 111. ſub num. 10.* vbi dicit, quod ſi conducant ſuam partem ad Ciuitatem
9 tenentur † etiam ſoluere gabellam ad portas, & eum ſequuntur Io: de Plat. *in l. Senatorum, ſub num. 3. C. de dignitatib. lib. 12.* Geminian. *in cap. quamquam, num. 11.* & ibi Franc. *ſub num. 3. de cenſib. in 6.* Bertach. *de Gabell. p. 7. num. 16.* Ripa *in tract. de peſte, in tit. de remed. ad conſeruand. vbertat. numer. 127.* Parpa et. *in lec. placet. num. 73. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Apoſtill. ad Abbat. *in cap. Innouamus, verſic. quarto limita, de cenſib.* Io: de Amicis, *conſil. 18. num. 11.* Roland. *conſ. 61. num. 14. & 15. volum. 4.* Burſatt. *conſ. 16. num. 27. & ſub num. 78. & conſ. 42. num. 14. & conſ. 258. num. 30.* D. Sud. *conſil. 301. num. 89.* Theſaur. qui diſputat ad partes, & alios refert, dicitque ita iudicatum fuiſſe per Senatum Pedemont. *decis. 116. per totam,* & alios addit eius filius in addition. eum defendendo ab impugnatione quorundam, Papon. *conſil. 7. num. 10.* vbi citat duas deciſiones Rotæ.

Prædicta autem ſine difficultate aliqua tranſeunt pro parte d. Curiæ Bagnoli affrancata per Dominos Zaitas, ſed & idem concludendum eſt pro parte non liberata, & pro qua remanet D. Ludouicus emphyteuta Epiſcopatus, & Eccleſiæ.

Nam (quidquid diſputauerit, & tenuerit Siluan. *con-
10 ſil. 9. per totum*) verius eſt, emphyteotas Eccleſiæ † pro vtili dominio collectari poſſe per laicos, vt tradit Andr. de Iſernia, *in tit. quæ ſint regalia, in verbo, & plauſtrorum, & nauium præſtationem, num. 56. in fine, & num. 57.* quia
11 ſecundum eum, res ſumit † conditionem à perſona, non è contra, idem tenet Alex. *conſ. 105. num. 11. verſic. & dixit Andr. de Iſern. volum. 1.* Roch. de Curt. *in capit. cum tanto, ſub num. 84. extr. de conſuetud. n.* Brun. *de ſtatut. excluſ. fœminar. articul. 8. num. 107.* Fortal. *de æſtim. part. 4. cap. 2. num. 43.* Roland. *conſ. 66. num. 34. vol. 1.* Menoch. *de arbitrar. iudic. caſu 180. num. 8.* & hanc opinionem diſputando latè tuetur Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt. 17. ſub num. 11. verſic. Verum ipſe contrariam,* & ratio eſt, quia tale vtile dominium eſt laicale.

Quæ opinio, vbi eſſet dubia, fuit approbata per ordines patriæ, *de Anno 1530. in cap. 50.* vbi ad hæc onera diſponitur, teneri etiam emphyteotas Eccleſiæ, cuius
12 Statuti diſpoſitionem valere † ſuper vtili dominio de re Eccleſiæ recognita à laico, tamquam laicali, docet Anchar. *conſil. 125. ſub num. 6. & conſ 433. num. 3.* Barbat. *conſil. 84. volum. 4.* Deci. *in cap. quæ in Eccleſiar. in 2. notabil. extr. de conſtit.* latè Brun. *de ſtatut. excluſiu. fœminar. articul. 8. in 22. quæſt.* Burſatt. *conſil. 375. in 1. dubio,* & quod valeant huiuſmodi ſtatuta, latè conſuluit D. Surd. *conſil. 338. per tot.* & ita deciſum in hoc Senatu, & ſemper obſeruatum fuiſſe, teſtatur *decis. 160. ſub num. 13. verſic. ſeruauit tamen.*

Quæ diſpoſitio fuit etiam replicata in ordinibus de Anno 1602. dum excipit tantum bona immediate tenta per Eccleſiam, vel perſonas Eccleſiaſticas.

Ex quibus omnibus ſatis firma remanet concluſio, quod D. Zaita non poſſit prætendere aliquam immunitatem, vigore proprij priuilegij Eccleſiæ, Quod optimè cognoſcens, omnem vim deducit ex varijs priuilegijs
13 Imperatorum, de quibus † meminit Burſatt. *conſil. 25. num. 8* eorum auctores, & ſubſtantiam recitando, concedentibus pleniſſimam immunitatem in perpetuũ Epiſcopis Mantuæ pro bonis Epiſcopatus, & etiam pro eorum colonis, & idem contenditur ex longæua præſcriptione.

Quæ priuilegia tantum faciunt ad propoſitum pro cauſa D. Zaitæ, quantum optimum Pharmacum, ſeu medecina pro vno morbo, ſi applicetur morbo diuerſo; nam licet ſit aliàs optimum remedium pro ſuo particulari morbo, pro diuerſo tamen euadit ineptum, inutile, & quandoque peſſimum.

Quamuis autem mihi non liceat perpendere particularia verba horum priuilegiorum, cum fuerit mihi adēptus proceſſus iuſſu Senatus Excellentiſſimi ob partis nimiam inſtantiam, nihilominus conabor. ex his, quæ mẽte repeto, pęnitus deſtruere aduerſarij intentionem.

Nititur autem aduerſarius his priuilegijs ex eo, quod
14 conceſſa ſunt Epiſcopis Mantuanis ſemper, † & in perpetuum, quæ perpetuitas denotat ea eſſe realia, non autem per[illegible]ntum, Ancharan. *conſil. 327. colum. 1. verſic.* [illegible] *ius conceſſionis, &c. & verſicul. Secunda*

cunda

Digitized by Google

cundo principaliter, &c. Socin. *conſ.84.num.4.* Barbatia, *conſil.44.num.1.cum ſeqq.volum.2.* D.Surd. *conſil.262.n.*
15 *45.* Sicuti, † & realia eſſe ſuadent verba eorum in re cõcepta, videlicet, *de caſtris, villis, prædijs, poſſeſſionibus, &c. l.forma,§.quamquam,ff.de cenſib.* Din. *in regul.priuilegium,num.10.verſic.ſecundo caſu, de regul.iur. in 6.* Iaſ. *conſ.89.num.5.volum.3.* Bertaz. *conſil.ciuil.42. numer.47.* Menoch. *lib.3.præſumpt.103.num.26. & conſil.276. num. 16.*
16 Poterat tertio allegari, † quod eadem priuilegia realia dicantur, vti conceſſa perſonis perpetuò duraturis, videlicet Epiſcopis, Menoch. *conſ.276.nu.8.* Natt. *conſ. 163.ſub num.15.* Riminald.Iun. *conſ.763.num.18.* D.Surd. *conſ..25.ſub num.23.*
17 Denique quarto, † & vltimo, vnico verbo dici poterat, quod hæc priuilegia, vti conceſſa Epiſcopatui, & ſic dignitati eſſent realia, Bald. *in l.liberti, ſub num.26. Cod.de oper.libert.* Mayner. *in l.in omnib.cauſis id obſeruatur,num.50.ff. de regul. iur.* plures alios allegat D. Surd. *conſil.262.num.41.* Et in terminis, quod hæc priuilegia ſint realia, tradit Burſatt. *conſil.25. num.5.& conſ.42.numer.21.*
18 Si ergo † hæc priuilegia ſunt realia, ſequitur, quod tranſeant ad quoſcumque ſucceſſores, ſiue vniuerſales, ſiue ſingulares, & per contractum, *l.via,§.quæcumque, ff.de ſeruitut.ruſtic.prædior. l.ſi aquæductus, ff.de contrahend.emption.l.3.in fine,& l.forma,§.quamquam,ff.de cenſibus,* Ruin. *conſ.157.num.9.lib.2.* Boſſi. *de Principe, numer.174.* Burſatt. *conſil.16.num.43.* idem, *conſil.42.num. 22.& conſ.25.num.6.& conſ.258.num.21.& 27.& conſil. 462.num.15.* Bertaz. *conſ.ciuil.42.num.4°.* Riminal. Iun. *conſil.500.num.47.* Purpurat. *conſil.489.num.2.* Menoch. *conſil.136.num.18.*
19 Et per conſequens etiam † tranſeunt ad conductores, Burſatt. *conſil.452. num.15.* & ad colonos, Bertaz. *conſil.ciuil.42.num.5.* & ſicuti prædia ipſa reali immu-
20 nitate gaudent, † ita quoque immunes ſunt eorum fructus, ita vt nulla pro eis debeatur gabella, Burſattus *conſil.25.num.7.*
Verum prædicta non firmant intentionem D.Zaitæ, quod antequam manifeſtum faciam, libet animaduertere, ex tot priuilegijs, quæ adeo mutilata ſunt, & carentia verbis ſubſtantialibus, ſaltem in ea copia, quam ego vidi, & ſuper qua ferenda eſt ſententia, vt nullam mereri deberent fidem, vnum tantum eſt, ſi bene memoria recolo, quod dat has immunitates, licet pars exegerat in magna quantitate priuilegiorum multorum Imperatorum, & eſt illud Ottonis Quarti conceſſum de Anno, 1218. confirmatum à Carolo Quarto de Anno 1354. cætera enim priuilegia, licet confirmando faciant mentionem de exemptionibus, & immunitatibus, tamen de illis non apparet in priuilegijs confirmatis, niſi in illo Ot-
21 tonis Quarti; † & ideo non probant, nec dant illas, niſi quatenus apparet ex priuilegijs relatis, Speculat: *de locato, ſub titulo de emphyteuſi,§.nunc aliqua, quæſt.58.in fine, ſub num.73.* Oldrad. *conſ.164.num.1.& 2.* cum alijs multis apud Lanarium, *conſil.76.num.34.* priuilegium enim confirmatorium, nihil dat, † ſed totum intelligitur conditionaliter, quatenus diſpoſitum ſit in confirmato, vt docet Gloſſ. *in ſumma circa medium, 25 quæſtione ſecunda.*
Hoc animaduerſo, dicò, priuilegium prædictum Ottonis, & ſi quæ ſunt ſimilia, non ſuffragari, quia ex eorum lectura manifeſto conſtat illa non rebus principaliter, ſed ſecundario, & intuitu Epiſcoporum, & perpetuò futurorum in hac dignitate Epiſcopatus Mantuæ, & ipſius Eccleſiæ conceſſa fuiſſe, ad hoc vt ſicut præmittitur in illis magis proficerent in vinea Domini, & ob bonos eorum mores, & merita, & in honorem, & exaltationem ipſius Eccleſiæ, quo fit, vt dicatur contemplata perſona Epiſcoporum, & Eccleſia, vt conuincunt rationes adductæ per Pont. *conſ.1.nu.66.* & ſicuti alibi, Alba *conſil.123.ſub num.1.* inquit qualitatem ciuilitatis re-
23 ſpicere perſonas, non † res, ſic & qualitas Epiſcoporum, & Epiſcopatus, & ob id licet reſpectu ipſorum Epiſcoporum dici poſſint realia, quia perpetuo tranſeunt ad ſucceſſores in Epiſcopatu, reſpectu tamen aliorum, qui reperiuntur in ea dignitate, nec ſunt adminiſtratores bonorum Eccleſiæ, & per quorum ſucceſſionem e-
24 xeunt † dominium ipſius Eccleſiæ, dicuntur perſonalia (diuerſis enim reſpectibus vnum, & idem priuilegium dici poteſt reale, & perſonale, vt dicam in reſolutione contrariorum) nam ad cognoſcendum, an priuilegium ſit reale, vel perſonale, videndum eſt, cujus contempla-
25 tione principaliter conceſſum eſt, an † rei, vel perſonæ; ſi enim perſonæ perſonale eſt, ſi vero rei, reale, licet ſecundario proſit rei, vel perſonæ, *l.in omnibus cauſis id obſeruatur,ff.de regul.iur.* vt magiſtraliter declarat maximus I.C. Luſitanus Petrus Barboſa, *in l. quia tale num.3.* & melius, *num.5.ff.ſolut.matrim.* quod & ſenſit Bald. *in l.maritum.ff.eod.tit.* & tradunt Deci. *in d.l.in omnib. ſub num.3.* & ibi Mayner. *num.48.* Crauett. *conſ.239. ſub numer.4.* Decian. *conſ.31.ſub num.163. volum.1.* Menoch.
26 *lib.3.præſumpt.103.num.1.* † ſi igitur eſt perſonale reſpectu non ſucceſſorum in Epiſcopatum, & laicorum, ſequitur, quod extinguatur ſtatim, quod ex bona exeũt eorum perſonas, & tranſeunt in laicos, *d.l.in omnibus,& cap.priuilegium de regul.iur.in 6.* & in immunitate ſunt textus ſuperius etiam allegati, *in d.l.1.& l.ſemper, §. immunitati,ff.de iur.immunitatum,& l.forma,§.quamquam, ff.de cenſib.* Alex. *conſ.86.ſub num.1.volum.1.* plenè Dominus Surd. *conſ.525.num.2.3.& 4.* Natt. *conſ.311.num.6.* Menoch. *conſ.444.num.33.& 37.* Decian. *conſ.19.num. 175.volum.3.*
27 Et ideo concludunt † Doctores, quod ſi conceduntur alicui priuilegium pro bonis, quia principaliter dicitur contemplata perſona, licet etiam ſit facta mentio bonorum, immunitas non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, nec ad eum, in quem bona transferuntur, Natt. *conſ.311.num.5.* Rimin.Iun. *conſ.791.nu.7.* Decian. *conſ. 5.num.11.volum.4.* Cardin. Tuſc. *in verb.exemptio concluſ. 759 num.1.tom.3.fol.454.* vbi inquit, quod exemptio Eccleſię ab oneribus dicitur perſonalis, licet ſit conceſſa, tam pro rebus, quam pro perſonis, quia ſi bona exeunt
28 de dominio † Eccleſiæ, exemptio non tranſit in emptorem, Rota, *deciſ.4.verſic ſi autem ſit, ſub tit. de priuileg. in antiquis.*
29 Facit etiam, quia priuilegium † regulatur à ſua cauſa, *l.Titia Seio,§. vſuras,* vbi Bart. *ff.de legat.2.* Alba, *conſil.132.num.8.* Iacob.Toming. *conſil.4.num.27.vol.1.*
30 propterea ſi conceſſum fuit ob aliquem caſum, † vel qualitatem alicuius, ſicuti huc Epiſcopis, & vt proficerent in vinea Domini, ſi ceſſet illa cauſa, tollitur & priuilegium Bartol. *in d.§. vſuras,* per illum text. Zuccard. *conſ.75.num.101.* Tiraq. *in tractat.ceſſante cauſa,p. 1.num.117.& num.210.* Pedrocc. *conſil.37.num.3.* Coſta. *conſil.18.num.17.* D.Surd. *deciſ.123.num.4.*
31 Et deficiente qualitate, propter quam conceſſum eſt priuilegium, & immunitas, puta, quod non ſit iuris, vel de familia, vel Epiſcopus, vt in caſu noſtro extinguitur ipſum priuilegium, & immunitas, *l.ſi duas aleas incipit Athleta,§.geminum,ff. de excuſat. tuter.* vt latè ſatis ad rem proſequitur Pariſ. *conſil.4.num.12.cum ſeqq. volum.1.* Iaſ. *in l.filius a patre,§.1.num.3.& 4.ff.de lib.& poſtum.* & Menoch. *conſil.905.num.11.* vbi vterque, quan-
32 do immunitas eſt conceſſa propter parentes, † vel propter paupertatem, ceſſat mortuis parentibus, vel ſuper-
33 uenientibus diuitijs, Abb. *conſ.132.num.8.& 9.* † vbi conceſſa ciuibus non tranſit in eos, qui non ſint ciues, Anton.Faber. *in ſuo codic.Fabian.tit.de dignitat. deciſ.9. num.10.*
34 Sic priuilegium immunitatis † conceſſum poſteris, vel illis de familia non tranſit in deſcendentes ex fæminis, *l.1.in fine,ff.de iur.immunit. l.vacatio,ff.de muner.& honor.* Alex. *conſil.160.num.2.colum.2.* Gail. *lib.2. obſeruat.2.ſub num.16.* Boſſi. *in tit.de Principe,nu.143.* Georgi.Acaci. *in tractat.de priuileg.lib.2. cap.4. numer.66.67. & 68.*
35 Ita quoque priuilegium † conceſſum alicui ratione

alicuius

Digitized by Google

Alicuius artis durat tantum,quantum exercet illam artẽ,
D.Surd,*conſ.497.num.5.*
36 Et priuilegium † conceſſum ratione officij, requi-
rit officium in actu, Fab.de Anna, *conſil.42. num.13.*
37 Provt etiam conceſſum Monaſterio † ceſſat deſtru-
cto Monaſterio, vtpote, quod erat cauſa priuilegij, Ti-
taquell. *in tractat.ceſſante cauſ.par.1.num.212.*
38 Sublato enim fundamento † exemptionis, & ipſam
corruere neceſſe eſſe, probat multis iuribus Crauett.
39 *conſil.290.num.1.* & cauſa redacta † ad non cauſam,vel
re non remanente in eodem ſtatu, ceſſat priuilegium,
Iſern. *in rubric.quæ ſint regal. colum.3.* Io:Franc.de Pont.
conſ.51.num.15.& 16.

Et quis credat in caſu iſto Imperatores fuiſſe conceſ-
ſuros immunitates Curiæ Bagnoli, ſi non fuiſſet de Epi-
ſcopatu, vel vbi deſijſſet eſſe de Epiſcopatu, quo tem-
pore amplius non conferret ad effectus deſideratos ab
eis,nemo quidem, & eo minus, quando vbi etiam eſſe-
40 mus in dubio,(quod negatur)priuilegium, & † immu-
nitas præſumatur perſonalis, & non realis, Alex. *conſil.*
86.num.1.in fine,& conſ.101. num.13. volum.1. Menoch.
conſ.70.num.1. Natt. *conſ.218.num.9.* Boer. *deciſ.227.nu-*
mer.18. Papon. *conſ.7.num.13.in fine,& num.14.* Turret.
conſ.58.num.3.volum.1.
41 Et priuilegium immunitatis † ſit ſtrictè interprætan-
dum, & reſtringendum, Alex. *conſ.125.num.10. volum.*
2. Decian. *conſ.51.num.8.volum.3.* Riminald.Iun. *conſil.*
35.num.11. Lanari. *conſ.65.num.27.& conſ.76.numer.24.*
Menoch. *conſ.197.num.6.& conſil.1060.num.25.& conſil.*
1122.num.14. D.Surd. *deciſ.35.num.6.*

Accedat, quod valde abſurdum eſſet, quod Epiſcopi
Mantuæ poſſent alienare omnes ſuas terras cum immu-
nitate, & alias deinde acquirere, quæ euaderent immu-
nes,haſque acquiſitas iterum alienare, & denuo nouas
acquirere, & ſic reddere vniuerſum territorium immu-
ne in præiudicium Principis.
42 Denique,ne caueamus deciſione ferè † in terminis
adduco Rotam, *deciſ.4.de priuileg. in antiq. & melius de-*
ciſ.950. libr.3. part.3. nouiſſimar. quam ſequitur Papon.
conſ.17.num.12. quæ vult, quod immunitas conceſſa or-
dini, vel familiæ pro terris à decimis,ſit perſonalis, non
autem realis, & ob id ea non gaudeant coloni partiarij
conductores, vel emptores, etiam ſi ob id locarentur
terræ, vel venderentur minus, ſic igitur, & immunitas
conceſſa Epiſcopis, vel Epiſcopatui pro terris debet di-
ci perſonalis, nec debet tranſire in emptores, vel em-
phyteutas.

Sed vbi hæ terræ habuiſſent has immunitates etiam ad
fauorem ſucceſſorum ſingularium (quod negatur) quid
tunc? non ne fuiſſent ſublatæ, ſi non ad fauorem Princi-
pis, reſpectu gabellarum, ſaltem ad fauorem communis,
reſpectu factionum per ordines editos de Anno 1602.
quibus omnes immunitates, cuiuſcũmque generis præ-
gnantium diſpoſitione reuocata fuerunt.
43 Nam, licet inferior non poſſit † reuocare immunita-
tes conceſſas à Superiore, Decian. *conſil.51.num.41. vol.*
3. tamen cum per Imperatores fuerint in concernentib.
44 hoc dominium translata omnia iura Imperij in † Du-
ces Mantuæ, vt notum eſt, & latè tradit Ludouicus Ro-
dolfinus, *in tractat.de poteſtate Ducum Italiæ, num.153.*
fol.73. vtique, ſicuti Sacratiſſimus Imperator potuiſſet ſu-
perueniente iuſta cauſa reuocare has immunitates; ita
quoque id licuit Sereniſſimo D.Duci noſtro, vti ſubro-
gato in eius locum.
45 Quod autem † Imperator, & alij Principes poſſint
reuocare immunitates conceſſas ex priuilegio, & titulo
gratioſo ſuperueniente iuſta cauſa, admittunt omnes, vt
per Menoch. *conſ.156.num.34.* Riminald.Iun. *conſ.25.n.*
45. Galli. *conſil.25.num.39.& 40.* cum alijs multis, cum
etiam multi fortius teneant, imo ex iuſta cauſa poſſe re-
uocari immunitatem conceſſam titulo oneroſo, quos
ſciens prætereo, ex quo non verſamur in hoc caſu, reſpe-
ctu concedentis, & hæc reuocatio eo magis licita fuit,
cum affecerit laicum, non autem Eccleſiã, quæ non po-
teſt dici obligata de euictione, tum quia fuit datum D.
Zaitæ id, quod dari non poterat, nam, vt ſupra probaui
hæ immunitates non poſſunt tranſire in ſingularem ſuc-
ceſſorem, tum etiam quia vbi potuiſſent tranſire, licitè
fuerunt reuocatæ publica lege, quo caſu auctor non
46 tenetur de † euictione de facto Principis, Raudenſ.
47 *conſil.9.num.5.volum.1.* ſicuti nec Princeps; † tunc te-
netur ad recompenſationem, Alex. *conſil.190. ſub num.*
16.verſic.ad tertium,volum.2. Dec. *conſ.520.ſub num.10.*
verſic.quia ad hoc reſpondetur, & in eadem cauſa cum
Decio, Ruin. *conſ.60.num.6.in fine,volum.5.* idem Dec.
in cap.quæ in Eccleſiarum,num.mihi,93. verſic. Secundo
hoc intelligitur,extr.de conſtitution. Gozadin. *conſil.5.nu-*
mer.21. Pariſ. *conſ.1.num.46.volum.1.* Boſſi. *in titul. de*
Principe,num.201. D.Surd. *conſ.210.num.65.& conſ.313.*
num.100. Roland. *conſil.79.num.44.volum.2.* & de com-
muni, Cagnol. *in l.id quod noſtrum,num.19.ff. de regul.*
iur. ſi enim Princeps non teneretur recõpenſare tã quam
licitam legem condens,multo minus tenebitur auctor,
tum denique ceſſat regreſſus contra Eccleſiam, quia ni-
hil euincitur, quod fuerit datum per ſententiam delega-
torum Papæ, nam ipſi æſtimarunt has terras, nulla ha-
bita mentione harum immunitatum, & ideo,cum Do-
mini Zaitæ acquiſiuerint eas pro d. æſtimatione tantum
nullo facto argumento pro immunitatibus,non dicuntur
pati aliquod damnum, quia etiam ſine huſce immunita-
tibus fuiſſẽt obligati ad dandum æſtimationem limitatã
à dictis delegatis.

Non obſtant autem contraria; dum ex multis conſi-
derabatur, hanc exemptionem Epiſcoporum Mantuæ
eſſe reale, & ob id ad quoſcumque tranſire, namque ad-
uertendum vnum, atque idem priuilegium poſſe dici
48 reale, † & perſonale ſimul, diuerſis reſpectibus, vt
docet Georgi.Acaci, *in tractat.de priuileg.lib.2 cap.4.nu-*
mer.63. cuius ſententia optimè probatur; nam priuile-
gium immunitatis conceſſum generi, poſteris, vel fa-
49 miliæ, † quatenus perpetuum eſt in d.familia, & tran-
ſit ad omnes ſucceſſores illius,eſt reale, idem Acaci. *d.*
cap.4.num.66. Menoch. *lib.3.præſumpt.103.numer.23.* &
tamen cum non tranſeat ad alios, qui non ſint de familia
vel non habentes qualitatem requiſitam, vt ſuperius la-
tè probaui, in verſic. *Facit etiam, quia priuilegium,* cum
verſic.ſeqq. neceſſe eſt dicere, quod aliorum reſpectu
ſit perſonale, quia ſi eſſet abſolutè, & ſimpliciter reale
tranſiret ad quoſcumque.

Sic igitur in caſu noſtro iſta priuilegia erunt realia re-
ſpectu omnium ſucceſſorum in Epiſcopatu, reſpectu
vero laicorum erunt perſonalia.

Nec obſtabuntur verba *Semper*, & *In perpetuum*, quia
50 habent varias ſignificationes, & ſecundum † ſubiectã
materiam intelliguntur; nam quandoque verificantur,
vſque ad vitam alicuius, aliquando vſque ad certum
tempus, aliàs vſque ad triginta annos, aliquando in in-
finitum, vt latè proſequitur Peregr. *de fideicomm. artic.*
30.ſub num.6. in caſu igitur noſtro verificabuntur,donec
51 res durabit penes Eccleſiam, & durabit ipſa † Eccle-
ſia, & Epiſcopi, provt in terminis noſtris has dictiones
pati hanc limitationem ſecundum ſubiectam materiam,
tradit Alex. *conſ.86. ſub num. 2. volum.1.* Fabius Turret.
conſ.58.num.8.volum.1.

Sicuti nec verba, pro Caſtris, prædijs, & poſſeſſioni-
bus inducuntur reale priuilegium, quando contempla-
ta fuit perſona, & ei pro bonis conceſſa immunitas, vt
probaui ſupra, in verſic. *Et ideo concluunt Doctores.*

Et denique, quod conceſſio facta perſonis, vel ordi-
ni perpetuo duratura, vel dignitati dicatur realis, non of-
ficit, quia dicitur realis reſpectu eius ordinis, & dignita-
tis, ſed perſonalis, reſpectu aliorum, vt paulo ſupra di-
ſtinguendo declaraui.

Tertium fundamentum D. Zaitæ conſiſtit in longæua
52 preſcriptione, circa quod omiſſis, quæ dici poſſent † de
requiſitis neceſſarijs ad hanc preſcriptionem, de quibus
per Alex. *conſ.136.ſub num.19.vſque ad finem conſilij, vo-*
53 *lum.2.* † omiſſis quoque, quæ poſſent conſiderari de
reſtitutione in integrum competenti Communitati ad-
uerſus præſcriptionem, de qua per Odd. *de reſtit.quæſt.3.*
art.

Digitized by Google

art.10. quæ eidem quoque competit aduerſus longiſſi-
mam præſcriptionem, vt per eundem, *queſt.90.n.32.*
His inquam omiſſis.dico,talem præſcriptionem, vbi
ſubeſset;fuiſse ſpecificè cum clauſulis opportunis,& præ-
gnantibus ſublatam per Sereniſſimum. D.N. in ordinib.
de anno 1602. ibi, *non oſtando conſuetudine alcuna in*
contrario, ne preſcrittione, benche centenaria, & imme-
morabile, licet enim Balb. *in tractat.de præſcript.in quin-*
ta parte,quinta partis principalis queſt.8 verſicul. & hanc
54 *concluſionem intelligo, fol.mihi.472.* † exiſtimauerit,Prin-
cipem poſse derogare tantum præſcriptioni futuræ. non
autem præteritæ, cum ſit tollere ius quæſitum, tamen
oppoſitum verius eſt, & præteritam præſcriptionem
poſt ius quæſitum poſse tolli à Principe, quia præſcri-
ptio introducta eſt de iure ciuili, *Inſtitut. de vſucapion.in*
56 *princip.* † Princeps autem poteſt tollere etiam ſine ca-
uſa dominium acquiſitum alicui artificio iuris ciuilis, ſe-
cùdum magis communem opinionem, de qua per Gab.
57 *de iur.quæſit.non tollend.concluſ.1 num.17.* † & licet ad-
dat nonnullos tenentes contrariam; tamen, *num.18* ſi-
ne vllo ſcrupulo admittit, noſtram opinionem, quando
dominium quæſitum non habet annexam æquitatem,
58 prout non habet in caſu iſto. † quinimo æquitas mili-
tat pro derogatione d.præſcriptionis, vbi autem ſubeſt
iuſta cauſa, tunc Princeps poteſt etiam tollere dominiũ
quæſitum de iure gentium, Gabr *in d.titul.de iur.quæſit.*
non tollend.concluſ.2. multo magis igitur ei licebit, cum
iuſta cauſa tollere, quod quæſitum eſt de iure ciuili.
59 Et quod Princeps † poſſit tollere præſcriptionem etiã
completam, poſt alios tradit Oſaſc. *deciſ.69.num 15.&*
deciſ.102.num.6. & pulchrè Caſsan. *in conſuetud.Burgũd.*
in tit.de Foreſtz.rubr.13.§.8.gloſſ.1.num 6.& 10.fol.mihi,
1481.
60 Dicitque ad rem Crott. *conſil.64. num.29. vol.1.* quod
ſi ex conſuetudine competit aliquibus immunitas,poteſt
contrario Statuto tolli.
Ne autem quidquam intactũ relinquam ad id, quod
dicitur de litteris ſcriptis iam multis annis à M. Illuſtri
Senatu, quod Curia Bagnoli non grauaretur, vel eius co-
loni, quia iam terminauerat ſuper eius immunitate,pri-
61 mo dico, quod tales litteræ non probant † hanc termi-
nationem, niſi de ea aliunde appareat, *iuxta Authent.*
ſi quis in aliquo, C. de edendo, vbi Purpur. *ſub numer.40.*
conſtituit regulam generalem in omni materia, quod
non creditur referenti, niſi conſtet de relato.
62 Et facit, † quod dicitur non credi Notario atteſtanti
de aliquo inſtrumento; licet aſſerat ſe de eo rogatum
fuiſse, Purpur. *in d. Authent.ſi quis in aliquo,ſub num.40.*
Socin. *conſil.266.ſub numer.1.verſic.Nec obſtat,volum.2.*
Socin Iun. *conſil.57.num.5 & 6.volum.1.* Becci. *conſil.5.*
num.5 in fine, Menoch. *conſil.1099.num.3.*
63 Secundo dico, quod virtus d.ſententiæ, † ſi extaret,
fuiſset ſublata per dictos ordines de anno 1602. per quos
tolluntur vniuerſaliter omnia obſtantia, dubium autem
non eſt,Principem poſt dominium quæſitum ex ſenten-
tia lapſa in iudicatum,poſſe tollere ipſam ſententiam,
Caſsan. *loco ſuperius citato,ſub num.9.verſic.facit etiam*,
Menoch. *de arbitrar.lib.1.queſt.52.*

Hæc accuratius ſcripſi, quam fecisſé, niſi mihi intem-peſtiue iuſsu Excellentiſſimi Senatus fuiſset abreptus proceſsus mihi datus ad ſcribendum in hac cauſa cum aliquali meo opprobrio, quem tamen nec ab eo, nec ab aduerſario habueram, & qui nihilominus communis erat per præſentationem,vt pars aduerſa intelligat mitius, & vrbanius agendum eſse cum aduocatis cõtrarijs, quia ſcirent,ſe vindicare diligentius ſcribendo, & vt Senatus cognoſcat Doctorellum, quem iniuria affecit, ſcire ſcribere ſine ſcripturis, & proceſsu, & poſse etiam ſubleuare eundem Senatum à laboribus, &c.

ARGVMENTVM.

Magiſtraliter adiſſeritur de iure aquæ, ob ſuperioritatem fundi, & ſeruitute inferioris; & de ipſa aqua per hunc auertenda,nunc de ſeruitute huius & preſcriptione, & de huius, pręcipue immemorabili probatione, inductione. Aquam eſſe publicam, vel priuatam, quomodo dignoſcatur. Damni cauſã dans, an, & quando ad illud teneatur, & quæ ad id requirantur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vtens ductu aquæ mediante opere manufacto, ſcilicet aggere, & ſimilibus, præſumitur vti iure ſeruitutis,non facultatis.*
2 *Seruitutis iure,quod quis habet,nemo priuari debet.*
3 *Aquam exiſtentem in ſuis foſſatis,quis poteſt abſorbere, niſi tamen ſit præſcripta ſeruitus, vt decurrat ad vicinos,*
4 *Idem procedit, ſi ſit præſcripta conſuetudo ducendi è loco publico.*
5 *Præſcribitur tale ius decem annis inter præſentes, & 20. inter abſentes.*
6 *Seruitus non poteſt induci ſine ſcientia, & patientia domini.*
7 *Scientia officialis ſufficit ad præſcribendum contra Principem.*
8 *Aquæ decurſæ ab antiquo per aliquem locum non ſunt diuertendæ, ſed ſic conſeruandæ.*
9 *Ex antiqua poſſeſſione,ſeu quaſi ducendi aquam,præſumitur ius,titulus, & priuilegium; etſi non doceatur de ipſis.*
10 *Poſſidens aquas publicas per tempus immemorabile debet ſe fundare in priuilegio, non in præſcriptione, & cur.*
11 *Relatio facta Principi in contradictorio executa habet vim iudicatæ,nec licet ab ea recedere.*
12 *Aqua eius eſt, in cuius agro ea reperitur, ſiue ibi erumpat; Siue alibi naſcatur, & per ſuum tranſeat, & numer. 13.*
14 *Aqua eſt publica,ſi alueus ipſius eſt publicus; & priuata, ſi priuatus, & nu.24.& 25.*
15 *Dominus aquæ poteſt eam concedere, vel negare, cui vult, abſque neceſſitate eam participandi vicino inferiori.*
16 *Imo poteſt eam retinere,etſi per mille annos ad loca inferiora defluxerit.*
17 *Cui licet ducere aquam, eidem licet facere cluſam ad vtendum ea, tempore opportuno.*
18 *Ad præſcriptionem talis aquæ inducendam,quæ exigantur remiſſiue, & nu.19.*
20 *Teſtes probant contra producentem, etſi de credulitate, vel auditu.*
21 *Plures præſumptiones ſimul non admittuntur.*
22 *Diſcontinua dicitur ſeruitus aquæ retinendæ, cum cluſa quotannis reparanda eſt.*
23 *Seruitus diſcontinua, vt præſcribatur, exigit tempus immemorabile. Vt & aqua publica, & nu.26.*
27 *Tempus immemorabile eſt centum annorum, iuxta com. opin,*
28 *Tempus immemorabile probatur per teſtes annorum 54. ſi deponant de ſcientia propria, & etiam id à ſenioribus audiuiſſe, qui idem ab alijs retulerant.*
29 *Verba teſtis, cum poſſit dupliciter intelligi circa ſeruitutem ſunt accipienda de ſeruitute paſſiua.*
30 *Qui ſentit onus, debet etiam percipere commodum. Vide num.49.*
31 *Inferiores debent pati incomoda aquarum,quia etiam ſentiunt commoda pinguedinum.*

32 *Qui habet onus inundationis, debet habere commodũ aquæ pro irrigatione.*
33 *Abſurdum eſt, vt alter aqua commoda ſentiat, alter incommoda.*
34 *Eſt licitum aggeribus ſe munire, diuertendo aquam, ne ſibi noceat: Etiamſi talis diuerſio noceat vicino, & nu. 35. ſed vid. nu. 53. 54. & 55. 56.*
36 *Aquam deſcendentem ad inferiora ex natura loci, nemo tenetur recipere, ſi ſit in magna copia.*
37 *Faciens aggeres ad auertendam aquam, non præſumitur id facere in fraudem, nec ad æmulationem.*
38 *Fundus inferior ex natura loci non debet ſeruire, niſi fundo ſuperiori, & ideo ab alio fundi domino prohiberi non poteſt auertere aquam ex ſuo fundo, ſed vid. numer. 57.*
39 *Vbi opere manufacto ex loco ſuperiori aqua defluit in inferiorem, eſt licitum illam auertere, nec cogitur dominus illam recipere. Intellige vt nu. 59. 60. & 61.*
40 *Aqua ad inferiora ſolum naturaliter currere ſolet.*
41 *Inferior fundus tenetur ſuſcipere aquas naturaliter ſolum fluentes è fundo ſuperiori. Siue ſine, ſiue cum opere manufacto, & nu. 42. 50. & 52.*
43 *Ratione talis naturalis ſeruitutis non licet inferiori facere aggerẽ, aliudue impedimentum ad auertendam aquam.*
44 *Agger, vel impedimentum factum ne aqua fluat, eſt deſtruendum.*
45 *Ex actu facto contra ſe inſtantes ad oppoſitum, non præſumitur æmulatio. Et eum pro ea conceſſione orta eſt quadam diſſenſio, & num. 46.*
47 *Cum opus eſt conſtructum ad æmulationem, illud deſtrui debet.*
48 *Superior aqua non poteſt diuerti, nec aggeribus, nec obturatione canalium, vel foueæ ad id publicæ.*
51 *Dominus ſuperioris fundi poteſt, quando vult, demittere aquas ad inferiora prædia ſeruientia.*
53 Ruggerius conſ. 30. vol. 1. & Anguilla conſ. 49. per tot. *notantur, dum loquuntur contra communem.*
54 *Text.* in l. 2. §. penult. ff. de aqu. pluu. arcend. *declaratur.*
56 *Cum aqua modicè nocet, eſt tolleranda: non tamen ſi immodicè.*
57 Caſtrenſ. in l. fluminum, §. fin. ſub numer. 3. ff. de damn. infect. & Cephal. conſ. 130. numer. 17. cum ſimil. *declarantur.*
58 Cepol. de ſeruit. ruſtic. præd. c. 4. ſub nu. 77. *& auctores ab eo allati declarantur.*
Text. in l. in ſumma. per idem labeo, il 2. ff. de aq. pluu. arc. *quando procedat.*
59 *Naturaliter, non autem manu factum opus præſumitur cum eius nulla extat memoria, vt in propoſito eſt fouea, alueum, &c.*
60 *Sufficit alicui ne teneatur deſtruere opus manufactum, probare alterum ex tribus; vel pactum factum, vel loci naturam, vel opus ſine memoria.*
61 *Cum ex natura loci inferior tenetur ſuſcipere aquam ſuperiorem, poteſt ſuperior retinere illam, & dimittere ſine iniuria inferioris.*
62 *Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. Etiamſi animum illud inferendi non habuerit, & n. 63. Intellige ſi adſit culpa, & nu. 83.*
64 *Si mihi fit iniuria propter te, repeto a te, & num. 71.*
65 *Cum agitur de damno dato, non fit differentia, an cauſa ſit proxima, vel remota, & nu. 88. 89. & 90.*
66 *Occaſio dicitur cauſa remota.*
67 *Cauſa originalis inſpici debet.*
68 *Cum cauſa immediata non operatur ſine prima, tunc actus attribuitur primæ.*
69 *Cauſa dicitur proxima, qua poſita, effectus ponitur, quæ ablata, aufertur.*
70 *Prohibitus dare damnum, ne dum ipſe dare non debet damnum, ſed & curare, ne ab alio detur. vid. nu. 91.*
72 *Qua actione agat damnificatus contra occaſionem damni dantem.*
73 *Is tantum facere damnum dicitur, qui facit id, quod facere ius non habet, & è contra.*
74 *Si propter bonum, & licitum aliquid facimus, ſi aliquid mali inde accedat nobis non debet imputari.*
75 *Damnum non præſtat, qui circa illud culpa caret. Et ea debet præcedere caſum, & nu. 76.*
77 *Vt quis de damno teneatur, debet culpa adeſſe, & quod ea fuerit immediatè ordinata ad illud.*
78 *Damnum tunc ſolum emendatur, cum non iure datur, & cauſatur.*
79 *Culpa caret, qui facit aliquid iure permittente.*
80 *Damnum attribui debet culpæ proximæ, non remotæ.*
81 *Cauſa immediata, & proxima ſemper inſpici debet.*
82 *Damnum datum extra propoſitum, & voluntatem, reputatur potius caſus fortuitus, quam culpa.*
84 *Cauſa damni dans non tenetur, cum ipſe dedit operam rei licitæ. Exigitur enim culpa, & nu. 85.*
86 *Nec etiam cum eſt cauſa non immediata damni, ſecus ſi ſit immediata. Exemplificatur in aqua auerſa, & numer. 87.*
88 *Ex cauſa remota damni quis tenetur, cum ipſa per ſe influit in damnum.*
Vel cum ordinatur ad illud, & nu. 89.
92 *Ad impoſſibile nemo tenetur.*
94 *Zaſius,* conſil 20. vol. 1. *declaratur.*
94 *Si damnum inferens ſenſiat ex damno commodum, & lucrum, paſſus damnum debet, ſi poteſt, contra eum agere.*

CONTROVERSIA DCLXXXVIII.

SEreniſſimus q. recolendæ memoriæ Dominus Dux Gulielmus, de anno 1575. donauit, & per priuilegium conceſſit Illuſtriſſimo q. Domino Comiti Camillo Caſtilioneo pro eo, eius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque reſidua aquarum, quas ſcolaticias vocant, prouenientia ex irrigationibus Publicentium poſt eorum terras irrigatas cum aqua ſeriolæ Publicæ, quæ reſidua alias fluere conſueuerant in territorium, & ad commodum Illuſtriſſimorum Dominorum Comitum Gazoldi, ea tamen conditione, vt ſi ex hac diuerſione, & tempore, quo ipſe Dominus Comes Camillus, vel eius ſucceſſores vterentur dictis reſiduis, Publicenſes, vel Rotondiſcani paterentur aliquod damnum, id illis reſarcire teneretur: cuius conceſſionis vigore ipſe opere manu facto deriuauit ipſas reliquias aquarum ad ſuas orzarias irrigandas tempore æſtiuo.

Hac facta conceſſione, videntes Comites Gazoldi ſe priuatos commodo reliquiarum prędictarum, aquæ obturarunt, ſeu, vt vulgo dicitur, inteſſarunt in finibus ſui territorij cum territorio Mantuano dugalia, & canalia, per quibus non ſolum dictæ aquæ, ſed potiſſimum etiam aliæ pluuiales, dum exuberant hyberno tempore e Mantuano in eorum territorium fluebant, extructo aggere, per quem reſtagnarunt illas in territorio Mantuano cum graui, (vt aſſeritur) damno illorum de Publica, & de Rotondiſco, qui, quamuis in extructione dicti aggeris aliqualiter contradixerint, vt licet colligere ex ſcripturis antiquis, tamen deinde per triginta annos, & vltra tacuerunt.

Tandem autem de anno 1606. conquęſti ſunt dicti Publicenſes, & Rotondiſcani, apud Sereniſſimum Dominum de hoc damno contra Illuſtriſſimum Dominum Comitem, & equitem Balthaſſarem Caſtilioneum, vti ſucceſſorem eiuſdem Domini Comitis Camilli, prætendentes ipſum teneri ad conſeruandum eos indemnes, qui, cum allegaret damna à ſe non prouenire, cum vtatur tantum dictis reſiduis tempore ſiccitatum, quo actores non patiuntur aliquas inundationes, ſed illud cauſari a prædictis Dominis Comitibus Gazoldi, & ad eos datæ fuiſſent litteræ nomine Sereniſſimi D. H. de hac quęrimonia, & damno, ipſi Domini Comites Gazoldi contenti extiterunt, quod locus viſitaretur, & viſi ſunt non contradicere, quod per Ampliſſimum Senatum huius patriæ Mantuanæ, cognoſcatur quid iuris.

Nunc quæritur, contra quos competat actio ipſis de Pu-

Digitized by Google

Publica, ac de Rotondiſco, an contra Dominum Comi-
tem Caſtilioneum, an vero potius teneantur agere con-
tra illos de Gazoldo, vt deſtruant dictum aggerem, vel
aliter prouideant eorum indemnitati.
Pro cuius dubij reſolutione de duobus prius videndum
eſt; primo, an licita, & iuſta fuerit conceſſio dictorum
reſiduorum facta per Sereniſſimum Dom. Ducem Gu-
lielmum ipſi Domino Comiti Camillo, non obſtante
præiuditio Dominorum Comitum de Gazoldo, ad quo-
rum commodum antea decurrebant.
Secundo, an ob id licitum fuerit dictis Comitibus Ga-
zoldi obturare ſuptadicta dugalia, per quæ decurrebant
aquæ hyemales in eorum territorium, & extruere præfa-
tum aggerem deriuando illas à ſuo, & reſtagnando eaſ-
dem in territorio Mantuano.
Tertio, deinde videbimus, contra quos agere tenean-
tur Publicenſes, & Rotondiſcani pro ſuis damnis, & qui
ad eorum refectionem teneantur.
Circa primum videretur prima facie dicendum, non
potuiſſe diuerti dicta reſidua aquarum in præiuditium
Dominorum Comitum Gazoldi, ad quorum commo-
dum fluere conſueuerant, quia cum decurrerent in eo-
rum territorium mediente aggere quodam, quem ipſi
manutenebant in territorio Mantuano, vt ex teſtibus
tunc ad eorum inſtantiam examinatis, & de quo aggere
meminit etiam Burſat. ſcribens in hac cauſa, *conſ. 156.*
num. 20. & ſic mediante opere manufacto præſumitur,
1 quod vterentur ipſis aquis † iure ſeruitutis, non autem fa-
cultatis Caſtr. *conſ. 243. ante finem vol.* 2. Cepol. *de ſer-*
uitut. ruſtic. prædior. cap. 4. num. 57. verſic. Dubium in hoc,
Crauet. *in tractat. de antiq. tempr. parte 4. §. circa præmiſ-*
ſa, num. 40. Curt. Sen. *conſ. 33. ſub num.* 5. Burſat. *conſ.* 41.
numer. 20. Teſſaur. *deciſ. 245. ſub num.* 4. Menoch. *conſil.*
447. *num.* 42. Rota, *deciſ. 164. num. 2. part. 2. nouiſſimar.*
D. Surd. *conſ. 447. num.* 12. Raudenſ. *deciſ. Piſan. 9. num.*
2 23. & ſic non potuerunt priuari † hoc ſuo iure ſeruitu-
tis, vt tradit Bald. *in cap. 1. §. ſi quis de manto, ſub num.* 8.
de contro uerſ. inueſtit. vbi inquit, quod licet alias quis poſ-
3 ſit abſorbere † totam aquam exiſtentem in ſuis poſſa-
tis, tamen illud non procedit, ſi ſit præſcripta conſuetu-
do, vt ad vicinos decurrere debeat; ſequitur Calcan. *conſ.*
4 55. *num.* 8. dicens idem eſſe, ſi præſcripta ſit † conſuetu-
do ducendi ex loco publico, idem voluit Bero. *conſ.* 144.
num. 51. *vol.* 3. Polid. Ripa, *obſeru. 34. num.* 1. vbi ex com-
5 muni inquit tale ius præſcribi decem † annis inter præ-
ſentes, & viginti inter abſentes.
Nec turbare videtur, ſi diceretur, ſeruitutem hanc in-
6 duci non potuiſſe ſine † ſcientia, & patientia Sereniſſi-
mi Domini, *Gloſ. 1. in l. 2.* & ibi Bart. *Cod. de ſeruitut. &*
aqua, Alexand. *conſ. 108. ſub num. 4. volum. 2. & conſ. 69.*
pariter, ſub num. 4. vol. 5. Nat. *conſ. 518. num.* 6. cum alijs
penes Burſat. *d. conſ. 156. num.* 38. Flamin. Rube. *con.* 13.
num. 64. & conſ. 19. num. 90. vol. 1. Borella, *conſ. 46. num.*
14. & 15
7 Namque ſufficit, quod officiales principis † exiſten-
tes in loco hoc ſciuerint, ſcientia vlum officialis ſufficit
ad præſcribendum contra principem Bart. *in l. ſi publica-*
nus, §. final. nu. 1. & 2. ff. de publican. D. Surd. qui plures
allegat, *deciſ. 4. nu.* 6.
Secundo, cum ſupponeretur ab antiquo dicta reſidua
8 decurriſſe ad commodum ipſorum de Gazoldo, non †
videntur potuiſſe diuerti, per text *in l. ſi manifeſte, C. de*
ſeruitutibus, & aqua, cuius verba ſunt præciſa, *ſi manife-*
ſte doceri poſſit ius aquæ ex vetere more, atque obſeruatione
per certa loca profluentis vtilitatem certis fundis irrigandi
cauſa exhibere, procurator noſter, ne quid contra veterem
formam, atque ſolemnem morem innouetur, prouidebit; Ad
idem eſt text. *in leg. 4. Cod. de aqueduc. lib.* 11. *Vſum* (in-
quit textus) *aquæ veterem longoque dominio conſtitutum*
ſingulis iuribus manere cenſemus, nec vlla nouatione tur-
bari, Gloſ. *in tit. de pace Conſtant. §. nos Romanorum in*
verb. ſicut. Ial. *conſ. 150. num. 1. & 2. vol.* 2. Ruin. *conſil.*
191. *num. 11. volum.* 1. Franc. Marc. *deciſ. 597. num. 1. p.* 1.
Crauet. *conſ. 124. num.* 8. D. Surd. *conſ. 447. num.* 10. Mo-
rot. *conſ. 8. nu.* 15. Ex antiqua enim poſſeſsione, ſeu quaſi

9 ducendi aquam præſumitur † ius, titulus, contractus,
ſiue priuilegium ita ducendi, quamuis iura, inſtrumenta
vel priuilegia non producentur, vt tradit Plot. *conſ.* 49.
num. 1. vbi ad hoc allegat optimum text. *in l. hoc iure*
vtimur, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æſtiu. & in
l. 1. §. final. ibi, *ſi tamen lex agri non inuenitatur vetuſta-*
tem vicem legis tenere, ff. de aqua pluuia, &c. & ibi, *nu.* 2.
10 ex Ripa, inquit, cautelam eſſe, † quod is, qui poſſedit
aquas publicas, puta principis, vel reipublicæ per tem-
pus immemorabile, fundet ſe in priuilegio, non autem in
præſcriptione, quod priuilegium præſumptiue probatur
ex ſola immemorabili quaſi poſſeſſione.
Verum prædictis nequaquam refragantibus, conclu-
dendum eſt, licuiſſe Sereniſsimo Domino Gulielmo, di-
uertere dictam aquam ad libitum, & eam iure concede-
re potuiſſe Illuſtriſſimo Domino Comiti Camillo, pro
qua concluſione ſufficeret allegare relationem in con-
tradictorio factam ipſi Sereniſſimo ſuper hoc à Senatu,
& executam, quæ habet vim rei iudicatæ, à qua non
11 † licet amplius recedere, *l. ab eo, C. quemad. & quand.*
iudex, ſufficientque rationes allegatæ in dicta relatione,
nec non concilium Burſat. 156. in hac cauſa, & ſuper
hoc puncto conſcripto, nec non alia conſilia celeberri-
morum Iuriſconſultorum, tunc temporis elucubrata,
quæ ad huc extant manuſcripta, & videri poſſunt.
Nihilominus, ne laborem ſubterfugere videar, dicam, &
ego aliqua; Licita igitur fuit dicta conceſſio, quia aqua
eius eſſe dicitur, & is dominium illius habet in cuius agro
12 vel territorio reperitur ſiue ibi † erumpat, & naſcatur,
l. ſi in meo, ff. de aqua pluuia, leg. aquam, C. de ſeruitut. &
aqua, Alex. *conſ. 69. num. 1. vol.* 5. Burſat. *conſ. 41. num.* 12.
& d. conſ. 156. num. 622. Teſſaur. *deciſ. 245. nu.* 1. Binius,
13 *conſ. 97. num.* 3. ſiue alibi naſcatur, † & per ſuum tran-
ſeat, *l. 1. §. idem labeo dicit, ff. de aqua quotidian.* Bartol.
in l. quominus, ſub num. 25. ff. de fluminib. Bald. *in leg. ſi*
plures ſub num. 13 verſic. Sed hæc ratio non obſtat, Cod. de
condition. inſert. Alex. *conſ. 108. numer. 2. vol.* 2. Teſſaur.
d. deciſ. 245. num. 2. Maſcard. *concluſ. 123. nu. 3. & ſub n.* 7.
Raudens. *deciſ. Piſan. 91. num.* 8. & ſi alueus, ſeu locus per
14 quem diſcurrit aqua, eſt publicus dicitur publica; ſit †
vero priuatus priuata, Bald. *conſ. 241. in princip. volum.* 2.
Maſcard. *vbi ſupra*, & ob id licet ei, in cuius agro, vel ter-
15 ritorio reperitur, de ea facere quidquid vult, † & eam
alteri concedere, vel negare, & deriuare quo vult abſque
neceſſitate faciendi gratiam de ea vicino inferiori, *l. 1. §.*
deniq; ff. de aqua pluuia l. 1. §. permittitur, qui textus lo-
quitur in principe concedente, & *leg. Lucio, ff. de aqua*
quotidian. Bald. *in l. aquam, Cod. de ſeruitut. & aqua*,
idem, *in cap. cum omnes, num. 43. & 44. extra de conſtit.*
Dec. *conſ. 243. ſub num. 3. & conſ. 373. ſub num.* 2. Pariſ.
conſil. 112. num. 3. 4. & 5. vol. 1. Burſat. *d. conſ. 41. num.* 13.
& 19. & d. conſ. 156. num. 26. & 48. Veggi. *conſ. 24. nu. 2.*
& 7. Bimi. *d. conſ. 97. num.* 3. Teſſaur. *deciſ. 245. numer.* 1.
Honded. *conſ. 79. num. 19. vol.* 1. Boer. *deciſ. 352. num.* 4.
vbi inquit, quod domini, per quorum territoria tranſeunt
aquæ, faciunt de illis quidquid volunt, & modò ad vnum,
modo ad alium locum mittunt.
Licitaque eſt hæc retentio, & deriuatio, quamuis
16 etiam per mille annos † fluxiſſet ad loca inferiora,
dummodo hoc non fuerit iure ſeruitutis, *l. Proculus, cum*
lege ſequent. ff. de damni infect. l. ſi in meo, ff. de aqua plu-
uia arcend. cum alijs apud Cepol. *de ſeruitut. ruſtic. præd.*
cap. 4. num. 51. & ſub num. 53. verſic. ſecundo caſu quando
dicitur, Alba, *conſ. 299. num.* 23. Anguil. *conſ. 49. num. 19.*
& 71. Pariſ. *conſ. 113. num. 29. & conſ. 114. num. 19. vol.* 1.
Roland. *conſ. 53. num. 26. vol.* 2. Burſat. *conſ. 41. num. 12. &*
20. Beret. *conſ. 44. num.* 7. Menoch. *conſ. 447. num. 41. &*
conſ. 1120. num. 9. Teſſaur. *deciſ. 245. num.* 3. Rota, *deciſ.*
164. num. 1. par. 2. nouiſſimar. Morot. *conſ. 8. num.* 3. Rau-
denſ. *conſ. 12. ſub n. 76. vol. 2. & deciſ. Piſan. 9. nu. 5. & ſub*
nu. 17. verſic. Tertius caſus.
17 Stanteque † hac licita conceſſione, potuerunt domi-
ni Caſtilionei facere cluſam pro vſu, & deriuatione dictæ
aquæ, quia cui licet ducere aquam, licet etiam facere clu-
ſam pro ea vtenda tempore oportuno, Purpur. *conſ.* 357.

num.3. facit, *l.ad rem mobilem, & l.ad legatum, ff.de procuratorib.*

Quibus ita firmatis, non obſtant, quæ conſiderata fuerunt in contrarium, namque illa tendunt ad comprobandum iura Dominorum de Gazoldo vigore præſcriptionis, cuius tamen requiſita neceſſaria ad eius inductionem probata non fuerunt, quæ requiſita multa ſunt, vt
18 inter † alios recenſent Menoch. *conſ.447. nu. 17. 18. & 20. cum ſeqq.* 29. 31. & 34. & Trentacinq. *variar. reſolut. libro primo titul. de ſeruitutibus, reſolution. vnica fol. 70.*

19 Neceſſe † enim erat primo, quod probarent ſe vſos fuiſſe dictis reſſiduis aquarum, non vi, nec clam, nec precario, ſed iure ſeruitutis preciſo, vt per *Gloſ. primam in l.2. C.de ſeruit.* & prædictos doctos, & per Flaminium Rubeum, *conſ. 13. num.65.* quod tantum abeſt, vt fecerint, vt imo alij ex eorum teſtibus, qui optime probant
20 contra producentes † etiam de credulitate vel auditu, vt in materia noſtra, tradunt Burſat. *conſ.87. num.4.* Rimin. Iun. *conſ.86. num.20.* depoſuerint, aſſertum aggerem ſeu cluſam, qua mediante prætendunt, has aquas fluxiſſe ad ſua prata, iure ſeruitutis, fuiſſe extructam per homines Publicæ, & ſubditos Mantuanos, ex quadam conuentione cum illis de Sancto Firmo, alij vero aſſerant, vbi dictus agger fuit reperatus ab illis de Gazoldo, id fuiſſe cum licentia, & prius requiſitis vicinis, quos teſtes diligenter recenſet ille quiſquis fuit, qui conſcripſit allegationes antiquas incipientes, Quamuis ex ſolo naturali curſu, & nemo ex illis deponit de aliquo iure ſeruitutis.

Secundo non eſt probata ſcientia Principis, vel eius officialium quam tamen neceſſariam fuiſſe, dicebam in contrarijs, nec debet præſumi, tum quia hoc non eſt factum tale, quod neceſſario debuerit venire in notitiam ipſorum officialium, tum quia daretur concurſus plu-
21 rium † præſumptionum, prima quod officiales præſumerentur hoc ſciuiſſe, ſecunda quod præſumerentur de hoc admonuiſſe ipſum Sereniſſimum Dominum, contra ea, quæ ſcribit Menoch. *conſ.161. nu. 18. cum tribus ſeqq.* & Anchar. Regiens. *q.68. numero 11. part.3.*

Tertio pluribus reſpectibus erat neceſſaria probatio vſus temporis immemorabilis, tùm quia hæc dicebatur
22 ſeruitus diſcontinua, ex quo † quotannis neceſſarium erat reparare dictam cluſam, vt dicunt teſtes antiqui Dominorum Comitum Gazoldi, iuxt. Gloſ. *in leg. 2.* ea ibi per ſcribentes, *Cod.de ſeruit. & aqua, & in l.foramen. ff.de ſeruitut. vrban.prædior.* Alex. *conſ.108. num.4. vol.2.* Ioan. de Monteſper. *conſ.163. num.19.* Honded. *conſ.79.*
23 *num.31. vol.1.* quæ requirit tempus † immemorabile, *l.hoc iure, §.ductus aquæ, ff. de aqua quotid.* Alex. *d. conſ. 108. ſub num.4.* Curt. Iun. *conſ.174. num.17.* Cæpol. *de ſeruitut.ruſtic.prædior. c.4. ſub n. 80.* Honded. *dict. conſ. 79. n.33. vol.1.* Beret. *conſil 46. n. 20.* tum quia hęc aqua
24 tranſit per † dugalia, quæ dugalia ſunt publica, vt per Burſat. *conſ.277. num.24.* & per conſequens & ipſa dicitur publica, Ripa *obſeru. 202. num.1.* quia aqua ſequi-
25 tur † naturam aluei, Menoch. *conſ.1120. num.14.* aqua
26 autem publica non pręſcribitur, niſi † tempore immemoriali Menoch. *d.conſ.447. num.17.*

Tempus verò immemorabile, ſecundum communem
26 opinionem † eſt centum annorum, Hieron. de Mont. in *tract.de finib.regend.cap.70.* Flamin. Rube. *conſ.13. num.31. vol.1.* quod tempus vtique non eſt probatum per dictos teſtes, quia & ſi teſtes ætatis annorum 54. probent tempus immemorabili à recordatu ſuo, tamen id verum
28 eſt, † ſi addant etiam, ita audiuiſſe a ſenioribus, qui ab alijs quoque idmet audiuiſſent, quod non deponunt iſti teſtes, ita Burſat. *conſ.87. num.31.*

Quarto, pauci illi teſtes, qui deponunt aliquid fauorabile Dominis Comitibus Gazoldi, omnes fatentur ſentire commodum, ſi aqua illa præterent ad ipſos Comites, ideo non probant, vt recte obſeruatum fuit in dictis allegationibus antiquis.

Quinto, teſtes illi deponunt indeferenter de actibus tam inferentes ad ſeruitutem actiuam, quam paſſiuam quia quartus, & quintus ſuper interrogatorijs dicunt, quod tempore hyemali, & inundationum ager ille reparabatur, & fortificabatur, vt Mantuani ſe tuerentur ab inundationibus, & defluerct aqua in territorium Gazoldi, quod ſonat in ſeruitutem paſſiuam recipiendi dictam aquam, vnde cum eorum depoſitio ſit dubia, quia potuit fieri ille ager, ita pro paſſiua ſeruitute, ſicuti pro actiua debet interpretari contra producentes, & ſic de-
29 bent intelligi † de ſeruitute paſſiua, iuxta tradita per Alexand. in propoſito, *conſil. 108. numer. 7. verſic. quia quando verba teſtis poſſunt dupliciter intelligi, &c. volum. 2.*

Ad ſecundum argumentum, quod aqua ab antiquo ſolita decurrere ad aliquem locum, diuerti non poſſit, reſpondeo, quod illud procedit, quando conſueuit fluere iure ſeruitutis, ſecus ſi precario, vel iure facultatis, nam quamuis fluxiſſet per mille annos adhuc retineri poſſet, vt declarant omnes ſcribentes quos citaui pro confirmanda intentione Illuſtriſſimi Domini Comitis Caſtilionci.

Deſcendo ad ſecundum dubium, an ob id, quod Domini Comites Gazoldi, fuerunt priuati commodo huius aquæ de tempore æſtiuo, eis licuerit obturare dugalia, per quæ aquæ de tempore hyemali, & inundationum fluebant in eorum territorium, & facere aggerem, quo mediante reſtagnatæ, & deriuatę fuerunt in territorium Mantuanum.

In quo videretur dicendum, licitam fuiſſe hanc diuerſionem.

30 Primo per regulam quod qui † ſenſit onus debet etiam percipere commodum, & è contra, *l.ſecundum naturam,* vbi Dec. & Cagnol. *ff.de regul.iur.cap.qui ſentit. de regul. iur. in 6.* & in materia aquarum, eſt text. *in l.1. §. deniq; il 1. ff. de aqu.pluuia, &c.* vbi inquit, inferiores debere
31 † pati incommoda aquarum quia ſentiunt etiam commodum piuguedinis, & ita arguunt, & Cępol. *d. cap.4. num.25.* Menoch. *conſ.43. num. 9.* vbi qui ſentit damnum inundationum, debet etiam ſentire commodum eiuſ-
32 dem aquæ † pro irrigatione, quod ſcribit, & Burſat. *conſ. 156. numer.19.* & abſurdum eſſe, vt vnus habeat in-
33 commoda † aquarum, alter vero commoda, ſcripſit Decian. *conſ. 44. num. 159. vol. 4.* & poſt eum Menoch. *conſ.1120. num.22.* modo cum Dominum Comites Gazoldi fuerint priuati commodo, quod ſentiebant ex hac aqua tempore æſtiuo non fuit deinde conueniens, vt eius incommodum ſuſtinerent tempore hyemis, & inundationum, & per conſequens eiſdem licita fuit diuerſio.

34 Secundo, † licitum eſſe ſe aggeribus munire diuertendo aquam, ne ſibi noceat, reſponderunt Anguil. *conſ. 49. per tot.* & Boniſ. Ruger. *conſ.30. in 1. dubio, volum.1.* & ſentit Socin. Iun *conſ.60. num.9. vol.3.* pro qua ſententia adducit Rugerius, text. *in l. 2. §. penult. qui incipit idem labeo, ff.de aqua pluuia,* vbi inquit I.C. licere auertere flu-
35 men, vel torrentem, ne aqua † ad ſe perueniat; licet vicino noceatur, dummodo faciat non animo nocendi vicino, ſed tantum ne ſibi noceat aqua; & multos alios textus in argumentum allegat Anguil. *d.conſ.49. n.8. & 9.*

36 Tertio, † vbi etiam aqua deſcendit ad inferiorem ex natura loci, tamen eam recipere non tenetur, ſi ſit in magna copia, & immoderatè ei noceat, ſed licet ab ea ſe tueri, *l.in ſumma, §.final. ff.de aqua pluuia,* per quem textum ita notat Caſtr. *in d.l.in ſumma, in fine principij, & in d.§.final.* idem Caſtrenſ. *in l.flumenum, §. final. ſub num.3. ff.de damn.infecto,* Cephal. *conſ.130. numer.17. & conſ.771. num.5.*

37 Et tunc faciens tales aggeres ad † auertendam aquã non præſumitur facere in fraudem, nec ad emulationem, Menoch. *lib.6. præſumpt.29. n.11.*

Quarto vbi inferior aggerando ſuum fundum non reſtagnat aquam in fundo ſibi Superiori, ex quo illa deſcendit, ſed deriuat illam in agrum cuiuſdam tertij, tunc non poteſt prohiberi ab illo tertio, quia fundus inferior
38 non dicitur ei † ſeruire ex natura loci, ita Cepol. *de ſeruitut.ruſtic.prædior.cap.4. ſub num.77. verſic. Tertio fallit;* ſed proculdubio credibile eſt ex iſta aggeratione

aquam

Digitized by Google

aquam non reflecti ad locum verè ſuperiorem, ſed po-
tius deriuari ad tertium decliuiorem, igitur &c.

Quinto, & vltimo, vbi opere manufacto ex ſuperio-
ri loco aqua deſcendit ad inferiorem, tunc Dominus lo-
39 ci inferioris poteſt, mediante † aggere, illam auertere,
nec cogitur eam ſuſcipere, Cepol. *d. cap. 4. ſub numer. 77.*
in 1. & 2. fallentia, Anguil. *conſ. 49. num. 6.* Cardin. Tuſc.
in verb. ſeruitus, concluſ. 221. num. 13, tom. 7. fol. 271. Bim.
conſ. 31. num. 28. in propoſito autem caſu, aqua iſta flue-
bat ad Territorium Gazoldi opere manufacto, tum me-
diantibus dugalibus, & cauamentis, tum mediante illo
aggerino, cuius beneficio Comites Gazoldi ſuſcipiebāt
etiam reſidua illa aquarum, quæ eis ablata fuerunt, &
donata Dominis Comitibus Caſtilioneis, de quo de-
ponunt teſtes antiqui, tum hodie id contingeret, me-
diante cluſa, qua Illuſtriſſimus D. Comes Caſtilioneus
deriuat aquam ad ſuas orizarias, vbi ea eget, & eandem
dimittit, quoties id ſibi expedit; igitur licuit, & licet ip-
ſis de Gazoldo eam auertere contrario opere manufa-
cto.

Oppoſitum tamen verius eſt, non licuiſſe iſtis Domi-
nis Comitibus Gazoldi obturare comiſſoria aquarum,
conſtruendo agerem, ne fluerent per eorum territorium,
nec reſtagnare eas in territorio Mantuæ, nam data enim
veritate eius, quod mihi præſupponitur in facto, ipſos
de Gazoldo naturæ loci inferiores eſſe, & agros Man-
tuanos ſuperiores, quæ veritas & inde colligitur, quia
aquę iſtæ ad ipſos de Gazoldo fluebant, etiam aqua
40 † ad inferiora tantum naturaliter currere ſoleat, *l. 1. §.*
denique il ſecondo, ff. de aqua pluuia. Cephal. *conſil. 130. n.*
16. Carol. Illoug. *racemat. 62. ſub numer. 6.* tunc reſultat
certiſſima concluſio, quod ager Gazoldi, tamquam
inferior dicitur naturâ loci ſeruire Mantuano, & tenetur
41 ſuſcipere aquas † ex eo naturaliter fluentes, *l. 1. §. ſed ſi*
vicinus, & §. ſequ. ibi, *ſi tamen lex agro non ſit dicta, &c.*
vbi Bart. & Cuman. *& l. 2, in princip. ff. de aqua pluuia.* Ce-
pol. *de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 4. ſub num. 25. & numer.*
27. Bero. *conſ. 139. num. 10. & conſ. 143. num. 1. & per tot.*
vol. 3. Riminald. Iun. *conſ. 86. num. 4.* Burſatt. *conſ. 87. nu-*
mer. 2. & conſ. 167. num. 38. Cephal. *conſ. 130. num. 16.* Bi-
mius, *conſ. 31. ſub num. 28.* Minſing. *conſ. 2. n. 14. decad. 14,*
volum. 2. D. Surd. *conſ. 429. num. 35.* Cardin. Tuſc. *in verb.*
ſeruitus concl. 221. num. 9. tom. 7. fol. 271. Ripa, *reſponſ. 7. n.*
4. tit. de interdict. vol. 2.

Idque non ſolum, quando naturaliter fluunt ſine o-
pere manufacto, ſed etiam ſi labantur opere manufacto,
dummodo non aliter currunt, quam natura decurrere
deberent, puta, ſi ne ager totus inundetur, fiant aque-
ducti, per quos aqua vnita nitatur ad inferiora, tunc e-
42 nim adhuc inferiores per hoc opus † manufactum te-
nentur ſuſcipere aquas è loco ſuperiori, vt ex gloſſ. *in l.*
apud Trebatium, §. final. in verb. faciat, ff. de aqua pluuia
arcend. quę optimè hoc probat; id deducit Burſatt. *con-*
ſil. 87. num. 18. & in hiſce terminis ſunt, *conſ.* Bero. *139.*
& 143. volum. 3.

43 Et ob id ratione huius naturalis ſeruitutis † non li-
cet inferiori facere aggerem, vel aliquod aliud impedi-
mentum ponere, cuius vigore auertatur aqua, ne fluat in
ſuum, & reſtagnetur in loco ſuperiori, *l. 1. §. hac autem*
actio, & §. ſed apud ſeruiy, & §. item ſciendum eſt hanc a-
ctionem, ff. de aqua pluuia. Bero. *conſ. 139. num. 12. & conſ.*
143. per tot. vol. 3. Minſing. *d. conſ. 2. nu. 7. & 14. decad. 14.*
Laderch. *conſ. 146. num. 3.* Riminald. Iun. *conſ. 86 pe totum*
Burſatt. *conſil. 87. & conſ. 277. per totum*, idem in hac cau-
ſa, *conſ. 156. num. 49.* & faciunt latè ſcripta per Menoch.
conſ. 43, in 2. dubio, num. 13. cum ſeqq. dum probat, non li-
cere facere aggeres in ſuo, vt aqua immittatur, vel reſta-
gnetur in alieno, & licet ipſe ſcribat ad fauorem inferio-
ris, tamen omnia eius argumenta militant in caſu noſtro
ad fauorem ſuperioris.

44 Taleque impedimentum factum, † & ager conſtru-
ctus ab inferiori, ne aqua naturaliter fluat, debet deſtrui
& res in priſtinum reſtitui, *l. 1. §. Horatius, l. ſi tertius, §.*
officium, iuncta gloſſ. *in verb. reſtituere*, quæ exponit, ideſt
deſtruere, *& l. quod Principis, §. final. ff. de aqua pluuia ar-*
cend. l. 2. in fine C. de leg. Aquil. & facit *l. fideicommiſſa, 11.*
§. ſi quis illicitè, ff. de legat. 3. Bero. *d. conſ. 139. num. 12. &*
d. conſ. 143. vol. 3. Rimin. Iun. *d. conſ. 86. num. 10.* Burſatt.
d. conſ. 87. & conſil. 277. per totum.

Et tanto magis tolli debet agger ille cōſtructus à Do-
minis de Gazoldo, quia fuit factus ad cumulationem,
quod inde colligitur id factum fuiſſe ad cumulationem;
tum quia ſtatim quod Sereniſſimus D. Dux retinuit
aquam, quam retinere poterat, id egerant, tum quia ſe
antea iactauerant id facturos, vt legitur in quibuſdam
allegationibus antiquis in hac cauſa, *incipientibus An*
45 *Illuſtriſſimus. & Excellentiſſimus, &c.* † ex his enim
præſumitur æmulatio, Alex. *conſ. 174. ſub num. 5. vol. 2.*
Boer. *deciſ. 320. ſub num. 8.* tum quia orta erat quædam
46 diffidia occaſione d. † conceſſionis factæ à Sereniſſimo
D. Comiti Caſtillioneo, Menoch. *lib. 6. præſumpt. 29. nu-*
47 *mer. 26.* quo caſu, quando opus conſtruitur † ad emu-
lationem omnino deſtrui debet, *l. opus nouum, ff. de oper.*
public. l. per prouincias, vbi gloſſ. *3. C. de ædific.* Menoch.
d. præſumpt. 29. num. 28.

Prædicta autem ſi vera ſunt, vt non liceat facere ag-
geres ad defendendum ſuos agros inferiores ab agris ſu-
periorum, multo fortius procedunt, vbi obturantur du-
galia, & foueæ conſuetæ, & deſtinatæ ad recipiendum
aquas, quia dato etiam non conceſſo, quod quis poſset
ſe defendere aggeribus id procederet, vel circuendo ſuos
agros, vel extollendo aggeres fluminis, non autem nul-
48 latenus obturando † flumen, ſeu dugale, aut foueam
publicam ad hoc munus, & onus deſtinatum, per ea,
quæ latè congerit in propoſito Riminald. Iun. *d. conſ. 86.*
ſub num. 10. cum ſeqq.

Ad contraria autem non eſt dificilis reſponſio, Nam
ad primum, quod qui ſentit incommodum aquarum
debet etiam ſentire eius commodum, dupliciter reſpon-
49 detur, & primo, quod d. regula non procedit, † quan-
do viget diuerſa ratio, vt ita eam limitant Bart. & Dec.
in d. l. ſecundum naturam, ff. de regul. iur. quæ profecto
militat hic nam D. Comites Gazoldi ſentiunt incommo-
dum harum aquarum ratione ſeruitutis naturalis, quam
50 ager † inferior debet ſuperiori, iuxta *l. 1. §. final. & l. 2.*
in princip. ff. de aqu. pluu. & tradita ſuperius; Mantuani au-
tem, & Domini Comites Caſtillionei ſentiunt commo-
dum earundemmet aquarum, tamquam Domini, &
Superiores, quibus ob id licet eas retinere, quando ip-
ſis expidit, & quandocumque eiſdem libet, poſſunt eas
51 met † dimittere ad inferiora loca ſeruientia, vt probat
optimè text. *in l. 1. §. ſed & ſi vicinus, & l. 3 §. ſi vicinus*,
ff. de aqu. plun. arcend. & tradit in ſpecie Minſing. *d. conſ.*
2. num. 13. 14. & 15. decad. 14. volum. 1. Raudenſ. *deciſ. 9. n.*
4. & ante eos Cepol. *de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 4. ante*
num. 59. verſic. aut habens fundum inferiorem, &c. & pro-
bant omnes illi, quos ſuperius citaui in præcedenti du-
bio, *verſic. licitaque eſt hæc retentio, &c.*

52 Secundo, † reſpondeo quod dicta regula habet lo-
cum, quando commodum, & incommodum eandem
reſpiciunt, & circa eandem verſantur, ſecus vbi proce-
dunt à diuerſis fontibus, & cauſis, vt declarant Cagnol.
in d. l. ſecundum naturam, num. 1. ff. de regul. iur. & D. Sur-
dus *conſ. 150. num. 85.* In propoſito autem caſu commo-
dum, & incommodum non verſatur circa eandem rem,
nec prouenit ab iiſdem fontibus, tum ratione deducta
in præcedenti reſponſione, tum etiam, quia aquæ dan-
tes damnum ſunt hiemales, vel luxuriantium inundatio-
num, quibus nullatenus vtuntur Publicani ad irrigan-
dum ſuas terras, & per conſequens etiam non poſſunt
dici ſgolatiæ, nec reſſidua irrigantium, ex quibus reſi-
duis tantum, & ſic re diuerſa ſentiunt commodum Do-
mini Caſtillionei.

53 Ad ſecundum argumentum, † quod liceat ſe agge-
ribus munire diuertendo aquam, ne ſibi noceat, reſpō-
detur, quod ſi Anguilla, & Rugerius, qui ſecuti ſunt
hanc opinionem, eam tenent, eo quia credant, terras in-
feriores non ſeruire ſuperioribus in ſuſcipiendo aquas,
loquuntur contra textus expreſſos, *in l. 1. §. fin. & l. 2. in*
princip. ff. de aqua pluuia, ſi vero, hoc dicunt, quia putent

non obſtante d.ſeruitute, licere inferioribus adhuc ſe ag-
geribus defendere, pariter loquuntur contra textum ex-
preſſum, *in d.l.1.§.item ſciendum eſt hanc actionem,ff.de
aqu.pluu.* & alios textus ſuperius adductos, *in verſic.&
ob id ratione huius naturalis,&c.* & contra veram, & plu-
rium auctoritatibus firmatam opinionem, quos citaui
in d.verſicul.proxime relato.

54 Et † ad text, *in l.2.§.penult.qui incipit idem labeo, ff.
de aqu.pluu*, quem pro ſua opinione citat Ruger. reſpon-
detur, quod ille procedit, quando vicinus, nec iure ſer-
uitutis, nec natura loci tot tenebatur recipere illã aquã,
quam opere manufacto excludit, prout illum ita intelli-
git, & declarat Caſtrenſ. ibi.

55 Ad textus † verò citatos per Anguill. *in d.conſ.49.n.
11.* quod liceat cuilibet in ſuo facere, quod ſibi licet ad
ſui vtilitatem, licet in conſequentia noceat vicino, re-
ſpondeo, illos procedere, dummodo non fiat contra ſer-
uitutem, vt eos ita declarat Riminald. Iun. *conſ.86.num.
14.* poſt Batt. *in l.1.§.denique,ff.de aqua pluu.* pro qua
reſponſione facit textus, *in l.ſi tibi,C.de ſeruitut. & aqua*
In caſu autem iſto fieret contra ſeruitutem, quã, natura
loci inferiores fundi ſeruiunt in hoc ſuperioribus, vt ſu-
pra dixi.

Ad tertium argumentum, quod & ſi quis teneatur re-
cipere aquas, tamen non cogatur recipere eas, ſi ſint im-
moderatè.

56 Reſpondetur, † textum pro hoc allegatum, *in leg.in
ſumma,§.final.ff.de aqu.pluui.* loqui, quando vltra modũ
conſtitutum in ſeruitute nocent, non autem quando im-
modice nocent iuxta naturam, & pacta ſeruitutis, vt ibi
per gloſſ. *in verb.modum*, quidquid ſecus ſcripſerint Ca-
ſtr. & Cephal. in contrarium allegati; & ideo, ſi quis im-
mitteret plures aquas, quam ex natura ſeruitutis immit-
tere licet, tunc vicinus non teneretur recipere vltra modũ
ſeruitutis, ſecus, ſi immitteret immodicas; dummodo
id faceret iure ſeruitutis.

Præterea reſpondeo, quod opinio Caſtr. & Cephal.
forte poſſet procedere in ſeruitute pacto conſtitura, in
qua ſi alter promittat recipere aquas, intelligitur dum-
modo moderatas immittat, & ne immodicè eum lędat,
ſecus in ſeruitute ex natura loci reſultante, quia ea dictat,
vt quaſcumque naturaliter defluentes inferior recipere
teneatur.

Denique neque conſtat, has aquas immodice lædere,
nec eſt credibile, cum antiquitus ſemper ita fluxerint, ne-
que moderatas tantum conſentiunt accipere.

57 Ad quartum fundamentum, † quod liceat inferiori
ſe aggeribus munire, quando non reſtagnat aquam in
propriè ſuperiorem, ſed deriuat eam in fundum tertij,
reſpondetur primo, quod non apparet in facto nos ver-
ſari in caſu iſto, ſed præſupponitur aquam reſtagnari in
loco ſuperiori, à quo ſui natura aqua laberetur in Terri-
torium Gazoldi.

Secundo reſpondetur, quod hic non agimus de fluxu
aquæ, de fundo ad fundum, ſed de territorio ad terri-
torium, quo in caſu ceſſat omnis difficultas, cum ſine
controuerſia territorium Mantuanum præſuponatur ſu-
perius natura loci territorio Gazoldi.

58 Tertio, † reſpondeo, quod textus, & Paulus de Ca-
ſtr. quos allegat Cepol. loquuntur eo caſu, quo is, qui
aggeribus ſe munit, non tenebatur recipere aquas iure
alicuius ſeruitutis, vt præciſè declarat Caſtrenſ. ab eo
allegatus, quo in caſu nos non verſamur, nec diſtinguũt,
reſpectu tertij non immediatè ſuperioris, vt facit Ce-
pola.

58 Quarto † textus, *in d.l.in ſumma,§.idem labeo,il§.2.
ff.de aqu.pluu.* allegatus à Cepola procedit, quando mu-
niens agrum ſuum aggeribus non facit id animo nocen-
di vicino, vt expreſſe in eo dicitur, hic autem Domini
de Gazoldo fecerunt hoc ad manifeſtam emulationem,
vt dixi ſupra, *verſic.Et tanto magis tolli,&c.*

Nec refert, quod dicebatur, non præſumi facere in
fraudem, nec ad emulationem, qui ſe aggeribus munit,
quia id procedit in dubio, ſecus ſi ex coniecturis de cõ-
trario apparet in caſu iſto ex illis, quas allegaui in ſupra-
citato verſic. *Et tanto magis tolli,&c.*

59 Ad quintum, † & vltimum argumentum, quod
quis non teneatur recipere aquam, quando opere ma-
nufacto ad eum labitur, reſpondetur primo, reſpectu
aſſerti operis manufacti conſiderati pro cauamentis, &
alueis ea cenſeri, & præſumi naturaliter facta, non au-
tem opere manufacto, ex quo non extat memoria de
eorum origine, *l.2.§.idem labeo, il 1.ff.de aqu.pluu.* Ce-
pol. *de ſeruitut.ruſtic.prædior.cap.4.ſub num.77.verſicul.
Quarto fallit, quando ſuperior,&c.*

Præterea reſpõdetur, inferiorem teneri recipere aquas
ſuperiores, etiam mediante opere manufacto, quando
non aliter per tale opus fluunt, quam natura decurrere
deberent, vt deduxi ſupra, *in verſic. Idque non ſolum,
quando natur aliter*; & vltra ibi allegata hoc ſentit etiam
gloſſ. *in d.§.idem labeo,il 1.in verb.idem labeo*, ibi, *vel
60 loci naturam.* vbi inquit, † quod ſufficit alicui, ne te-
neatur deſtruere opus manufactum, probare alterum ex
tribus, vel pactum factum, vel loci natura, vel operis
facti memoriam non extare.

Secundo, reſpondeo, reſpectu cluſæ, qua mediante
Illuſtriſſimus D.Comes Caſtillioneus diuertit aquam
ad ſuas orizarias, quando ea eget, & eandem dimittit,
vbi opus ea non habet, quod vbi inferior natura loci
tenetur ſuſcipere aquam, licet ſuperiori opere manufa-
cto eam retinere ad libitũ, & poſtea etiã ad libitũ aperi-
61 re d.opus, & illud tollere, ad hoc vt reuertatur ad ſuũ na-
turalem † curſum, quia ex d.opere non fit iniuria inferio-
ri, ita probat textus, *in l.1.§.ſed & ſi vicinus. & l.3.§.ſi vici-
nus,ff.de aqu.pluui.* & latius comprobaui ſupra, *verſicul.
Ad contraria autem, &c.*

Tertiam (& quæ principalis eſt in hac cauſa) aggre-
dior quæſtionem, an Publicenſes, & Rotondiſcani pro
aſſertis ſuis damnis habeant actionem contra Illuſtriſſi-
mum D.Comitem Caſtillioneum, an verò potius agere
debeant contra illos de Gazoldo, vt deſtruant aggerem,
& rem in priſtinum reſtituant, vel aliter prouideant eo-
rum indemnitati.

In qua, primo aſpectu concludendum videtur, ipſis a-
ctionem competere contra prædictum Illuſtriſſimum
D.Comitem Caſtillioneum.

Primo, quia eius pater dedit occaſionem huic dam-
no, impetrando illa reſidua aquarum à Sereniſſimo Do-
mino Duce Mantuæ, ob quorum priuationem ipſi Do-
mini Comites Gazoldi deinde, cum non poſſent illis vti
tempore æſtiuo, noluerunt nec tempore hiberno aquas
recipere in ſuo, & fecerunt illum aggerem, ex quo inũ-
dantur, & damnum patiuntur ipſi Publicenſes, & Ro-
tondiſcani, clari iuris autem eſt, quod, qui occaſionem
62 † damni dat, damnum dediſſe videtur, & ad illius e-
mendationem tenetur, *l.qui occidit,30.§.in hac,in fine*,
vbi etiam Florian. *ff ad legem Aquil.cap.fin.ext.de iniur.*
gloſſ. *in verbo mortuus in §.fin. Inſtit.eod.tit.de leg. Aquil.*
Chriſtophor.Caſtillion. *conſ.1 num.5.* Abb. *conſil 21.n.1.
in fine,& per tot.volum.2.* Socin. *conſ.156.num.20.vol.2.*
Corn. *conſil.38.ſub num.18.volum.2.* Nauarr. *de ſimonia,
conſ.16.nu.3.lib.5.tit.3.fol.438.* Bertaz. *conſ.crimin.375.
num.1.& 2.* latè Regner. Sextin. *inter conſil. Achadem.
Marpurg.conſil.20.num.29.volum.2.* vbi inquit, hoc ve-
63 rum eſſe † etiam ſi is, qui occaſionem damni dedit il-
lud inferendi animum non habuerit, quod vltimum tra-
dit & Gratian. *deciſ.57.num.3.* & dicit Bald. *in leg.nam
& ſeruius,in princ.ff.ad negot.geſtis*, quem ſequitur Corn.
conſ.23.ſub num.9.verſic.facit optimè,vol.2. & Abb. *conſ.
21.ſub num.1.vol.2.* quod ſi mihi fiat iniuria propter te,
64 † repeto à te, & vbi agitur de damno dato, tunc non
65 † fit differentia, an cauſa ſit proxima, vel remota,
Calder. *in tit.de locat.conſ.4.ſub n.1.fol.mihi,54.* Caſſan.
conſ.1.in 4.part.num.17. Tiraquell. *in tract.ceſſant.cauſ.
in 2.p.limitat.10.num.13.* D.Surd. *deciſ.326.nu.72.* quod
optimè probatur, *in d.l.qui occidit,§.in hac,ff.ad l.Aquil.
& in d.cap.final.de iniur.* dum loquuntur de eo, qui dat
66 occaſionem, occaſio enim † dicitur cauſa remota,
Corn. *conſ.263.ſub num.1.verſic.cauſa enim denotat,&c.
volum.4.* Tiraquell. *in d.tract.ceſſant.cauſ.in 2.par.limit.
13.num.*

Digitized by Google

67 13.num.8. & cauſa originalis † inſpici debet, gloſſ. in l. ſi à Domino, alias incipit ſi à patre, in princip. in verb. ſed hereditas, ff. de petition. hereditat. Menoch. conſ. 124. num. 23. & conſ. 133. num. 3. & conſ. 160. num. 17. & cauſa cauſæ dicitur cauſa cauſati, l. manumiſſiones, ff. de iuſtit. & iur. l. dotem quam, alias incipit dedit dotem ff. de collation. bonor. l. & ſi amicum in fine, ff. ad leg. Iuliam, de adulter. Bal. in leg. ex placito, num. 7. C. de rerum permutat. Iaſ. in l. 1. §. in operis, colum. 2. verſic. ſed quodquid eſt, & c. ff. de nou. oper. nunciat. D. Surd. deciſ. 326. num. 71. & deciſ. 118. num. 12. vbi
68 num. 13. ſubdit, quod quando cauſa † immediata non operatur ſine prima, tunc actus attribuitur primæ; & cauſam dici proximam, qua poſita ponitur effectus, &
69 qua † remota idem remouetur effectus, docent Bald. in l. ſi cum dotem in principio ſub num. 8. circa finem, ff. ſolut. matrim. Tiraquel. in tractat. ceſſant. cauſ. limitat. 1. ſub numer. 1. & 23. & clarius Marius Anguſ. conſilio 37. num. 7.

Secundo, pro dictis hominibus facit, quia in decreto conceſſo per Sereniſſimum Dominum Ducem Gulielmum Dominis Caſtillioneis, ipſi prohibentur dare dam-
70 num eiſdem hominibus, prohibitus autem † dare damnum ne dum ipſe damnum dare non debet, ſed etiam curare tenetur, ne ab alio damnum detur, l. in lege, ff. locat. Crauet. conſ. 319. n. 21. & in materia damni aquarum Bimius, conſ. 31. n. 39. vol. 1.

71 Tertio, & vltimo, quod † damnificatus habeat actionem contra, ne dum immediate dantem damnum, ſed etiam contra eum, qui fuit in cauſa, ſeu dedit occaſionem, vt ille damnum daret, reſpondit Zazius, conſ. 20. in ſecundo dubio, ſub numer. 26. verſic. quo ad ſecundum, quod principaliter in dubitationem vertebatur, &c. volumin. 1.

72 Qua autem actione agat † damnificatus contra eum, qui occaſionem damni dedit, tradit Minſinger. conſ. 51. num. 5. volum. 1. vbi inquit ei ſuccurri vtili actione legis Aquiliæ Nicolaus vero de Milijs, in ſuo repertor. in verbo damnum verſic. 1. putat, non competere actionem legis Aquiliæ, ſed in factum.

Verius tamen puto, Illuſtriſſimum Dominum Comitem Caſtillioneum non poſſe moleſtari à dictis hominibus Publicæ, & Rotondiſci, & vbi eis competat aliqua actio, dirigendam eſſe contra Illuſtriſsimos Comites Gazoldi.

Primo, quia teſtes antiqui examinati pro dictis Dominus Comitibus Gazoldi probant, quod etiam antequam fieret ille agger, & obturatio, illi de Rotondiſco patiebantur maximas copias aquarum temporibus inundationum, quia inquiunt, quod dugalia Conguli, & foſſadoldi erant fere explanata ſuper territorio Gazoldi, & quod ob id maior pars aquarum fluebat ad zeneratum, quæ maximo damno afficiebant illo de Rotondiſco, & ſic tale damnum patiebantur etiam abſque hac obturatione.

73 Secundo, quia is tantum facere damnum dicitur † qui facit id, quod facere ius non habet, & è contra damnum facere non dicitur, qui facit, quod facere ius habet, l. nemo damnum, ff. de regul. iur. Herman. Vultei. inter conſilia Achadem. Marpurg. conſ. 30. num. 230. volum. 2. Abel. Stasburg. conſ. 1. num. 34. impreſ. poſt conſilia Tomengi vol. 2. fol. 196. Modeſt. Piſtor. conſ. 9. num. 55. vol. 2. Papon. conſ. 131. num. 15. & ad hoc propoſitum inquit text. in cap. de occidendis verſic. at ſi 23. q. 5. abſit vt ea, quæ pro-
74 pter bonum, † ac licitum facimus aut habemus, ſi quid per hæc præter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur quem refert Roman. in leg. 2. §. item ſi in facto, ſub nu. 8. ff. de verbor. obligat. & Zazi. conſ. 20. circa finem vol. 1.

75 Huc confert, † quod dicitur, damnum non præſtare qui circa illud culpa caret, l. ſi putator. 31. l. qui foueas 28. & leg. item Mela 11. ff. ad ſeq. Aquil. cap. final. extra de iniur. quæ iura ad hoc allegat Corne. conſ. 281. numer. 9. vol. 4. Crauet. conſ. 353. num. 4. Purpur. conſ. 449. num. 14.
76 Simon. de Prææt. conſ. 60. num. 6. & culpam † debere præcedere caſum ad hoc, vt quis teneatur ad damni refectionem, tradit Flamin. Rube. conſ. 11. num. 118. vol. 1.
77 Imo vt quis teneatur de damno † non ſolum requiritur culpa, ſed quod fuerit immediatè ordinata ad tale damnum, Crauet. conſ. 8. num. 29. Socin Sen. conſ. 156. nu. 20. vol. 2. vbi dicit, occaſionem, & cauſam damni debere eſſe ad illud ordinatam, vt pro eo obliget Bimius, conſ. 31. num. 87. volum. 1. & dicit Angel. inter conſilia,
78 Bald. conſ. 39. num. 5. volum. 6. damnum † tunc tantum emendari, quando iniuria hoc eſt non iure datur, vel cauſatur.

Cum igitur Illuſtriſſimus Comes Caſtillioneus iure obtinuerit, & retinere potuerit hæc reſidua aquarum, vt concluſum fuit in primo articulo, nullum dicitur feciſſe damnum, ſicuti è contra Illuſtriſs. D. Comites Gazoldi illud dediſſe dicuntur, cum non iure oppoſuerint aggerem aquæ ſui natura ad inferiora defluenti, vt reſolui in
79 ſecundo puncto, & cum nulla fuerit in hoc culpa † ipſius Domini Comiti Caſtillionei, ex quo culpa caret, qui facit aliquid iure permittente, l. Gracus, C. ad Leg. Iuliam de adulter. & vbi aliqua, (quod negatur) poſset conſiderari, non fuerit ne dum immediate, ſed nec aliquo pacto ad hoc ordinata, ſequitur, vt contra eius ſucceſſores nulla pariter pro hoc damno competat actio, ſed tantum contra eos, qui illud dediſse dicuntur.

80 Tertio facit, quia damnum attribui debet culpæ † immediatæ, & proximæ, non autem remotæ, Gloſs. vltima circa finem in leg. cum quis, ff. de dolo malo, Bald. in l. inter cauſas, §. non omnia in principio additionis, ff. mandat. Crauet. conſ. 8. ſub num. 24. verſic. Rurſus culpa iſtius, qui ad hoc allegat text. in leg. ſocium, qui in eo, §. 1. ff. pro ſocio, & text. in leg. ſi mulier, §. 1. ff. rer. ammotar. cauſa enim
81 † immediata, & proxima ſemper inſpici, & conſiderari debet; Gloſ. in leg. 3. §. ex plurimis in verbo ſicut circa principium, ff. de acquir. poſſeſſ. Alba, conſ. 60. num. 7. & conſ. 519. num. 4. Crot. conſ. 132. num 5. Menoch. conſ. 41. num. 15. Cephal. conſ. 46. num. 22. & conſ. 9 nu. 20. Nat. conſ. 119. num. 2. Riminald. Iun. conſ 393. num. 50. propterea cum damni huius cauſa immediata fuerunt Domini Comites Gazoldi eis tantum id imputeri debet, & contra eos dirigenda actio.

82 Quarto, vbi † quis dat occaſionem damni extra ſuum propoſitum, & voluntatem, tunc reputatur potius caſus fortuitus, quam culpa, & pro eo ipſe non tenetur, ita tradit Zazi. conſ. 20. circa finem verſic. quod vero ſecundo prætenditur, &c. volu. 1. vbi allegat bonum textum, in l. labeo, quæ eſt lex 2. ff. de iuris. facit, quod ſupra dicebam, culpam non conſiderari, niſi vbi eſt ordinata ad caſum, & quod dicebatur in ſecundo argumento contrariæ partis, eum, qui occaſionem damni datur, teneri etiam ſi animum illud inferrendi non habeat, poteſt
83 procedere † quando concurrit culpa, Mil. in repertor. in verbo damnum verſ. 3.

Et ex his ſatis firmata exiſtimo intentio Illuſtriſſimi Domini Comitis Caſtillionei, Id, quod clarius patebit per reſolutionem contrariorum, Quorum primum non obſtat, dum dicebatur eum de damno teneri, qui illi occaſionem dedit, per text. in l. qui occidit, §. in hac, ff. ad leg. Aquil. & in cap. final. de iniur. & damno dato.

84 Namque † primo reſpondetur, dictam regulam non procedere, quando is, qui imputatur de tali occaſione, dedit operam rei licitæ, & adhibuit diligentiam, ne damnum ſequeretur, ita poſt Iacobum de Belui ſ tradit Alberic. in d. §. in hac verſic. ſed dic ſecundum Iacobum, & ibidem Florian. ſub num. 1. Bellamer. conſ. 14. nu. 3. Maranta, conſ. 13. num. 2. Rebuf. conſ. 152. num. 3. Cæphal. conſ. 696. num. 26. & hoc probant optime dicti textus in fine, & faciunt deducta in ſecundo argumento huius tertij puncti, ſed in caſu iſto Dominus Comes Caſtillioneus dedit operam rei licitæ, quia licita fuit impetratio, & conceſſio, atque retentio dictæ aquæ, nec non fecit diligentiam, ne Domini Comites Gazoldi facerent aggerem reſtagnantem aquas in territorio Mantuano, cum ſuper hoc fuerit litigatum, vt colligitur ex reliquijs proceſſuum antiquorum, & ex allegationibus incipientibus, An Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus, in quibus ſuper

per hoc fuit allegatum pro d. Illuſtriſſimo Domino Co-
mite Caſtillioneo contra illos de Gazoldo igitur, nec ip-
ſe, nec eius ſucceſſores poſſunt culpari de hoc damno,
d. enim textus requirunt culpam, vt in ex ipſis colligere
eſt, & eos etiam ita interpretatur Damaſ. *regul. 41. in-
ſerens in 2. tom. regul. iur. fol. 144. col. 2.* Quæ cum ceſſet hic
ceſſat quoque damni emendatio, vt dicebam in ſecun-
do argumento huius vltimi dubij.

Secundo reſpondetur, dictam regulam procedere vbi-
cumque quis eſt cauſa immediata ipſius damni, hoc eſt
86 ex ipſius facto immediate ſequitur damnum; ſecus † ſi
ex eius facto alter arripiat occaſionem, & aliquid agat
ex quo facto tertij damnum immediate naſcatur, pro
vt in caſu noſtro, ita Albericus, *in dict. §. in hac in princi-
pio,* Marant. *d. conſ. 13. num. 3.* vbi dicit hoc bene proba-
ri in ſæpedicto *§. in hac, leg qui occidit, ff. ad Leg. Aquil.*
87 dum loquitur de igne accenſo, † qui fuit vltra euaga-
tus, & ſic immediate ab ipſo igne proceſſit damnum,
pulcre Rebuf. *d. conſ. 152. nu. 5.*

Nec refragatur huic ſecundæ reſponſioni, quod doce-
batur in primo argumento contrarię partis ex Calderin.
Caſſan. Tiraquel. & D. Surd. non fieri differentiam, an
88 cauſa ſit † proxima, vel remota, vbi agitur de damno
dato; quia hoc eſt verum, quando ipſa cauſa remota di-
recto, & per ſe cooperatur ad ipſum damnum; ſecus ſi
ex illa tertius ſolus faciat damnum; ita loquitur Cal-
derinus, & cum etiam hoc pacto non obſcure declarat
Socin. *conſ. 156. num. 18. in fine verſic. Præterea reſponde-
tur alio modo, &c. vol. 2.*

Tertio principaliter reſpondetur, quod dans cauſam
89 damni dicitur damnum † dare, quando occaſio illa or-
dinatur ad tale damnum, quod non contingit hic, ita
Florian. *in dict. l. qui occidit, §. in hac, ff. ad legem Aquil.*
Socin. *d. conſ. 156. num. 20. vol. 2.* Marant. *conſ. 13. ſub n. 2.
& ſub num. 3.* & dixi in ſecundo argumento noſtræ Par-
tis huius vltimæ quæſtionis.

90 Quarto, & vltimo reſpondeo, † dantem occaſionem
damni non teneri, quando iniuſtè & illicite damnum da-
tur, pto vt fecerunt Domini Comites de Gazoldo, vt re-
ſolui in ſecunda quæſtione; ita declarant Roman. *in l. 2.
§. item ſi in facto ſub num.* 8. & ibi Iaſ. *ſub num. 23. ff. de
verbor. oblignt.* Rota, *deciſion. 611. numer. 3. parte 1. no-
uiſſimar.* Teſſaur. *filius, quæſtione forenſi 78. num. 3. cum
ſeqq.*

91 Ad ſecundum principale † fundamentum, quod Illu-
ſtriſſimus Comes Caſtillioneus tanquam prohibitus da-
re damnum teneatur etiam curare, nec ab alio detur,
multipliciter reſpondetur, primo quod textus allegatus
per Crauet. ad hoc non probat eius propoſitionem, quia
ibi conductor, ne dum per ſe promiſerat, ſed etiam
ne alius damnum daret, quod non concurrit in caſu
iſto.

Secundo reſpondeo, quod promiſſio D. Comitis Ca-
ſtillionei reſtricta eſt ad damnum contingens tempore,
quo ipſe vtitur dictis aquis, vt in eius decreto, quo tem-
pore nullum infertur damnum cum eius vſus ſit tantum
in ſiccitatibus, & æſtate, & ideo cum nec tunc detur
damnum à Dominis de Gazolda, non habet opus pro-
uidere circa hoc.

Tertio, & vltimo dico, quod vbi etiam teneretur cu-
rare ne alius damnum daret, deberet intelligi, dummodo
92 poſſet, quia ad impoſſibile nemo † tenetur, *l. impoſſi-
bilium, ff. de regul. iur.* quæ poſſibilitas de facto ceſſat,
cum D. Caſtillioneo, contra Dominos Comites Gazol-
di in eorum territorio.

93 Ad tertium argumentum † deductum ab auctorita-
te Zazij, *conſ. 20. in 2. dubio vol. 1.* reſpondetur, quod ip-
ſe loquitur in damno paſſo ab Ambaſciatore, ſeu Nun-
cio, aut Legato dum eſt in itinere, nam tunc quia cauſa
mittentis immediate cooperatur ad damnum, ex quo
illud patitur, dum facit item pro mittente conueniens,
eſt, quod ab eo emendetur; ſecus in caſu, iſto in quo ſepa-
ratæ ſunt omnino operationes, iuxta ſuperius tradita
in ſecunda reſponſione ad primum argumentum con-
trariæ partis.

94 Secundo Zazius, videtur † male reſpondiſſe ex do-
ctrina Bald. *in l. inter cauſas, §. non omnia in additione,
ff. mandati,* dum voluit, quod ſi damnum infertur, & is
qui illud infert, commodū ſentiat, & lucrifaciat, tunc ſi
damnum paſſus poteſt agere contra damnificantem,
tenetur contra eum agere, igitur cum DD. de Gazoldo
dederint damnum, & ſe exonerarent à ſuſcipiendis aquis
ſuperioribus, damnum patientes tenentur contra eos
agere, & hæc reſponſio poteſt optime deſeruire pro
principali fundamento noſtræ intentionis.

ARGVMENTVM.

De reſcripto Principis pręcipuè dato Minori ad alie-
nandum, eiuſque interprætatione. Plura de for-
ma, & cauſa finali diſpoſitionis; eorum ſignis,
cognitione, adimplemento, vel non effectibus, ac
vigore. Certum lucrum, etſi modicum, eſt me-
lius piagni, ſed incerto; de ratificatione actus per
minorem nulliter geſti, & renunciatione iuris ſui
quando admittatur nec ne. Multa de actuum
correſpectiuitate, & quomodo ea induci præſu-
matur; & alijs ad rem.

SVMMARIVM.

1 *Verba*, Poſſit, *&* Valeat, *in reſcriptis, & alibi non im-
portant neceſſitatem. Sed vid. num. 123. & 124.*
2 *Iis verbis ſtantibus Iudex ſi non ſuppleat aliquod ex officio,
non facit litem ſuam.*
3 *Aliud eſt poſſe, aliud eſt neceſſe.*
4 *Verbum*, Poſſe, *importat aliquando neceſſitatem commu-
nem, ſcilicet adiuncti, & ſubiecta materia.*
5 *Minori licet ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt in dotē
tradere, ſine decreto, & ſolemnitatibus, imo, & quo-
modolibet diſponere; reſeruata reſtitutione in integrum,
& num. 6.*
7 *Actus præſumitur factus ex cauſa potius neceſſaria, quam
voluntaria.*
8 *Verba*, Omnia, & ſingula, *idem important, ac ſimul, &
quodlibet.*
9 *Maximè cum particula*, Et, *interiacet inter eā duo in-
compatibilia; ea enim reſoluitur in diſiunctiuam; ſed
vid. num. 126.*
10 *Nullum etſi minimum verbum in quauis diſpoſitione, de-
bet ſtare ſine effectu, & operatione.*
11 *Bona aſſignata à marito ab vxore poſt ſuam mortem, non
dicuntur in dotem datn.*
12 *Venia ætatis impetrata à Principe tollit impedimentum
quoad contrnhendum in futurum.*
13 *Pater non poteſt minuere ſecundo filia marito dotem datā
primo, ſi tamen datn ſit, non vere ſi ſolum promiſſn.*
14 *Aliud eſt facere, aliud facere velle.*
15 *Nemo cogitur vti reſcripto impetrato, ſi nollit. Imo &
inuiſo aduerſario poteſt ipſi rrnuntiari, & num. 16.*
17 *Idem iuris eſt de parte, quo ad partem, quæ de toto, quo
ad totum, vid. num. 127.*
18 *Supplicans pro facultate diſponendi de omnibus, & ſingu-
lis ſuis bonis non indiget diſpenſatione, quo ad mobilia.*
19 *Actus non vitiatur propter formam omiſſam, cum certa
forma ſine clauſ. irritante aſſignatur ei, qui alias habet
eam facultatem.*
20 *Omiſſio formæ reſcripti impetrati, ſine neceſſitate non vi-
tiat. Sed vid. num. 131.*
21 *In diuiduis, & ſeparabilibus, vtile pro inutile non vitia-
tur. Idem in dotis conſtitutione, & num. 22. Vid. num.
132.*
23 *Indiuiduum dicitur, cuius eſſentia vnica, & impartibi-
lis eſt.*
24 *Venditione facta plurium rerum diuersè, & ſeparatè etiā
quo ad pretium, ſi quo ad vnam, vel aliquas partes an-
nulletur, ſuſtinetur in vſuris. Idem eſt in reſciſſione ob
læſionem, & num. 25.*

26 *Alie-*

26 Alienatio bonorum Eccleſiæ cum prophanis, ſi non ſubſiſtat; benè valebit, quo ad prophana.
27 Emphyteuſis, ſi concedatur vltra quam ſolitum eſt, vitiatur ſolum quo ad exceſſum.
28 Contractus, vel obligatio diſpoſitione quauis dicitur diuidua, ſecundum naturam rei in ea deducta.
29 Forma reſpiciens priuatam vtilitatem, poteſt omitti, citra annullationem actus per eum, qui inde percipit commodum. Vid. num. 133.
30 Filij primi matrimonij conſequuntur ex dote Matris ſecundo nubentis, duas partes; & Vitricus eorum tertiam ſolum.
31 Actus ſubſiſtit, ſi mens Principis adimpleatur etſi non verba ipſius.
32 Forma ſpecifica dicitur adimpleri, cum plenius, & pinguius adimpletur.
33 Forma non dicitur omiſſa, cum actus habet vim, quam dederat forma, etſi in ſuperficie non fuerit ſeruata.
34 Forma cum inducitur propter aliquem effectum, ſufficit ſi effectus ſequatur; & ſic ea ſeruetur per æquipollens.
35 Minor Maior factus ratificat geſta in minoritate per actum poſitiuum confirmatorium eius actus.
36 De contractu nullo nullum debetur datium.
37 Ex obſeruantia ſubſecuta declarantur verba reſcripti.
38 Minor non poteſt ſe dotare etiam in rebus mobilibus, ſine ſolemnitatibus, niſi ſeruando ſeruari non poſſit. Multo magis ſi vult dare omnia bona, & num. 39.
40 Statutum prohibens Minori contractum abſq; ſolemnitatibus ab eo inditis, comprehendit cauſam dotis. Contrarium, num. 41.
42 Mobilia ſeruando. ſeruari non poſſe dicuntur, quæ triennio non poſſunt durare.
43 Deciſ. Surd. 287. intellectus affertur.
44 Pecunia dicitur de his rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.
45 Sub prohibitione vxori facta, ne ſe, & ſua obliget ad commodum viri, includitur & obligatio per dotem.
46 Decretum gratioſum obreptum per expreſſionem falſæ cauſæ eſt ipſo iure nullum, & num. 48. Et in ſpecie in precibus pro obtinenda diſpenſatione, num. 47.
49 Damnum contingens in re ſine culpa alicuius, ſpectat ad Dominum illius.
50 Periculum, & attritio rei dotalis æſtimatæ, eſt viri.
51 Vtilitas etiam minor, cum eſt certa, æquiualet, & præfertur commodo futuro incerto.
52 In emptione iactus retis per decem, ſi capiantur piſces valentes centum, non reſcinditur venditio.
53 Modicum, & incertum æquiparantur; Imo incertum, & nullum, & num. 54.
55 Certi, & incerti non eſt eadem ratio.
56 Certum ob incerta non eſt relinquendum.
57 Melius eſt pauca cautè agere, quam multis periculosè intereſſe.
58 Paruum commodum de præſenti, præfertur magno de futuro.
59 Non attenditur, quod euenit, ſed quod euenire poterat.
60 Præſumitur actus ex omiſſione formæ damnoſus ei, in cuius fauorem forma erat inducta.
61 Verbum, Maximè, adiectum cauſæ, facit eam eſſe principaliſſimam, & potiſſimam in diſpoſitione.
62 Cauſa, quæ fuit principaliter expreſſa, & conſiderata, cenſetur finalis.
63 Cauſa dicitur finalis, cum reſpicit commodum omnium partium. Et præcipuè tertij, & num. 64.
65 Cauſa finalis dicitur, quia poſita deducitur in eſſe voluntas diſponentis, & ea ceſſante ceſſat.
66 Cauſa finalis dicitur, quæ fuit conditionaliter addita, & in diſpoſitione conditionali.
67 Verba in Ablatiuo abſoluto important conditionem. Præcipuè cum dictione, tamen, & num. 68.
69 Dictio, Tamen, eſt modificatiua, & limitatiua.
70 Cauſa in dubio præſumitur finalis.
71 Cauſa finalis ſtat pro forma, & ſubſtantia actus. Et facit actum diuiduum, vel non, iuxta mentem agentis, num. 72.
73 Cauſa finalis eſt implenda ſicut conditio, alias actus omnino corruit.
74 Etſi in diſpoſitione agatur de pluribus reb. ſeparatis omnium cauſa finalis eſt implenda.
75 Diſpenſationis cauſa eſt omnino ſeruanda, cum præſumitur, aliàs Principem non fuiſſe diſpenſaturum.
76 Conditio inducit formam.
77 Signum formæ inductæ eſt cum aliquid conditionaliter poſitum in diſpoſitione; vel quid importans cauſam finalem.
78 Conditio habet vim præcepti. Etiamſi vna conditio diuidua eſſet coniuncta alteri indiuiduæ; nam vtraque eſt indiuidua, & ipſa conditio, & num. 79.
80 Conditio Si deficit in parte, diſpoſitio corruit in totum.
81 Forma cenſetur inducta, cum Princeps in diſpenſando vtitur verbis modificatiuis, Et taxatiuis, & numer. 82.
83 Vel cum exprimitur in diſpoſitione aliquid, alias fauendum de honeſtate. Aut cum illud exprimatur per verba, Ita demum, &c. vel ſimiliter, ibid.
84 Forma eſt indiuidua; Et de genere indiuiduarum, & numer. 85. Et facit actum indiuiduum, & numer 86.
87 Forma præciſè non ſeruata, actus corruit in totum, ipſo iure, etſi in minimo omittatur.
88 Corruit actus, etſi pars deficiens non ſit in culpa.
89 In forma defectu, vti in inſeparabilibus, vtile per inutile non vitiatur, & num. 113.
90 Qui facit partem formæ, nil feciſſe dicitur, & numer. 114. & 115.
91 Forma ex integritate conſiſtit.
92 Forma idem eſt, ac ſtatus perfectus rei.
93 Duo actus facti vnico contextu, vel modico interuallo cenſentur correſpectiui, & vnus factus in gratia alterius, & num. 94. & 95.
96 Omnia vnico contractu, vel contextu imo, & modico ſpatio, pro vno tantum indiuiduo reputantur.
97 In correſpectiuis, vnus actus, vel vna res cenſetur pars alterius. Et ſunt indiuidui, & num. 98.
99 Indiuidua dicuntur; quorum alterum ſine altero ſtare non poteſt, & num. 118. Nec alter ſine altero poteſt admitti, & num. 119.
100 Correſpectiua ſunt indiuidua, & ſeorſum ſtare non poſſunt, & num. 108.
101 Correſpectiuorum vno ceſſante, corruit & alterum.
102 Indiuiduum de ſui natura poteſt expoſt facto fieri indiuiduum. Vt ratione adiuncti, & num. 103.
104 Indiuiduum eſt, vel à natura, vel ratione voluntatis contrahentium, vel ratione dependentiæ, vel ratione formæ, num. 105. Vel ex intentione partium ſi ſint ordinata ad aliquod indiuiduum, & num. 106.
107 Pecunia etſi diuidua legata pro certo opere faciendo, trãſit in actum indiuiduum. Vel ſi diuerſæ res vno capite comprehendantur, n. 108.
109 Verba, Omnia, & ſingula, habent vim indiuiduæ expreſſionis.
110 Diſpoſitio redditur indiuidua cum res ſeparatim nõ reddunt tantam vtilitatem, quantam vnita.
111 Diſpoſitio eſt indiuidua, etſi res ſit diuidua, ſtante actuũ vel ſermonis vnitate.
112 Vbi diuiduum corrumpit diſpoſitionem, res dicitur indiuidua.
116 In indiuiduis nihil actum dicitur, quoties aliquid ſupereſt agendum.
117 Indiuiduorum natura eſt vt alter alteri præiudicet.
120 Vtens aliqua diſpoſitione, tenetur ea vti cum omnib. ſuis qualitatibus.
121 Qui vult carnem, debet habere & os illi annexum.
122 Facultas competens alicui ex verbo, Poteſt, durat donec res eſt integra, at ſi elegit facere, ea vertitur in neceſſitatem cauſatiuam.
123 Diuidens diſpoſitionem factam à Principe indiuiduam, facit actum nulliter, & inſubſiſtent.
125 Vbi duo obſtant impedimenta, non ſufficit, ſi vnum ſolum remoueatur.

126 Verba

126 *Verba*, Omnia, & ſingula, *ſæpe habent vim copulatiuam.*
127 *Regula*, leg. quæ de tota, ff. de rei vendic. *limitatur, & n.130.*
128 *Renunciatio fieri non poteſt, cum quis re vti cœpit, & ea non eſt integra.*
129 *Renunciari non poteſt fauori ſuo, cum illud habet admixtum fauorem tertij.*
131 *Actus ſemper eſt nullus, cum non eſt ſeruata forma, etſi eſſet fauorabilis filys.*
135 *Conceſſa minori per Prætorem facultate alienandi rem non poteſt eam obligare, etſi id minus ſit.*
136 *Regula cui conceduntur, quod plus eſt non denegatur, quod eſt minus, fallit in præcepto, ſeu decreto, quod debet ad litteram obſeruari.*
137 *Non ſufficit ratificatio actus nulli; niſi ex integro de nouo fiat.*
138 *Actus nullus tacita ratihabitione non firmatur.*
139 *Expreſſa ratihabitione eſt opus in contractu nullo, an interuentu omnium ſolemnitatum, ac ſi actus denuo fieret.*

CONTROVERSIA DCLXXXIX.

Pijs manibus Excelſi Iuris Conſulti Domini Ioannis Petri Surdi.

Deducitur nunc in controuerſia veritas deciſionis D. Surdi 268. in qua alias reſolutum fuit, augumentum dotis factum conſtante matrimonio à D. Violante Burga Minore 25. annis Excellenti Phyſico D. Io: Gazio eius ſecundo Viro, mediante Principis reſcripto, quo fuit diſpenſata, vt non obſtante minori ætate, & ſtatuto prohibente quamcumque obligationem vxoris ad commodum viri, poſſet, & valeret tradere, & aſſignare in dotem d. ſuo viro omnia, & ſingula ſua bona mobilia, immobilia, & ſe mouentia, facta tamen prius iuſta de omnibus antedictis bonis æſtimatione, fuiſſe in totum nullum, cum non fuerint aſſignata mobilia, nec de eis facta æſtimatio, tamquam non ſeruata forma reſcripti, & per conſequens quod maritus nihil lucrari potuerit de d. augumento.

Aduerſus quæ multa dubitando excitantur, &

Primo, quod Princeps non impoſuit neceſſitatem D. Violanti tradendi omnia bona ſua viro in dotem, ſed tantum eam diſpenſauit, & habilitauit, vt id facere poſſet, ſi elegiſſet, & deliberaſſet mandare executiui, quod ſupplicauerat exiſtimare ſuas partes eſſe, facere non autem abſolutè dixerat velle facere, ſicuti arguunt verba diſpenſationis (poſſiet, & valeat) quæ important liberam faculta-
1 tem, † non autem neceſſitatem, vt in reſcriptis eſt text. *in l. ſæpe*, vbi gloſſ. *in verb. neceſſitatem ff. de offic. Præſid.* Bart. *in l. Gallus, in princip. ſub num. 4. ff. de liber. & poſth.* Natt. *conſ. 504. num. 2.* D. Surd. *conſil. 98. ſub num.* 1. & in alijs terminis eſt text. *in l. non quidquid, ff. de iudic.* vbi
2 Bald. *in 1. lectura*, inquit, quod † vbicumque Iudex poteſt ſupplere ex officio, & non ſupplet, pro hoc tamen non facit litem ſuam, nec appellatur; quia licet poſſit, non tamen neceſſe habet hoc facere, *& in 2. le-*
3 *ctura*, notat, † quod aliud eſt poſſe, aliud neceſſe, & ibi quoque Angelus idem probat per multa verba.
4 Et licet verbum (*Poſſit*) † quandoque importet neceſſitatem cauſatiuam, vt per Bart. Bald. Alex. & Iaſ. *in d. l. Gallus, in princ. ff. de liber. & poſthum.* quos citat D. Surd. *d. dec. 268. ſub num.* 13. tamen id non prouenit ex ſignificatione ipſius verbi, quia illud per ſe ſemper importat libertatem, & facultatem, non autem neceſſitatem: ſed ratione adiuncti, & ſubiectæ materiæ, quæ ſi habet in ſe neceſſitatem vigore alterius diſpoſitionis, tunc eam influit in d. verbum (*poteſt*) & facit, vt ratione ſubiectæ materiæ importet neceſſitatem, vt declarant *in d. l. Gallus, in princip.* Fortun. Garz. *n.* 56. Socin. Iun. *ſub n.* 30. & Bolognet. *ſub n.* 115. *cum ſeqq.* quam neceſſitatem cauſatiuam in caſu iſto recipere, ſeu acquirere nequit reſpectu mobilium, quia pro illis non habebat ne-
5 ceſſe ſupplicare, cum liceat minori ea, † quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, nedum tradere in dotem, ſine decreto, & ſolemnitatibus, Simoncel. *de decret. lib. 3. tit. 8. n.* 88. Borgnin. *de tutor. ſub n.* 125. Menoch. *conſ. 242. n. 1.*
6 *&* 2. D. Surd. *deciſ. 287. n.* 17. ſed etiam aliter de † eis diſponere, quo ad validitatem actus, reſeruata tantum reſtitutione in integrum, in caſu læſionis, idem Simoncell. *vbi ſupra, n.* 22. Menoch. *d. conſ. 242. n. 1.* Et ob id cum d. D. Violantes non egeret diſpenſatione pro his mobilibus, non cenſetur etiam pro illis ſupplicare voluiſſe, ſed tantum de his inciditur, & per quandam narrationem, & expoſitionem ſui animi, & cogitatus mentionem fe-
7 ciſſe, actus enim præſumitur † potius factus ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria, *l. final.* vbi Bald. *C. de aliment. pupill. præſtand.* Bart. *in l. cum ſeruus, 104. ff. de verb. obligat.* Rimin. Iun. *conſ. 31. num.* 100. D. Surd. *conſ. 19. n.* 27. *& conſ. 164. num.* 56. & fruſtra impetraſſet à Principe, quod ſibi concedebatur à lege, *l. Imperatores, ff. de priuileg. creditor. l. vnic. C. de theſaur. lib.* 10. ſi igitur non cenſetur pro his mobilibus ſupplicaſſe, reſcriptum non debet circa illa aliquid operari, nec imponere aliquam neceſſitatem dandi, & vnà cum alijs, pro quibus ſupplicauerat, ſed Princeps videtur de illis verba feciſſe, quatenus mulier eligeret, & illa dare, non autem, vt eam arctaret.

Et ſicuti Princeps poſuit in facultate ſupplicantis dandi, vel non abſolutè, & reſpectu totius, ita etiam id reliquit eius voluntati dandi, vel in totum, vel pro parte tantum, quia dixit, quod poſſet dare omnia, & ſingula, quod ſignificat, vt valeret tradere omnia ſimul, vel etiã
8 partem tantum, dicta enim verba, † *Omnia, & ſingula*, important, ac ſi dictum eſſet, omnia ſimul, & quodlibet de per ſe. Bald. *conſ. 461. nu. 6. vol. 1.* Bero. *quæſt. 99. n 4.* Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 4. gloſſ. 3. numer. 1. & 2.* & dictio, *Et ſingula*, habet vim disiunctiuam, & denotat ſeparationem, *l. huiuſmodi, §. penult. ff. de legat.* 1. Iaſ. *in l. ſi duobus, §. final. num. 5. ff. eod. tit. de legat.* 1. cum alijs apud D. Surd. *d. deciſ. 268. num. 4.* maximè hic, vbi copu-
9 la, *Et*, † poſita eſt inter incompatibilia, quia non ſtant ſimul, quod dat omnia, & partem tantum; quo caſu reſoluitur in disiunctiuam, Bart. *in l. ſi, qui ducenta, §. virum, ſub num. 5. ff. de reb. dubi.* & aliàs ſi voluiſſet, quod teneretur dare omnia, illud verbum, *ſingula*, nihil operatur; & tamen nullum etiam minimum verbum
10 debet ſtare ſine effectu † operandi in aliqua diſpoſitione, Bal. *in rub. Cod. de contrahend. emption. in nona quæſtione.*

Præſuppoſita igitur hac facultate D. Violantis dandi totum, vel partem, ſatis fuit adimpleta conditio reſcripti, æſtimando ſtabilia, quæ ei tantum placuit tradere in dotem, non autem habuit neceſſe æſtimare mobilia,
11 quia non dicuntur conſtituta in dotem, ex † quo ea ſolum aſſignauit poſt mortem ſuam marito, *leg. ſi pater mulieris, in fine, ff. de iur. dot.*

Secundo, diſpenſatio iſta fuit pro actu faciendo, & quem facere cogitabat D. Violantes, non autem pro ſolemnizando actu iam facto, & ideo ſonat potius in ve-
12 niam ætatis, quæ tollit impedimentum, vt † deinde poſſit in futurum contrahere, *iuxta titulum, Cod. de his, qui veniam ætat. impetrarunt.* ſed non arctat ad contrahendum, non autem ſonat in decretum, quod interponitur pro ſolemnizãdo actu, & ſolet rẽputari indiuiduum, & reſpicit actum iam factum, & deliberatum.

Si igitur eſt venia ætatis pro actu fiendo, non autem decretum, ſequitur, quod ceſſet illa indiuiduitas, quæ conſideratur in decreto, & quod ſicuti D. Violantes potuit dare, vel non dare, potuit etiam minuere, quod dare exiſtimabat, ſicuti videmus, quod pater non poteſt minuere dotem filiæ ſecundo nubenti, quam dedit pri-
13 mo viro, & tamen, † ſi eam tantum promiſit, vtique minuere poteſt, gloſſ. 1. *in Auth. ſed quamuis, C. de rei vx. act.* Aret. *in §. fuerat, n. 56. Inſt. de act.* aliud enim eſt face-
14 re, aliud facere † velle; & aliud contrahere, aliud habere animum contrahendi, Riminald. Iun. *conſil. 733. numer.* 13. & multis ſimilibus comprobat Tiraquell. *de retract.*

Digitized by Google

rtratt.conuention.ad finem tituli, ſub numero quinquage-
ſimo tertio.

Quemadmodum autem erat in eius facultate, exe-
quendi, vel non exequendi iſtud augumentum, quod a-
nimo cogitabat, & reſoluebat, ita etiam poterat vti, vel
non vti reſcripto, quia quis non cogitur vti reſcripto im-
15 petrato, † ſi nolit, Doctores communiter, in cap. ex
conqueſtione de reſtitut.ſpoliator. Felin. in rubr.de reſcript.
n.3. Bald. in l.petenda.ſub n.6.de temporib.reſtit.in integr.
16 Turzan. opin.83. qui amplius † dicunt; illi renunciare
poſſe etiam inuito aduerſario, & cum poſſit illi renun-
ciare in totum, ita etiam potuit & in parte, quia idem
17 ius eſt de toto, † quo ad totum, quod de parte, quo
ad partem, l.quæ de tota, ff.de rei vendication. maximè,
vbi ſupplicans non egebat diſpenſatione, reſpectu eius
18 partis, cui renunciat, prout non egebat, † reſpectu
mobilium, vt in terminis diſpenſationis reſpondit Alba,
conſ. 365. ſub n.3. & quia regula eſt, actum non vitiari
19 propter formam omiſſam, † quando datur certa for-
ma, ſine clauſula irritante, ei, qui aliàs habebat faculta-
tem diſponendi, Brun. in tractat.de forma in tit.de poten-
tia, & effectib.formæ,col.50.verſic.ſexto prædicta regula,
20 fol.57. col.1. d.folij, & omiſſionem formæ † reſcripti
impetrati ſine neceſſitate non vitiare, ſcribit etiam Cra-
uett. conſ.500.n.8. Bim. conſ.92.n.21.vol.2. Valaſc. deciſ.
132.n 15.

21 Tertio in diuiduis, † & ſeparabilibus vtile per inuti-
le non vitiatur, cap.ſi confirmationem, vbi Geminian.no-
tat, n.3.de electione.in 6.l.1.§ item quæritur, & §.Treba-
tius.ff.de aqua quotidian.& æſtiua.l.1.§.ſi ſtipulanti,& ibi
ſcribentes omnes, ff.de verbor.obligat. Din. in regula vti-
le.n.7.de regul.iur.in 6, cum alijs apud D.Surd. conſ. 428.
ſub n.20.

22 Et in dotis † conſtitutione, quod vtile per inutile
non vitietur, eſt text. & ibi gloſſ. in l.ſiue generalis, 61.ff.
de iur.dot.

In propoſito autem caſu verſamur in diuiduis, & ſepa-
rabilibus, ſiue conſideremus factum, ſiue ius, nam in
facto longe aliud eſt ſtabile à mobile, in iure vero, aliter
alienantur ſtabilia, aliter mobilia per minores, quia in
his non requiritur decretum, in illis verò neceſſarium eſt,
hæcque ſingula, de quibus in hoc decreto habent cor-
pus ſeparatum, diuerſam eſſentiam, & æſtimationem,
23 indiuiduum autem dicitur, † cuius eſſentia vnica, &
impartibilis eſt, Bal. in l.ſi plures,ſub num.12. verſic. In-
diuiduum autem eſt, C.de condit. inſert. vnde ſtante diui-
duitate non poteſt dici omnino nullam hanc augumen-
ti dotis conſtitutionem.

Sicuti videmus, quod ſi plures res, & corpora ſepa-
24 rata, cum diuerſo, & ſeparato † pretio continentur in
venditione, annullato, vel non adimpleto contractu re-
ſpectu vnius ſuſtinetur nihilominus reſpectu alterius,
Borgn. deciſ.8.ſub n.8.& 9.part.2. Anguil. conſ.64. ſub n.
20.

25 Et ob id † etiam, ſi in vna re venditor ſit læſus vltra
dimidiam, quo ad illam tantum reſcindit contractum,
Cagnol. in l.2.n.199.C de reſcind.vendit.

26 Huic alienatio bonorum Eccleſiæ, cum prophanis ſi
non valet quo ad Eccleſiaſtica, ſubſiſtit tamen quo ad
profana, Borgn. d.deciſ.8.per tot.par.2.

27 Sic quoque, † ſi emphyteuſis eſt ſolita concedi in
tertiam generationem, vel ad certum tempus, aut pro
maſculis tantum, & concedatur in perpetuum, vel etiam
pro fœminis, non vitiatur conceſſio in totum, ſed in ex-
ceſſu tantum, Anguil. conſ.64.num.4. qui multa alia ſimi-
lia congerit, ibi, ſicuti & Borgnin. d.deciſ.8.

Ex quibus inferri poteſt, decretum iſtud quoque dici
diuiduum, cum res, ſuper quibus emanauit, ſint ſepara-
28 tæ, quia regula generalis eſt, quod contractus, † obli-
gatio, vel quælibet alia diſpoſitio dicitur diuidua, ſe-
cundum naturam rei in ea deductæ, ita Gomeſ. variar.
reſol.tom.2.cap.10.num.2. poſt Bart. in leg.græce, §. illud
commune.ff.de fideiuſſion.

Quarto, aut dicimus formam, & conditionem huius
decreti, ſeu reſcripti fuiſſe additam fauore D. Violantis
ſupplicantis, & conſtituentis dotem, & tunc cum hæc
29 forma dicatur reſpicere priuatam vtilitatẽ, potuit † o-
mitti citra annullationem actus per eum, cuius commo-
dum reſpiciebat, cap.fin.§.ſi autem, vbi notat Abb. in 2.
notabil.de offic.delegat. Deci. in cap.cum acceſſiſſent, n.23.
de conſtitut. idem, in l.1.n.28.in fine.ff de offic.eius.& in l.
pacta, quæ contra, ſub num.11.C.de pact. Ruin. conſ.46. ſub
n. . . . . vol.5. Gabr. conſ.149. n. 89. vol.2. Riminald. Iun.
conſ.16.n.21. idem conſ.207.num.53.

Aut volumus, eandem formam, & conditionem appo-
ſitam fuiſſe in decreto, fauore filiorum primi matrimo-
nij, & tunc quoque actus non debet corruere, ex quo
plenius adimpleta fuit intentio Principis ad fauorem fi-
liorum, non conſtituendo mobilia in dotem, quia ex
hac omiſsione potuerunt conſequi illa integraliter in ca-
ſu prædeceſſus matris, ſicuti in effectu ea ſunt conſecu-
ti, cum tamen, ſi aſsignata fuiſſent in dotem viro, non
30 potuiſſent † conſequi, niſi duas partes, & vitricus ter-
tiam, tam iure communi, l.hac edictali, Cod.de ſecund.
nupt. quam ex diſpoſitione noſtri Statuti, ſub rubrica
de dote per maritum lucranda, vbi enim ſeruitur mens
31 Principis, licet † non verba, actus ſubſiſtit, vt tradit
D.Surd. in hac ipſa deciſ.268.n.25.& 26. vbi comprobat,
magis attendi cauſam finalem, quam verba, & quod
32 forma ſpecifica dicatur adimpleri; † quando plenius,
& pinguius adimpletur, tradit Iaſ. in l. qui quartam, nu-
mer.3.& 4.ff.de legat.1. ſicuti nec dici omiſſam formam,
33 quando actus habet eandem † vim, quam deſiderat
forma, licet in ſuperficie ſeruata non fuerit, ſcribunt Bec-
ci. conſ.197.n.1. Riminald.Iun. conſ.539.n.23. vbi inquit,
quod quoties forma inducitur propter aliquem effe-
34 ctum ſufficit, † ſi per æquipollens ſeruetur, & indu-
catur effectus deſideratus, Turret. conſ.36.n. 32. vol. 3.
Farinacc. deciſ.10.ſub n.10.

Quinto, & vltimo, cum D. Violantes poſt 15. annos
ab hoc augumento dotis, quo tempore erat maior, fece-
rit actus poſitiuos ſuper hac conſtitutione, dum conſen-
ſit marito, vt alienaret partem quandam horum ſtabi-
lium Cameræ Ducali, renunciando omnibus iurib. quæ
35 in illis habebat, & de euictione promittendo, † dici-
tur ratificaſſe hanc dotis conſtitutionem, l.2. C.ſi maior
fact.lib.2.Codicis,& l.fin.C.ſi maior fact.lib.5.Codicis,So-
cin. conſ.80.ſub n.21.vol.4. vbi tollit obiectum, quod fie-
ri poſſet, tunc de hoc augumento principaliter actum
non fuiſſe, Bald. conſ.184.n.4.& 5. vol.2. Crauett. conſ.
154.ſub n.5. Cephal. conſ.393.n.44.& ſeq. D.Surd. deciſ.
70.n.4.& deciſ.208.ſub n.10. Simoncel. de decret.lib.3.tit.
8.ſub n.92.

Accedat, quod cum idem Princeps poſt 15.annos re-
ceperit datium pro ipſa conſtitutione dotis, cẽſetur eam
approbaſſe, & declaraſſe pro valida, quia de contra-
36 ctu nullo nullum † debetur datium, Alex. conſ. 104.n.
5.vol.1. Anguil. conſ.18.n.337. D.Surd. deciſ.305. nu.17.
37 & ex obſeruantia ſubſecuta declarantur † verba reſcri-
pti, quid fieri licuerit ei, qui illud impetrauit, Ioſ. Lu-
dou. concl.38.illation.20.

Prædictis non obſtantibus, quæ non latuerunt Dom.
Surdum, nec Senatum illum, ſub quo fuit facta d. reſo-
lutio, in quo, vt notum eſt, tunc redebant tales Senato-
res, qui meritò potuiſsent ius dicere in quouis (nullo
excepto) ſupremo totius orbis terrarum Tribunali, Ego
quoque cum dictis æternæ memoriæ Viris conſtanter
teneo, prædictum dotis augumentum fuiſſe omninò, &
in totum ipſo iure nullum, Quod vt facilius demonſtrem
firmandæ ſunt nonnullæ concluſiones loco præmiſſorũ,
ex quibus inferri poterit ad reſolutionem præſentis con-
trouerſiæ, & contrariorum diſſolutionem.

Pono igitur primam concluſionem contra id, quod,
pro conſtanti ex aduerſo ſupponitur, non licuiſſe Dom.
Violanti minori, & conſtante matrimonio augere do-
tem Viro, etiam de mobilibus tantum, ſine debitis ſolẽ-
nitatibus requiſitis per Statutum, ſub rubric.de modo, &
forma ſeruandis in contractibus minorum, & ſub rubrica,
In quibus caſibus, & qualiter vxores aliorum poſſint ſe obli-
gare, &c. vel ſine diſpenſatione Principis, & ob id neceſ-

ſe ha-

ſe habuiſſe ſupplicare ne dum pro ſtabilibus, ſed etiam
pro ipſis mobilibus.

Quo enim ad minorem ætatem, certum eſt de iure
communi, minorem non poſſe ſe dotare, etiam in mo-
38 bilibus ſine decreto, † & debitis ſolemnitatibus, niſi
ſint de illis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, textus eſt
in l. lex, qua tutores. in princip. C. de adminiſtration. tutor, D.
Surd. *deciſ.* 187. *n.* 1. & 17. maximè quando vult dare om-
39 nia bona, † nam tunc ea dare non poteſt ſine Iudicis
decreto, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 6. n. 2.*

Quod ſi hoc non poteſt de iure communi, multo mi-
nus etiam id facere poteſt, ſtante Statuto huius patriæ
prohibente, minores facere aliquem contractum ſine ſo-
lemnitatibus per illud indictis, quod ſecundum multos
40 comprehendit † etiam caſum dotis, vt ſupponit An-
charan. *conſ.* 94. iſta D, & expreſſe tenent Deci. *conſ.* 301.
alias eſt, conſ. 300. *per tot. maximè ſub n.* 6. Socin. Iun. *conſ.*
12. *n.* 12. *vol.* 2. Gabr. *conſ.* 10 *vol.* 1. & *conſ.* 30. *per tot.* vbi
alios allegat, *n.* 22. *vol.* 1. Virgin. Boccac. *in conſtit. Picen.
vt minorum, gloſſ.* 8. *ſub n.* 56. quos etiam refert D. Surd.
d. deciſ. 287. *n.* 4 & 5.

41 Et quatenus indiſtinctè non prohiberet dotis conſti-
tutionem, ſecundum aliorum opinionem, quam ſecu-
tus eſt Senatus Mantuæ, teſte eodem D. Surd. *d. deciſ.*
28 , tamen certum eſt, ſaltem non ampliare, imo po-
tius coarctare ius commune, adeo vt ſi non licet de iure
communi dare mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſi-
ne decreto, pariter dari non poterunt ſtante d. Statuto.

Proinde, cum ea mobilia tantum dicantur ſeruando
42 ſeruari non poſſe, † quæ triennio durare non poſſunt,
Gloſſ. *in leg.* 1. *C. ſi aduerſus vſucapion.* Iaſ. *in leg.* 1. §. *fuit
quæſitum, num.* 33. *ff. ad Trebellian.* Riminal. Iun. *conſil.*
236. *num.* 52. Gail. *lib.* 1. *obſer.* 148. *num.* 4. nec iſta, de qui-
bus agitur, eſſent talia, vt patet ex capitulis, & probatio-
nibus, quę fuerunt factæ pro eorum recuperatione, ſed
eſſent de his, quæ ſeruando ſeruari poterant, ſequitur,
quod ſine decreto, vel principis diſpenſatione in do-
tem dari non poterant, & tanto minus, cum iam iſta
mulier eſſet dotata, ita vt ſemper lęderet augendo do-
tem.

Nec reffragatur dicta deciſ. Domini Surd. 287. qua
43 reſolutum fuit, † minorem poſſe mobilia dare in do-
tem ſine ſolemnitatibus, quia caute loquitur de pecu-
nia, quæ dicitur de his rebus, quæ ſeruando ſeruari non
44 † poſſunt Iaſ. *in dict.* §. *fuit quæſitum numer.* 31. Corne.
conſ. 38. *num.* 5. & *conſ.* 49. *ſub num.* 11. *vol.* 3. Deci. *conſ.*
409. *num.* 15. Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 73. *vol.* 2. late Tiraquel.
de retract. conſanguin. §. 1. *Gloſſ.* 7. *num.* 104. & ſic prædi-
ctis non aduerſatur dicta deciſio, quinimo cum ſuperius
firmatis conuenit.

Et vbi non obſtaſſet dictum ſtatutum, *de modo*, &
forma ſeruandis in contract. minor. obſtabat tamen aliud
*ſub dicta rubrica, in quib. caſib. & qualiter vxor. alior. ſe
obligar. poſſint*, quo vxores omnino prohibentur ſe, vel
ſua bona obligare ad commodum uiri, ſub qua prohi-
bitione cenſetur etiam comprehenſa obligatio pro do-
te, vt in ſimili ſtatuto reſpondit Gabr. *dict. conſ.* 10. *vol.* 1.
45 quod † nullam videtur habere difficultatem, quando
iam ipſa mulier erat dotata, nam tunc per nouam dotis
conſtitutionem factam ipſi marito preciſè cõtrauenitur
verbis, & menti ipſius ſtatuti, quod de facili redderetur
eluſorium, ſi hoc caſu poſſet ſe obligare vxor, quia ſub
ſpecie augumenti dotis ſæpe contingeret, eam ſpoliari
ſuis bonis ad commodum mariti, & cum hic caſus non
habeat eum fauorem, qui conſideratur in dotanda mu-
liere, quæ nullam conſtituit dotem, non intrat idcirco
concluſio illa quorundam, quod ſtatutum generaliter
diſponens non comprehendat caſum priuilegiatum.

Sed quatenus daremus, non fuiſſe opus diſpenſatione
pro dictis mobilibus, quod omnino negatur per ſupra-
ſcripta, adhuc tamen ſufficit, quod princeps fuit indu-
ctus ad concedendam diſpenſationem, eo quia ipſa ſup-
plicauerat, velle etiam dare in dotem mobilia, per quo-
rum conſtitutionem cum æſtimatione ipſe videt id val-
de vtile futurum, & ſupplicanti, & filijs primi matrimo-
nij, cum illi non ſubiacerent periculo attritionis, nec
conſumptionis. & propterea aſſenſit petitis circa conſti-
tutionem ſtabilium, in quibus nullum aderat onus mari-
ti, dummodo in alio grauaretur, recipiendo mobilia ſuo
periculo, quo ſtante neceſſe habuit conſtituere in dotem
etiam mobilia, vt beneficio reſcripti gaudere poſſet,
quia alias decretum fuiſſet obreptum per expreſſionem
46 falſæ cauſæ, & ob id, † cum eſſet gratiæ ipſo iure nul-
lum fuiſſet, vt per Menoch. *de arbitrar. caſu* 201. *num.* 2.
Becc. *conſil.* 167. *numer.* 17. vbi loquitur in obreptione
47 in precibus † pro obtinenda diſpenſatione ea in ſimi-
48 le decreto principis, quod vitietur † ob falſam cauſam
tradunt Cephal. *conſ.* 207. *num.* 82. & 83. Riminal. Iun.
conſ. 5. *num.* 174. & *num.* 209. Roland. *conſ.* 7. *numer.* 55.
vol. 3. Natta, *conſ.* 631 *num.* 31. Bertaz. *conſ. ciuil.* 12. *nu-
mer.* 30. omnes in eadem cauſa ſcribentes ſuper decreto
Ducis Mantuæ.

Secundam conſtituo concluſionem contra aliud præ-
ſuppoſitum, quod fit ex aduerſo, videlicet hanc omiſſio-
nem mobilium in augumento dotis fuiſſe magis vtilem
filijs primi matrimonij, & magis ſecundum principis in-
tentionem, nam ego dico, quod imo inſpecto eo tempo-
re, etiam attenta euentus dubietate erat vtilius, & magis
eligibile filijs, quod conſtituerentur dicta mobilia æſti-
mata in dotem vitrico, quam quod omitterentur, &
quod in hac omiſſionem fuit preciſè contrauentum
principis intentioni, Nam bona iſta, vbi non fuiſſent do-
talia, conſumebantur, & corrumpebantur ad damnum
Dominæ Violentis, & conſequenter dictorum filiorum,
49 ſi in illis ſucceſſiſſent, quia damnum contingens † in re
ſine culpa alicuius ſpectat ad dominum illius, *l. quæ for-
tuitis, Cod. de pignorat. action. leg. ſi inter.* §. *quidquid. ff. de
pignorib.* §. *final. Inſtit. quib. modis re contrahitur obligat.
leg. neceſſario in princip. ff. de pericul. & commod. rei ven-
dit.* Caſtr. *conſ.* 471. *ſub num.* 1. *vol.* 1. Nat. *conſ.* 194. *nu.* 7.
D. Surd. *conſ.* 61. *num.* 39. Roſental. *de feud. cap.* 10. *concl.*
43. *num.* 91. ſi vero conſtituta fuiſſent in dotem æſtimata
50 uiro, periculum, † & attritio uiri incommodo ſuccede-
bat, *l. plerumq; in principio, ff. de iure doti.*

Vlterius, ſi conſtituta fuiſſent in dotem, filij reddeban-
tur magis tuti de ſuccedendo in eis ſaltem pro duabus
partibus, vbi non naſcerentur aliqui filij, vel vnus tantum
ex ſecundo matrimonio, quia mater ex diſpoſitione ſta-
tuti ſub rubrica de dote per maritum lucranda, non po-
teſt diſponere de dote in præiuditium filiorum, ſi vero
non fuiſſent dotalia, ad libitum potuiſſet de eis diſponere
Domina Violantes, ad pręiuditium ipſorum filiorum,
vnde licet potuiſſent etiam ſuccedere in totum in eis, vbi
de illis non diſpoſuiſset, vel non fuiſsent conſumpta, tum
quia id pendebat a futuro euentu, & erat valde incer-
tum, conſtitutio vero in dotem reddebat eos tutos a
conſumptione, & à diſpoſitione in eorum damnum, vti-
que magis vtile, & expediens fuit illis hæc conſtitutio in
dotem, quam omiſſio; quia vtilitas, & minor certa,
51 æquiualet, † imo prefertur commodo futuro incerto, vt
probat textus, *in l. Lucius,* §. *final. ff. ad Trebellian. leg.
cum hi in princip. ff. de tranſaction.* & faciunt, quæ tradun-
tur de emptione iactus retis pro decem, nam ſi capian-
52 tur † piſces valentes centum, per hoc tum non reſcindi-
tur contractus, vt per Bero. *conſ.* 90. *num.* 12. *vol.* 1. per
Henriquez, *conſ.* 55. *ſub num.* 4. qui ex Baldo, inquit in-
certa ad minimam ęſtimationem redigi, modicum enim
53 † & incertum æquiparantur, Anguil. *conſ.* 80. *ſub nu.* 8.
54 & 17. imo incertum, † & nullum, Crauet. *conſilio* 231.
num. 3. Beretta, *conſ.* 134. *num.* 8. & certi ad incertum
55 non eſse † eandem rationem ſcribit Gloſs. *in leg. ſticho
in verbo non competeret in fine, ff. de ſtatuliber.* & certa
56 propter incerta † relinqui non debere, probant textus,
in leg. non quemadmodum, ff. de iudic. l. quia ratio, vbi Gl.
1. *ff. de condition. inſtitut. cap. ſi quis autem, in fine, de pœ-
nitent. diſtinct.* 7. vbi dicitur, *tene certum, & dimitte in-
certum*, Gloſ. *in l. cogi in* §. *ſic pater in verbo certis, ff. ad
Trebellian.* cum alijs apud Crauet. *conſ.* 1000. *in condi-
mento, num.* 50. *vol.* 6. *fol.* 196. Decian. *conſ.* 39. *num.* 116.
vol. 2. Peregr. *conſ.* 1. *ſub num.* 13. *volu.* 4. Socin. Iun. *con-*

ſilio

Digitized by Google

ſilio 31. *numer.* 32. *volumine* 2. & certa preferenda eſſe
incertis ſcribit Cephal. *conſil.* 393. *numer.* 201. *& conſilio*
719. *num.* 56.

Facit quod dicitur in Authent. de tabellionibus circa
57 medium melius eſſe pauca † caute agere quam multis
periculosè intereſſe, Et denique vulgo notum eſt, & in
ore omnium ad preſens oua, cras, pullis eſſe meliora, Gl.
1. *in leg. cum hi, ff. de tranſact.* Aretin. *conſ.* 54. *in fine,*
per quam dicit Corne. *conſ.* 76. *ſub num.* 16. *volumine* 4.
58 paruum commodum † de preſenti preferri magno de
futuro Riminal. Iun. *conſ.* 400 *num.* 65. *& conſ.* 809. *num.*
39. vbi refert vulgare prouerbium, *l'è meglio un tien,
tien, che cento piglia piglia.* Pruchman. *conſilio* 49. *numer.* 86.

Et quamuis aſſeratur filios integraliter dicta mobilia
conſecutos fuiſſe, quæ tamen non habuiſſent, niſi pro
duabus tertijs partibus, ſi conſtituta fuiſſent in dotem, ta-
men primo ego nego hoc, quia capitularunt multa alia
bona ad fuiſſe, in quibus tamen defecerunt in probatio-
nibus, & ob id ea conſequi non potuerunt, ſecundo ea
habuerunt talia qualia reperta fuerunt, & ſic attritio fuit
eorum periculo, Tertio dico quod non attenditur quod
59 † euenit, ſed quod euenire poterat Bartol. *in leg.* 1. *§.
vſque adeo, nu.* 3. *ff. de tutel. & ration. diſtrahend.* Rimin.
Iun. *conſ.* 358. *num.* 55. vnde quia poterant nihil conſe-
qui filij, ex non conſtitutione ſi mobilia conſumpta fuiſ-
ſent vel mater de illis diſpoſuiſſet, è conuerſo vero ex
conſtitutione certi reddebantur, de aliqua parte non
attrita non fuit vtilior omiſſo, ſed valde damnoſa.

Quod autem preciſè fuerit contrauentum intentioni
principis non tam, ex prædictis patet quam ex eo quod
quantum in ſe fuit mater voluit aliquid de iſtis bonis
peruenire ad filios, quia loco conſtitutionis in dotem ad
conſeruationem filiorum, vt deſiderabat princeps, ea aſ-
ſignauit viro poſt mortem, vt in totum illi acquireren-
tur, & nihil remaneret filijs, ſed & in dubio quoties om-
60 mittitur forma actus preſumitur damnoſus, pro † illo
in cuius fauorem forma erat inducta Bald. *in l. quacunq;
num.* 4. *Cod. de bon. qua liber.* Dec. *conſ.* 532. *nu.* 12. Tiraq.
in l. 16. *connubial. Gloſſ.* 8. *num.* 89. Paril. *conſ.* 12. *num.* 55.
vol. 2. Paſet. *conſ.* 128. *nu.* 13.

Tertiam rurſus pono concluſionem, cauſam finalem
qua motus fuit princeps ad concedendam hanc gratiam
Dominæ Violanti fuiſſe quia ſi ipſa, & filij primi matri-
monij grauabantur in vno per conſtitutionem huius no-
uæ dotis, cum maritus foret lucraturus fructus viuente
vxore, & partem capitalis ea prędecedente, in alio ta-
men releuabantur, quia per conſtitutionem totius fa-
cultatis in dotem, ipſa bona amplius minui non pote-
rant nec cenſum ad præiuditium dictæ D. Violantis, nec
filiorum primi matrimonij, ſed ipſius mariti tantum,
ita vt in caſu dotis reſtituendæ, ſalua ſemper futura erat
ſucceſſio ad ratam dictis filijs in bonis integris, & nequa-
quam diminutis, pro vt ratio ſpecifice exprimitur in ip-
ſo decreto, quæ quidem ratio vtique locum habere non
poterat, nec verificari, niſi omnia bona integraliter con-
ſtituta fuiſſent in dotem ſaltem reſpectu mobilium, ex
quo ſolo ipſo tempore conſumuntur, & ſuberat proba-
bile dubium conſumptionis, ex quo vxor tanquam mi-
nor, & iuuenis poterat diutius viuere, & in totum pote-
rant diſſipari a matre vbi non fuiſſent dotalia, vt dice-
bam in precedente concluſione, & ob id princeps cum
miſterio locutus fuit de tota facultate, ad excludendam
quamcunque diminutionem.

Hanc autem fuiſſe cauſam finalem deducitur, tum ex
quod fuit principaliter expreſſa, nam verbum *maxime,*
61 † quo fuit reddita denotat eam eſſe principaliſſimam
& cæteris vrgentiorem, vt tradit Bartol. *in extrauagant.
ad reprimendum, in verbo, & maximè,* Cardinal. Tuſc.
in verbo dictio, conclus. 309. *tomo* 2. *fol.* 634. cauſa autem
62 quæ fuit † principaliter, expreſſa, & conſiderata cen-
ſetur finalis, *l.* 1. *in princip. ff. ad Macedon.* Bero. *conſ.* 180.
num. 42. *vol.* 2. tum dicitur finalis quia reſpicit commo-
63 dum omnium partium † ſcilicet vxoris filiorum, &
mariti Æmilian. *conſ.* 79 *num.* 22. Achil. Pedroc. *in ſuo
vnic. reſponſo de diuid. & indiuid. ſub num.* 249. & præci-
65 pue dicitur finalis quando † reſpicit commodum ter-
tij, vt hic ſcilicet filiorum, Tiraquel. *in tractat. ceſſant.
cauſ. limitat.* 1. *num.* 52. Galganet. *de condition. parte* 2.
cap. 4 *quaſt.* 9. *num.* 16. tum, & tertio quia cauſa finalis in-
65 telligitur illa qua poſita in eſſe, voluntas diſponentis †
in eſſe ponitur, & ea ceſſante ceſſat conſenſus, vt per
tex. *in l. final. ff. de hæredib. inſtit.* docet Bal. *in leg.* 1. *num.*
1. *verſic. item poni poſſunt, C. quand. non petent. part.* Æmi-
lian. *conſ.* 10. *ſub num.* 4. *verſic. Et quod.* Pedroc. *vbi ſu-
pra, ſub dict. numer.* 249. principem autem ſine ea non
fuiſſe conceſſurum patet, quia conſulit ſuper hoc ſuos
ſenatores, qui reſponderunt id tuto ipſum concedere
poſſe quia ſemper ſalua futura erat rata portio ſucceſ-
ſionis filijs ſine diminutione, ſi tota dictæ exponentis fa-
cultas in dotem redacta fuerit, quia amplius minui, &
66 conſumi non poterit, tum quarto hæc † dicitur cauſa
finalis quia fuit conditionaliter addita, ſeu in diſpoſitio-
ne conditionali, Bald. *in leg.* 1. *§. ſi parendi, ff. de condict.
cauſ. dat.* Tiraq. *in tract. ceſſante cauſ. limitat.* 1. *ſub num.*
23. 41. *&* 60. nam indulſit princeps facta tam prius de
omnibus exponentis bonis iuſta æſtimatione, iſta enim
67 verba ablatiui † abſoluti important conditionem, *l. a
teſtatore, ff. de condition. & demonſtr. leg. ab emptione, ff. de
pact. leg. euictis, ff. de euiction.* quos textus cum multis no-
ſtrorum auctoritatibus, allegat oppoſitæ in hac cauſa D.
68 Surd. *d. deciſ.* 168. *num.* 11. & in ablatiuo abſoluto † cum
dictione, *tamen,* pro vt in caſu iſto tradit Bec. *conſil.* 172.
69 *num* 3. maxime quia illa dictio, *tamen,* eſt † modifica-
tiua, & limitatiua, *leg. ita tamen, ff. ad Trebel. leg. vbi
adhuc, §. ita tamen, ff. de iur. dot.* Menoch. *conſ.* 146 *nu.* 8.
70 tum denique hæc dicitur cauſa finalis, quia in dubio †
talis preſumitur, Eugen. *conſ.* 17. *nu.* 4. Pedroc. *d. conſil.
vnico, num.* 249. *in fine.*

Ex hoc autem quod cauſa finalis fuerit aſſignatio om-
nium bonorum, & eorum omnium æſtimatio, & quod
hæc conceſſio fuerit conditionaliter facta, & modificati-
ua reſultat, quod dicatur indiuidua, & importare for-
mam, & quod in minimo non obſeruata actus fuerit in
totum nullus.

71 Nam quo ad cauſam † finalem illa reputatur, pro
forma, & ſubſtantia actus, Bald. *in cap.* 1. *ad finem, an
mutus vel imperfect. in vſibus feudor.* Brun. *in tract. de for-
ma in titul. ex quibus conſiſtant forma, & ſolemnitas verſ.
vigeſimo primo, fol.* 20. *colum.* 1. Pedroc. *d. conſ. vnic. de
diuid. & indiuid. ſub numer.* 249. *verſic. & ipſa finalis,*
Decian. *conſil.* 7. *ſub num.* 21. *vol.* 1. Tiraquel. *in tractat.
ceſſante cauſ. limitat.* 1. *nu.* 6. & ea facit actum diuiduum,
72 † vel indiuiduum ſecundum intentionem agentis, Pe-
73 droc. *d. conſ. vnic. num.* 232. atque requirit † implemen-
tum ſicut conditio, Æmilian. *conſ.* 10. *num.* 3. Pedroc. *vbi
ſupra, ſub num.* 249. *verſic. idemque;* & ob id ſi ipſa deffi-
cit actus funditus vitiatur in totum, *leg. cum te fundum,*
vbi Bald. Caſtr. & alij, *C. de pact. inter empt. & venditor.*
Bald. *in l. nec apud, Cod. de hæredib. inſtituend.* Dec. *conſ.*
450. *num.* 4. Crauet. *conſ.* 192. *num.* 22. *& conſ.* 299. *num.* 1.
& conſ. 246. *per totum præcipue, num.* 2. Socin. *conſ.* 26. *per
tot. & maxime ante num.* 4. *volum.* 3. D. Surd. *conſ.* 68. *nu.*
21. *& conſ.* 301. *num.* 6. *& deciſ.* 344. *num.* 19. *part.* 2. Bec.
conſ. 45. *num.* 29. & bene Pedroc. *dict. conſ. vnic. num.* 234.
& 238. *vbi num.* 235. extendit etiam habere locum licet
74 in diſpoſitione † agatur de pluribus rebus ſeparatis,
quod ante eum ſcripſit etiam Crauet. *d. conſ.* 246. *num.* 3.
75 quia non præſumitur, quod princeps † aliter fuiſſet diſ-
penſationem conceſſurus, iuxta tradita per Burſat. *conſil.*
194. *nu.* 25. *in fine,* Decian. *conſ.* 41. *nu.* 20. *vol.* 1. D. Surd.
conſ. 217. *nu.* 1. *&* 20.

Et ſicuti, ex defectu cauſæ finalis, in totum vitiatur
actus, ita quoque ex deffectu conditionis, ſub qua ſupra
dixi factam fuiſſe conceſſionem, quia conditio inducit
76 † formam Dec. qui loquitur de conditione reſultante,
ex ablatiuo abſoluto, *conſ.* 11. *ſub num.* 9. *& conſilio* 466.
num. 18. Bec. *conſ.* 163. *num.* 22. *& conſ.* 172. *num* 3. D. Surd.
deciſ. 202. *num.* 8. Brun. *in tract. de forma, in titulo quando
aliquid cenſeatur traditum pro forma, in vndecima conclu-*

ſtone, fol.36.colum.1.& ante eos Felinus, in cap.cum dile-
cta, ſub num.6.verſic. ſecundum ſignum de reſcript. vbi in-
quit vnum ex ſignis formæ eſſe † quando in diſpoſitio-
ne legis, vel hominis aliquid ponitur conditionaliter ipſi
& importat cauſam finalem, Cuman. & Caſtr. in leg 2.
§.final. ff. de donation. Itaq in tract.ceſſante cauſ. limit.
1, num.60. D.Surd. deciſ. 7. numer. 10. & deciſ. 232. num.
7.Galganet. in tract. de condition. parte 1.cap. 88. num.14.
77 & habet † vim præcepti, l. cum ita legatum, ff.de condi-
tion. & demonſtrat. D.Surd. d deciſ. 232. nu.8. Galganet.
dict.tract.de condition.part.2. capit.5.quæſtione 3.num.12.
78 fol.301.& eſt indiuidua Pedroc. d. conſ. vnic. de diuid. &
indiuid.num.171. vbi ampliat hoc procedere etiam ſi vna
conditio diuidua ſit coniuncta alteri indiuiduæ, nam
vtraque dicitur indiuidua, & ipſa conditio facit actum
indiuiduum, leg.qui duobus, & leg fundus, ff. de conditio-
nib. & demonſtrat. D.Surd. deciſ.7. num.37. latè Pedroc.
vbi ſupra ſub num. 176. propterea ſi defficit in parte, in
79 totum † deffecta cenſetur, Pedroc. dict. loco, num. 169.
& actus in totum corruit, Nat. conſ.430. ſub num.16. Bec.
dict.conſ. 163. num.22. & 172. ſub num.3. Hond. conſ. 60.
num. 14. & 15. vol. 1. vbi dicit, quod ſi conditio in mini-
80 mo deficit, ceſſat † diſpoſitio in totum, quod repetit,
conſ.78.nu.21. eod.vol.1. vbi ſubdit, conditione deficien-
te idem eſſe, ac ſi diſpoſitio facta non fuiſſet.
81. Denique, † ex eo, quod cum verbis modificatiuis
princeps diſpenſauit dicitur inducta forma Ancharan.
conſ.241.circa finem, Deci. conſ. 261. num.2. alias eſt conſ.
262. & conſ.434. num.1. & conſ. 455. num.7. & conſ. 528.
num. 12. & conſ. 531. num.1. & 531. num. 2. & 612. nu.2.
Marſil. conſ.131.num.17. Beci. conſil.12. num.24. & conſ.
62. ſub num.43. D.Surd. dict. deciſ.268. num.9. circa finem,
Brun. in dict. tractat. de forma in titul. quando aliquid
cenſeatur traditum pro forma, concluſ. 4. fol. 34. colum. 1.
82 vbi inquit, † quod dictiones taxatiuæ appoſitæ in diſ-
poſitione ſunt ſigna ſolemnitatis, & formæ, Sicuti, &
aliud ſignum formæ huius conceſſionis reſultat, ex ex-
8 preſſione † eius, quod meat à iure, non de neceſſitate,
ſed ex honeſtate. vt per Felinum, in dict. cap. cum dilecta
ſub num. 6. verſic. primum ſignum &c. extra de reſcript.
nam non erat de neceſsitate, quod in hac conſtitutione
dotis fuerit æſtimatio, erat tamen de honeſtate; Signum
quoque formæ notat ibidem Felinus, verſic. ſeptimum
ſignum &c. eſſe quando in diſpoſitione dicitur, quod ita
demum fieri poſſit, &c. hic enim æquipollentia verba
adiecta ſunt, ſcilicet facta prius de omnibus æſtimatio-
ne.

Præſuppoſito igitur quod decretum iſtud induxerit
formam ſequitur, quod citra vitium nullitatis totius
84 actus nihil ommitti potuerit, quia forma † eſt indiui-
dua, leg. ſi is, qui, ff. de teſtament. Roland. conſil. 72. ſub
num.64. circa finem, vol.3. Anguil. conſ. 32. numer. 245.
Pedroc. dict.conſ.vnic. ſub num. 120 vbi quod eſt indiui-
85 dua, & de genere † indiuiſibilium Bec. conſ. 12. ſub nu.
86 30. Turret. conſ.47. num. 15. vol.1. & facit † actum in-
diuiduum, Bartol. in leg. grecè, §. illud ſub nu.4. ff. de fide-
iuſſorib. Pedroc. vbi ſupra, dict. num.120. & ideo ea præ-
87 cisè non ſeruata actus † corrumpitur in totum ipſo iu-
re, leg.cum hi, § ſi prætor, ff.de tranſaction. Roman. conſ.
236.num 8. Alex. conſil.137. num. 15. vol. 2. Becc. conſil.
245. num.39. Crauet. conſ.671. num.10. etiam ſi in mini-
mo omittatur, leg. ſi vnus, vbi Iaſ. num. 3. C. de teſtam.
Pedroc. conſil. 37. numer. 22. & quamuis pars deſſiciens
88 † non eſſet in culpa, Crauet. conſ.671. ſub num. 10. tunc
enim tanquam verſemur in inſeparabilibus, vtile per inu-
89 tile † vitiatur Bartol. in leg grecè, §. illud num. 3. in fine,
ff de fideiuſſ. Roman. conſ.66. in fine, Anguil. conſ. 32. nu.
245. Roland. conſ.72. num.66. vol.3. Alba, conſ.271. n.21.
Fabi. Turret. conſ.47. num. 16. vol.1. Pedroc. conſ. vnico,
90 num. 166. & qui facit partē formæ, † nihil feciſſe vide-
tur, Bald. in leg. ſi is qui in primo notabili, ff. de teſtament.
91 quia forma ex † integritate conſiſtit, leg. heredes, §.
idem iuris qui familia herciſcund. Iaſ. conſilio 216. in prin-
cip. vol.1. Becci. conſ.45. ſub n.10. ex quo idem eſt forma,
92 quod ſtatus perfectus rei, † & diſpoſitionis, Bal. in l.
ſi plures, col. 3. ante n.13. verſic. omnis autem forma, &c.
C. de condit. inſertis, vnde diuiſio illam corrumpit, Bal.
in l ſi ſeruus in 2. lect. n.3. ff. ſi quis caution. Roland. d. conſ.
72. n 64. in fine, vol.3.

Quartam firmo concluſionem, quod in iſto decreto,
& diſpenſatione conſtitutio in dotem omnium bono-
rum, & non partis tantum, fuit correſpectiua conceſſio-
nis, & diſpenſationis, & quod datio mobilium fuit cor-
reſpectiua ſtabilium, & plura hæc bona vnica oratione
comprehenſa loco vnius tantum habita fuerunt, itavt v-
nicum contractum, & conſtitutionem facerent.

Quandoquidem ſicuti duo actus, quando fiunt vnico
contextu, vel etiam incontinenti modico interuallo,
vnus poſt alium, dicuntur correſpectiui, & vnus cenſetur
93 factus gratia alterius. † & quod diſponentes non fuiſ-
ſent facturi vnum ſine alio. gloſſ. in l. vt iuſiurandi, in
princip in verb. libertatis, ff. de oper. libert. latè Menoc. lib.
6. præſumpt. 12. per tot. maximè n.4. & latius Pedroc. d. con-
ſil. vnic. n.379. Crauett. conſ. 393. n.2. & conſ. 543. nu.5. &
94 547. n.14. & conſil. 639. n.2. & ſicuti pacta omnia † in
vno contractu appoſita cenſentur inuicem correſpectu-
a, Gabr. conſ.168. n.12. vol.1. Pedroc. d. conſ. vnic. ſub n.
382. verſic. dicente, &c. Quæ correſpectiuitas fortius præ-
95 ſumitur in geſtis eodem contextu, † & inſtanti (licet
arguatur, & vt dixi in geſtis, diuerſis temporibus modi-
co intercedente interuallo) Crauett. conſ. 239. ſub num.
6. verſic. Rurſus, &c. Becc. conſ. 92. n.7. in fine, Pedroc. vbi
ſup. n.392.

Ita quoque vbi plures res, vnica diſpoſitione compre-
henduntur, cenſentur inuicem, correſpectiuæ, & vna
96 gratia alterius in diſpoſitione deducta, & pro † vno
tantum indiuiduo reputantur, argumento, l. in eiuſdem,
ff. de ædilit. edict. l. ſancimus, §. ſi quis autem. C. de donation.
late Pedroc. d. conſil. vnic. n.263. vſq; ad n.286. & n.700. &
707. & 689 & 898. facit Becci. conſil. 92. n.8. & 17.
97 In correſpectiuis autem vnus actus, † vel vna res cē-
ſeatur pars alterius, Corn. conſ.36. n.14. vol.2. & pro vno
reputantur, Crauett. conſ.298. ſub n.13. & conſ.461. ſub n.
39. Menoch. lib.6. præſumpt. 12. n.2. & 3. Caputaqu. dec.
235. n.1. p.1. Pedroc. conſil. vnic. n. 391. atque dicuntur,
98 † & ſunt indiuidui, Crauett. conſil. 356. num.3. Rimin.
Iun. conſ.662. num.18. in fine, & conſil. 807. nu.6. Pedroc.
ſæpedicto conſil. vnic. num.398 & ſub num.498. verſic. quæ
99 autem. indiuidua † enim dicuntur, quorum vnum ſi-
ne altero ſtare non poteſt, Crauett. conſil. 538. num.15.
100 Pedroc. vbi ſup. num.397. qualia ſunt † hæc correſpe-
ctiua, quæ ſeorſum ſtare nequeunt. Crauett. conſil. 393.
101 n.2. Alex. conſil.111. n.3. vol.3. ſed vno ceſſante. † cor-
ruit & aliud, l. filio, §. matri, & l. alumnæ, §. Seia, ff. de
adimend. legat. l. etiam, §. ex cauſa, ff de minorib. l. a vno em-
ptor, ff. de reſcind. vendit. Alex. d. conſil. 111. nu.3. volum.3.
Crauett. conſil. 179. num.13. & conſil. 246. num.4. Rimin.
Iun. conſil. 662. num.18. & conſil. 807. num.5. Menoch. lib.
6. præſumpt. 12. num.2. Honded. conſil. 82. num. 6. volum.
1. Rota, deciſ. 677. num.2 par.1. Pedroc. conſil. 29. numer.
81. & d. conſil. vnic. num.400. & num.899. cum etiam vnū
dicatur cauſa finalis alterius, Decian. conſ.32. num. 116.
volum.2. Caroti. de depoſito. part.2. quæſt.185. Pedroc. d.
conſ vnic. num.384.

Quinta erit concluſio, quod licet quid ſit ſui natura
102 diuiduum, nihilominus † pluribus de cauſis, & reſpe-
ctibus poteſt fieri indiuiduum, & ideo non concludit ar-
gumentum, res in diſpoſitione deductæ ſunt diuiduæ, er-
go, & diuidua eſt diſpoſitio, ſi ex aliquibus circumſtā-
tijs colligatur indiuiduitas, ita probat text. in l. ſi ita fue-
rit ſeruus duobus, ff. de manumiſſ. teſtament. per quem dicit
Hormanot. in l.4. §. Cato, num.481. ff. de verbor. obligat. in.
103 rem diuiduam, ratione † adiuncti fieri indiuiduam.
& cum ſequitur Pedroc. d. conſ. vnic. ſub num. 171. verſic
104 cum per eandem, &c. indiuiduum enim † quid eſt, vel
à natura, vel ratione voluntatis contrahentium, vel ra-
tione dependentiæ, vt principale, & acceſſorium, vt
declarat Pedroc. d. conſ. vnic. num.121. vel ratione formæ,
vt hos quattuor modos recitat Bart. in l. grecè, 9. §. illud,
num.4. ff. de fideiuſſ. hinc diuidua per ſe ratione perſona-
rum,

Digitized by Google

105 rum, vel rerum efficiuntur indiuidua † ex intentio-
ne partium, l. Pedius, ff. de recep. arbitr. Bart. in d. l. græ-
cè, §. illud. num. 4. ff. de fideiuſſ. Pariſ. conſil. 12. num. 74. vo-
lum. 2. Bolognet. in d. §. Caro, ſub num. 27. & 97. Pedroc.
d. conſ. vnic. num. 302. 712. 806. & 807. puta ſi ſint ordina-
106 ta † ad aliquod indiuiduum, l. fideicommiſſa, §. ſi in o-
pere, ff. de legat. 3. quem textum perpendunt Angel. Imol.
& Caſtrenſ. in l. in executione, §. 1. ff. de verbor. obligat. Bal.
in l. ſi pluries, ſub num. 12. C. de condit. inſert. Pedroc. dict.
conſ. vnic. num. 810. & 811. exemplum etſi in pecunia,
quam per ſe eſt indiuidua, nihilominus ſi promittatur,
vel legetur pro aliquo opere faciendo talis obligatio e-
107 rit indiuidua, vel ſi plures † res diuiduæ vnico tantū
capite ſententiæ comprehendantur, reſultabit pariter in-
diuiduitas, Roman. in l. 1. §. penultim. num. 34. ff. de ver-
bor. obligat. Gabr. conſil. 5 . num. 1. & 9. volum. 1. Rimin.
Iun. conſil. 7. num. 4. Burlatt. conſil. 219. num. 9. Pedroc.
108 vbi ſup. ſub num. 711. † vel ſi ſint inter ſe correſpectiuę
licet aliàs diuiduæ, fiunt tamen indiuiduæ, vt dixi in prę-
cedenti concluſione, Pedroc. d. conſ. num. 3 2 398. 689.
& 700 vel ſi in diſpoſitione loquente de pluribus rebus
109 diuiduis adſunt verba, † Omnia, & ſingula, (vt in
caſu iſto) nam tunc ratione dictorum verborum haben-
tium vim indiuiduæ expreſſionis fit indiuidua, Pedroc.
vbi ſup. num. 4 0. cum ſeqq. & 690. vel quando res ipſę ſe-
110 paratim non reddunt tantam vtilitatem, † quantum
vnitæ, tunc enim quoque diſpoſitio redditur indiuidua,
l. quod autem, § final. cum l. ſeq. ff. de in diem adiction. l. cū
eiuſdem, §. interdum, ff. de aedilit. edict. l. ſi quis aliam, ff. de
ſolution. Crauett. conſ. 631. num. 6. Riminald. Iun. conſil.
398. num. 12. Pedroc. ſæpedicto conſ. vnic. de diuid. & in-
diuid. num. 318. 326. & 870. vel denique oritur indiuidui-
111 tas, licet res ſui natura † ſint diuiduæ, ſtante actus,
vel ſermonis vnitate, l. ſancimus, §. ſi quis autem, C. de do-
nation. Bal. in l. illud, ſub num. 10. C. de Sacroſanct. Eccleſ.
Pedroc. vbi ſup. num. 281. 288. & 707.

In propoſito autem caſu, quamuis res deductæ in hac
dotis conſtitutione eſſent ſui natura diuiduæ, nihilominus
quia ex intentione Principis diſpoſitio erat ordinata
ad actum indiuiduum, ne res ipſæ amplius diminueren-
tur periculo filiorum, nam per diuiſionem non ſeque-
112 batur effectus diſpoſitionis, & vbi diuiduum † cor-
rumpit diſpoſitionem, dicitur indiuidua, Bal. in leg. ſi
plures. colum. 2. in fine, ſub num. 12. verſic. Indiuiduum diſ-
poſitionis cognoſcitur, &c. C. de condit. inſert. nec non quia
vnico capite, & oratione continebantur in ſola vnitate
actus, & quia erant inter ſe correſpectiuæ, vt ſuperius
probaui in præcedenti concluſione, & quia adſunt ver-
ba, Omnia, & ſingula, & quia ſeparata non reddebant
tantam vtilitatem conſtituenti dotem, & filijs primi ma-
trimonij, quantam vnitæ, quia pars omiſſa deteriioraba-
tur ad eorum damnum, ex his omnibus reſpectibus, &
circumſtantijs dicendum eſt hanc diſpenſationem fuiſſe
indiuiduam, reſpectu damnorum dandorum in dotem.

Sexta, & vltima ſit concluſio, quam etiam tetigi in
tertia concluſione, ſub verſic. Præſuppoſito igitur, quod
113 decretum, &c. † quod in indiuiduis, & inſeparabilib.
vtile per inutile vitiatur, l. 1. §. item quæritur, & §. Tre-
batius, ff. de aqua quotidian. & æſtiu. Bart. in l. græcè, §. il-
lud, ſub num. 3. ff. de fideiuſſ. Bal. in l. certi conditio, §. quo-
niam, num. 3. verſic. decimus eſt, &c. ff. ſi cert. petat. Natt.
conſ. 479 num. 29. Riminald. Iun. conſil. 298. num. 32. cum
infinitis apud Pedroc. d. conſ. vnic. num. 166. & num. 499.
vbi poſt Alex. loquitur in indiuiduo ex intentione con-
114 trahentium, & num. 894. nec † ſufficit in obligatione
indiuidua eam pro parte impleri, l. in executione, verſic.
Secunda ſpecies, ff. de verbor. obligation. Pedroc. d. conſil.
115 num. 862. quia qui partem indiuidui † facit, nihil fe-
ciſſe videtur, Bald. in l. ſi is qui in 1. notabil. ff. de teſtam.
116 & nihil actum dicitur in indiuiduis, † quando aliquid
ſupereſt agendum, Pedroc. vbi ſupr. nu. 370. 748. & 749.
117 & indiuiduorum eam † eſſe naturam, vt alteri per al-
terum præiudicetur, ſcribit Hieronym. Butigel. in l. ſer-
118 uus, num. 20. C. de pact. quia vnum ſine † altero ſtare
119 non poteſt. Crauett. conſil. 538. num. 15. † & vnum ſi-

ne altero admitti nequit, idem Crauett. conſ. 356. num. 5.
cum ſeqq.

Quibus ita præmiſſis, & prę ſuppoſitis ſequitur, quod
etſi D. Violantes non cogebatur vti diſpenſatione, nec
conſtituere bona ſua in dotem marito, ſi illi penitus re-
nunciare voluiſſet, quia erat poſitum in eius facultate,
vt poſſet, & valeret facere iſtud augumentū dotis, tamen
vbi elligit vti ea, debuit obſeruare omnia illius requiſita,
& in totum eam acceptare, & adimplere, non autem
pro parte, vtens enim aliqua diſpoſitione tenetur vti cū
120 omnibus † ſuis qualitatibus, l. final. §. etſi præfatam,
& §. ſin autem hoc aliquis, verſic. cum enim, &c. C. de iure
deliber. Lancellott. Deci. in l. principalibus, §. ſeruum tuū,
colum. 2. verſic. Nota ex iſto textu, ff. ſi cert. petat. vbi ex il-
121 lo textu colligitur, quod qui vult carnem, † debet ha-
bere etiam os illi annexum, ſequitur Neuizan. conſil. 87.
num. 15. & 16. & exornat D. Surd. conſ. 152. num. 18. & d.
deciſ. 268. num. 12. vbi alios allegat; nam facultas alicui
competens, ex ſignificatu verbi (Poteſt) durat donec
res eſt integra, nec is, in cuius eſt libertate incipit facere,
122 ſed vbi † elligit facere; tunc conuertitur in neceſſita-
tem cauſatiuam, de qua per Bart. & alios, in l. Gallus,
in princip. ff. de liber. & poſthum. & de qua dixi in primo
fundamento contrariæ partis, ita declarat Sola, ad con-
ſtitut. antiq. Sabaud. in tit. de feudis, ſuper text. decreti inci-
pient. item quia in Statuto, &c. gloſſ. vnic. ſub num. 4. fol.
75. in antiqu. impreſſione, & fol. 133. colum. 1. in noua, & ita
reſoluit etiam, & benè D: Surd. d. deciſ. 268. num. 13. Vn-
de cum, omittendo conſtituere mobilia in dotem, nec
ea ęſtimando, imo aſſignando eadem poſt mortem Vi-
ro in perniçiem filiorum, fecerit contra formam decreti,
& expreſſam intentionem Principis, & diuiſerit diſpoſi-
tionem indiuiduam, actus, & conſtitutio dotis fuit in
123 † totum nullus, & nulla ipſo iure, ex ſuperius dedu-
ctis, & probatur in l. 1. ff. de liber. & poſthum. l. cum his, §. ſi
prætor, ff. de tranſaction. Oſaſc. deciſ. 165. alias eſt 166. ſub
num. 2. & in terminis decreti diſpenſationis ſcripſerunt
Ceph. conſ. 207. num. 81. Natt. conſ. 631. n. 31. Rolandus,
conſ. 7. n. 85. & 86. vol. 3. Riminald. Iun. conſ. 5. nu. 216. &
217. Bertaz. conſil. ciuil. 12. n. 39. & 40. quos etiam ſupe-
rius citaui in alio propoſito, & eos fere omnes allegat
etiam D. Surd. d. deciſ. 268 ſub n. 13. quibus addo Becci.
conſil. 147. numer. 26. et 32. et conſil. 143. numer. 10. et conſ.
172. n. 3.

124 Non obſtant modo contraria, † nam ad primum ar-
gumentum, quod hæc conſtitutio dotis erat poſita in fa-
cultate D. Violantis, cum fuerit concesſa per verba im-
importantia liberum arbitrium.

Reſpondetur prout paulo ſupra dicebam, in verſicul:
quibus ita præmiſſis, quod erat in eius facultate omittere
conſtitutionem huius dotis in totum, ſed ſi voluit vti pro
parte, debuit etiam vti in totum, & cum omnibus re-
quiſitis conceſſionis, quia verbum, Poteſt, non im-
portat facultatem, niſi re integra, ſed vbi vſus conceſ-
ſionis elligitur, ſi habet admixtam aliquam neceſſitatem,
tunc importat neceſſitatem cauſatiuè, vt proximè dedu-
cebam ex Sola, & alijs.

Nec releuat, quod obijciebatur, verbum, Poteſt, non
importare neceſſitatem cauſatiuam, niſi ratione adiun-
cti, quæ neceſſitas hic non ſuberat, cum ſine diſpenſa-
tione, D. Violantes, licet minor, potuiſſet conſtituere
in dotem mobilia, quia reſpondetur, oppoſitum demō-
ſtratum fuiſſe in prima concluſione, pro hiſquoque o-
pus habuiſſe diſpenſatione, tum quia minor non poteſt
conſtituere in dotem ſine ſolemnitatibus, niſi ea mobi-
lia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, qualia non erunt
iſta, tum quia vbi non obſtaſſet minor ætas, obſtabat
tamen Statutum, quod vxor conſtante matrimonio, nō
125 poſſit † ſe obligare ad commodum viri, & vbi duo
obſtant, non ſufficit, ſi ceſſet impedimentum alterius
tantum, §. affinitatis, Inſtit. de nupt. D. Surd. deciſ. 163. n.
20. tamen denique, quia poſuerat ſe in neceſſitate hoc
faciendi, ex quo induxerat Principem ad concedendā
hanc diſpenſationē, narrando ſe velle dare in dotē etiā
mobilia ęſtimata, vt hęc omnia deduxi in d. 1. cōcluſione.

126 Sicuti † nec releuat clauſula, *Omnia, et ſingula*, quia
dicta verba ſæpè habent etiam vim copulatiuam, vt pro-
bat D. Surd. *d. deciſ. 268. num. 14* & probat latè Pedroc.
d. conſ. vnic. num. 470. cum ſeqq. hic autem neceſſario dicẽ-
dum eſt, habere ſignificationem copulatiuam, quia no-
luit Princeps amplius aliqua ex eius bonis poſſe minui,
igitur conſequenter voluit, omnia dari in dotem, & æſti-
mari, & vſus eſt verbo ſingulorum, quia voluit omnia
dari, ſed ſingulariter æſtimari, & hoc pacto non ſuper-
fluerunt dicta verba.

Ad ſecundum fundamentum, quod hæc diſpenſatio
ſonet in veniam ætatis, non autem in decretum, & ob id
non ſapiat illam indiuiduitatem, quam habet decretum,
reſpondetur (omiſſo, quod poſſet demonſtrari eam ſuc-
cedere loco decreti) ſufficienter demonſtratum fuiſſe
in quinta concluſione, quamlibet diſpoſitionem alias
ſui natura diuiduam, ratione adiuncti, & ſubiectæ ma-
teriæ fieri indiuiduam, & hanc talem eſſe, vbi demonſtra-
ui.

Neque faceſſit negotium, quod dicebatur in eodem
ſecundo argumento, quod ſicuti poterat renunciare in
127 totum † huic diſpenſationi, ita & pro parte per re-
gulam, *l. quæ de tota, ff. de rei vendicat.* tum quia renun-
128 ciatio fieri non poteſt poſtquam quis vti cœpit † re-
ſcripto, & decreto, prout quando illud iam produxit,
vt per Tiraquell. *de retract. conſangu. ad finem tituli, ſub
num. 26.* & faciunt, quæ dixi ſupra, quod ille vſus eſt fa-
cultatis re integra, ex Sola *in d. tit. de feud. ad conſtu. antiq.
Sabaud.* citato ſupra *ſub verſic. Quibus ita præmiſſis*, tum
etiam, quia renunciari non poteſt fauori ſuo, quando
habet admixtum fauorem tertij, vt hic filiorum in præ-
129 iudicium ipſius † tertij, & ſi actus eſt inſeparabilis,
& indiuiduus non valet in aliquo renunciatio, nec reſ-
pectu fauoris proprij. Bart. *in l. ſi quis in conſcribendo,
in 1. lectur. ſub n. 3. C. de pact.* Paril. *conſ. 73. ſub n. 42. vol. 1.*
& regula, *l. quæ de tota, ff. de rei vendicat.* non habet locũ
130 in caſibus indiuiduis ratione impoſſibilitatis, † vt di-
ſtinguendo multa iura, quæ videntur contraria, declara-
tur, *in 2. tomo, Regular. iuris, in verbo totum, fol. 527. col. 1.
ſub verſic. Aliquid pro parte non poſſe.*

131 Et quod dicebatur in fine d. 2. argumenti, actum non
vitiari propter formam omiſſam, quando datur certa
forma ſine clauſula irritante in his, quæ ſunt facultatis,
non obſtet, quia in prima concluſione, & in reſponſio-
ne ad primum fundamentum oſtẽdi, quod imo hæc da-
tio mobilium erat neceſſitatis, & egebat etiam diſpen-
ſatione pro illis.

132 Ad tertium; † quod in diuiduis, & ſeparabilibus
vtile per inutile non vitietur, & nos verſari in diuiduis,
quia res iſtæ habebant diuerſa corpora, & diuerſam æ-
ſtimationem.

Reſpondetur, oppoſitum fuiſſe demonſtratum in ter-
tia, quarta, & quinta concluſione, in qua quinta con-
cluſione probaui plures res, ſui natura diuiduas, non
arguere diſpoſitionem eſſe diuiduam, ſi ex circumſtan-
tijs deprehendatur indiuiduitas, quam ibi demonſtraui
adeſſe in hoc decreto.

Ex qua reſponſione non eſt opus particulariter refel-
lere exempla, quæ allegabantur in d. tertio argumento,
quorum tamen aliqua confutari poſſent, quia poſſumus
dicere, ea eſſe de caſibus diuiduis nos verſari in indiuidua
diſpoſitione.

133 Ad quartum fundamentum, † quod ſi hæc diſpen-
ſatio reſpiciebat fauorem D. Violantis illi renunciari po-
tuit etiam ſi eſſet data forma, cum reſpiceret priuatam
vtilitatem, ſi vero continebat fauorem filiorum plenius
ſatisfactum fuiſſe intentioni Principis, cum filij habue-
rint omnia hæc mobilia, quæ tamen debuiſſent conſe-
qui, niſi pro duabus tertijs partibus ſecundum d. Princi-
pis intentionem.

Reſpondetur, quod in inſeparabilibus quis non po-
teſt renunciare fauori ſuo, quando etiam continet fauo-
rem tertij, vt deduxi in reſponſione ad ſecundum fun-
damentum, *verſic. Nec faceſſit negotium, &c.*

Præterea in ſecunda concluſione concludenter demõ-
ſtraui, præcisè contrauentum fuiſſe voluntati Principis;
nedum plenius eam obſeruatam fuiſſe, & vtilius fuiſſe
filijs conſtituere etiam mobilia æſtimata in dotem.

134 Imo in omnem † caſum videretur etiam actus om-
nino nullus, cum non fuerit ſeruata forma; quamuis a-
ctus fuiſſet fauorabilior filijs; per text. *in l. ſi pupillorum,
135 §. ſi prætor, ff. de reb. eorum*, † vbi conceſſa alienatione
rei minoris à Prætore non tenet obligatio de dicta re o-
miſſa alienatione; quamuis minus ſit obligare, quam
alienare, per quem textum tradit Bart. *in l. ſicut, §. ſed
& ſi promiſerit, ſub n. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.*
& Deci. *in l. non debet cui, ſub n. 7. verſic. Sexto fallit, ff. de
136 regul. iur.* † quod regula, cui conceditur, quod plus
eſt, conceditur etiam, quod minus eſt, non procedit
in præcepto, ſeu decreto, quia debet præcisè, & ad lit-
teram obſeruari.

137 Ad vltimum † de tacita ratificatione per actus po-
ſitiuos primo poſſet reſponderi, quod non ſufficit ratifi-
catio actus nulli, niſi ex integro de nouo fiat, Burſatt. *con-
138 ſil. 81. n. 8.* quia actus ipſo † iure nullus tacita ratiha-
bitione non firmatur, Deci. *in l. ſemper, qui non prohibet,
ſub n. 15. verſic. Quarto, ff. de regul. iur.* Tiraquell. *in leg. ſi
vnquam, in verb. reuertatur, n. 415. C. de reuocan. donation.*
Lamberteng. *de contract. in fine, num.* 186. ſed opus eſt ex-
139 preſſa, quæ ſapiat † nouam diſpoſitionem, & in qua
interueniant omnia, ac ſi actus de nouo fieret, Bal. *conſ.
475. num. 3. volum. 1.* Aretin. *conſ.* 128. *per tot. maxime col.
2. verſic. venio, & in addit ad d. conſilium, col.* 1. Tiraquell.
in leg. connubi. 16. *gloſſ.* 6. *n.* 10. Lamberteng. *in fine, n.* 186.
cum ſeqq. ſed maxime, n. 190. 191. *& ſub num.* 198. Oſaſc.
deciſ. 165. *num.* 13. Borgn. *deciſ.* 45. *num.* 15. *part.* 2. Virgin.
Boccac. *in conſil. Ægidian. ve minorum, gloſſ.* 8. *num.* 276.
in fine.

Secundo dico, quod licet huic ratificationi non ob-
ſtaſſet minor ætas, obſtabat tamen Statutum prohibens
vxorem contrahere ad commodum viri.

Nec Princeps recipiendo datium dicitur approbaſſe
contractum, quia ignorabat defectum omiſſionis mobi-
lium.

A R G V M E N T V M.

De impetratione veniæ ætatis à Principe; De ha-
bilitatione minoris ad contrahendum. Aliqua de
reſcriptorum obreptione, vel ſubreptione, præci-
puè quo ad ſcientiam Principis. De rerum æſti-
matione, læſione, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Minor à Principe habilitari poteſt ad contrahendum, etiam de ſtabilibus.*

2 *Princeps poteſt derogare iuri ciuili, a quo ſunt inductæ prohibitiones alienandi in minore.*

3 *Minore ita a Principe habilitato, non eſt opus alio decreto, vel ſolemnitate. Nec cauſæ cognitione; & numero 4.*

5 *Qui poteſt diſpenſare adhibitum poteſt &, non adhibere cognitionem cauſæ in alienatione.*

6 *Factus maior a Principe non poteſt nihilominus alienare ſtabilia ſine decreto; Si non ſit habilitatus generaliter ad omnia negotia, ſed ſolum ſpecialiter ad quædam, & num. 7.*

8 *Facilius admittitur diſpenſatio ad vnum actum, quam ad omnes.*

9 *Requiſita ad impetrandam veniam ætatis exigitur in habilitatione generali: non in ſpeciali.*

10 *Obreptitia, vel ſubreptitia habilitatio extorta à Principe eſt nulla.*

11 *Reſcripta omnia impetrata per obreptionem, vel ſubreptionem, quæ Princeps etiam conceſſiſſet, ſed non ita de facili vitiantur.*

12 *Reſcriptum gratiæ ita extortum vitiatur ipſo iure.*

13 *In*

13 *In precibus non eſt exprimendum de eſſentia id, de quo Princeps eſt informatus.*
14 *Permutatio non vitiatur, vel impetratio beneficij reſeruatis in eius manibus facta, etiamſi de ea non ſit facta mentio, ſi ea Papa erat nota.*
15 *In precibus non eſt neceſſario exprimendum id, quod eſt notum in curia.*
16 *Taciturnitas in reſcriptis non nocet, cum id ex narratione debet Principi veriſimiliter eſſe notum. Et ſufficit, quod id potuerit cogitare, & nu. 17.*
18 *Certa ſcientia Principis, tantum valet, quantum diſpenſatio ſpecifica ſuper actu.*
19 *Certus, & ſciens non eſt amplius certiorandus.*
20 *Dominus præſumitur non ignarus qualitatum, & onerum rei ſuæ.*
21 *Scire certo illum cenſetur, qui ſcit per coniecturas à iure probatas.*
22 *Taciturnitas non nocet in reſcriptis, cum eius expreſſio nihil obfuiſſet conceſſioni.*
23 *Iudicis arbitrio remittitur iudicare, an Princeps conceſſerit gratiam.*
24 *Inter modos probandi rei valorem ille eſt præcipuus, & frequentior quo fit per æſtimatores.*
25 *Ædificia æſtimantur non ſecundum redditum, ſed ſecundum materiam.*
26 *Emphyteuſis laicalis eſt tranſitoria ad heredes.*
27 *Nemo ſub fide Principis contrahens decipi debet.*
28 *Reſtitutio in integrum non datur habilitato, nec aduerſus actus geſtos poſt habilitationem, nec aduerſus ipſam habilitationem.*
29 *Iuſtus valor dicitur, qui refertur ab æſtimatoribus; nec inde poteſt præſumi dolus.*
30 *Contrahentibus licet ſe decipere, dummodo abſit dolus.*
31 *Læſio in contractu tolleratur, cum non excedit dimidium, idque vtroque iure inſpecto.*

CONTROVERSIA DCXC.

FRuſtra contendit Illuſtris Dominus Sabinus Calandra recedere a contractu permutationis ab eo ad hoc habilitato per reſcriptum Sereniſſimi Domini Noſtri, cum Multum Magnificis Dominis Conſortibus de Furga, celebrata, Namque non niſi altero ex tribus remedijs hoc prætendere poteſt, vel quod habilitatio fuerit nulla, vel quod fuerit læſus, & ob id veniat reſtituendus; quamuis habilitatus, ſaltem aduerſus ipſam habilitationem, vel denique quia talem prætendat læſionem, vt ex remedio, *leg. 2. C. de reſcind. vendit.* ſibi ſubueniendum eſſe credat, & tamen nullum ex prædictis remedijs ei competere poteſt, vt ex infradicendis patebit.

1 Certum enim eſt, minorem a principe † habilitari
poſſe ad contrahendum, etiam de ſtabilibus, *leg. 2. in fine, ff. de reb. cor. leg. 2. Cod. quand. decret. opus non eſt, l. denique in princip. ff. de minorib. & tot. tit. Cod. de his, qui veniam ætat. impetran.* Crauet. *conſ. 626. num. 1.* Decian. *conſil. 10. num. 5. volum. 5.* Alba, *conſil. 220. ſub num. 20.* Raudens. *conſ. 8. num. 13. volum. 1.* poteſt namque princeps dero-
2 gare iuri ciuili, † a quo inductæ ſunt prohibitiones alie-
nationis bonorum minorum, Felin. *cap. quæ in Eccleſiarum, num. 78 de conſtit.* Crauet. *in d. conſ. 626. ſub num. 1.* Io. Franciſc. de Pont. *conſil. 53. num 4.*

Tuncque non eſt opus in contractu minoris, ita habi-
3 litati decreto, † vel alia iuris ſolemnitate alias in con-
tractibus minorum neceſſaria, *l. 2. C. quando decret. opus non eſt,* vbi Bald. hoc preciſè notat Ruin. *conſil. 35. ſub num. 22. & conſ. 161. ſub num. 26. volum. 1.* Cephal. *conſil. 316. num. 58.* Menoch. qui plures allegat, *conſil. 478. nu. 34. 35. & 49.* D. Surd. *deciſ. 268. num. 1.*

Nec cauſæ * cognitione, Salicet. *in dict. leg. 2. Codice, quando decret. opus non eſt,* vbi inquit, quod cauſæ inquiſi-
4 tio non fit niſi propter interpoſitionem decreti, † quod
neceſſarium non eſt tunc, quando princeps habilitet ſpecialiter ad aliquem contractum etiam ſtabilium, idem tradit Bald. *in conſil. 46. incip. conſtitutionibus, ſub nu. 1.*

* Vid. tamen Manent. *conſ. 17. num. 70.*

verſic. & licet dicat, Innocentius, *vol. 3.* in quiens, quod
5 ille, qui poteſt diſpenſare † ad libitum, poteſt etiam non
adhibere cauſæ cognitionem, ſequitur Menoch. *dicto conſilio 478. ſub numer. 14. verſic. Reſpondetur ſecundo, &c.*

6 Nec præſens † contractus redditur nullus ex eo,
quod habilitatus, ſeu maior factus à principe non poſſit alienare ſtabilia ſine decreto, *leg. 2.* ibi, *ita tamen, vt prædia ſine decreto non alienent, & leg. 3. Codic. de his, qui veniam ætat. impetran.* Namque obiectum procedit in habilitato generaliter ad omnia negotia, & adminiſtra-
7 tionem † ſuorum bonorum; ſecus vero ad aliquem
actum particularem, nam illum poteſt facere ſine decreto, etiam ſi verſetur circa alienationem ſtabilium, quia ad illum eſt particulariter diſpenſatus, vt probat *dict. leg. 2. Cod. quand. decret. opus non eſt,* & ita diſtinguit & declarat Gloſſ. *in leg. 3. in verbo alienatione, Cod. de his, qui veniam ætat. impetran.* Menoch. *dict. conſil. 478. ſub num. 46. & 49.* Surdus, *deciſ. 268. num. 1.* facilius enim
8 conceditur † diſpenſatio quo ad vnum actum, quam
quo ad omnes, vt in propoſito dicit Alex. in *l. more nu. 12. ff. de acquirend. hereditat.*

Sicuti nec poſſunt intrare alia requiſita ad impetra-
9 tionem † veniæ ætatis de quibus, *in leg. 2. Cod. d. tit. de his qui veniam ætat. impetran.* tum quia illa deſiderantur in habilitatione generali ad omnes actus, ſecus in particulari, quia, vt ſupra proxime dicebam, conſtat de voluntate principis circa illum actum particularem, de quo etiam poteſt eſſe informatus, quæ ratio ceſſat in generali conceſſione, tum etiam, quia reſpectu illius quod præcipuum eſt, vt habilitandus ſit maior viginti annis, non remanet aliquis ſcrupulus, ex quo in proceſſu, *fol. 81.* ex fide eius ætatis conſtat, ipſum tunc exceſſiſſe annum vigeſimum, cum eſſet ætatis annorum 22.

Et denique non releuat, quod pro Achille huius cauſæ ex aduerſo opponitur, non fuiſſe narratum Principi, prædium Saileti accipiendum in permutationem a Domino Calandra habere ſupra ſe maximam molem ædificiorum excedentium valorem terrarum, & non fructiferarum, & valde damnoſorum ob continuam indigentiam reparationum requirentium maximam impenſam & per conſequens eſſe longe minoris redditus prædio, & domibus ab eodem datis in permutationem Dominis Conſortibus de Furga, nec non idem prædium Saileti eſſe fere totum obnoxium, & grauatum maximis oneribus cenſuum Liuellorum, & deganearum, ob idque, ipſum Dominum Calandram valde læſum fuiſſe, pro vt obijcitur in ſcriptura producta, & regiſtrata, *fol. 15. &*
10 16. & proinde habilitationem † hanc, tanquam obre-
ptitiè, & ſubreptitiè extortam, ab ipſo Sereniſſimo Domino eſſe nullam, & inualida, Rol. *conſ. 7. n. 97. vol. 3.* quia omnia reſcripta per obreptionem, vel ſubreptionem im-
11 petrata † vitiantur, ne dum quando tacetur cauſa, qua
expreſſa princeps non fuiſſet conceſſurus, ſed etiam ſi conceſſiſſet, ſed non ita de leui, *cap. dudum de election. cap. ſuper litteris, & cap. poſtulaſti de reſcript.* Iaſ. *in leg. 1. num. 2. Cod. ſi contra ius vel vtilit. public.* cum alijs penès Menoch. *conſil. 757. num. 18.* cumque reſcriptum iſtud
12 ſit gratiæ, vitiatur † ipſo iure, Idem Menoch. *de arbitrar. caſ. 201. num. 2.*

Namque pro reſponſione dico primo, quod vbi re-
13 ſcribens aliunde erat informatus, & habebat † ſcien-
tiam de his quæ narrari debuiſſent tunc gratia non vitiatur licet non fuerint expreſſa; ita colligitur ex traditis per Federic. de Sen. *in tractat. de benefic. permut. in quarta quæſtione, ſub num. 9. verſic. ſoluto ſi reſeruatio.* Petr. de Vbald. *in ſimili tractat. de permutat. benefic. in tertia quæſtione quartæ partis num. 73.* Imol. *in clement. 1. prope fine, num. 43. de rerum permutat.* Felin. *in cap. ſuper litteris ſub num. 8. verſic. Tertia regula, Non eſt neceſſarium, &c. & in cap. in noſtra, ſub num. 15. verſic. Incidenter nota ex hoc duo, &c. de reſcript.* Menoch. *de arbitrar. caſu 201. ſub num. 124. & conſ. 20. num. 49.* vbi concludunt,
14 quod † permutatio in manibus Papæ, vel impetratio

beneficij reſeruati non vitiatur, nulla facta mentione ipſius reſeruationis, ſi illa erat nota Papæ; & ideo Felin. *in dict. cap. ſuper litteris, ſub nu. 8. verſic. Tertia regula, &c.*
15 conſtituit regulam genetalem, quod in precibus † non ſit neceſſarium exprimere ea, quæ ſunt notoria in curia Papæ, quem ſequitur Capic. *deciſ. 69. num.* 16. idem probat Menoch. *dict. conſil. 20. n. 48.* inquiens, non poſſe dici ſubreptitiè obtentum reſcriptum, quando princeps optime nouit quid illud eſſet, quod non fuit expreſſum. Et alibi Felin. *in dict. cap. in noſtra, ſub numer. 25. verſic. Vigeſimum nonum corrolarium, &c. de reſcript.* inquit, in impetratione, quæ fit ab ordinario, non eſſe neceſſariam mentionem eorum, quæ ipſe præſumitur ſcire, ſequuntur Ioann. de Selua, *in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 12. nu. 55.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 201. *ſub num,* 152. Dicit quoque Rota, *dec. 32. ſub num. 1. verſic. ſed hoc non obſtat de reſcript. in nouis, alias eſt deciſ.* 468. quod taciturnitas non
16 nocet, quando ex † narratione debet principi veriſimiliter eſſe notum, & eadem Rota apud Veral. *deciſ. 49.*
17 *num. 1. part. 4.* inquit, ſatis eſſe, quod reſcribens † potuerit cogitare; ad euitandam ſubreptionem.

Quæ concluſio optime probatur textu, & ratione textu, *in l. idem Vlpianus, §. ſunt, & alij, ff. de excuſation. tutor.* ibi, ſi Imperator ſciens aliquem eſſe tutorem, permittat eum tranſmigrare, cenſetur abſoluere illum a tutelæ onere, licet hoc non fuerit expreſſum, ex quo textu notant ibi Bartol. *in 2. lectur.* & Nicolaus de Neapoli, *in ſua lectura impreſſa poſt lecturam Bartoli, nu.* 1. quod
18 certa ſcientia principis † tantum valet, quantum diſpenſatio ſpecifica ſuper actu.

19 Ratione quoque probatur † eadem concluſio, quia certus, & ſciens non eſt amplius certiorandus, *leg. 1. in fi. ff. de action. empt. item veniunt, §. petitam,* vbi Bartol. *ff. de petition. hæredit. l. aut qui aliter, §. ſed & ſeruius recte ait, ff. quod in aut clam cap. eum, qui certus de regul. iur. in 6.* & tradit in propoſito Menoch. *dicto conſilio* 20. *ſub numer.* 48.

Sereniſſimum autem Dominum de prædictis habuiſſe notitiam, non ex eo tantum præſumitur quod narratum ſit, D. Sabinum velle permutare curiam Barbaſſi, & quaſdam domos cum curia Saileti, & publicè notorium ſit, ædificia memorata eſſe ſuper curia Saileti, ſed etiam ex eo, quod Curia ipſa Saileti fuit alias ipſius Sereniſſimi, & ſuper ea pluries ſe habuit, & eam permutauit Dominis Conſortibus de Furga, cum curia Sancti Martini, vt
20 ex fide in proceſſu, *fol. 113. fac.* 2. nam † dominus præſumitur non ignarus qualitatum, & onerum rei ſuæ, *leg. quiſquis, Cod. de reſcind. vendit.* Gloſſ. 2. *in Authent. ſed cum teſtator, Cod. ad l. falcid.* D. Surd. *deciſ. 265. num. 5. & deciſ.* 288. *num.* 52. & maxime ſtante dicta permutatione facta ab ipſo Sereniſſimo, cum veriſimile non ſit, eum permutaſſe, niſi præuia æſtimatione, & exacta perſcrutatione rei tradendæ, & accipiendæ in permutationem, pro vt & eiſdem rationibus ſciuit Sereniſſimus qualitates Curiæ Barbaſſi, ex quo illam accepit in permutationem à Domino Comite Pompeio Strocceo, & eandem ipſe deinde permutauit Domino Sabino, vt in proceſſu ordinarij, *fol.* 17. ſcientia namque præſumitur ex his, quę communiter fieri ſolent, Bero. *conſil. 130. nu. 19. vol.* 2. & communiter qui diſtrahunt, vel acquirunt ſe informantur de rebus diſtrahendis, vel acquirendis, eum autem
21 cenſeri certò ſcire, † qui ſcit per coniecturas, & præſumptiones a iure probatas, ſcribunt Menoch. *de arbitr. caſu 89. num.* 17. & Burſ. *conſil. 79. num. 15. vol.* 1. & ſufficere ſcientiam, quæ habeatur ex præſumptione etiam quando pro forma requiritur, tradit Dominus Surdus, *conſil. 272. num.* 14.

22 Secundo, vbi † etiam princeps non habuiſſet ſcientiam de prædictis, (quod tamen falſum eſt) reſpondeo, quod taciturnitas non nocet, quoties, ſi id fuiſſet expreſſum, fuiſſet nihilominus conceſſurus eandem habitationem, *cap. ſuper litteris de reſcript. leg. 1. Cod. ſi contra ius vel vtilitat. publ.* Capic. *deciſ. 69. ſub num.* 19. iudici au-
23 tem cum ſit arbitrarium dijudicare, † an princeps conceſſiſſet perpenſa qualitate negotij, & ſtilo, ac ſimilitudine ſimilium reſcriptorum, vt per Menoch. *de arbitrar. caſu* 201. *ſub num.* 30. & *ſub num.* 31, vtique non poterit arbitrari, niſi quod hoc fuiſſet conceſſurus, præcipue quia notum eſt antequam concluderentur, ſi permutationem contractus fuiſſe actum inter partes, quod Sereniſſimus permutaret cum D. Comite Pompeio Strocceo, & deinde rem habitam à dicto Comite permutaret cum Domino Sabino, & D. Sabinis deinde contractum hunc iniret cum Dominis Furgis, & ſic Sereniſſimus Dominus habuit intentionem faciendi quidquid opus eſſet, vt ſequeretur iſte contractus, quod colligitur etiam ex fide poſtremo producta, *fol.* 148. vbi Sereniſſimus promittit transferre omnes immunitates exiſtentes ſuper Curia Saileti, in curiam Barbaſſi quatenus Dominus Calandra acquireret ipſam curiam Saileti, ſignum euidens, actum fuiſſe cum ipſo Sereniſſimo de hac acquiſitione, & contractu, & eum habuiſſe animum habilitandi omnino Dominum Calandram, ad hunc effectum.

Venio ad ſecundum caput pretenſæ reſciſſionis vigore læſionis, circa quod omiſſa recitatione, & perſcrutatione teſtium, quam diligenter proſecutus, eſt ſicut & cætera omnia Excellens Dominus Ludouicus vnus ex Conſortibus de Furga, qui demonſtrauit, eos non probare, dico nullam reſultare læſionem ex prætenſis cauſis per Dominum Calandram.

Nam, cum permutatio facta fuerit præuia æſtimatione per peritos, nulla poteſt cadere læſio, quia inter mo-
24 dos probandi rei valorem ille eſt præcipuus, † & frequentior, qui fit per æſtimatores Bartol. *in leg. ſi fundus, §. final. num. 3. ff. de pignorib.* Idem, *in leg. 3. in 2. lectura ſub num. 19. Cod. eod. tit. de pignorib. & in leg. 2. num.* 22. & ibi Bald. *ſub num.* 55. Angel. *ſub num.* 7. Salicet. *ſub nu.* 23. *vel ſi vult probos viros, &c.* Fulgoſi. *circa finem.* Paulus de Caſtr. *pariter circa finem,* Cagnol. *num.* 258. Pinel. *parte 3. cap. 4. numer. 2. cum ſeqq. Cod. de reſcind. vendit.* Maſcard. *in verbo æſtimatio in concluſione. an æſtimatio poſſit probari per peritos quæ eſt in meo libro concluſ.* 654. & *in verbo Valor concluſ. mihi* 1403. *num.* 25. quod optime probatur, *in lege hac edictali, §. his illud, C. de ſecund. nupt.*

Nec releuat, quod obijcitur, adeſſe ingentem molem ædificiorum ſuper curia Saileti, ex quibus modici, & fere nulli fructus colliguntur, tum quia ædificia non æſti-
25 mentur † ſecundum redditum, ſed ſecundum materiam, cum numque eorum fructus reſpondeant valori materiæ, ita Nat. *conſil. 332. ſub num.* 4. Dominus Surd. *conſil. 151. num.* 70. & ſufficere debet Domino Calandrę, ſi tantum recipit, quando dedit, tum etiam quia ex proceſſibus met patet, imo ex iſtis ædificijs percipi conuenientes fructus, cum in proceſſu ordinarij, *fol. 2. fac.* 1. conſtet Palatium ſolum Saileti, cum ſuis pertinentijs ſine ipſa curia fuiſſe locatum Excellentiſsimæ Dominæ Duciſsæ Sablonetæ ſcutis 340. in ſingulo anno, & licet de facili non poſset ita locari, id contingit, non quia tantum non mereatur, ſed quia pauci ſunt, qui poſſint conducere tale palatium principi conueniens, vnde debet imputari Domino Calandræ, & eius ambitioni, ſi voluit acquirere palatium principi conueniens, tum deniq; non releuat obiectum, quia valor ædificiorum huic inde permutatorum non diſtat, niſi ſcutis 2000. in circa, & ſic ſi Dominus Calandra accepit ædificia magni valoris, è conuerſo & ipſe totidem dedit, & licet illa Dominorum Conſortum de Furga aliqualiter excedant, id tamen non habet nocere, cum impoſſibile fere ſit, vt hinc inde eſsent æqualia, & id facillime potuerit precogitare Sereniſsimus Princeps, nec eſt verum, quod magis fructifera ſint illa data à Domino Calandra, quia, vt ſupra dixi, vbi reperiretur conductor conueniens ædificijs Saileti, & ipſa eſsent equè fructifera, vt videre fuit ex locatione facta dictæ Excellentiſſimæ Duciſsæ.

Non obſtat etiam, quod terræ Saileti ſint fere omnes obnoxia, quia è conuerſo fere totidem, ex illis datis ab ipſo Domino Calandra ſunt tales, vt ex fidibus in proceſsu productis per Dominos Furgas, *fol.* 108. *cum ſeqq.*

Sed

Sed imo valde melioris conditionis ſunt illa bona data ipſi Domino Calandræ, quia maior pars eorum eſt emphyteuſis laicalis, quæ recognoſcitur ab Illuſtriſſimo Domino equite Franciſco Gonzaga, & ob id eſt tranſi-
26 toria ad quoſcumque † hæredes etiam in extraneos, ita quod per lineam finitam non deuoluitur. Speculator, *in tit. de locato, §. nunc aliqua alias eſt in tit. de emphyteuſ. num. 139. verſic. 113.* Clar. *§. emphyt. quæſt. 28.* Dominus Surdus, *deciſ. 254. num. 1.* & venirent in fideicommiſſo, Imol. *in leg. ſi patroni ſub num. 3.* & ibi Cuman. *ſub num. 7.* Alexand. *ſub num. 15. ff. ad Trebell.* Craſ de commun. *§. fideicommiſſum, quæſt. 51. num. 1.* Peregr. *de fideic. artic. 6. ſub num. 29.* & per conſequens etiam ſuper eis poteſt tranſportari fideicommiſſum, licet ipſe D. Calandra, contrarium pluries conatus fuerit perſuadere Sereniſſimo Domino, vt cauſam ſuam per obreptionem fauorabiliorem redderet.

E conuerſo vero bona emphyteutica recepta per D. Furgas ſunt Eccleſiaſtica, & propterea non tranſitoria, niſi ad deſcendentes, nec regulariter cadentia ſub fideicommiſſo, vt notæ ſunt iuris deciſiones.

Sed vbi conſiderari poſſet aliqua læſio, (quod omnino negatur) adhuc Dominus Calandra cum fuerit habilitatus non eſſet reſtituendus, ne Domini Furgæ, qui cum
27 eo contraxerunt, ſub fide principis † decepti remanerent, vt eſt text. *in leg. 1. Cod. de his qui veniam ætat. impetran.* vbi ſcribentes omnes Gomeſ. *variar. reſol. tom. 2. cap. 14. ſub n. 12.* Menoch. *conſ. 478. in 3. dubitatione,* Odd. *de reſtit. q. 23. artic. 9.*

28 Non tantum † autem non datur reſtitutio habilitato aduerſus actus geſtos poſt habilitationem, ſed nec etiam aduerſus impetrationem ipſius habilitationis, quando fuit palam obtenta, & quando reſtitutio præiudicaret geſtis poſt eam, ſicuti contingeret hic, vt probat Odd. *dict. quæſt. 23. artic. 10.* & optime deducitur ex *dict. leg. 1. Codice de his qui veniam ætat. impetran.* dum lex ipſa iniquum iudicat, quod hi, qui cum his habilitatis contrahunt, circumueniantur auctoritate principis.

Non intrat denique tertium remedium, *leg. 2. Cod. de reſcind. vendit.* quia talis læſio non eſt probata, nec probari poteſt, cum præuia æſtimatione ſecuta ſit hæc æſti-
29 matio, iuſtus enim valor rei dicitur, † qui refertur ab æſtimatoribus, vt ſuperius deduxi, & tradunt Bartol. *in dict. leg. 2. num. 20.* & ibi Salicet. *ſub num. 23. verſic. dicendum eſt igitur, &c.* & Caſtrenſ. *in fine, Cod. de reſcind. vendit.* Angel. Aretin. *in §. ſi quis agens, num. 1. in fine, Inſtit. de action.* Alex. *in leg. pretia rerum, num. 6. ff. ad l. falcid.* Lupus, *in l. 2. num. 142. C. de pact. inter empt. & venditor.*

Et licet forte poſſet adeſſe aliqua differentia reſpectu reddituum, hoc non habetur in conſideratione, tum quia ſufficit quod habuerit eundem valorem, tum etiam
30 quia licet † contrahentibus, ſe inuicem decipere, dummodo abſit dolus, *leg. in cauſa, la 2. §. idem Pompeius, ff. de minorib.* Roman. *conſil. 304. num. 1.* Oſaſc. *deciſ. 42.*
31 *num. 8.* & talis deceptio, & læſio † tolleratur, tam iure canonico, quam ciuili, dummodo non excedat dimidiam, *l. 2. & leg. ſi voluntate, Cod. de reſcind. vendit. cap. cum dilecti, & cap. cum cauſam extra de emption. & vendition.*

A R G V M E N T V M.

De interpretatione verborum, *Maſculi Hæredes:* & *Maſculi deſcendentes.* Et de participatione maioris in beneficio reſtitutionis aduerſus præſcriptionem minori competentis.

S V M M A R I V M.

1 *Cum verbo* Hæredibus, *additur qualitas maſculinitatis, non veniunt extranei; ſed ſolum deſcendentes, etiam in materia tranſitoria ad extraneos.*

2 *Appellatione deſcendentium maſculorum non veniunt, nec comprehenduntur maſculi ex fæminis. Sed ſolum* maſculi *agnati: Præcipuè, ex teſtatoris voluntate, quod voluit bona remanere in familia, & num. 3.*

4 *Præſumitur quis deceſſiſſe ſine filijs maſculis, niſi probetur exaduerſo illos reliquiſſe.*

5 *Appellatione maſculorum non veniunt, ſed excluduntur fæminæ.*

6 *Pupillus nec velle, nec nolle habet.*

7 *Qui a præſcriptio cauſat indiuiduitatem; Pupillus aduerſus cauſam priuilegiatus effectum, vt & conſortes eodem gaudeant.*

8 *Maior ſubuenitur beneficio minoris in præſcriptione ex lapſu anni, & diei, ad petendam inueſtituram.*

CONTROVERSIA DCXCI.

Petrus de Mediolano, ſeu de Daineſijs.

Poliſſena teſtatrix — Hieronymus hæres Poliſſenæ

Ioannes de Vrſis, Anna Iugales — Bartholomæa, Antonius Maria Piſanus Iugales

Dorothea actrix — Clementia actrix; Alexander

Ioſeph actor adhuc minor

REferendum eſt Sereniſſimo Domino Noſtro, Dorotheam Clementiam, & Ioſephum, de quibus in ſupradicta arbore agentes ad reſſiduum pretij vnà cum liuelis, & augumento monetæ domus alias per eos, & eorum patres reſpectiuè, venditæ Matheo de Rotijs, pro vt in inſtrumento emptionis regiſtrato in proceſſu proclamatum, *fol. 1. fac. 2. cum ſeqq.* reſtituendos, & audiendos eſſe aduerſus ſententiam perpetui ſilentij lata ſub die 22. Iunij 1609. in iudicio proclamatum dictæ venditionis cepto vſque ſub die 30. Iulij 1591. pro ea parte, & eo reſpectu, quibus illa eis nocere poteſt.

Si quidem legatum pro celebrandis tribus officijs in Eccleſia Sancti Silueſtri, pro quo egit q. Reuerendus Don Matheus Arrigonus, & obtinuit pro annis viginti vno præteritis, & in futurum eidem, ſeu Eccleſiæ prædictæ pro dicto legato reſeruata fuerunt iura, & in eius ſententia particulari, *fol. 6.* confirmata deinde in ſententia generali, *fol. 16.* erat ſoluendum tantum ab hærede inſtituto, & eius hæredibus maſculis, vt in teſtamento regiſtrato in proceſſu particulari Arrigoni, *fol. 1. fac. 2.* quo nomine hæredum maſculorum, ibi veniunt tantum deſcendentes maſculi de agnatione, non autem hæredes extranei; tum quia loquitur de hæredibus maſculis relatiuè, (vt infra) & inferius in ſubſtitutione declarat ſpecifice de filijs, & deſcendentibus maſculis, tum etiam
1 quia vbi verbo *hæredibus,* additur † qualitas maſculinita-

Digitized by Google

nitatis, puta *hæredibus maſculis*, tunc non veniunt extranei, ſed tantum deſcendentes, & in materia tranſitoria ad extraneos; Iaſ. qui dicit ita tenere omnes, *in leg. Gallus, §. etiam ſi parente in quarta fallentia, num. 20. ff. de liber. & poſthum.* ſicuti nec videntur venire maſculi ex fœminis; tum quia non poſſunt eſſe melioris conditionis ſuarum matrum, quæ expreſsè excluſæ reperiuntur, ex qua ratione inquit Tiraquel. *in tractat. de iur. primog. quæſt. 13. num. 6.* vbi plures allegat, appellatione
2 deſcendentium maſculorum † non venire, nec cenſeri comprehenſos maſculos ex fœminis, tum etiam, quia teſtatrix habuit rationem ſuæ agnationis: quia poſt deſcendentes maſculos voluit ſua bona manere in domo, & caſata ipſius teſtatricis; ex quo datur intelligi, eam
3 quoque ſenſiſſe de maſculis agnatis, in † mentione facta de deſcendentibus maſculis, ex doctrina Io. Andreæ communiter approbata, de qua per D. Peregr. *de fideicom. art. 26. ſub num.* 15. qui quidem, & ſi videatur reſtringere eam in diſpoſitione ordinata a maſculo, tamen puto idem dicendum de diſpoſitione ordinata a fœmina quoties conſtat, ipſam habuiſſe eandem intentionem conſeruandæ ſuæ agnationis, quam preſumitur habere maſculus teſtator, ſicuti habuiſſe noſtram teſtatricem proxime dicebam. quia ſi doctrina Ioan. Andreæ, quod appellatione hæredum ſeu deſcendentium maſculorum non veniant maſculi ex fœminis procedit in diſpoſitione maſculi ex preſumpta tantum voluntate conſeruandi agnationem, multo fortius habebit locum in diſpoſitione habente voluntatem expreſſam conſeruandæ agnationis, licet facta a fœmina.

Qua ſtante concluſione, quod grauamen faciendi celebrare ſupraſcripta tria officia eſſet reſtrictum ad hæredem, & eius deſcendentes maſculos de agnatione, ſequitur, quod iſti venditores fuerint grauati in dicta ſententia particulari, & generali, primo dum fuit prælatus ipſe Reuerendus de Arrigonis pro tota ſumma petita, cum tamen ex poſt deſtitiſſet pro certa parte. *vt fol. 11. fac. 1. & fol. 16. fac. 1. in fi.* & ex parcellis librorum Eccleſiæ productis, *fol. 16. & 17.* appareat quoque pro aliquo tempore fuiſſe ſolutum dictum legatum.

Secundo fuerunt grauati; quia Hieronymus hæres teſtatricis deceſſit die 19. Ianuarij 1582. vt in dicto proceſſu particulari Arrigoni, *fol. 19. fac. 1. in fine*, & deceſſit ſine filijs maſculis, vt ex capitulis in eodem proceſſu, *fol. 9. fac. 1. in princip.* quorum teſtes videndi eſſent (eos
4 enim non vidi ego,) quod † etiam præſumeretur, niſi ex aduerſo probaretur, ipſum reliquiſſe filios maſculos, Dec. *conſ. 652. nu. 6.* vbi de communi Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 7. num. 1.* Simon. de Præt. *conſil. 167. ſub num. 16.* Decian. *conſil. 50. num. 28. volum. 1.* Dominus Surdus, *conſil. 92. num. 16.* vnde ad ſummum poterant condem-
5 nari venditores pro decem annis, qui † inter ceſſerant à morte teſtatricis vſque ad mortem eius hæredis, & tamen prælatio fuit facta pro annis viginti vno, quia ſtante grauamine reſtricto ad maſculos ipſis maſculis deſſicientibus ceſſabat onus, ex quo maſculorum appellatio excludit fœminas, D. Peregr. qui alios allegat, *de fideicom. artic. 25. nu. 11.*

Et per conſequens quoque tertio grauati eſſent, dum reſeruata fuerunt iura pro legato prædicto in futurum quatenus hęc reſeruatio intelligeretur repetita in ſententia generali, quia nulla fit mentio de hoc in ea, niſi implicitè dum confirmat ſententiam particularem.

Præſuppoſito autem dicto grauamine, videntur reſtituendi actores, & audiendi aduerſus dictam ſententiam perpetui ſilentij, quia præſuponit probari poſſe, quod pendente iudicio proclamatum deceſſerit Ioannes de Vrſis pater Dorotheæ, qui tanquam legitimus adminiſtrator illius vendiderat, & ſic ipſa deinde indefenſa remanſit, ſicuti, & deceſſit Alexander relicto Ioſepho minore, qui adhuc quoque minor eſt; qui quidem minor, cum non habuerit aliquem, qui eum defenderit, & illius iura deduxerit, quorum hominum genus lex numquam ſuo auxilio deſtituit, cum illos pro impotentibus ad iura
6 ſua tuenda habeat, vt quis nec velle, † nec nolle habere credat, *vt in regula pupillus, ff. de regul. iur.* meritò ſuccurrendus venit, Boer. *deciſ. 141.* vbi inquit aduerſus, huiuſmodi ſententias perpetui ſilentij reſtitui minores, quod tradit etiam Roland. *conſil. 72. vol. 3.*

Et cum ſententia perpetui ſilentij excludat per quandam præſcriptionem, priuilegio eiuſdem minoris debent gaudere cæteri conſortes, quia præſcriptio cauſat
7 indiuiduitatem † ad effectum, vt conſortes maiores gaudeant beneficio minoris, Afflict. *in cap. 1. §. Sancimus num. 64. in aliquibus eſt ſub num. 27. verſic. Sed pone, &c. Quo tempore miles, in vſibus feudorum*, Odd. *de reſtit. in integrum q. 46. art. 5. ſub num.* 18. vbi loquuntur in præſcriptione ex lapſu anni, & diei ad petendam inueſtitu-
8 ram, † quo caſu dicunt, maiorem ſubueniri beneficio minoris, quam ſententiam in illis terminis ſequuntur etiam Siluan. *de feud. recognition. quæſt.* 58. Burat. *conſilio 293.* Schrader. *de feud. par. 6. cap. 2. n. 27.* Roſental. *cap. 6. concl. 41. ſub num. 2. gloſſ. 1.*

ARGVMENTVM.

Suſtinetur validitas ſub inueſtitura rei Eccleſiæ de nullitate incuſatæ ob defectum Breuis, ſi in euidente, &c. quo ad ipſam. Principis auctoritas in reſcriptis, & alienationum in ſolemnitatibus ſupplendis proponitur. De Emphyteuſi Eccleſiaſtica, eiuſque iure, & ſolemnitatibus. Dominium vtile penes laicum inueſtitum etiam rei Eccleſię eſt laicale, & ſic tranſmiſſibile ſine ſolemnitatibus, & alijs ad rem.

SVMMARIVM.

1 *Priuatus emphyteuta non poteſt rem emphyteuticam alij concedere irrequiſito primo Domino.*
2 *Conceſſa ſemel facultate dandi quædam bona in emphyteuſim poteſt adminiſtrator præſtare conſenſum ſubinueſtituræ.*
3 *Tutor poteſt alienare cum ſolemnitatibus, & cauſa cognita, pupilli bona.*
4 *Princeps poteſt ſupplere ex ſuo decreto, præcipuè cum cauſa cognitione, ſolemnitates alienationis alias requiſitas, & num. 5.*
6 *Princeps poteſt derogare iure ciuili, quo inducta ſunt prohibitiones alienandi bona minorum. Et tollere ſtatuta, & numero ſeptimo. Et validare inualida, & numero octauo.*
9 *Princeps poteſt ſupplere omnes defectus.*
10 *Principis auctoritate interueniente, ceſſat omnis præſumptio defectus ſolemnitatis, doli, aut fraudis.*
11 *Nec poteſt allegari læſio, aut petì reſtitutio.*
12 *Princeps, cum aliquod facit, præſumitur facere ex iuxta cauſa.*
13 *Quilibet actus poteſt fieri per procuratorem. Et in ſpecie inueſtitura, & num. 14.*
15 *Decretum pro alienandis bonis Minorum non poteſt obtineri à Procuratore conſtituto per tutorem, Sed vid. numer. 16.*
17 *Decretum præſumitur Impetratum ab eis, qui nominantur in precibus pro Oratoribus.*
18 *Contractus libelli, & emphyteuſis, ſaltem communi vſu loquendi, ſunt vnum, & idem.*
19 *Procurator conſtitutus ad vendendum, poteſt omnia facere, & quaslibet clauſulas, & pacta etiam pænalia apponere, quæ ſunt ſolita.*
20 *Cum lex, vel Decretum aliquid non dixit, nec nos id dicere debemus.*
21 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*
22 *Eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare.*
23 *Obſeruantia ſubſecuta eſt interpres diſpoſitionum præteritarum ambiguarum.*
24 *Cauſa prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio.*
25 *Vbi vis fit in tempore, eius certitudo probanda eſt.*

26 *Cum*

26 *Cum aliquid fieri poteſt tempore licito, & illicito, præſumitur factum tempore licito.*
27 *Res prohibita alienari in certum genus perſonarum, ſi ſemel alienetur, ſemper poteſt alienari.*
28 *Alienatio rei nulliter ab initio facta confirmatur, & validatur, cum res illa euadit legitimè propria eius, in quem ita fuit alienata.*
29 *Alienatio fundi dotalis eſt prorſus prohibita viro.*
30 *Si hæc alienatio ita fiat, mortua vxore, & perueata ad virum re, ita conualidat, vt omnino debeat eam ſternare.*
31 *Re emphyteutica facta allodiali non attenditur amplius prima qualitas emphyteuſis.*
32 *Alienatio etiam ipſo iure nulla, fauore Domini directi valet in præiudicium inueſtiti alienantis, & eſt obſeruanda, niſi Dominus ipſe ſe opponat.*
33 *Ex antiquitate temporis omnia præſumuntur ſolemniter acta.*
34 *Omiſſio ſuperflua ſolemnitatis non vitiat.*
35 *Prohibita eſt ſine licentia Pontificis inueſtitura rei Eccleſiaſticæ pro ſe, & hæredibus etiam extraneis.*
36 *Inueſtitura poſterior facta amplioribus clauſulis, quam fuerit in priori, ſecundum vſum, & Breue eſt nulla.*
37 *Si res Eccleſiæ ſteriles fuit redacta ad culturam, & meliorata tranſit etiam ad hæredes extraneos. Nec poſſunt priuari illi coloni, vel eis augeri penſio, & num.38. Et ſi conduxiſſet eas colonus cum onere meliorandi, & numer.40.*
39 *Meliorationes ſunt illorum, qui ea fecerunt, ideo debentur ipſis, vel eorum hæredibus.*
41 *In materia tranſitoria ad hæredes extraneos ſimplex mētio hæredum comprehendit etiam extraneos.*
42 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica regulariter comprehendit nomine hæredum deſcendentes, non vero extraneos.*
43 *Dominium vtile penes laicum inueſtitum etiam rei Eccleſiæ dicitur laicale.*
44 *Emphyteuſis laicalis tranſit ad hæredes, etiam extraneos.*
45 *In ſubinueſtituris perſona ſubinueſtientis ſolum attenditur.*
46 *Subrogatus non aſſumit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, cum in altero eſt diuerſa qualitas.*
47 *In præiudicium inueſtientes, poteſt ab eo fieri inueſtitura pro hæredibus extraneis, etiam ſi alias non liceret.*
48 *Alienatio nulla reſpectu Eccleſiæ valet ad præiudicium alienantis, & eius hæredum.*
49 *Ius ſubinueſtiti reſoluitur per reſolutionem iuris ſubinueſtientis.*
50 *Ex curſu 40. annorum, & multo magis ex immemorabili ſuſtinetur poſteriori inueſtitura diuerſa à prima, de cuius alteratione non conſtat.*
51 *Inueſtitura ſi ſit exceſſiua ob alteratas ſolemnitates corruit ſolum in exceſſu, non vero in pactis licitis, & ſolitis.*
52 *Poſt triginta annos, de nullitate dici non poteſt.*

CONTROVERSIA DCXCII.

NOn video, qua ratione iuridicè dici poſſit nulla inueſtitura alias de Anno 1539. conceſſa Excellenti q. I.C. D. Traiano Delfino per Procuratorem Illuſtriſſimi q. D. Galeatij Gonzagæ, vti tutoris Illuſtriſſimi D. Sigiſmundi ſui nepotis, ex aliquo capite nullitatum propoſitarum nomine Illuſtriſſimi Principis, & Marchionis D Fuluij Gonzagæ.

Nam quo ad primum caput, de quo in ſcriptura producta, ſub die 27. Octobris 1608. *fol.* 45. *fac.* 2. & in alia ſcriptura producta, ſub die 13. Octobris 1609. *fol.* 89. *fac.* 2. videlicet quod ſit nulla, tanquam facta à perſona authoritate carente, dico, quod aut ab aduerſarijs hic defectus auctoritatis conſideratur, reſpectu præiudicij Eccleſiæ Domini directi, & eius adminiſtratoris, cum
1 primus emphyteuta non poſſit rem † emphyteoticam alteri in emphyteuſim concedere, irrequiſito primo Domino, tamen de iure communi, vt per Clar. *§ emphyteuſis, quæſt.* 20. quam ex diſpoſitione Statuti huius patriæ, *ſub rubr. qualiter inueſtiens ad affictum, &c.* & tunc nego concedentem caruiſſe hac facultate, quia ipſemet tenor inueſtituræ probat, Illuſtriſſimum Præpoſitum illi fuiſſe præſentem, & in ipſo actu licentiam præſtitiſſe, vt *fol.* 6. *fac.* 1. ibi *d. D Angelo d. nomine, & infraſcripto Magnifico D. Traiano licentiam dantis, & concedentis faciendi præſentem contractum.*

2 Dubium autem non eſt, † cum hæc bona fuiſſent ſemel cum debitis ſolemnitatibus mediante diplomate, *ſi in euidentem vtilitatem*, conceſſa in emphyteuſim anteceſſoribus Illuſtriſſimi D. Fuluij, vt ex inueſtitura Illuſtriſſimi q. D. Sigiſmundi Gonzagæ ex aduerſo producto
2 *fol.* .... patuiſſe † præpoſitum abſque alia ſolemnitate præſtare aſſenſum huic ſubinueſtituræ, Bart. *in Auth. qui rem, ſub n.* 4. & ibi Dec. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Abb. *in c.* 2. *ſub n.* 3. *de feud.* idem, *in c. vt ſuper, ſub n.* 10. *verſic. alias autem, ſi non habuit animum, &c. de reb. Eccleſ. non alienand.* Calder. *conſ.* 1. *in tit. de his, quæ fiunt à prælat. fol. mihi,* 49. *& conſ.* 11. *in tit. de feud. fol.* 59. Caſtr. *conſ.* 1?9. *ſub n.* 2. *verſic. Secundo, quia poſito, vol.* 2. Deci. *conſ.* 142. *ſub n.* 1. Ruin. *conſ.* 41. *num.* 39. *vol.* 1. Couarruu. *lib.* 2. *variar. reſolut. c.* 7. *n.* 4. Alex. *conſ.* 189. *n.* 16. *in fine, vol.* 2. Socin. *conſ.* 169. *ante n.* 1 t. *in* 3. *quæſt. col.* 2. *repetito in conſil.* 120. *ſub n.* 23. *vol.* 4. Alba, *conſ.* 342. *n.* 49 Clar. *§ emphyteuſis, quæſt.* 6. *ſub n.* 1. Bartholomæus Romuleus, *in leg. filiusfamilias, § diui, il* 2. *n.* 1?0. *ff. de legat.* 1. Redoan. *de alienat. rer. Eccleſ. quæſt.* 51. *c.* 6. *n.* 7. *fol.* 240. Honded. *conſil.* 55. *num.* 15. *volum.* 1. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 6. *num.* 29.

Aut talis authoritatis defectus prætenditur ex aduerſo reſpectu præiudicij D. Sigiſmundi pupilli, cuius bona fuerunt ſubemphyteoticata, & hoc quoque caſu, dico, non defuiſſe ſufficientem auctoritatem, quia certum eſt, tutorem (quo mediante fuit facta hæc conceſſio) poſſe
3 † alienare cum ſolemnitatibus, & cauſa cognita bona ſui pupilli, *l. mandata*, & ibi Iaſ. *num.* 3. & alij *ff. de offic. eius, l.* 1. vbi gloſſ. *ff. de reb. eor. l. eum qui, C. de author. tat. præſtand. l. final.* vbi gloſſ. *in verbo perſonam, C. ſi propter public. penſitat.* gloſſ. *in l. final. in verb. præſides, C. de fideiuſſ. minor.* cum alijs multis apud Simoncell. *de decreto, lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 56.

Sicuti etiam certum eſt, Principem, cum cuius habilitationis decreto legitur in fine inueſtituræ, eam factam fuiſſe, poſſe habilitare minorem, vel tutorem, vt poſſit ſine alijs ſolemnitatibus alienare res ſtabiles, & ſuo decre-
4 to supplere dictas ſolemnitates, maximè quando † facit hoc cum plena cauſæ cognitione, vt fecit in caſu iſto, *l.* 2. *in fine, ff. de reb. eor. qui ſub tutel. l.* 2. *C. quand. decret. opus non eſt*, Crauett. *conſ.* 626. *num.* 1. Decian. *conſ.* 20. *num.* 53. *volum.* 5. Raudenſ. *conſ.* 8. *num.* 13. *vol.* 1.

5 Et in ſpecie, † quod minor poſſit de nouo concedere in feudum, vel emphyteuſim ſua bona, mediante Principis decreto, tradunt Afflict. *in c.* 1. *in princ. p. ſub n.* 2. *verſu. quarto fallit, &c. per quos fiat inueſtitur.* Roſent. *de feud. c.* 3. *concl.* 17. *n.* 5.

6 Poteſt enim Princeps derogare † iuri ciuili, à quo inductę ſunt prohibitiones alienationis bonorum minorum. Felin. *in cap. quæ in Eccleſiar. num.* 78. *de conſtit.* Crauett. *d. conſ.* 626. *ſub num.* 1. Io: Franc. de Pont. *conſ.* 53. *n.*
7 24. Nec non tollere † poteſt propria Statuta, Borgnin. *deciſ.* 30. *num.* 10. *part.* 1 Simon de Præt. *conſ.* 100. *num.* 19.
8 *volum.* 1. & validare † inualida, Alex. *conſ.* 153. *num.* 15. *volum.* 1. Lancellott. Gallia, *in conſuet. Alexand. in verb. non poſſit, quæſt.* 3. *num.* 6. Roland. *conſ.* 32. *num.* 31. *vol.* 2.
9 † & denique poteſt ſupplere omnes defectus, Colleg. Patauin. *inter conſil. vltimar. voluntat. diuerſor. conſ.* 3. *numer.* 39. *volum.* 1.

10 Quæ Principis auctoritas † ſibi interuenit, tunc ceſſat omnis exceptio defectus ſolemnitatis, præſumptionis, fraudis, doli, & deceptionis, *cap.* 1. *in fine, extra de tranſact. cap.* 1. *&* 2. vbi notant Canoniſtæ, *de confirmat. vtili, vel inutili*, Crauett. *conſ.* 253. *num.* 9. Barbat. *conſil.* 53. *ſub num.* 13. *volum.* 2. Crot. *conſil.* 43. *n.* 11. Rumin. Iun. *conſ.* 5. *n.* 108.

11 Atque

11 Atque facit, † vt non poſſit allegari læſio, vel peti reſtitutio in integrum, Crauett. *conſil.5. num.2.* Cephal. *conſ.3.num.25.& conſ.77.num.10.& conſ.403.nu.56.* Bueſatt. *conſ.78.num.1.* Decian. *conſ.18.n.250. vol.1.* Menoc. *conſ.1.n.255.*

12 Namque, † quando Princeps aliquid facit, præſumitur facere iuſta cauſa, Crauet. *d.conſ.253.num.8.* Ceual. *in ſuo ſpecul.commun.opin.contra commun.quæſt.578. num. 8.* Iſernia, *in cap.1.qui ſucceſſ.teneant.* Decian. *conſ.25.n. 19.vol.1.* Mari. Anguſ. *conſ.142.num.21.*

Maximè vbi participauit, & reſoluit cum voto ſuorũ conſiliariorum, vt facit in caſu iſto, vbi adhibuit etiam informationem proprij patrui ipſius pupilli, cum eius iuramento, & Commiſſarij præpoſituræ informati de qualitate bonorum d.præpoſituræ.

Denique certum eſt, auctoritatis defectum non poſſe conſtringi, ex eo, quod iſta inueſtitura fuerit facta per
13 procuratorem, quia regulariter quilibet † actus poteſt fieri per procuratorem, vbi quis non vult, vel non poteſt rebus ſuis ſupereſſe. *leg.1.§.vſus, ff. de procurator.*
14 † & quod inueſtitura poſſit concedi per procuratorem eſt text. *in cap.1.§.ſed verum, per quos fiat inueſtitur,* Schrader. *de feud.part.6.cap.3.num.19.* Roſental. *de feud. cap. 3. n.19.* Roſental. *de feud.cap.3.concl.9.n.1.*

15 Neque turbaret, † ſi obijceretur, decretum pro alienandis bonis minorũ non poſſe obtineri per procuratorem conſtitutum à tutore, vt per illum textum tradũt Bal. & alij, *in l.minor. C.de prædijs minor.* latè Simoncel. *de decreto, lib.1.tit.1.n.80.* Iaſ. *in l.1.§.itẽ acquirimus, nu-*
16 *mer.15.ff.de acquir.poſſeſſ.* Roland. *conſ.23.num.21. vol.1.* namque omiſſo, quod hæc doctrina non videtur vera, nec probatur per illum † textum, vt aduertit, eam reprobando, Decius, *in l.mandata, num.1.& 2. ff.de officio eius,* dico, quod licet in caſu iſto fuerit à tutore conſtitutus procurator ad obtinendum tale decretum, tamen mandatum in hoc non habuit effectum, quia ipſemet tutor poſtea de hoc ſupplicauit, & illud obtinuit, vt ex lectura eiuſdem decreti manifeſtò colligitur, & reſeriptum, ſeu decretum præſumitur impetratum ab eis, qui
17 † nominantur in precibus pro Oratoribus, niſi qui hoc negat, probet contrarium, Honded. *conſ.87.n.31.vol.1.* Præterea illud prohibetur, quia iuſtificatio cauſarum alienationis debet conſtare ipſimet tutori, & ab eo perpendi, qui caſu iſto factum eſt, quia ipſe habuit in manibus, & vidit relationes peritorum æſtimatorum, vt colligitur ex d.mandato, ita vt certum ſit per proprium ſenſum habuiſſe notitiam de cauſa alienationis, & vtilitate minoris.

Nec refragatur, quod dicitur in ſcriptura producta, ſub 13. Octobris 1609. incipiente. Ne iudicium, *fol.83. fac.2.* multa in d.inueſtitura eſſe contra formam decreti habilitationis facti à Principe, & præcipue, quia ſonat in emphyteuſim perpetuam, namque non video, in quo non fuerit ſeruata forma d.decreti, nec quid contra, vel præter illud factum fuerit, & incumbens aduerſariorum eſt, hoc ſpecificè oſtendere, & licet fuerit facta conceſſio in emphyteuſim perpetuam, hoc tamen, nec reſpectu Eccleſiæ, nec inſpecta habilitatione, nec denique attento mandato procuræ erat prohibitum, non reſpectu Eccleſiæ, quia, vt ſuperius dixi, cum ſemel ſolemniter hæc bona fuerint perpetuò in emphyteuſim conceſſa Illuſtriſſimo D.Sigiſmundo Gonzagæ, vt ex eius inueſtitura potuerunt deinde ſine alia ſolemnitate iterũ concedi toties, quoties ſe obtulit opportuna occaſio, cum ſola licentia præpoſiti.

Non etiam attento decreto habilitationis poteſt dici prohibita, quia concedit facultatem liuellandi, & con-
18 tractus liuelli, & † emphyteuſis, ſaltem de communi vſu loquendi, idem eſt, maximè in hac patria, prout etiam tradit Iaſ. *in l.1.num.38.& 39.C.de iur. emphyteotic.* Clar. *§.emphyteuſis, quæſt.1.ſub.num.1.* Socin. *conſ.50. ſub num. 1.vol.4.* Riminald. Iun. *conſ.424. num.51.* & cum in d.decreto non limitetur aliquod tempus, non poteſt dici prohibita ab eo conceſſio in perpetuum, præſertim, quia in hoc non erat opus diſpenſatione, tamen, quia conceſſio fuerat facta Illuſtriſſimo D.Sigiſmundo à Præpoſitura, cum hoc, quod non fieret aliquod præiudicium colonis, & alijs, qui aliquod ius habebant in aliquibus terris, reſpectu melioramentorum, vt in eius inueſtitura, qualis erat D.Delfinus, qui habebat ſimile ius colonorum, cum onere tantum ſoluendi certam partem frugum, & denariorum, vt refertur in d.decreto, & in relatione æſtimationis factæ ea occaſione per peritos, tum etiam non erat opus diſpenſatione in hac perpetuitate, quia iam emanauerat ſententia in fauorẽ colonorum, mediante Breui, *Si in euidentem, &c.* quod illis fieret conceſſio in perpetuum, & quod non poſſent priuari iuribus acquiſitis in dictis terris, vt in decreto exhibito ex aduerſo, ſub die 31. Octobris 1609. *fol.94.* 22

Non denique erat prohibita, attento mandato procuræ, tum rationibus proximè deductis, quod coloni non poterant priuari ſuis iuribus, tum etiam, quia data erat facultas Procuratori faciendi hanc conceſſionem cum pactis, quibus conuenire poſſet cum d. D. Delfino, vt *fol.14.fac.2.in fine,* vnde comprehendebatur etiam perpetua conceſſio, ſi aliter D.Delfinus contrahere noluiſſet, tum denique, quia huiuſmodi conceſſiones conſueuerunt, vt plurimum fieri in perpetuum, id autem, quod ſolitum eſt, venit in mandato, licet non exprimatur, vnde Procurator conſtitutus ad vendendum, poteſt ap-
19 ponere omnes clauſulas, † & pacta etiam pœnalia, quæ in venditionibus conſueuerunt apponi, & omnia facere, quæ in tali caſu ſolita ſunt fieri, Bal. *in l. bene à Zenone, ſub num.3.in fine,* & ibi Angel. *num 1.C.de quadrien.præſcript.* Iaſ. *in l.1. §.ſi procurator, num.19.ff.ſi quis iusdicent.non obtemperare,* idem *in l.certi conditio, §.nummos, num.13.ff.ſi cert.petat.* Paul.de Caſtr. *in l.ſi pignore, §.ſi creditor, num.3.ff.de pignorat. action.* Cardinal. Tuſc. *in verbo Procurator, concluſ.841. numero ſexto, tom.6. fol.661.*

Quo ad ſecundum caput aſſertæ nullitatis ob id, quod hæ terræ fuerint conceſſe ciui contra formam decreti exhibiti, *d.fol.94.* per quod non eſſe permiſſum illas concedi, niſi colonis ruſticis cum clauſula irritante, & annullante diſpoſitionem, quoties ciuibus concederentur, quæ nullitas propoſita fuit, tam in ſcriptura producta, ſub die 27.Octobris 1908. *fol.45.fac.2.* quam in alia ſcriptura, ſub die 21. Iulij 1609. in proceſſu, *fol.77. fac.2.* & denique in alia producta, ſub die 13. Octobris 1609. *fol. 89.fac.2.*

Conſtanter affirmo, nullum ſubeſſe vitium nullitatis, prout animaduerſi etiam in proceſſu, in ſcriptura producta, ſub die 19. Nouembris 1908. *fol.49. fac.2. & fol 50.*

Primo, quia licet Illuſtriſſimus Præpoſitus prohibuerit tales terras alienari ciuibus, etiam cum ſui factoris licentia, cui prohibitioni eam confirmando, robur etiam addidit Summus Pontifex, tamen non ademit ſibi facultatem dandi licentiam contrariam, ſi ſibi videretur, nec de hoc legitur aliquod verbum, ſed tantum expreſſit, quod non poſsit id fieri etiam cum factoris licentia, vn-
20 de eum decretum hoc non † dicat, nec nos dicere debemus, argumento *l.diſſentientis, C.de repud.* & eorum, quæ nocet, Iaſ. *in l.illam, num.6.C.de collation.* & qui aliud aſſerit, hoc probare, & oſtendere debet ex lectura d.decreti, quod numquam fieri poterit, cum vere hoc non legatur, vt fuerit diſpoſitum in eo, imo contrarium ſuadetur, tum ex eo, quod per excluſionem licentiarum,
21 ſui factoris videtur † incluſiſſe proprias licentias, argumento, *l.cum prætor, ff.de iudic.* tum quia nemo præſumitur ſe ipſum ligare, *l.ſi peculium, §.ſicut autem, ff. de pecul.legat. l.qui inſula, §.finali, ff.locat.* Crauett. *de antiq. tempor. in 4.parte, ſectione incipiente, materia iſta, num.113.*
22 & eius eſt ſoluere, † cuius eſt ligare, *l.ſi puella, ff. de ſponſalib.* tum denique, quia vbi diſpoſitio foret dubia, fuiſſet declarata ex obſeruantia ſubſecuta, cum d. Præpoſitus multoties impartitus fuerit ſimiles licentias, & d.prohibitioni derogauerit, vt ex fidibus licentiarum, nouiſſimè in proceſſu productarum, obſeruantia enim
23 ſubſecuta † eſt optima interpres diſpoſitionum præteri-

Digitized by Google

teritarum ambiguarum, *l.ſed Iulianus,§.ſed proinde,ff.ad*
Macedon. Surd. *deciſ.*134. *num.* 9. Et d.confirmatio Pa-
pæ cenſetur tantum adhibita; quia videbatur fieri dete-
rior conditio Eccleſiæ concedendo potius Perſonis vili-
bus, & ruſticis, quam ciuibus, & nobilibus, non autē
cauſa ſe aſtringendi, ne contrarium fieri poſſet per præ-
poſitum, cuius licentia cum interuenerit in ipſo actu, nō
eſt, quod prætendatur ob id aliqua nullitas.

Secundo dico, quod cum dicta prohibitio fuerit fa-
cta ob cauſam bonificationis dictarum terrarum illis iā
bonificatis, & ad culturam redactis, ceſſauit prohibitio,
24 ceſſante enim † cauſa prohibitionis, ceſſet & ipſa
prohibitio, Tiraquell. *in tract.in.ceſſante cauſa, p.*1.*num.*
212.

Tertio, vbi d.prohibitio obſtaret, tamen non proba-
tur, quod D.Delfinus acquiſiuerit poſt d.prohibitionem,
nam in eius inueſtitura aſſeritur, quod iam ipſe multo
ante habebat has terras, & quod pro illis ſoluebat cer-
tam partem fructuum, & quaſdam pecunias, & carnem
ſuillam, & ſic potuit habuiſſe ius multo antiquius dicta
prohibitione, vel per coloniam antiquam, vel per ac-
quiſitionem, nam ex d.decreto colligitur, quod melio-
ramenta horum colonorum conſueuerant vendi; ibi, *aut*
illas, emptis melioramentis, quo caſu illa non noceret,
quia prouidet tantum in futurum, & onus probandi cō-
ceſſionem obtentam, & ius acquiſitum fuiſſe poſt ipſam
prohibitionem, neceſſario incuberet Illuſtriſſimo actori
ſine qua prohibitione obtinere non poſſet, quia vbi ius
25 ſit in tempore † eius certitudo probanda eſt, Maſcard.
26 *concluſ.*1223. & vbi, † quid potuit fieri tempore lici-
to, & tempore prohibito, in dubio præſumitur factum
tempore licito, Bart. *in l.non ſolum,ſed vt probari,num.*
2.*ff.de non.oper.nunc.* D Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*2. *num.*
10. Maſcard. *concluſ.*1026. *num.*16. confirmatur hoc ar-
argumentum, nam cum, vt dixi, ante d. inueſtituram
D.Delfinus ius haberet in dictis terris, ſequitur, quod ex
ea nihil aliud conſecutus fuerit, niſi mutationem liuelli,
quod non infert aliquod adminiculum obiecto ex ad-
uerſo facto, quod fundatur in tranſlatione noui iuris in
perſonam prohibitam, quæ hic non interuenit.

Quarto (& hæc reſponſio omnino eneruat omnem
difficultatem) non eſt dubium, quod ſi talis eſſet hæc
prohibitio, qualis præſupponitur ex aduerſo, nihilomi-
nus Summus Pontifex potuiſſet ei derogare, & ea non
obſtante concedere acquiſitionem ciuibus, quia cūm
dixi eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare, Vnde cum ſemel,
cum licentia Papæ, & debitis ſolemnitatibus Illuſtriſſi-
mus D.Sigiſmundus Gonzaga, nedum ciuis, ſed ciuium
nobiliſſimus fuerit admiſſus ad acquiſitionem harum
terrarum, potuit deinde fieri alienatio ſine alia
ſolemnitate in quoſcumque ciues, & ſic etiam in Dom.
Dolfinum res enim prohibita alienari in certum genus
27 † perſonarum, ſemel licitè alienata ſemper deinde po-
teſt alienari, *l. pater filium,§.quindecim*, vbi ſcribentes,
*ff.de legat.*3. & per illum text. ita tradunt etiam Docto-
res, *in l.filiusfamilias,§.diuus,il* 2.*ff. de legat.*1. vbi Crott.
*num.*41. Capic. *deciſ.*156.*num.*23. Decian. *conſ.*33. *num.*
42.*volum.*1. Eugen. *conſ.*9 *num.*44. & ſuperius probaui,
rem Eccleſiæ ſemel ſolemniter conceſſam in emphyteu-
ſim ſemper deinde ſine alia ſolemnitate concedi poſſe.

Quinto, in omnem caſum, vbi talis conceſſio non
potuiſſet fieri ad præiudicium Eccleſiæ ciuibus, & non
valuiſſet ab initio talis inueſtitura, quod tamen negatur,
valuit nihilominus ad præiudicium inueſtientis, & eius
ſucceſſorum, adeovt eueniente caſu, quod res euaderet
abſolutè propria concedentis, provt facta eſt Illuſtriſſi-
mi actoris per affrancationem, cuius fides habetur in
proceſſu, *fol* 23.*fac.*1. tunc alienatio nulliter ab initio
28 † per eum, tanquam non abſolutè Dominum facta
confirmetur, & conualidetur, textus ſunt, *in l.penult.ff.*
de fundo dotali, vbi alienatio de fundo dotali facta à ma-
29 rito durante matrimonio, quæ eſt adeo † nulla, vt ip-
ſemet maritus contrauenire poſſet, vt per gloſſ. *Inſtit.*
quibus alienar.licet, vel non, in princip.in verb.inter dicta,
& ibi Ioſde Platea, *num.* 5. Aretin. & alij Roſental. *de*
*feud.cap.*9.*concl.*70.*ſub num.* 20. ſoluto matrimonio per
mortem vxoris, & lucrata dote à marito, ita conualida-
30 tur, vt ipſe † maritus teneatur illam omnino obſerua-
re; ad idem eſt pulcher textus, *in l.apud Celſum,§.à Ti-*
tio,ff.de dol.mal.exceptionan l.in iur. vbi Bart.latè, *ff.de v-*
ſucapion. facit etiam text. *in l.rem alienam,ff.de pignorat.*
action.l.illicita,ff.de reb.cor. Mont. *de tutel.c.*31.*n.*480.*fol.*
151.*l.filiam fratrib.ff ad Trebellian.l.cum dominus,§.fin.*
ff.de pecul.legat. Bart. *in l.filiusfamilias, ff. de ſolution.* &
facit ratio, quia res emphyteotica per affrancationem
facta allodialis, non habetur amplius in conſideratione
31 primus † contractus emphyteoticus, nec qualitas pri-
mæua ipſius rei; vt latè probat D.Manent. *in ſuo tract.*
*de iur.contract.liuellar.quæſt.*5.*num.*6. *&* 7.*cum ſequenti-*
bus.

32 Et quod alienatio, & ipſo iure nulla fauore, Domini
directi valeat in præiudicium inueſtitii alienantis, &
quod ipſe, vel eius hæredes teneantur illam obſeruare,
ſi Dominus directi nihil opponat, & multo magis, ſi vil
opponere poſſet; vt hic, cum non interſit Eccleſiæ, ex
quo hæc bona fuerant affrancata, ſcribit Roſental. *de*
*feud cap.*9.*concl.*2.*num.*11. vbi infinitos allegat *in gloſſ.in.*
*& concluſ.*70.*numer.*9.10.*&* 18. Burſatt. *conſil.*173. *num.*
81.*&* 82.

Deuenio ad vltimum nullitatis caput propoſitum in
d.ſcriptura producta, ſub die 27. Octobris 1608. *fol.*45.
*fac.*2. quod ſcilicet ſit nulla d.inueſtitura ob non obten-
tum Breue ſi in euidentem, &c. pro quo obtinendo fuit
conceſſa facultas ab inueſtiente dicto inueſtito, vt *fol.*8.
in fine.

In quo, omiſſo quod ex antiquitate temporis cum
diutina poſſeſſione Dominorum de Dolfinis præſumitur
33 omnia ſolemnia † neceſſaria interueniſſe, & ſic ſubſe-
cutum, & obtentum fuiſſe dictum Breue, Bal. *conſil.*1.
*ſub num.*1.*volum.*5. Alex. *conſ.*45. *num.*9. *volum.*3. Deci.
*conſ.*409.*num.*9. Grat. *conſ.*142.*num.*10. *&* 20. *volum.* 2.
Gabr. *de præſumpt.concluſ.*1. *num.*61. Capic. *deciſ.* 6.*ſub*
*num.*1. Menoch. *conſ.*90. *num.* 29. *&* 30. *volum.*1. Borgn.
*deciſ.*49.*num.*202.*part.*1. Merzar. *conſ.*16. *num* 8. Berett.
*conſ.*92.*num.*8. Redoan. *de alien.rer.Eccleſ.quæſt.*48.*num.*
19 *fol.*223.
34. Hoc † inquam omiſſo, dico, non fuiſſe neceſſariam
impetrationem huius Breuis, & ob id eius omiſſionem,
tanquam ſuperfluæ ſolemnitatis non vitiare, *l.teſtamen-*
tum,C de teſtament. quæ facultas impetrandi tale Breue,
vti non neceſſaria, cenſetur data ad abundantem caute-
lam, quæ non nocet, neceſſarium autem non eſſe tale
Breue in poſterioribus conceſſionibus, quoties ſemel
fuit obtentum, ſæpius ſuperius demonſtraui, maximè in
principio. quod quidem Breue in caſu iſto, nedum ſe-
mel, ſed bis iam fuerat obtentum, primo, quando fue-
runt confirmata priuilegia colonorum, inter quæ aderat
iſtud, quod conceſſio foret perpetua, & nunquam poſ-
ſent priuari terris melioratis, de quo in decreto per par-
tem aduerſam exhibito, ſecundo vero fuit impetratum,
quando Curia Portioli, ſub qua ſunt terræ nunc contro-
uerſæ, fuit in emphyteuſim conceſſa Illuſtriſſimo D.Sigiſ-
mundo Gonzagæ, adeovt prorſus ſuperflua videretur vl-
terior illius impetratio.
35 Nec dicatur, † quod imo eſſet neceſſaria, & ſic
reddatur inueſtitura nulla, cum fuerit facta etiam pro hę-
redibus extraneis pro quibus nunquam antea fuerat fa-
cta conceſſio cum dicto Breui, quo caſu dicitur prohibi-
ta, niſi illud obtineatur, Clar. *§.emphyteuſis,quæſt.*6.*nu-*
36 *mer.*4. vbi *ſub num.*2. † probat poſteriorem conceſſio-
nem eſſe nullam, ſi alteretur, & fiat cum pactis am-
plioribus, quam ab initio fuerit facta, Alex. *conſ.* 38. *co-*
*lum.*2. *verſic.Nec obſtat ſi dicatur*, *volum.*2. Surd. *conſil.*
181.*numero nono,& conſil.*249. *ante numer.* 17. Honded.
*conſ.*31.*num* 32.*volum.*2.

Reſpondetur enim multipliciter. Primo, quod pri-
mum Breue obtentum pro confirmatione priuilegiorum
colonorum comprehendit etiam illos hæredes extra-
neos, nam dicta priuilegia confirmata continebant,
quod coloni, nec eorum hæredes, ac poſteri poſſent a-
mouerí,

Digitized by Google

moueri, quæ quidem hæredum mentio, ibi debet intel-
ligi etiam de extraneis, quia vbi res Eccleſiæ ſterilis fuit
37 redacta ad culturam, & † meliorata tranſit etiam ad
hæredes extraneos meliorantis, Bart. *in l. quicumque, la*
2. ſub num. 1. C. de omni agro deſert. lib. 11. Gozad. *conſil.*
86. num. 22. Cephal. *conſil. 9. ſub num. 11.* Bero. *conſ. 83. n.*
12. & 17. & conſ. 98. num. 12. vol. 1. cum alijs multis apud
Riminald. Iun. *conſ. 461. num. 12. & 16.* & Decian. *conſil.*
38 *43. num. 34. volum. 5.* nec ea poſſunt † priuari dicti co-
loni, vel eorum hæredes, eiſue augeri penſio, Bart. *in*
d. l. quicumque, la 2. in fine, Caſtr. *conſ. 142. num. 1. in fine,*
volum. 2. Barbat. *in cap. ad aures, num. 3. in fine, de reb. Ec-*
cleſ. non alienand. Ruin. *conſ. 157. num. 14. & 15. volum. 1.*
39 Becci. *conſ. 3. ſub n. 29. & 33.* & ratio † eſt in promptu
quia meliorationes ſunt ipſorum, qui ea fecerunt, & per
conſequens etiam debentur cuicunque eorum hæredi,
l. Dominus horreorum, §. 1. l. Colonus, in princip. ff. locat. Ca-
ſtr. *conſ. 270. volum. 2.* Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 25.*
40 *num. 32.* vbi *num. 34* inquit hoc verum eſſe; † quam-
uis colonus conduxiſſet cum onere meliorandi, Decian.
conſ. 29. num. 5. & 19. volum. 2. Gabr. *conſ. 80. num. 8. vol.*
2. Alba, *conſ. 16. num. 16.* Roſental. *de feud. cap. 10. concl.*
43. ſub num. 84. vbi autem verſamur in materia tranſito-
41 ria ad hæredes † extraneos, ſicuti proximè nos verſari
dixi, tunc etiam ſimplex mentio hæredum, qualis eſt ea
de qua in d. confirmatone priuilegiorum comprehendit
quoque ipſos hæredes extraneos, Alex. *conſ. 189. ſub nu-*
mer. 15. & ſub num. 16. volum. 2. Fulgoſ. *conſ. 17. numer. 2.*
Surd. *deciſ. 322. ſub num. 79.* Cardin. Tuſc. *in verbo hæres,*
concl. 74. & concl. 80. num. 1. tom. 4.
42 Et hinc † in promptu eſt ratio, quare Illuſtriſſimus
D. Sigiſmundus non fuerit inueſtitus, niſi pro hæredibus
ſimpliciter, & nihilominus potuerit ſubinueſtire pro hæ-
redibus etiam extraneis, quia cum ipſe non melioraſſet
hanc curiam, nec in ea ratione melioramentorum habe-
ret aliquod ius; conueniens etiam fuit, quod inueſtiretur
tantum pro deſcendentibus, cum regulariter emphy-
teuſis Eccleſiaſtica eos tantum, non autem hæredes ex-
traneos compreheudat, Clar. *d. §. emphyteuſ. quæſt. 6. &*
quæſt. 28. Gozad. *conſ. 39.* Honded. *conſ. 51. numer. 14. &*
43 *conſ. 92. num. 19. volum. 1.* † cum infinitis, ſed cum di-
uerſa ratio vigere in D. Delfino, qui ratione melioratio-
num habebat ius tranſitorium ad quoſcumque, & Sum-
mi Pontificis approbatione, ita confirmatum, vt eo pri-
uari non poſſet, ſicuti priuari nequibant cęteri coloni,
potuit ob id inueſtiri pro dictis hæredib. extraneis, quã-
uis inueſtiens pro ſuis hæredibus tale ius non haberet,
maximè quia in ſua inueſtitura erat reſeruatum ius colo-
norum, quod eis non poterat auferre.
Secundo reſpondeo, quod licet feudum, vel emphy-
teuſis, ſeu origine ſit Eccleſiaſticum, vel Eccleſiaſtica,
tamen illud vtile dominium, quod eſt penes laicum in-
43 ueſtitum dicitur † laicale, & conſideratur, vt vti res
mere laicalis, Anchar. *conſ. 125. num. 6.* Barbat. *conſil. 84.*
volum. 4. Burſatt. *conſ. 175. in 1. dubio, num. 7.* Surd. *deciſ.*
160. ſub num. 13. & 14. vſque ad finem, idem late *conſ. 338.*
per totum, propterea de eo potuit inueſtiri D. Delfinus
44 etiam pro hæredibus † extraneis, quia ad eos tranſit
indiſtinctè emphyteuſis laicalis, Specul. *in tit. de locato,*
§. nunc aliqua, aliàs eſt, in tit. de emphyteuſi, ſub num. 139.
verſic. 113. Clar. *§. emphyt. quæſt. 28.* Cardin. Tuſc. *in ver-*
bo emphyteuſ. concl. 166 num. 2. vbi de magis communi,
45 *tom. 3. fol. 119.* Surd. *deciſ. 24 num. 1. & 4.* † nam in ſub-
inueſtituris attenditur, & tunc perſona proxima ſubin-
ueſtiens, non autem primus dominus, & ex eius condi-
tione regulatur ſubinueſtitura, Natt. *conſ. 600. ſub num.*
26. Becci. *conſ. 101. num. 53. & 55.* vbi *num. 58.* ſubdit in
45 † propoſito, quod vbi in ſubrogato eſt diuerſa quali-
tas nunquam ſubrogatus aſſumit naturam eius, in cuius
locum ſubrogatur. & quod non inſpicitur qualitas rei,
ſed perſonæ, apud quam res ipſa reperitur, tradit Surd.
d. conſ. 338. num. 9.
Tertio quatenus eſt (quod non admittitur) reſpectu
præpoſituræ domini directi non potuiſſet fieri hæc con-
ceſsio, pro hæredibus extraneis, potuit ſaltem fieri in
47 † præiudicium ipſius ſubinueſtientis, Menoch. *conſil.*
148. ſub num. 43. verſic. Quartus eſt caſus, Surd. *conſ. 328.*
num. 19. Burſatt. *conſ. 150. num. 19. & 23.* & facit, quod
47 ipſe ſupra, *in verſic. Quinto in omnem caſum, &c.* † alie-
nationem nullam reſpectu Eccleſiæ valere ad præiudiciũ
alienantis, & eius hæredum, & rationem palpabilem
huius concluſionis, redditur Menoch. *loco proximè cita-*
to, quia in hac ſubinueſtitura facta cum diuerſis pactis
non verſatur aliquod præiudicium primi domini, nam-
49 que vbi contingat rem deuoluere, reſoluitur † ius iſtius
ſubinueſtiti per reſolutionem iuris ſubinueſtientis, *l. lex*
vectigal, ff. de pignorib. Quod præiudicium poſtea plene
fuit confirmatum, & irreuocabiliter per affrancationem
factam per Illuſtriſsimum D. Fuluium, de his terris, &
liberationem à Præpoſitura ipſo Domino effecto libero
ſine recognitione alicuius Superioris, ex his quæ dedu-
xi, *in d. verſic. Quinto in omnem caſum*, vbi allegaui tex-
tus aprime ad hanc rem conferentes.
50 Quarto † ex curſu quadraginta annorum tantum, &
multo magis ex immemorabili ſuſtinetur poſterior in-
ueſtitura diuerſa, & alterata à prima, de cuius ſolemni
alteratione non appareat, Burſatt. *conſil. 150. ſub numer.*
78.
51 Quinto, † ſi daremus ſubinueſtituram non potuiſ-
ſet fieri pro hæredibus extraneis, nec alterari ſine ſolem-
nitatibus, tamen non annullaretur in totum, ſed tan-
tum in exceſsu, & valeret in pactis licitæ alienationis,
Dec. *in Authent. qui rem, ſub num. 22. C. de Sacroſanct.*
Eccleſ. Clar. *§. emphyt. qu. 6.* vbi de magis communi Ro-
ſental. *de feud. cap. 9. concluſ. 44. in gloſſ. 1.* & hanc partem
poſt longam diſputationem tuetur Octauius Banniacar.
in cap. beneficium, num 27. cum multis ſeqq. maximè num.
3. ſub num. 59. 78. & 94. ſi de feud. fuerit contentio inter do-
min. & agnat. vbi eam confirmant vndecim argumentis,
& allegat textus valde proximos ad huius opinionis cõ-
firmationem.
Prædictæ autem reſponſionis ſatisfaciunt ſi diceretur
fuiſſe neceſſarium Breue, *ſi in euidentem*, propter alte-
rationem, & mutationem liuelli, quia & potuit fieri in
præiudicium ipſius primi inueſtiti, qui etiam pro ni-
hilo potuiſſet dare fructus, neque Eccleſiæ de hoc con-
queri potuiſſet durante iure d. inueſtiti. vnde ſublato de
medio intereſſe ipſius Eccleſiæ per affrancationem fa-
ctam remanet forma dicta mutatio liuelli ad præiudi-
cium ipſius ſubinueſtientis, & eius hæredum, cum tunc
temporis fuit iudicata ei valde expedire, & non niſi prę-
uia exacta cauſæ cognitione fuit promiſſa à Principe.
Ex abbundante etiam addo, quod iſtæ aſſertæ nulli-
tates non eſſent attendendæ poſt tam diuturnum tem-
poris interuallum, nam poſt triginta annos, & multo
52 minus poſt ſeptuaginta † nullitas agendo proponi nõ
poteſt, Bal. *conſil. 322. volum. 1.* Ruin. *conſ. 62. numer. 14.*
volum. 5. Crauett. *conſ. 108. num. 4. & conſ. 153. numer. 5.*
Surd. *conſil. 49. num. 43. in fine,* Burſatt. *conſil. 455. num. 9.*
Papon. *conſil. 85. num. 77.* Mant. *conſil. 38. num. 40. volum.*
1. Raudenſ qui dicit hoc procedere etiam in contractib.
minorum, & Eccleſiæ, *conſil. 17. parte tertia, numer. 28.*
volum. 1.

ARGVMENTVM.

De appellatione, ſupplicatione, & reuiſione. De
Datij ſolutione, eorum libertatis præſcriptione;
Et excuſatione ob id a culpa, & pęna.

SVMMARIVM.

1 *Lex abhorret litium immortalitatem. Ideo tertio non li-*
cet prouocare, & num 2.
3 *Supplicatio, & reuiſio ſemel ſolum poteſt obtineri, nec plu-*
ries poteſt ſemel peti debet, & num. 4.
5 *Reſcripto impetrato per obreptionem vel ſubreptionem im-*
petrans non debet gaudere.

6 *De eodem negotio duplex datium ſolui non poteſt.*
7 *Qui releuatur in vno, in alio grauari non inconuenit.*
8 *Actus regulatur ſecundum naturam illius, cui magis aſſimilatur.*
9 *Solita conſuetudo quoad onera ſoluenda in omnibus ſeruari debet.*
10 *Ad conſuetudinem inducendā pro libertate non ſoluendi onera ſufficiunt decem anni.*
11 *Spatio 40. ann. cum titulo colorato etſi alias iniuſto præſcribitur libertas oneris non ſoluendi.*
12 *Faciens quod ſolitum eſt, etſi illegitimè excuſatur ob id à culpa, & pæna.*
13 *Qualibet cauſa maximè colorata, excuſat à dolo, & pæna.*
14 *Idem facit Iudicis, & Superioris auctoritas.*

CONTROVERSIA DCXCIII.

1 Litium immortalitatem aprimè lex † abhorret, vt
patet, *in leg. properandum in principio, C. de iudic.*
2 & propterea non vult tertio † prouocari poſſe, *vt in tit. Cod. ne liceat in vna eademque cauſ. tertio prouocar.*
3 & ſupplicationem, ſeu reuiſionem ſemel † tantum obtineri poſſe, dictat text. *in leg. ſi quis aduerſus Cod. de prec. ib. imper. offerrend.* quod vltimum de reuiſione, ne plu-
4 ries ab eodem peti † poſſit tradunt etiam Ludouicus Beuder. *de reuiſione concl. 4. num. 56.* & latè, *concluſ. 37. num. 1. cum ſeq.* Teſſaur. *dec. 246.* Hortenſ. Caualcan. *in tractat. de brachio regio par. 6. fragment. 122. fol. 206.* Quocirca, cum Magnificus Dominus Chriſtophorus Gazinus reportauerit tot ſententias, relationes, & commiſſiones contrarias in lite, quam mouit contra vniuerſitatem, & hoſpitem hæbreorum pro prætenſo datio vini venditi, & vendendi ad minutum per ipſum hoſpitem, de quibus mentionem non fecerit in reuiſione vltimo loco obtenta ſub die 6. Iulij 1609. de qua in ſecundo proceſſu, *fol. 1.* non poſſunt dici niſi obreptitiæ, & ſubreptitiæ
5 dictæ preces, † & per conſequens impetrato reſcripto gaudere non debet, iuxta plene tradita per Menoch. *de arbitrar. caſu 201. & 202.* quia veriſimile non eſt, quod ſi Sereniſſimus Princeps fuiſſet informatus de tot ſententijs, relationibus, & commiſſionibus ſuper hoc emanatis fuiſſet aliam conceſſurus reuiſionem.

Nihilominus, vbi id voluerit concedere Sereniſſimus Dominus denuo ſuccumbere debet ipſe de Gazinis, in omnibus per eum prætenſis, quæ, vt colligitur ex d. vltimis eius precibus, & ex alijs precibus productis ſub die 24. Ianuarij 1603. in primo proceſſu. *fol. 45.* iuncta inquiſitione formata in eodem proceſſu ſub die 17. Iulij 1603. *fol. 60.* ſunt iſta, videlicet.

,, Vniuerſitatem, & hoſpitem hæbreorum teneri erga
,, Cameram ad datia pro vino vendito ad minutum ab
,, annis quinquaginta vſque ad tempus, quo Dominus
,, Gazinus tale datium conduxit, & a pro tempore dictæ
,, conductionis erga ipſum Gazinum.
,, Secundo, ipſam vniuerſitatem, & hoſpitem incidiſſe
,, in pænam vendentium vinum ad minutum ſine licen-
,, tia.
,, Tertio, non licere dicto hoſpiti in futurum vendere
,, vinum ad minutum ſine licentia, & ſolutione datij, vt
,, vocant della ſpina.
,, Quę quidem omnes prætenſiones eiſdem ferè rationi-
,, bus deſtruuntur; &

Primo, quia in facto conſtat datium huius hoſpitij hębreorum alias fuiſſe ſolitum locari ad incantum, vt ex fidibus productis, tam per datiarium, quam per hębreos in primo proceſſu, *fol. 51. & 53.* & poſtea ceſſaſſe licitationem, cum cæperit donari per Sereniſſimi D. Noſtri anteceſſores diuerſis perſonis, vt ex fide producta à Domino Gazino, *fol. 51. fac. 2.* & ex decretis, *fol. 40. 54. & 55.* qui fortaſſe non curarunt amplius illud licitari vti contenti vniformi penſione, preſertim quia donatio, & conceſſio prędicta non poterat excedere certam ſummam, vt colligitur, *fol. 40. & fol. 55.* ibi, *purche non importaſſe poi di lire ſette per ciaſcun meſe,* quod quidem datium poſtea licet varijs modis appellatum fuerit (nam tempore licitationum dicebatur datium, vt dictis *fol. 51. & 53.* in conceſſione facta Vincentio Bonanico nominatur affictus, *fol. 54.* in decreto vero Leoncini Sermonetæ, & in priuilegijs hæbreorum appellatur honorantia, vt *fol. 39. fac. 1. fol. 40. fol. 53. fac. 1. fol. 55. fac. 2.*) attamen conſtat tam ex parcella producta ex aduerſo, *fol. 51. fac. 2.* ibi, *Datium hoſpitij habreorum datum fuit per Illuſtriſſimos Dominos tutores Illuſtriſſimi D. Ducis ad eorum beneplacitum Vincentio de Bonamicis, &c.* quam ex ſucceſſiuis conceſſionibus eſſe vnum, & idemmet emolumentum, quod varijs nominibus appellatum fuit, & eſſe proprie datium, & affictum ipſius hoſpitij.

Notum eſt etiam in facto, quod hoſpitia huius territorij, quæ licitantur, qualia ſunt hoſpitia villarum, & caſtrorum non ſoluunt aliquod datium pro venditione vini ad minutum, ſed tantum illud, quod in licitatione per hoſpites offertur, è conuerſo autem hoſpitia ciuitatis, quæ non licitantur, nec aliquid ſoluunt pro illo exercitio tenentur ſoluere datium vini ad minutum, quod habet rationabilem cauſam diuerſitatis, quia non videtur æquum, quod quis duplici onere grauetur, ſcilicet pro conductione hoſpitij, & poſtea etiam pro datio ſpinæ,
6 quia de eodem negotio † duplex datium ſolui non debet Alexan. *conſil. 143. num. 6. volum. 6.* Corne. *conſil. 106. num. 4. volum. 4.* ſicuti è contra hoſpitia, quæ non licitan-
7 tur, cum releuetur † in vno, in alio grauari non inconuenit, *l. in negotia in fine, ff. de negot. geſtis.*

Cum autem iſtud hoſpitium hæbreorum licet poſitum in ciuitate ratione licitationis intermiſſæ tantum propter emolumentum donatum priuatis perſonis magis aſſimilentur hoſpitijs villarum, & caſtrorum, quam ciuitatis, quæ non licitantur, ob id etiam debet regulari ſecundum naturam ipſorum hoſpitiorum villarum, quia
8 actus deciditur, & regulatur † ſecundum naturam illius, cui magis aſſimilatur, *l. non poſſunt de legibus.*

Comprobatur iſtud argumentum, quia priuilegia hæbreorum dictant, quod poſſint facere quod libet exercitium, & negotiationem, abſque ſolutione vllius paratici vt in proceſſu vereri, *fol. 27. fac. 2. & fol. 52. fac. 2.* igitur non debent teneri ad iſtud datium, tum quia ſi ſunt liberi ab omni paratico, & onere, neceſſe eſt, quod 20. ducati, qui ſoluuntur pro hoſpitio, pendant pro oneribus, & datijs ipſius hoſpitij, tum etiam quia priuilegium inductum in fauorem retorqueretur in odium, nam multo plus grauarentur, quam alij hoſpites.

Secundo moueor, quia diuturna, & inueterata conſuetudine conſtat, hoc hoſpitium numquā ſoluiſſe tale
9 datium, quo fit, vt nunc quoque cogi non † poſſit ad illius perſolutionem, ſed ſolita conſuetudo illi ſeruari debeat, *l. miſſi opinatores,* ibi, *conſuetudine ſeruata,* & ibi Io. de Platea, *in 3. notabili, Cod de exactorib. lib. 10. leg. vnic.* vbi Bartol. *Cod. de aur. Coronator. eod. lib. 10.* & melior textus, *in leg. ſi publicanus, §. final. ff. de publican.* Ferett. *de gabel. num. 236.* Perſonal. *in ſimili tract. num. 34. & 35.* late Dominus Surdus, *conſil. 470. num. 15.* Burſat. *conſil.*
10 138. *num. 41.* vbi inquit, † ſufficere decennium ad inducendam conſuetudinem pro libertate non ſoluendi onera idem, *conſil. 186. num. 11. & 12.* Pancirol. *conſil. 23. numer. 15. & 16.* Decian. *conſilio 51. numero 33. & 113. vol. 2.*

Quæ conſuetudo potuit habere rationabile principium, tum quia hæbrei grauantur ſolutione multiplici diuerſarum quantitatum pecuniarum, vt in eorum priuilegijs, *fol. 38. fac. 2. & fol. 53. fac. 1.* quaſi poſtea liberi remaneant ab alijs oneribus, pro vt remaneant liberi à partito, quod alias perſoluitur à Chriſtianis, tum etiam, quia vt in precedenti fundamento dicebam, hoſpitia, quæ incantantur, quale eſt iſtud, non ſoluunt datium ſpinæ.

Tertio tam per hæbreos, & præcipue per hoſpitem in ſuis conſtitutis, quam datiarios in ſuis precibus, *fol. 45.* quam per Cameram in inquiſitione, *fol. 60.* præſupponitur per quinquaginta annos, & vltra non fuiſſe ſolutum iſtud datium, igitur præſcriptum dicitur libertati il-

Digitized by Google

11 lius non ſoluendi, cui præſcribitur ſpatio † quadragin-
ta annorum cum aliquo titulo colorato, licet alias inu-
ſto, & non vero, *leg. locatio alias incipit licitatio, § earum
rerum*, vbi Bartol. *num.* 3. & Paul. de Caſtr. *ff. de publican.
leg. fi. Cod. de fund. patrimonial. lib.* 10, idem Bartol. *conſ.*
59. *ſub numer.* 3. *volum.* 1. Roman. *conſ.* 252. *in* 4. *dubio*,
Burſat. *conſil.* 16. *num.* 41. *& conſil.* 138. *numer.* 43. Crauet.
conſ. 57. *num.* 8 *& conſ.* 111. *num.* 12. Beret. *conſ.* 88. *nu.* 11.
Menoch. *conſ.* 748. *num.* 36. *& conſ.* 887. *num.* 33. *&* 54.
vbi enumerat triginta auctores, hoc autem non deficit
titulus coloratus ex deductis in verſiculo proximè præ-
cedenti.

Quarto ex tot ſententijs, relationibus, & declaratio-
nibus ſecutis ad fauorem hæbreorum, quod non tenea-
tur eorum hoſpes ad tale datium, reſultat vrgens præ-
ſumptio huius veritatis.

Quinto, reſpectu pœnæ pretenſæ multæ extant ratio-
nes defenſionis; tum quia proclama exhibitum, *fol.* 47.
continens pœnam non ſoluentium tale datium non ha-
bet diem, neque conſulem, nec apparet, quando fuerit
publicatum, imo nec etiam conſtat, illud fuiſſe publica-
tum, & ideo non concludit de quo tempore potuerint
hæbrei incurrere hanc pœnam; tum & ſecundo, quia
12 cum per longiſſimum tempus non fuerit vnquam † ſo-
lutum, ceſſat dolus, & pœna in eo, qui fecit, quod fieri ſo-
litum eſt, licet illegitime fieret, Maſcard. *in verbo dolus
concluſ.* 532. *num.* 12. Farinac. *quaſt.* 95. *num.* 1. & maxime
in actu palam geſto, idem Farinac. *quaſt.* 89. *nu.* 63. tum
denique quia potuerunt veriſimiliter credere, nullum
deberi datium pro ſuo hoſpitio, cum eſſet de illis qui li-
citantur, quæ non ſoluunt datium ſpinæ, vt deduxi in
13 primo fundamento, quælibet enim cauſa maxime, † co-
lorata excuſat à dolo & pœna, Bald. in *leg. plagy la* 2. *in fi.
verſic. ſi autem eſſet*, & ibi Alberic. *in fi. verſic. prædicta
puto vera*, Angel. *ſub num.* 2. *verſic. vbi autem quis*, *Cod.
ad leg. Flauiam Plagiar.* Oſaſc. *deciſ.* 71. *num.* 16. *in fi. &
num.* 17. & bene Riminal. Iun. *conſ.* 337. *num.* 18. latè Fa-
rinac. *q.* 90.

Sexto a tempore ſententiarum, relationis, & declara-
tionis factę à Sereniſſimo D. N. ad fauorem hæbreorum,
citra nullum deberi datium, neque pœnam, nemo dubita-
14 bit, cum lege permittente id fecerint; & auctoritas † iu-
dicis, & ſuperioris excuſet a delicto, & pœna. *leg. non vi-
detur data, § qui iuſſu iudicis*, vbi Dec. *num.* 1. *&* 2. Ca-
gnol. *num.* 1. Mainer. *num.* 3. *ff. de regul. iur. cap. quod quis*
& ibi Gloſſ. 1. vbi Din. & alij, *eod. tit. in* 6. Farinac. *q.* 97.
nu. 109. vbi alios vinculat.

Septimo, non videtur adeſſe aliquod intereſſe Domi-
ni Gazini, neque damnum, quia datia conducuntur pa-
ctis veteribus, & modis conſuetis, hoſpitium autem hæ-
breorum numquam ſoluit huiuſmodi datium, Multo
magis autem ceſſat eius intereſſe in hac ſecunda illius
conductione, quia tempore illius iam erant latè ſenten-
tiæ fauorabiles hæbreis ipſo ſciente, ita vt non poſſit prę-
tendere, in hac conductione tale datium ſibi deberi.

Octauo, reſpectu vniuerſitatis ceſſat omnis ſcrupu-
lus, tum quia non apparet ab ea leuatum hoſpitium, li-
cet ſoluat penſionem non ſuo nomine, ſed nomine hoſ-
pitis propter eius paupertatem, vt conſtat ex teſtibus
examinatis pro informatione accuſæ, & ex conſtitutis
ipſius hoſpitis, tum quia non apparet, quod ipſa vniuer-
ſitas dederit facultatem hoſpiti vendendi vinum ad mi-
nutum ſine ſolutione datij, pro vt hæc ratio conſiderata
fuit in relatione facta Sereniſſimo Domino, *fol.* 68.

Non obſtant fides productę per D. Gazinum, quod macella
rius hæbreorum ſoluat ſolitū datium, quia non apparet,
quod ille ſoluat aliquid aliud pluſquam ſoluant alij ma-
cellarij, ſicuti hoſpitium hæbreorum ſoluit affictum,
quem non ſoluunt alijs hoſpites ciuitatis, prçterquam
quod non recte infertur ab vno exercitio, & negotia-
tione ad aliud, & idem dicitur de fide ſolutionis quæ fit
ad doganam.

Sicuti nec obſtat, quod in capitulo, quod loquitur de
hoc hoſpitio producto ex aduerſo, *fol.* 46. *in fine*, Sereniſ-
ſimus Dominus reſeruet iura eorum, qui habet cauſam
ab eo, quia ego intelligo talem reſeruationem reſpectu
Leoncini, & aliorum quibus tales honorantiæ fuiſſent
ceſsæ ab ipſo Sereniſſimo.

A R G V M E N T V M.

De Legatario capiente legatum propria auctorita-
te; Et non moroſo in adimplendo onus ſibi
iniunctum. Et de falcidia ab ipſis legatis de-
trahenda.

S V M M A R I V M.

1 *Legatarius accipiens legatum auctoritate propria nullam
incurrit pœnam, cum expreſſe id ei permiſit teſtator.*
2 *Legatarius palam accipiens poſſeſſionem rei legatæ, eam
non amittit etſi id facit ſine permiſſu teſtatoris.*
3 *Venditio ſine pretio ſtare non poteſt, dum eſt de eius ſub-
ſtantia.*
4 *Mora in venditione non incurritur per vnum, niſi alter
probet, ſe fuiſſe paratum ad accipiendum.*
5 *Honoratus non cadit ab honore ob onus non adimpletum,
niſi poſt annum ab interpellatione, & precepto iudi-
ciali.*
6 *Verba*, cum hac conditione, quod teneatur &c. *non fa-
ciunt conditionem, ſed modum.*
7 *De legatis non detrahitur falcidia; vel ſaltem ſi obtinet
debē imputari omnia bona teſtatoris peruenta ad detra-
hentem.*
8 *Id obtinet, & in datis cauſa conditionis implendæ.*
9 *Et in eo quod capitur in vim modi.*

CONTROVERSIA DCXCIV.

PRæuia fauorabilium acceptatione, ſi quæ ſunt in ſcrip-
tura petitionis porrectæ per ſpectabilem Dominum
Bernardinum Gornum aſſertum procuratorem Venera-
bilis Societatis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte
Carmello erectæ in Eccleſia Riparoli, cum expreſſa
contrariorum impugnatione, præmiſſaque proteſtatio-
ne nullitatis omnium actorum, & agendorum expenſa-
rumque, damnorum, & intereſſe reſpondendo, dicit pro-
curator inferius Magnifici Domini Io: Franciſci Guari-
noni, locum non fuiſſe, nec eſſe poſſe inſtitis, & petitis
per dictum D. Gornum rebus ſtantibus, pro vt ſtant, &
negatis, narratis, pro vt narrantur, vera eſſe facta, quæ
ex aduerſo declaratione inſiſtentiæ, ac iurato de calum-
nia, petit ipſum de Guarinonis abſolui, & dictam ſocie-
tatem in expenſis damnis, & intereſſe condemnari, de
quibus contra eam proteſtatur, & præſertim de expen-
ſis, & damnis factis, & paſſis, & quæ fieri, & pati contin-
get in conſulendo peritos forenſes.

Nam quo ad aſſertum caput omiſſionis legati facti,
ipſi de Guarinonis, cum conditione, quod teneretur re-
trouendere petiam terræ, de qua in teſtamento ipſi Ven.
Societati ſine pretio, dicitur certi iuris amiſſioni predi-
ctæ locum eſſe non poſſe, Non ex eo quod legatum ac-
ceperit auctoritate propria, quia id fuit legatario ex-
1 preſſe permiſſum à teſtatore, quo † caſu nulla incurri-
tur pœna, *leg. Titia cum teſtamento*, § 1. *ff. de legat.* 2. Car-
din Zabarel. *conſ. ſi in ſeptimo dubio ſub nu.* 4. Deci. *conſ.*
418. *nu.* 4. & eſt communis opinio, de qua per Clar. *in §.
teſtam. q.* 68. *ſub nu.* 1. Cardinal. Tuſc. *in verbo legatarius
concluſ.* 151. *nu.* 20.

Quinimo vbi palam legatarius accipit poſſeſſionem
2 rei † legatæ, eam non amittit, licet non adeſſet licentia
teſtatoris, Gloſ. *in l. non eſt dubium, C. de legat.*

Non etiam eſt locus aſſertæ amiſſioni, eo quia acce-
perit poſſeſſionem legati antequam retrouenderet.

Primo, quia poſſet dubitari de validitate dicti oneris
& credi potius teſtatorem feciſſe actum eluſorium, cum
3 non poſſit dari venditio † ſine pretio, quod eſt de ſub-
ſtantia illius, *leg.* 2. *in fine*, *ff. de contrahend. emptio. lege*
empti

Digitized by Google

empti fidei, C. eod. tit. §. pretium autem, Inſtit. de emptio. & venditio.

Secundo dicitur, quod venditio requirit conſenſum
duorum, & per conſequens quod D. Guarinonus non
potuit ipſe ſolus facere hanc retrouenditionem, quam
ſemper paratus fuit facere pro vt nunc quoque eſt ſi ali-
quis adfuiſſet qui nomine ſocietatis deciperet retrouen-
ditionem, quæ propterea debebat comparere, & offerre
ſe promptam ad accipiendum ipſam retrouenditionem
4 mora enim non incurritur † per vnum niſi alter pro-
bet ſe fuiſſe paratum ad accipiendum, Nat. *conſ.* 258. *nu.*
7. *& conſ.* 451. *num.* 34. Riminal. Iun. *conſ.* 546. *nu.* 4. *cum ſeqq.*

Tertio, ipſa venerabilis Societas habuit in effectu implementum, ex quo ſtatim ſecuta morte vſufructuariæ habuit tenutam vnam cum alijs rebus hæreditarijs petiæ terræ retrouendendæ, quæ tenebatur per deffunctum de qua ipſe de Guarinonis, offert ſe promptum ad omnem eius requiſitionem facere inſtrumentum retrouenditionis.

Quarto, quis numquam cadit ab emolumento reli-
cto a teſtatore, ob non adimplementum oneris ſeu
5 pręc pr s niſi is ſiue ſit legatarius ſiue hæres, † interpel-
letur auctore iudice ad faciendum, & per annum ſtet in
mora *Authent. hoc amplius*, & ibi ſcribentes omnes, *C.
de fideicomiſſ.*

6 Quinto, † verba illa, *cum hac conditione, quod teneatur, &c.* nõ important conditionẽ, ſed modũ, qui venit implendus, & ſufficit impleri poſt emolumentum conſecutum, ita in ſpecie de dictis verbis, *cum hanc conditione, &c.* tradunt Iaſ. *in leg. debitori ſub num. 2. verſic. Vnde pondera hic eſſe textum, &c. Cod. de pactis*, pulcre Alex. *conſil.* 102. *ſub numer.* 2. *verſic. nam dicta verba cum hac conditione, vol.* 1. Bartol. *conſ.* 4. *num.* 1. *volum.* 1. Fulgoſ. *conſ.* 202. *colum.* 4. *ante num. primum verſic. Nam legatum datum ipſi Luciæ, &c.* Io. de Annan. *conſilio* 75. *ſub num.* 1.

Sexto, & vltimo, vbi dicta verba importarent conditionem quod negatur talis conditio non operaretur, quod ea non impleta amitterentur legatum, ſed faceret tantum, vt non poſſet obtineri niſi ea prius impleta, cuius ſecuto implemento, non poſſet denegari legatum.

Quo vero ad aſſertam prætenſionem reſpectu falcidię
dicitur ſtantibus rebus, vt ſtant, & alio non dicto illi lo-
7 cum eſſe non † poſſe, ſed & quatenus poſſet dicta So-
cietas prætendere falcidiam deberet imputare in ea pe-
tiam terræ prouenientem ab ipſo Guarinono, *leg. Neſe-
nius ff. ad leg. falcid.* Craſ. *§. falcidia, quæſt.* 13. *numer.* 8.
8 quod habet locum etiam † in datis cauſa conditionis
implendæ, idem Craſ. de communi, *d. §. falcidia qu.* 14.
& ſine vllo dubio atque difficultate procedit in eo quod
9 capitur † in vim modi, vt in caſu iſto Craſ. *dict. §. falcidia, quæſt.* 15. vbi de communi, & ita dicitur omni
meliori modo, &c. citra preiuditium, &c. proteſtando item
de expenſis, &c.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio eſſe poteſt vulgaris etiam cum eſt facta per verbum collectiuum, *Deſcendentium*, multo magis ſi ſit facta in caſum prædecedentię per verbum, puta, *Præmortuis*. Prohibitio alienationis etſi generalis cum cauſa reſtringitur ad precedentem diſpoſitionem, ſeu ſubſtitutionem ſpecificã. Aliqua de fama probanda. Et de pœna contrauenientis alienationi factæ a teſtatore, præcipuè ſi ſit hæres vendentis rem ſibi reſtituendam ex fideicommiſſo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Cum vocatio aliquorum facta eſt per nomen collectiuum, quod comprehendit plures diuerſi gradus perſonas, eodem tempore omnes nequeunt concurrere.*

2 *Vocatio per diſpoſitionem non præſeferentem tractum ſucceſſiuum infert tantum vulgarem ſubſtitutionem, & numer 4.*

3 *Subſtitutio vulgaris facta etiam per nomen collectiuum,* Deſcendentium, *expirat, ſemel admiſſis ipſis vocatis, & num. 4.*

5 *Id multo magis procedit cum vocati ſunt ita deſcendentes, præmortuis eorum patribus.*

6 *In caſu prædecedentiæ ſubſtitutio vt vulgaris expreſſa, ſingulariter in caſum impotentię.*

7 *Verbum,* Præmortuis, *hoc caſu non habet tractum ſucceſſiuum, vt inducat fideicommiſſum.*

8 *Prædecedentia adiuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

9 *Ad excludendos agentes ex ſubſtitutione ſufficit dicere, ſubſtitutionem non loqui eorum caſu, ſed in diuerſo.*

10 *Ablatiuum abſolutum inducit conditionem.*

11 *Verba,* Et illis præmortuis, *important conditionem, quia ſunt ſignificatiua qualitatis dependentis ab euentu futuro.*

12 *Subſtitutione facta de filio, ſi eius pater præmortuus fuerit tempore conditionis; filius eſt omnino excluſus, ſi adueniente conditione pater ſuperuiuat.*

13 Conſ. Peregr. 29. num. 4. volum. 2. *in propoſito laudatur, vt deciſiuum.*

14 *Subſtitutus alicui ſuperuiuenti, & hæredi exiſtenti, ſi non ſuperuiuat, & non ſit hæres, non ſuccedit tanquam defecta conditione.*

15 *Fideicommiſſum deficiente, vel non impleta conditione, perit.*

16 *Vbi conditio non aduenit, cenſetur repugnari voluntati teſtatoris ita diſponentis.*

17 *Fideicommiſſum non extinguitur etiam ob defectum conditionis, cum vltra talem diſpoſitionem conditionaliter adeſt prohibitio alienandi, cum cauſa conſeruationis in familia.*

18 *Verius tamen eſt prohibitionem talem ſubſequentem eſſe acceſſoriam ad tales conditionales ſubſtitutiones.*

19 *Et reſtringitur etſi ſit generalis ad præcedentes ſpecificas ſubſtitutiones.*

20 *Verba,* Dictis, *&* Antedictis, *ſunt relatiua præcedentis diſpoſitionis, cum omnibus ſuis qualitatibus.*

21 *Prohibitio alienationis cum ſit per talia verba relatiua, non ampliat fideicommiſſum, ſed illud reſtringit ad præmiſſas ſubſtitutiones.*

22 *In dubio eſt iudicandum, & diſpoſitio interpretanda contra fideicommiſſum.*

23 *Reciproca ſubſtitutio eſt facta in infinitum coarctatur ad præcedentem vulgarem tantum in certis perſonis deſcentium.*

24 *Et ita operantur verba,* In infinitum, *&* Perpetuo.

25 *Vocatio maſculorum, & fœminarum ſimiliter non operatur fideicommiſſum, niſi in caſu diſpoſito à teſtatore.*

26 *Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus.*

27 *Fideicommiſſarius agens, vt obtineat debet probare bona relicta fuiſſe in hæreditate fideicommittentis tempore mortis.*

28 *Teſtium depoſitiones de publica voce, & fama, vt rectè fiant exiguntur quatuor requiſita.*

29 *Fama vt probetur exigitur vt teſtis etiam non interrogati exprimant originem ipſius, & iudicium inde fieri poſſit.*

30 *Fama non formiter probata reſoluitur in teſtimonium de auditu, quod non releuat.*

31 *Teſtis de auditu, vt probet oportet, vt audiuerit id a duobus, & quod ſubdat, ſi ita credere.*

32 *Inſtrumenta, vt probent in antiquis debent eſſe plura, & non ſufficit vnum tantum.*

33 *Contrauenients alienando aliqua ex bonis prohibitis fit in-*

dignus non ſolum ex parte, ſed & alia ab alio alienata, ad quam potuiſſet habere regreſſum.

34 *Et excluditur à fideicommiſſo competenti, tam in caſum alienationis, quam in caſum mortis.*

35 *Contrauenient teſtamento defuncti priuatur omni eius cōmodo.*

36 *Per diuiſionem bonorum hæreditatis paternæ probatur immixtio, & aditio, licet id ex aduerſo negetur.*

37 *Hæres quis probatur ex quo facit aliquid, quod fieri non poteſt citra nomen, & ius hæredis.*

38 *Fideicommiſſarius hæres venditoris rei ſibi reſtituendæ alienatæ, non poteſt contrauenire facto defuncti cum hæreditas eſt maioris valoris ipſa re, Et probatur, numer. 46.*

39 *Hæres, & defunctus ſunt vna, eademque perſona.*

40 *Hæreditariæ actiones actiuæ, & paſſiuæ tranſeunt in hæredem vniuerſalem.*

41 *Hæres non debet eſſe melioris conditionis, quam defunctus.*

42 *Defuncto licet diſponere de re hæredis, ſiue in vltima voluntate; ſiue inter viuos, & num. 43.*

44 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

45 *Hæres adeundo videtur firmare alienationes factas à defuncto.*

47 Deciſio Grammatic. 93. *eſt ſuſpecta, & reprobata, & num. 50.*

48 *Hæres venditoris rei grauatæ onere reſtituendi, non poteſt dicere, da mihi bona vendita, & capias bona hæreditaria.*

49 *Concluſio hæc prohibita contrauentionis in fideicommiſſario procedit non ſolum in conditionali fideicommiſſo, ſed etiam cum habet prohibitionem expreſſam alienationis. Et probatur vbertime, & num. 50.*

CONTROVERSIA DCXCV.

ILluſtriſſimi Domini Marchio Vincentius, Ioannes Baptiſta, & Alfonſus fratres de Guerrerijs, qui habuerunt vltra octuaginta duos mille ſcutos hæreditatis paternæ, vt ex diuiſione inter ipſos facta, & in calce proceſſus producta, nunc petunt à fratribus de Falauigna bubulcas quattuordecim terræ in circa, & duas poſtas ab olitore, tamquam ſibi debitas ex fideicommiſſo q. generoſi Equitis D. Ludouici Guerrerij, & alias venditas per Illuſtriſſimum D. Comitem Tullium eorum patrem, de cuius hæreditate conſecuti ſunt prędictam quantitatem, In qua actione pluribus de cauſis ſuccumbere debent, & multari merentur iactura expenſarum.

Et quo ad poſtas olitoris res eſt expedita, quia nihil de eis probatum nam in inſtrumento diuiſionis bonorū d. D. equitis Ludouici, de quo in proceſſu, *fol.* 34. non legitur aliqua mentio de ipſis, teſtes quoque examinati per Dominos actores expreſſe dicunt nihil ſcire de iſtis poſtis ab olitore, vt primus, *fol.* 3. *fac.* 1. ſecundus, *fol.* 11. *fac.* 1. tertius, *fol.* 18. *fac.* 2. in principio, quartus, *fol.* 25. *fac.* 1. *& fol.* 26. *fac.* 1.

Quinimo nec niſi vnam poſtam venditam fuiſſe conſtat ex inſtrumento venditionis producto ex aduerſo, *fol.* 71. quod tamen non confert quidquam ad intentionem Dominorum actorum, nam vbi poſſet dici petiam terræ hortiuam fuiſſe de bonis fideicommittentis, non ſequitur ob id alio non apparente olitoris poſtam, vel poſtas pariter fuiſſe de eiuſdem bonis, cum hoc nulla neceſſitate inferatur, & cum in eodem inſtrumento venditionis aſſeratur d. petiam terræ alias fuiſſe donatam per Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum q. D. Franciſcum Marchionem Mantuæ ipſi D. Ludouico Guerrerio, nec vlla fiat mentio de ipſa poſta olitoris colligitur fuiſſe diuerſa bona, & diuerſi iuris.

Quo vero ad petiam terræ poſſet attentari, prout alias late ſcripſi pro Illuſtriſſima Dom. Comitiſſa Hyppolita Guerreria nullum amplius extare fideicommiſſum ex d. teſtamento D. Ludouici; ſed illud expiraſſe ſtatim, quod eius fratres illi ſucceſſerunt ex ipſius diſpoſitione.

Primo, quia ſubſtitutio facta de fratribus teſtatoris, & illis præmortuis de eorum deſcendentibus intelligitur, vt admittantur ordine ſucceſſiuo, non autem eodem tempore, tum quia non admiſit deſcendentes, niſi præmortuis eorum patribus, tum quia impoſsibile eſt, quod om-
1 nes ſimul admitterentur propter vocationem per † nomen collectiuum, quod comprehendit plures perſonas diuerſorum graduum, quæ eodem tempore omnes concurrere nequeunt, ita probat text. *in l. pero, §. fratre, ff. de legat.* 2. Bart. *in l. Gallus, §. quidam recte, ſub num.* 4. & ibi Socin. patruus, *pariter num.* 4. Rube. *num.* 47. Iaſ. *num.* 26. Socin. nepos, *num.* 35. *ff. de liber. & poſthum.* Oſaſcus, *deciſ.* 81. *num.* 14. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 28. Simon de Præt. *de interprat. vltim. volunt. fol.* 238. *num.* 39. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 70. *num.* 24. Intrigliol. *centur.* 3. *quæſt.* 80. *num.* 19.

Cum autem deſcendentes reperiantur vocati per di-
2 ſpoſitionem non præſeferentem † tractum ſucceſsiuum, quæ ob id infert tantum vulgarem ſubſtitutionem, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar.* & in dubio etiam ſubſtitutio præſumatur directa non autem fideicommiſſaria, & obliqua, *d. l. iam hoc iure, l. final. C. de hæredib. inſtituend.* gloſſ. *fin. in fine, in l. verbis ciuilibus, ff. de vulgar.* Decian. *conſ.* 1. *n.* 190. *volum.* 1. Mantic. *lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 1. D. Surd. *conſ.* 329. *num.* 4.

Sequitur, quod data vocatione per vulgarem tantum non autem per fideicommiſſariam, eorum patres erga eos non fuerint grauati onere fideicommiſsi, ſed illis ſe-
3 mel admiſsis † expirauerit ſubſtitutio vocatorum etiam per nomen collectiuum, *Deſcendentium*, vt tradit Menoch. *d. lib.* 4. *præſumpt.* 71. *num.* 8. Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 81. *pariter num.* 8. & quod talis ſubſtitutio dicatur tantum per vulgarem, & † adita ſemel hæredi-
4 tate expiret eſt doctrina Cuman. communiter approbata *in l. Gallus, §. quidam recte, ſub num.* 7. *verſic. vbi autem inſtituuntur*, & ibi Aretin. *colum. penult. verſ. melius ergo potes*, Soc. patruus, *ſub num.* 8. *verſ. tertius caſus eſt, ff. de liber. & poſthum.* idem Cuman. *in l. cum ita, §. in fideic. n.* 4. *ff. de legat.* 2. Caſtr. *conſ.* 434. *volum.* 2. Alex. *conſ.* 13. *col.* 3. *verſ. & quod in propoſito noſtro, vol.* 4. Deci. *conſ.* 204. *n.* 6. *& conſ.* 290. *num.* 2. Ruin. *conſ.* 92. *ſub num.* 5. *& conſil.* 159. *num.* 19. *& num.* 22. *& conſ.* 78. *in princip. & num.* 5. *in fine, & num.* 6. *& conſ.* 100. *num.* 3. *&* 4. *& conſ.* 102. *num.* 10. *& ſub num.* 12. *vol.* 2. Paril. *conſ.* 82. *num.* 10. *&* 11. *& conſ.* 49. *num.* 17. *volum.* 2. *& conſ.* 39. *num.* 7. *volum.* 3. Soc. Iun. de communi *conſ.* 180. *num.* 53. *volum.* 2. Crot. *conſ.* 65. *n.* 2. *& ſequ.* Didac. *in cap. Raynutius, §.* 2. *num.* 6. *&* 7. *de teſtam.* Cardin. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 30. Simon de Præt. *de interpratat. vltim. volunt. lib.* 3. *fol.* 239. *num.* 39. *&* 45. *& fol.* 280. *num.* 1. Decian. *conſ.* 1. *num.* 187. *& ſequ. volum.* 1. *& conſ.* 10. *num.* 30. *& ſequ. volum.* 3. Clar. *§. teſtament. qu.* 80. *num.* 4. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 71. *num.* 8. *& conſil.* 85. *num.* 73. *& conſ.* 496. *num.* 9. Craſ. *§. ſubſtitutio, quæſt.* 8. *n.* 9. Petra, *de fideicom. quæſt.* 5. *nu.* 157. Matheac. *in epitom. fideicomm. lib.* 2. *cap.* 14. *fol.* 84. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 81. *num.* 2. *cum ſeqq.*

Id quod ſi verum eſt in ſimplici ſubſtitutione de fratribus teſtatoris, & eorum deſcendentibus profecto for-
5 tius procedere debet, quando tales † deſcendentes vocati ſunt ſi eorum patres præmortui eſſent, vt in caſu iſto, ita reperiuntur ſubſtituti, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 71. *num.* 10. *& conſ.* 399. *num.* 2. *&* 3. Peregr. *de fideicomm. art.* 18. *ſub n.* 23. *verſic. adducit quia poſt Hyeronimum, &c.* Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 81. *num.* 9. poſt Alex. *conſ.* 170. *vol.* 5. Alciat. *conſ.* 130. *lib.* 9. *aliàs eſt conſil.* 606.
6 † quia tunc eſt vulgaris expreſſa nedum ſpecialiter, ſed etiam ſingulariter in caſum impotentię, vt per Bart. *in l.* 1. *num.* 10. *ff. de vulgar.* Intrigliol. *centur.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 2. cum nulla ſit maior impotentia ſuccedendi, quam prædecedentia.
7 Illud enim verbum, *Præmortuis*, hoc in caſu † non habet tractum ſucceſsiuum eo reſpectu, vt inducatur fideicommiſſum, vt male putat Laderch. *conſ.* 80. *num.* 1. ſed refertur ad tempus mortis teſtatoris, vel euenientis conditionis, ſeu caſus ſubſtitutionis fratrum, de quo lo-

cutus

cutus eſt teſtator, & quo eueniente prçuidit fratres po-
tuiſse iam eſse prædefunctos, vt declarat Ancharan. con-
ſil. 266. verſic. item expreſſe dixit teſtator, &c. ſubdens ra-
tionem, quia iſta prædecedentia adiuncta verba ſubſti-
8 tutionis † factæ filijs teſtatoris debet intelligi ſecundum
tempus verbi, & ita etiam intelligit, Abb. conſ. 40. nu-
mer. 1. vol. 1. Alex. conſ. 170. ſub num. 3. verſic. vel ſaltem
non videtur negari, &c. vol. 5. Socin. Iun. conſ. 180. in 2. du-
bio per totum maximè, num. 37. 38. 64. & 66. volum. 2. qui
omnino videatur, Ruin. conſ. 102. num. 6. vol. 2. & om-
nes alij, qui dicunt iſtos deſcendentes intelligi ſubſtitu-
tos per vulgarem in ſubſtitutione facta de fratribus, &
eis pręmortuis de eorum deſcendentib. clariſsime ſuppo-
nunt hoc; & ita ſuadet etiam proprietas ſermonis, &
rectus ſenſus diſpoſitionis, qui planiſsimus eſt, ita acce-
ptus, ſicuti frigidus, & valde inſulſus redderetur aliter
intellectus, prout magis ex lectura teſtamenti, quam
verbis exprimi valeat.

Secundo aduertendum eſt, quod ſubſtitutio de iſtis
deſcendentibus eſt facta filijs teſtatoris non natis, vel na-
tis, & quandocumque deficientibus præmortuis iã pa-
tribus ipſorum deſcendentium primo loco ſubſtitutis,
non autem reperiuntur ſubſtituti ſuis parentibus, nec
9 † mediatè, nec immediatè, Vnde ſufficit eis ad victo-
riam dicere ſubſtitutio veſtra non loquitur hoc caſu; ſed
in diuerſo prout omiſsis locis ordinarijs tradit in termi-
nis noſtris D. Peregr. conſilio vigeſimonono, numer. 3. vo-
lum. 2.

Tertio conſiderandum præcipue venit, iſtos deſcen-
dentes fuiſse ſubſtitutos conditionaliter, ſi eorum pa-
rentes præmortui fuiſsent tempore mortis teſtatoris,
vel deficientiæ liberorum maſculorum illius, ſicuti indi-
cant verba illa (& illis præmortuis) quæ faciunt condi-
10 tionem, non tam, † quia ſunt concepta per Ablatiuũ
abſolutum, l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtr. l. ſi de-
bitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. euictis, ff. de
euictionib. Socin. Iun. conſ. 180. num. 38. volum. 2. quam e-
11 tiam, quia ſunt ſignificatiua † qualitatis, quæ depen-
det à futuro euentu, quæ ob id inducit conditionem, vt
per Bart. in l. 1. nu. 25. ff. de condit. & demonſtr. & in ſpe-
cie tradit D. Peregr. conſ. 52. ſub num. 3. vol. 1. & conſil. 29.
ſub num. 4. vol. 2.

Subſtitutio autem facta de filio, ſi eius pater præmor-
tuus fuerit tempore purificati fideicommiſsi ad quod fu-
12 erat vocatus, expirat, ſi pater † ſuperuiuat, & ſucce-
dat, tanquam defecta condictione, nec vnquam am-
plius admittitur ipſe filius, vt reſponderunt Ancharan.
conſ. 137. & conſ. 266. per tot. Abb. conſ. 40. in 1. dubio, vol.
1. Socin. Iun. conſ. 180. nu. 59. 64. & 65. volum. 2. & melius,
conſ. 100. num. 33. volum. 3. Pariſ. conſ. 74. num. 17. volum. 1.
Burſatt. conſ. 97. ſub num. 8. Menoch. conſ. 399. num. 3. D.
Peregr. conſ. 52. ſub num. 2. volum. 1. & conſ. 29. num. 4. vol.
2. qui videatur omnino per totum d. conſ. 29. quia reſpon-
13 dit in caſu valde ſimili, & eſt conſilium † deciſiuum,
quod determinat quæſtionem iſtam.

Sic etiam in alijs terminis, quod deficiente conditio-
ne ceſset ſubſtitutio eſt celebre, & vulgo notum conſil.
Oldrad. 21. vbi ſubſtitutus Titio, ſi decedat ſine liberis
remanet excluſus eo decedente cum filijs.

Ita è conuerſo, ſi quis ſubſtituatur Titio ſuperuiuenti,
14 & hæredi exiſtenti eo præmortuo, † & hærede non e-
xiſtente, non ſuccedit tanquam deficiente conditione,
Alex. conſil. 1. ſub n. 4. cum ſeq. & per tot. vol. 1. & in eodem
caſu, Corne. conſ. 189. num. 12. vol. 2. facit & Ruin. conſ.
83. ſub num. 3. & conſ. 175. num. 4. in fine, & conſ. 182. ſub n.
3. volum. 2. & conſ. 137. ſub num. 2. volum. 3. Roland. conſ.
58. ſub num. 57. volum. 3. Natt. conſ. 676. ſub numer. 26. &
conſ. 678. num. 20.

15 Et hoc eſt regulare, quod fideicommiſſum † defi-
ciente, vel non impleta conditione pereat, l. vnic. § ſin
autem, ſub conditione, C. de caduc. tollend. D. Peregr. de fi-
deicomm. art. 43. num. 9. cum ſeqq. vbi plures huius conclu-
ſionis reddit rationes. & articulo quinquageſimo ſecun-
do, numero ſexto, Decian. conſil. 28. num. 12. vol. 2. Me-
noch. conſ. 633. num. 16.

Et vltra prædictos addo, quod vbi conditio non eue-
16 nit dicitur repugnari voluntati † teſtatoris ſi aliter ad-
mittatur ſucceſſio, vt conſiderant Alciat. conſil. 492. ſub
num. 28. alias eſt conſ. 44. ſub num. 51. lib. 9. Natt. conſ. 678.
ſub numero vigeſimo, Menoch. conſ. 326. ſub numero tri-
geſimoſexto.

Nec obſtat ſi reſpondeatur, fideicommiſſum non ex-
tingui etiam ob defectum conditionis, quando vltra
17 diſpoſitionem factam ſub conditione † à teſtatore ſubſe-
quitur generalis prohibitio alienationis bonorum, vt
conſeruentur in agnatione, quia ex ea cauſatur fideicõ-
miſſum purum, ſimplex, & diuerſum ab ea diſpoſitio-
ne conditionali, quod non perimitur per defectum prio-
ris, vt late per Petr. de fideic. quæſt. 6. ſub num. 15. verſicul.
ſed prædictis non obſtantibus, iuncto principio dictæ quæſtio-
nis.

18 Replicatur enim, † quinimo verius, & receptius eſ-
ſe prohibitionem hanc ſubſequentem eſſe acceſſoriam
ad præcedentes ſubſtitutiones, & regulari reſtringi, &
limitari iuxta eorum caſus, ſcilicet, quod prohibuit de-
ſcendentibus alienare, quatenus eueniret caſus vulgaris
ſubſtitutionis, mediante qua poſſent ſuccedere, quia
alias ſequeretur contradictio, & repugnantia in ipſa di-
ſpoſitione, nam ſi deſcendentes non debent ſuccedere,
niſi prædefunctis eorum parentibus, vtique indiſtinctè
bona non poſſunt eſſe perpetuò apud eos nec illis pro-
hiberi illorum alienatio, ſed tantum eueniente caſu eo-
rum vocationis idcirco ad euitandam repugnantiam in-
telligi debet prohibitio iuxta pręcedentes ordinationes,
Ita declarant Alex. conſ. 59. per tot. maximè num. 13. & 21.
volum. 3. & conſ. 129. ſub num. 3. & 4. volum. 6. Ancharan.
conſ. 137. Deci. conſ. 185. ſub num. 4. colum. 3. verſic. quarto
conſiderandum, & conſ. 335. alias eſt 336. ſub num. 2. & op-
timè conſ. 384. ſub num. 6. verſic. Non obſtant allegata, &
conſ. 290. colum. penult. & conſ. 636. per tot. maximè num. 7.
& 8. Socin. conſ. 53. num. 11. volum. 1. & conſ. 116. ſub nu-
mer. 4. verſic. Quæ omnino, volum. 3. Cephal. conſil. 17. nu-
mer. 24. & conſ. 113. num. 9. & 56. & pulchrè, conſil. 269.
num. 46. & conſ. 544. num. 12. cum ſeqq. Alban. conſ. 1. n. 9.
Gabr. conſ. 131. num. 21. & conſ. 132. num. 2. vol. 1. Burſatt.
conſ. 195. num. 19. Berett. conſ. 75. num. 7. Riminald. Iun.
conſ. 80. num. 32. & conſ. 371. num. 83. Ruin. conſ. 153. ſub n.
5. volum. 2. & conſ. 134. num. 15. & 16. volum. 4. Menoch.
conſ. 315. num. 43. & conſ. 327. num. 69. & melius numer. 72.
& latè conſ. 376. num. 49. cum ſeqq. & conſ. 399. num. 10. &
libr. 4. præſumpt. 68. num. 20. Crauett. conſ. 328. num. 24. in
fine, Socin. Iun. conſ. 29. num. 24. volum. 4. Gozadin. conſ.
30. num. 16. Zuccard. in l. 1. ſub num. 9. verſic. & hinc e-
tiam fit, C. de pact. Alciat. in l. pater filium, § fundum, ſub
num. 8. verſic. tertius caſus, ff. de legat. 3. Pedroc. conſil. 19.
num. 56. & conſ. 20. num. 61. Roland. conſ. 34. ſub num. 65.
volum. 4. Honded. conſ. 78. num. 35. & 3 . volum. 1. & con-
ſil. 42. num. 34. volum. 2. Peregr. conſ. 29. ſub num. 12. & 16.
vol. 2. Fachin. qui teſtatur de communiori, lib. 10. cap. 19.
ſub littera D.

19 Sed quia contra hanc opinionem magno impetu in-
ſurgit D. Surd. conſ. 67. à num. 20. vſque ad 43. vbi num. 40.
conatur deſtruere d. conſil. Deci. 636. quod facit, & Pe-
tra d. qu. 6. & non deeſt alia tutior, & irrefragabilis reſ-
ponſio, ideo omiſſa huius opinionis diſcuſſione.

Secundo dico quod generalis prohibitio alienationis
cum cauſa etiam, vt bona permaneant in agnatione non
ampliat fideicommiſſum, ſed reſtringitur ad præceden-
tes ſpecificas ſubſtitutiones, & habet tantum locum in il-
lis, quarum euenerit, & purificatus fuerit caſus, quan-
do eſt facta ſupraſcriptis inſtitutis, & ſubſtitutis, vt bo-
na permaneant in dictis vocatis in ſubſtitutionib. præce-
dentib. prout præciſè contingit in caſu noſtro, ita reſolu-
tum fuiſſe, refert D. Surd. dec. 85. per tot. qui omnino vi-
deatur, Rot. dec. 49. p. 1. nouiſſimar. Menoc. conſ. 327. n. 72.
& idem optimè, conſ. 642. ſub n. 5. verſ. & hæc quidem ſẽ-
tentia, Burſatt. conſ. 195. n. 7. Rimin. Iun. conſ. 50. n. 65. &
conſ. 371. n. 83. Cuman. conſ. 119. ſub n. 1. verſ. cũ vero ſub-
20 ſtitutus, qui omnes mouentur ea ratione, † quod illæ
dictiones, dictis, & antedictis, ſunt relatiuæ præcedentis

diſpoſitionis cum omnibus ſuis qualitatibus, & perinde eſt ac ſi teſtator dixiſſet prohibere alienationem, & velle bona conſeruari in deſcendentibus his modis, & formis, prout diſpoſitum eſt in ſubſtitutionibus, D. Surd. *d. deciſ. 8. ſub num. 3.*

Quoties enim prohibitio alienationis cum d. cauſa fit
21 per verba relatiua certum eſt † non ampliare, nec inducere nouum fideicommiſſum, ſed reſtringi ad particulares ſubſtitutiones, Alex. *conſ. 59. ſub num. 8. & 21. volum. 3.* Alex. de Neuo, *conſ. 9. ſub n. 5.* & Cepol. *inter conſ. eiuſdem Alex. de Neuo, conſ.* 81. *n. 7. &* 8. Bero. *conſ. 92. n. 3. vol. 2,* Crauett. *conſ. 99. n. 11. &* 12. Curt. Iun. *conſil. 43. col. penult. in fine,* Menoch. *conſ. 376. n. 47. & 48. & conſil. 642. ſub n. 5.* Olaſc. *deciſ. 50. ſub num. 11.* Veggi. *conſ. 74. num. 494.* Petra, *de fideic. q. 6. n. 41.* D. Peregr. *conſ. 29. numer. 15. vol. 2.*

Quorum pleriq; exemplificant, quando in prohibitione appoſita eſt dictio, *vt ſupra*, prout in caſu noſtro dicunt. n. illa eſſe ſufficientē ad reſtringendā hanc prohibitionē; quāuis valde amplā ad caſus ſuperius ſpecificatos.

Et licet poſſet dici in propoſita ſpecie dictionem, *vt ſupra*, appoſitam fuiſſe ad declarandum, quod nolebat ſuccedere, niſi legitimos, vt ſupra, & capaces, vt ſupra, tamen cum hæc dictio poſſit æquè bene amplecti omnia præcedentia abſque eo, quod violetur rectus ſermo, ad euitandum fideicommiſſum, debet ita accipi, cum ea ſemper ſit capienda interpretatio per quam excludatur
22 & contra fideicommiſſum † in dubio ſit iudicandum Rim. Iun. *conſ. 181. n. 23. & 24. & conſ. 279. n. 141. cum ſeqq.* præcipuè, quia adſūt etiā aliæ dictiones repetitiuæ dictos & antedictos, quæ idē ſua dēt, de quib. ſuperius verba feci.

23 Nec obſtat reciproca ſubſtitutio facta in † infinitum, quia cum præceſſerit ſubſtitutio vulgaris tantum in perſonis deſcendentium intelligitur facta reciproca eo etiā tantū caſu, quo ſuccederent per vulgarē, non autē cenſentur grauati eorum patres ad illis reſtituendum, vnde intelligenda erit diſtributiue, vt fratres ſibi inuicem ſint ſubſtituti ſi eueniat caſus in eorū perſonis, & ſimiliter ſi veniat in perſonis deſcendentiū patrib. præmortuis, quod deſcendentes viciſſim ſuccedant, ita declarat, & reſpondet multorū auctoritate D. Peregr. *conſ. 29. n. 12. vol. 2.* & clarius Pet. Ant. Anguſ. *conſ. 38. n. 12. lib. 6.* qui videntur. cum n. deſcendentes non fuerint honorati, niſi per vulgarem non poſſunt etiam dici grauati erga parentes. vnde ſi ex parte eorū non ſubſiſtit ſubſtitutio impoſſibile eſt, quod detur reciproca, vt per eundem D. Peregr. *d. conſ. 29. ſub n. 9. cum ſequ.*

24 Nec illa verba. † *in infinitum*, & *perpetuò*, habent quidquā turbare, quia debent operari ſecundū propoſitos præcedentes caſus, quo ad vulgarē ſcilicet, vt fratrib. exiſtentib. illi ſuccedūt cęteris excluſis, illis vero præmortuis admittantur deſcendentes in infinitū per vulgarem, vt per Alex. *conſ. 139. ſub n. 3. vol. 6.* Ruin. *conſ. 102. n. 11. & 12. vol. 2. & conſ. 136. n. 10. vol. 3.* Ceph. *conſ. 17. n. 9. cū ſeq.* Rim. Inn. *conſ. 50. n. 50.* Gabr. *conſ. 64. n. 43. vol. 2.* D. Surd. *conſ. 448. ſub n. 26.*

25 Non obſtat quoq; vocatio maſculorū, † & excluſio fęminarū, quia illa non operatur fideicōmiſſum, niſi in caſu diſpoſito à teſtatore, & eo contingente ſecundum cōditiones appoſitas, Alex. *conſ. 59. ſub n. 21. verſ. Non obſtat etiam, quod intentio, vol. 3.* Ruin. *conſ. 92. nu. 9. vol. 2.* Sim. de Præt. *de interpræt. vltim. volunt. fol. 293. ſub n. 71. verſic. Tertio declaratur, col. 3. & conſ. 42. ſub n. 27.*

26 Ceſſat quoq; quod illi DD. Actores conſecuti fuerint ex hoc fideicommiſſo bona poſſeſſa per q. Illuſtriſſimū D. Comitē Io: Baptiſtam Guerrerium, tū quia ſi male nō ſum informatus cauſa illa nō ſententia, ſed accordio cōpoſita fuit, tū etiam quia exemplis non eſt iudicandum, *l. nemo, C. de ſentent. & interlocut. omni. iudic.*

Sed vbi dici poſſet aliquod ſubeſſe fideicommiſſū adhuc non poſſent obtinere DD. Actores, quia non credo probatū eſſe bona petita relicta fuiſſe tempore mortis in hæreditate fideicommittentis, quod tamen neceſſario
27 † probandū eſt à fideicommiſſario agente, Crauet. *conſ. 61. n. 6.* Maſcard. *in verb. fideicommiſſarius, concl. mihi 777. n. 1.* D. Peregr. *de fideicomm. art. 44. pariter numero primo.*

Per teſtes. n. nulla reſultat efficax probatio, nam primus, licet, *fol. 3. fac. 2. in princ. & fol. 4. fac. 1.* in fine deponat de communi opinione, quod hortus eſſet de bonis D. Ludouici, tamen *fol. 2. fac. 2.* ignorat an petia terræ petita, & poſſeſſa per Falauineas ſit eadem de qua in inſtrumento diuiſionis, & quæ præſupponitur relicta in hæreditate fideicommittentis, & eſt etiam male informatus, quia *fol. 3. fac. 2.* dicit D. Ludouicum teſtatorē fuiſſe auum paternum Domini Comitis Tullij, quod falſiſſimum eſt.

Secundus teſtis nihil omnino ſcit.

Tertius quoq. *fol. 18. fac. 1.* ignorat identitatem petiæ terræ, an ſcilicet hæc poſſeſſa per reos ſit illa relicta per D. Ludouicum in ſua hæreditate.

Remanet ſolus quartus, qui aliquid deponit de identitate, ſed vox vnius non ſufficit ad decidendas cauſas.

Quatenus autem aliqui ex illis deponunt de publica voce, & fama, quod talis hortus eſſet de bonis D. Ludouici, & quod eſſet ſuppoſitus fideicommiſſo nihil pro-
28 bant, † quia non deponunt formiter de fama ſecundū illa ſeptem requiſita neceſſaria ad eam probandam, de quibus per Farinacc. *q. 47. à num. 208. vſque ad. 237.* & inter alia deberent ſaltem nominare vnum, à quo audiuiſſent Gigas, *conſ. 38. n. 91.* Ruin. *conſ. 52. n. 7. vol. 5.* Rolād. *conſ. 54. n. 17. vol. 1.* vbi reddit rationem Rim. Iun. *conſil. 524. n. 54. & conſ. 589. ſub n. 27.* vbi de communi, Maſcard. *concl. 791. n. 18.* Petra, *de fideicom. q. 11. n. 448.*

29 Deberentque † etiam non interrogati exprimere originem huius famæ, vt conſtare poſſit an à fide dignis, & ſine aliquo ſuo intereſſe orta fuiſſet. Rim. Iun. *d. conſ. 524. n. 55.* Burſatt. *conſ. 435. n. 13.* Maſcard. *d. concluſ. 791. n. 19.* Menoch. *conſ. 927. n. 33.*

30 Vnde † cum non fuerit formiter probata reſoluitur in teſtimonium de auditu, quod non releuat Petra, *de fideicom. qu. 11. num. 380.* quia teſtis de auditu regulari-
31 ter non probat, & vbi facit fidem oportet, † quod audiuerit ſaltem a duobus, & quod ſubdat ſe ita credere, Nat. *conſ. 17. num. 5. & 7.* Curt. Iun. *conſ. 17. nu. 2.* Ceph. *conſ. 250. num. 22.* Rim. Iun. *conſ. 186. num. 58.* Menoch. *conſ. 615. num. 4. cum ſeqq.*

32 Inſtrumentum † vero diuiſionis non videtur releuare, quia licet inſtrumenta inter alios probent in antiquis tamen oportet, quod ſint plura non autem ſufficit vnum tantum, Alex. *conſ. 94. ſub num. 8. vol. 7.* Maſcard. *concl. 106. ſub num. 10.* Crauet. *de antiquit. temporis, part. 1. §. ampliatur, n. 14.*

Inſtrumentum autem emptionis iſtorum de Falauinea productum ex aduerſo, *fol. 72. fac. 1.* probat hortum illum aliàs fuiſſe donatum per Marchionem Mantuæ D. Equiti Ludouico Guerrerio; ſed non probat remanſiſſe in illius hæreditate, & illa aſſertio fuit facta ad fauorem emptoris, vt tutius emeret rem prouenientem à Principe, vnde non debet operari contrarium effectum.

Tertio, principaliter, vbi probata eſſent bona in bonis, & ſubeſſet fideicommiſſum, adhuc ſuccumbere deberent Illuſtriſſimi Actores, quia ſcienter alienarunt de bonis dicti Domini Ludouici expreſſè prohibitis alienati, videlicet Curiam Villænouæ, vt ex fide producta, *fol. 84. fac. 1.* quæ fuerat expreſſe prohibita alienari, vt ex teſtamento, *fol. 29. fac. 1.* & quæ eſt eadem, de qua in dicto teſtamento, vt colligitur ex inſtrumento diuiſionis, *fol. 36. fac. 2.* vbi dicitur, quod eſt intra Parmeſanam, & Faliatam, & ſub Vicariatu Gonzagæ, & hanc venditam à D. Marchione eſt in eodem loco, & habet eadem confinia, vt probatum eſt per teſtes examinatos ſuper poſitionibus, *fol. 87.* qui habentur in volumine noſtrorum teſtium, *fol. 119.*

Nec non alienarunt prædium Gaſparolæ, ſub Commiſſariatu Godij, ex fide producta, *fol. 84. fac. 2.* quod fuiſſe de bonis dicti Domini Ludouici probat inſtrumētum diuiſionis ex aduerſo productum, *fol. 36. fac. 2.* vbi nominatur dictum prædium cum eodem nomine ſitu, & confinibus, de quibus in dicta fide venditionis.

Quod autem id fecerint ſcienter probant acta produ-

cta

cta in proceſſu fol.94. cum pluribus ſequentibus. vbi Do-
mini fratres Actores vſi ſunt dicto teſtamento, & diui-
ſione, & ex eis petierunt multa bona tanquam ſubiecta
fideicommiſſo reſultante, & probato ex dictis inſtru-
mentis, vt in libello, fol.106.fac.2. cum ſeqq.

Quo ſuppoſito ſequitur concluſio, quod contraue-
niens alienando aliqua ex bonis prohibitis, non ſolum
33 ſit indignus ea parte, ſed etiam alia † ab alio aliena-
ta ad quam potuiſſet habere regreſſum, l.cum pater,77.
§.libertis,verſicul.alioquin per abſurdum, ff. de legat. 2.
Aretin. conſil.67.ſub num.3.verſic. venio ad tertium, Al-
ciat. conſil.71.ſub numero nono, lib.5. aliàs eſt conſil.304.
Alba, conſilio ſeptimo, num.11. Decian. conſil.57.numer.
14.vol.5.

34 Et excluditur † nedum à fideicommiſſo ſibi compe-
tente vigore alienationis, ſed etiam ab eo quod eidem
deberetur in caſum mortis, vt voluerunt Curt.Senior,
conſil.63.in vltima quæſtione, verſicul. contrauenìens er-
go, Pariſ. conſil.91. num.64 volumine ſecundo, quos re-
fert, & ſequitur Dominus Surdus, in tractatu de ali-
mentis, titulo nono, quæſtione vigeſimaquinta, num.55.
quæ opinio videtur veriſſima, licet nonnulli contradi-
cant, quia communiter admittitur generalis concluſio,
34 † quod contrauenìens teſtamento defuncti, priuatur
omni eius commodo, vt per Curtium Seniorem, & Pa-
riſium, numero quinquageſimo ſexto, vbi ſupra, & per
Neuizanum, conſilio tertio, numero ſecundo cum ſequen-
tibus, Alexand. conſ.138.ſub numer.13.volumine primo,
vbi citat Authentic. hoc amplius, Cod. de fideicommiſſ.
Decian. conſil.13.numero tertio, volum.1. & conſ.39.n.3.
vol.2.

Quarto, & vltimo principaliter moueor; quia Illu-
ſtriſſimi Domini Actores fuerunt hæredes patris vendi-
toris, & habuerunt bona longe maioris valoris de hæ-
reditate paterna, vt dixi in principio, & probatur ex
laudo, & diuiſione nouiſſimè producta, vbi loca re-
periuntur ſignata, in quibus nominatur hæreditas pa-
tris diuidenda, per diuiſionem enim bonorum hæredi-
36 tatis † paternæ probatur neceſſario immixtio, & adi-
tio licet negauerint ſe hæredes, Pariſ. conſil.16. num. 46.
libro ſecundo, Crauet. conſ.967.num.14. Menoch. lib.4.
præſumpt 101.num.19. & vbi quis poſſidet bona hæredi-
37 taria defuncti, vel facit † aliquid, quod fieri non po-
teſt citra ius, & nomen hæredis, tunc probatur hæres,
Maſcard. concluſione quadrageſima quinta, & quadra-
geſima ſeptima.

Quando autem bona hæreditaria ſuperant valorem
rei fideicommiſſo ſubiectæ alienatæ per defunctum, tunc
fideicommiſſarius hæres venditoris non poteſt contra-
38 uenire facto defuncti, nec † moleſtare emptores, ſeu
habentes cauſam ab eis, vt per text. in l. filiusfamilias,
114.§.cum pater, vbi gloſſ. in verb.exhæredatos ff.de leg.
1.& in leg.vnum ex familia,67.§.ſed ſi vno, & §.ſequ. ff.
de legat.2. & per vulgares regulas, quod hæres, & de-
39 functus † cenſeatur vna & eadem perſona, §.1. in Au-
thent.de iureiurand.a morient.præſtit. Quod actiones hæ-
40 reditariæ † actiuæ, & paſſiuæ tranſeant in hæredem
vniuerſalem, leg.pro hæreditariis, Cod. de hæredit. actio-
41 nibus. Quod hæres † non debet eſſe melioris condi-
tionis, quam fuerit defunctus, leg. in omnibus officijs,
136.§.non debeo,ff.de regul.iur.leg.poſtulante,44. in prin-
cipio, verſiculo, Cæterum exiſtimo. ff. ad Trebellian.
42 Quod licet † defuncto de hæredis re, vel ei debita di-
ſponere, ſiue in vltima voluntate, dict.leg.vnum ex fa-
milia, 67.§. ſi rem, leg.cum filius, 76.§. Dominus, ff.
43 de legat.2. ſiue † inter viuos, leg. 1. in principio, ff. de
exceptione rei vendita, & tradita. Quod quem de eui-
44 ctione † tenet actio eundem agentem repellit exceptio,
45 leg.vindicantem, ff. de euictio. Quod denique hæres †
adeundo videatur ſuo conſenſu firmare alienationes fa-
ctas à defuncto, leg. ſi ab eo, in fine, Codice de liberal.
cauſ.

Per dictos textus inquam, & rationes prædictas, ac
46 alias, † quæ apud eos videri poſſunt, ita latè conclu-
dunt, & determinant ex profeſſo Cephalus, conſil.392.
per totum, maxime numer.26. & conſil. 393. Menoch.
conſil.89.per totum, & præcipuè, numer.60 cum ſequen-
tibus, & conſil.1094. numero octauo, nono, & decimo,
& conſil.1154. numer.18. & libro quarto, præſumpt. 117.
numero ſeptimo, Dominus Peregrinus, de fideicommiſſ.
articul.33.numero decimo, Gabr. de regul.iur.concluſione
vndecima, numero ſexto, Ioſeph Ludouicus, in ſuis com-
munibus concluſionibus, in titulo de hæredibus, aliàs eſt con-
cluſione decimaſexta, columna decima ſecunda, verſicul.
Secundo amplia in eo hærede, qui eſt hæres illius, qui alie-
nauit rem ſubiectam fideicommiſſo, Lanarius, conſil. 69.
numero tertio, Merzat. in epitom.fideicommiſſ.quæſtion.46.
Matheac. in ſimili epitome libro tertio, capitulo quinto, nu-
mero decimo, Franc. deciſ. 83. numero ſecundo, vbi dicit
47 † pro certo credendum eſſe deciſionem Grammatici,
93. non eſſe deciſionem Sacri Conſilij, quia ſemper vi-
dit ab eo iudicatum contrarium, idem Franc. deciſ.153.
48 numero decimo ſeptimo, Vbi inquit hæredem non poſſe
dicere redde mihi bona vendita, & capias bona hæredi-
taria, & deciſ.355. num.7. Roland. conſil.30.num.29.&
conſil.24.num.71.volum.4. D.Surd. conſ.459. num.1. & 2.
Barzi. deciſ.64. apud quos multi alij, & maxime anti-
quiores longa ſerie cumulati videri poſſunt.

49 Quod † non ſolum verum eſt in ſimplici fideicom-
miſſo conditionali, ſeu in re ſubiecta reſtitutioni ſimpli-
citer, ſed etiam in fideicommiſſo cum expreſſa prohibi-
tione alienationis, quale eſt præſens, de quo agitur, vt
eſt textus in d.l.filiusfamilias,114.§.cum pater,ff.de legat.
1. quam non poſſe euitari, niſi cauillando aduertit Pi-
nellus, in leg.1.in 3.par.ſub num.82.verſic.infertur quarto
ex dictis iuribus. Cod.de bonis maternis, vbi paulo ante
numerum 82. reprobat d.deciſ. Grammatic.93.

50 Et ita † in fideicommiſſo cum prohibitione aliena-
tionis, tradunt Albericus, in d.§.cum pater, ibi, ſi fun-
dus alienetur extra familiam contra prohibitionem teſtato-
ris vbi hoc etiam ſenſit Bartol. dum loquitur de fundo a-
lienato contra voluntatem defuncti, Angel. in illis ver-
bis, qui ſupererant tempore prohibitionis, Bald. qui loqui-
tur de fundo, quem teſtator iuſſit non alienari, Cumã.
expreſſe loquens de re alienata contra prohibitionem
teſtatoris, Imola, vbi loquitur de alienatione contra
voluntatem teſtatoris, & infra ſub num. 20. notat illum
textum ad hoc quod prohibitus alienare videatur pro-
hibitus alienare, ne dum inter viuos, ſed etiam in vltima
voluntate, & ſic loquitur in expreſſa prohibitione,
Paul.de Caſtr. ſumat illum text. in prohibitione expreſſa
teſtatoris, & ibi etiam Io:Pet.Mang. in nouiſſimis additio-
nibus, ſeu remiſſionibus, quas fecit ad d.§.cum pater, l.filiuſ-
familias, ff.de legat.1. Crott. in d.l.filiusfamilias, §.diui,
ſub num. 146. verſic.primus caſus, & ibidem Ferdinand.
Loaez. ſub num.191.circa finem, verſic. quod tamen eſt
verum, Pariſ. conſ.48 ſub num.3.volum.5. vbi ſub numer.
1. patet, quod ibi aderat expreſſa prohibitio, Soc. Iun.
conſ.107.num.58.volum.3. Paul.de Caſtr. clare in conſ.17.
colum.3.in antiquis, quod in nouis eſt, conſ.247.num.2. in fi-
ne, verſ.item producta fuit, vol.1. vbi loquitur in expreſſa
prohibitione, & inquit, quod ſi non appareret de ab-
ſtinentia ab hæreditate, ſed filij adiuiſſent, non potuiſſent
recuperare vineã prohibitã alienari, vt maneret in fami-
lia, idẽ ſentit Curt.Sen. conſ.63.col.pen. dum agit de fidei-
cõmiſſo, in quo aderat prohibitio alienationis, & inquit
quod non poteſt recuperari ab hæredib. eius, qui illi re-
nunciauerat, Soc. patr. conſ.43.col.fin.vol.3. vbi inquit, eũ,
qui renunciauit fideicõmiſſo, in quo aderat prohibitio nõ
poſſe illud recuperare, Dec. conſ.38.ſub n.5.verſ. nã ſi de-
ſcendentes inuitati, Roderic.Suarez, in l.quoniã in prior ib.
in 7.ampliat.ſub n.2.verſ. Accedat ellegans textus, C.de i-
noffic.teſtam.fol.mihi,72. Pinel. in l.1.in 3.p ſub n.81.verſic.
ampliatur ſexto, & ſub n.82.verſ.Infertur quarto, C.de bo-
nis matern. Petr.Ant.Anguſ conſ.63.per tot.lib.6. Deciã.
conſ.55.in vltimo dubio, n.87.iuncto princ. vbi apparet ad-
fuiſſe expreſſam prohibitionem alienationis, vol.3. Tira-
quel. de retract.conſangu.§.1.gloſſ.9.ſub n.50. verſ. & eſt
optimus, Alciat.conſ.600.verſ. Alterum eſt caput, &c. iun-
cto verſ. Secũda ratio, aliàs eſt conſ.125.li.9. Mol.de primog.
lib.4.

Digitized by Google

lib.4.cap.1.num.12.& 16. Melch. Palaez: *de maiorat.p.4.q.16.* Franc. *d.deciſ.83.n.2.153.num.17.& 355.num.7.* dum vbique reprobat *d.deciſ.* Grammat. 93. & refert ſemper vidiſſe iudicari contra eam Merzar. *in epitom.fideicomm. queſt.46.* D. Peregr. *de fideicom.artic.23.num.3.10.& 13. iuncto num 1 verſic. Et in terminis*, vbi loquitur de re prohibita alienari, Riminald. Iun. *conſ.64.num.16.& 17. iuncto principio*, D. Sard. *conſ.284.per tot.*

Eſſent in hoc propoſito reſoluenda nonnulla, quę obſtare videntur, & quibus alias cumulate ſatisfeci, reſoluendo quædam motiua edita ab Excellentiſſimo Dom. Achille Pedroca Iudice in quadam cauſa territorij Brixienſi, quibus meis ſcriptis ſatisfactus remanſit, ſed quia nimis longa euaderet conſultatio cum vnumquodque ex capitibus pro defenſione propoſitis requireret particularem allegationem, ideo ea in præſentiarum omitto credens prædicta ſufficere debere, quibus, ſi quandoq; motiua edentur opportuna non deerit reſponſio, His interim contentus.

ARGVMENTVM.

De obreptione, vel ſubreptione reſcripti.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum gratis ſubreptitium vel obreptitium eſt ipſo iure nullum; nec ſupplicati in aliquo prodeſt.*

2 *Etſi ob tacitum ibi vel expreſſum fuiſſet nihilominus à Principe conceſſa gratia, ſed non ita de facili.*

3 *Imo eſt nulla conceſſio, cum tacetur vel exprimitur aliquod de quo erat in ſpecie facienda mentio etſi alias Princeps fuiſſet conceſſurus.*

4 *Amplia etſi id exprimendum, erat modicum.*

5 *Abſque dubio nullitas obtinet cum agitur de tertij præiudicio.*

6 *Si talis reſcripti vigore executor procedat in via iudicij, omnia acta ſunt nulla.*

7 *Puniri debent executores etiam dicti reſcripti ſi exceptiones, & impugnationes ipſius de mendatio vetuerint, & non admiſerint.*

CONTROVERSIA DCXCVI.

CArere prorſus debent Domini Iugales de Sacchis beneficio breuis obtenti à Sanctiſſimo Domino Noſtro Paulo Quinto, nec vllam conſequi merentur confirmationem prætenſæ inueſtituræ in executionem breuis prædicti, cum laboret manifeſto vitio obreptionis, & ſubreptionis, reſcriptum enim gratiæ obreptitium, vel
1 ſubreptitium eſt ipſo † iure nullum, nec ſuplicanti præbet vllum fauorem, *cap. dicenti in princip. & §. reſcripta, & § præſcriptione 25 quaeſt.2, cap. 2. cap. ſuper litteris, & cap. ad audientiam il 2. de reſcript.* Felin. *in dict. cap. ad audientiam il 2. num.22.* Geminian. *conſ.82. ſub n.8.* Crauet. *conſil.68. numer. 2.* plene Menoch. *de arbitrar. caſu 208. num.2.*

2 Id quod verum eſt † ne dum quando aliquid tacitur vel exprimitur, ſine quo alias reſcribens non fuiſſet omnino gratiam conceſſurus ſed etiam, ſi forte eam conceſſiſſet, ſed non ita de facili *cap. ſuper litteris, & cap. poſtulaſti de reſcriptis*, Roman. *conſ.326. num.11.* Abb. *conſ. 24. ſub num.6. verſic. nemo autem dubitare poteſt vol.2.* Soc. Sen. *conſ.164. num.3. vol. 2.* Menoch. *de arbitrar. d. caſu 201. nu.24.*

3 Et vbi tacetur aliquid vel exprimitur, † de quo erat facienda mentio in ſpecie tunc omnino vitiatur reſcriptum licet alias princeps conceſſurus fuiſſet Crauet. *dict.*
4 *conſ.68. num.8.* vbi † ſubdit hoc adeo verum eſſe vt procedat licet illud quod exprimi debebat ſit quid modicum.

Quod ſecundum eum procedit ſine aliqua difficulta-
5 te quando agitur de præiudicio † tertij, quia de quocunque iure alterius mentio fieri debet, quamuis tale ius non eſſet omnino efficax, vt ipſemet Crauet. probat ibidem ex Alex. *conſ.4. ſub num.5. vol.5.*

Et ſi executores litterarum Apoſtolicarum ſubrepti-
6 tiarum procedunt † in forma iudicij, proceſſus eſt omnino nullus, & omnis actus, ex eo ſequens Abbas, *in cap. ad audientiam il 2. num.14. de reſcript. & in conſil.34. ſub num.5. verſic. Quinimo plus legendo vol.2.*

Imo hi quibus dirigitur reſcriptum, puniri debent, ſi
7 precum mendatia, obreptiones, † & ſubreptiones argui vetuerint, vel exceptionem non admiſerint, *l. puniri, C. ſi contra ius vel vtilitat. public. cap. dicenti, §. reſcripta. 25. q.2.*

In propoſito autem breui, & precibus pro eo porrectis vnum eſt expreſſum, & alterum tacitum quorum vnumquodque penitus diſtraxiſſet Summum Pontificem à conceſſione gratiæ, vel ſaltem eum multum retardaſſet, & valde ſuſpenſum tenuiſſet circa hanc conceſſionem.

Namque preces conceptæ ſunt nomine Archipresbiteri, & Capituli Eccleſiæ Sanctorum Iacobi, & Philippi, vt patet ibi, *nuper pro parte dilectorum filiorum, &c.* & infra ibi, *Quare pro parte Archipresbyteris, &c.* & tamen certum eſt eos ne dum ab ipſis vel de eorum voluntate non eſſe factas, ſed imo contradixiſſe, & ad hoc litigaſſe ne id obtineretur, vt patet ex proceſſulo multo ante cępto coram Reuerendiſſimo Domino Vicario Epiſcopatus ad inſtantiam M. R. Collegij, dictæ Eccleſiæ contra ipſos Iugales de Sacchis, qua lite pendente ipſi ſubreptitiè, falſo nomine eiuſdem collegij, & capituli obtinuerunt Breue, quod ſi ſciuiſſet Summus Pontifex dictum Collegium, non ſupplicaſſe vtique non niſi eo vocato fuiſſet, aliquid deliberaturus imo ſine hæſitatione preces repulſurus.

Neque prędictis Iugalibus profuiſſet dicta inueſtitura, tum quia licet obliget eos ad obtinendum Breue eorum impenſis non tamen conſtituit eos procuratores ad hoc faciendum nomine Capituli, nec Capituli nec dat illis hanc facultatem, ſed tantum obligat ad erogandum impenſas vbi Capitulum elligeret ſupplicare; tum etiam quia vbi habuiſſent hanc auctoritatem, tamen contradicente ipſo capitulo illud voluiſſet audire Papa, preſertim, cum a die inueſtituræ ad breue obtentum interceſſiſſent multi anni, ex cuius temporis longinquitate valde potuit mutari rerum ſtatus, & potuit capitulum habere tale quid deducendum propter quod Papa gratiam non fuiſset conceſsurus.

Qui etiam ex eo ſolo non preſumitur illam conceſsurus fuiſse quod pars contradiceret, quia numquam conſueuerunt indulgeri à Summo Pontifice huius modi diſpenſationes, & conceſſiones niſi Eccleſia volente, conſentiente procurante, & cum omni eius ſatisfactione.

Alterum quod fuit tacitum eſt, quod pendebat lis ſuper hac promiſſione facta à Collegio, & quod nunc omnino renuebat illam adimplerė nam licet facta fuiſset promiſſio, & inueſtitura tamen ex quo erat omnino nulla, & imperfecta ante aſſenſum Summi Pontificis, vt in ea exprimitur, vtique Papa eam tanquam nullam non curaſset, & noluiſset inuita Eccleſia cogere eam ad hanc alienationem preſertim refragrante voluntate teſtatricis. de quo iure capituli, & contradictione quamuis poſſet dici fuiſse minus efficacem adhuc tamen fuit certiorandus Summus Pontifex, vt dixi ſuperius, ex Crauetta, & Alexandro, *in verſic. Quod ſecundum eum procedit, &c.*

Ad hæc igitur valde animaduertant M. Illuſtres, & admodum Reuerendi Domini delegati; quia non dubito quod ſi cauſa reducetur ad vrbem quia Papa ſit laceraturus dictum breue, & valde miraturus, quod in vita Eccleſia velint iſti iugales obtinere prętenſam conceſſionem quam non conſecuti, ipſe Papa admittere niſi vtriuſque partis conſenſu accidente,

ARGV-

ARGVMENTVM.

Venditor quando teneatur nec ne, cum res eſt deteriorata. Aliqua de monetæ valore. De læſione & reſtitutione in integrum ob cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Si emptor habet ſcientiam de qualitate rei ob quam alias contra venditorem daretur actio, & eam emit tunc venditor ad nihilum tenetur; etſi & qualitas exprimatur in contractu, & probatur nu.2. & 3.*

4 *Si venditor ignorans nil dicat de tributo debito pro re vendita, non obligatur erga emptorem.*

5 *Venditor ita demum tenetur, ſi doloſe verſetur in celanda aliqua qualitate quæ potuiſſet retrahere emptorem.*

6 *Venditio ſine pretio non ſubſiſtit.*

7 *Cum æſtimatio alicuius rei iuxta valorem certæ monetæ ſtat demonſtratiuè, non taxatiuè, variatio in ea moneta contingens non attenditur, ſed ſolum æſtimatio.*

8 *Læſio attenditur inſpecto valore de tempore contractus.*

9 *Minor reſtituitur ex contractu etiam inito cum ſolemnitatibus ſaltem ex Statuto Mantuæ.*

10 *Quadriennium ad petendam reſtitutionem non currit niſi a die ſcientiæ.*

11 *Cum læſio vltra dimidium interuenit, ſemper obeſſet remedium,* l. 2. C. de reſcind. vendit.

CONTROVERSIA DCXCVII.

NOn videnter obligati ad aliquid conſortes de Berrinis ſeu de Vaninis, erga Dominum Camillum Creſcinbenum pro prætenſa per eum indemnitate vigore liuelli debiti pro petia terræ, cujus vtile dominium ab eis acquiſiuit qui fuit aſsertus eſſe de ſcutis quindicim cum dimidio auri in auro a libris ſex, & tamen in rei veritate erat de ſcutis auri in auro ſimpliciter ſine aliqua æſtimatione.

Primo, quia ex licentia obtenta à Sereniſſimo Domino, de emendo dictam petiam terræ, quæ habetur in fine inſtrumenti emptionis, *fol.26.fac.*1. proceſsus ordinarij apparet emptorem habuiſse ſcientiam quod liuellus debitus Cameræ erat de ſcutis auri in auro, ſine vlla æſtimatione non autem à libris ſex, quia hoc ſpecifice exprimitur in dicta licentia, quo caſu quando emptor habet ſcientiam de qualitate rei propter quam alias daretur actio contra venditorem, tunc venditor ipſe ad ali-
1 quid non obligatur licet aliter † aſſertum fuiſset in contractu de dicta qualitate, text. ſunt ad rem in *l. ſi minor, Cod. de action. empt.* vbi ſi minor aſseratur capitatio prædij a venditore, quæ poſtea maior inueniatur emptor agit quanti minoris emiſset, ſi hoc ignorauit, ſi vero ſciuit maiorem eſse capitationem ſeu tributum, tunc inquit textus nullam habet actionem contra venditorem.

Ad idem eſt text. *in l.1. §. venditor. ff. de actionib. empt.*
2 vbi, *in principio dict.* §. inquit textus, quod ſi venditor ſciens deberi ſeruitutem hoc celauit, non euadet actionem ex empto, modo tamen id ignoráuerit emptor, & ſic a contrario ſi emptor ſciuerit ad nihilum tenebitur, quod clarius exprimit etiam in fine dum ſtatutis quibuſdam caſibus quibus venditor teneri debeat ſubdit, & ita vera eſse ſi emptor ignorauit ſeruitutes, quia non videtur eſse celatus qui ſcit neque certiorari debuit, qui non ignorauit.

3 Huc † tendit etiam, *leg. ea quæ, ff. de contrahend. emptio. ea quæ commendandi gratia,* (inquit textus) *in venditionibus dicuntur non obligant ſi palam appareant*, & paulo infra ſubdit, *quædam etiam pollicitationes venditorem non obligant ſi ita in promptu res ſit vt eam emptor non ignorauerit veluti ſi quis hominem luminibus effoſſis emat, & de ſanitate ſtipuletur.*

Confert quoque textus, *in leg. apud celſum, §. item labeo ſcribit, ff. de dol. mal.* vbi inquit textus, quod ſi quis ſcienter emat ſeruum fugitiuum nullum habet actionem niſi forte ſpecifice ſtipuletur eum non eſſe fugitum, & ſuper hoc ſibi promittatur, cum igitur in caſu iſto emptor ſciret debitum liuellum eſſe de ſcutis auri in auro, nec ſtipulatus fuerit nec vlla facta ſit ei promiſſi, quod eſſent tantum a libris ſex ſecundum prefati textus ſententiam remanet excluſus ab omni actione.

4 Quinimo † amplius diſponit textus, *in leg. ſi ſterilis, §. 1. ff. de actionib. empt.* quod ſi venditor ignorans nihil dicat de tributo debito pro re vendita, non obligatur erga emptorem; hic autem venditores vtique poſſunt dici ignorantes, quia in rei veritate tunc, & ſemper antea ſoluebant, & ſoluerant ſcutos auri a libris ſex ſicuti etiam diu ex poſt ſoluti fuerunt.

5 Secundo principaliter moueor, † quia generaliter ſancitum eſt ita demum teneri venditorem, ſi improbato more, & ſic doloſe verſetur in celanda aliqua qualitate, quæ potuiſſe retrahere emptorem ne emeret vel ne tanti emeret, *leg.* 1. §. 1. ibi, *& generaliter dixerim ſi improbato more, &c. ff. de action. empt.* nullum autem dolum, ſed nec culpam aliquam agnoſco in iſtis venditoribus, qui rei veritatem enunciarunt, & profeſſi ſunt, non enim dixerunt, quod debitum liuelli eſſet de aureis a libris ſex, ſed quod ſoluebantur aurei a libris ſex, id quod veriſſimum erat quia camera numquam exegerat alios ſcutos.

Tertio non videtur, quod emptor paſſus fuerit aliquod damnum, nec quod ſi apparuiſſet de debito auri in auro, non fuiſſet empturus, quia ex inſtrumento apparet; quod pretium huius vtilis dominij venditi fuit regulatum habita ratione ad genus aurei, quod credebantur eſſe in obligatione, & ſic quemadmodum ſoluebantur aurei à libris ſex, & opinio erat talem eſſe obligationem, ita quoque conuentum, & firmatum fuit pretium de ſimilibus aureis in auro a libris ſex, ita vt ſi conſtitiſſet de debito aurei maioris valoris, vel alterius generis, ita quoque in ſimili genere aurei firmatum fuiſſet pretium, ita vt emptor lucratus fuerit in pretio, id quod conqueritur perdidiſſe in augumento liuelli, Idque inde colligi poteſt quia alias ſi ſecus diceremus, & reſtituendum eſſet quod pro indemnitate pretendit actor venditio fuiſſet facta
6 pro nihilo, & nihilominus venditio † ſine pretio non ſubſiſtit, *leg. 2. ff. de contrah. empt. §. pretium inſtit. de empt. & venditor.* nec D. Prior colligi permiſiſſet minores, ita iactare ſuum.

Quarto, non poteſt prætendere emptor aliquam deceptionem ſibi factam, quia obligatio eadem eſt de ſcutis auri in auro à libris ſex, quæ eſt de ſcutis auri in auro ſaltem, quo ad æſtimationem, quia æſtimatio illa librarum ſex, non ſtat taxatiue ſed demonſtratiue, quia partes cenſentur tanti æſtimaſſe bonitatem intrinſecam aurei, adeo vt data variatione non eſſet amplius diſputandum de valore, ſed æſtimatio iſta deberet attendi, ita vt aureis in auro nunquam computaretur
7 creditori, † niſi pro libris ſex, quod in affectu cadit in obligationem auri in auro ſimpliciter, vel eius æſtimationis, ita docuerunt Martin. Laudens. *in tract. de monet. verſus finem, ſub num.* 30. ibi ideo dicerem, cum hodie dicitur in inſtrumentis centum ducati ad rationem triginta duorum ſoldorum debet ſoluere, aut aureos eiuſdem qualitatis aut æſtimationis ſecundum tempus contractus, idem voluit Soc. *conſ.298. vol.2.* Alciat. *conſ.155. per tot. alias eſt conſ. 34. lib. 8. & conſ.* 586. *quod alias eſt conſ.79. eod. lib.8.* Brun. *de augumento monetæ in 2. præmiſſo ſub num.9. & in octaua limitatione, ſub num.5. verſic. ſunt tamen, &c.* Cephal. *conſil.31. num.9. &* 10. Sola, *ad conſtitut. antiqu. Sabaud. in tit. de pact. inter emptor. & venditor. in prima parte gloſſ. vnica, ſub num.77. & 78. & ſub nu.87. verſic. & quotidiæ præ manibus habemus &c.* idem omnino videndus, *in tractat. de monet. caſu* 28. *numer.*4. Boer. *deciſ.*327. *ſub num.*11. Bolognet. *conſil.*11. *num*.42. Crauet. *conſil.76. num.*7. Teſsaur. *deciſ.174. ſub n.6. verſic. ſed aduerte*, Dominus Surdus optime, *conſil.* 368. *per totum*

Digitized by Google

eum maximè, num. 11. *vſque ad num.* 13. Federic. Martin.
qui omnino videatur, *in tract. de cenſib. cap.* 5. *n.* 77. Gar-
zia Maſtril. *deciſ. Scicilie* 7. *per totam maximè n.* 7. *vbi n.* 9.
teſtatur de mag communi.
8 Quarto, † vbi locus eſſet alicui reſtitutioni ſeu dam-
ni reffectioni illud conſiderandum eſſet habita ratione
valoris ſcutis auri de tempore contractus non autem de
præſenti, & tenerentur venditores tantumodo reſtitue-
re, id quod tunc aureus in auro valebat vltra libras ſex,
quia læſio attenditur inſpecto valore de tempore con-
tractus, *leg. ſi voluntate in fine, Cod. de reſcindend. vendit.*
Nat. *conſil.* 548. *num.* 14. Crauet. *conſil.* 151. *num.* 7. Becc.
conſil. 3. *num.* 19. Honded. *conſil.* 10. *num.* 33. *vol.* 1. & va-
lor qui creuit ex poſt non attenditur, ſed id quod erat de
tempore venditionis Pariſ. *conſil. vltimo, ſub numer.* 26.
verſic. Minus eam attenditur volum. 2. iuſtus enim va-
lor ille dicitur, qui communiter de tempore contractus
currit; Pariſ. *vbi ſupra*, Cardin. Mantic. *de tacit. & ambi-
guis conuention. lib.* 4. *tit.* 20. *nu.* 52.
Quinto, & vltimo ex quo reſultaret læſio enormis ip-
ſis venditoribus, quorum duo erant minores de tempore
9 contractus ipſi eſſent reſtituendi † quamuis contractus
ille fuerit factus cum debitis ſolemnitatibus, quia ſtatu-
tum noſtrum, *ſub rubrica de modo, & forma ſeruand. in
contractibus minorum in verſic. Per prædicta autem non
excludimus, &c.* permittit, minores qui contraxerint
cum debitis ſolemnitatibus, nihilominus reſtitui, ſi ſe
læſos docuerint.
Neque hic eſſet facienda difficultas an eſſent infra
quadriennium conceſſum ad petendam reſtitutionem
10 in integrum, quia tale quadrigennium non currit † niſi
a die ſcientiæ Bald. *in leg. falſam ſub num.* 3. *Cod. ſi ex falſ.
inſtrum.* Alex. *conſ.* 4. *ſub n.* 19. *vol.* 2. Socin. Iun. *conſ.* 128.
nu. 169. *vol.* 1.
Et in omnem caſum ſi reſultaret læſio vltra dimidiam
11 habent remedium † ordinarium, *l.* 2. *Cod. de reſcind.
vendition.*

ARGVMENTVM.

Non fit caducum, ſed debet legatum relictum ali-
quibus poſt fideicomiſſarium ſubſtitutionem ex-
piratam, etſi ſecundo vocatus prędeceſſerit pri-
mò.

SVMMARIVM.

1 *Sententia affirmatiua in hypotheſi retenta a Bartol.*
2 *Verba*, quibus decedentibus, *continent ſubſtitutionem
compendioſam, & nu. ſeq.*
Etiam ſine verbo diſtributiuo, quandocumque, *& num.* 3.
Et Verba, dicto caſu, *ad illud diſtributiuum referuntur,
ibid.*
4 *Caducatum fideicomiſſum tranſit ad ſubſtitutum cum ſuo
onere.*

CONTROVERSIA DCXCVII.

TEſtator inſtituit Ioannem filium ſuum, Cui quando-
cunque decedenti ſine filijs legitimis, & naturalibus,
& de legitimo matrimonio procreatis vulgariter pupil-
lariter, & per fideicomiſſum ſubſtituit Dominicam, &
Luciam ſuas filias, Quibus itidem decedentibus ſine
filijs dicto caſu, iure legati reliquit Heliſabet, Annæ, Lu-
ciæ, & Suſannæ, eiuſdem teſtatoribus ſororibus ducatos
ducentum æqualiter inter ipſas diuidendos, In reſſiduo
autem bonorum ſuorum ſubſtituit, & inſtituit vulga-
riter, & vt ſupra Carolum eius teſtatoris patruum.
Prædeceſſerunt Dominica, & Lucia in pupillari ætate,
ipſi Ioanni hæredi inſtituto, cui ipſę fuerant ſubſtitutæ
deinde pariter obijt in pupillari ætate Ioannes, Quæri-
tur an legatum, ſeu vetus fideicommiſſum particulare
relictum dictis quattuor ſororibus teſtatoris illis debea-
tur.
Concluſiue reſpondendum eſt, duabus rationibus il-
lud deberi, nec eſſe caducatum.
1 Primo, † auctoritate Bartoli, qui hanc ipſam quæ-
ſtionem mouet, *in l. qui andiu, la* 3. *quæ eſt lex* 68. *num.* 10.
ff. de acquir. vel. hæredit. & reſoluit ad fauorem ſecundi
ſubſtituti, vt ſuccedat licet prędeceſſerit primus cui fue-
2 rat † ſubſtitutus, quia illa verba, *quibus decedentibus*, con-
tinent compendioſam, quæ comprehendit plura tem-
pora, & vulgarem ſubſtitutionem, & ſic admitti ſoro-
res ad fideicommiſſum particulare ſiue filiæ ſubſtitutæ
decederent poſt quam euenſſet caſus eorum ſubſtitu-
tionis ſiue ante, & Bartoli doctrinam communiter ſe-
quuntur ſcribentes, & inter alios Iaſ. *conſil.* 132 *num.* 5.
vol. 1. *& conſ.* 148. *in primo dubio maxime, ſub numer.* 15.
verſic. ſeptimo, &c. vol. 2. vbi teſtatur de magis commu-
ni, Bero. *conſ.* 98 *ſub num.* 3. *vol.* 2. Pariſ. *conſil.* 73. *vol.* 3.
Crauet. *conſil.* 283. *ſub num.* 1. Guid. Pap. *q.* 570. Bertaz.
conſil. ciuil. 61. *n.* 3. Teſſaur. *deciſ.* 86. *n.* 1. vbi de communi
Fabius de Anna, *conſ.* 9. *n.* 45. *cum ſeqq.* D. Peregr. *de fideic.
art.* 15. *nu.* 14. *&* 22.
3 Nec obſtat verba legati † reſtrictiue facti ſcilicet, *di-
cto caſu*; quia cum verba illa, *quibus decedentibus*, & ſine
diſtributiuo, *quandocumque*, contineant compendio-
ſam, quæ comprehendit plura tempora, vt per Bartol.
in leg. Centurio ſub num. 3. *ff. de vulgar. & pupil. ſubſtitut.*
Crauet. *conſ.* 283. *ante num.* 1. D. Surd. *deciſ.* 37. *num.* 8.
vtique dicitur legatum factum iſtis ſororibus etiam eo
caſu, quo decederent ante euentum ſubſtitutionis filia-
rum teſtatoris.
Secunda ratio, qua moueor ad fauorem harum mu-
lierum eſt, quia Dominus Carolus, vult admitti ex ſub-
ſtitutione facta in ſuam perſonam, vnde ſequitur quod
teneatur ad pręſtandum hoc fideicommiſſum particula-
4 te, quia caducatum fideicommiſſum tranſit † ad ſub-
ſtitutum cum ſuo onere, *leg. vnica, §. & pro ſecundo, & §.
in nouiſſimo, Cod. de caducis tollend. leg. ſi duobus, §. 1. leg.
ciuitatibus, §. Lucius, leg. licet imperator ff. de legat.* 1. *leg.
ſi ab eo*, vbi Gloſſ. *in verb. preſtat. ff. de vſufruct. legat.*
Dominus Peregrinus, *de fideicommiſſ. articul.* 16. *nume-
ro* 86.
Omitto quod ea ratione, qua D. Carolus vellet exclu-
deret has mulieres, quia non euenit caſus pręciſus diſ-
poſitus a teſtatore, cum prędeceſſerint illæ perſonæ in
quarum mortem poſt hæredem inſtitutum fuerat eis re-
lictum, ipſe quoque D. Carolus excluderetur quia, & eo
quoque caſu fuit ſubſtitutus, quo fuit legatum illis ſoro-
ribus teſtatoris.

ARGVMENTVM.

Agitur de cautionibus Iudicio ſiſti, & Iudicatum
ſolui, quando quomodo a quibus preſtari de-
beant, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Actoris reconuenti tenetur præſtare ſatisda-
tionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo.*
2 *Quod procedit etiam in cauſis ſumarijs; Nec ſufficit iura-
toria cautio, ibid.*
3 *Non eſt naturalia hæc cautio, cum Principalis qui poſſidet
ſtabilia fideiuſſit per eo.*
4 *Tenebitur tamen, & non valebit fideiuſſio ſi principalis
non ſit ſoluendo, etſi bona habeat, vt quia ſubiecta reſti-
tutioni.*
5 *Semper hæ cautiones præſtandæ ſunt, cum pars non poſſet
conſequi ſuã indemnitatẽ: ne iudicia reddantur eluſoria.*
6 *Hæ cautiones debent eſſe ſimul vnita vt effectus, & inten-
tio enaſcatur, & cur.*
7 *Semper tenetur Adminiſtrationis præſtare hanc cautio-
nem cum laborat aliqua ſuſpicione.*
8 *Ex quo qui non poſſidet ſtabilia dicitur eſſe ſuſpectus.*

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA DCXCIX.

CVm Dominus Lactantius Farina nullo iure, & inde-
bite ſequeſtrari fecerit nonnullas naues mercibus
onuſtas Domino Marco Antonio de Baldeſſaris Cre-
monenſi, ex qua ſequeſtratione multa, & valde egregia
damna, & expenſas paſſus ſit, & quotidie patitur idem
de Baldeſſaris, pro quibus intendit ab eo reſtaurari, ſit-
que forenſis ipſe Farina, nec in hac ditione aliqua ſtabilia
poſſideat, ne iudicio finito contingat ſententiam eluſo-
riam reddi eodem Farina ſoluendo non exiſtente, inſta-
tur per æquiſſimos iudices quibus præſens cauſa tam de
iure, quam æquitate compromiſſa fuit, cogi dictum Do-
minum Lactantium, ad idonee ſatiſdandum de iudicio
1 ſiſti, & iudicatum ſoluendo, procurator enim actoris †
reconuenti tenetur præſtare hanc ſatiſdationem, vt tra-
dit Gloſſ. *in leg. ſeruum, § aut prætor in verbo deffendat, ff.
de procurator.* Maranta, *in ſua pract. part. 6. octauo mem-
bro in tit. de ſatiſdatione, num.* 11. late Petr. Ant. Anguſol.
conſ. 40. lib. 2. per totum, vbi num. 13. probat, hoc proce-
2 dere etiam in † cauſis ſummarijs, & non ſufficere iurato-
riam cautionem.

Et licet procurator ſoleat excuſari ab hac ſatiſdatio-
3 ne, quando principalis † promittit pro eo, tamen hoc
non eſt verum, vbi principalis non poſſidet ſtabilia; Ma-
ranta *vbi ſupra ſub num.* 11. quinimo, & ſi poſſideret ſta-
4 bilia, † ſed non eſſet ſoluendo, quia forte eſſent ſubiecta
fideicommiſſo, vel alijs oneribus, & debitis grauata ad-
huc hanc cautionem præſtare teneretur, vt late per An-
guſol. *in d. conſ. 40. lib. 2.*

5 Et cum iſtæ † cautiones præſtantur, vt aduerſarius
ſit ſecurus, & ne iudicia reddantur eluſoria, vtique ſem-
per præſtari debent, quoties pars non poſſet conſequi
ſuam indemnitatem, vt proſequitur Io. Bernardin. Muſ-
catel. *in ſua pract. part. 3. in verbo expenſis, num. 13. cum
ſeqq. ſed maxime ſub num. 21. & ſub numer. 27.* vbi inquit
quod ſatiſdatio de iudicio ſiſti, excludit iudicatum; &
quia parum prodeſſet ſteтiſſe in iudicio, ſi lata ſententia
euitaretur iudicatum, in iſtis ſatiſdationibus debet ſem-
per addi, & de iudicato ſoluendo, & idem Muſcatel. *in
practica ſideiuſ. parte prima modo duodecimo, numer. 18.
fol. 9.*

7 Et † in omnem caſu quando aduerſarius laborat ali-
qua ſuſpitione indiſtincte teneri ad hanc cautionem tra-
dit Afflict. *deciſ. 170. ſub num. 3.* quem ſequitur Muſca-
tel. *in dicta prima practica ciuili parte 3. in verbo expenſis,
num. 20.*

In caſum autem iſto vtique ſuſpectus eſt Dominus Fari-
na, tum quia profitetur, ſe perdidiſſe in hac conductio-
ne, in qua nulla ratione, prætendit ſibi ſocium Dominum
Baldeſſarem, & quem conuenit occaſione dictæ iacturę,
tum quia eſt obnoxius Cameræ pro dicto datio egregiæ
8 quantitatis, tum denique quia nulla poſſidet † ſtabilia
in hoc territorio, ex quo ſolo etiam dicitur ſuſpectus, vt
inquit Muſcatel. *in d. pract. part. 3. in verbo expenſis, nu-
mer. 21.*

Ex quibus omnibus, & præſertim attenta æquitate,
ſecundum quam poſſunt iudicare D. Iudices, & ne fuerit
in facultate D. Farina, tam indebitè affici graui
iactura D. de Baldeſſaris impune pronuncian-
dum eſt ipſum de Farina teneri cauere ido
nee de iudicio ſiſti, & iudicatum ſol-
uendo, & de omnibus damnis,
& expenſis de quibus pro-
teſtatur, &c. prout ita
omni meliori
modo pe-
titur,
& inſtatur citra pre-
iuditium,
&c.

ARGVMENTVM.

De fide teſtibus adhibenda, præcipuè diuerſo iudicio examinatis. De probationibus ſimul vniendis, ſiue ex ipſis teſtium depoſitionibus, ſiue ex inſtrumentis; De quibus ſingulis aliqua obſeruãtur. De renunciatione, eiuſque validitate, & iuſtitia præſumenda, precipuè ob propinquorum præſentiam. De contraria probatione, & qualis eſſe debeat. In dubijs probationibus quid faciendum. Et de negligentia domini in iure ſuo aſſequendo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes inter alias perſonas, & diuerſo iudicio examinati faciunt ſaltem ſemiplenam contra tertium, ſi ille amplius non poteſt examinari.*
2 *Semiplena probatio, ſi verſemur in antiquis habet vim plenæ probationis.*
3 *Temporis 45. annorum, conſideratis circumſtantijs, & abbreuiatis hominum ætatibus dicitur eſſe antiquum.*
4 *Pleniſſima probatio oritur ex multis indiтijs, & præſumptionibus ſimul iunctis.*
5 *Plures probationes etſi imperfecta ad idem tendentes, iunguntur ad faciendam probationem perfectam.*
Maxime ſi concurrit veriſimilitudo, & nu. 6.
7 *Probatio concludens, & ſufficiens illa dicitur.*
8 *Probatio veriſimilis etſi de iure non concludat, tamen pro bono viro iudicante ex æquitate erit concludens.*
9 *Probatio dicitur concludens etiam per argumentum à communiter contingentibus.*
10 *Pro probato haberi debet id, cuius contrarium non eſt credibile nec perſuadendum bono viro.*
11 *Non eſt facienda alia probatio de eo, quod eſt veriſimile, & reſpondet experientiæ.*
12 *Diuitiæ debent probari ab eo, qui ſe fundat in illis.*
13 *Teſtis deponens ad incommodum propriorum filiorum, creditur.*
14 *Teſtes illi præferuntur, qui ſunt plures numero. Qui concludunt melius, & nu. 15. Et qui ſunt melius informati; num. 16. Vel teſtantur veriſimiliora, etſi deponerent ſuper negatiua. Vel eſſent cum defectu, & nu. 17.*
18 *Teſtibus eatenus creditur, quatenus reddunt ſufficientem rationem ſui dicti.*
19 *Ratio teſtis eſt illa, quæ præſtat eſſentiam dicto.*
20 *Sine ratione dictum teſtis non probat, præcipuè cum interrogantur de ea, & cauſa ſcientiæ.*
21 *Teſtes ſine ratione dicuntur deponere vt pecudes.*
22 *Ille, qui prætendit intereſſe lucri ceſſantis debet illud certitudinaliter probare.*
23 *Qui aſſerit remanſiſſe alicui aurum, argentum, mobilia, &c. debet id legitimè probare.*
24 *Probatio dubia non releuat.*
25 *Iudex ex cauſa poteſt non adhibere fidem teſtibus rectè deponentibus.*
26 *Teſtis in parte falſus, in omnibus falſus præſumitur.*
27 *Libris officialium publica auctoritate deputatorum fides adhibetur.*
28 *Negatiua fere improbabilis eſt ſuſpecta de falſo in teſte deponente.*
29 *Inſtrumentis publicis fides adhibetur, niſi contrarium ex aduerſo plene probetur.*
30 *Inſtrumentum ſemper præſumitur verum, & ſolemne.*
31 *Statur inſtrumento aſſerenti, aliquem contraxiſſe non vi nec dolo, niſi oppoſitum probetur.*
32 *Ex interpoſitione decreti ſuperioris præſumitur pro iuſtitia, & rectitudine actus.*
33 *Renunciatio præſumitur eſſe vtilis renuncianti. Et in ea adeſſe læſionem dolum metum vel fraudem n. 34. & adeſſe iuſtam cauſam renunciandi, & nu. 35.*

36 *Cau.*

36 *Cauſa actus vera eſſe præſumitur ex ſola eius expreſſione facta in inſtrumento.*

37 *Ex præſentia propinquorum in contractu præſumitur abeſſe fraus, dolus; multo magis ipſis iurantibus ſuper his.*

38 *Contractus etiam nullus validatur virtute iuramenti.*

39 *Contraria probatio debet eſſe concludens, neceſſaria, & ſpecifica, vt releuet; non generica, vel præſumptiua.*

40 *Cum viget iuris præſumptio contra id, quod quis vult probare, id oneratur duriore probatione; & efficaciori. Et num. 41.*

42 *Contra confeſſionem iuratã non ſufficit probatio præſumptiua.*

43 *Probationibus hinc inde paribus, eſt pronunciandum pro reo. Imo etſi actorum probationes præponderarent. Et num. 44.*

45 *Hæres non admittitur ad reſciſſionem contractus, de quo defunctus in vita non eſt conquæſtus.*

46 *Ex longi temporis negligentia quis præſumitur noluiſſe rem recuperare, & renunciaſſe iuri ſuo. Et numero 47.*

48 *Iuramentum non releuat, cum illud probationem habet in contrarium.*

49 *Limitatum a iudice iuramentum debet taxari, iuxta id, quod conſtat ex teſtibus.*

50 *Iuramentum in litem non datur contra hæredes ex dolo defuncti.*

CONTROVERSIA DCC.

CVm veritas vna tantum ſit, & non multiplex vnius negotij, non poſſum credere, Dominam Magdalenam de Mantellis, & litis conſortes probaſſe, quæ propoſuerunt, & capitularunt in lite promata contra Dominos Iugales de Maſcoppis, cum ex proceſſu antiquo alias per alteram ſororem, dictæ Dominæ Magdalenæ actitato, in eademmet actione licet in diuerſo iudicio, conſtet oppoſitum eius, quod prætenditur per actores, & fere tot mendatia propoſita fuiſſe per eos quot capitula fuerunt producta, & quot lineæ in precibus exharatæ, & è contra credibile eſt, Dominos Iugales reos conuentos probe iuſtificaſſe, quod probare aſſumpſerunt, cum conueniat cum illis probationibus, & actus antiquis, quo tempore veriſimilius eſt certius de veritate potuiſſe deponere teſtes, tamquam in re de recenti, quam nunc potuerint teſtes, ex aduerſo examinati, & per conſequẽs exiſtimo licet teſtes neutrius partis in hac cauſa examinatos viderim, ipſos reos fore diffinitiue abſoluendos, vel ad plus prætenſam quantitatem hæreditatis paternæ regulandam eſſe iuxta ſententiam dicti proceſſus antiqui.

Pro qua veritate demonſtranda, procedam per viam nonnullarum concluſionum, ex quibus ſingulis inferam ad reſolutionem quæſtiones.

1 Præmitto † igitur primo, quod teſtes inter alias perſonas, & diuerſo iudicio examinati faciunt ſaltem ſemiplenam probationem contra tertium, qui non interuenit in eo iudicio, ſi amplius non poſſunt examinari, puta quia ſint mortui, vel alio impedimento ſit ſublata eorum repetitio, Bartol. *in l. admouendi, num. 44. ff. de iure iurand.* Affict. *deciſ. 396. ſub num. 1.* Felin. *in cap. cauſam quæ il 1. ſub num. 19 extr. de teſtib.* Marſil. *ſingul. 435.* Petr. de Rauen. *ſingul. 727.* Cardinal. Tuſc. *in verbo teſtes concluſ. 271. numer. 41.* D. Surdus *deciſ. 103. per tot.* qui dicit ita iudicatũ in hoc Senatu Non. *conſil. 24. nu. 9.* vbi dicit, illos coniungi, cum alia imperfecta probatione ad faciendam vnam plenam.

2 Quæ † ſemiplena probatio, vbi verſemur in antiquis, habet vim plenæ probationis, quia regulariter in antiquis ſufficit ſemiplena probatio, Anton. de Butr. *in cap. final. ſub num. 30. de ſucceſ. ab inteſtat.* Aretin. *conſ. 36. ſub num. 3.* Bero. *conſ 87. num. 14. & 15. vol. 2.* Purpurat. *conſ. 402. numer. 20.* Hieron. de Mont. *de finib. regend. cap. 50. num. 6.* Et ideo infero, quod iunctis tot teſtibus alias examinatis, cum illis vndecim nunc productis, non poteſt iudicari niſi ſufficienter probatam fuiſſe intentionem reorum conuentorum.

Præſertim quia ab anno, quo Bartholomeus negotiari
cepit, qui fuit de anno 1563. in vno negotio, vt in proceſſu, qui nunc agitatur, *fol. 9.* & de anno 1567. in alio
negotio, *vt eod. fol. 9.* lapſi ſunt pluſquam quadraginta
quinque anni, quod tempus, & ſi non ſimpliciter tamen
3 conſideratis facti circumſtantijs, & abbreuiatis † hominum ætatibus, dicitur antiquum, ſecundum Anton. de Butr. *in cap. veniens il 1. ſub numer. 10. verſic. ſed quando agitur, &c. de teſtibus, & in cap. quid per nouale ſub nu. 16. de verb. ſignific.* Alex. *conſ. 90. num. 8. vol. 6. & conſ. 4. num. 12. vol. 2.* Iaſ. *conſ. 114. num. 18. volum. 1.* Anguil. *conſilio 74. num. 35.* Burſat. *conſil. 151. num. 29.* Laderch. *conſ. 10. num. 1.*

Secundam pono concluſionem, quod pleniſſima pro-
4 batio oritur ex multis inditijs, † ſeu præſumptionibus ſimul iunctis, Gloſſ. 1. *in l. 3. §. eiuſdem, ff. de teſtib.* Calcan. *conſ. 109. ſub num. 6. verſic. nam probatio pleniſſima,* Rom. *conſ. 7. num. 3.* Rim. Sen. *conſ. 360. ſub num. 9.* Bal. *conſ. 3. nu. 4. vol. 3.* Soc. Iun. *conſ. 32. num. 24. & conſ. 39. num. 14. volum. 2.* Roland. *inter conſilia Montisfer. conſ. 36. par. 1. num. 51.*

Et plures probationes imperfectæ, etiam diuerſi ge-
5 neris dummodo † tendant ad eundem finem, iunguntur, ad faciendam probationem perfectam, Soc. Iun. *conſ. 67. num. 29. vol. 1. & conſ. 99. num. 10. vol. 2.* Rimin. Iun. *conſ 39. num. 3. & conſ. 166. nu. 7.* Loffred. de communi, *conſ. 8. nu. 7.* Boer. *conſ. 40. nu. 105.*

6 Quod † maxime verum eſt, quando concurrit veriſimilitudo, Mazzol. *conſ. 16. nu. 29.*

7 Et † quod illa dicitur ſufficiens, & concludens probatio, quæ inducit iudicem ad credendum, talem eſſe veritatem, Socin. Sen. *conſil. 11. num. 6. vol. 3. & conſ. 98. num. 8. vol. 4.* Socin. Iun. *conſ. 32. num. 10. & conſ. 167. nu. 18. vol. 2.* Gigas. *conſ 40. num. 10.* Rimin. Iun. *conſ. 274. nu. 12.* Becc. *conſ. 52. n. 87.*

8 Et † quod probatio veriſimilis, licet etiam de iure non concluderet, tamen debent concludere bono viro, qui iudicat ex æquitate, Aretin. *conſil. 127. ſub numero 2.* Ruin. *conſil. 59. numer. 3. volum. 4.* Mazzol. *conſil. 110. num. 53.*

9 Et † dicitur ſufficiens, ſi concludat per argumentum a communiter contingentibus, Alex. *conſ. 190. numero 11. ſub numero 6.* Grat. *conſilio 83. numer. 14. volum. 1. & conſ. 2. num 5. 2. volum. 2.* Riminal. Iun. *conſil. 23. numer. 317.*

10 Idque pro † probato haberi debet, cuius contrarium non eſt credibile, nec perſuadendum bono viro, Parif. *conſ. 60. num. 19. vol. 4.* Cephal. *conſ. 225. numer. 13.* nec alia probatio facienda eſt de, eo quod eſt veriſimile, & correſpondet experientiæ, Alba *conſilio ſeptimo, num. 25.*

11 Conſiderato igitur † in propoſito caſu, quod ad
conflandum egregium patrimonium, quale prætenditur
ex aduerſo in ſpatio decem annorum, quod fluxit a die
quo Bartholomæus cæpit negotiari, quod fuit de anno
1563. vt dixi vſq; ad annũ 1573. quo obijt, vt in fide pro-
ducta in proceſſu antiquo, *fol. 50.* & in proceſſu nouo *fol.*
10. opus fuiſſet maximo capitale, & quod illud nõ præſu-
12 mitur, niſi probetur, cum diuitiæ debeant † probari ab eo qui ſe fundat in illis, Maſcard. *concl. 526. numer. 4.* Pacian. *de probation. lib. 1. cap. 54. num. 10.* Calã, *in tract. de modo articul. §. 2. Gloſſ. vnica ante numer. 409. fol. mihi 117.* Quinimo oppoſitum videtur conſtare, quod non potuerit habere capitale, niſi exiguum, tum ex inuentario hæreditatis paternæ producto in proceſſu Senatorio antiquo, *fol. 13.* in quo apparet habuiſſe tantum bubulcas 32. terræ in loco capriane. quæ ſunt modici redditus in loco illo, & ſibi communes, cum tribus alijs fratribus maſculis, cum onere portionis debitæ vni fæminæ ſorori communi, vt ex fide in proceſſu antiquo, *fol. 50. & 51.* tum ex inſtrumento dotis Oliuæ primæ eius vxoris, quod continet dotem ducatorum tantum 360. vt in

dicto

Digitized by Google

dicto proceſſu antiquo, *fol.* 13. quæ tamen dos, cum ſit
confeſſata multo poſt contractum matrimonium vide-
licet de anno 1562. quam vſque de anno 1558. nata erat
Diana prima filia ex dicta vxore, vt in eodem proceſſu
antiquo, *fol.* 18. *fac.* 2. non caret ſuſpicione donationis,
& regulariter, & à communiter accidentibus pecuniæ
egregiæ quantitatis non reperiuntur mutuo, nec inue-
niuntur theſauri ita, vt niſi appareat vnde habuerit tale
capitale, non præſumatur, Conſiderato etiam, quod ex
modico capitali in paruo ſpatio temporis magnum pa-
trimonium non paratur, cum ſæpe etiam mercatores
perdant, vel ſaltem ſemper non lucrentur vniformem
exceſſiuum lucrum, iuncto onere quinque filiarum, de
quibus in fidibus natiuitatis, *fol.* 18. *fac.* 2. *fol.* 50. *fac.* 2.
proceſſus antiqui, *& fol.* 9. *&* 10. proceſſus noui vxoris,
ancillæ, & forte aliarum perſonarum acquiſitione vnius
domus, de qua *fol.* 21. in cuius emptione adeo ipſi emp-
tores ſe ſpoliauerint pecunijs, vt ob dolorem deliraue-
rit ipſe Bartholomeus, quemadmodum mihi ſupponitur
per fides exhibendas probari poſſe, additis annis pecu-
niarum altero, vt credo anni 1562. quo Padus bis eo an-
no inundauit, ruptis aggeribus, & altero anni 1571. quo
factum eſt illud notorium proclama rigoroſum circa
blada, quod omnibus penuriarum annis renouari ſolet,
cooperante quoque delirio ipſius Barth. quod peti ſo-
lebat, ex quo non eſt veriſimile, potuiſſe incumbere ne-
gotiationibus, vt quilibet prudentiſſimus, addito teſtifi-
catu Dominæ Polixenæ ſecundæ vxoris Bartholomei, &
matris, & auiæ reſpectiuè actorum, quæ depoſuit de ſa-
tis debili patrimonio, reſpectu eius, quod prætenditur,
13 cui maxime credendum eſt, † cum deponet ad incom-
modum propriorum filiorum, iuxta tradita per Crauet.
conſilio ſexto, ſub numero 62. Rimin. Iun. *conſilio* 52. *nu-
mer.* 117. *& conſil.* 61. *num.* 28.

Quis, ſupradictis omnibus perpenſis, non deueniet in
eam opinionem, quod Bartholomeus non potuerit re-
linquere, niſi perexiguum patrimonium.

14 Tertiam firmo † concluſionem, quod teſtes illi præ-
feruntur, qui ſunt plures numero, Gloſ. *in l. ob carmen.* §.
ſi teſtes. ff. de teſtib. Monticel. *de teſtib. pagin.* 440. *colum.* 1.
verſic. 2. *&* 3. Deci. *in cap. licet cauſam, nu.* 82. *de probat.*
Burlat. *conſ.* 116. *num.* 35. Farinac. *quæſt.* 65. *numer.* 106.
15 Qui melius † concludunt, *l. ſola, Cod. de teſtib.* Qui ſunt
16 † melius informati, Gabr. *de præſumpt. concl.* 6. *num.* 6.
Magon. *deciſ. lucienſ.* 74. *num.* 3. Farinac. *de teſtib. qu.* 70.
17 *num.* 167. *&* 169. Qui denique veriſimiliora † teſtantur,
quamuis deponerent ſuper negatiua, & etiam eſſent
pauciores, minus digni, & inhabiles, nam tunc præferun-
tur, vbi veriſimiliora deponunt, vt hæc omnia probat
Farinac. *quæſt.* 65. *num.* 128. *vſque ad* 142. Noſtri autem te-
ſtes ſunt plures numero, melius concludere, credendum
eſt per, ea quæ dicam in ſequenti concluſione, ſunt me-
lius informati, tum quia ex antiquis alij ſunt domeſtici,
& omnes deponunt de tempore magis propinquo ne-
gotio, de quo agitur, demum veriſimiliora atteſtantur
iuxta tradita in præcedenti concluſione.

Quartam propono concluſionem, quod teſtibus ea-
18 tenus creditur, quatenus reddunt † ſui dicti rationem
ſufficientem, & non aliter, Socin. Iun. *conſil.* 69. *n.* 6. *vol.* 1.
pulcre Barzi. *deciſ.* 156. *ante nu.* 8. *verſic. Reſp. quod licet*,
Raudens. *conſil* 25. *num.* 29. *&* 46. *volum.* 2. quia ratio te-
19 ſtis eſt † illa, quæ præſtat eſſentiam dicto, Alexan. *conſ.*
120. *ſub num.* 6. *volu.* 5. & ſine ea nulla reſultat probatio
20 maxime quando † interrogantur de ea, & cauſa
ſcientiæ. Farinac. *quæſt.* 70. *ſub num.* 1. cum teſtes ſine ra-
21 tione dicantur † deponere, vt pecudes, Alex. *conſ.* 150.
num. 18. *volum.* 6. Crau. *conſ.* 115. *num.* 9. *in fine*, Et ideo
ego nihili facio, quod teſtes aduerſariorum forte depo-
nerent, Bartholomæum plurimum lucratum fuiſſe in
mercatura. & reliquiſſe ampliſſimũ patrimoniũ, niſi di-
cerent quantitatem lucri, & quomodo de hoc ſint infor-
mati, & an viderint fieri computa. & ex quo capitali fe-
cerit tam magnum negotium. nam ſicuti ille, qui præten-
dit intereſſe lucri ceſſantis, debet illud certitudinaliter
22 probare, exprimendo † certam quantitatem, quam

poterat certitudinariè lucrari, non autem ex ſolito lucro
mercatorum, Caſtr. *in l.* 3. §. *final. ſub num* 3. *ff. de eo quod
certo loco*, cuius doctrinam ſequuntur infiniti relati à Ri-
minal. Iun. *conſ.* 52. *num.* 42. *& conſ.* 218. *ſub nu.* 100. Nat.
conſ. 450. *ſub num.* 6. Hond. de communi, *conſ.* 50. *ſub nu.*
30. *vol.* 1. *& conſ.* 36. *num.* 33. *& conſ.* 38. *num.* 40. *volum.* 2.
Lancellot. Gallia de mag. communi, *conſ.* 123. *ſub nu.* 35.
Rota apud Put. *deciſ.* 237. *lib.* 1. apud Mohedan. *dec.* 208.
& in Nnuiſs. *deciſ.* 90. *num.* 3. *& deciſ.* 315. *num.* 6. *part.* 2.
& deciſ. 371. *num.* 1. *part.* 1. cum alijs multis, Ita quoque
qui vult probare lucrum, debet de illius quantitate præ-
ciſa deponere, & exprimere merces, ex quibus lucrum
fecerit, & quomodo.

Sicuti, & qui aſſerit, remanſiſſe pecunias, aura, argen-
ta, & mobilia, debet id probare per legitimas probatio-
23 nes, † & iuris præſumptiones, Alex. *conſil.* 82. *ſub n.* 13.
vol. 2. Ruin. *conſ.* 152. *ſub num.* 18. *vol.* 5. Crauet. *conſ.* 326.
in nono dubio, D. Peregr. *de fideicom. artic.* 35. *ſub num.* 24.
propterea non ſufficeret, quod deponerent in genere de
mobilibus, niſi exprimerent quantitatem. & valorem,
24 quia eſſet probatio dubia, quæ non releuat, † cum de-
beat neceſſario concludere, *l. non hoc, Cod. vnde legitim.
cap. in præſentia extra de probation.* Maſcard. *concl.* 671.
num. 11. *& concluſ.* 699. *num.* 3. *&* 995. *num.* 2. & hoc ani-
maduertit Senatus tunc temporis, dum dixit, quod me-
lius liquidarentur mobilia.

Quinta ſubnecto concluſione, quod iudex ex cauſa
25 poteſt non adhibere fidem teſtibus † recte deponenti-
bus, & bonam dicti ſui rationem reddentibus, Bartol.
in l. Lucius, num. 3. *ff. de his, qui notant. infam.* Barbat. *in
l. ſciendum in fine, ff. de verbor. obligat.* Dec. *conſilio* 448.
num. 29. *& conſ.* 596. *num.* 3. Rolād. *conſ.* 49. *nu.* 44. *vol.* 4.
Alba, *conſil.* 95. *num.* 4. Curt. Iun. *conſil.* 178. *numer.* 2. &
ideo quatenus, quod non creditur, teſtes actorum con-
cluderent, & formiter deponerent tamen cum eorum di-
cta repugnarent veritati contrariæ, apparenti ex teſtibus
melius informatis, & veriſimilitudine, & alijs facti cir-
cunſtantijs poſſet eos prudentiſſimus Dominis Iudex
negligere, præcipue quia ſi deponunt capitulata, neceſ-
ſe eſt, quod dicant multas falſitates, vt ſtatim oſten-
do.

Sextam propono concluſionem, quod teſtis in parte
26 falſus, in † omnibus falſus præſumitur, & totam fidem
amittit, Farinac. qui pro omnibus ſufficiat, *quæſt.* 67. *n.* 11.
ſi autem teſtes actorum depoſuerunt iuxta capitulata,
neceſſe eſt, quod multas falſitates dicant, & per conſe-
quens quod ſuper eorum atteſtationibus nullum ſit fa-
ciendum fundamentum.

Primum verum eſt mendatium, de quo etiam in pre-
cibus, Bartholomeum duxiſſe vxorem, cum vna groſiſ-
ſima dote nam ſiue intelligant de prima vxore ſiue de
ſecunda valde tenuis fuit dos, prima namque habuit tan-
tum ducatos 360. ſi modo eos habuit cum ſint ſolum
confeſſati, vt in proceſſu antiquo, *fol.* 13. ſecunda vero
habuit ſcutos 500. *vt fol.* 54. eiuſdem proceſſus.

Secundum mendatium, de quo in dictis precibus, &
in quinto capitulo Bartholomeum, cum laboraret ad
mortem, euocaſſe è Roma Io. Baptiſtam ſuum fratrem,
qui tunc venit, dum adhuc infirmaretur, quod eſſe non
poteſt, quia Bartholomeus obijt in tribus diebus, vt ex
fide Domini Zacchi, *fol.* 10. cuius libris, & eius anteceſ-
27 ſorum, tanquam officialium publica auctoritate † ad
hoc deputatorum creditur, Becci. *conſ.* 5. *ſub num.* 1. ita
vt in infirmitate trium dierum nuncius non potuiſſet
peruenire nec ad tertium itineris.

Tertium eſt mendatium, de quo in primo capitulo,
quod Bartholomeus reliquerit tantum poſt ſe tres fi-
lias, & tum ex fidibus natiuitatum, & mortis apparet,
reliquiſſe quinque, *fol.* 18. *fac.* 2. *& fol* 50. *fac.* 2. proceſſus
antiqui.

Quartum eſt mendatium in quarto capitulo, quod
Bartholomeus dum vixit vſque ad eius mortem exercue-
rit mercaturam, & tamen ex fidibus productis, *fol.* 9. pro-
ceſ. noui conſtat, id tantum fuiſſe de anno 1563. & 1567.
vſque ad eius mortem.

Quintum eſt mendatium in eodemmet quarto capi-
tulo, quod per ſe tantum exercuerit mercaturam, & ta-
men per teſtes antiquos clare apparet, negotiationes
communiter factas fuiſſe cum D. Io. Baptiſta eius fratre,
& qui habebat partem in illis, imo ijdemmet teſtes di-
cunt, ipſum D. Io. Baptiſtam fuiſſe aptiorem ad nego-
tiandum, & quod ille ibat ad nundinas, quæ omnia ve-
riſimile eſt, quoque deponere teſtes nouiter examina-
tos, & hoc idem mendatium repetitur in quinto capi-
tulo.

Sextum mendatium eſt in quinto capitulo, quod D.
Io. Baptiſta, vſque ad mortem fratris vixerit Romæ, &
ſic numquam ſe ingeſſerit in negotiationibus, & tamen
tam ex inſtrumento emptionis domus, de quo in pro-
ceſſu antiquo, *fol.* 21. quam ex teſtibus, & reſponſione
Dianę ad poſitiones in proceſſu Senatorio antiquo, *fol.*
27. *fac.* 2. apparet, eum veniſſe habitatum Mantuam de
anno 1564. quod profecto non eſſet confeſſa Diana in
eo proceſſu, niſi verum eſſet, cum hoc ei eſſet maximi
præiuditij.

Septimum mendatium eſt in ſexto capitulo, quod D.
Io. Baptiſta nihil habebat, quando reuerſus fuit ab vrbe,
niſi veſtimenta, & nihilominus in emptione domus, *fol.*
21. dicitur de pecunijs communibus, præterquamquod
18 eſt negatiua fere improbabilis, † & ob id ſuſpecta de
falſo, Farinac. *q.* 65 *nu.* 205. *&* 207.

Octauum mendatium eſt in ſeptimo capitulo, quod
Dominus Bartholomæus iam emiſſet domum, quando
D. Io. Baptiſta rediit ab vrbe, nam totum contrarium
patet ex inſtrumento emptionis, *fol.* 21.

Nonum, & vltimum pro nunc mendatium eſt in eo-
dem capitulo ſeptimo, quod Dominus Bartholomæus
poſſideret, & teneret pro ſuis in loco capriana non nul-
las terras, quæ tamen tam ex inuentario in proceſſu
Senatorio antiquo, *fol.* 13. quam ex teſtibus tunc exa-
minatis, apparent fuiſſe communes inter omnes fra-
tres.

Septimam pono concluſionem, quod per inſtrumen-
ta renunciationis, & finis facta per iſtas ſorores cum au-
ctoritate Domini Prioris, Curatoris proximiorum affi-
nium, & proprio iuramento ipſarum, quod eſſent com-
petenter dotatæ, rei conuenti dicuntur habere fundatam
29 intentionem, ita vt illis ſtandum ſit, † niſi contrarium
liquidiſſime probetur, *l. in precibus, Cod. de probation. leg.*
& ſi preſes, Cod. de præd. minor. l. 1. *in fine princip. ff. de reb.*
cor. Caſtr. *conſ.* 261. *num.* 1. *vol.* 2. Cephal. *conſ.* 180. *nu.* 20.
Alciat. *regul.* 3. *præſumpt.* 13. *num.* 4. Menoch. *lib.* 2. *præ-*
ſumpt. 44. *num.* 3. *&* *lib.* 6. *præſump.* 4. *num.* 2. & pulcre Vir-
gin. Boccac. *in conſtitut. Picen. vt minorum gloſſ.* 3. *ſub n.* 12.
& ante hos omnes Bald. *conſ.* 37. *num.* 3. *volum.* 1. quia in-
30 ſtrumentum præſumitur † verum, & ſolemne infor-
ma, & cauſa Bal. *conſ.* 179. *num.* 3. *vol.* 2. *& conſ.* 39. *nu.* 1.
volum. 3. Soc. Iun. *conſ.* 189. *num.* 15. *vol.* 2. & ideo ſi dica-
tur, contrahentem ex certa ſcientia, & bene conſultum
31 non vi, neque dolo † contraxiſſe, ſtatur tali inſtrumen-
to, niſi probetur oppoſitum Bald. *in leg. mater, num.* 5. *&*
6. *Cod. de rei vendicat.* Alciat. *dict. præſumpt.* 13. *ſub num.*
5. *in fine.*

Et ex interpoſitione decreti D. Prioris præſumitur
32 pro iuſtitia, † & rectitudine ipſius renunciationis. Bald.
in l. iuriſgentium, §. quod fere in 3. *notabil. ff. de pact. & in*
leg. cum hi, §. ſi prætor, verſic. item ſi plus, ff. de tranſact.
Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 75. *num.* 48. & ideo talis renun-
33 ciatio præſumitur vtilis † fuiſſe renunciantibus, Bald.
in cap. 1. *in princip. numer.* 6. *de his qui feud. dar. poſſunt,*
Cephal. *conſil.* 651 *num.* 17. Mazzol. *conſil.* 16. *numer.* 11.
Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 44. Hond. *conſil.* 37.
num. 14. *volum.* 2. & per conſequens etiam præſumitur,
34 quod non interuenerit † aliqua læſio, dolus, metus, vel
fraus, Alex. *conſil.* 92. *num.* 15. *vol.* 6. Deci. *conſil.* 341. *num.*
12. *& conſil.* 536. *num.* 3. Pariſ. *conſil.* 39 *num.* 15. *volum.* 4.
Riminal. Senior. *conſil.* 74. *num.* 6. *vol.* 1. Cephal. *conſ.* 651.
num. 15. *&* 16. Barbat. *conſ.* 53 *num.* 13. *vol.* 2. Simoncel.
35 *d. lib.* 3. *titul.* 8. *num.* 45. & quod cauſa renunciationis †
fuerit iuſta, Bald. *in l. final. Cod. de præd. minor.* Alexand.
conſil. 8 *num.* 6. *volum.* 5. Mazzol. *conſil.* 13. *num.* 6. Paſeth
36 *conſil.* 220 *num.* 1. nec non præſumitur † etiam fuiſſe
vera ex ſola eius expreſſione facta in inſtrumento, Alcia.
regul. 3. *præſumpt.* 10. *nu.* 1. Anchar. *quæſt.* 6. *ſub n.* 17. *lib.* 2.
Bero. *conſ.* 87. *n.* 11. *vol.* 2.

Sicuti, & vtilitatis præſumptio, fraudis, doli, ac ma-
chinationis excluſio reſultat quoque ex præſentia pro-
pinquorum, qui iurarunt ſuper veritate cauſarum nar-
ratarum, & vtilitate renunciationis, Crauet. *conſil.* 281.
num. 9. Crot. *conſil.* 5. *num.* 17. Raudens. *conſil.* 10. *n.* 137.
volum. 1. Simoncel. *de decret. lib.* 1. *titul.* 1. *ſub num.* 59. *&*
lib. 3. *tit.* 8. *num.* 11. Pedroc. *conſil.* 35. *num.* 108. Menoch.
lib. 3. *præſumpt.* 122.

Augetur præſumptio validitatis harum renunciatio-
num ex iuramento ipſorum propinquorum, & mulie-
38 rum, quæ renunciarunt, cuius † iuramenti virtute
contractus etiam alias nullus validatur, *cap. cum contin-*
gat de iureiurand. Anthent. Sacramenta puberum, Cod.
ſi aduerſus venditio. Menoch. *conſilio* 401. *numero* 170. *&*
171.

Quamuis autem iuramentum non excludat allega-
tionem, & probationem erroris, tamen alio concluden-
ter non probato facit præſumi non interueniſſe, ex eo
quia quis videatur deliberate accedere ad actum, Seraph.
de iuram. priuileg. 90. Socin. Iun. *conſ.* 67. *num.* 18. *volu.* 4.
Iuramenti autem virtutem quo ad effectum validitatis
contractus tranſire ad hæredes, tradunt Caſtr. *in d. An-*
thent. Sacramenta puberum, num. 9. Couar. *in cap. quam-*
uis part. 2. *§.* 1. *numero ſeptimo, de pact. in* 6. vbi de com-
muni Campeg. *de dot. parte* 4. *quæſtione* 14. *effect.* 5. *fol.*
214.

Stantibus igitur tot præſumptionibus pro iuſtitia, &
validitate actus, & veriſimilitudinibus, de quibus dixi in
ſecunda concluſione, ſequitur, quod non ſufficiat queli-
39 bet contraria probatio per † probationes genericas,
vel præſumptiuas, ſed requiratur concludens neceſſaria,
& ſpecifica, Gabr. *de emption. & vendition. concluſ.* 1. *nu.*
63. Mar. Antonin. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 15. *num.* 4.
vbi enim præſumptio eſt contra id, quod quis probare
40 intendit, is oneratur † duriore probatione, *leg. non eſt*
veriſimile, vbi Bartol. *ff. quod met. cauſa*, & efficaciores
requiruntur † probationes, Marſil. *ſingul.* 451. & quan-
do præſumptio oritur ex confeſſione partis, pro vt hic
ex confeſſione iurata harum mulierum, quæ iurarunt eſ-
41 ſe competenter dotatas, † tunc contra eam non ſuffi-
cit probatio præſumptiua, Gratian. *conſ.* 43. *num.* 52. *vo-*
lum. 2.

In propoſito igitur caſu vrgentiores, & veræ conclu-
dentesque debebunt eſſe probationes actorum.

43 Octauam addo concluſionem, quod † vbi probatio-
nes eſſent hinc inde pares, pronunciandum eſſe pro reis
conuentis vti habentibus pro ſe præſumptionem iuris ex
ſupra proxime deductis, Grat. *conſil.* 86. *num.* 10. *vol.* 2.
Imo vbi aliqualiter actorum probationes præpondera-
rent, quod non creditur adhuc pro Dominis Malcop-
44 pis tamquam reis † iudicandum foret, Nat. *conſ.* 412.
num. 23. Menoch. *de arbitrar. caſu* 98. *num.* 4. Maſcard.
concluſ. 302. *num.* 34. Dominus Surdus, *conſ.* 132 *ſub nu-*
mer. 97.

45 Nona, & vltima videtur † poſſe afferri concluſio,
quod hęres non admittatur ad reſciſſionem contractus,
de quo defunctus in vita non eſt conqueſtus, *leg. qua de*
patre, C. de rei reſtitut. milit. Virgin. Boccac. *in conſtit. Pi-*
cena vt minorum gloſſ. 8. *nu.* 2. 8. 10. Vincent. de Anna
46 *allegat.* 43. *num.* 9. quaſi ex longo temporis curſu † præ-
ſumatur is noluiſſe rem recuperare, per tradita d. Menoc.
47 *conſ.* 6. 6. *ſub num.* 7. & renunciaſſe † iuri ſuo, ac appro-
baſſe tacite, Cephal. *conſ.* 337. *nu.* 9. *& conſ.* 496. *nu.* 22. *&*
conſ. 485. *nu.* 18.

Præſuppoſita igitur præponderatione probationum
Dominorum de Malcoppis, nulla reſultat læſio, etiam
attentis bonis, de quibus depoſuerunt aliqui ex antiquis
teſtibus, videlicet in libris 22. auri quæ in ratione ſcuto-
rum 120. pro qualibet libra, pro vt computat Menoch.
de arbitrar. caſu 65. *nu.* 4. darent ſcutos 2860. & in ſcu-

tis

tis 100. in monetis argenti, & in ſerico valoris ſcutorum 400. quamuis ſenatus tunc non habuerit ea pro bene liquidatis, cum reſeruauerit meliorem liquidationem, præſuppoſita enim dicta quantitate, & etiam maiori, & deducta dimidia pro parte Domini Io. Baptiſtæ, nec non deductis alijs deducendis de quibus in ipſa ſententia Senatus antiqua facto etiam calculo rigoroſo apparebit nullam ſubeſſe læſionem.

Et hinc etiam vana redditur prætenſio iuramenti in litem petiti, ex eo quod non fuerit confectum inuentarium à Domino Io. Baptiſta de bonis patris harum mulierum tum quia cum per teſtes poſſit conſtare de quantitate, videtur ceſſare dictum iuramentum, cum illud te-
48 cipiat probationem † in contrarium Plot. *de in lit. iurand.* §.52. *num.*27. Tiraquel. *de retract. conſanguin.* §.4. *gloſſ.*1. *num.*1. *& ſub num.*10. *verſic. & ſemper*, *& nu.*28.
49 *&* 30. tum etiam quia cum tale iuramentum † limitetur à iudice vtique deberet taxari iuxta id, quod conſtaret ex teſtibus D.Peregr. *de fideic. art.*35. *ſub num.*27. Munoz. *de ratiocinijs administrat. cap.*8. *nu.*38. tum denique
50 quia iuramentum in litem non datur contra † hæredes ex dolo defuncti, *l.* 2. *& l. alio*, *Cod. de in litem iurand.* Plot. *in repetit. l. ſi quando num.*772. *Cod. vnde vi alias eſt in tract. de in litem iurand.* §.49. *num.*20. Borgn. *de tutor. num.*61. Guttierez. *de tutelis part.*2. *cap.*1. *num.*28. Simon. de Præt. *conſil.*153. *numer.*40. *volum.*1. Dominus Peregr. *de fideicom. artic.*35. *nu.*27. *in fine*, Turret. *conſ.*29. *num.*22. *volum.* 3. Munoz. *de ratiocin. administrator. cap.* 9. *num.*27.

A R G V M E N T V M.

De teſtibus deponentibus, de fama, vel cum adiectione, *Salua veritate*, aut non certitudinariè, ac aliàs de probationibus per ipſos teſtes.

S V M M A R I V M.

1 *Commodum ex eo nemo ſumere debet, quod nixus eſt impugnare. Specifica in probationibus, & num.*2.
3 *Teſtis non deponens de fama iuxta eius requiſita, reſoluitur in teſtimonium de auditu.*
4 *Teſtis ſi poſt depoſitionem addat,* Salua veritate, *non probat.*
5 *Teſtis deponens de iudicio, ſcilicet ſe ita iudicare non probat. Etſi dicat id firmiter credere.*
6 *Teſtis debet deponere certitudinariè, & non ex capite, aliàs non probat.*
7 *Sorori ſuccedit ſoror vtriuſque coniuncta ad excluſionem ſororis conſanguineæ, vel vterinæ.*
8. *Cum minoribus non durat Societas.*

CONTROVERSIA DCCI.

TOta difficultas controuerſiæ vertentis inter D. Magdalenam Mantellam vxorem D.Federici Franzoſij, & alios litis conſortes agentes ex vna parte, & Dominos Iugales de Maſcoppis reos conuentos ex altera in tribus punctis conſiſtit.

Primo, in perſcrutando quantitatem, & valorem bonorum relictorum tempore mortis D. Bartholomæi Mantelli, quorum partem pro rata actoribus ſpectantem profitentur ſe non fuiſſe integraliter conſecutos.

Secundo, quam partem haberet ipſe Bartholomæus, in dictis bonis, cum plures eſſent fratres.

Tertio, & vltimo perpendendæ erunt deductiones faciendæ ad commodum reorum.

His enim cognitis facile decernere erit, an actores debitam portionem fuerint conſecuti.

Quo ad primum punctum præſuppoſito, prout veriſſimum eſſe demonſtraui in fine aliarum allegationum, in caſu iſto non poſſe eſſe locum iuramento in litem pluribus reſpectibus ibidem recenſitis, totum negotium reducitur ad probationes hinc inde factas.

Pro actoribus extant duo genera probationum alterum factum alias in ſimili cauſa pro Diana vna ex filiabus d.Bartholomæi, quæ probationes; licet tanquam inter alios factæ non probent plene in præſenti cauſa, nihilominus, vbi illis ſtare vellent ipſi actores; hoc non recuſarent rei conuenti, ſed quia eas impugnarunt, &
1 per conſequens † non poſſunt amplius aliquid commodi ex illis ſumere, *cap. ex eo, de regul. iur. in* 6. & in probationibus impugnatis tradit Bal. *conſ.*364. *ſub numer.*1.
2 *verſic. item non videtur, &c. vol.*5. † res reducitur tantum ad alterum genus probationum nouiſſime in hoc iudicio factarum, in quibus nixi ſunt probare, ipſum Bartholomæum tempore ſuæ mortis reliquiſſe ex lucris negotiationis lanæ, & ſirici valorem ſcutorum duodecim millium, vltra mobilia domus, & ſtabilia, ſuper quibus induxerunt ſex teſtes, quorum duo tantum, videlicet primus, & ſecundus videntur aliquid deponere ad fauorem capitulantium, nam reliqui nihil certi firmant; tertius enim, *fol.*37. *fac.*1. inquit tantum audiuiſſe, quod Bartholomæus tempore ſuæ mortis reliquit facultates honeſtas mercaturæ vna cum pecunijs, ſed ignorat quantitatem, quod repetit etiam, *fol.*39. *fac.*2. *in fine*, qui ob id nihil concludit ad intentionem agentium, nam, & rei non negant ipſum Bartholomæum reliquiſſe mediocres fortunas communes tamen cum alijs fratribus.

Quartus teſtis, *fol.*44. *fac.*2. ſcit Bartholomæum exercuiſſe negotiationem lanæ, ſed *fol.* 45. *fac.* 1. ignorat quid reliquerit in hæreditate.

Quintus, *fol.*53. *fac.*1. neſcit aliquid. quia non cognoſcit Bartholomæum, ſed quod tantum audiuit eum reliquiſſe magnam quantitatem pecuniarum, & bonorũ, capitale mercaturæ tam lanæ, quam ſerici, quam ſolus exercuerat, hic quoque nihil concludit ad capitulatam quantitatem, ſed cum atteſtetur de falſa fama in eo, quod dicit audiuiſſe Bartholomæum ſolum exercuiſſe, cum certum ſit id feciſſe vna cum Io: Baptiſta ſuo fratre, vt infra deducam, parum quoque ei deſſerendum eſt in cæteris, quæ deponit de d. fama, vltra quod non deponit de fama, ſecundum illius requiſita, quo fit, vt
3 † reſoluatur in teſtimonium de auditu, quod non probat Petra, *de fideic. q.*11. *num* 380.

Cuius depoſitio redditur quoque vana ex eo, quod dicit, audiuiſſe domum Mantuę fuiſſe emptam à Bartholomæo, vt *fol.*53. *fac.*2. *& fol.*57. *fac.*2. nam tam ex inſtrumento producto in proceſſu Ordinarij antiquo, quam ex teſtibus vtriuſque partis, in hoc iudicio examinatis, conſtat d. domum emptam fuiſſe communiter ab ipſo Bartholomæo, & Io:Baptiſta eius fratre, ita certum ſit, teſtem iſtum male fuiſſe informatum.

Et ob id rectè in d. ſuo teſtificatu ſe remittit veritati, *fol.*55. *fac.*1. *& fol.*57. *fac.*1. ex hoc iurans ſe certitudinariè non deponere teſtis autem aliquod deponens, ſi de-
4 inde † addat, *ſalua veritate*, non probat, Farinacc. *de teſtibus, quæſt.*68. *num.*17.

Sextus, *fol.*63. *fac.*1. *&* 2. deponit, quod D. Bartholomæus exercuit mercaturam lanæ, & ſirici, & de fama quod reliquerit magnam facultatem, ſed ignorat quantitatem, & ſe remittit veritati, quod repetit etiam, *fol.*67. *fac.*2. apparet tamen falſus, vel male informatus, in eo, quod, *fol.*63. *fac.*1. deponit ipſum Bartholomæum dum vixit vſque ad mortem, continuato tempore exercuiſſe mercaturam, cum tantum eam exercuerit per decem annos, videlicet ab Anno 1563. quo ingreſſus eſt paraticum, vt in proceſſu, *fol.*9. *fac.*1. vſque ad Annum 1573. quo mortuus eſt, vt ex fide in proceſſu, *folio decimo, fac.*1.

Ita autem cum prædicti teſtes nihil concludant ad intentionem agentium tota vis probationis reducatur, vt dixi ad primum, & ſecundum teſtes.

Qui tamen nequaquam plus ceteris probant; nam prior D.Bartholomæus de Gentilibus, licet *fol.*3. *fac.*2. *& fol.*4. *fac.*1. deponat ipſum Bartholomæum de Mantellis feciſſe in ſua vita magnum traficum, & ob id ſuo iudicio firmiter credere, quod in ſua hereditate relique-

rit ualorem 12000. ſcutorum, & ultra, cōprehenſis negotio
mercaturæ, ſtabilib. pecunijs, & mobilibus domus, attamen
multipliciter deſtruitur eius dictū primo, quia depo-
5 nit † de iudicio, qui ob id non probat, ut late tradit Farin.
poſt alios, *q.68.n.32.* qui *n.66.* ſubdit idē eſſe, etiāſi addat
ſe firmiter credere, uel tenere, prout in caſu iſto.

Secundo, non probat, quia multa deponit, ex quib.
detegitur non bene informatus, ne dicam falſus, dum
fol.3.fac.1.& fol.10.fac.2. dicit, Bartholomæum ſolum
exercuiſſe mercaturam, nam conſtat, ut infra deducam,
in eo negotio ſe quoque ſe geſſiſſe communiter cū Bartholomæo
per multos annos Io: Baptiſtam eius fratrem,
ſicuti & dum *fol.4.fac.1.* dicit, ipſum Bartholomæum emiſſe
terras in Territorio Mantuano, quod falſum eſt,
& domum in Ciuitate Mantuæ, quod pariter non eſt
ſimpliciter uerum; ſed una cum Io: Baptiſta fratre, &
denique, dum *fol.9 fac.1.* dicit ipſum Io: Baptiſtam sēper
uixiſſe Romæ in uita Bartholomæi, & tamen certū
eſt rediſſe ab Vrbe per multos annos ante mortē fratris.

Tertio, deſtruit totam ſuam diſpoſitionem, dum *fol.*
8.fac.1. lecto ſibi teſtificatu Poliſennæ, quæ deponit ſpecificè
de quantitate pecuniarum, & ſirici, nec ullam
mentionem facit de negotio lanæ, inquit, remittere ſe
ueritati, an Bartholomæus reliquerit capitale, de quo
ipſe depoſuit, ex hoc enim neceſſario colligitur illum
6 non depoſuiſſe certitudinariè, prout neceſſe † eſt deponere
teſtem, iuxta tradita per Doctores, *in capit. in
præſentia, de probatio.* & per Farinacc. *quæſt.68. numer.3.*
ſed ex capite, & ob id (ut ſupra etiam dicebam) ex Farin.
d.qu 68.n.17. teſtis remittens ſe ueritati circa ea, quę depoſuit,
nihil probat, idem reſultat, dum *fol.12.fac.1.* dicit
Bartholomęum emiſſe domū ſolū, & antequā D. Io: Baptiſta
eius frater redire ab Vrbe, & poſtea *fol.14. fac.1.*
certificatus de inſtrumento acquiſitionis remittit ſe ueritati,
apertè confitendum ſe male informatum.

Venio ad D. Stephanum de Mantellis ſecundum teſtē
aduerſariorum, qui & ſi audacter, *fol.22.fac.1.* deponat
de ualore ſcutorum 12000. idque aſſerat, *fol.25.fac.2.*
non obſtante teſtificatu Poliſennæ ſibi lecto, & plus addat,
fol.26.fac.1. tale capitale ſcutorum 12000. fuiſſe ultra
domum Mantuæ, & ſtabilia paterna, tamen ex eius
met teſtificatu manifeſte colligitur, ipſum falli, & impoſſibilia
deponere, nam ſupponit, *fol.22.fac.2.* ipſum
Bartholomæum negotiatum fuiſſe, ſaltem per 27. vel 30.
annos, cum dicat; ipſum fuiſſe annorum 28 in 30. quando
cępit negociari, & fuiſſe annorum 55. in 60. quando
mortuus eſt, & continuo exercuiſſe mercaturam uſque
ad mortem, & tamen certum eſt in facto, exercuiſſe
mercaturam lanæ tantum per annos decem, cum ingreſſus
fuerit paraticum de anno 1563. ut in fide, *fol.9.fac.1.*
& mortuus fuerit de anno 1573. ut *fol.10.fac.1.* & mercaturam
ſirici per ſex annos tantum, ut ex fide *d. fol.9.*
fac.2. itaut diminuto lucro, iuxta ratam tempori, de quo
de pluri depoſuit iſte teſtis, apparebit non fuiſſe relictū in
eius hęreditate ultra id, de quo cōſtat in proceſſu antiquo.

Impoſſibilia autem deponere deprehenditur, dum
fol.23.fac.1. deponit Bartholomæum cępiſſe negociari
paulatim, & de pecunijs extractis ex introitibus bonorum
paternorum, bona enim iſta erant modici redditus
expenſæ erant graues; itaque parum remanere potuerit,
ex quo negotiaretur, & illud parum, addita etiam
dote uxoris, in tam breui temporis ſpatio non potuit parare
tam notabile lucrum, maximè attentis his, quę perpendebā
in priorib. ſcriptis, *in verſ. conſiderato igitur, &c.*

His addi poteſt, quod de Anno 1568. propter acquiſitionem
domus paulo ante factam, adeo ſe exinaniuerat
pecunijs ipſe Bartholomæus, ut delitauerit quemadmodum
capitulatum fuit pro eius defenſione
tunc temporis, ut ex fide in proceſſu, *fol 89.fac.2.* & cōcordat
ſeptimus teſtis Dominorum Iugalium de Maſcoppis,
qui inquit, *fol.49 fac.2.* quod Bartholomæus,
facta acquiſitione domus, conquirebatur, ſe amplius non
habere pecunias; Vnde non eſt credibile uerisimile, uel
poſſibile, quod poſtea ab anno 1568. uſque ad annum
1573. conflauerit, & reliquerit tam egregiam præſuppoſitam
quantitatem patrimonij, cui etiam repugnat fides
ſtateriæ producta, *fol.99.fac.1. cum ſeqq.* ex qua colligitur,
ualde modicum fuiſſe negotium ipſius Bartholomæi,
& denique plerique teſtium actorum concludunt,
quod non tenebat aliquos garzonos in apotheca, ut primus,
fol.6.fac.2. tertius, *fol.39.fac.2.* quartus, *fol.48.*
fac.2.

Deſtructis igitur aduerſariorum probationibus, nihil
quætendum eſſet, quid probauerint rei conuenti, quia
actore non probante, reus abſoluitur, etiam ſi nihil præſtiterit,
leg. qui accuſare, C. de edend. nec etiam amplius
diſputandum eſſet, an actores conſecuti fuerint portionem
ſuam, ſaltem iuxta ualorem bonorum, de quibus in
proceſſu antiquo, quia cum ipſi impugnauerint dictas
probationes, non poſſunt ſe amplius ex eis iuuare, ut ſuperius
admonui circa principium.

Verum, ubi aliqua ratio habenda eſſet probationum
actorum, tota uis earum conſiſteret in ſecundo teſte, uel
ad plus in duobus primis, qui profecto præualere non
poſſunt probationibus reorum.

Nam pro eis ſtant teſtes antiqui deponentes ſpecificè
de bonis relictis in hæreditate Bartholomæi, Poliſsena
enim prima teſtis, & mater filiarum Bartholomæi deponit
de magna quantitate auri, & argenti, quæ fuit
ponderata; licet non interfuerit ponderationi, ut *fol.1.*
fac.2. & fol.2.fac.1. ubi ſubdit, quod facta ponderatione,
& numeratione Io: Baptiſta, concipiendo illos de domo
dicebat, *Andate mò dicendo, ch'io hò ritrouato à mio fratello
3000 ſcudi trà oro, & argento*, ulterius deponit in
genere de domo fulcita mobilibus, & de ducentum libris
ſirici, & de quibuſdam terris in loco Caprianæ, &
de domo communiter empta.

Secundus teſtis ex antiquis eſt Camillus Variottus,
fol.5. deponit, quod Bartholomæus reliquit libras 22.
auri ponderatas, & magnam quantitatem argenti, quā
non ſpecificat, ſed de ea præciſe deponit tertius teſtis, vt
mox dicam, domum fulcitam mobilibus, ducentum libr.
ſirici, & domum Mantuę de communib. pecunijs emptam.

Tertius teſtis Mambrinus de Alexandrinis, *fol.8. &*
9 deponit de libris 22. cum dimidia auri, de quantitate
argenti ſcutorum ducentorum, de domo fulcita mobilibus,
& de quantitate ſirici valoris ſcutorum 400. in
circa.

Qui quidem teſtes, vti dicebam in prioribus ſcriptis, faciunt
ſaltem ſemiplenam probationem, quo ad alios,
cum ſint mortui, & eorum integritas fuerit probata per
reos conuentos, ſuper quarto capitulo, & cum eſſent
melius informati, & deponant in ſpecie, præferendi teſtibus
minus informatis, & in genere deponentibus, iuxta
tradita per Farinacc. *de teſtibus, quæſt.65.nu.165. &*
170.

Quibus ſi addamus teſtes in præſenti iudicio examinatos,
vtique reſultabit probatio longe potentior pro
ipſis reis, cum etiam teſtes nouiter examinati per ſe ſoli,
tanquam plures numero, & veriſimiliora deponentes
præualere debeant.

Primus enim, *fol.1 fac.2. in fine*, & repetitus, *fol.93.*
fac.2. deponit de capitali ſcutorum 1000. vel parum pluri.

Secundus, *fol.6.fac.2.* & repetitus, *fol.100. fac.2. &*
fol.101.fac.2. teſtatur de capitali ſcutorum 1500.

Tertius, *fol.11.fac.1. & fol.17. fac.1. & 2.* de capitali
ſcutorum 1000. vel parum pluri, & *fol.16.fac.2* dicit,
quod non negotiabatur *all'ingroſſo*.

Quintus quod faciebatur traffic[u]m mediocre.

Septimus, qui eſt cognatus actorum, & bene informatus,
cum referat originem negotij, deponit, *fol.42.43.*
& fol.48.fac.2. de negotio mediocri ſcutorum 1000. in
circa, *& fol.53.fac.1.* quod facultates Bartholomæi non
aſcendebant ad valorem interrogatum.

Octauus, ſe remittit ad officium Stateriæ circa negotium
Bartholomæi, quod ex fide producta, *fol.99.cum
ſeqq.* apparet, ſatis tenue fuiſſe.

Nonus, *fol.62.fac.2. & fol.68.fac.2.* dicit, capitale ad
ſum-

Digitized by Google

ſummum fuiſſe ſcutorum 1000.

Ex quibus patet, noſtros teſtes præferendos eſſe tanquè ſeptem, & ſic plures numero, & vti veriſimiliora deponentes, cum confirmen ur cum fide Stateriæ, & adiuentur circumſtantijs conſideratis in primis ſcriptis, *in verſic Conſideratis igitur, &c.* videlicet, quod Bartholomæus non potuit habere, niſi exiguum capitale, cum non haberet, niſi terras Caprianæ, quæ modernis temporibus locabantur ſcutis 60. vt deponit decimus teſtis ex noſtris, *fol.77.fac.1.* & antiquitus ſcutis quinquaginta, vt depooit ſeptimus teſtis ex noſtris, *fol.51. fac.1.* ex quarum introitibus, ſecundus teſtis actorum, *fol.23.fac.1.* dicit, Bartholomæum cæpiſſe negotiari, quod dos Oliuæ primæ vxoris fuit valde tenuis ducatorum 360. quod habebat tres fratres, & vnam ſororem, vxorem, & quinque filias, quod ſe priuauit pecunijs, emendo domum, quod negotium fuit paucorum annorum, & non ſemper lucrum eſt vniforme, vel exceſſiuum; Quod D. Io: Baptiſta, qui dotauit neptes, erat perſona legalis, & qui veſimiliter non fraudaſſet eas, vt deponunt omnes noſtri teſtes, ſuper tertio capitulo, quod denique in dotatione dictarum neptum interuenerunt affines, & decretum Iudicis, itaut reſultat præſumptio eas fuiſſe ſufficientes dotatas, vt deduxi in primis ſcriptis, *verſic. Septimam pono.*

Et ſi diceretur vltra teſtes antiquos, qui non deponũt de aliquo capitali mercaturæ, nunc addeſſe teſtes ipſorũmet Iugalium de Maſcoppis atteſtantes ſaltem de capitali ſcutorum mille, vel mille, & quingentorum, quorum non fuit habita aliqua ratio in dotandis dictis neptibus.

Omiſſo, quod poſſem dicere, nullam habendam eſſe conſiderationem dictorum teſtium antiquorum ad fauorem actorum, cum eos impugnauerior, vt bis ſuperius deduxi, dico, quod de hoc capitali deducendi eſſent ſcuti 400. pro capitali ſirici, de quo deponunt teſtes antiqui, quibus deductis, id, quod remaneret, parum releuaret, conſiderato numero perſonarum, ſuper quibus illud diuidendum erat, vt ſtatim ratiotinabor, adeovt etiam hoc attento competenter dotatæ dici poſſiot.

Capio ſecundum punctum, quam partem haberet Bartholomæus in dictis bonis, pro cuius reſolutione præſuppono, Bartholomæum prædictum habuiſſe tres alios fratres ex eodem patre, & ſic fuiſſe quatuor fratres, vt ex fidibus productis in proceſſu antiquo ordinarij, *fol.50.fac.1. & fol.51. fac.1.* & ex inuentario in proceſſu Senatorio antiquo, *fol 14.fac.1.* & deponunt ex teſtibus antiquis Poliſſenæ. *fol.3.fac.2.* Camillus Vanottus, *fol.6.fac.2.* Mambrinus de Alexandrinis, *fol.9.fac.2.* & ex vltima modula teſtium antiquorum Peregrinus de Peregrinis, *fol.2.fac.1. & 2.* Cæſar de Ferrarijs, *fol.5.fac.1.* Io: Lucas de Petrattis, *fol 8.fac.1.* Franciſcus de Gattis, *fol.12.fac.1.* Ioſeph Malgarinus, *fol.15.fac.1.* vt ex teſtibus Dominorum de Maſcoppis deponunt, primus, *fol.2. fac.1.* & repetitus, *fol.94. fac.1.* ſeptimus, *fol.42. fac. 2.* decimus, *fol.72.fac.1.*

Præſuppono etiam, Bartholomæum primum omnium dictorum fratrum maſculorum deceſſiſſe, & ſic alios tres ei ſuperuixiſſe, & Io: Baptiſtam vltimum omnium mortuum eſſe, vt deponunt ex teſtibus antiquis Poliſſena, *fol.4. fac.2.* Camillus Vanottus, *fol. 6. fac. 2.* Mambrinus de Alexandrinis, *fol.9.fac.2.* & ex vltimis teſtibus antiquis Io: Lucas de Petrattis de auditu, *fol.8.fac.1.* Ioſeph Malgarinus, *fol.15.fac.1.* & tertius teſtis actorum, *fol.40.fac.1.*

Qui fratres nunquam fecerunt diuiſionem, ſed ſemper remanſerunt in communione Poliſſena, *fol. 4. fac. 1.* Camillus Vanottus, *fol.7.fac.1.* Mambrinus de Alexandrinis, *fol.10.fac.1.* primus Dominorum de Maſcoppis, *fol.2.fac.1. & 2. & fol.94.fac.1.* Septimus, *fol.43.fac.1. & fol.49. in fine*, Decimus, *fol.72.fac.1.*

Et particulariter de Bartholomæo, & Io: Baptiſta, quod eſſent in communione, & negotium mercaturæ eſſet commune, deponunt ex vltimis teſtibus antiquis, primus Peregrinus de Peregrinis. *fol.2. fac.1. & 2.* ſecundus, Cæſar de Ferrarijs, *fol.5.fac.1.* Tertius, Io: Lucas de Petrattis, *fol.7.fac.2.* Quintus, Aotonius de Gattis, *fol. 11. & 12.* Sextus, Ioſeph Malgarinus, *fol.14.fac.2.* Secũdus teſtis actorum, *fol.32.fac.1. & fol.29. fac.1.* Tertius, *fol.37.fac.1.* Quintus, *fol.56.fac.2.* Secundus Dominorũ de Maſcoppis, *fol.6. fac.2.* Tertius, *fol.11. fac.1. fol.12. fac.1. fol.13.fac.1. fol.18.fac.1.* Quintus, *fol.31.fac.1. fol.32. fac.2. fol.36.fac.1.* Octauus, *fol.55.fac.2.*

Quodque Io: Baptiſta reuerſus fuerit Roma per multos annos, antequam moreretur Bartholomæus, & cum eo ſe exercuerit in mercatura; Deponunt vltimi teſtes antiqui, Primus Peregrinus de Peregrinis, *fol.3.fac.1.* Secundus, Cæſar de Ferrarijs, *fol.5. & 6.* Tertius, Io: Lucas Petrattus, *fol.9.fac.1.* Quintus, Antonius de Gattis, *fol.13.fac.1.* Sextus, Ioſeph de Malgarinis, *fol.15. fac. 2.* ex teſtibus actorum, Secundus, *fol.22.fac.2. fol.26.fac.2. fol.27.fac.1. & fol.28.fac.2.* Tertius, *fol.40.fac.2.* Sextus, *fol.64.fac.1. & 2.* & ex noſtris teſtibus, Tertius, *fol. 18. fac.2. & fol.21.fac.2.* Septimus, *fol.52. fac. 2.* Decimus, quod poſt redditum Io: Baptiſtæ Bartholomæus vixit per octo annoa, *fol.81.fac.2.* cum quo concordat Diana in reſponſione ad poſitiones in proceſſu Senatorio antiquo, *fol.27.fac.2.* vbi fatetur, Io: Baptiſtam reuerſum fuiſſe de Anno 1564.

His præſuppoſitis, ſequitur, quod cum terræ Captianę eſſent de bonis paternis ipſorum fratrum de Mantellis, vt conſtat tam ex inueotario, de qoo in proceſſu Senatorio antiquo, *fol.13.* quam per teſtes vltimos aotiquos, Primum Peregrinum de Peregrinis, *fol.2.fac.2.* Tertium, Io: lucam de Petrattis, *fol.8.fac.1.* Quintum, Antonium de Gattis, *fol.12.fac.1.* Sextum, Ioſephum de Malgarinis, *fol. 15. fac. 1.* Secundum, actorum, *fol. 22. fac. 2. in principio, & fol.26.fac.1.* Tertium, *fol.37.fac.2.* & ex noſtris, Primum, *fol.2.fac.2.* Septimum, *fol.43. fac. 1.* Decimum, *fol.79.fac.2.* & ipſe Bartholomæum non habere in illis, niſi quartam partem, quod cum ei ſuperuixerint tres alij eius fratres, non niſi dictam quartam partem reliquerit in ſua hæreditate, & reliquæ tres partes remanſerint cæteris fratribus, & eis prędefunctis deuolotæ fuerint ad Io: Baptiſtam, vti maſculum ex Statuto excluſis nepotibus. Idem dicendum eſt de mobilibus, ſeu ſuppellectilibus domus, vbi tamen melius liquidarentur, quia cum conſtet, ex inuentario adfuiſſe huiuſmodi bona paterna, non præſumuntur ea, quæ erant in domo fuiſſe particularia Bartholomæi, vel Io: Baptiſtæ, niſi hoc probetur, ſed fuiſſe communia cum omnibus fratribus.

De pecunijs, Serico, & mercibus repertis in hæreditate, & ſi antiquitus creditum fuit, illas fuiſſe tantum communes inter Bartholomæum, & Io: Baptiſtam ex probationibus, quæ tunc factæ fuerunt, & ſic earum dimidiam remanſiſſe in hæreditate Bartholomæi, Nihilominus, ex his, quæ nouiſſimè probata fuerunt, videtur dicendum, prædictas quoque res communes fuiſſe cum omnibus fratribus (deducto ſemper eo, quod pro induſtria potuit ſpectare ipſi Bartholomæo, & Io: Baptiſtæ, tanquam illis, qui opera propria negotio incubuerunt) tum quia negotiom fuit cęptum cum pecunijs introituũ bonorum communium, vt deponit ſecundus teſtis, actorum, *fol.23.fac.1.* cui etiam vnico contra producentem creditur, & ob id lucrum debuit etiam eſſe commune, maximè quia ipſe Bartholomæus curam gerebat de alijs duobus fratribus, quos miſerat Tholoſam, vt atteſtatur Decimus teſtis Dominorum de Maſcoppis, *fol.78.fac.1. & 2.* tum etiam; quia duo teſtes cognati actorum deponunt de communione etiam reſpectu oegocij; Septimus enim *fol.42.fac.2.* dicit, quod iſtud negocium fuit renunciatum Bartholomæo, & eius fratribus à quodam eorum auunculo, & Decimus *fol.78.fac.1.* dicit, quod erant in communione, nedum boororum patruorum, ſed etiam omnium aliorum, itavt de his quoque non niſi quarta pars ſpectaret Bartholomæo.

Quo ſtante, ſequitur, quod cum Bartholomæus reliquerit quinque filias, duas ex primo matrimonio, vt ex fidibus in primo proceſſu antiquo, *fol. 18. fac. 2. & fol. 50.fac.2.* & tres ex ſecundo, vt in fidibus proceſſus noui,

fol.9.fac.1.& fol.10. & deponunt ex teſtibus antiquis Poliſſena, *fol.3.fac.2.* Camillus Vanottus, *fol.7.fac.1.* Mābrinus de Alexandrinis, *fol.9.fac.2.* & ex teſtibus iugalium de Maſcoppis, Septimus, *fol.44.fac.1.& fol.51.fac.2.* & Decimus, *fol.73.fac.1.* quælibet ex illis haberet tantum quintam partem quartæ partis omnium bonorum, vel vbi vellemus, quod non admitto negotium, pecunias, & domum fuiſſe communes tantum inter Bartholomęū, & Io: Baptiſtam; tunc in his bonis haberet vnaquæque earum quintam partem dimidiæ illorum, & in cęteris quintam partem quartæ partis.

Et licet Flaminea altera ex duabus filiabus primi matrimonij deceſſerit, vt ex fide mortis, in primo proceſſu antiquo, *fol.50.fac.2.* & deponunt ex teſtibus reorum, Septimus, *fol.51.fac.2.* & Decimus, *fol.73.fac.2.* tamen vbi mortua eſſet in capillo, de quo non conſtat, ei tantum ſucceſſiſſet Diana vtrinque coniuncta; non autem
7 aliæ † ſorores conſanguineæ, ex quarum perſonis nunc agitur, *§.ſi igitur defunctus, in Auth. de hæredib.& falcid.* Surd. *deciſ.229 num.1.* & ſic nihil vltra quintam partē ſpectaſſet ad actrices, quam tamen habuiſſe abunde conſtat ex inſtrumentis eorum dotium, & decreto Iudicis in eis interpoſitis, vt latè deduxi in alijs ſcriptis, *verſic.Septimam pone concluſionem,&c.*

Quo ad tertium, & vltimum punctum de deductionibus faciendis, me remitto ad ſentētiam aliàs latam per Senatum in iudicio agitato per Dianam, de qua in proceſſu Senatorio, in qua dum dicitur detrahendam eſſe dotem D. Iuliæ vxoris D. Io: Baptiſtæ, dico de ea apparere in poſitionibus, in proceſſu antiquo Ordinarij, *fol.57.* & per vltimos teſtes tunc examinatos, videlicet per Cæſarem de Ferrarijs, *fol.4.fac.2.* Io: Lucam de Petrattis, *fol.7.fac.2.* Chriſtophorum Iunium, *fol.10.*

Quatenus vero dicitur in eadem ſententia, hæredes Bartholomæi teneri reddere rationem de dimidia bonorum paternorum, hoc congruit teſtibus nouiter examinatis, nam ſecundus, actorum *fol.23.fac.1.& fol.29.fac.1.* & Decimus teſtis reorum, *fol.76.fac.2.* dicunt, quod ipſe Bartholomæus colligebat omnes fructus.

Deductionibus autem admiſſis in dicta ſententia videntur addendi ſcuti 600. qui peruenerunt ad manus Poliſſenæ matris actricum, vt ipſa Poliſſena deponit, *fol.3.fac.1.* Camillus Vanottus, *fol.6.fac.1.* Mambrinus de Alexandrinis, *fol.9.fac.2.* ad quorum reſtitutionem, ſeu compenſationem tenerentur actores, cum habuerint dotem ipſius Poliſſenæ, & fuerint eius hæredes, vt colligitur ex inſtrumentis, *fol.38.fac.1.fol.44.fac.2.fol.47.fac.1.fol.50.fac.1.*

Habenda quoque eſſet aliqua ratio alimentorum pręſtitorum per D. Io: Baptiſtam ſuis neptibus, quia introitus pro illis non ſufficiebant, vt ex teſtibus reorum deponit primus, *fol.3.fac.1.* Tertius, *fol.12.fac.2.* Decimus, *fol.73.fac.2.*

Denique aduertendum erit, quod in lucris mercature nullam partem amplius habuerunt neptes poſt mor-
8 tem patris, quia cum minoribus, † non durat Societas, vt late per Ioſephum Ludouicum, *in concluſione vnica de Societate, alias eſt concluſ.53.column.18.verſic. Prima coniectura imo impoſſibilitas,&c.*

A R G V M E N T V M.

De Statuti vigore, de expenſis, & intereſſe probando. Et de Carceratione iniuſta.

S V M M A R I V M.

1 *Cum habemus verba Statuti clara, non eſt ab eis recedendum.*
2 *Statuti talis verba debent ſeruari ſecundum litteralem intellectum. Cum dicantur præciſi Fori, & numero tertio.*
4 *Vbi extat Statutum, dicitur extare caſus legis.*
5 *Statutum in ſuo loco ſeruatur pro lege communi.*
6 *Expenſæ, damna, & intereſſe probantur per iuramentum actoris.*
7 *Cum probatio non eſt plene ſufficiens, regulariter ſuppletur iuramento.*
8 *Intereſſe lucri ceſſantis dicitur probatum ex eo, quod petens ſit ſolitum tale lucrum percipere.*
9 *Et talem probationem admittit* Rota Genuen.
10 *Teſtis domeſticus admittitur in re, quæ per eum magis, quam per alium ſcire poteſt.*
11 *Et parte non opponente poteſt rectè admitti.*
12 *Carceratio afficit iniuria carceratum.*
13 *Talis habet actionem iniuriarum, & æſtimat iniuriam iuramento.*
14 *Afficitur iniuria præcipuè ſi carceratio eſt iniuſta.*

CONTROVERSIA DCCII.

SIcuti condemnatus fuit D. Franciſcus de Ferrarijs appellatus il Lanzo, erga D. Franciſcum Butrium in expenſis, vt in proceſſu, *fol.28.fac.2.* ita quoque debet condemnari in damnis, & intereſſe; tunc in d. ſententia reſeruatis, hiſque damnis, intereſſe, & expenſis duplicatis, prout petitum fuit nomine ipſius Butrij, *fol.35.fac.2.* quia Statutum ſub rubrica, *In quibus caſibus quis poſſit detineri, §. Et faciens aliquem detineri iniuſtè,&c.* mandat, quod faciens aliquem detineri iniuſte teneatur reſtituere, & reſarcire detento expenſas d. occaſione factas, damna, & intereſſe in duplum; & nihilominus etiā de pæna periurij puniatur, declarat, quod intelligatur indebitè detentus eo ipſo, quod detineri faciens non probat eum ſuſpectum, cum enim habeamus verba
1 clara Statuti ab eis † non eſt recedendum, vt inquit Bal. per illum textum, *in l. quod conſtitutum, ff. de teſtam.*
2 *milit.* ſed debent ſeruari, † ſecundum litteralem intellectum, idem Bald. *in l. omnes populi, colum.15.ff. de iuſtit.*
3 *& iur.* cum dicantur † præciſi Fori, Bal. *in Auth. hodie, C. de iudic.* pulchre exornat Pariſ. *conſ.23.n.10.& 11.*
4 *vol.2.* & vbi extat Statutum; tunc † dicitur extare caſus legis, Becci. *conſil.112. num.24.* D. Surd. *conſ.262.n.*
5 50. quia Statutum in ſuo loco † ſeruatur pro lege communi, Bart. *in d.l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* Alex. *conſ.148. in principio, volum.6.* Dom Surd. *conſ.100.num.12.*

6 Quæ † quidem expenſæ, damna, & intereſſe probari poſſunt per iuramentum ipſius Butrij, prout tradit Marſil. *in repetit. rubr. C. de probation. numer.152.& 153.* vbi ad hoc citat text. *in l. properandum, §.1. verſicul. vera quantitate earum Sacramento,&c. & in leg. ſancimus, in principio, C. de iudic.* Abb. *in cap. dilecti filij, ſub num.11.* & ibi Marian. Sen. *col.3. in fine, verſ. In ead. gloſſ. ibi ſtatur iuramento,&c. de foro competenti,* Plot. *in tract. de in litem iurand. §.37. num.3.& 4.& §.47. num.2.* Maſcard. *in verbo, Damnum, in concluſione communia damni, quæ eſt concluſ.471.num.7.& in terminis* Michael Nizzolius, *allegation.20.num.43.& 57.*

Quod ſi in hoc ſufficit probatio per ſimplex iuramentum, multo fortius admittetur in propoſito caſu, iunctis cum eo fidibus productis, & teſtibus examinatis, vbi enim probatio non eſt per ſe plene ſufficiens, completur
7 † iuramento ſuppletiuo, vt toti iuris eſt, & in materia iſta tradit Nizzol. *d. allegat.20.num.57.*

Ex dictis enim fidibus productis, *fol.81.& 82.* patet de damno emergenti ipſius Butrij ex ſolutione operariorū, qui tamen laborare non potuerunt defectu ipſius, cum eis ſubminiſtrare non potuerit laboreria ob propriam carcerationem, ſicuti & ex teſtibus examinatis patet de eodem damno emergenti, & lucro ceſſante, cum deponant concludenter quid, & quantum ſolitus fuerit lucrari, & ſoleant lucrari ſimilem negociationem exercentes; Intereſſe enim lucri ceſſantis peti poteſt, & probatum
8 dicitur ex eo tantum, quod quis probet, † ſe ſolitum negotiari, & quod exercentes tale negotium veriſimiliter ſolent tantum lucrari communiter, Cagnol. *in leg. vnic. num.42.& 43. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter, & in leg. curabit, numer.66. cum ſeqq. C. de action. empt.* & ita,

quod

9 quod † hoc pacto ſufficienter dicatur probatum inte-
reſſe, ſemper cenſuit Rota Genuenſ. vt patet *deciſ.1.num.
46.& deciſ.139.num.9.* vbi infinitos allegat, *& deciſ.150.
num.2.* Burſatt. *conſ.68.num.31.*

Nec obſtat, quod teſtes examinati ſuper hoc intereſ-
ſe ſint domeſtici, & familiares, & ſalariati, tum quia
ipſi abundant, cum, vt dixi, probari poſſit per ſolum iu-
ramentum, tum etiam, quia veriſimilia deponunt, ex
quo certum eſt ex ſimili negociatione fieri lucrum; licet
deinde non conſtet de præciſa quantitate, tum demum,
10 quia teſtis † domeſticus admittitur, quando deponit
de eo, quod melius per ipſum ſciri poteſt, quam per a-
lios, prout de hoc lucro ipſi magis informati eſſe poſ-
ſunt, ita Alberic. *in l.conſenſu,num.10.C.de repud.* Bald.
conſ.237.num.3.volum.3. Marſil. *in l.1.§.ad quaſt. num.
4.ff.de queſtion.* cum alijs multis penes Farinacc. *de teſti-
bus,quæſt.55.num.37.*

11 Sicuti, † & teſtes domeſtici admittuntur, parte non
opponente, quæ in caſu iſto nihil oppoſuit, Bal. *in l.ſi
quis teſtibus, column.fin.verſic.Dubitatur,&c.C.de teſtibus,*
Felin. *in cap.in litteris, num.12.verſic.quod puto procede-
re extra de teſtibus*, Farinac. *d.quæſt.55.num.104.*

Reſpectu vero multæ carcerationis procuratæ per d.
12 Lanzum ipſe Butrius dicitur † affectus iniuria Bald. *in
l.fin.§.& ſi præfatam,ſub num.3.C.de iur.deliberand.* An-
gel. *in l.nemo carcerem,ſub num.2. C.de exactorib. tribu-
tor.lib.10.in lectura, quæ imprimitur ſub nomine Baldi*,
Alex. *conſil.17.ſub num.7.in 1.volum.* Tileman. Roener.
libr.1.animaduerſ.iur.cap.10.num.4. & ob id ipſe Butrius
13 potuit agere iniuriarum, & ipſam iniuriam † æſtima-
re ſuo iuramento, *l.ſed & ſi quemcumq; §.iniuriam,ff.ad
14 l. Aquil.* Surd. *dec.89.n.8.* & tradunt in ſpecie † iniuſtæ
carcerationis Hieronym.Schurph. *conſil.87.centur.3.* &
Teleman. *d.cap.30.per tot.*

ARGVMENTVM.

De teſtibus non iuratis in iudicio, vel parte non ci-
tata. De Statuti Mantuæ interpretatione, quo
ad obligationem, & contractum minoris ſine cu-
ratore. Quid ſi iuribus decipiat minor contra-
hentem? &c.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes etſi iurati, non tamen parte citata, nullam fidem
faciunt.*
2 *Teſtis debet iurare in iudicio, & non alibi, aliàs non
probat.*
3 *Terminus datus parti ad intereſſendum, & videndum
produci, & iurare teſtes, &c. ſtat loco cuiuslibet ci-
tationis particularis.*
4 *Quoties minor aſſerit ſe maiorem, ſcienter, & dolosè,
minoritas ei non ſuffragatur.*
5 *Statutum* Mantuæ *ſubuenit minori, etiam iuranti ſe
maiorem. Non tamen ſi animo decipiendi.*
6 *Statutum recipit interpretationem à iure communi, etſi ſit
ſuperfluum. Et declaratur, ampliatur, & limitatur
iuxta illud, & num.7.*
8 *Statutum ita debet interpretari, vt rationabilem ſenſum
contineat.*
9 *Minor ſine curatore poteſt ſe obligare pro mobilibus, ſi ex-
cedat 20.ann. ex* Ord. Mant. *Et de eius intellectu, ibid.
& num.18.*
10 *Nemo debet locupletari cum alterius iactura.*
11 *Minor, qui non vult ſtare contractui, debet reſtituere om-
ne eius gratia acceptum.*
12 *Minor decipiens ſecum contrahentem non auditur; ſed
tenetur ſaltem de dolo; & num.15.*
13 *Minor contrahens falſo tutore authore, ſcienter aſſerens
eum legitimum deſtituitur legis auxilio, quo ad reſtitu-
tionem, non tamen quo ad allegandam nullitatem con-
tractus. & numero decimo quarto.*
16 *Conſilium vnius Doctoris Excellentis in Ciuitate excu-
ſat à culpa, & temeritate, maxime iuncta aduerſarij
calliditate, num.17.*

CONTROVERSIA DCCIII.

NOn poteſt recuſare Illuſtris D. Federicus Andreaſius
ſolutionem rerum habitarum titulo emptionis à D.
Andrea Martello ſub prætextu minoris ætatis.

Primo quia ipſe non probauit aſſertam, quam tamẽ
iuxta Statutum, ſub Rubrica, *De modo, & forma ſer-
uandis in contractibus minorum*, tenebatur probare per
tres teſtes fide dignos, bonæ opinionis, & famæ; nam-
que (omiſſa cenſura teſtium examinatorum, cum eos nõ
viderim) dico, quod ipſi iurarunt parte non citata, &
1 ob id † nullam fidem faciunt, ac ſi examinati non fuiſ-
ſent, *l.ſi quando,& Authent.ſed & ſi quis,C.de teſtibus,
cap.2.extra eodem tit.de teſtibus*, Corne. *conſ.34. num.
volum.2.* cum latè congeſtis à Farinac. *de teſtib.quæſt.74.
num.42.* & ita etiam deponit noſtrum Statutum, *ſub ru-
brica de teſtibus in principio.*

Quod autem iurauerint parte non citata patet ex
proceſſu; nam teſtes primo examinati, & præcipuè
Catherina de Ballarinis vna ex teſtibus, quibus reus de-
clarauit velle vti, iurarunt in domo propria ipſorum te-
ſtium nulla præuia citatione ad videndum deferri eis iu-
ramentum, eo in loco ſicuti obſeruatur de ſtylo, & ne-
ceſſe eſt de iure, quia teſtis debet iurare in iudicio, &
2 † non alibi, aliàs nihil probat, Lanfranc. *de teſtib. num.
16.* Maſcard. *de probation.in præf.iam ene,quæſt.5.numer.89.*
cum alijs apud Farinac. *de teſtibus,quæſt.74. num.29.* vn-
de ſolet impetrari licentia à Iudice deferendi iuramentũ
in alio loco, qui cedit vices notario, & quia tunc pars
aduerſa non poteſt imaginare hoc, cum ſciat iuramenta
deferri in iudicio, ideo neceſſe eſt citare eam pro certa
die, & hora ad videndum deferri iuramentum, & ita
practicatur, quod tamen non fuit hic obſeruatum.

Reſpectu vero teſtium ſecundo loco examinatorum,
& qui in iudicio iurarunt, pariter dico deficere citationẽ,
quia ipſi iurarunt nullo dato, & nullo exiſtente, vel pẽ-
dente termino, qui terminus ſuccedit loco citationis,
quia in hac patria conſueuit fieri monitio generalis,
quando datur terminus, vt pars aduerſa debeat quali-
bet die, & hora Iuris intereſſe in iudicio ad videndum
produci, & iuramentum deferri teſtibus, & præſentari
3 inſtrumenta, quæ ſeruit † loco cuiuslibet citationis par-
ticularis iuxta practicam, de qua per Farinacc. *quæſt.72,
num.26.* & ſic deficiente termino, teſtes ipſi iurarunt ſi-
ne citatione partis, quia pars non potuit ſcire, quando
intereſſe deberet in iudicio pro hoc effectu.

Secundo moueor, quia in hiſce contractibus initis
per D. Andreaſium cum ipſo Martello, idem Andrea-
ſius aſſeruit ſe maiorem, vt induceret d. Martellum ad ſe-
cum contrahendum, prout ex teſtibus examinatis ſuper
prima inſtructione producta, *fol.29.* & ex fide M. Illuſtr.
D. Senatoris Surdi, de qua *fol.37* idque fecit ſcienter,
& animo eum decipiendi, vt ex alia inſtructione pro-
ducta, *fol.33.* & teſtibus ſuper ea examinatis, id, quod
probabiliter potuit credere venditor ſtante inſtrumen-
to diuiſionis producto, *fol.21.* in quo D. Federicus in-
teruenit tanquam maior, cum tamen alteri fratri mino-
ri acceſſerit curator, & interuenerit authoritas Illuſtris
Prioris, & quo inſtrumento vſus eſt prædictus D. Federi-
cus ad perſuadendũ, dicto de Martellis quod eſſet maior,
vt atteſtatur ipſe D. Senator Surdus, *d.fol.37.* quoties au-
4 tem minor aſſerit ſe maiorem † ſcienter, & cauſa de-
cipiendi alium; tunc ei non ſuffragatur minor ætas, *l.2.
& 3.C.ſi minor ſe maior dixerit*, Alex. *conſ.122, ſub num.
2.verſic.bene facit,&c.* Lamberteng. *in tract.de contract.
eorum,qui ſine certa ſolemnitate, in gloſſ.8. numer. 63. &
64.*

5 Et licet † noſtrum Statutum, *ſub rubrica, de modo,
& forma ſeruand. in contractibus minorum, in verſic. Ha-
bentes autem curatores*, ſanciat, minori ſubueniri etiam
ſi iurauerit ſe maiorem, ſi poſtea doceat ſe minorem,
tamen

Digitized by Google

tamen ego intelligo illud procedere, quando minor iu-
rat per errorem, non autem ſcienter animo fallendi ſe-
6 cum contrahentem, tum quia Statutum recipit † in-
terpretationẽ à iure communi, etiam ſi reddatur ſuper-
fluum, vel modicum operetur, D.Surd. *deciſ.36.num.19.*
7 *& deciſ.49.num.8.* † & quando Statutum diſponit idẽ,
quod ius commune, recipit omnes limitationes, am-
pliationes, & declarationes, quas recipit ius commu-
ne in eadem met materia, Alderan.Maſcard. *in ſuis con-
cluſionibus in materia Statutorum, concluſ.2. numer. 71.*
tum etiam talis interpretatio mihi ſuadetur, quia Sta-
tutum ita debet interpretari, vt rationabilem ſenſum
8 † contineat, & ne mereatur à ſapientibus reprehendi,
iuxta notata, *in l.Saluius Ariſto, ff. de legat. præſtand.*
Cephal. *conſ.765.num.35.* Alderan.Maſcard. *d.concluſ.2.
num.256.* Vtique autem irrationabile, & valde à pru-
dentibus reprehendendum eſſet Statutum, ſi intellige-
retur, vt ſubueniret minori, etiam quãdo aſſereret ſe ma-
iorem cauſa decipiendi alium, præſertim in propoſito
caſu, in quo minor ille erat doli capaciſſimus, cum age-
ret annum vigeſimum quartum,

Tertio moueor ex ordine producto, *fol. 44. fac. 2.* ex
cuius diſpoſitione colligitur minorem carentem curato-
9 re poſſe ſe obligare pro mobilibus, † ſi excedat vigeſi-
mum ſicuti de eo agens D.Surd. *deciſ.75. a num.1. vſque
ad 7.* probat, illum ita intelligendum eſſe, *& ſub d. n.7.*
dicit ſæpiſſimè ſecundum hunc intellectum ipſum in-
terpretatum fuiſſe, & ita iudicatum, & ita profecto
quotidie vidi in facti contingentia obſeruari, de quo or-
dine agit etiam idem Surd. *deciſ.178.* Qui quidem ordo
etſi videatur abſolute prohibere contractus filijsfamilias
tamen id facit ad fauorem patris, & ne ei tales contra-
ctus præiudicent, ſed quo ad præiudicium ipſorum fili-
orumſamilias, non videtur impedire, quin contrahant
vbi excedunt vigeſimum annum, præſertim, quando
degunt ſeparati à patre, & habent bona propria, vt ha-
bet D.Federicus, ex conſenſu, & voluntate ejuſdem ſui
patris, vt patet ex inſtrumento diuiſionis producto, *fol.
21.* quo caſu gerunt ſe pro patribusfamilias.

Vltimo ſtante reſcripto, de quo *fol. 35.* quod D. Præ-
tor tam de iure, quam de æquitate iuſtitiam faciat, vti-
que venit condemnandus d. D. Federicus, quia æquitas
10 naturæ eſt, vt † nemo locupletetur cum aliena iactu-
ra, *l.iure naturæ, ff. de regul.iur.*

11 Et eo magis, quia minor, qui non vult † ſtare con-
tractui, tenetur prius reſtituere, quod habuit ex aduerſo,
l.quod ſi minor, §.reſtitutio, ff.de minor. Corn. *conſ.188.n.
11.volum.2.* Crauett. *conſil.7.num.14.* Roland. *conſil.59.
num.7.volum.1.* Menoch. *conſ.644.num.3.& conſ.674.&
conſ.888. num.5.* Vnde alias vidi condemnari à Senatu
minorem, quia non reſtituit res, quas habuerat, nec po-
terat reſtituere cum eas non haberet, quia cum eo con-
trahens poſſet eas dare alteri pro eodem pretio.

Non obſtat, quod in poſitionibus datis, *fol. 46.* Do-
minus Federicus fateatur habuiſſe res, de quibus in actu
iudiciali, ſed eas non vendidiſse, niſi 25. ſcutis, tum
quia ei non creditur, quod non niſi tanti vendiderit, niſi
hoc probet, tum etiam quia ei imputatur, ſi illas ven-
didit minus iuſto pretio, cum non conſtet minoris va-
luiſse, quam ei venditæ fuerint à Domino Martello.

Licet per repetitionem teſtium alias nulliter exami-
natorum nomine D.Federici Andreaſij ad probandam
ſuam minorem ætatem ſublatus fuerit d. defectus, per
hoc tamen abſoluendus non venit à petito credito Do-
mini Andreæ Martelli rationibus alias vltra dictam nul-
litatem conſideratis, & præcipuè, quia ipſe Andreaſius
ſcienter decipit d.Martellum, qui volebat contrahere,
dubitando de eius minori ætate, perſuadendo illi ſe ma-
iorẽ verbo, & per oſtenſionem quarundam ſcripturarũ,
12 quo caſu vbi minor ſcienter decipit † ſecum contrahẽ-
tem nunquam auditur, vt eſt textus expreſsus, *in l.2.C.
ſi minor ſe maiorem dixerit*, vbi textus inquit, quod ſi
fallaci mendacio aſserit ſe maiorem, non ſubuenitur ei,
quia deceptis, & non decipientibus, iura ſubueniunt, hic
etiam videmus, quod ſi minor contrahat auctore falſo
13 tutore ſcienter † aſserens eum eſse legitimum tutorem
deſtituitur omni auxilio, *l.1. in fine, ff. quod falſo tutor.*
Odd. *de reſtit.quæſt.22.art.2.* ſi enim leges, quæ debent
eſse ſanctæ, & honeſtæ, hoc caſu ſuffragarentur illis mi-
noribus callide inducentibus alios ad ſecum contrahen-
dum iam non eſsent iura, ſed iniuria.

Nec obſtat ſi diceretur, quod ex d. falſa aſsertione mi-
nor quidem priuatur beneficio reſtitutionis in integrum
14 ſed tamen non impeditur † allegare nullitatem con-
tractus, vbi contraxit ſine ſolemnitatibus Statuti, vt per
Roman. *conſil.12. num.5.* & de communi teſtatur Odd.
de reſtit.quæſt.24.art.4.ſub num.26. quia omiſso, quod
non videtur vera d.opinio, cum non poſsint dici neceſ-
ſariæ aliquæ ſolemnitates Statuti, quando contrahens
creditur maior, & ſe verbo aſserit, & ſcripturis talem
probat, dico, quod vbi ſcienter, & doloſe perſuadet ſe
maiorem, tunc non iuuatur beneficio d.Statuti, quia
15 ſaltem teneatur de dolo, prout in terminis docent An-
gel. *conſil.16.D.Catherina, num.5. verſic. Attendendum
tamen eſt.* Iacobin. *in d.l.2.quæ incipit ſi is, qui in fine, C.ſi
minor ſe maior dixerit*, & ita etiã declarat Odd. *d.quæſt.
24.artic.4.num.41.*

Addo quod cum Martellus habeat reſcriptum, quod
ei fiat ius de æquitate, æquitas non patitur, quod ipſe
perdat ſuum creditum, cum recurſum habuerit ad pe-
ritos, adeundo Perilluſtrem D. Senatorem Surdum in
cuius auctoritate viſis per eum ſcripturis quilibet contra-
16 xiſset; nam conſilium vnius tantum Doctoris † Ex-
cellentis in Ciuitate excuſat, vt per Odd. *quæſt.10.ſub n.
71.* multo magis ergo vnius Senatoris, iuncta maxima
17 calliditate aduerſarij, † qua mediante non patitur æ-
quitas, vt D. Andreaſius lucretur, Facit Andr.de Tre-
mul. *ad practic. Bonacurſ. fol.85. colum.3. verſicul. Se-
xtus igitur.*

Excuſari debet denique Martellus ex illo ordine pro-
ducto, *fol.44.fac.* . . . . qui licet nunc ab Excellentiſſimo
Senatu in cõtrouerſiam ponatur, nihilominus ſemper il-
lam habuit interpretationem, vt minor excedens 20.
18 † annum obligari poſſit pro mobilibus cujuſcunque
generis, vt per D.Surd. *deciſ.75.& deciſ.178.* & ſi quoti-
die coram D.Commiſsario hæbreorum, ipſi hæbrei vi-
gore d.ordinis conſequuntur ſua credita cum vſuris à mi-
noribus, vt ego ſæpius vidi, & memini me quandoque
non potuiſse defendere vnum meum nepotem ab illo,
cur ex eo pariter non debet iuuari Chriſtianus, qui vi-
dendo ſæpe ſubueniri alijs, & maxime hæbreis, ex illo
potuit probabiliter credere ſe tuto contrahere poſse. li-
cet vere non contraxit hoc prætextu, cum crediderit cõ-
trahere cum maiore ætate perfecta.

ARGVMENTVM.

Agitur de diuiſione prohibita per teſtatorem ad tẽ-
pus minoritatis, eiuſque effectu, & obſeruantia,
& diſpenſatione per Principem. De dotibus ex-
inde deducendis, ac ære alieno ſoluendo, &c.

SVMMARIVM

1 *Prohibitio diuiſionis vſque ad euentum minoris ætatis eſt
valida.*
2 *Nec tali prohibitioni poteſt renunciari.*
3 *Imo nec etiam ex iuſta cauſa poteſt ei contrauenire, ſtante
prohibitione teſtatoris, & legis.*
4 *Hoc caſu non ſufficit pœnam ſoluere; nam id procedit, cũ
prohibitio eſt perpetua, quæ eſt alias nulla, niſi ob pœnæ
timorem ſuſtineatur.*
5 *Temporalem hanc prohibitionem adimplere debet, qui
hæres eſſe vult.*
6 *Nec Princeps de poteſtate, ſaltem ordinaria, poteſt diſpen-
ſare, & habilitare contra prohibitionem hanc teſtatoris,
& legis.*
7 *Multominus id facere poteſt cum auctoritate Curatoris.*

8 *Eſt*

8 *Eſt omni caſu Principi exponenda prohibitio, & pœna adiecta.*
9 *Cum iubetur à teſtatore communio, intelligitur, vt omnia bona, etiam particulariter, vt credita, &c. in communione ponantur.*
10 *Dotes in diuiſionibus extrahuntur ex omnibus bonis, ac cætera credita.*
11 *Coheredes non tenentur ad æs alienum, niſi pro quota hereditatis. Amplia, & ſic alteri ex iis prælegatum eſſet, & num. 12.*
13 *Partes heredum æqualiter inſtitutorum debent reduci ad æqualitatem, ſi inæquales videantur.*
14 *Diuiſio bonorum à teſtatore facta, habetur ac prælegatum.*
15 *In diuiſione regulariter ſingula credita in ſuas partes cõputanda, & iuxta quotam ſunt diuidenda.*
16 *Dotes ſunt deducendæ pro dimidia ſingulorum coheredũ, etſi alter iure prælegati plus obtineret.*
17 *Poſterior diſpoſitio teſtatoris derogat priori.*
18 *Creditor ex dote reſtituenda, cum ſtabilia ſolum cogatur accipere; dum deficit pecunia, in hoc ſubleuatur, vt habeat in bonis optionem.*

CONTROVERSIA DCCIV.

RIcercato del mio parere intorno ad alcuni particolari circa la diuiſione, ch'intendono fare li Signori Conti Vincenzo, & Tullio Petrozanni, di beni dell' heredita del già Monſignore loro auo, dico, prima, che nõ credo, che ſi poſſi venire alla preſente diuiſione, ſtando la prohibitione d'eſſo Monſignore, che non debbano diuiderſi, ne quanto alle proprietà, ne quanto all' vſofrutto in perpetuo, ouero almeno ſino ch'il Sig. Conte Tullio hauerà compiti 27. anni, ſotto pena di mille ſcudi, come nel teſtamento, *à carte* 10. *fac.* 2. la quale prohibitione ſino à certo tempo, maſſime nell' età più debole
1 de prohibiti è admeſſa per valida da tutti † i Dottori, per text. *in l.4. in princip.* vbi Bal. *ff. de condit. inſtit.* & in ſimile prohibitione ſino alla ſudetta età. Ruin. *conſ.* 212. *in 1. dubio, volum.* 1. Dec. *conſil.* 349. *in princip.* Socin. Iun. *conſil.* 48. *& conſil.* 53. *volum.* 1. alla qual prohibitione, eſſendo fatta per imbecillità d'età, non ponno rinonciare
2 eſſi Signori Conti in † maniera alcuna. Dec. *conſ.* 349. *num.* 1 *&* 2. *& conſil.* 442. *ſub num* 25. Grammatic. *deciſ.* 7. *num.* 2. anzi concorrendoui la prohibitione della legge, per la minor età, & quella del teſtatore, tal diuiſione nõ
3 ſi potrebbe fare, ne anco per cauſa, † che per altro foſſe giuſta, & legitima, Dec. *conſ.* 349. *ſub num* 3. Soc. Iun. *conſ.* 48. *num.* 9. *volum.* 1. Ne in queſto caſo ſi può dire, che pagando la pena ſia permeſſa la diuiſione, perche queſto procederebbe per la prohibitione perpetua, la quale non valendo regolarmente, vien fatta obidire
4 † per tema della pena, la qual pena pagata, ſi può contrauenire, Ripa *in l. filiusfamilias, §. diui nu.* 21. *&* 22. *ff. de legat.* 1. Riminald. Iun. *conſ.* 381. *num.* 20. ma per riſpetto della prohibitione temporale, la quale per ſe è valida ſenza pena, queſto non procede, atteſo che hauen-
5 do † il teſtatore commandato coſa permeſſa, chi vuole eſſere ſuo herede, biſogna ch'obbediſca, *l. ex qua perſona, ff. de regul. iur.* Oltre che biſogna auertire, che eſſendo impoſta la pena à ciaſceduno, quando l'vno, & l'altro contenti alla diuiſione, biſognarebbe pagare duemilla ſcudi, mille per vno.

Et ſtando la detta prohibitione del teſtatore, maſſime concorrendoui la minor'età. Eſſi Signori Conti non
6 ponno eſſere diſpenſati, & habilitati à ciò dal Prencipe, almeno di Poteſtà ordinaria, Bertaz. *conſ. ciuil.* 12. *num.* 29. ſi come anco non ponno far queſto con autorità di
7 Curatore, † & Prior del Collegio, & altre ſolennità, *leg.* 2. *Cod. de vſucapion. pro emptor.* Becc. *conſ.* 100. *ſub numer.* 4.

8 Et in ogni † caſo, che credeſſero di poter eſſere habilitati dal Prencipe di poteſtà aſſoluta, è neceſſario narrarli l'vno, e l'altro impedimento, cioè la minor età, & la prohibitione del teſtatore, & anco la pena, che biſognarà pagare, Ruin. in ſpecie, *conſ.* 212. *ſub num.* 5. *vol.* 1. perche non valerebbe tacendo alcune di dette circonſtanze, & maſſime quella della pena, perche non è veriſimile, ch'il Prencipe ſij per habilitarli à pagar, & dilapidar mille ſcudi di pena, ouero due milla, quando tutti due conſentiſſero.

In caſo però ch'il Signor Conte Vincenzo voleſſe ſupplicare, ſarà bene per l'vno, & l'altro d'eſſi Signori, il Signor Conte Tullio non ſij nominato nella ſupplica, anzi douerà mandar vna proteſta alli Luoghi Pij, chiamati alla pena, ch'egli non itende far diuiſione alcuna, ſe non in quanto ſij sforzato, & il Sig. Conte Vincenzo, qual s'offeriſce à pagare la pena, eſortando ſotto queſto colore, il fratello alla diuiſione, douerà auertire, che la pena ſarebbe di due mila ſcudi, & non di mille ſolamente, quando tutti due conſentiſſero, ſi come egli ſi crede.

Preſuppoſto adonque, che non ſi poteſſe fare la deſiderata diuiſione, ſi ricerca, ſe ſtando in communione, potrà il Sig. Conte Vincenzo dimandar almeno, & ſeparare la dote della Conteſſa Cecilia già ſua moglie, come credito, ò almeno goderne di più del fratello l'entrata di detta dote. Et in queſto punto credo, che non ſij lecita, durando la communione, tal ſeparatione, ò godimento di più, perche quando il teſtatore commanda, che li figlioli, o heredi debbano communicare tutti li beni, ouero viuere in communione, s' intende, che debbano porre in commune anco li beni particolari,
9 maſſime conſiſtenti in crediti † contra l'heredità, Bart. *in l. cum pater,* 77. *§. dulciſſimis,* & ibi Cuman. Imol. & Caſtr. *ff. de legat.* 2. Caſtr. *conſ.* 396. *ſub num.* 2. *volum.* 1. Sim. de Prat. *de interpretat. vltim. voluntat. libr.* 3. *interpretat.* 1. *dubitat.* 5. *ſolut.* 2. *ſub num.* 5. *fol.* 204. & bene in terminis præciſis Socin Sen. *conſ.* 4. *ſub num.* 11. *verſic. cum ergo ſtatuit, quod teſtator, &c. volum.* 4. & facit etiam bene Bartol. *conſ.* 168. *verſic. quidam habens, &c. vol.* 1.

Ma per il contrario, quando per diſpenſatione, & habilitatione del Prencipe, o per altra via ſi poteſſe venire à tal diuiſione, ſi ricerca, ſe s'habbi à cauare la dote della Conteſſa Cecilia, & in qual maniera preſupponendoſi, che li prelegati, & parte laſciata da Monſignore al Cõte Vincenzo ſij di molto maggior valore di quella del Conte Tullio; Nella quale difficoltà, ſe bene sò, che le
10 doti nelle diuiſioni ſi cauano † de tutti li beni, come gl'altri debiti, Bal. *in l. ſi patruus, num.* 10. *C. commun. vtriuſq; iudic.* Socin Sen. *conſ.* 213. *num.* 13. *volum.* 2. Pariſ. *conſil.* 130. *num.* 18. *volum.* 1. *& conſil.* 100. *num.* 21. *&* 29. *volum.* 2. Menoch. *conſil.* 219. *num.* 1. Cephal. *conſil.* 696. *num.* 28 & ſe bene anco sò, che li heredi non ſono tenu-
11 ti alli debiti, † ſe non per la portione, ò quota hereditaria. *l. ſi ab eo, C. de negot. geſtis, l.* 1. *& l. ſi adulta, C. de heredit. actionib. l. licet, C. ad leg. falcid. l. ſi vxor tua, C. de bonis auctorit. iudic. poſſidend.* ancorche come nel caſo no-
12 ſtro vno haueſſe vn prelegato † aſſai maggior dell' altro, vt eſt text. in terminis, *in l.* 1 *C. ſi cert. petat. l. ex facto,* 35. *§. vnde ſcio, ff. de heredib. inſtit.* ſiche il Conte Vincenzo non ſarebbe obligato ſe non per la metà, ancorche haueſſe maggior valore de beni, tuttauia mi faceua dubio, che Monſignore nell'inſtitutione delli heredi pare, ch'inſtituiſca egualmente l'vno, & l'altro, anco ne prelegati, ſiche ſi giudicaria errore, quando vna parte valeſſe più dell'altra, hauendo voluto, che foſſero eguali
13 in eſſi prelegati; nel † qual caſo tal diſpoſitione non vale, ma ſi riduce ad equalità, Menoch. *conſil.* 346. & la
14 diuiſione de' beni fatta † dal teſtatore ſi concederà da Dottori, come prelegato, Bald. *conſil.* 486. *num.* 1. *vol.* 1. Pariſ. *conſil.* 34. *num.* 17. *volum.* 2. Tuſc. *in verbo Diuiſio conc.* 537. *num.* 10. *tom.* 2. *fol.* 740.

Mi faceua anco difficoltà, che hauendo voluto Monſignore, ch'eſſi ſuoi nepoti communicaſſero tutti li beni, ſtando ſempre in communione, ò venendo à diuiſione, che li diuideſſero egualmente, pare, c'habbi diſpoſto, che niuno di loro poteſſe dedurre li ſuoi crediti, ma
15 che foſſero computati nella loro parte, & diuiſi communemente, Bart. *in d. l. cum patr.* 77. *§. dulciſſimis*. vbi

Cu-

Digitized by Google

Cuman.Imol.& Caſtr. *ff. de legat.2.* con li altri allegati di
ſopra, *nel verſic. Preſuppoſto adonque.*

Nondimeno, hauendo ſopra cio, hauuta matura con-
ſideratione ſon venuto finalmente in parere, che detta
dote s'habbi da dedurre per la metà ne beni di ciaſche-
16 duno ancor † che la parte del Conte Vincenzo valeſſe
di più, per text. *in d.l.1.C.ſi cert.petat.& in l.ex facto,35.*
§.vnde ſcio,ff.de heredit.inſtit. con l'altri di ſopra allega-
ti.

Et all'inſtitutione eguale anco ne prelegati ſi riſpon-
de, prima, che conſiderate molto bene le parole d'eſſa
inſtitutione non oſtano, perche li inſtituiſſe bene anco
ne prelegati, ma non egualmente in eſſi prælegati, [atte-
ſo che modifica la parola, *æquis portionibus*, ſoggiungē-
do, *ſaluis ſemper & reſeruatis, quæ particulariter diſpoſi-*
ta fuerunt præſertim circa primogeniturarum, & prelega-
torum diſpoſitiones.

Oltre di che, quando anco li haueſſe egualmente in-
ſtituiti in detti prelegati la diuiſione fatta dopoi deroga-
rebbe, vt in terminis tradunt Iaſ. *conſ.18.per tot. volum.*
1. Pariſ. *conſ.34.num.12.cum ſeqq.maxime num 17.volum.*
2. tanto più, che nell'inſtitutione parla de prelegati fat-
17 ti † di ſopra, ſiche non può operare in quelli fatte do-
poi.

All'obietto, c'hà voluto, che communicaſſero tutti li
beni, ſi dice, che quello procede, mentre ſtaranno in
communione, ma venendo à diuiſione, diuide ſolamē-
te li ſtabili, iui, *mandat diuiſionem ſtabilium, &c.* & quā-
do viene alle attioni diſpone nelli codicilli in queſta ma-
niera, *vult debere æqualiter diuidi omnia; & quæcumque*
bona alia mobilia, & ſe mouentia, ac iura quæcumque, a-
donque volendo, che tutte le raggioni ſi diuideſſero e-
gualmente, hà voluto anco, ch'il Sig. Conte Tullio foſſe
obligato per la metà del debito della Conteſſa Cecilia,
ſe forſe non ſi ritorceſſe l'argomento, c'hauendo voluto
che ſi diuideſſero egualmente tutte le raggioni, hà anco
voluto, ch'il Sig. Conte Tullio habbi la metà delle rag-
gioni d'eſſa dote, nel qual caſo militarebbe la dottrina
del Bartolo, *nel detto §. dulciſſimis*, ſopra che hauranno
riguardo li Signori Diuiſori.

Quanto poi alla maniera del dedurre le dette doti, &
della Sig. Conteſſa Chiara, ſe vi foſſero fondi dotali, ſon
del parere del Sig. Barco, che s'haueſſero a reſtituire eſſi
fondi, ma quando lo credito foſſe in danari, non ve n'
eſſendo, & biſognando dar beni in pagamento, dico, che
l'elettione ſarebbe dello creditore, ſe bene voleſſe li be-
ni migliori à giuſta ſtima però, & non s'haueſſero a da-
re de beni mediocri, perche eſſendo grauato di pigliar
18 beni per denari, la legge lo ſolleua † in queſto c'hab-
bi l'elettione à ſuo piacere, *Authent. hoc niſi*, & ibi gloſ.
in verb. meliorem, Iacob. Butrigar. *in verſic. Et ſecunda*
ſolutio eſt vera, Cyn. *ſub num.2. verſic. Dicas, quod hoc eſt*
ideo, &c. Alberic. *verſic. Et ideo alia verior.* Bald. *ſub n.*
1. verſic. Et hoc ideo, quia ſuccurritur, Angel. *in primis*
verbis, Salycet. *num.1. in fine, C. de ſolutionibus*, Alex. *in*
l.2.§.mutui, num.7.ff.ſi cert.petat. Capic. *deciſ.42.num.5.*
& deciſ.169.num.3. Theſaur. *deciſ.153.num.3.* Ioſeph Lu-
dou. *deciſ. Peruſ.64.num.10.& deciſ.65.num.2.& ſub nu-*
mer.9. verſic. In ſecundo caſu.

Nel reſto hà ſupplito, & molto ben auertito il tutto il
Sig. Barco, al quale mi rimetto.

A R G V M E N T V M.

Mater binuba poteſt præteriri a filio primi matrimo-
nij ob iniuriam inde receptam; non tamen ſi ei
non petijt tutorem, ſi deceſſit poſt pubertatem.
Ipſi matri non debetur legitima in bonis in qui-
bus non poteſt ſuccedere vti feudalibus, & em-
phyteuticis Eccleſiaſticis.Ælioramenta in his
rebus cui competant; & de fructibus ipſorum
diuidendis, cum res deuoluantur ad dominum,
vel ad agnatum.

S V M M A R I V M.

1 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias intra annum luctus fecit iniuriam filio.*

2 *Ob talem iniuriam filius poteſt matrem præterire in teſtamento abſque timore nullitatis. Et debet eſſe contenta quolibet etſi modico legato ſibi relicto ab eo, & numer. 3. & 5.*

4 *Sicut quilibet extraneus præterire poteſt; ita etiam mater binuba.*

6 *Mater non poteſt præteriri à filio, cui non petijt tutorem, cum ipſe deceſſit poſt pubertatem.*

7 *Feuda deſcendunt, non aſcendunt; quando Aſcendentes non ſuccedunt, niſi ſint comprehenſi.*

8 *Amplia, & in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

9 *Legitimam nemo poteſt prætendere in bonis in quibus non poteſt ſuccedere.*

10 *In feudo conceſſo pro maſculis, ſorores non conſequuntur legitimam, nec æſtimationem.*

11 *Melioramenta in re feudali ſpectant ad heredes vaſſalli defuncti.*

12 *Idem, & in re emphyteutica.*

13 *Amplia etſi heredes eſſent extranei. Et ſiue feudum deuoluatur ad dominum; ſiue etiam ad agnatum.*

14 *Vaſſallo defuncto poſt kal. Martij; fructus omnes eius anni ſpectant ad eius heredes cum feudum ad dominum deuoluitur.*

15 *An idem ſit, cum deuoluitur ad agnatum. Affirmant aliqui.*

16 *Communior eſt ſententia, fructus ſunt diuidendi pro rata temporis.*

17 *In bonis emphyteuticis ſemper diuiduntur fructus pro rata temporis.*

CONTROVERSIA DCCV.

NOn videtur quod aliqua debeatur legitima Dominæ
Lauræ Oziæ, in bonis Domini Ludouici Aliprandi,
eius filij ex primo matrimonio, quia cum iam tranſiuiſ-
ſet ad ſecundas nuptias præcipue intra annum luctus fe-
1 cit † iniuriam filio, *§. ſin autem, verſicul. Nos autem*
miramur in Authent. de nupt. & ob id eam præterire po-
2 tuit abſque aliquo vitio † nullitatis teſtamenti, vt pro-
bat text. *in § Hinc nos, verſic. ſi igitur legitimè in Auth.*
de nupt. vbi loquit textus, quod mater quæ ad ſecunda
3 vota tranſiuit debet eſſe contenta quocunque † etiam
modico ſibi relicto a filio, ſicuti quilibet extraneus cui
relinqueretur, ſi igitur æquiparatur extraneo, vtique
quemadmodum extraneus præteriri poteſt ita quoque,
4 & † mater binuba pro vt illum textum ad hoc inducit
Laderch. *conſ. 33. ſub num. 6.* & hanc opinionem quod
mater quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias poſſit præteri-
ri à filio primi matrimonij per dictum textum, tenue-
5 runt † Caſtr. *conſil.213. volu.1.* Alciat. *conſ. 22. num.7.*
lib.9. Bero. *conſ.38. ſub num.4. verſic. Nec refragatur tex-*
tus, &c. volu. 2. Socin. Iun. *conſ.97. ſub num. 5. volum.4.*
Vezinus, *in Syntag. commun. opin. lib.6. titul.48. ſub tit. ad*
Senatuſconſult. Tertul. ſub num.2. to.2. fol.197. Laderch.
conſ.33.n.4. & 9. Cardinal. Tuſcus, *in verbo præteritio con-*
cluſ. 642. numer. 11. tomo 6. fol. 497. Teſtaur. *filius quæ-*
ſtion. forenſ.28. num.9. Decian. *conſil.53. num.10. & 33.*
lib.4.

Super tamen illa circunſtantia, quod non petierit tu-
torem filio non poteſt fieri aliquod fundamentum ad
excluſionem matris quia vltra alia, quæ deduci poſſint,
6 talis priuatio non habet † locum quando filius decedit
poſt pubertatem Gabr. *de tutelis concluſ. 1. numer.45.* &
ideo perſiſtendum eſt tantum in priori fundamento,
quod tamen, & apud doctores patitur aliqualem con-
trouerſiam.

Vbi igitur non potuiſſet præteriri quæritur in quibus
bonis poſſit habere legitimam, (quia non contenditur
circa nullitatem teſtamenti, ex quo eam allegare non
pro-

Google

prodeſſet matri, cum alias ab inteſtato excluderetur per
agnatos proximiores.)
Et primo quæritur, an in feudalibus, & emphyteoticis
poſſit illam conſequi.
In qua quæſtione breuibus concludendum eſt ſine ali-
qua hæſitatione nullam legitimam deberi matri in il-
lis bonis, quia in eis ſuccedere non poteſt, cum feuda de-
7 ſcendant, non autem aſcendant, & ſic parentes in † eis
non ſuccedant, ſaltem quando non ſunt de comprehenſis
in inueſtituris, *cap. 1. de natur. ſucceſſion. feud.* Curt. Iun.
de feud. part. 3. in 2. membro de ſucceſſione aſcendentium,
num. 42. Minſinger. *centur. 3. obſeruat. Cameræ Imperial.*
cum alijs apud Roſental. *de feud. cap. 7. concluſ. 14. in*
gloſſa c. quod quoque dicendum eſt de emphyteoticis
8 Eccleſiaſticis, † nam in illis quoque non ſuccedunt, niſi
deſcendentes à primo inueſtito, Clar. *§. emphyteuticis q.*
28. ſub num. 5. verſic. Punctus eſt, &c. Aldobrandin. *conſ.*
35. num. 39. Riminal. Iun. *conſ. 835. num. 16.* Lancellot.
Gallia, *conſil. 12. num. 11. & conſ. 99. numer. 44.* cum alijs
paſſim notis, vbi autem quis eſt omnino excluſus ab
huiuſmodi bonis, nec poteſt in eis ſuccedere ab inteſta-
9 to, tunc in eis nullam conſequitur † legitimam, nec æſti-
mationem in alijs bonis, quorum eſt capax, Hartman.
Piſtor. *lib. 2. part. 2. quæſt. 38. ſub num. 21.* & ita à ſimili
in feudo conceſſo pro maſculis tantum, quod ſorores
10 non poſſint † conſequi legitimam in eo, nec æſtima-
tionem pro eo in alijs bonis, tradunt Fabian. de Grac-
chis, *in repetit. Authent. nouiſſima ſub num. 74. verſic. ex*
quo poteſt inferri, Cod. de inoffic. teſtament. Curt. Iun. *conſ.*
21. ſub num. 11. Rimin. Iun. *conſil. 179. num. 62. cum ſeqq.*
Hartman. Piſtor. *dict. lib. 2. part. 2. quæſt. 38. num. 15. cum*
pluribus ſeqq. maxime ſub num. 18. & ante num. 22. & an-
te numer. 41. Bertrand. *conſ. 173. numer. 45. & 46. part. 2.*
tertij voluminis, Surdus, qui bene materiam hanc diſ-
cuſſit, *conſilio 427. ante numerum 52. verſic. difficultas*
eſt.
Vlterius quæritur, an legitima deberetur de meliora-
mentis factis ſuper bonis feudalibus, ad quod reſpon-
detur, quod cum melioramenta facta in re feudali huta
11 linea ſpectent ad hæredes † vaſſalli defuncti, Schrader.
de feud. in 2. parte noua partis principalis ſectione 2. nu. 20.
Dominus Peregr. *conſil. 3. numer. 20. vol. 3.* Io Andreas
Gengi. *allegat. 1. num. 8.* Rube. Vtinens. *conſ. 48. numer. 2.*
12 *vol. 1.* vbi loquitur de melioramentis † tam in re feu-
dali, quam emphyteotica, id, quod verum eſt, quamuis
hæredes eſſent extranei, Schrader. *parte 7. cap. 3. num. 7.*
tom. 1. fol. 176. Ruin *conſil. 24. ſub num. 10. vol. 1.* Intrigliol.
13 *de feud. centur. 1. quæſt. 59. num. 4.* ſiue feudum † deuol-
uatur ad dominum, ſiue ad agnatum, Scrader. *d. p. 7. cap.*
3. num. 7. & in 2. parte noua partis principalis ſect. 2. nu. 47.
Io. Andrea Georgi. *d. allegat. 1. num. 12.* Hartman Piſtor.
q. 42. num. 22. part. 2. libri ſecundi, vtique in eis quoque
tanquam de hæreditate filij deberetur legitima matri,
quo caſu poſtea ſuccederet quæſtio, an tanquam rudera,
an vero vti ſolo conſiſtentia æſtimari deberent dicta
melioramenta.
Poſtremo quæritur, an, cum Dominus Ludouicus filius
mortuus ſit de menſe maij, legitima debeatur matri in
fructibus bonorum feudalium, Reſolutio præſentis diſ-
ficultatis pendet ab illa quæſtione, an ſicuti vaſſallo de-
functo poſt calendas Martij, ante menſem Auguſti om-
14 nes fructus totius anni ſpectent ad hæredes † ipſius
vaſſalli, quando feudum deuoluitur ad dominum, iuxta
textum, *in cap. 1. §. his conſequenter, in tit. hic finitur lex,*
in vſibus feudorum, & plene tradita per Schrader, *de*
feud. parte 2. noua partis principalis ſectione 3. numer. 46.
Roſental. *cap. 10. concluſ. 42. num. 34. cum ſeqq.* ita quoque
15 idem iuris ſit, quando feudum deuoluitur ad agnatum,
In qua multi relati à Roſental. *cap. 9. concluſ. 42. num. 45.*
cum ſeqq. vbi † veriorem opinionem profitetur, te-
nuerunt idem ius vtroque caſu ſtatuendum eſſe; Con-
trarium tamen, quod vbi feudum deuoluitur ad agna-
16 tum † tunc omnes fructus non ſpectent ad hæredem
defuncti, ſed diuidantur pro rata temporis, vti verius, &
communius receptum; late defendit Schrader. *d. ſecun-*
da parte noua partis principalis, num. 82. cum pluribus ſe-
quentibus, ſecundum cuius opinionem ſequeretur, quod
mater haberet tantum legitimā in ea parte, quæ pro rata
mentium ſpectaret ad hæredem defuncti filij, ſicuti è
contra, vbi verior eſſet opinio Roſentalij legitima debe-
retur in omnibus fructibus.
Quamuis autem controuerſum ſit de fructibus bono-
rum feudalium quomodo diuidantur, tamen reſpe-
ctu fructuum bonorum emphyteoticorum videtur tran-
17 ſire † controuerſia, quod ſemper diuidantur pro rata
temporis Schrader. *d. ſecunda parte noua partis principa-*
lis, ſect. 3. nu. 87.

A R G V M E N T V M.

Pecunia alicui non creditur ſoluta, ex quo alterna-
tiue cum alio, ipſi conſcribitur in cambijs. Lit-
teræ tales an faciant præſumere ſolutam eam pe-
cuniam. De præſumptione pluralitatis exclu-
denda; impenſis probandis, & moderandis,
&c.

S V M M A R I V M.

1 *Cum aliquis non apparet debitor, niſi alternatiue, non te-*
netur ipſe, nec eius hæredes.
2 *Litteræ cambij, quod alicui certa pecunia ſoluatur, non fa-*
ciunt præſumere eius traditionem, niſi ea probetur.
3 *Pluralitas negotij non præſumitur ex identitate rei, & per-*
ſonæ.
4 *Actus ſequens præſumitur factus in executionem præce-*
dentis mandati. Et ex cauſa præcedentis obligationis;
Et num. 5. Et ab eo, cui onus id faciendi incumbebat, &
num. 6.
7 *Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio.*
8 *Impenſa probatur ex natura rei, vt ex ædificio, itinere*
&c.
9 *Impenſæ poſſunt reſpectu quantitatis arbitrio iudicis pro-*
bare, & limitare.

CONTROVERSIA DCCVI.

Referendum eſt Sereniſſimo Domino Noſtro iuridi-
cam eſſe petitionem Illuſtris Domini Ferrantis Gor-
ni, quod adeptentur partitæ, de quibus Illuſtris q. Domi-
nus Capitaneus Franciſcus Gornus factus eſt debitor ſu-
per libris Cameræ pro ducatis 1500. cauſa perſoluendi
pretium quorundam equorum emptorum in Regno
Neapolis pro dicto Sereniſſimo D.N. & pro libris 1300.
pro itinere Barlettæ, & quod extinguantur, ac libere-
tur ipſe Dominus Ferrantes vti hæres prædicti D. Capita-
nei.
Nam quo ad ducatos 1500. duplex militat ratio huius
liberationis, altera quod dicta partita non facit præciſè
debitorem Dominum Gornum, ſed alternatiue, & qua-
lificatè, videlicet quod ducati 1500. numerentur Domi-
no Gorno, & in eius abſentia Domino Franciſco Gor-
ſo, cauſam ſoluendi pretium nonnullorum equorum
emptorum nomine ſuæ celſitudinis, ita cantat partita,
cuius copia authentica producitur, & in parte, & parti-
bus, &c. impugnatiue vero reſpectu vlterioris obliga-
tionis, cum fuerit adimpleta cauſa in illa contenta.
Cum autem dicti ducati fuerint ſoluti, non Domino
Gorno, ſed Domino Graſſo, vt ex fide Domini Coſtæ,
& ſociorum, qui fecerunt litteras cambij pro tali ſolutio-
ne producta in proceſſu, *fol. 4.* & recognita, *fol. 5. fac. 2.*
licet in dicta fide, & partita libri Cameralis diuerſifice-
tur nomen ipſius Graſſi, vtique remanet liberatus Do-
minus Gornus, tamquam ad eum non peruenerint iſtæ
1 pecuniæ, & per conſequens † etiam de eis ipſe, vel eius
hæres rationem reddere non teneatur, ad tradita à
Corne. *conſ. 251. ſub num. 1. vol. 1.* cum enim litteræ cam-
bij iubeant ſolutionem fieri, Graſſo non præſumuntur
poſtea

Digitized by Google

2 poſtea traditæ pecuniæ † prædictæ à Graſſo ipſi Gor-
no, niſi hoc probetur Iaſ. *in l. ſerui electione in principio, num.8.ff.de legat.*1.Crot. *conſ.40.ante n.*17.Menoch *lib.6. præſumpt.*14.*nu.*2.

Altera ratio, qua remanſit liberatus Dominus Gornus, eſt, quia iſti ducati 1500. fuerunt tranſmiſſi cauſa ſoluendi quoſdam æquos, qui quidem equi fuerunt conſignati in ſtabulo ſuæ Celſitudinis, & hi habiti fuerunt à Graſſo, ad quem datæ fuerant litteræ cambij pro exigendis pecunijs, vt ex fide D. Pauli Bonamici, *fol.4.fac.*1. Vnde, & ex breuitate temporis ad pecunias tranſmiſſas, & conſignatione equorum, & ex identitate perſonæ, quæ habuit pecunias, & remiſit equos præſumitur idem ne-
3 gotium; maxime quia † pluralitas non præſumitur, Gloſ. *in l. eum qui, §. in popularibus*, & ibi Iaſ. *num.*17 *ff. de iur. iurand.* late Maſcard. *in verb. Pluralitas concluſ. mihi*
4 1179. *num.* 1. & quia actus, qui ſequitur, præſumitur †
factus in executione præcedentis mandati, & cauſæ, *leg. quedam mulier, ff. de rei vendic.* Crauet. *conſil.*284. *nu.*6.
5 Menoch. *lib.2.præſumpt.*74 *num.*3. & ex cauſa † præcedentis obligationis, idem Menoch. *lib.3.præſumpt* 1. *nu.* 8. *& præſumpt.* 134. *num.* 30. *& præſumpt.* 143. *num.*8. &
6 ab eo, cui neceſſitas † incumbebat id faciendi, & qui tenebatur facere impenſam Maſcard. *concluſ.* 588. *nu.* 4. *& concluſ.* 1171. *num.*6. *&* 1309. *num.*29. Surd. *conſ.* 181. *ſub num.* 45. & melius Menoch. *libr. 6. præſumpt.* 11. vbi multis, & valde congruis ad rem hanc exemplis comprobat concluſionem iſtam.

Stante igitur hac conſignatione equorum, in cauſam pecuniarum tranſmiſſarum pro illis ſoluendis, fuit
7 extincta dicta partita, quia ſolutione † eius, quod debuit, tollitur ipſo iure omnis obligatio, *Inſtit. quib. mod. toll. obligatio in princ. l. verborum* 107. *in princ. ff. de ſolution. leg. pupillus, ff. ad Leg. Falcid* Bartol. *in leg. Vranius* 71. *in principio, numero quarto, ff. de fideiuſ.* Aretin. *conſilio* 100. *ſub numero quarto*, Surdus, *conſilio* 221. *numer.*58.

Quo vero ad libras 1300. datas pro eundo ad regnum Neapolis pro negotijs Prioratus Barilettæ, vt dicitur in partita, quæ pariter exhibetur in parte, & partibus, &c. & impugnatiue, vt ſupra, cum conſtet d. Dominum Capitaneum eo profectum fuiſſe ex dictis partitis, in quarum altera dicitur, *(per pagar in Napoli al detto Signor Gorno,)* & quia etiam ibi obijt, ſequitur quoque, remanere probatam expenſam, & conſumptionem dictarum librarum 1300. quia impenſa probatur ex natura ipſa, puta ſi appareat aliquid factum, quod ſine impenſa fieri non poteſt, puta alere aliquem, ædificare, & vt in caſu
8 iſto, facere † longinquum iter, Maſcard. *in verbo expenſa, concluſ.*716. *num.*1. *& concluſ.*718. *pariter numer.*1.
9 & cum reſpectu quantitatis † poſſint limitari, & probari arbitrio iudicis, idem Maſcard. *concluſ.*715. *num.* 2. *&* 720. *num.* 1. quilibet iudicabit, attenta longitudine itineris, qualitate perſonæ Domini Gorni, & tempore quo ibi moratus fuit, & adhuc morabatur, quando obijt, potuiſſe expendere, & expendiſſe, nedum dictam quantitatem, ſed etiam multo maiorem, vt etiam ex fide D. Herculis de canibus colligi poteſt, quæ producitur; Et ita inſtatur referri Sereniſſimo D. N. & mandari, quod adaptentur ipſæ partitæ, &c.

ARGVMENTVM.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota intra, vel vltra annum luctus, & alia indigna committendo, an & quando amittat dotem, legitimum legatum, & ſucceſſionem filiorum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulier amittit dotem cum breui infra annum luctus nubit.*

2 *Habens iuſtam cauſam credulitatis, non obligationis, non dicitur eſſe in mora; & ſic nec tenetur ad vſuras.*

3 *Mulier ita tranſiens ad ſecundas nuptias breui poſt viri mortem, redditur indigna legato ſibi per eum relicto.*

4 *Ampliа, etſi maritus non dixerit,* donec honeſtè vixerit.

5 *Mulier ſi ſimpliciter intra annum luctus tranſeat ad ſecunda vota, perdit legatum de iure ciu. Eſt tamen dubium de iure canonico.*

6 *Legatum obuenit fiſco, cum cauſa priuationis committitur poſt annum luctus; At vero hæredibus, ſi intra illum.*

7 *Annulus ſponſalitius ſolum cenſetur a viro donatus vxori, non alia ornamenta.*

8 *In ſubſtitutione pupillari facta filia per patrem mater excluditur etiam a legitima, ex opinione amplexata Mantua.*

9 *Cum mulier tranſit ad ſecundas nuptias ſubſtitutio non obliquatur, etſi alias id procederet.*

10 *Mulier nubens indigno marito, & alia indigna committens priuatur ſucceſſione filiorum.*

11 *Ex ſola tranſmigratione ad ſecunda vota, mater non poteſt petere legitimam, vel eius ſupplementum.*

CONTROVERSIA DCCVII.

MVltæ ſunt prætenſiones Dominæ Dominicæ Bottazzariæ, contra Illuſtres Dominos Fratres de Suardis vigore bonorum q. D. Franciſci Burſerij mariti alias ipſius Dominæ Dominicæ per eos poſſeſſorum, quibus ſingulis breue accommodabo reſponſum, pro earum excluſione.

Ad primam igitur, in qua prætendit ſuam dotem vna cum interuſurijs in ratione octo pro centum.

Reſpondetur, ipſam amiſiſſe ſuam dotem ex cauſis tentis in proceſſu producto in hac lite, quas decentius eſt relatiue, quam ſpecifice exprimere, pro vt alias ſuper hoc capite late allegatum fuit à M. Illuſtri, nunc Senatore Domino Ceſare Manento, cuius allegationes videri poſſunt, quæ etiam reperiuntur impreſſæ, licet aliqualiter diminutæ in tractat. Io. Baptiſtæ Coſtæ, *de facti ſcientia, & ignorantia ceatur.* 2. *poſt diſtinctionem* 12. vbi, *num.* 9. *&* 10. diſtinguendo probat, ſine controuerſia, amiſſioni locum eſſe, ſaltem quando infra annum luctus, & breuiſſimo temporis ſpatio à morte mariti, vt in propoſito caſu euenıſſe præſuponitur, prętenſa cauſa amiſſionis committitur.

Quod ſi non debetur capitale, conſequenter etiam nulla poſſunt deberi interuſuria, quæ pariter peti non poſſent, vbi iudicandum eſſet pro non amiſſione dotis,
2 quia ſaltem hæredes mariti habuerunt iuſtam † cauſam, & credulitatem non ſoluendi dotem, ex qua ceſſat omnis mora, *l. lecta verſic. non enim in mora, ff. ſi cert. petat.* Maſcard. *in verb. tranſact. concl. mihi* 1393. *nu.* 32. & bene Rim. Iun. *conſ.*643. *nu.*6.

Et multo minus forent debita in quantitate petita in ratione octo pro centenario, quia tale intereſſe debetur tantum pro nobilioribus huius verbis, qui faciunt magnas expenſas, qualis non eſt eius præſens maritus ſatis humilis conditionis.

Secunda prætenſio de legato ei facto à q. D. Franciſco Burſerio eius marito, excluditur eadem ratione, qua prętenditur amiſiſſe dotem, quæ cauſa licet habeat aliqua-
lem controuerſiam in dote, tamen nullam patitur † in
3 legato facto à marito, quin amittatur, vt tradunt doctores per Gloſſam, *ibi in leg. fideicommiſſum, Cod. de fideic.* vbi Salicet. *in fine*, inquit, hoc procedere, quamuis mari-
4 tus non dixerit, *donec † honeſte vixerit*, idem ſcribunt. *in l. ſororem*, per aliam Gloſſam, *ibi Cod. de his quib. vt indign.* Io. Lup. *in repetit. rubr. de donation. inter vir. & vxor. §.67. n.5.* Cephal. *conſ.*500. *n.* 39. Paul. de Monte Pic. *in repet. l. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet n.* 165. *ff. de legat.* 2. Borgn. *de vſufr. ſub n.*113. & late Dominus Surdus, *de aliment. titulo ſeptimo quæſt.* 24. *per totum*,

Io. de

Io.de Gartonib. *in lege 1. numero 72. Codic. de ſecund. nupt.*

Quinimo de iure ciuili etiam ob ſolum tranſitum ad
5 ſecunda vota † infra annum luctus vxor amittit legatum factum ſibi a viro, *l. 1. Cod. de ſecund. nupt.* ſed quia hæc opinio de iure canonico patitur controuerſiam, perſiſto in priori cauſa.

Neque hoc caſu poſſet dici, quod legatum applicare-
6 tur fiſco, quia † illud procedit, vbi cauſa priuationis committitur poſt annum luctus, ſecus ſi infra, nam tunc applicatur hæredibus, *l. 1. Cod. de ſecund. nupt.* & ita expreſſe diſtinguit Io. de Gartonib. *in dict. l. 1. nu. 73. alias eſt num. 58* idem, *in Authent. eiſdem pœnis ſub num. 4. & 19.* poſt Gloſſ. *ibi in verbo paris, C. d. tit. de ſecund. nupt.* D. Surd. *de aliment. tit. 9. quaſt. 30. num. 43.* D. Peregrin. *de iur. fiſci libro 3. titulo 15. in princip. & numer. 5. & 7.* Afflict. *in tit. quæ ſint regalia in verſic. Et quæ in vſib. feud.*

Ad tertiam prætenſionem de veſtibus, auro, gemmis, & annulis reſpondetur, certum eſſe talia non cenſeri do-
7 nata, excepto tantum annulo ſponſalitio, † niſi probetur ipſa donatio, & ideo alio non apparente inanis redditur prætenſio, & vbi oſtenderetur aſſerta donatio ſoret amiſſa, ſupradictis de cauſis.

Quarta eſt prætenſio de legitima duarum filiarum prædefunctarum reſpectu primæ filiæ, credo, quod excludatur in facto, quia ipſa filia non habebat, niſi bona paterna, à quibus mater per ſubſtitutionem pupillarem
8 eſſet excluſa, † etiam quo ad legitimam, ſecundum magis communem opinionem approbatam in hac patria, vt per D. Surd *deciſ. 273.* præſertim cum tranſiuiſſet ad
9 ſecundas nuptias, quo caſu † ſubſtitutio, quæ alias obliquaretur, non obliquatur, vt per Borellam, *conſ. 59. n. 53.*

Sed ambas filias amplectendo, dico, quod cum nup-
10 ſerit indigno † marito & alia commiſerit de quibus in dicto proceſſu præſentato, priuata fuit ſucceſſione filiarum, vt ſunt in terminis præciſis duo conſilia, alterum Decian. *conſil. 19. vol. 2. & alterum* Cephal. *conſ. 504.*

Quinimo ex ſolo tranſitu ad ſecunda vota, matrem
11 non † poſſe petere legitimam, vel eius ſupplementum in bonis filiæ, ſcripſerunt Bero. *conſ. 38. vol. 2.* Socin. Iun. *conſ. 97. vol. 4* Laderch. *conſ. 33. per text. in §. Hinc nos in Auth. de nupt.* ibi, *ſine igitur legitimè teſtatus fuerit filius.*

ARGVMENTVM.

De inſtitutione hæredis vſque ad natiuitatem filij, vel nepotis, &c. eiuſque vi, & effectu. Aliqua de clauſul. codicillari. De iure accreſcendi. De fideicommiſſario agente contra tertium poſſeſſorem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas non poteſt dari ad tempus.*
2 *Naſcente poſthumo, hæredis inſtituti vſque ad eius natiuitatem illi eandem debent reſtituere iure fideicommiſſi.*
3 *Quis poteſt inſtitui hæres ex die incerto, ſi tamen alius non ſit datus hæres ante; alias ſecus.*
4 *Subſtitutio facta inſtituto per verba mere directa poſt aditam hæreditatem, quæ tamen nil valet, obliquatur in vim fideicommiſſi.*
5 *Fideicommiſſum petit, & omnia in eo comprehenſa, cum hæreditas non aditur.*
6 *Clauſul. codicillaris ſemper operatur per fideicommiſſum.*
7 *Fideicommiſſarius agitur contra tertium poſſeſſorem rei vendicatione, & debet probare exiſtentiam bonorum in hæreditate, & teſtatorem eorum fuiſſe dominum.*
8 *Æs alienum minuit etiam fideicommiſſum.*
9 *Cum licita eius eſt alienatio, non eſt neceſſaria amplius recuperatio.*
10 *Per ius accreſcendi lex facit hæredem in totum eum, qui erat in parte.*
11 *Hæredi vniuerſali tantum pars deficiens accreſcit etiam inuito.*
12 *Idem eſt hæres, ac dominus.*
13 *Soluendo debitum hæreditarium, hæreditatem quis adire dicitur.*
14 *Fideicommiſſarius non poteſt agere contra tertium rei poſſeſſorem, niſi probet, filium inſtitutum in legitima, eam aliunde obtinuiſſe.*
15 *Vxor ſibi pro dote ſatiſfaciens, vel quiuis alius creditor tenetur alias res ſibi accipere, ſi adſunt præter ſubiectas fideicommiſſo.*

CONTROVERSIA DCCVIII.

PLuribus rationibus non videtur, quod obtinere poſſit D. Innocentius Caſtrobaneus in actione eius nomine propoſita contra D. Hieronymum Coirum.

Nam, aut vult conſequi hanc prętenſam poſſeſſionem petitam iure directo, pro vt agere videtur, aut iure fideicommiſſi, ſi iure directo, perperam agere videtur, quia cum alij fuerint ſcripti hæredes vſque ad natiuitatem alicuius nepotis legitimi, & naturalis ipſius teſtatoris, fue-
1 runt abſolutè hæredes, cum hæreditas non poſſit † dari ad tempus, *leg. hæreditas ex die, ff. de hæredib. inſtituend.*
2 & per fideicommiſſum tantum naſcente † poſthumo tenebantur illi reſtituere hæreditatē Dominus Peregrin. *de fideic. art. 5. num. 20.* Dominus Surdus, *conſ. 439. ſub num. 22.*

3 Nec refert, quod quis poſſit inſtitui hæres † ex die incerta, *leg. in tempus, ff. de hæredib. inſtit.* Gloſſ. *in verbo ex certo tempore in §. hæres, & purè Inſtit. eod. tit. de hæredib. inſtitut.* quia illud procedit, vbi alius ante eum non eſt datus hæres, ſed vbi alius datus eſt hæres, tunc ille primus fit abſolutè hæres, iuxta ſuperius deducta; & facit etiam regula, quod ſubſtitutio facta hęredi inſtituto poſt aditam hæreditatem per verba mere directa, quæ iure
4 directo † numquam valere potuit, obliquatur, vt iure fideicommiſſi valeat, & ſuſtineatur D. Peregr. *de fideic. art. 5. ſub num. 19. verſic. & eſt veriſſima,* & licet hic non fuerit adita hæreditas, ſed repudiata, vt patet ex aſſertione actoris in eius libello, tamen neque ex hoc directo hæ-
5 res eſſe poteſt, quia vbi nemo adit hæreditatem † petitur fideicommiſſum, & omnia in eo diſpoſita, *leg. eam quam, Cod. de fideic. leg. ille à quo, §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebel. l. fideicommiſſum, 78. ff. de legat. 1.* Alex. *conſ. 24. num. 11. vol. 3.* Merzar. *in epitom. fideic. q. 57.* D. Peregr. *de fideicom. art. 2. num. 12. & art. 15. ſub numer. 19.* Surd. vbi hęreditas fuit repudiata, quod non admittatur fideicommiſſarius, *conſ. . . . num. 4. & 5. vol. 2.* vid. in verbo repudiatio, & vbi ſuſtineretur in caſu iſto id tantum reſulta-
6 ret † ex ui clauſulæ codicillaris, iuxta tradita per D. Peregr. *d. art. 2. num. 16.* quæ ſemper operatur per fideicommiſſum, vt per Turret. *de clauſul. codicil. quæſt. 1. & quæſt. 3.*

Si vero prætendit iſtud predium iure fideicommiſſi, multa ei obſtant, &

Primo, quia cum agat contra tertium poſſeſſorem, cum titulo non habentem cauſam à grauato, nullum aliud ei competit remedium niſi rei vendicationis, quo
7 caſu nedum probandum eſt, † bona petita relicta fuiſſe in hæreditate teſtatoris, ſed etiam eorum dominium habuiſſe, (quod non fuit præſtitum in caſu iſto,) ita docuerunt Rol. videndus, *conſil. 46. per tot. maxime num. 9. cum ſeqq. vol. 3.* Cephal. *conſ. 761. num. 16.* Anguil. *conſil. 59. num. 1.* Nat. *conſil. 400. num 7.* Bertaz. *conſ. ciuil. 113. num. 31.* Cardinal. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib. 7. tit. 6. ſub num. 5.* Riminal. Iun. *conſil. 23. numer. 43. & conſil. 64. num 14. & conſil. 186. num. 24. & conſil. 190. num. 34.* Maſcard. *de probatio. concluſ. 777. numer. 5. cum ſeqq.* Menoch. *conſ. 207. num. 32.* D. Surd. *conſ. 73. num. 21. & 22.*

Secundo, fideicommiſſa non pręiudicant creditoribus,
8 ſed æs alienum ea minuit, † & propter debita teſtato-

tis res fideicommiſſo ſubiectæ alienari poſſunt, *l. filiusfamilias* 114. §. *Diui* *l* 2. *ff. de legat.* . *leg. pater filium* 38. *in princ. ff. de legat.* 3. cum alijs apud Dominum Peregr. *de fideicom. artic.* 40. *n.* 18. vbi, *num.* 23. *&* 25. probat cum tali alienatione non eſſe neceſſarium iudicis decretum, nec quod bona ſubhaſtentur, ſed hæredem grauatum poſſe auctoritate propria bona vendere pro ſatisfactione æris alieni, & quod pro reſtitutione dotium vxoris teſtatoris poſſint † alienari bona fideicommiſſo ſubiecta ab ipſo teſtatore, tradit Chriſtophor. Torniola, *conſil.* 88. *num.* 1. Menoch. *conſil.* 292. *num* 8. cum igitur tale prędium fuerit alienatum pro reſtituenda dote Illuſtri Dominę Victoriæ Paniciæ vxori teſtatoris, vt patet ex inſtrumento venditionis producto, *fol.* 26. *fac.* 2. de cuius dotis debito patet ex inſtrumento conſtitutionis illius, *fol.* 31. & ex capite ſententiæ producto. *fol.* 38. & ex aſſignatione, de qua in proceſſulo præſentato, vtique licita
9 fuit alienatio, nec amplius † recuperari poteſt, vt per D. Peregr. *d. art.* 40. *nu.* 27.

Nec releuat, quod obijci poſſet, alienationem factam fuiſſe à non domino, & nullum ius habente in hæreditate, videlicet a D. Vincentio, cui teſtator pater reliquerat tantum legitimam, & ab ipſa Domina Victoria, quæ tantum habebat hypothecam, non autem dominium, ſiquidem reſpondetur, quod cum confraternitates hæredes vniuerſales inſtitutæ repudiauerint, vt patet ex libello actoris, Dominus Vincentius inſtitutus in legitima euaſit hæres vniuerſalis per ius accreſcendi ſecundum aliquorum ſententiam, vel ſecundum opinionem aliorum, quia lex detrahit mentionem rei certæ, vel quotæ, & facit hæredē in totum eum, qui reperitur inſtitutus in
10 parte, † alio deſficiente, qui ſit hæres, ita tradunt communiter ſcribentes, *in l. quoties*, vbi Petr. de Bellapertic. *paulo ante finem verſic. Sed inſtitutus in re*, Cynus, & Alberic. *num.* 1. Bartol. *colum.* 1. *verſic. ego ratio*, Angel. *ſub num.* 1. *verſic. Sed inſtitutus*, Salicet. *num.* 9. Caſtr. *nu.* 2. vbi de communi, Aretin. *ſub num.* 1. *& circa finem*, Alex. *ſub num.* 5. *colum.* 2. *circa medium*, vbi de mag. communi Corne. *ſub num.* 8. 12. *&* 14. Iaſ. *colum. ante penult. in princ.* Io. Sichard. *ſub numer.* 4. *verſic. alij fuerunt*, Petr. Gilken. *num.* 8. *C. de hæredib. inſtit.* Craſ. *§. hæreditas*, *q.* 3. *numer.* 3. *&* *§. inſtitutio*, *quæſt.* 2 *numer.* 3. Clar. *§. teſtament. q.* 74. *ſub numer.* 1. cum alijs multis, quos conſulto omitto.

11 Et adeo † fuit hæres vniuerſalis, vt ei etiam inuito pars deſficiens accreſceret, iuxta tradita per Craſ. *§. Ius accreſcendi*, *q.* 29. *num.* 1. & licet forte naſcente poſthumo obligabatur ei reſtituere hæreditatem, tamen ſufficit, quod interim fuit hæres, & ſit dominus, quia idem eſt
12 hæres, † quod Dominus, Bartol. *in l. Gallus*, §. *etiam num.* 3. & ibi Iaſ. *num.* 4. *ff. de liber. & poſthumis*, qui propterea potuit ſatisfacere creditoribus, præſertim quia in venditione dixit vendere pro ſuo iure particulari, quod habebat in re vendita, quod vtique non erat vanum, ex prædicta totius acquiſitione propter repudiationem
13 hæredum inſtitutorum, præſertim quia ſoluendo † debitum, ex hoc dicitur agnouiſſe hæreditatem, & voluiſſe eſſe hæredem, *l.* 1. *C. de iur. deliberand.*

Tertio principaliter, cum Dominus Vincentius non potuerit priuari ſua legitima, quinimo in ea expreſſe fuerit inſtitutus, tertius iſte poſſeſſor non poteſt mole-
14 ſtari, niſi actor † probet, ipſum Dominum Vincentium iam antea illam fuiſſe conſecutum in alijs bonis, quod non apparet in proceſſu, ex traditis per Honded. *conſil.* 72. *num.* 6. *&* 7. *volum.* 1. Rota, *deciſ.* 247. *ſub num.* 3. *par.* 1. *nouiſſimar.* & ſentit D. Peregr. *de fideicom. art.* 39. *num.* 13. *&* 14.

Quarto in omnem caſum, cum Domina Victoria ceſſerit omnia ſua iura emptori, quæ habebat hypothecatum pro ſua dote prædium venditum, vtique ſicuti illa potuiſſet inſiſtere in eo, donec ſibi fuiſſet ſatisfactum pro dicta eius dote, ita quoque emptor, & eius ſucceſſor poterunt retinere prędium prædictum hac de cauſa, Nec, releuabit, ſi allegabitur fructus computandos eſſe in ſortem, quia reſponderi poterit, è contra interoſuria dictarum dotium compenſanda fore in ipſis fructibus, cum deberentur, ex quo Domina Victoria non habebat vnde aliunde ſe aleret, vt colligitur ex teſtamento Domini Ludouici eius mariti, quæ Domina Victoria deceſſit non multum ante motam litem, vt mihi ſupponitur, & probatur ex fide mortis nouiſſime producta, & ſi forte aliquid euinceretur poſſeſſori, poterit ſe integrari in domo data ab ipſo emptore in permutationem partis permutatæ,
15 imo ſi res permutata † extaret apud fideicommiſſarium, teneretur acceptare eam loco rei ſubiectæ fideicommiſſo, D. Peregr. *de fideicom. art.* 44. *nu.* 30. An vero teneretur eam proſequi penes tertium exiſtentem, vel poſſet agere contra rem de bonis fideicommittentis alienatam, nunc non proſequor.

ARGVMENTVM.

De actionibus competentibus fideicommiſſario. An ipſe teneatur deſſignare bona, vel aſſignare alia pro ipſis, in quæ eius proceſſor fuit inueſtitus. Aliqua de interpretatione ſtatuti. An, & quodnam dominium transferatur per ſubinueſtituram, & de iure canonis, quo ad primum inueſtitum. Bona emphyteutica laicalia ſunt capacia fideicommiſſi. De reſtitutione in integrum aduerſus, *leg. ſub prætext. Cod. de transact.* Et an filius hæres ſoluens vltra quam fertur hæreditas, poſſit ſolutum repetere.

SVMMARIVM.

1 *Actiones actiuæ, & paſſiuæ purificato fideicomiſſo tranſeunt in fideicomiſſarium.*

2 *Fideicomiſſarius vniuerſalis locum hæredis adipiſcitur. Et tenetur præſtare factum, & obligationem defuncti. Et nu.* 3.

4 *Inueſtiens, vel eius hæredes tenentur deſignare, & oſtendere terras, de quibus inueſtiti fuerunt, domino ad eius requiſitionem.*

5 *Si male verſetur in re conceſſa tenetur ad damni reffectionem.*

6 *Statutum vnum diſponens, & aliud quid præſupponens non procedit, nec operatur, niſi concurrat & præſuppoſitum.*

7 *Statutum puniens turbantem poſſeſſionem, ſupponit inſuper eſſentiam ablatam poſſeſſionem, vt pœna infligatur.*

8 *Pœna ſtatuti non incurritur a non intra annum reſtituente bona indebite detenta, ſi ea non habuit in ſuo poſſeſſore.*

9 *Vbi ſtatuti qualitas non verificatur, illud non poteſt obtinere.*

10 *Hæredes, præſertim mediati, non poſſunt cogi ad rei deſignationem, quia habent iuſtam ignorantiam.*

11 *Item ſi aſſerant ſe eas neſcire; præcipue addito iuramento.*

12 *Statuta recipiunt paſſiuam interpretationem, de iure communi. Etiamſi prohibita eſſet interpretatio ab eodem ſtatuto, & nu.* 13.

14 *In qualibet obligatione ſemper ſubintelligitur conditio, ſi ex aduerſo aliquid non fiat, per quod nequeat adimpleri obligatio.*

15 *Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi eſt imputandum.*

16 *Inueſtitus, vel eius hæredes non tenentur reſtaurare rem deterioratam, niſi dolo, vel culpa lata ſit ita reddita per eos, vel deperdita.*

17 *Ille, cui eſt promiſſa rei indemnitas non poteſt agere contra promittentem, ſi aliunde ſe conſeruare poteſt*

18 *Ex ſcripturis de nouo repertis non poteſt infringi tranſactio.*

19 *In*

Digitized by Google

19 *In ſubinueſtitura transfertur ſolum dominium vtile inferius remanente illo ſuperiori in primo inueſtito.*
20 *Ex his dominijs id naſcitur vt ſecundus iſte primo teneatur ad canonem, & primo directo domino.*
21 *Hæredes patris non teneantur ſoluere niſi de bonis inuentarij cum illud interpretarunt.*
22 *Fideicomiſſum poteſt fieri ſuper bonis emphyteuticis laicalibus.*
23 *Princeps poteſt reſtituere in integrum aduerſus,* l.ſub prætextu, C.de tranſact.
24 *Et talis reſtitutio eſt potius ex iuſtitia, quam ex gratia.*
25 *Diſpoſitio text.* in leg.repetitio 44 ff.de condict. indebit. *aſſeritur.*
26 *Text.* in lege ſi pœnæ 19. §.1. ff. eod. titul. *preualere debet.*
27 *Reſpondetur textui,* in d.l.repetitio, *&c.*

CONTROVERSIA DCCIX.

TRiplex inſurgit difficultas in controuerſia quam inuicem habent Illuſtres D. Franciſci Facinus, & Scipio Piperarius.

Prima eſt an prædictus Dominus Scipio, tanquam ſucceſſor fideicommiſſarius in bonis, q. Domini Franciſci Piperarij, eius aui teneatur deſſignare, & aſſignare proprietatem dicto Domino Facino, æquiualentem illi de qua ab anteceſſoribus eiuſdem Facini fuit alias inueſticus præfatus D. Franciſcus Piperarius.

Secunda difficultas eſt, an idem Dominus Scipio teneatur tam vigore concordii initi per q. Dominum Piperarium ſuum Fratrem, cum ipſo Domino Franciſco Facino, quam vigore reſeruationis factæ à q. D. Io. Antonio Facino in licentia ab eo præſtita Dominis æquiti Alexandro, & Iulio Fratribus de Piperarijs ſubinueſtiendi Dominos Comites de Taurellis de proprietate controuerſa, quæ licentia habetur in proceſſu, *fol. 5. fac. 1.* perſoluere in futurum canonem debitum pro ea de bonis auitis, & vti hæres fideicommiſſarius aui.

Tertia, & vltima eſt quæſtio an ſæpedictus Dominus Scipio poſſit repetere pecunias ipſi Domino Franciſco, & Dominæ Luciæ de Facinis ſolutas vigore conuentionis cum eis initæ, & de qua in dicto proceſſu, *fol. 9. fac. 1. in fine.*

Circa primam quæſtionem videretur dicendum ipſum D. Piperarium teneri, vel deſſignare proprietatem de qua inueſtitus fuit eius auus, vel aſſignare æquiualentem in eius defectum, quia actiones actiuæ, & paſſiuæ
1 † purificato fideicommiſſo tranſeunt in fideicommiſſarium, *l. 1. in princip.* vbi notant Bartol & alij. *ff. ad Trebel.* D. Peregr. *de fideicom. art. 53. ſub num. 11.* & fideicom-
2 miſſarius † vniuerſalis locum hæredis adipiſcitur, *leg. poſtulante, § 1. ff. ad Trebellian. l. ſi plus, ff. quod cum eo,* D. Peregr. *art. 32. ſub num* 81. *& articul. 53. ſub num. 11.*
3 *circa finem,* & tenetur † preſtare factum, & obligationem deffuncti ſicuti hæres Decian. *conſ. 57. nu. 55. & 57. vol. 1.* Purpur. *conſ. 30. num. 29.* Alciat. *conſ. 130. numer. 4. lib. 5.* Inueſtitus autem vel eius hæredes tenentur deſſignare, & oſtendere terras de quibus inueſtiti fuerunt à
4 domino ad omnem illius requiſitionē, † tam ex diſpoſitione iuris communis, Albericus, *in l. Titium la 2.* & ibi Fulgoſ. *ff de action. empt.* & ex multorum auctoritate probat Burſat. *conſ. 144. num. 22.* Ruin. *conſ. 50. num. 14. & 15. vol. 1.* quam ex diſpoſitione ſtatuti huius patriæ, *ſub rubrica, quod Vaſallus teneatur deſſignare domino terram quam tenet ab eo, &c.* quas terras ſi neſciunt vel nolunt oſtendere, tunc quia dicuntur male verſati in re conceſſa tenentur ad refectionem omnium damnorum
5 † & ad ſupplendum de proprio id quod deficit, vt eſt text. in *Authen. de non alienand. aut permutand. reb. Eccleſ. §. emphyteuſim verſic. Scire autem emphyteutas conuenit.* Schrader. *de feud. in 2. parte nouæ partis ſectione 5. ſub num. 23. verſic. Quarto namque etiam emphyteut. tom. primo, fol. 568.* Roſental. *de feud. capit. decimo, concluſ. 45. ſub numer. 38. verſic. Et ſi quid ex his id ex ſuo ſupplebunt non minus atque conductor, & emphyteota, tomo 2. fol. 353.*

Verum prædictis non obſtantibus arbitror D. Piperarium abſoluendum eſſe à deſſignatione, & aſſignatione prætenſa per D. Facinum.

A deſſignatione, quia reſpectu ſtatuti non tenetur ad hoc cum illud obliget tantum eum qui ſit vaſſallus, vel emphyteuta, & qui tenet terram recognitam ab alio, vnde cum nec Dominus Scipio, nec eius fratres vnquam fuerint emphyteutæ Domini Facini, nec teneant terras de quibus in cauſa quas conſtat fuiſſe alienatas mediante ſubinueſtitura cum licentia Domini ab eorum patre, & patruo in Dominos Comites Taurellos, ſequitur quod vigore eiuſdem ſtatuti non teneatur ad hanc deſſignationem, quia ſtatutum vnum diſponens, & aliud præ-
6 ſuponens non procedit, nec operatur † niſi verificetur, & concurrat præſupoſitum Gloſſ. *in leg. mancipia in verbo auocandum,* vbi Bartol. & alij, *Cod. de ſeruis fugitiu.* Deci. *conſil. 644. num. 15.* D. Surd. *deciſ. 65. num. 9.* & ideo ſi ſtatutum dicat, quod turbans aliquem in poſſeſſione puniatur in centum, & reſtituat poſſeſſionem, non habebit locum ſi quis turbauerit tantum, ſed non ſpoliauerit, quia punit non ſolum turbantem, ſed etiam præ-
7 ſuponit † aliud delictum ſcilicet poſſeſſionem ablatam, vt per Bartol. *in d. l. mancipia.* Roman. *ſingul. 495.* vbi inquit per hanc doctrinam deffendiſſe quendam Romæ, quod fuiſſet indebite excommunicatus, licet non executus fuiſſet diſpoſitionem teſtatoris infra annum, ſtante ſtatuto, quod non exequens diſpoſitionem defuncti infra annum priuatur omnibus beneficijs ſuis, excommunicetur, & ſtatim reſtituat bona teſtatoris, quia numquam habuerat in ſuo poſſe dicta bona, & ob id non verificabatur præſupoſitum ſtatuti quod illa habuiſſet ;
8 dum mandabat † eadem reſtitui, & ex hoc inquit lucratum fuiſſe ſex florenos, & quedam alia, quam concluſionem, & doctrinam ſequitur etiam Dec. & D Surd. *locis ſuperius citatis,* vbi alios allegant, & vbi ſtatuti qua-
9 litas † non verificatur ipſum locum habere non poteſt Bartol. *in l. 1. § ait prætor, ff. ne quid in flumine publ.* Dec. *conſ. 440. nu. 1.*

Reſpectu vero iuris communis idem dicendum eſt, quod non poſſit cogi ad hanc deſignationem, quia hæredes præſertim mediati tanquam iuſtam prætendentes
10 † ignorantiam ad eam non obligantur Iacobin. *in ſua inueſtitura feudali in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt recognoſcere, ſub num. 15. in primo, & ſecundo fundamento partis negatiue, & infra in reſolutione,* vbi inquit ad hoc
11 non cogi, ſi iuret † ſe ignorare terras, *& num. 19.* & ante eum hoc voluit Io. Blanc. *in ſua ſumma feudali lib. 4. cap. 1. ſub num. 102. verſic. e contra videtur quod non &c.* idem ſimpliciter etiam circumſcripto iuramento firmat Roland. *conſilio 66. numero octauo, & ſeq. volumine 3.* vbi teſtatur de communi, & multos in hanc ſententiam allegat.

Quæ ratio ignorantiæ militaret quoque ad excluſionem diſpoſitionis ſtatuti, vbi ex præcedenti ratione non
12 ceſſaret, quia cum ſtatuta † recipiant interpretationem paſſiuam a iure communi Bartol. *in l. 1. §. lex falcidia, ſub num. 2. ff. ad leg falcid.* D. Surd. *dec. 178. num. 16.* vbi ex Aretin. ampliat etiamſi ab eodem ſtatuto prohi-
13 bita † eſſet interpretatio, *& dec. 36. num* 19. vbi inquit hoc procedere licet modicum operaretur, vel etiam redderetur ſuperfluum, ſicuti de iure communi hæredes ignorantes non obligantur ad hanc deſignationem, vt proxime dicebam, ita quoque nec teneri debent vigore prædicti ſtatuti.

Sed, & remanet liberatus Dominus Piperarius ab hac deſſignatione, quia facto Domini Facini primi inueſtientis, qui conceſsit licentiam alienandi euenit, ne ſucceſſores poſſent has terras in alium translatas deſignare, in qualibet enim obligatione ſemper ſubintelligitur con-
14 ditio niſi aliquid † per aduerſam partem factum fuerit per quod ei obligatio adimpleri nequeat, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. cap. peruenit, el 2. extra de iureiurand.* Alex. *conſil. 114. ſub num. 2. circa finem, & num. 3.*

KK 2 *vol. 3.*

vol. 3. & plene Socin. patruus, qui multis ſimilibus hoc comprobat, *conſi.* 70. *er totum volum.* 3. vbi, *ſub num.* 1. circa finem inquit, *ex l. veteres in fine, ff. de itiner. actuq; priuat.* ipſum tunc ſibi dominum inferre, damnum au-
15 tem, quod quiſque propria † culpa ſentit, ſibi tantum non alij imputari debet, *capit. damnum de regul. iur. in* 6.

Ab aſsignatione quoque ex hac vltima ratione concludendum eſt etiam, eundem D. Piperarium remanere liberatum alterius proprietatis, quia cum facto inueſtientis, & de eius voluntate, & conſenſu proprietas controuerſa translata fuerit in alios, ab illis eam quærere debet Dominus Facinus, nam non alias inueſtitus, vel eius hæredes tenentur ad reſtaurandum rem factam de-
16 teriorem; vel ſupplendum, & aſſignandum † æquiualentem, vbi perdita ſit, niſi vbi dolo, vel culpa lata, aut ſaltem leui interuerſa, & perdita vel deteriorata fuerit. Roſental. *de feud. cap.* 10. *concl.* 45. *n.* 38.

Quod, & ſecundo verum demonſtratur, quia ille, cui
17 eſt promiſſa † indemnitas, non poteſt agere contra promittentem ſi aliunde ſe conſeruare poteſt, vt plene probat Alexand. *conſil.* 114. *nu.* 2. *verſic. ſecundo pro hoc facit vol.* 3. propterea, cum D. Facinus poſsit inuenire ſuam proprietatem apud D. Taurelios, apud quos manet de conſenſu ſuorum anteceſſorum, non eſt, quod vexet D. Piperarium pro noua aſsignatione.

Et ex præd. & s remanent reſoluta contraria, nam quo ad oſtentionem proprietatis procedunt, vbi quis fatetur ſe emphyteutam, & tenet proprietatem, & vbi non poteſt prætendere probabilem ignorantiam, quo vero ad aſsignationem procedunt, vbi interuerſa, & perdita eſt proprietas culpa inueſtiti, ſiuè facto, & conſenſu inueſtientis, & vbi inueſtiens aliunde indemnis conſeruari nequit.

Quo ad ſecundam quæſtionem pariter reſpondendum videtur D. Piperarium tam vigore concordij, quam reſeruationis factæ à q. Domino Io. Antonio Facino teneri ad ſolutionem liuelli, nam re dubia exiſtente, & vt euitarent lites partes tranſegerunt, & Domini Piperarij promiſerunt ſoluere hunc liuellum, vt in ſcripto acordij in proceſſu, *fol.* 9. *fac.* 1. *in fine*, quæ tranſactio, licet fuerit facta tantum à Domino Piperario ſuo, & nomine fratrum cum promiſſione rati, tamen ex ſolutionibus factis ab omnibus fratribus, de quibus in proceſſu, *fol.* 13. apparet ratificata, ſicuti & ex repetitione ſoluti communiter ab omnibus facta.

Et quamuis dictum concordium fuerit initum, quia non apparebat de licentia, qua mediante fuerat facta alienatio huius proprietatis, tamen certum eſt, ex ſcrip-
18 turis de nouo † repertis, non infringi tranſactionem, *l. ſub prætextu la* 1. *C. de tranſactionib.*

Quod fortius dicendum eſt vigore reſeruationis factæ à dicto Domino Io. Antonio in præfata licentia, in qua expreſſe proteſtatus eſt, nolle præiudicare ſibi in ſuis iuribus, & præcipue quod intendebat conſequi liuellum ab ipſis de Piperarijs, quæ reſeruatio iuridica fuit, quia per ſubinueſtituram primus inueſtitus non deſinit eſſe vaſſallus, vel emphyteuta, cum apud eum remaneant reliquiæ vtilis dominij, ſeu dominium vtile ſuperius, & in
19 ſubinueſtitum transferatur † tantum dominium vtile inferius, vt declarat Bald. *in cap. cæterum num.* 13. *extra de iudic.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, ſub num.* 69. *in* 6. *declaratione de conſtitut.* Curt. Iun. *de feud. parte* 4. *ſub num.* 83. *verſic. ſecundo pro limitatione*, Menoch. *conſ.* 226. *num.* 179. D. Surd. *conſ.* 210. *nu.* 43. Roſental. *de feud. cap.* 9. *concl.* 47.

20 Ex quo dominio † penes ſe remanente, ipſe tenetur ad ſolutionem canonis erga primum inueſtientem, & ſecundus inueſtitus erga ſe, vt magiſtraliter declarat Socin. patruus, *conſ.* 256. *colum.* 2. *vol.* 2. *quod conſilium repetitur conſil.* 96. *vol.* 3.

Verum, quamuis res non careat maxima difficultate, poſſet conſiderari, quod Dominus Facinus in licentia reſeruauit ſibi ius tantum contra Fratres de Piperarijs ſubinueſtientes, & eorum bona, & contra terras ſibi obnoxias, & pro quibus ſoluebatur liuellus, quo fit, vt reus conuentus, & cæteri eius Domini Fratres, tanquam hæredes patris cum beneficio inuentarij, non ſint obligati niſi quatenus ſuppetunt vires hæreditatis, & non teneantur
21 † ſoluere, niſi de bonis inuentarij, iuxta *leg. finalem*, §. *& ſi præfatam, Cod. de iure deliberand.* & exornat D. Surd. *conſ.* 7. *n.* 31.

Nec dicatur, quod obligatio iſta deſcendit à primo inueſtito auo ipſius Domini Piperarij rei conuenti, cuius ipſe, & cæteri ſui Fratres fuerunt hæredes fideicommiſſarij, & conſecuti ſunt eiuſdem bona pro hac obligatione hypothecata, namque iſtud, in quo conſiſtere videtur omnis difficultas, procederet vbi non verſaretur culpa, & factum ipſius inueſtientis, qui non videtur potuiſſe dare licentiam alienandi hæredibus ipſius primi inueſtiti, in perniciem, & fraudem, & damnum eius bonorum, & contra illius voluntatem, nam ipſe prouiderat, ne ſua bona, & hæredes fideicommiſſarij vnquam poſſint pro hac obligatione pati damnum creando fideicommiſſum ſuper omnibus ſuis bonis, & prohibendo illorum alienationem, ex qua prouiſione futurum erat, vt ſui ſucceſſores perpetuo remanerent indemnes ab obligatione primæ inueſtituræ, quia ſemper fuiſſent habituri rem pro qua liuellus debitus erat, niſi ipſe inueſtiens, præſtando licentiam, iacturæ cauſam dediſſet, quæ obligatio ob id ceſſare debet, quia, vt dicebam in præcedenti quæſtione in verſic. Sed & remanet liberatus &c. ſemper ſub intelligitur conditio, niſi quid factum fuerit per ſtipulatorem, ex quo non mereatur ſibi adimpleri obligatio, ſi quidem
22 fideicommiſſum poteſt fieri † ſuper bonis emphyteoticis laicalibus, Imol. *in l. ſi patroni, ſub num.* 3. & ibi Cuman. *ſub num.* 7. Alex. *ſub num.* 15. *ff. ad Trebell.* Cral §. *fideicommiſſum q.* 51. *num.* 1. D. Peregr. *de fideic. art.* 6. *ſub nu.* 29.

Et ex his remanet reſolutum obiectum de reſeruatione facta in licentia.

Aliud de tranſactione dupliciter remoueri poteſt, pri-
23 mo † quod princeps poteſt reſtituere in integrum aduerſus diſpoſitionem, *d. l. ſub prætextu, la prima, Cod. de tranſaction.* vt ibi tradit Io. Sichardus, *num.* 4. ex textu *in l. Diui Fratres, ff. de pænis*, quam reſtitutionem videtur conceſsiſſe Sereniſsimus D. N. ex reſcripto Senatus habita ratione ſupplicatorum iuſtitiam faciat, nam ſine dubio per illa verba habita ratione ſupplicatorum voluit quid plus concedere vltra ſimplicem Iuſtitiam, & ſi voluit per Senatum haberi rationem ſupplicatorum, vtique habuit intentionem etiam reſtituendi ſupplicantes, quia alias nulla eorum haberetur ratio, nec verba illa (*iuſtitiam faciat*) impediunt effectum huius conceſſæ reſtitutionis, quia dicitur potius reſtitutio ex iuſtitia, ſeu ſaltem fundata in iuſtitia, & magis de ea participans,
24 quam de mera gratia, † iuxta diffinitionem reſtitutionis gratiolæ traditam per Odd. *de reſtit. in. quæſtione* 91. *num.* 1.

Secundo remouetur obiectum, quia concordium iſtud non fuit ſimplex, & abſolutum, ſed per modum prouiſionis, & ſimile illi (INTERIM) hæreticorum, donec ſcilicet fuiſſet terminatum, quod remanebat controuerſiæ circa euentum proprietatis, *vt fol.* 10. *fac.* 1. *circa finem*, ibi, *ſin tanto ſarà terminato quello, che reſta da terminarſi circa la pretenſione d'eſſo Sig. Facino per ricuperar la ſua proprietà, &c. & infra.* cum igitur ex deductis in præcedenti quæſtione colligatur, controuerſiam finiendam eſſe in gratiam Domini Piperarij reſpectu proprietatis, per conſequens etiam debet ceſſare effectus tranſactionis temporalis.

Tertiam aggredior difficultatem, an Dominus Piperarius poſſit recuperare pecunias iam ſolutas, vbi appareret ex inuentario bonorum paternorum indebite ſolutas fuiſſe, quia non extarent bona ſufficientia.

25 In qua pugnant † duo textus Iuris ciuilis, alter fauens Domino Facino, *in l. repetitio*, 44. *ff. de condict. indebit.* quo loci inquit textus, repetitionem nullam eſſe ab eo, qui ſuum recepit, tametſi ab alio, quam vero debitore ſolutum eſt, vnde cum Dominus Facinus receperit, quod

ſibi

Digitized by Google

ſibi debebatur, non videtur quod Domini Piperarij, qui ſoluerunt, poſſent repetere, licet non eſſent debitores.

26 Verum textus alter † fauens Domino Scipioni, *in l. ſi pœna 19. §. 1. ff. eod. tit. de condict. indebit.* preualere debet in propoſito caſu, cuius verba clara ſunt, quod quamuis debitum ſibi quis recipiat, tamen ſi is, qui dat, non debitum dat, repetitio competit.

27 Cuius † textus diſpoſitione attenta non, obſtabit D. Scipioni textus, in *d. l. repetitio*, quia quidquid arguerit Budeus de manifeſta repugnati a Iuris conſultos Paulum, & Pomponium, ac legum compilatores, & quid quid fatigauerit Accurſius in eorum intellectum, & quid quid ſimul pugnando ſcriptis mandarunt Zazius, & Petrus Stella, plenus, & verus eſt intellectus Gregorij Lopez, *in libro ſingulari animaduerſionum iuris ciuilis, c. 13.* quod textus, *in d. leg. repetitio*, procedat, vbi ſoluitur ſpecies debita, puta Stichus ſeruus, equus, codex, tunc enim licet tradatur à non debitore non datur repetitio, qui non eſt caſus noſter, textus vero, *in leg. ſi pœna*, §. 1. habet locum, quando ſoluitur quantitas debita, ſed non à debitore, tunc datur, *l. repetitio, & hic eſt caſus noſter.*

ARGVMENTVM.

Vberius agitur de contractu venditionis in eſſe realiter nõ deducto, ob collationem pretij in arbitriũ emptoris. Diſcurritur de obligatione ſubiecta, fine, modo, & effectu. De huiuſcemodi conuentionibus prohibentibus coactionem, negatiuè, vel affirmatiuè conceptis, & eorum differentia Plura de iure fructuum percipiendorũ, & de dominio, quo ad hoc conſiderato, & de eius tranſlatione neceſſaria; ſaltem formaliter in d. contractu venditionis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Etſi nominatur vnus contractus, ſæpe alius etſi diuerſus perficitur, & enaſcitur.*
2 *Aliquando contrahitur animo emptionis faciendæ, & fit locatio.*
3 *Venditor ſibi reſeruans rei dominium, vſque ad pretij ſolutionem facit contractum locationis, & numero quinquageſimo.*
4 *In iudicandis contractibus, non nomen, ſed qualitas pacta, & effectus attenduntur.*
5 *Si contractus celebratus repugnat fini eiuſdem, eſt nullus, & n. 28.*
6 *Verbum debet ſeruire intentioni; non intentio verbis. Et ijs mens debet preualere, & n. 7.*
8 *Actus ſecundum quid, & ſub conditione, non eſt ſimpliciter talis.*
9 *Cum contractus ita ſit, vt ſtet in promiſſoris arbitrio, obligatio dicitur collata in eius arbitrium,*
10 *Obligationum ſubſtantia in eo ſtat, vt alter nobis obſtringatur.*
11 *Conuentio ne quis cogi poſſit, niſi velit, non valet, nec ex ea agi poteſt.*
12 *Non poteſt conferri in arbitrium rei, an ſit obſtrictus; eſt enim nullus actus.*
13 *Cum quis non poteſt cogi, idem eſt, ac ſi promiſiſſet, ſi ipſe vellet.*
14 *Cum promiſſor non poteſt aſtringi, non habet locum diſtinctio, an executio ſit in poteſtate promiſſoris, nec ne.*
15 *Talis diſtinctio obtinet, vbi aliquo tempore ille poteſt conſtringi. Et ſic affirmatiuè, non vero negatiuè concipitur conceſſio.*
16 *Arbitrium cenſetur appoſitum diſpoſitioni, non executioni contractus*
17 *Si vendo hoc pacto, quod non tenearis, niſi quando velit eſt nulla obligatio, vtpote poteſtatiua. & numer. 18. & 20.*
19 *Si verba facultatis adijciantur verbis executiuis, quæ ſtãt loco diſpoſitiuorum, vitiatur contractus, ac ſi apponerentur ipſi diſpoſitioni.*
21 *Venditio eſt nulla ſi dicatur, quod emptor ſoluat pretium, quandocumque vellet.*
22 *Eſt nulla etiam citra pactum negatiuum coactionis, precipuè cum dictione,* ad liberam, &c.
23 *Dictio,* Ad, *denotat conditionem.*
24 *Conditionalis ſtipulatio in voluntate promiſſoris eſt nulla.*
25 *De neceſſitate cauſatiua, remiſſiuè.*
26 *Ex liuello annuo ob fructus reſeruatos reſultat contractus locationis.*
27 *Promiſſio,* Cum, vel quando volueris, *eſt nulla, niſi promiſſor declaret ante mortem ſe velle, vel quando.*
29 *De natura venditionis eſt, vt fructus, & ius percipiendi eos transferatur in emptorem.*
30 *Ex venditione transfertur dominium.*
31 *Dominium eſt cauſa acquirendorum fructuum.*
32 *Qui vult conſequens, vult & antecedens.*
33 *Illud velle eſt verum, & non fictum; & expreſſum, non vero tacitum, ibid.*
34 *Ex annua ſolutione reſeruata pro fructibus reſeruatis cenſetur reſeruatum dominium, & num. 51.*
35 *Penſio, ſeu liuellum reſeruatur loco fructuum.*
36 *Propter quod vnum quodque tale, & illud magis.*
37 *Vtile dominium eſt vſusfructus, ſcilicet in iure percipiendi fructus.*
38 *Dominium venit quandoque appellatione vſusfructus.*
39 *Sine pretio, vel eius fide non transfertur dominium per venditorem.*
40 *Si in emptorem venditor rei emphyteuticæ transferret vtile dominium, vel ſibi remaneret pro recognoſcẽdo primo Domino.*
41 *Præſentia alicuius in actu non præſumitur, niſi probetur*
42 *Cum probatio non concludens eſt dubia nil releuat.*
43 *Nulla eſt venditio, cum fuit actum, ne dominium transferreretur.*
44 *Siue expreſſe, ſiue etiam tacitè, ita ſit conuentum.*
45 *Qui vendit non habet neceſſe facere emptorem Dominum.*
46 *Tamen tenetur ad rei traditionem, cuius vi tenetur ad euictionem.*
47 *Dominium transfertur in venditione, etſi illud ſuperueniat venditori ſolum poſt contractum.*
48 *Vſusfructus non poteſt eſſe perpetuò ſeparatus à proprietate.*
49 *Declaratur contractus ambiguus, ex poſtea geſtis per ipſos contrahentes.*
52 *Locatio hiſce pactis facta, videlicet.* Si nolit, &c. *obligat conductorem, at non locatorem, ad tradendam rem, & contractum perficiendum.*

CONTROVERSIA DCCX.

POteſt non improbabilibus rationibus defendi, contractum alias de Anno 1448. celebratum inter nobiles viros D. Iacobum de Valentis, & D. Gratiadeum de Galuagnis ſub nomine venditionis, nequaquam valuiſſe, ſub d. titulo contractus, & nullum penitus ex eo fuiſſe tranſlatum dominium petiæ terræ in eo deductæ, ſed tantum in vim locationis ſubſtitiſſe.

1 Notiſſimi † enim iuris eſt, ſæpe euenire, vt licet nominetur vnus contractus, alius tamen, & longè diuerſus fiat, & reſultet, *l. cum manuſata, §. final. ff. de contrahend. emption. l. inſula, ff. de præſcript. verb. l. vbi ita donatur, ff. de donationib. cauſ. mortis, l. ſi vno, in princip. verſic. ſed & ſi verbo donationis, ff. locat. l. ſi olim, iuncta gloſſ. 1. C. eod. tit. de locat.*

Et ſpecificè ſæpè contingit, vt contractus appelletur
2 emptionis, & † nihilominus ſit locationis, *d. leg. cum manuſata, §. final. ff. de contrahend. emption.* Menoc. *conſ.*

27.num.42.cum ſeqq.& lib.3.præſumpt.104.num.6. Rimi-
nald.Iun.conſil.218.ſub numeris nonageſimo tertio, & no-
nageſimo quarto.
3 Et ideo ſi venditor ſibi reſeruet dominium † donec
pretium eidem ſoluatur; tunc non obſtante appellatione
contractus venditionis, interim eſt contractus locatio-
nis, d.l.cum manuſata,§.final. Afflict.deciſ.338. Magon.
deciſ Florentin.91.num.8.& deciſ.92.num.12.& dec. Lu-
cenſ.31.num.9.& 10. D.Surd. deciſ. 157. num.3. & deciſ.
305.num.39. Io:de Monteſperel.conſ.215.ſub nu.2. Gal-
ganet.de condition part.2.cap.1.quæſt.56 num.4.
4 In iudicandis enim † contractibus non curatur, ſeu
attenditur nomen, ſed qualitas, pacta, & effectus, l.
inſulam,ff.de præſcript.verb. Bal.in rubrica,C.de iure em-
phyt.ſub num.12. Roman.conſ.509. num.1. Alex.conſil.
107.num.7.volum.3. Deci.conſ.159.alias eſt conſ.160.ſub
num.2.verſic. Ad iudicandum enim, Natt conſ.110.num.
17. D. Surd.conſil.243.num.2. 39. & 43. & conſ.433. ſub
num.27.& 28.& conſ.450. numer. 34. & latè proſequitur
Cardin,Mantic.de tacit.& ambig.conuention.lib.2.titul.2.
per tot.maximè num.5.14.19.& 20. Vbi ſub d.num.14.ver-
ſic.Et ex illo textu, inquit, quod quando contractus i-
5 ta † celebratur, vt repugnet fini propter quem inuen-
tus eſt, nullius eſt momenti, Et ratio principalis con-
6 cluſionis eſt, † quia verba debent deſeruire rebus,non
res verbis, cap.in his,cap.intelligentia, extr. de verbor.ſi-
7 gnificat. & in † contractibus ſemper mens præualet
verbis, l.in conuentionib.ff.de verbor.ſignificat.l.ſi debitor,
§.veriſimile,ff.de contrahend.emption. Alba, conſil. 466.
num.6. Decian. conſil.44 num.7.volum.1. Riminald.Iun.
d.conſ.218.ſub num.93.
Id quod minus difficultatis habet, quando non fit cō-
tractus nominatus ſimpliciter, ſed ſecundum quid,pro-
vt in caſu iſto, vbi venditor non dixit vendere ſimplici-
ter, ſed cum infraſcripta conditione, actus enim ſecun-
8 dum quid, † & ſub conditione non eſt propriè, nec
ſimpliciter talis, l.1.ff.de donationib. Ita vt nedum ex ef
fectu, ſed etiam ex verbis ipſis appareat partes noluiſſe
facere venditionem ſimplicem, & regularem. ſed ano-
malam.
Quibus ſic ſe habentibus concludendum eſt dictum
contractum non valuiſſe in vim venditionis, &
Primo, quia ſolutio pretij fuit collata in arbitrium
promiſſoris, nedum reſpectu temporis, ſed etiam reſ-
pectu obligationis; nam conuentum fuit, quod pre-
tium ſolueretur ad beneplacitum emptoris, & quod
nec ipſe, nec eius hæredes cogi poſſent per vendi o.em,
nec per illius hæredes ad ipſum pretium ſoluendum,
quoties enim ita concipitur contractus, vt ſtet in facul-
tate promiſſoris ipſa obligatio, ita quod per ſtipulato-
rem cogi non poſſit; tunc ſemper ſubſtantia contractus
9 † dicitur collata in eius arbitrium, & ipſe contractus
non ſubſiſtit, ita probant textus, in l.obligationum ſub-
ſtantia 3.in princip.ff.de actionib.& obligation. vbi dicitur
10 quod obligationum ſubſtantia † conſiſtit in hoc, vt
alter nobis obſtringatur, & ſic inuitus cogi poſſit, ad
idem, eſt text pulcher, in l.ſub hac conditione,8.ff.eod.tit.
de action.& obligation. vbi præcisè inquit textus, quod
ſi conueniatur, ne quis cogi poſſit, niſi velit, non va-
11 let contractus, & pro non dicto † habetur nec eo ca-
ſu promiſſor, vel eius hæredes tenentur, textus eſt quoq;
in leg.hac venditio,7.in princip.verſic. neque enim, ff. de
contrahend.emption. vbi quod non poteſt conferri in ar-
12 bitrium rei, † an ſit obſtrictus, & ſi hoc fiat, non va-
let contractus, idem probat, l.ſtipulatio non valet,17.
ff.de verbor.obligat. Stipulatio non valet (inquit textus)
in rei promittendi arbitrium collata conditione,concordat
etiam textus, in l.centeſimis,46.§.final.in fine,ff eod.tit.
vbi inutilis eſt illa ſtipulatio ſi volueris dare, quoties au-
tem quis cogi non poteſt, vtique idem eſt, ac ſi promi-
13 ſiſſet, † ſi ipſe vellet, quia eo nolente cogi nequit.de-
nique text.eſt, in leg.a Titio,108.§.final.ff.d.titul.de ver-
bor.obligat. vbi nulla promiſſio poteſt conſiſtere, quæ
ex voluntate promittentis ſtatum capit.
Et hoc caſu, vbi ceſſat neceſſitas, & quis non poteſt
aſtringi non intrat illa diſtinctio; quod ſi ponitur in vo-
luntate promiſſoris executio ideſt quando debeat præ-
ſtare, puta promitto decem, quæ dabo cum voluero;
tunc valeat contractus, ſecus ſi diſpoſitio, de qua per
Bartol. in d.l.centeſimis.46.§.final. ſub num. 2. & ibi per
Angel. ante num.6. Imol. colum.3.prope finem,verſic.quā-
doq; adiſciuntur, Alexand. ſub num.7.verſic. Per prædicta,
Iaſ. ſub num.9. Zazi. num.6.ff.de verbor.obligat. Bal. in l.
in vendentis,circa finem,C.de contrahend.emption.Bartol.
in l.ita ſtipulatus,115.num.11.ff.de verbor. obligat. Bal. in
leg.poſt dotem,num.7. & ibi Alex. ſub num.9.ff.ſolut. ma-
trim. Et ibid.Iaſ. num.43. Olaſc. deciſ.111. num. 6. Alex.
conſil.117.num.4.cum ſeqq.volum.3.
15 Namque diſtinctio illa procedit, † vbi promiſſio cō-
cepta eſt affirmatiuè, & aliquo tempore ſubeſt facultas
cogendi promiſſorem, vel eius hæredes, quia tunc nō
deficit ſubſtantiale obligationis, ex quo ſaltem cogi
poſſunt hæredes, vbi citius promiſſor non adimpleuit,
vt per prædictos omnes Doctores proximè citatos, &
in his terminis loquitur, & procedit tot.deciſ. Olaſc. 111.
ſed vbi promiſſio ſtat negatiue, quod nec promiſſor,
nec eius hæredes cogi poſſunt, tunc habet cauſam per-
petuam nullitatis, quia deficit perpetuo vis coactiua,
in qua conſiſtit ſubſtantia contractus, & ob id ille ſub-
ſiſtere nequit, quia ſemper arbitrium dicitur appoſitū
16 ſubſtantiæ, & diſpoſitioni; † non autem executioni,
* vt bene * probant iura ſuperius deducta, & præcipuè
d.l.ſub hac conditione,8. ff.de actionib. & obligat. dum in-
quit pro non dicto haberi, quod dare niſi velit, quis
cogi non poſſit, tuncque nec hæredes obligari, & clare
ſentiunt Bal. in d.l.in vendentis,ſub num.10.verſic. Præte-
rea quod ſubſtantiale poni poſſet,Cod de contrahend. empt.
vbi inquit, quod ſi vendo hoc pacto, quod non tenea-
17 tis, niſi donec noles fruſtatoria eſt † obligatio, quia
eſt poteſtatiua, & non neceſſitatiua, & ibi Fulgoſ. in
princip. inquit, quod ratio dicti textus eſt, quia con-
18 trahens non aſtringitur † neceſſitate, & ideo non ad-
eſt obligatio, & Caſtrenſ. ſub num 2. verſic. Secundo op-
pono, idem Caſtrenſ. in d.l.centeſimis,§.final.ſub numer.1.
ff.de verbor.obligatio.
19. Et quod ſi verba facultatis † adijciantur verbis exe-
cutiuis, quæ tamen ſtant loco diſpoſitiuorum, & in
quibus conſiſtit ſubſtantia obligationis vitietur contra-
ctus æque, ac vbi adijciuntur ipſimet diſpoſitioni tra-
dit Imola in d.l.centeſimis,num.4.in fine, verſic.Quod au-
tem ſi adijciantur verbis executionis,&c.
20 Et præſentem † quæſtionem pro nullitate contractus
decidunt Bald. in d.l.in vendentis,ſub num.10. C. de con-
trahend.emption. paulo ſupra citatus, dum in pacto ne-
gatiue concepto, quod emptor non teneatur, niſi do-
nec velit reſoluit fruſtatoria eſſe obligationem, Fabian.
de Monte, in tract.de emptio.& vendition.quæſt.5.princi-
palis,ſub nu.21. vbi inquit venditionem eſſe nullam, ſi
dictum eſſet, quod emptor ſolueret pretium quando-
21 cumque † vellet, & cogi non poſſet ad ſoluendum,
cuius doctrina eſt fere, præciſa cum verbis noſtri inſtru-
menti, quia ponit ſolutionem in beneplacito emptoris,
& ſtatim ſubdit pactum negatum coactionis; ſequitur
Bertaz. in tractat.clauſular.clauſul.4.gloſſ.3.n.7. Mozzi.
in tractat.de contractibus in tit.de emption.& venditio. de
ſubſtantialibus emptionis, ſub numero vigeſimo tertio,fol.
mihi 77.
Et in fortioribus terminis, quod etiam citra pactum
22 negatiuum coactionis † contractus ſit nullus, ſi ver-
borum conceptio præſeferat liberam facultatem ſoluen-
di, vel non ſoluendi, puta, ſi per dictionem, Ad,
concipiatur ſtipulatio, vt ad tuæ voluntatem, vel vt in
caſu noſtro, ad beneplacitum, tradit Bartol. in d.l. cen-
teſimis,§ final.num.6.ff.de verbor.obligation. quem ibi ſe-
quuntur Angel. num.9. Alexand. ſub num. 10. Iaſ. ſub n.
6.in 2 ampliatione, & Zazius, num.8. ea ratione, quia
23 dictio, Ad, denotat † conditionem, vt per eos, & per
Bero. vidend.conſ.204 ſub num.8.vol.3. Imol. in l.poſt do-
tem,colum.2.verſic.& nota bene ex gloſſ.quod iſta verba,
ff.ſoluto matrimonio, & alios adductos per Cardin.Tuſc.
in verb.

in verb. dictio Ad, concluſ. 219. tom. 2. fol. 605. ſtipulatio
24 autem conditionaliter poſita in voluntatem † promiſſoris non valet, *l. ſub hac conditione, 8 ff. de action. & obligat. d. l. centeſimis, §. final. ff. de verbor. obligat.*

Non obſtat, quod licet hic non adſit neceſſitas precisa, ſubſit tamen neceſſitas cauſatiua, vigore liuelli librarum 25. annuarum, quem interim tenebatur ſoluere emptor, à quo ſi volebat ſe liberare, cogebatur cauſatiue ſoluere pretium, de qua neceſſitate cauſatiua
25 † multa habentur exempla cumulata per Balzaran. *in cap. Imperialem, in §. illud quoque, num. 18. & 19. de prohibita feud. alienat. per Federic. in vſib. feudor. fol. 381.*

Namque reſpondetur, quod in materia noſtra ad cauſandam validitatem contractus hinc inde obligatorij non ſufficit neceſſitas cauſatiua, ſed requiritur neceſſitas precisa, quia neceſſitas cauſatiua cogit tantum debitorem volentem non autem inuitum, & tamen ad ſuſtinendos ſimiles contractus oportet, quod promiſſor etiam inuitus poſſit cogi à ſtipulatore, vt latè ſuperius firmatum fuit, adeout requiratur neceſſitas precisa, cuius vigore ad libitum creditor poſſit cogere debitorem, non autem expectare, quod ille ſe ipſe cauſatiue ponat in neceſſitate, alias nunquam daretur caſus, quod prædicti contractus, in quibus debitor nō poſſit cogi ad ſolutionem pretij, eſſent nulli, quia ſēper ſubeſſet neceſſitas cauſatiua, videlicet, quod emptor cogeretur ſoluere pretium, ſi vellet conſequi rem.

Præterea ſolutio prædicta liuelli annui eſt ex diuerſo contractu, & pro diuerſa re, nempe pro fructibus re-
26 ſeruatis, ex quibus reſultat † contractus locationis, iuxta *l. cum manuſata, §. final. ff. de contrahend. emption.* & ſuperius tradita in principio, & inferius latius deducenda, quæ ob id non habet aliquam neceſſitatem cauſandi validitatem alterius contractus diuerſi, ſed tantum vbi ſecuta fuiſſet liberatio potuiſſet parere nouum contractum validum, non autem firmare illum nullum.

Secundo principaliter conſiderari poteſt, quod vbi etiam arbitrium illud ſoluendi ad beneplacitum non eſſet conceptum conditionaliter, ſcilicet, ſi vellet emptor (cuius tamen contrarium ſuperius fuit demonſtratum) ſed reſpiceret tempus, videlicet, quando vellet adhuc contractus iſte foret nullus, quia promiſſio, *cum, uel quando voluerit*, redditur nulla, ſi promiſſor non
27 declarat † ante mortem ſe velle, prout non declarauit emptor iſte, ita probat textus, vbi hoc notant omnes, *in dict. leg. centeſimis, 46. §. penultimo, ff. de verb. obligation.*

Tertio, vbi contractus ita celebratur, vt repugnet
28 fini, propter quem inuentus eſt, † tunc nullius eſt momenti, vt ex textu, *in l. cum manuſata §. final. ff. de contrahend. empt. & in cap. final. in responſo, extr. de condition. appoſit.* colligit Aretin. *in l. exiſtimo, 98. in princip. circa finem, verſic. Dic ergo, quod vbicumque, ff. de verbor. obligation.* quem refert, & ſequitur Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib. 2. tit. 2. ſub num. 14. verſic. Et ex illo textu probatur, &c.* At in propoſito
29 † caſu reſeruatio fructuum repugnat fini venditionis, quia de natura venditionis eſt, vt fructus, & ius eos percipiendi transferantur in emptorem, & ea de cauſa tantum acquirit emptor, *l. fructus, C. de action. empti. leg. videamus, §. ſi ex cauſa, ff. de vſur. l. 3. §. ſi emptor, in fine, & l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de action. empti. l. venditor, verſ. quemadmodum fundi venditor. ff. de hæredit. vendit.* Soc. patruus, *conſ. 130 num. 5. in fine, volum* 4. Ant. Gomeſ. *variar. reſolut. tom. 2. cap. 2 ſub num. 11.* Didac. *lib. 1. var. reſolut. cap. 15. num. 1. & lib. 3. cap. 4. ſub num. 7.* Honded. *conſ. 30. num. 36. volu. 1.* & quia ex venditione transfertur dominium, vt dicam in ſequenti fundamento, fructus
30 autem ſpectant † ad Dominum rei, & ſequuntur dominium, *l. fructus, l. in fundo, l. ex diuerſo, ff. de rei vendication. l. Herennius, ff. de vſur.* Angel. *conſ.* 35. Maluaſ. *conſ. 66. ſub num. 15.* D. Surd. *conſ. 101. nu. 15. & conſ. 128. num.* 5. Honded. *conſ. 30. num. 10. & conſ. 69 num. 19. vol. 1.*
31 & dominium ipſum eſt † cauſa acquirendorum fructuū Nenizan. *conſ. 88. num.* 17. Paponi. *conſ. 85. num.* 70. & iure ſoli fructus percipiuntur, *l. qui ſcit, ff. de vſur.* Dom. Surd. *conſil.* 101. *ſub num.* 14. ſequitur igitur ex præmiſſis concluſionibus, quod nulla fuerit præſens venditio.

Quartum ex præcedenti ſequitur fundamentum, quod ſcilicet, in hac venditione non fuerit translatum dominium in emptorem, ſed remanſerit penes venditorem, quod apparet, tum ex ipſa reſeruatione fructuum, qui reſeruari non potuerunt, niſi mediante reſeruatione dominij, cum vt dixi in præcedenti fundamento, fructus ſequantur ipſius rei dominium, qui enim vult con-
32 ſequens, † vult etiam omne neceſſarium antecedens ad illud, *l. illud, 77.* vbi ſcribentes, *ff. de acquirend. hæreditat.* ibi inquit Baldus, in his, quæ antecedunt, & conſequuntur, qui vult vnum, neceſſario vult duo, & illud velle reſultans, vt antecedens dicitur verum velle,
33 † non autem fictum, vt ibi per eundem Baldum, imo ſecundum multorum ſententiam, vt ibidem recitat Aretinus dicitur vel è expreſſum, non autem tacitum, &
34 quod ex † annua ſolutione pro fructibus reſeruatis cēſeatur reſeruatum dominium, tradit Alba, *conſil. 230. ſub num. 5. & 6.* & ſentit Socin. patruus loco proxime citando, id quod probabile habet rationem, quia dominium fuerit reſeruari à venditoribus, vt poſsint habere
35 fructus, & † loco fructuum penſionem, ſeu liuellum Socin. patruus, *conſ. 130. ſub num. 5. volum.* 4. Menoch. *conſil. 361. ſub num.* 42. vnde ſi propter fructus reſeruatur dominium, multo magis reſeruatur fructibus, dicitur reſeruatum ipſum dominium, argumento regulæ pro-
36 pter quod vnumquodque † tale, & illud magis, *Authent. multo magis, C de Sacroſanct. Eccleſ.*

Tum etiam apparet non fuiſſe translatum dominium, quia hæc petia terræ deducta in contractu erat feudalis, vnde venditor in ea non habebat, niſi vtile dominium,
37 quod vtile † dominium eſt quidam vſusfructus, & conſiſtit principaliter in iure fructuum percipiendorum, *l. 1. §. quia autem, ff. de ſuperficieb.* Goſſi. *conſ. 61. numer. 1. volum.* 1. Paponi. *conſil. 7. num. 19. 33. & 34. & conſ. 104. num.* 20. igitur reſeruatis etiam fructibus cenſetur reſeruatum dictum vtile dominium, quod fere nil aliud eſt, quam ius prædictum percipiendi fructus præcipue, quia dominium venit, quandoque appellatione vſusfructus, Alex. *conſ. 186. num. 25. vol. 2.*

Tum & tertio, dominium non fuit translatum, quia non fuit ſolutum pretium, nec pro eo aliter ſatisfactum, vel datum pignus, aut fideiuſſor, vel de eo habita fides, ſine quibus, vel eorum altero dominium, non
39 † transfertur, *§. vendita, Inſtit. de rer. diuiſion. l. ex empto, §. 1. ff. de action. empt.* Mozzi. *de contractib. in tract. de emption. & vendition. tit. de ſubſtantialib. emptionis, num.* 32. quod non fuerit ſolutum pretium, nec pro eo ſatiſdatū, vel datum pignus, patet ex lectura inſtrumenti, ſicuti & quod non fuerit habita fides, de eo colligitur, ex eo quod venditor retinuit fructus per ſe.

Tum quarto, & denique illud idem apparet, quia ſemper D. Valentis fuerunt inueſtiti ab Epiſcopatu, de hac petia terræ, vt ex eorum inueſtituris præſupponitur apparere, ex quo reſultat non fuiſſe translatum vtile dominium in emptorem, quia ipſi venditori poſtea
40 † nihil remanſiſſet, quod potuiſſet recognoſcere à primo Domino, iuxta *conſil.* Socin. 256. & 261. *volumin.* 2.

Nec refert, quod imo in eodem inſtrumento emptor fuerit inueſtitus ab Epiſcopatu, tum quia non conſtat fuiſſe præſentem D. Iabobum de Valentis, cuius præ-
41 ſentia † non præſumitur, niſi probetur, Crauet. *conſil. 240. colum. 2. verſic. ſed tamen verius videtur*, Rum, *conſ. 154. num. 12. volum.* 2. Ancharan. Regienſ. *quæſt. 29. num. 14. par.* 2. Riminald. Iun. *conſ. 119. num.* 85. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 84. num. 13. & libr. 6. præſumpt. 19. numer.* 6. cum duo fuerint inſtrumenta in vno Papiro conſcripta, ita ut vno perfecto nulla neceſsitas nos inducat ad credendum omnes perſonas, quæ in vno interuenerunt fuiſſe præſentes, & in alio, quo fit, vt cum probatio ex parte prætendentis præſentia remaneat dubia, & non

con-

42 † concludens per neceſſe non releuet, *cap. in præſentia*
extra de probat.l.non hoc,C.vnde legitim. tum etiam non
obſtat obiectum, quia rationes militantes pro inualidi-
tate contractus præponderant, adeout præſumptio re-
ſultans ex præfata inueſtitura, tanquam debilior cede-
re debeat.

Stante igitur (vt ad rem redeamus, & tandem con-
cludamus hoc quartum fundamentum) quod fuerit a-
43 ctum, ne transferretur dominium, ſequitur, † quod
nullus fuerit contractus venditionis, vt eſt textus ex-
preſſus, *in d.l.cum manuſata, §.final.ff. de contrahend.*
emption. Io: Harppcht. *in §.adeo,num.142.inſtit.de locat.*
& conductionib. & hoc procedit, ſiue expreſſe, ſiue
44 etiam tantum tacitè agatur, † ne dominium transfe-
ratur, Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention.*
lib.2.tit.2.num.14. post Signorol. *conſ.22.ſub nu.12.verſ.*
Præterea licet, & Crauett. *conſ.548.num.14.* quia licet
45 is, qui vendit non † habet neceſſe facere fundum em-
ptoris, *l.ſi ita diſtrahatur, §.1.ff.de contrahend.emption.*
46 tamen tenetur rem tradere, † ex qua traditione ex ti-
tulo venditionis, ſi venditor fuit Dominus, facit Do-
minum emptorem, & transfertur dominium, ſi autem
venditor non eſt Dominus, euictionis nomine obliga-
tur propter dominium non translatum, *l. ex empto,12.*
§.1.ff.de actionibus emption. Corne. *conſ.297. ſub num.3.*
volum.3. & adeo verum eſt, dominium transferri ex ven-
47 ditione, vt hoc procedat etiam ſi poſt † venditionem
tantum dominium ſuperueniat venditori, *l.ſi quis alie-*
num,ff.de actionib.empti & hæc omnia tradit Card. Man-
tic. *de tacit.& ambig.conuention libr.2.tit.2.ſub numer.*
14.

Quinto ſi verum eſſet, quod fuiſſet translatum domi-
nium, & quod contractus iſte valuiſſet in vim venditio-
nis, ſequeretur, ob fructuum reſeruationem, quod v-
48 ſusfructus poſſet eſſe perpetuo ſeparatus † à proprie-
tate, quod eſſet contra, *§.ne tamen, Inſtit. de vſufruct.*
ideo, ne detur hoc inconueniens contra expreſsam legis
diſpoſitionem, dicendum eſt, ipſum de Valentis nullum
voluiſſe transferre dominium.

Sexto, & vltimo, in contractibus ambiguis illa eſt
49 optima declaratio, quæ colligitur ex poſtea † geſtis
per ipſos contrahentes, vel eorum ſucceſſores, Bartol.
conſ.59. colum.2. verſic. Præterea verba, volum.1. Alba,
conſ.74.num.8.& conſ.257.num.10.& conſ.230. numer.7.
ſed D. Vincentius Galuagnus recognoſcit Dominos de
Valentis in Dominis directis petiæ terræ, de qua in ca-
uia, vt in quodam proceſſu D. Righelli, *fol. 25. fac.2.*
igitur claram habemus reſolutionem ex confeſſione ip-
ſius met partis.

Qua inualiditate venditionis ita ſtante, contractus
50 ipſe reſolutus fuit † in vim locationis, vt dixi in prin-
cipio, ex text. *in d.l.cum manuſata, §.final.ff.de contra-*
hend.emption. & multorum auctoritate citatorum, ibi,
in verſic.& ideo ſi venditor, quibus addo, Socin. *conſil.*
130.num.5.volum.4. & late ponit Claudius, *ad conſ.Bar-*
tholom.Bertazol.ſui patris,540.in litter.d. & quod vendi-
51 tio fructuum ſub annua penſione † pariat contractum
locationis, tradit Bal. *in leg.2.C.de contrahend.emption.*
Ludou. Sacca, *conſ.6.num.57.& conſ.14.num.9.*

Quæ locatio; etſi obliget conductorem; tamen è
52 conuerſo non obligat locatorem, † ſi no-
lit, ad tradendam rem, vel ad
perficiendum contractum
venditionis, vt
reſpon-
dit
Alex. *conſ.121.ſub n.1. vol.5.*
& eſt text. *in l.ficti.§.*
interdum,ff.locat.
vbi Barto-
lus.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et de ſubſtantialibus contractus de-
ficientibus, præcipuè in venditione. De iura-
mento, clauſul. conſtituti, & euictionis promiſ-
ſioni contractui nullo adiectis. De conditionali
contractu, & eius effectibus. Plenè, & vberri-
mè diſcutitur diſtinctio ex doctrina *Bart.* quo ad
arbitrium in contractu adiectum promiſſioni, &
ſubiectæ obligationis, vel eius executioni, & de
alijs ad rem.

SVMMARIVM.

1 *Quantum ad contractum aſſertioni contrahentium ſtan-dum eſt.*

2 *Id procedit, ſi aliud non appareat ex adiunctis, vt ſcilicet ſit alius contractus, & num.3.*

4 *Optima eſt illa declaratio, quæ venit ex alia parte contractus.*

5 *Cum non poteſt ſuſtineri contractus ex titulo, quo ſit, non attenditur nomen, ſed pacta, qualitates, & effectus ipſius.*

6 *Sæpius nominatur alius contractus, & alius re perficiatur.*

7 *Non eſt recedendum à verbis contractus, niſi ius ea aliter interpretetur.*

8 *Conſenſus, res, & pretium faciunt emptionem, & venditionem.*

9 *Pretium, vel quid aliud deficere dicitur, cum eſt collatum in arbitrium conſentientis.*

10 *Contractus ſubſtantia deficit, cum deficit ius coactiua ad illud ſibi impleri faciendum.*

11 *Venditio carens vno ex ſubſtantialibus, puta pretio, non dicitur eſſe venditio, & num.12. Sed erit locatio, vel aliud genus contractus, & num.13.*

14 *Nec emptio, nec venditio, dicitur eſſe ſine re, quæ veneat.*

15 *Non datur euictio, vbi res eſt vere vendita, ſed non tradita.*

16 *Etiam in locatione poteſt conueniri de euictione.*

17 *Ad contrahendum exigitur mens, ſeu voluntas, & etiã poteſtas, & facultas, & num.19.*

18 *Mulieres ſiunt contractus nulli.*

20 *Nullo principali, ſunt nullæ & acceſſiones.*

21 *Nullum quod eſt, nullos etiam parit effectus.*

22 *Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*

23 *Si emptio eſt inutilis, nulla eſt euictio; etſi ſit promiſſa.*

24 *Si in contractu interuenit iuramentum, præſumitur excluſa omnis exceptio inualiditatis, tam de iure, quam de facto, vid. ibid.*

25 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.*

26 *Iuramentum non validat contractum nullum ratione conſenſus.*

27 *Clauſul. conſtituti, eſt propria contractuum, in quibus transfertur dominium.*

28 *Conſtitutum nihil operatur, cum contractus principalis eſt nullus.*

29 *Si contractus eſt conditionalis, talis etiam erit ibi conſtitutum. Etſi quo ad verba eſſet purum, & ſimplex, num.30.*

31 *Conditionalis contractus nullum parit effectum, niſi purificata conditione.*

32 *Si interim ſequatur traditio, erit ex cauſa diuerſa, vt locationis, non eius, qui nondum ſubſiſtit.*

33 *In re emphyteutica conſtitutum non ſufficit ad transferendum dominium.*

34 *Ex clauſul.* Ad habendum, Et quidquid, &c. *transfertur*

Digitized by Google

fertur omne ius venditoris.

35 *Conditio nil ponit in eſſe. Nec poteſt parere aliquem effe-ctum, niſi ea purificata, & num.36.*

37 *Verba per ablatiuum abſolutum prolata faciunt actum conditionalem.*

38 *Contractus, conditione pendente, & non purificata, eſt inutilis, & imperfectus.*

39 *Conditio appoſita contractus nullo impleri non poteſt, nec eſt ſeruanda.*

40 *In ſubinfeudatione non eſt neceſſaria præſentia, vel licentia Domini directi, niſi fiat vltra quinquennium, ex Statut. Mant. ibid.*

41 *Ex contractu nullo, nullum etiam potuit transferri dominium.*

42 *Falſa cauſa vitiat omnem diſpoſitionem.*

43 *Correſpectiua cenſentur inueſtitura, & alius contractus eodem tempore, & inſtrumento facti.*

44 *Correſpectiuorum vno non ſubſiſtente, corruit & alterum.*

45 *In inueſtitura ſemper eſt reſeruatum ius alterius; etſi non ſit alias expreſſum.*

46 *Dictio*, Ad, *importat conditionem, Et vid. num. ſequ.*

47 *Contractus ad contrahentis beneplacitum eſt nullus. Vid. ibid.*

48 *Doctrina Bart,* in l. centeſimis, §. fin ff. de verbor. oblig. *in duabus concluſionibus, an ſit reprobata, & num. 49. 50.52.56.57.58.59.60.61.*

51 *Arbitrium eſſe appoſitum inchoationi, vel durationi actus, diſtinctio quando, & vbi locum habet, & num. 55.*

53 *Verba*, donec te reuocauero ab exilio, *in iudicio denotant voluntatem contrariam, non deſinentiam primæ.*

54 *Per mortem non inducitur noua voluntas, ſed ſolum ceſſatio.*

56 *Diſtinctio prius amplexata in hypotheſi deſeritur. Et reſpondet oppoſitis, & numer. 57.58.59.60.61, 62.63. & 67.*

64 *Velle fingit hominem in mortis inſtanti.*

65 *Promittens cum voluerit, præſumitur nunquam velle.*

66 *Nemo fraudatur, ex quo conſenſus eſt voluntarius promiſſoris.*

68 *Dictio*, Si, *appoſita etiam in executione ſolum actus, illum vitiat.*

69 *Per mortem finitur beneplacitum, & num.74.*

70 *Contrahent ſemper cenſetur proſpicere ſibi, & hæredibus; etſi nominatim non ſit facta expreſſio.*

71 *Verbum*, Ipſius, *ſtat aliquando relatiuè, & demonſtratiuè, non vero reſtrictiuè, cum ita dictat ratio recti ſermonis.*

72 *Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nil operatur.*

73 *Exceptio debet eſſe de regula.*

75 *Cum attenditur beneplacitum hæredum, intelligitur de primis hæredibus; Vel ſaltem de ijs; vſque ad quartum gradum, & num.76.*

77 *Mentio hæredum comprehendit omnes in infinitum.*

78 *In diſpoſitione faciente mentionem de hæredibus non habet locum regula*, l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific. *& de alijs ſolemnitatibus*, dict. leg. *remiſſiue, & num.79.*

80 *Ex diuerſis non fit illatio.*

CONTROVERSIA DCCXI.

SAtis in prioribus ſcriptis, tam per alios Dominos Cõſulentes, quam per me fuit firmatum, contractum aliàs celebratum de anno 1448. inter nobiles viros D. Iacobũ de Valentis, & D. Gratiadeum de Galuagnis non ualuiſſe in vim venditionis, & ex eo nullum translatum fuiſſe dominium, Ita vt nunc ſuppoſitis his, quæ tunc deducta fuere, ſuperſit tantum deuenire ad reſolutionem motiuorum, quæ data fuerunt contra ſucceſſores ipſius de Valentis, quæ tamen luculenter reſoluta quoque fuere per Excellentiſſimum D. Io: Baptiſtam Buſarium celeberrimum I.C. Regienſem.

In quibus motiuis multa conſiderantur argumenta, per quæ dicitur conſtare, contractum prædictum fuiſſe perfectæ, & validæ venditionis, reſpondendo deinde in calce ijs, quę per nos in contrarium adducebantur.

Ad Primum igitur, quod ſæpe à partibus contractus
iſte appellatur venditio, & ipſe Iacobus præfatus ſe ti-
1 tulo venditionis tradere, quarum † partium aſſertioni
ſtandum videtur, ex traditis à Caſtr. *in l. Ariſto, in princip. num. 4. ff. de donatio.* Olaſc. *deciſ. 139. num. 23. in fine*,
& clare Neuizan. *conſil. 92. num. 1.* Burlatt. *conſil. 100. numer. 5.*

2 Reſpondetur, contractum iudicari ex nomine alio †
non apparente, Riminald. Iun. *conſil. 218. num. 95.* ſe-
3 cus ſi ex adiunctis appareat eſſe alium † contractum,
Alex. *in l. 2. in princip. ſub num. 7.* & ibi Purpurat. *ſub numer. 55. circa finem, verſic. limitas generaliter, & c. ff. ſi cert. petat.* Neuizan. *dict. conſil. 92. ſub numer.* 41. optima eſt
4 † enim illa declaratio, quæ venit ex alia parte contra-
ctus, *l. qui filiab. ff. de legat. 1.* Alba, *conſil. 747. num 3.* vbi
addent quod præſertim verum eſt, quando talis con-
tractus non poteſt ſuſtineri eo titulo, quo nominatur,
puta, quia ſubſtantialia repugnent, vt hic, Roſental. *cap. 12. concluſ. 14. num. 63.* nam tunc non attenditur nomen,
5 ſed qualitas, pacta, † & effectus, *l. inſulã, ff. de præſcript. verb.* Bal. *in rubric. C. de iur emphyt. ſub nu.* 12. cum alijs
infinitis à me allegatis in alijs ſcriptis, circa principium,
verſic. In iudicandis enim, & c. hinc fit, vt aliàs etiam dice-
bam, vt ſæpe nominetur vnus contractus, & nihilomi-
6 nus † alius longe diuerſus reſultet, *l. cum manſata, §. final. ff. de contrahend. emption. d. l. inſulã, de præſcript. verb. l. vbi ita donatur, ff. de donationib. cauſ. mortis, l. ſi vno, in princip. verſic, ſed etſi verbo donationis, ff. locat. l. ſi olei, cum gloſſ. 1. C. eod. tit. locat.* quia, vt in propoſito inquit Oldrad. *conſ. 139. num. 4. in fine*, nuncupatio contrahentium veri-
tatem rei natura inſitam non immutat.

7 Et licet † non ſit recedendum à verbis contractus,
tamen hoc intelligitur, niſi ius ea aliter interpretatur, Al-
ba *conſil. 124. num. 1. 4. & ſub num. 12.* cum igitur con-
tractus iſte non poſſit ſubſiſtere in vim venditionis, &
ex adiunctis lex interpretetur alium contractum, vt a-
lias demonſtratum fuit, ſequitur, quod ipſa denomina-
tio attendenda non veniat.

Secundum adducitur argumentum contractæ vendi-
tionis, quia interuenit res, ſcilicet bubulc. 150. terræ
pretium ducatorum 125. partium conſenſus, ſæpius per
8 iterata verba expreſſus, ex quibus tribus † ſubſtantiali-
bus requiſitis reſultat emptio, & venditio *Inſtit. de empt. & vendition. in princip.* gloſſ. *in l. pacta conuenta, in princ. in verb. ex pretio, ff. de contrahend. emption.* Ba. *in l. in vendentis, num. 4. &* 6. & ibi Caſtrenſ. *ſub num. 3. C. de contrahend. emption.* Bertaz. *de clauſ. inſtrum. in procemio, numer.* 18.

Cui motiuo reſpondetur, quod imo in propoſito ca-
ſu deficiunt omnia illa tria ſubſtantialia, deficit enim
pretium, quia emptor conuenit, ne ipſe, nec eius hære-
des cogi poſſent ad illud ſoluendum, niſi vellent, pretiũ
9 autem dicitur deficere, vbi † eſt collatum in arbitrium[a]
conſentientis, vt probant text. *in l. in vendentis*, cum ib
notatis, *Cod. de contrahend. emption. & in l. quod. ſæpe, 35. §. 1. ff. eod. tit.* quia cum deficit uis coactiua faciendi ſibi
10 implere † contractum, dicitur deficere eius ſubſtantia
circa id, ad quod non datur coactio, *l. obligationum ſubſtantia, in principio, ff. de actionib. & obligation.* cum alijs
multis iuribus adductis in primo argumento priorum
ſcriptorum, id, quod verum eſt, quamuis pretium con-
ſtitutum fuiſset, ſed deinde in continenti re integra
prout in caſu iſto, per pactum tolleretur, nam tunc quo-
11 que deſinit eſse venditio, tamquam carens † vno ſub-
ſtantiali, videlicet pretio, *l. pacta conuenta, 72 verſic. an idem, ff. de contrahend. emption.* vbi gloſs. ſine pretio, au-
12 tem nullam † eſse venditionem probant text. *in l. 2. §. 1. ff. de contrahend. emption. l. empti. C. eod. tit. §. pretium autem, Inſtit. de emption. & vendition.* Bertazol. *de clauſul. inſtrum. in proem. num. 18. verſic. Secundo pretium, & c.*

Hic

[a] Vid. Mantic. *lib. 1. de tacit. conuent. tit. 12. num. 17.*

Hic eſsent refellenda, quæ huic reſponſioni replicantur in calce motiuorum, ſed vt eorum ordinem ſequar in eis reſoluendis hoc reſeruabo inferius.

Deficit, quoque res, quia eius noluit venditor transferre dominium donec pretium non conſequeretur, vt probaui in tertio, & quarto fundamento, quo caſu non
13 dicitur venditio, ſed potius † locatio, aut aliud genus contractus, *l. cum manuſata, §. final. ff. de contrahend. em-*
14 *ption.* cum venditio, nec emptio intelligatur ſine † re, quæ veneat, *l. nec emptio in princip. ff. eod. tit.*

Conſequenter deficit hinc inde conſenſus venditoris, circa tranſlationem dominij emptoris circa ſolutionem pretij.

Tertium motiuum conſiſtit in promiſſione euictionis, quæ non datur pro promiſſione de vendendo, quia ſi
15 non datur euictio, † vbi res vere eſt vendita, ſed non tradita, *l. euicta, §. ſi ſeruus, ff. de euiction. l. 3. ff. de dol. mal. except.* Caballin. *de euict. §. 5 num. 77.* multo minus competit pro promiſſione de vendendo, igitur cum promiſſa fuerit euictio neceſse videtur concludendum fuiſse contractum venditionis perfectum.

Omiſso, quod promiſſio euictionis non infert magis
16 ad contractum venditionis, quam locationis, † cum etiam in locationem poſsit contingere euictio, *l. ſi quis domum, in princip. ff. locat.*

Reſpondeo, quod promiſsio euictionis poteſt quidem
17 eſse argumentum partes voluiſse † facere contractum venditionis, non tamen neceſsario infert talem contractum factum fuiſse, cum vt ſuperius in reſolutione primi motiui deduxi ſæpe euenit, vt partes intelligant facere vnum contractum, & nihilominus alias longe diuerſus reſultet, poteſt etiam d. promiſsio arguere factam eſse venditionem, ſed non infert eam validam fuiſse, quia multoties fiunt contractus nulli, *l. non dubium, C. de*
18 *legib.* † cum in vnoquoque actu celebrando non ſufficiat ſolum voluntas, ſed etiam copulatiuè requiratur
19 poteſtas, ac debitus † modus diſponendi, Bal. *conſil. 3:6 num. 2. volum. 1.* Socin. Iun. *conſ. 72. num. 12. & 13. volum. 1.* data autem nullitate principalis diſpoſitionis cor-
20 ruunt † quoque omnes eius clauſulæ acceſsoriæ Dom.
21 Surd. *deciſ. 7. num. 29.* quæ ſi ſunt nullæ † nullum quoque poſsunt parere iuris effectum, *leg. non dubium. C. de legib.* Roland. *conſ. 49 num. 29. volum. 4.* D. Surd. *conſil. 3. num. 11. & conſil. 136 num. 16.* cum non præſtet impedi-
22 mentum, † quod de iure non ſortitur effectum, *regul. non præſtat de regul. iur. in 6.*

Hinc eſt vt non obſtante promiſsione euictionis, ſiē-
23 ptio eſt inutilis † non datur euictio, *l. 2. §. ſi a furioſo, ff. pro emptor. l. quemadmodum*, vbi gloſs. *C. de agricol. & cenſit. lib. 11.*

Quartum eſt motiuum, quod cum venditor promi-
24 ſerit cum iuramento † prædictam venditionem, & omnia, & ſingula obſeruare cenſetur promiſiſse obſeruare contractum, & omnes eius qualitates, & ob id videtur reiecta omnis exceptio tam iuris, quam facti Borgn. *deciſ. 28. n. 14 part. 2.*

Reſpondetur, quod motiuum affert ſecum ſolutionē, nam ſi promiſit obſeruare omnes eius qualitates conſequenter iurauit ſuper contractu, qui reſultabat, ſecundum pacta conuenta, qui vtique non poterat eſse venditionis, non autem iurauit ſuper alio diuerſo, & non conuento, cum igitur partes non conſenſirent, nec ſentirent de alio contractu, quam ſecundum conditiones ab eis conuentas iuramentum non potuit illum validare in tum uenditionis, quia iuramentum intelligitur, & re-
25 gulatur ſecundum naturam actus † ſuper quo interponitur, & recipit omnes illius qualitates, & conditiones, ut latè per Mancin. *de iurament. part. 4. effect. 8. fol. 120* &
26 ubi deficit conſenſus † iuramentum non ualidat contractum nullum, Seraphin. *de iurament priuileg. 61. num. 10.* & Mancin. *d. effectu, 8. num. 20. & 23.*

Quintum ſubijcitur argumentum perfectę uenditionis
27 ex clauſula conſtituti, quæ eſt propria † contractus in quo rei dominium transfertur, Tiraquell. *de conſtit. poſſeſſ. part. 3. limitat. 1. num. 25.*

Reſpondetur obiectum procedere in contractu ualido ſimplici, & puro, ſecus in inualido, & conditionali, nam ubi contractus principalis eſt nullus, tunc conſti-
28 tutum nihil operatur Tiraquell. *in d. tract. de conſtit. poſſeſſ. part. 3. limitat. 7.* Menoch. *conſ. 413. nu. 16.* Alex. *conſ. 81. num. 14. & 15. vol. 3.* Natt. *conſ. 373. num. 42.* Roſental. *de feud. ca. 9. concluſ. 4. num. 4.* & ubi contractus eſt con-
29 ditionalis † qualis eſt iſte ut arguunt illa uerba, *titul. venditionis cum infraſcripta conditione, &c.* tunc pariter conſtitutum eſt conditionale, Gozadin. *conſ. 28. numer. 37.* Seraphin. *de iurament. priuileg. 64. num. 9.* Surd. *deciſ.*
30 *157. num. 5.* quamuis quo ad uerba † eſset purum, & ſimplex, Tiraquell. *de conſtit. poſſeſſ. p. 2. ampliat. 15. nu 4.* Surd. *conſ. 369. num. 34.* ideo nullum parit effectum, niſi
31 exiſtente, & purificata † conditione, Tiraquell. *dict. ampliat. 15. num. 3.* Natt. *conſil. 372. num. 6.* Honded. *conſ. 18. num. 53. volum. 2.* & tunc ſi ſequitur traditio intelligitur ex cauſa locationis, in qua reſoluitur contractus,
32 non autem venditionis, quæ † ſubſiſtere non poteſt, Surd. *d. deciſ. 157. ſub num. 5.*

33 Denique in re emphyteotica conſtitutum † non ſufficit ad transferendum dominium Guid. Pap. *quæſt. 46. column. final.* Riminald. Iun. *conſil. 285. num. 142. & 143.*

Sexto huc trahitur clauſula, *ad habendum, & quidquid perpetuo placuerit faciendum, &c.* ex qua videtur trans-
34 latum omne † ius venditoris argumento eorum, quæ tradit Menoch *lib. 3. præſumpt. 115. num. 46. & conſil. 87. num. 15.* dum vult per d. clauſulam appoſitā in inſtrumēto diuiſionis cenſeri renunciatum fideicommiſſo, quia per eam datur facultas alienandi, & transferendi dominium.

Reſponderi poteſt eam clauſulam appoſitam fuiſſe à partibus credentibus celebrare contractum venditionis validum verum cum careret ſuis ſubſtantialibus, nec iure poſſet ſubſiſtere, clauſulam prædictam remanſiſſe ſine effectu, tanquam acceſſoriam contractus eo titulo, quo gerebatur ſunditus nulli iuxta ſuperius tradita in reſponſione ad tertium motiuum.

Præterea reſpondeo, quod cum dicta clauſula ſupponat tranſlationem dominij, reſeruatio vero fructuum illius retentione, ex quo emptor nolebat poſſe cogi ad ſolutionem pretij, vt deduxi in alijs ſcriptis, ad hoc, vt concordentur hæ diſpoſitiones, quæ videntur contrariæ dicendum eſt conditionaliter datam fuiſſe illam facultatem liberè diſponendi, vbi perfectus fuiſſet contractus per ſolutionem pretij, ſicuti, & conditionalis fuit totus
35 contractus, quæ conditio † nihil ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.* Surd. *deciſ. 209. num. 1.* cum vulgaribus, nec poteſt parere aliquem effe-
36 ctum cum nunquam fuerit purificata, † vt dictum eſt in reſponſione ad quintum motiuum, & in hac clauſula tradit Menoch. *d. præſumpt. 115. num. 47. lib. 3.*

Eadem reſponſio ſatisfacit ſeptimo motiuo, quod deducitur ex clauſula, quo pretio ſoluto Gratiadeus ipſo facto abſolutus ſit, ex quo infertur vtique contractum perfectum fuiſſe, quia alias ſoluto pretio, aliud debuiſſet fieri inſtrumentum; namque reſponſio eſt, quod ver-
37 ba illa per Ablatiuum † abſolutum prolata faciunt actum conditionalem, *l. à teſtatore, ff. de conditionib. & demonſtration.* cum alijs latè cumulatis per Surd *deciſ. 268. num. 11.* qui pendente conditione, imo ea nunquam
38 purificata imperfectus, † & inutilis remanſit, *l. pecuniam, quam, ff. ſi cert. petat.* impleri autem non poteſt nūc conditio, quia fuit appoſita contractui nullo, vti carē-
39 te † ſuis ſubſtantialibus, quem ob id nemo ex contrahentibus obſeruare tenebatur, *l. non dubium, C. de legib. c. non præſtat. de regul. iur. in 6.* & faciunt Gratian. *dec. 93. num. 8.* Pariſ. *conſil. 33. num. 96. volum. 3.* Socin. *conſil. 79. num. 47. volum. 4.* Gabr. *de regul. iur. concluſ. 1. numer. 31.* & bene Ioſeph Ludou. *concluſ. 16. ſub titul. de hæredib. illat. 30. & illation. 82 limitat. 5. verſic. Hæc re vera eſt realis.*

40 Octauum, & vltimum † motiuum eſt, quod cum Reuerendiſſimus Epiſcopus Dominus directi fuerit præſens huic contractui, & inueſtitura ſtatim ſecuta fuerit

ut cur-

in emptorem videatur ceſſare omnis ſcrupulus, quia talis præſentia, nec licentia fuiſſet neceſſaria, ſi intentio fuiſſet tantum ſubinfeudandi. Roſental. *de feud. ca. 43. n. 1. & 2.* nec erat opus inueſtire emptorem, ſi in eum non fuiſſet translatum ius, quod habebat Iacobus.

Facilè diluitur iſtud motiuum, quia reſpectu ſubinfeudationis, imo & locationis vltra quinquennium, ex patriæ Statuto, *ſub rubr. qualiter inueſtitus ad affictum, &c.* requiritur licentia Domini directi.

Præterea potuit adhiberi, quia partes credebant facere contractum venditionis validum, qui tamen, cum
41 fuerit nullus, ex eo nullum † potuit tranſire dominiũ *d. l. non dubium, C. de legibus.*

Ad obiectum autẽ de inueſtitura facta emptori, alias reſpondi in primis ſcriptis, *in verſic. Nec refert, quod imo in eodem inſtrumento, &c.*

Nunc rurſus addo, quod vbi etiam Iacobus fuiſſet præſens d. inueſtituræ, hoc neque illi, neque eius ſucceſſoribus obeſſet, quia fuiſſet nulla tanquam procedens, vigore contractus nulli, ex quo Gratiadeus inueſtitus præſupponebatur, tamquam emptor ius habere, qui tamen nullum habebat, cum contractus eſſet ipſo iure nullus, & ſic inueſtitura fuit nulla, tum ratione falſæ cauſæ, cum
42 falſa † cauſa vitiet omnem diſpoſitionem, *l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. iudic.* Riminald. Iun. *conſil. 755. numer. 48* Alexand. *conſil. 89. num. 12. & 14. volum. 2.* Ruin. *conſil. 137 num. 11. volum. 3.* Decian. *conſil. 21. num. 37. volum. 2.* Tiraquell. *in tract. ceſſant. cauſ. par. 1. num. 16.* tum etiam fuit nulla, quia aſſerta venditio, & inueſtitura fuerunt factæ eodem tempore, in eodem inſtrumento, ſeu in eadem carta, & coram eiſdem teſtibus, ideo cenſentur
43 † inuicem correſpectiuæ, Menoch. *lib. 6. præſumpt. 12.*
44 correſpectiuorum autem vno † non ſubſiſtente, corruit & alterum, *l. alumnæ, & l. filiæ, §. matri, ff. de admend. legat.* Menoch. *d. præſumpt. 12. num. 2.* Rota, *deiſ. 677. num. 2. par. 1. nouiſſim.* Honded. *conſil. 81. num. 61. volum. 1.* Pedroc. *conſil. 39. num* 82. proinde, cum in inueſtitura fuerit reſeruatum ius alterius, quod etiam ſubintelligeretur,
45 quando † non fuiſſet expreſſum, Schrader. *de feud. p. 5. c. 2. n. 4.* nõ poteſt dici per eam præiudicatũ iurib. Iacobi, & eius ſucceſſorum, præſertim cum ſemper etiam poſtea fuerint inueſtiti, non obſtante dicto contractu, de ipſa petia terræ, itaut ipſis præiudicatum dici nequeat aliqua temporis diuturnitate, cum ſemper ob inueſtituram ciuiliter poſſederint.
46 Tranſit deinde † Illuſtriſſimus D. motiuans ad reſponſionem eorum, non obſtare doctrinam Bartoli, *in l. centeſimus, §. finali, num. 6. ff. de verbor. obligation.* dum vult, dictionem, *ad*, facere conditionem, ex qua inferrebatur, ſolutionem fuiſſe poſitam in libera facultate Gratia-
47 dei, cum fuerit dictum, † quod ſoluerat pretium ad ſui beneplacitum, & ſic conditionaliter, ſi ei placuiſſet, & ipſe voluiſſet, & per conſequens contractum nullum fuiſſe, *l. ſub hac conditione, 8 ff. de actionib. & obligat. & d. l. centeſimus, 46. §. final. ff. de verbor. obligation.*
48 Namque reſpondetur in motiuis dupliciter, † primo, quod doctrina Bartoli reprobatur à Cuman. & Alexand. *ſub num. 10. in fine*, & per Imol. Alexand. & alios *in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim.* Felin. *in capit. ex litteris, ſub num. 10. de conſtitut.* Socin. *conſ. 77. vol. 3.* Deci. *conſil. 108. colum. final.*
49 Verum † replicatur, Bartolum non reprobari in eo, quod dictio, *ad*, faciat conditionem, cum imo omnes illum ibi, & vbique ſequantur, prout multos allegaui in aliis ſcriptis, verſic. Et in fortioribus terminis, quibus addo Imol. *in d. l. poſt dotem, colum. 2. verſic. & nota bene, ex gloſſ. quod iſta verba, ff. ſolut. matrim.* Felin. *in d. cap. ex litteris, ſub num. 10. de conſtitut.* Bero. *conſil. 204. ſub num. 8. volum.* & non eſt, qui contradicat, Corn. *conſil. 92. num. 1. volum. 2.*

Solum deducuntur in controuerſia per Doctores duæ concluſiones Bartoli, *in d. l. centeſimus. §. final. ſub num. 9.* quas inferebat, ex ſua præcedenti doctrina, prima eſt, quod ſi Iudex dicat pono te ad confinia ad meam voluntatem, vel ad meum beneplacitum iſte, non erit confinatus, niſi Iudex declarauerit, ſe uelle ponere, & quod ſit confinatus, & in hoc licet nonnulli reprobent Bartolum, tamen plerique eum ſequuntur, quia communiter tantum reprobatur in ſequenti concluſione, de qua mox dicam.
50 Sed admiſſo, quod Bartoli doctrina † communiter reprobaretur etiam in hac prima concluſione, id non officeret caſui noſtro; nam cum Barolus ſupponat, Iudicem loqui de tempore præſenti, pono te ad confinia ad voluntatem meam, ex quo de præſenti exequitur, uerba illa, ad uoluntatem, non poſſunt intelligi appoſita inchoationi, ſed durationi, & ideo ſtatim cenſetur confinatus, & arbitrium cenſetur appoſitum durationi, donec uoluerit, & tunc dictio, *ad*, importat, & ſignificat continuationem temporis, propter ſubiectam materiam, quo in caſu nos non uerſamur, ubi uero diſpoſitio confertur in futurum, prout in caſu iſto, & in quæſtione Bartoli, ſi Iudex diceret, condemno te, ut uadas ad confinia ad meam uoluntatem, tunc importaret cõ-
51 ditionem, & † arbitrium diceretur appoſitum inchoationi, nec cenſeretur confinatus, priuſquam Iudex declararet ſuam uoluntatem, & hoc termino de arbitrio appoſito inchoationi, uel durationi actus utitur, *num. 7.* Baldus, Benedict de Plumbin. *ſub num. 3.* Imol. *colum. 2. circa medium*, & alij *in d. l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim.* Benedict de Plumbin. *in l. final. ff. qui ſine manumiſſ.*
52 Altera † concluſio Bartoli, in qua ſine controuerſia communiter reprobatur, eſt, quod ſi Iudex dicat pono te ad confinia, quoad te reuocauero, Iudice mortuo, Bartolus ſecutus benigniorem interpretationem determinat, eum cenſeri reuocatum, ſed uere male loquitur, ſit dictum cum reuerentia, & contra text. *in cap. ſi delegatus, §. 1. de offic. delegat. in 6.* quia uerba illa, *donec te reuocauero*, denotat uoluntatem contrariam, & ſic indu-
53 ctionem nouæ uoluntatis, † non autem deſiſtentiam, ut declarat Angel. *in d. l. centeſimus, §. final ſub num. 9.* & cæteri reprobantes Bartolum, *ff. de verbor. obligat.* per mortem autem numquam inducitur noua uoluntas,
54 ſed tantum ceſſatio † uoluntatis, *l. 4. ff. locat. cap. ſi gratioſa, de reſcript. in 6.* & quod non inducatur uoluntas per mortem, tradit Angel. *in d. §. final.* & ibi Bart. *numer. 3* Zazi. *ſub num. 4.* & cæteri, & ratio eſt manifeſta, quia ſi per mortem ceſſat uoluntas, ut proxime dicebam, nõ poteſt eius contrarium induci, & ob id Bartol. communiter reprobatur, ut per Menoch. *lib. 1. de arbitr. quæ. 69. num. 12. &*

Sed hæc concluſio, in qua Bart. reprobatur, non facit ad propoſitum, ut patet, noſtræ propoſitionis, quod dictio, *ad*, denotet conditionem, ſed potius facit pro nobis, quia cum beneplacitum Gratiadei eſſet appoſitum inchoationi, & ſic deberet induci noua uoluntas, per quam deliberaret uelle ſoluere, non poteſt aliquo pacto dici, quod per mortem inducta fuerit hæc uoluntas, & ſic non obſtat, quod ſolet dici, beneplacitum finiri per mortem, quia illud eſt uerum, quando eſt appoſitum
55 † durationi, puta ſi loco alicui ad beneplacitum, ſi Papa ſuſpendat interdictum ad ſui beneplacitum, uel ſi cõcedat alicui, ut poſſit retinere beneficium ad ipſius Papæ beneplacitum, non autem quando eſt appoſitum inchoationi, ut probant, *d. l. 4. ff. locat. cap. ſi gratioſa, de reſcrpt. in 6.* & hæc eſt ueriſſima diſtinctio.
56 Secundo, † in motiuis reſpondetur ad doctrinam Bartoli, & alia, quæ pro nullitate contractus allegabatur, diſtinguendo, quod aut uerba ad ſui voluntatem, & beneplacitum reſpiciunt ſubſtantiam obligationis, & tunc procedunt deducta pro Dominis Valentis, ſed hũc non eſſe caſum noſtrum, aut dicta verba beneplaciti reſpiciunt executionem promiſſionis, ſeu obligationis iã contractæ, puta, vt in caſu iſto, promitto centum, quæ dabo ad mei uoluntatem, uel beneplacitum, & tunc mortuo promiſſore, ſtatim tenetur hæres, & ualet promiſſio, & contractus, quam diſtinctionem ſequuntur communiter ſcribentes, quos allegaui in aliis ſcriptis, *& hoc in caſu, vbi ceſſat, &c.* quibus addo Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus, 115 numer. 11. ff. de verbor. obligat.* Bal. *in l. poſt dotem,*

Digitized by Google

dotem, num.7. & ibi Alex. *ſub num.9.* Iaſ. *num.43. ff. ſolut. matrim.* Alex. latè *conſil.117. num.4. cum ſeqq. volum.3.* & in terminis ferè noſtris, Oſaſc. *deciſ.111, per tot. maximè, num.6.*

57 Ego, † & ſi alias valde dubitarem de hac diſtinctione in terminis noſtris, nihilominus eam admiſi, vt gratificaretur parti aduerſæ contentus alijs reſolutionibus. nuuc denuo prouocatus, vti ille, qui non iurauit in verba alicuius Doctoris, quando ratio, & leges repugnant, dico audacter, quod non eſt vera d. diſtinctio in terminis iſtis, provt eam reprobat Benedict. de Plumbin. *in d.l. poſt dotem, ſub num.3.* quem ibidem ſequitur Imol *ff. ſolut. matrim.* vbi etiam Bolognet. *ſub num.183. fol.128. colum.4.* dicit, quod ſi eſſet vera, eſſet magna reſtrictio *ad d. §. final. l. centeſimos.*

58 Ratio autē, † quare vera eſſe non poſſit d. diſtinctio, eſt, quam adduxi paulo ſupra, *in verſ. Sed hæc concluſio, &c.* videlicet quia ſecundum eam neceſſe eſſet, quod per mortem induceretur noua voluntas promittentis, & ſic quod inciperet, tunc velle, quod tamen falſum eſt, cum per mortem ceſſet voluntas, non autem inducatur, vt ibidem deduxi, & ob id ſemper beneplacitus vitiatur, quando adijcitur inchoationi, niſi declaretur in uita, quia in morte non poteſt induci, *d.l. centeſimis, §. final. ff. de verb. obligat l. fin. C. de contrahend. emption.* & tradit Benedict. de Plumbin. *in l. final. ff. qui ſine manumiſſ. ad libertat. peruen.* ſecus vero, quando apponitur durationi, *d.l.4. ff. locati. & d. cap. ſi gratioſe, de reſcript. in 6.*

59 Nec iura, quæ pro d. diſtinctione allegantur faceſſunt negotium, nam *ad l. ex his verbis, C. quando dies legat. ced.* vbi ſi teſtator legat decem Æliæ Seuerinæ, quæ habeat accipere cum ad legitimum ſtatum peruenerit non dicitur conditionalis diſpoſitio, ſed tantum in tempus dilata petitio, & ſolutio, & propterea legataria decedēte ante tempus, nihilominus tranſmittitur legatum ad hęredes, reſpondeo, quod ibi ſolutio erat præciſa, & neceſſaria, dilata tantum incertum tempus, non autem erat poſita in voluntate debitoris inchoanda ad eius beneplacitum, quæ non poteſt incipere poſt mortem, vt in caſu noſtro.

60 Ad textum, † *in l. vtrum, 7. § cum quidam, ff. de reb. dubijs,* allegatum à Bart. *in d.l. centeſimis, §. final. ſub num.2.* patet ex ipſo textu reſponſio, quia non erat collatum in voluntate debitoris ipſum dare, ſed cui vellet dare, & inter vtrumque, inquit textus, magnam eſſe differentiam.

Ad text. *in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim.* ſecundum quintum intellectum gloſſæ, Doctores ibidem videntur magis communiter reſpondere, illud eſſe fauore dotis, vt ibi per Bart. *num.9.* Bal. *ſub num. 7.* Angel. *ſub numer.3.* Benedict. de Plumbin. *num.4.* ſed & poteſt aliter reſponderi cum gloſſ. ibi, quod pater poterat agere, non obſtante, quod ſtipulatus eſſet, ſibi reddi ad voluntatem filiæ, quia illa mortua erat ſine liberis, nec erat, cuius requireretur amplius voluntas.

61 Ad text. † quod magis videntur vrgere, *in leg. fideicommiſſa, 11. § hoc autem legatum, & in l. vxorem, 41. §. penultim. ff. de legat.3.* vbi legatum dandum, ſeu fidecommiſſum reſtituendum, cum hæres volet, debet ſtatim eo mortuo præſtari per hæredem, ſi grauatus prius non adimpleuerit.

62 Et ad text. † *in l. final. ff. qui ſine manumiſſ. ad libertat. perueniant,* vbi vendita ancilla, ita vt manumitteretur, quando emptor vellet, ſi emptor prius non manumittit, eo mortuo ſtatim competit libertas.

Reſponderi poſſet, ſecundum Doctores *in d. leg. poſt dotem, & in d.l. centeſimis, § final. & in d.l. fin.* quod priores textus procedunt fauore vltimæ voluntatis, poſterior vero fauore libertatis.

63 Sed † ego tutius reſpondeo, diſtinguendo, quod aut quis imponit onus alteri faciendi, cum voluerit, & quia imponens præſumitur velle, quod iuſſus, quandoque faciat, & debeat velle facere, ideo cum poſt mortem non poſſit amplius velle, lex ipſa exequitur ſtatim
64 eo mortuo, imo fugit eum velle in † mortis inſtanti, *d. l. final. qui nunc manumiſſ.* & ita declarat Sarmient *lib.2. ſelectar. cap.6. ſub num.23. & 25.* ne alter, qui onus impoſuit fraudulenter, & hoc caſu procedunt text. *in d.l. ſi deicommiſſa, §. hoc autem, & in d.l. vxorem, §. penult. ff. de legat.3. & in d.l. final ff. qui ſine manumiſſ. ad libertat. peruen.*

Aut vero quis promittit, cum voluerit, referendo ver-
65 ba ad ſuam perſonam, & tunc, † quia iſte non præſumitur vnquam uelle, *l. quod ſæpè in princip. ff. de contrahend emption.* & tradit Bart. *in d.l. centeſimis, §. final. ſub num.1. & num.7.* & poſt eum cęteri ibidem, maximè Iaſ. *ſub num.11. ff. de verbor. obligat.* Oſaſc. *deciſ.111. numer 5.* Angel. *in l. cum qui ita, 56. § qui ita, ſub num.2. ff. de verb. obligat.* niſi declaret, ſe uelle in uita, non tenetur poſt mortem, quia per mortem non inducitur uoluntas, nec lex ipſa hoc caſu præbet ſuum auxilium, quia nemo frau-
66 datur, ex quo is, cui facta † eſt promiſſio contentus extitit de uoluntate promiſſuris, & hoc caſu procedit *l. centeſimis, § final. ff. de verbor. obligat.* & hic, concordantur omnia iura, & neceſſaria eſt hæc emendatio, aliàs opus eſſet dicere, quod per mortem induceretur uoluntas.

67 Sed ubi admitteremus † diſtinctionem communem, quod uerba *ad ſui voluntatem,* uel *ad ſui beneplacitum,* non uitiant, quando appoſita ſunt executioni, ſed tantum ubi adijciuntur ſubſtantiæ diſpoſitionis, ego dico, quod in caſu iſto cenſentur appoſita ſubſtantiæ, quia promiſſor noluit ſe ipſum, nec ſuos hæredes cogi poſſe ad ſolutionem pretij, niſi ſibi uideretur, cum ſubſtantia contractus conſiſtat in ui coactiua, & compulſiua, & ubi promiſſor cogi non poſſit, corruat ipſe contractus, ut luculenter probaui in prioribus allegationibus, *verſ. Namque diſtinctio illa procedit, &c.* ita ut nunc non habeā quid tunc ſcriptis in hoc propoſito addam, Niſi forte dicam, quod dictio, *ad,* denotat conditionem, & importat, *Si,* ubi autem dictio, *Si,* apponitur etiam
68 † executioni tantum uitiet actum, Angel. *in l. centeſimis. § final. nu.5. in fine, ff. de verbor obligat.* Bart. *in l.1. ſub num.9. verſic. Tertia differentia, ff. de condition. & demonſtrat.*

Cui meæ reſponſioni replicatur in motiuis, quod beneplacitum non comprehendit hæredes Gratiadei, niſi eo caſu, quo ipſe declaraſſet in uita uelle, uel nolle ſoluere, nam ubi promittit ſoluere ad ſui beneplacitum, loquitur ſimpliciter, & nullam facit mentionem hæredum & ſic nullum uidetur reſeruatum beneplacitū hæredum, ubi uero ſubdit, quod ad ipſum pretium ſoluendum, nec ipſe Gratiadeus, nec eius hæredes aliter cogi poſſint ad beneplacitum ipſius Gratiadei, ubi declaraſſet hoc in uita, uel eo non declarante ſtatim eo mortuo, quia
69 per mortem † finitur beneplacitum, *l.4. ff. locat. c. ſi gratioſe de reſcript. in 6.* Oſaſc. *deciſ.111. numer.6.* Maſcard. *concluſ.188. num.26.* ſed non aliter.

Et ita dicitur in motiuis, alias reſolutum fuiſſe in cauſa D. Comitis Paulo de Gazoldo cum Dominis Stellinis, quia cum ipſe D. Comes non declaraſſet in uita, eius hæredes fuerunt coacti, ſtatim eo mortuo ad ſolutionem.

Verum ego, replicando dico, quo ad reſolutionem factam in d. cauſa Stellina, eam non obſtare, tum quia poſſum dicere, cum reuerentia, male fuiſse iudicatum, cum beneplacitum adiectum fuiſset inchoationi, nō autem durationi, adeout requireretur noua uoluntas ad inducendum beneplacitum ſoluendi, quæ, ut ſæpe dixi, finitur, non autem oritur per mortem, & ſi ea cauſa defenſa fuiſset pro parte aduerſa, forte non ita iudicatum fuiſset, tum etiam non obſtat d. reſolutio, quia D. Comes promiſerat ſimpliciter ſoluere ad ſui beneplacitum, ſed non aderat pactum negatiuum, quod nec ipſe, nec ſui hæredes cogi poſsent, & ita etiam erat caſus *dec.* Oſaſc. 111. licet ex interuallo poſtea addidiſset, quod hęredes non ſoluerent, niſi fluxis 96. annis, & aderat fauor dotis, quem ſatis in propoſito operari tradunt Doctores, *in d.l. poſt dotem ff. ſolut. matrim.* præterquamquod res non erat integra, nec poterat reduci ad priſtinos ter-

minos

minos in caſu Oſalc. ex quo ſecutum erat matrimonium
quod non poteſt amplius diſsolui, cum cęteri contra-
ctus euaneſcente obligatione poſſint reſolui, & res ad
ſuam priſtinam integritatem reduci, & certa maxima
eſt differentia, an quis promittat ſimpliciter, cum no-
let, vel ad beneplacitum, quia poſſet dici promiſſorem
cenſeri velle, aliquando, & od id legem eo caſu exequi,
ſed, vbi explicitè paſceſcit ſe nolle poſſe cogi, nec ſuos
hæredes, tunc aperit ſe numquam velle, niſi ſibi pla-
cuerit, etiam tollitur omne miniſterium legis cum in
claris non ſit locus interpretationi.

Nec releuat, quod dicebatur promiſſionem ſoluendi
non fuiſſe factam ad beneplacitum etiam hæredum, ſed
tantum Gratiadei, quia prætermiſſo tanquam ſæpius re-
plicato, quod per mortem non fuit inductus iſte bene-
placitus Gratiadei, dico, quod imo neceſſario intelligi
debet facta promiſſio ſoluendi ad beneplacitum Gratia-
dei, & eius hæredum, & quod aliter, nec ipſi, nec eius
hæredes cogi poſſent, & hoc

Primo, quia ſemper cenſetur contractum pro ſe, &
70 hæredibus, † tam actiue, quam paſſiue, etiam ſi non
fuerint nominati, *l. veteres, C. de contrahend. & commit-
tenda ſtipulat. l. ſi pactum, ff. de probation.* Tiraquell. *de re-
tract. conuentional. §. 1. gloſſ. 6. num. 21.* latè Cardin. Man-
tic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 3. tit. 1. num. 33. cum
ſeqq.* vbi *num. 36.* probat hoc procedere, quamuis adie-
cta fuiſſet dictio taxatiua, puta, quod quis promiſiſſet
pro ſe tantum, nam, & hoc caſu intelligitur quoq; pro
hæredibus, quod ſcribit quoque Menoch. *lib. 3. præſum-
ption. 47. num. 9.* quod ſi verum eſt in dictione taxatiua,
multo magis locum habebit, non obſtante dicto verbo
71 *ipſius*, quod & † ſi aliquando ſit perſonaliſſimum, ta-
men hic ſtat relatiue, & demonſtratiue, quia, ex quo
Gratiadeus ſæpe ſupra fuerat nominatus, ita dictabat
ratio recti ſermonis, non autem poteſt dici, quod ſtet
reſtrictiue, vt in ſpecie tradit Roland. *conſil. 55. ſub num.
54. verſic. ſimiliter non obſtat, &c. volum. 3.* quem ſequitur
Cardin. Tuſc. *in littera D. concluſ. 191. ſub. num. 8. tom. 2.
fol. 560.* vbi *num. 9.* ex eodem Roland. ſubdit prænomina
demonſtratiua, & perſonalia, quando non verſamur
in induſtrialibus, ſemper ſtare demonſtratiue, non au-
tem reſtrictiue, ſi igitur hæredes tacite ſubintelliguntur
nihil releuet, quod eorum mentio fuerit omiſſa, quia
etiam ſi fuiſſent expreſſi, nihil plus operaretur, cum ex-
72 preſſio † eius, quod tacite ineſt, nihil operetur, *leg. 3.
ff. de legat. 1.*

Secundo, neceſſe eſt dicere, quod intellexerit etiam
de beneplacito hæredum, quia ſi ſemper per mortem
Gratiadei purificabatur beneplacitus, vt præſupponitur
in motiuis, non opus fuiſſet paciſci, quod hæredes non
poſſent cogi, idque fuiſſet inutiliter, & ſuperfluo factum,
quod tamen non eſt dicendum.

Tertio, idem ſuadet conuentio ſoluendi liuellum, per
ſe, & ſuos hæredes, quia hæc promiſſio pro hæredibus
erat ſuperflua, ſi ſtatim eo mortuo cogi poterant ab ſol-
uendum pretium.

Quarto, cum poſt promiſſionem ſoluendi ad bene-
placitum excipiat. deinde, quod nec ipſe, nec eius hæ-
redes aliter cogi poſſint, dicendum eſt. quod etiam in
promiſsione intellexerit de hæredibus, quia exceptio
73 † debet eſſe de regula, *l. nam quod liquido, ff. de pœn. le-
gat.* late Deci. *in leg. 1. numer. 20. & 21. ff. de regul. iur.*

Nec dicatur, quod illa cautio, nomine hæredum, e-
rat neceſſaria, eo caſu, quo Gratiadeus viuens, decla-
raſset ſolutionem fiendam per ſuos hæredes ad certum
tempus, ſed quod citius cogi non poſſent, quia cum
iam declaratus fuiſſet, & in eſſe deductus beneplacitus
74 in vita, ſtatim eo mortuo † ceſſaret vti appoſitus du-
rationi, *d. l. 4. ff. locat. cap. ſi gratioſa, de reſcript. in 6.* & ſic
ſemper ſuperflua erat cautio hæredum, niſi eo caſu, quo
nunquam inuiti cogi potuiſſent, ſed tutius eſt dicere,
vere cenſeri reſeruatum etiam beneplacitum hære-
dum.

Denique concluditur in motiuis, quod vbi etiam in-
telligeretur de beneplacito hæredum Gratiadei, hæc di-
75 ſpoſitio reſtringenda eſſet ad primos hæredes † tan-
tum, iuxta *l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific.* vel
76 ad plus † vſque ad quartum gradum, iuxta tradita
per D. Peregr. *de fideic. art. 30. num. 12.*

77 Verum, cum mentio hæredum comprehendat † om-
nes in infinitum, *l. hæredis appellatio. l. hæredis appellatione
l. ſciendū, ff. de verb. ſignific. l. qui per ſucceſſionem, ff. de reg.
iur.* Tiraq. *de retract. connent. §. 1. gl. 6. n. 20. & 21.* Menoc.
conſil. 867. num. 3. & 16. in diſpoſitione faciente mentio-
78 ne de hæredibus, † non habet locum regula, *d. l. boues,
§. hoc ſermone*, vt expreſse ita limitat Tiraquell. *in d. l. li-
mitatione, 13.* dum allegat, *l. in annalibus, C. de legat. & l.
qui liberis, §. hæc verba, & l. paterfamilias, in princip. ff. de
vulgar. & pupill.* quæ leges loquuntur in propoſita men-
tione hæredum.

79 Sicuti, † & d. lex limitatur pluribus alijs modis fa-
cientibus ad caſum noſtrum, quos remiſsiue iudicabo,
ne longior euadat ſcriptura, & hi ſunt notati per Tira-
quell. *in d. l. in limit. 6. 7. 10. 12. & 26.*

80 De reſtitutione † vero vſque ad quartum gradum
facienda nulla ratio ad hoc nos vrgetur, nec licet argue-
re a prohibitione alienationis ad caſum noſtrum, tan-
quam in longe diuerſis argumento, *leg. Papinianus exuli,
ff. de minorib.*

ARGVMENTVM.

Inſiſtitur in hypotheſi; & in ſuſpenſione contractus ob promiſſionem ad arbitrium contrahentis. Et de verbis, & particulis exprimentibus tale arbitrium. Refricantur ſubſtantialia venditionis; De conditionali contractu eiuſque modo, & particulis ex quibus inducitur. Magiſtraliter deſtinguantur plures caſus, quo ad plenam cognitionem contractus in alterius arbitrium collati. De dominio in venditione transferendo nec ne. Rei alienæ venditione, & alijſque ad rem.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio dandi ſtat in ſuſpenſo cum ſit ſi promiſſor voluerit.*

2 *Valet talis promiſſio ſi ante mortem ipſe declaret velle, ſecus ſi non declaret.*

3 *Specifica conditione ſeu locatione illata in arbitrium tertij; & in precario, & n. ſeq.*

4 *Per mortem non inducitur voluntas; nec quis moriendo dicitur velle.*

5 *Amplia etiam in ijs quæ reſpiciunt fauorem morientis.*

6 *Per mortem voluntas ceſſat, & finitur.*

7 *Dictio,* cum voluerit, *facit conditionem.*

8 *Poteſtatiua conditio deficit morte dum amplius non poteſt impleri obligato non viuente, & n. 17.*

9 *Præcipue ſi ſit de ijs quæ pendente a mera voluntate.*

10 *Conditionis poteſtatiuæ implementum non tranſit ad hæredem. Et cenſetur defecta ſi de eius adimplemento non conſtiterit in vita, & n. 11. & 12.*

13 *Contractus ad arbitrium promiſſoris cenſetur conditionalis, ſi in vita arbitretur; & eo mortuo ſine declaratione redditur nullus.*

14 *Potius toleratur nullitas contractus, quam à forma data recedatur.*

15 *Verbum,* Ad *importat conditione etiam magis explicitè, quam faciat dictio,* cum.

16 *Idem importat,* Ad beneplacitum, *quod,* ſi voluero, *vel* cum voluero.

18 *Verbum,* aliter, *importat ſpecificam conditionem, & habet naturam præciſam.*

19 *Sine pretio, venditio eſt nulla.*

20 *Beneplacitum finitur morte. Sed vid. ibid.*

21 *Arbitrium ſeu beneplacitum eſſe poſitum inchoationi, vel*

durationi contractus, magni refert. vbi vid.

22 *In contrahentis arbitrium poni non poteſt ſubſtantia contractus; Poteſt tamen poni electio rei, & perſona, & nu. 23. & electio ſeu arbitrium temporis, & n. 24.*

25 *Obligatus ſi non declarat tempus in vita; ſtatim hæres tenetur poſt promiſſoris mortem.*

26 *Dos ſtipulata ad filiæ voluntatem, mortua filia ſtatim peti poſſunt. Idem in contractu emptionis, & n. 27.*

27 *In contractibus vltro citroque obligatorijs nullo modo poteſt obtinere arbitrium, ſiue ſubſtantialia adijciatur ſiue executioni.*

Siue conditio fiat per ſi, ſiue per, cum, *& n. 29 & 30. Et demonſtratur, & n. 31. & 32.*

33 *Inter conditionem,* ſi *voluerit vel,* cum *voluerit nihil intereſt.*

34 *Promiſſio vitiatur ſi deficiat conditio adiecta executioni. vid. ibid.*

35 *Text.* in l. ſi fideicommiſſaria libertas 46. §. quamquam, ff. de fideic. libert. *explicatur.*

36 *Antinomia putatur, text.* l. fideicommiſſa 11. §. hoc autem legatum, & l. vxor 41. §. penult. ff. de legat. 3. & l. poſt decem 4. ff. ſolut. matrim. ac l. final. ff. qui ſine manumiſ. *cum textu,* in l. centeſimis, §. fin. ff. de verbor. ſignif.

37 *Cruciantur DD. in horum vnione conciliantur, pluribus diſtinctis caſibus, & n. ſeq. & 40. 47. & 50.*

38 *Diſpoſitio appetibilis poteſt conferre in arbitrium capere debentis per,* cum, *vel Ad; vt, dabis cum volam, & dicitur pura. Non tamen per dictionem,* ſi, *tunc enim in vita eſſet declaranda eius voluntas, alias non tranſmitteretur ad hæredem, & n. 39.*

40 *In contractibus vltro citroque obligatorijs onus faciendi aliquid cum voluerit, impoſitum a contrahentibus per verbum neceſſitatis præſumitur cum moriatur, illud velle, & nu. 41. Et de hac diſtinctione, ſub n. 46.*

42 *Moriturus ſemper diſponit, vel per ſenſus, vel & ab inteſtato tacitè, ex quo promittit ſuccedere hæredes ſanguinis.*

43 *Ille dum velle, cuius voluntas colligitur ex coniecturis.*

44 *Promiſſor in re non appetibili præſumitur numquam velle.*

45 *Promiſſor talis ſi in vita non conſtituat ſe velle, eius morte vitiat promiſſionem quaſi defecta conditione.*

47 *In dubio an beneplacitum ſit ad differentiam, vel in libera voluntate? Cenſetur eſſe in voluntate, & cur, & nu. 49.*

48 *Verba in dubio interpretanda contra ſtipulatorem.*

50 *Cum onus faciendi aliquid ad beneplacitum, apponitur à tertio in tranſlatione rei ſua titulo lucratiuo, tanquam in re appetibili, præſumitur velle ſaltem cum amplius re gaudere non poteſt ſcilicet tempore mortis.*

Satis abunde eſt ſi aliquis in paucis conſulatur.

51 *Reſoluuntur oppoſita in facti ſpecie, 52. 53. & 54. 56. 57. 58. 62. 65. 66. 67.*

55 *Pretij nomen in locatione exponitur per mercede.*

59 *Incontinenti appoſitum cenſetur rei ineſſe. Et ob id confirmat ipſo iure actionem, & n. 60.*

61 *Prius, & poſterius cum dantur in contentis in eodem inſtrumento ſpecifica in venditione, & n. 62.*

63 *Pronomen,* ſui, *&* eius, *quando habeat vim reſtrictiuam vel relatiuam.*

64 *Appellatione hæredum veniunt omnes in infinitum.*

68 *Subſtantiale contractus poteſt conferri in voluntate emptoris, cum voluntas eſt admixta facto; & conditio velata. Sed vid. n. 69.*

70 *Si conditio talis voluntatis non purificatur corruit contractus, tamquam non declaratum beneplacitum.*

71 *Contrahens poteſt compelli ad implendam conditionem collatam in alterius voluntate ſi conuentio illa non habet perpetuam cauſam nullitatis, vid. ibid.*

72 Conſil. Burſat. 11. init. nu. 3. *declaratur.*

73 Conſil. Neuizan. 91. *intellectus affertur.*

74 *De iure canonico contractus poteſt conferri in voluntate alterius.*

75 *In feudalibus ceſſante conſuetudine feudali, attenditur ius canonicum.*

76 *Diſpoſitio feudalium conſuetudinum non debet attendi, niſi in re & iure feudali non alias.*

77 *Venditio poteſt ſubſiſtere etſi non transferatur dominium. Intellige vt ibi.*

78 *Vendita res non dum tradita, dominium non transfertur.*

79 *Res aliena vendi poteſt. Et ex ea transfertur præſcribendi ius, & n. 80.*

81 *Venditio nulla eſt, ſi principaliter agatur de dominio non transferendo; Non ſi tacite, & n. 82.*

83 *Venditio eſt nulla cum dominium reſeruatur ſimpliciter, non ſi ad tempus, ſcilicet vſque ad pretium ſolutum. Intellige vt n. 84. & 86.*

85 *Venditio in qua reſeruata fuit pretij ſolutio ad tempus ſi numquam ſolueretur irritaretur.*

87 *Reſeruatio fructuum non repugnat venditioni. Intellige vt ibid. & n. ſeq.*

88 *In feudalibus talis reſeruatio reſiſtit venditione, & cur ibid.*

89 *Locatio an poſſit ſtare cum venditione.*

90 *Contractus claudicat, cum emptor obligatur non autem venditor.*

91 *Dominio nondum translato, periculum eſt emptoris. Intellige vt n. 92.*

93 *Qui ſibi reſeruat fructus cenſetur eos vendere ſingulis annis, non autem locare.*

CONTROVERSIA DCCXII.

VEnditionem ſalinæ de anno 1448. factam à Iacobo Valento, Gratiadeo Galuagno nullam fuiſſe, ſatis in alijs ſcriptis demonſtratum fuit, ita vt nunc reliquum tantum foret deuenire ad reſolutionem eorum, quæ ſcripta ſunt pro ſuſtinenda eius validitate; Nihilominus libet nunc quoque aliqua addere pro maiori comprobatione dictæ nullitatis, quæ manifeſte colligitur ex diſpoſitione, *l. centeſimis 46. §. final. ff. de verb. obligat.* vbi pro-
1 miſſio dandi cum promiſſor † voluerit ſtat in ſuſpenſo, & ſi ipſe promiſſor ante mortem conſtituat ſe velle dare tenet diſpoſitio, ſi vero moriatur nulla facta declaratione
2 ſuæ voluntatis redditur † nulla, concordant in ſimili text. *in l. ſi ita legatum 65. §. illa ſi volet, ff. de legat. 1. leg. ſi quis arbitratu 43. cum lege ſequenti, & l. qui Romæ 122. §. Augerius, ff. de verb. obligat.* & in venditione ſeu locatio-
3 ne † collata in arbitrium tertij, *in l. final. Cod. de contrahend. emption.* cum qua concordat, *§. pretium Inſtitut. de empt.* manifeſta facit, *l. ſi coita 75. ff. pro ſocio l. in compromiſſis 45. ff. de recept. arbitr. l. mulcta 61. in princ. & l. in teſtamento 31. ff. de condit. & demonſtr.*

Cuius quidem diſpoſitionis afferri poteſt ratio quia per mortem non inducitur voluntas, nec quis moriendo
4 † dicitur velle, vt probant text. *in cap. ſi delegatus, §. 2. de offic. delegat. in 6. l. 1. C. ſi mancipium ita fuerit vendit. l. 1. mecta, l. qua ſitum, §. quod a Titio, & l. cum precario la prima, §. 1. ff. de precar.* vbi precarium durat niſi reuocetur, & tamen morte non dicitur reuocatum, quod procedit
5 etiam in his † quæ reſpiciunt fauorem morientis, *d. l. ſi ita legatum, 65. §. illi ſi volet, ff. de legat. 1.* & conſiderat Socin. *in leg. virum, §. cum quidam, ſub num. 3. ff. de reb. dub.*

6 Quinimo per mortem voluntas ipſa ceſſat, † & finitur, *l. 4. ff. locat. cap. ſi gratioſe de reſcript. in 6.* qua finita dicitur defecta conditio, ſub qua fuerat facta diſpoſitio,
* quia dictio * cum facit conditionem; vt in verbo, *cum*
7 *volueris*, eſt † text. expreſſus, *in l. fideicommiſſa, 11. §. hoc autem legatum, ff. de legat. 3. l. ſi Titio, ff. quando dies legat. cedat. l. ſi ita ſcriptum, & l. qui duos ff. de manumiſ. teſtam.* Bal. *in tract. de pact. num. 22.* Iaſ. *in l. ſi decem, ſub num. 8. ff. de verbor. obligat.* Galgan. *de condition. & demonſtrat. par. 1. cap. 89. num. 2.* & conditio poteſtatiua dicitur de-
8 fecta † ſi obligatus eam viuens non impleuerit, quia per mortem deſinit facultas implendi, *leg. final. ff. quand. dies*

* *Vid. infra* [illegible] *in Apoſtilla.*

dies legat.cedat l.quidquid aſtringenda,99.§.final. & l.ita
ſtipulatus 115. vbi Gloſſ. in verb. non poſſe,ff.de verb. oblig.
9 & præſertim ea † quæ pendet à mera voluntate, d.l.4.
ff.locat. cum alijs ſuperius adductis ad probandum,quod
morte voluntas finitur, huiuſque conditionis poteſtati-
10 uæ implementum non † tranſit ad hæredem, d.l.ſi ita
legatum, 65.§.illi ſi volet,ff.de legat.1.d.l.centeſimis, 46.§.
final.ff.de verbor. obligat. & l.ſi decem 48. à contrario ſen-
ſu, vbi notant Caſtr.& Iaſ. ſub num.9. & l.qui Romæ 122.
§.Augerius,ff.d.tit.de verb.obligat. Tiraq. de retract. con-
uentio.§.1.Gloſſ.6 num.15. Gail. libr.2. obſeruat.2. num.3.
vbi loquitur de conditione voluntatis, cuius implemen-
tum dicit non tranſire ad heredem Dom. Peregr. de fidei-
com.art.16.ſub nu.125. Iaſ.Lud. de hæred. concluſ.vinca-
alias concl.16. illat. 24.
11 Et hoc eſt, † quod voluit textus, in d.l.qui Romæ, §.
Augerius in fine,dum dicit,ſi non conſtiterit in vita,con-
ditionem cenſeri defectam, & amplius ſtipulationem
non committi, & idem voluit clarior textus, in l. ſub hac
conditione,8.ff.de action.& obligat. vbi dicit, hæredes ta-
12 lis promiſſoris non teneri, quia † in ipſo promiſſore
numquam extitit conditio, & declarat Socin. Iun. in l.ſi
quis arbitratu 43.ſub num.19.& 20 & 25.ff.de verb.oblig.
vbi inquit, quod cenſetur conditionaliter collatum arbi-
13 trium in dicta perſona, & † ſi non arbitratur, expe-
ctatur dum viuit, & opus eſt arbitratu, & eo mor-
tuo, nulla facta declaratione,redditur nullus contractus,
quia conditio, & forma à partibus conſiderata non poſ-
ſunt amplius impleri ſubdens notabile eſse, quod po-
14 tius † tolleratur nullitas, quę à forma datur contra-
ctui, cuius doctrina ſi vllo in caſu verificari poteſt,
certe procedit hæredum magis conditio formaliter pari
non potuit,tum per dictum præcipuis,tum per clam ſunt
aliter, &c.
Cum igitur promiſſio facta per Gratiadeum ſoluendi
pretium ad beneplacitum, & quod aliter, nec ipſe, nec
eius hæredes cogi poſſent,dicatur facta ſub conditione;
15 cum dictio (ad) non minus importet † conditionem,
ac faciat dictio (cum) imo forte magis explicitam,vt per
Bartol. in d.l.centeſimis, §.final. num.6. & ibidem Angel.
num.9. Alex. ſub num.10. Iaſ. ſub num.6.in 2. ampliation.
Zazi. num.8.de verbor.obligat. Imol. in l. poſt dotem col.2.
verſic. & nota bene ex Gloſſ. quod iſta verba, &c.ff.ſolut.
matrimon. Felin. in cap.ex litteris ſub num.10.de conſtitut.
Corne. conſ.92.num.1.vol.2. Bero. conſ.104. ſub numer.8.
vol.3. Cardinal. Tuſcus, in verbo dictio Ad conclus. 239.
tom.2. fol. 605.& dicatur facta ſub conditione poteſtati-
16 ua, & voluntaria; quia idem importat, † ad beneplaci-
tum, quod, ſi voluere, vel cum voluero, vt eſt text. in cap.
ſi gratioſè,de reſcrip.in 6. & tradunt ſcribentes, in dict.l.
centeſimis, §.final. ff.de verbor. obligat. vbi Bartol. num.9.
in fine, & in alijs locis citatis per Menoch de arbitrar.
lib.1.quæſt.69. Gozadin. conſ. 22.ſub num.7. mortuo ipſo
Gratiadeo nulla facta declaratione ſuę voluntatis,extin-
cta fuit ipſa voluntas, & facultas amplius in futurum
eam declarandi, ſicque defecit conditio, atque conſe-
quenter,ſecundum prædictos,contractus, qui vſque ad
17 mortem in ſuſpenſo † remanſit, irritus omnino factus
eſt. per d. l.centeſimis, §.fin. cum alijs allegatis in princi-
pio, cum talis conditio poteſtatiua, & declaratiua vo-
luntatis non potuerit tranſire in hæredem, vt paulo ſu-
pra demonſtraui,maxime in caſu iſto, in quo voluit ipſe
Gratiadeus, ſe,vel ſuos hæredes aliter (ſcilicet niſi ad ſui
beneplacitum) cogi poſſe ad ſolutionem pretij, illud
18 enim verbum,(aliter) importat ſpecificari † conditio-
nem, & habet naturam præciſam, ita vt actus diuerſo
modo factus non valeat, l.fin.C.de vendend.rebus ciuitat.
Lib.11. vbi notat Bart.Surd. conſ.143.n.3.
Ex qua conditione deficiente, reſultat ſecunda nulli-
tas ipſius contractus, ex defectu pretij, quod eſt de ſub-
19 ſtantia venditionis, & ſine quo † ipſa venditio rema-
net nulla, leg.2. §. 1. ff.de contrahend. emption. leg. empti,
Cod. eod. titul. §. item pretium inſtit. de emption. & ven-
dition.
Nec obſtat,ſi dicatur,imo per mortem Gratiadei puri-
20 ficatam fuiſſe conditionem, cum per illam finiatur †
beneplacitum, l.4.ff.locat.cap. ſi gratioſè de reſcript. in 6.
quia admitto,beneplacitum extingui per mortem, ſed
nego,quod inducatur per eam,vt probaui ſupra, in verſ.
cuius quidem diſpoſitionis, & in caſu noſtro ad purifican-
dam conditionem opus erat, quod induceretur median-
te declaratione voluntatis Gratiadei, quod ipſe ſoluere
vellet pretium.
21 In propoſito enim ſolent † diſtinguere doctores circa
actum collatum in beneplacitum, ſeu voluntatem ali-
cuius an,& quando per mortem reſoluatur, vel induca-
tur, quod aut beneplacitum, ſeu per beneplacitus (eſt
enim hoc verbum apud noſtros promiſcui generis) ap-
ponitur durationi, & actui finituro per detinentiam vo-
luntatis, & tunc per mortem finitur beneplacitum &
hic non eſt caſus noſter, aut apponitur inchoationi ſeu
actui in eſſe deducendo per inductionem nouæ volunta-
tis,pro vt in caſu iſto ſoluendi ad beneplacitum, & tunc
per mortem non inducitur voluntas, nec cauſatur effe-
ctus beneplaciti, pro vt poſt alios per iura deducta in
principio, declarant Couarruuias, variar.reſolut. lib.3.c.
15. ſub nu. 3. verſic. primus quando, &c. & ante numer.4.
verſic. ſecundus caſus, &c. Menoch. lib.1.de arbitrar. qu.
69.num.2. & 12. & ante eos Angel. in d.l.centeſimis, §.fi.
ſub num.9. & ibi late Iaſon. ſub num.14.verſic. ſecundo ad
idem moneo, &c. ff.de verbor.obligat. Geminian. in cap.ſi
delegatus ſub num.10. verſic. Iudic. quod aliquando clauſu-
la ſenat, &c.de offic. deleg. in 6.& pulcre Bald. in quodam
conſilio Manuſcripto incip. Dominus Sabinantus,Benedic.
de Plumban. in l.finis in fine,ff.qui ſine manumiſ. ad libere.
peruen.fol.62.col.4. Deci. conſ. 108. ſub n. 3. Gabr. de pre-
bendis concl.1.n.26.
Non obſtat etiam,ſi diceretur, prædicta procedere,
quando beneplacitum apponitur ſubſtantiæ contractus
nam tunc,ſi non declaratur in vita, irritatur contractus,
ſecus vero quando apponitur executioni tantum, pro vt
appoſitum videtur in caſu noſtro, cum firmatus eſſet
contractus venditionis pro çerto pretio, quod poſtea
Gratiadeus promiſit ſoluere ad ſui beneplacitum, nam
hoc caſu ſuſtinetur diſpoſitio; quia licet in arbitrium
contrahentis non poſſit conferri ſubſtantia contractus,
22 & ipſa † obligatio,poteſt nihilominus poni electio rei,
l.ſi in emptione 34. §.fi. ff. de contrahend. emption. electio
23 † perſonæ, l.vtrum 8.§.cum quidam, ff.de reb.dub. & in
24 ſpecie electio, † ſeu arbitrium temporis, l.ſi deicommiſ-
ſaria libertas la 3. 46.§.quamquam, ff. de fideicommiſſar.
libertat.
Et vbi obligatus non declarat tempus in vita, ſtatim
25 poſt eius mortem tenetur † cum effectu eius hæres, vt
ſunt text. in l.fideicommiſſa 11. hoc autem legatum l. vxo-
rem 41.§.penult. ff.de legat. 3. vbi legatum dandum,ſeu fi-
deicommiſſum reſtituendum, cum hæres volet, vel vo-
luerit,debetur ſtatim eo mortuo,etiam nulla facta decla-
ratione voluntatis in vita.
26 Et dos ſtipulata à patre ad filiæ † voluntatem, filia
mortua ſine vlla declaratione ſtatim peti poteſt, l. poſt
dotem 40.ſecundum quemdam intellectum Gloſſæ ibi, ff.ſo-
lut.matrim.
27 Atque in contractu emptionis † eſt text. in l. fin. ff.
qui ſine manumiſ.ad libertat. peruen. vbi vendita ancilla,
ita vt manumitteretur,quando emptor vellet non ſecuta
aliqua declaratione voluntatis, ſtatim mortuo emptore
fit libera,& hanc diſtinctionem de arbitrio appoſito ſub-
ſtantiæ obligationis, vel executionis ſequuntur plures
alias allegati in prioribus ſcriptis, & proxime ad termi-
nos noſtros Oſaſc. deciſ.111. num.6.
28 Namque reſpondetur, † quod diſtinctio prædicta iu-
re ſuſtineri non poteſt,maxime in contractu vltro citroq;
obligatorio, tum quia vbi obligatio, & ſubſtantia contra-
ctus ponitur in arbitrium alicuius ex contrahentibus, tūc
contractus eſt ipſo iure nullus, nec opus eſt expectare,
quod in vita non declaretur voluntas, vt ſiue id fiat per
29 † conditionem expreſſam per (ſi) ſiue per (cum) ex l.
in vendentis, C.de contrah.empt. l.hac venditio 7.in princ.
ff. eod.tit l.ſub hac conditione, ff.de action. & obligat. & de

30 conditione † per (*cum*) importata, tradunt Raphael. *in l. centeſimis, §. ſi, ſub n.* 8. quem ita ibi intelligunt, & ſequuntur, Alex. *num.* 4. & Iaſ. *ſub n.* 1. *ff. de verbor. obligat.* & ideo neceſſe eſt, quod iura requirentia hanc declarationem in vita loquantur de beneplacito adiecto executioni, pro vt *d. §. ſi l. centeſimis*, in his terminis intelligunt Gloſſ. ibi, *in verbo cum volueris*, Ang. Ruin. & Zazius, Sarmient. *lib.* 2. *ſelectar. cap.* 6.

31 Tum etiam † ſubſiſtere nequit dicta diſtinctio, quia deſtruitur ex veriſſima illa concluſione, quod numquam per mortem inducatur voluntas, ſed tantum ceſſit, quæ tamen induceretur, ſi nulla alia ſecuta declaratione is, qui obligauit ſe ad decem, quę promiſit ſoluere ad ſui beneplacitum, ſtatim ſecuta morte teneretur, nam opus eſſet, quod moriendo diceretur velle.

32 Tum & tertio, † non refragatur dicta diſtinctio, quia, vt ſuperius dicebam, tale beneplacitum oppoſitum etiã executioni importat conditionem, quæ dicitur deficere non declarata voluntate in vita, & conſequenter facit irritari diſpoſitionem ſub ea factam, vt probaui ſupra in verſicul. Et hoc eſt. quod voluit, &c. cum verſiculo antecedenti, & ſicuti, ſi quis promitteret hoc pacto promitto tibi centum, quæ dabo cum Capitolium aſcendero, vtique ſi is moreretur antequam Capitolium aſcenderet, nemo diceret eum, vel eius heredem debere dare centum quia defecit conditio poteſtatiua, ſub qua dare promiſit, quæ non tranſit ad hæredem, ita teneri non debet, qui promiſit ſoluere, cum voluerit, vel ad beneplacitum ſi ante mortem non declarauit voluntatem, & ob defectum conditionis debet irritari promiſſio, nihil enim in-
33 tereſſe videtur inter conditionem, † ſi voluerit, vel cum voluerit, & vel cum ſi capitolum aſcenderit, *l.* 1. *ff. de legat.* 2. *l. fideicommiſſaria libertas in t. verſic. ſed ſi ita ſcriptum, ff. de fideic. libertat.*

Et quod ſi deficiat conditio adiecta executioni vitie-
34 tur promiſſio, † tradit Angel. *in d. l. centeſimus, § ſi. verſ. ſecus cum adijcitur, &c. nu.* 5. *in fine, ff. de verbor. obligat.* & ibi etiam Imola, *colum.* 4. *ſub n.* 4. *verſic. Quod autem ſi*
35 *adijciantur*, inquit, † quod ſi verba facultatis adijciantur verbis executiuis, quæ tamen ſtant loco diſpoſitiuorum, & in quibus conſiſtit ſubſtantia contractus, æque vitiatur contractus, ac quando adijciuntur ipſi diſpoſitioni, & citat text. *in l. ſi ita ſcriptum fuerit cum Titius, ff. de manumiſſis teſtamento.* qui textus loquitur de conditione importata per (*cum*;) proculdubio autem in propoſito beneplacitum dicitur adiectum diſpoſitioni, cum ſit appoſitum circa ſolutionem pretij, in quo conſiſtit ſubſtantia emptionis, & quo perpetuo ſublato neceſſe eſt, quod ruat contractus vti carens vno ex ſubſtantialibus.

35 Ad textum † autem, *in d. l. fideicommiſſaria libertas* 46. §. *quamquam ff. de fideicommiſ. libertatib.* in quo probatur poſſe poni in arbitrio debitoris, non ipſum dare, ſed quando quis velit dare, cum ſimilibus ſuperius ex citatis. Reſpondetur, quod textus ille intendit diſpoſitionem non eſſe ipſo iure nullam, ſi in voluntate alicuius ponatur quando velit dare, ſicuti eſſet ſi poneretur, an vellet dare, nihilominus non explicat, an ſi debitor numquam declaret, ſe velle dare, ſuſtineatur diſpoſitio, vel irritetur, & cum non neget, ipſam irritari, non facta declaratione, debet intelligi ſecundum elaram deciſionem text. *l. centeſimis, §. ſi. ff. de verbor. obligat.* cum eius ſimilibus, ſecundum tamen diſtinctionem, quam ſtatim ſubiungam, quia non eſt verum, ſemper irritari diſpoſitionem, non declarata voluntate ante mortem ab ipſo debitore.

36 Et ad † textus, *in d. l. fideicommiſſa* 11. §. *hoc autem legatum, & l. vxorem* 41. §. *penult. ff. de legat.* 3. *& in l. poſt dotem* 40. *ff. ſolut. matrimon. & in l. ſi. ff qui ſine manumiſ. ad libertat. pernen.* in quibus videtur probari, obligationem collatam in voluntatem alicuius purificari ſtatim poſt eius mortem non facta declaratione in vita, licet non ſit
37 facilis reſponſio, † cum mirifice crucientur ſcribentes in illis concordandis, *cum d. ita l. centeſimis, §. ſi. ff. de verbor. obligat.* adeo vt Sarmient. *lib.* 2. *ſelectar. interpretat. cap.* 6. *ſub num.* 24. dixerit, ſe credere quod, §. *fin. l. centeſimus ſit corruptus*, & quod in eo deficiat negatiua, ita vt ſicuti dicit, (*quod verum eſt*) debeat dicere, (*quod verum non eſt*) plerique etiam ſuſtinentes diſpoſitionem, *dd. centeſimis*, dicunt, leges contrarias procedere in caſibus ſpecialiter priuilegiatis fauore dotis libertatis, & vltimæ voluntatis, Socinus quoque, *in leg. verum*, §. *cum quidam*, *num.* 3. *in fine, ff. de reb. dubijs.* conatur aliter ſoluere, & conciliare dictos textus; cuius tamen diſtinctio plene non ſatisfacit.

Nihilominus ego exiſtimo, ita illos conciliari poſſe, diſtinguendo plures caſus in hoc propoſito.

38 Primus eſt, † quando diſpoſitio appetibilis confertur in arbitrium capere debentis, ſiue per prouiſionem propriam per dictionem (*cum*, vel *ad*) puta, dabis mihi centum, cum voluero, vel ad mei beneplacitum, ſiue per prouiſionem alterius, puta lego, vel dato centum Titio, cum volet, & tunc talis diſpoſitio dicitur pura, & verba *cum volet*, vel *ad beneplacitum*, ſignificant quandam admonitionem, vt debitor dare debeat, cum eum admonuero, ut det, & petitio tranſit etiam ad hæredes, ita per text. *in l. ſi decem cum petiero* 48. *in princ. ff. de verb. oblig.* & text. *in l. Titia* 85. *ff. de condit. & demonſtrat.* determinat Cuman. *in l. ſi ita legatum* 65. §. *illa ſi volet in prima lectura, ſub num.* 1. *ff. de legat.* 1. *& in l. centeſimis* 46. §. *fin. ſub n.* 7. ubi Bart. *in princ.* quem ſequuntur, ibi Alex. *nu.* 5. & Iaſ. *num.* 3. *ff. de verbor. obligat.* & idem Cuman. *in l.* 1. *col. penult. ſub nu.* 4. *verſic. Tertio quarit Bartol.* & ibi Alexand. *ſub num.* 12. *verſic. Vnde dicit Raphael. ff. de legat.* 2.

39 Secus eſſet, ſi hoc caſu diſpoſitio † conferreretur in uoluntatem capere debentis per dictionem (*ſi*) quia niſi in uita declararet, ad hæredem non tranſmitteret petitionem, *d. l. ſi ita legatum*, §. *illi ſi volet, ff. de legat.* 1. & ita declarat Cuman. *in ſupradictis locis proxime citatis.* & in hæredis uoluntate legatum poni, inquit *l. Senatus* 43. §. *legatum, ff. de legat.* 1. *l. fideicomiſſaria libertas* 46. §. *quamquam, ff. de fideicom. libertat.*

Secundus eſt caſus, quando verſamur in contractu vltro
40 citroque obligatorio, & † tunc, ſi onus faciendi aliquid cum voluerit, vel ad beneplacitum, imponitur ab vno ex contrahentibus alteri per verba importantia neceſſitatem faciendi, & prouenientia ab ipſo grauante, pro vt eſt caſus, *l. finalis, ff. qui ſine manumiſſion. ad libert. pervenit.* vbi ancilla fuerat vendita, ita vt manumitteretur, cum vellet emptor, & ſic aderat neceſſitas faciendi aliquando, tunc inquam, quia ſumus in claris, quod obligatus tenetur quandoque facere arbitrium, ſeu beneplacitum cenſetur adiectum cauſa deferendi, tantum non autem cenſetur poſitum in libera facultate, & ob id, quia promittor debet aliquando velle, ſi prius non vult, præſumi-
41 tur † eo inſtanti, quo moritur, velle, vt dictat dicta, *l. fin.* ibi moriente emptore, competit libertas, quem textum, & alios ſimiles dicentes, obligationem collatam in voluntate alicuius purificari per mortem, intelligit Sarmient. *lib.* 2. *ſelectar. cap.* 6. *num.* 25. poſt Emanuel. Acoſt. *lib.* 2. *ſelect. cap. fin.* vt pro nullore incipiente mori, præſumatur velle, non autem quod ipſa mors inducat voluntatem; ea ratione, quod moriens amplius gaudere non poſſit re illa, & ideo videatur tunc velle, quod habet neceſſe quandoque velle, ſicuti videmus vnumquemque moriturum, ex quo amplius rebus ſuis gaudere nequit, & cogitur eas relinquere, ſi de eis non teſtatur, dicitur tacite
42 de illis diſponere † in venientes ab inteſtato, *leg. ſi quis cum nullam, & l. conficiuntur in princ. ff. de iur. codicil.* Iaſ. *conſ.* 102. *nu.* 24. *vol.* 2. Menoch. *conſ.* 210. *num.* 44. Surdus, *deciſ.* 272. *num.* 9. *& conſ.* 357. *num.* 7. D. Peregr. *de fideic. art.* 40. *num.* 59. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib.*
43 7. *ſub num.* 14. Et ille dicitur velle † cuius voluntas colligitur ex coniecturis, Menoch. *d. conſ.* 210. *nu.* 24.

Si vero promiſſio faciendi, cum voluerit, vel ad beneplacitum, prouenit ab ipſo obligato, & eius ſimplici promiſſione collata in propriam voluntatem per ipſummet promittentem, contentatur alter contrahens, pro vt eſt præcifus caſus noſter, vbi Gratiadeus promiſit ſoluere pretium

pretium ad ſui beneplacitum, nec aliter voluit ſe ipſum vel ſuos hæredes cogi poſſe, & tunc quia iſte caſus verſatur quoque in claris, & promiſſor tamquam in re non
44 appetibili † non præſumitur vnquam velle, *l. quod ſæpe cum princip. ff. de contrahend. emption.* & tradit Bartol. *in l. centeſimis, §. final. ſub numa.* & 7. & poſt eum cæteri ibi, maxime Iaſ. *ſub num. 11. ff. de verb. obligat.* Angel. *in l. eum qui ita, §. qui ita ſub num. 2. ff. eod. tit.* Oſalc. *deciſ. 111.*
45 *num. 5.* Idcirco ſi promiſſor † in vita non conſtituat ſe velle, eius morte irritatur promiſſio, quaſi defecta conditione, *d. l. centeſimis, §. fin. & d. l. qui Romæ, §. Augerius in fine, ff. de verbor. obligat.* cum alijs ſuperius allegatis, *verſic. & hoc eſt, quod voluit, &c. cum verſic. antecedenti, & ſeq.*

46 Et hæc diſtinctio, † an verba proueniant à ſtipulatore, vel promiſſore, comprobari poteſt ex traditis per Bartol. *in l. ſi cui legetur, ſi ſub num. 1. verſic. Aduerte tamen, quod ſi verba, ff. de legat. 1.* & idem Bartol. *in leg. qui hoc anno 42. ſub n. 1. verſic. aut verba ſunt relata, &c.* & ibi Alexand. *ſub num. 4. verſic. ſi autem tempus apponitur per numerum ff. de verbor. obligat.* Schrader. *in §. omnis n. 48. inſtit. de verbor. obligat. fol. 168.* dum conſtituunt differentiam, an verba referuntur ad oneratum, & promiſſorem, vel ad ſtipulatorem.

47 Tertius eſt caſus quando † verſamur in dubio, an beneplacitum, vel arbitrium voluntatis ſit adiectum ad differendum, vel in libera facultate, pro vt in caſu dictæ, *l. centeſimis, §. fin. ff. de verbor. obligat.* vbi ſtipulator petit centum dari, cum voluerit promiſſor, & ipſe promittit ſub dicta conditione, & tunc quia non eſt appetibilis promiſſio, & verba ſemper interpretantur contra ſtipulatorem, *l. ſtipulatio iſta 38. § in ſtipulationibus, ff. de verb.*
48 *obligat.* beneplacitum non cenſetur † appoſitum, ad
49 differendum. † ſed in mera voluntate promiſſoris ſcilicet cum elegerit velle, *d. l. centeſimus, §. fi.*

Et pro hoc bene facit doctrina Bartol. *in d. leg. qui hoc anno 42. paulo ante finem verſic. quandoque dubitatur,* & ibi Alexand. *in illis verbis vel verba tunc dubia, &c. ff. de verbor. obligat.* Schrader. *vbi ſupra*, dum volunt, tempus dubium interpretari in gratiam promiſſoris.

50 Quartus, & vltimus eſt caſus, † quando onus faciendi aliquid ad beneplacitum, vel cum grauatus voluerit apponitur à tertio in translatione rei ſuæ in alium titulo lucratiuo, pro vt in vltimis voluntatibus, vt in *d. l. fideicommiſſa 11. §. hoc autem legatum, & l. vxorem 41. §. penul. ff. de legat. 3.* & tunc quia præſumitur iſte grauans, tamquam in re ſibi appetibili velle, quod honoratus, & reſpectiue grauatus quandoque faciat, cum facile ei fuiſſet dare ſine aliquo onere, & ſatis abundeque eſt, ſi cui vel in paucis conſulatur, vt inquit text. *in l. tutori, C. de negot. geſtis*, & ſic debeat eſſe contentus, ſi fuit honoratus in vita, præſumitur adiectum beneplacitum ad differendum tantum, & quia grauatus ſcit ſe debere, quandoque velle dicitur ſaltem velle eo tempore, quo amplius re gaudere non poteſt, videlicet cum incipit mori, vt deduxi in primo membro ſecundi caſus; Et ita ſecundum hunc caſuum prædictorum diſtinctionem concordantur leges prædictæ, quæ videbantur contrariæ, & remanet firma conclusio, quod cum Gratiadeus in vita non declarauerit ſe velle, in irritum reſolutus fuerit dictus contractus.

51 His ita firmatis, † non obſtant modo, quæ pro validitate huius contractus conſiderata in oppoſitum fuerunt, & pro motiuis edita; Nam ad primum, ſecundum, & tertium fundamentum deductum in allegationibus contrarijs *à num. 25. vſque ad 28.* quod contractus iſte ſit dicendus venditionis, quia ita ſæpe nominatur a partibus, & quia in eo interuenerunt res, pretium, & conſenſus, quibus tribus perficitur, & reſultat contractus emptionis, & venditionis, ſatisfactum fuit alias in meis ſecundis allegationibus incipientibus, *ſatis in prioribus, &c. à verſiculo, Reſpondetur, contractum iudicari, &c. vſque ad verſic. Tertium motiuum, &c.* quando eadem dubia prima vice edita fuerunt.

52 Nunc † addo aliam reſponſionem, quæ colligi poteſt ex ſuperius deductis, quod fuit contractus emptionis ſub conditione ſuſpenſiua, vbi Gratiadeus declaraſſet velle ſoluere pretium, qua defecta per eius mortem, ſine vlla declaratione ſuæ voluntatis irritus remanſit, ut late ſuperius firmaui.

53 Ad quartum † fundamentum deductum *à n. 28. vſq; & per totum, num. 31.* quod conſiſtit in probando contractum iſtum non potuiſſe eſſe locationi, ſatisfacit reſponſio proxime primis tribus allata, quod fuit emptionis conditionalis reſolutæ propter defectum conditionis.

54 Sed, & ſuſtineri † poteſt, fuiſſe contractum locationis ex manifeſto textu, *in l. cum manuſata, §. finali, ff. de contrahend. emptio.* vbi non obſtante nominatione venditionis, ſi pacta repugnant, contractus reſoluitur in locationem, vt probaui in primis allegationibus circa principium, *verſic. & ſpecifice, &c.* vbi demonſtraui in iudicandis contractibus attendi effectum, & pacta, quæ
55 præponderant, & nomen † pretij non refragatur, quia ſæpe exprimi poteſt pro mercede ſecundum ſubiectam materiam, *l. ea lege, § locans, & l. inſulam, §. qui ædem, ff. locat.* quamuis in caſu iſto non ſit opus impropriare dictum uerbum, ex quo eſt pretium conſtitutum conditionaliter, vbi placuiſſet Gratiadeo illud ſoluere, ſicuti nec turbat, quod locationis natura ſit, ut res locata maneat in eodem ſtatu, nec alienetur in aliũ, quia in priorib. ſcriptis, *in 3. & 4. fundamento*, demonſtraui in caſu iſto non fuiſſe translatum dominiũ; & denique parum afficit inueſtitura facta ab Epiſcopatu immediate ipſi Gratiadeo tamquam emptori, non autem tamquam conductori, quia ultra reſponſiones alias allatas tam in primis ſcriptis, *verſic. Nec refert quod imo, &c.* ubi demonſtraui, præſentiam Iacobi non præſumi in dicta inueſtitura, quidquid ex aduerſo dicatur, quam etiam in ſecundis allegationibus, *verſicul. Nunc rurſus addo, &c.* dico, quod ipſe Gratiadeus non potuit inueſtiri, nec fuit inueſtitus, niſi ſecundum conditiones, & naturam contractus præcedentis, qui ſtabat in ſuſpenſo, & interim ualebat in uim locationis tantum, & poſtremo fuit reſolutus, defecta conditione declarationis beneplaciti, ut ſæpe ſuperius firmaui.

56 Ad quintum † fundamentum *à num. 32. vſque ad 35.* in quo aſſeritur, contractum iſtum non eſſe ſubfeudum non opus eſt, quod aliquid pro reſponſione in medium afferam, quia non ego contendo eſſe ſubfeudum, licet hoc forte non careret aliquali colorata ratione.

Sextum quoque, de quo *num. 35.* alia, quam præcedenti non eget reſponſione.

Septimum argumentum, quod uerſatur in hoc, contractum prædictum non poſſe dici libellarium, reſolutum plene fuit à M. Ecc. & Reuerendo Domigo Morbiolo, qui oppoſitum demonſtrauit, imo libellarium dici poſſe præſentem contractum, proinde ſuper hoc ulterius non inſiſto.

Tranſit poſtmodum Excellentiſſimus aduocatus ad-
57 uerſæ partis ad reſolutionem eorum, quæ conſiderata † fuerunt pro nullitate ſæpedicti contractus.

Et ad id, quod dicebatur, ſolutione pretij collatam fuiſſe in voluntatem emptoris, & proinde venditionem corruere, Reſpondet, obiectum procedere, vbi beneplacitum adijcitur origini, & ſubſtantiæ obligationis, ſecus vbi additur executioni, ſicut euenit in caſu illo, vbi obligatio fuit pura, & ſimplex, & executio ſolutionis poſtea collata in beneplacitum emptoris, quo fit vt contractus ſubſiſtat, & actio duret, & datur, & neceſſaria ſit exceptio pacti, cum non inſit obligationi, ſed executioni, vt declarat Angel. *in l. cum qui ita, §. qui ita, num. 2. ff. de verbor. obligat.* & Aretin. *in §. appellantur ſub num mihi 76. alias eſt ſub num. 31. Inſtit. de exception.* cum igitur ſit opus exceptione, aut pactum ſoluendi ad beneplacitum valet, & fruſtra obijcitur de venditione nulla, aut non valet, & tunc, quia non ineſt obligationi, agi poteſt, & ſi excipietur de pacto ſoluendi ad beneplacitum, replicabitur de inualiditate dicti pacti, & ſic purus, & validus remanebit contractus.

Pro replicatione ad hanc reſponſionem fabricaui om-
58 nia, † quæ in principio à me longo ſtilo deducta fue-
runt, maxime *in verſic. Non obſtat etiam ſi diceretur, &c.* vbi demonſtraui diſtinctionem illam de beneplacito appoſito, vel ſubſtantiæ obligationis, vel executioni non ſubſiſtere. Nec verum eſt, quod dictum pactum non dicatur ineſſe obligationi, quia cum ſit incontinenti appoſitum, cenſetur illi ineſſe, *l. lecta, verſic. dicebam, &c. ff. ſi*
59 *certum petat.* & ob id † infirmat ipſo iure actionem, Alex. *in l. cum qui ita, 9. qui ita, il 1. in fine, ff. de verbor.*
60 *obligat.* vbi Iaſ. *nu. 6. 12. & 16. in fine*, probat non † eſſe
61 opus exceptione, prius enim, & poſterius non datur † in contentis in eodem inſtrumento, ſed omnia cenſentur eodem tempore facta, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 134. n. 23.* Surd. *deciſ. 157. n. 6. & deciſ. 332. n. 66.*

62 Et in ſpecie, quod pacta incontinenti appoſita † dicantur ineſſe ipſi venditioni, & eam limitent, & deſtruant ſecundum naturam pacti, eſt textus, *in leg. pacta conuenta 72. in princ ff. de contrahend. emptio.*

Pacta conuenta, (inquit textus) quæ poſtea facta detrahunt al quid emptioni contineri contractu videntur, &c. Angelus vero, & Aretin. in oppoſitum citati loquuntur in pacto, per quod non deſtruitur contractus, nec tollitur actio ipſo iure.

63 Secundo ex aduerſo † conſideratur, *ſub num. 40. cum ſeqq.* ſtipulationem, quod nec emptor, nec eius hæredes cogi poſſint vigore illius pronominis, *ſui*, & *eius*, videri reſtrictam ad primos hæredes perſonæ perſonaliter demonſtratæ per dicta pronomina, Tiraqu. *de retract. conuentiol. §. 1. Gloſſ. 6. n. 25.*

Sed replicatur in propoſito, dicta pronomina ſtare demonſtratiue, non autem reſtrictiue, cum pluries dictæ perſonæ nominatæ fuiſſent, præſertim quia non agitur de induſtria perſonæ, vt per Roland. *conſ. 55. ſub numer. 54. verſic. Similiter non obſtat, vol. 3.* Cardinal. Tuſc. *in litter. D. concluſ. 191. ſub num. 8. tom. 2. fol. 560.* quo fit vt appel-
64 latione † hæredum veniant omnes in infinitum per multa iura vulgariter allegata a D. Peregr. *de fideic. art. 32. nu. 10.*

Præterea, vbi vellemus dicta pronomina ſtare reſtrictiue, ego retorqueo argumentum, quod Gratiadeus ipſe noluit teneri, nec ſuos hæredes, niſi ad ſuum beneplacitum, & non aliter, ergo cum eius beneplacitum perſonaliter, & per dictionem, (*non aliter*) ſpecificam formam importante, vt ſuperius deduxi, non fuerit vnquam ad eſſe deductum, nec amplius deduci queat, fruſtra quæritur an ſecundi hæredes ſint obligati, cum non potuerint obligari, niſi dicto præciſo beneplacito perſonæ ipſius Gratiadei purificato.

65 Ad tertiam reſponſionem † deductam, *nu. 45.* quod vbi venditio eſt pura eius executio, & ſolutio pretij poteſt conferri in voluntatem emptoris, quo defuncto non facta aliqua declaratione ſuæ voluntatis, eius hæredes ſtatim tenentur.

Poſſunt replicari late deducta in principio pro fundamento noſtræ intentionis, & pro deſtructione huius concluſionis ex aduerſo conſideratæ, videantur ibi ſcripta, maxime, *in verſic. Non obſtat etiam ſi diceretur*, quia præciſe afficiunt, & deſtruunt iſtud obiectum.

66 Nec refragatur, quod numero 46. additur in † propoſito caſu, beneplacitum non apponi inchoationi, quia iam perfecte in eſſe deducta erat ſubſtantia obligationis, ſed executioni, & ſolutioni, & ſic cenſeri appoſitum ad differendum, quæ dilatio morte obligati finitur.

Namque reſpondetur, quod licet in caſu iſto beneplacitum non ſit appoſitum inchoationi obligationis, eſt tamen appoſitum inchoationi eius, quod in beneplacito collatum fuerat, videlicet voluntatis ſoluendi, quæ voluntas non erat, nec fuit vnquam in eſſe deducta, & proptere a non poteſt dici additum dilationi, vt ſupponitur ex aduerſo, ſed meræ facultati, & libertati, ſecundum diſtinctionem ſuperius traditam, plures caſus diſtinguendo, *in verſicul. Nihilominus ego exiſtimo, &c.* ex qua diſtinctione fuerunt etiam reſoluta allegata, *ſub d. nu. 46.* ad probandum, per mortem finiri dilationem beneplaciti, quia illa procedunt, quando eſt appoſitum durationi actus, vel cauſa differendi tantum, ſecus ſi inchoationi, & ſic facultati.

67 Quarta affertur † reſponſio, *ſub dicto, nu 46.* quæ videtur habere aliquid coloris, quod hic non fuit conuentum ſimpliciter, ne Gratiadeus, & eius hæredes poſſent cogi ad ſolutionem pretij, ſed modificate, ita tamen, & cum pacto, quod teneretur, prout ſolemniter promiſit ſoluere quolibet anno libras 25. loco fructuum, quoties igitur ceſſatum fuiſſet à ſolutione libr. 25. pro vt aſſeritur nunc ceſſatum, tunc dicti hæredes cogi poterant ad ſoluendum pretium, & non videtur dubitandum, quin ſubſtantiale contractus poſſit conferri in voluntatem emp-
68 toris, quando voluntas eſt † admixta facto, & conditio velata. *l. nonnumquam 52. ff. de condition. & demonſtr. l. 3 ff. de legat. 2. l. ſi quis ſempronium 68. ff. de hæredib. inſtitut.* Bald. *in l. certi condictio, §. ſi. n. 3.* & ibi Socin. *n. 7. ff. ſi cert. petat.*

Ego replico, quod, ex quo contractus iſte non erat ipſo iure nullus, ſed ſtabat in ſuſpenſo, vſque quo Gratiadeus declaraſſet, vel defineret poſſe declarare per mortem, ſe velle ſoluere pretium, vt ſuperius probaui, interim dum ſtaret in ſuſpenſo conuentum fuit de ſoluendis dictis libris 25. loco fructuum, quos reſeruauit ſibi venditor, & ſic ſolutio illa librarum 25. non habebat perpetuam cauſam, ſed durabat tantum, donec euentus declaraſſet, an contractus ſubſiſteret, vel irritus fieret quo reſoluto per defectum beneplaciti ceſſauit neceſſitas ſoluendi dictas libras 25.

Et licet ego pro nunc admitto, ſubſtantiam emptionis poſſe conferri in voluntatem velatam alterius ex con-
69 trahentibus, quæ tamen opinio † eſt controuerſa per Gloſs Cyn. Salicet. & alios in *d. l. in vendentis, C. de contrahend. empt.* Nihilominus, ſi conditio dictæ voluntatis velatæ non purificatur, prout non fuit purificata hic,
70 cum non fuerit declaratum beneplacitum, irritatur † contractus, vt *in d. l. nonnumquam, ff. de condit. & demonſtra. l. ſi quis ſempronium, ff. de hæredib. inſtit.* Angel. *in l. centeſimis, §. ſi. nu. 5. in fine*, & alij ibidem, *ff. de verbor. oblig.*

Atque ex hac vltima replicatione tollitur id, quod quinto loco, *ſub num. 49.* adducitur pro reſponſione ad fundamentum noſtræ intentionis, dum dicitur, attentius aduertendum eſſe, quod contractus poteſt conferri in voluntatem alterius ex contrahentibus, quando conuentio non habet perpetuam cauſam nullitatis, ſed aliqua
71 † affectione poteſt impelli ad implendam conditionem collatam in ſui voluntate, per *d. l. nonnumquam*, & alia proxime allegata, quæ affectio hic veriſimilis erat implendi conditionem cauſa liberandi ſe à ſolutione librarum 25. annuatum.

Siquidem ego fateor, quod talis contractus non eſt ipſo iure nullus, ſicuti eſſet, ſi conferreretur in voluntatem apertam, ſed tamen ſtat in ſuſpenſo, & ſi conditio velata non purificatur, quia capitolium non aſcendo, vel beneplacitum non declaro, reſoluitur ipſe contractus poſtquam certum eſt, per mortem implere debentis conditionem defeciſſe, vt in d. iuribus, & ſæpius ſupra deduxi.

Ad conſil. Burſat. 11. *in princ. & num. 3.* vbi dicitur, ip-
72 ſum † reſpondiſſe contractum venditionis valere, in quo pactum fuerat, ne emptor cogi poſſet ad ſolutionem pretij, niſi pro libito ſuæ voluntatis, primo dico, quod Burſattus hoc ſupponit, non autem diſputando probat, quia ſuper hoc non diſputabatur, & eius ſuppoſitum poſſit poni in controuerſiam, ex ſcriptis in præſenti cauſa.

Secundo dico, quod ibi fuerat tranſlatum dominium, quo caſu tranſit in contractum de iure validum, videlicet in emphyteuſim, vel contractum liuellarium, vel locationem cum pacto affrancandi, quod dominium hic fuerat reſeruatum per fructuum reſeruationem ad effectum expectandi euentũ, an purificaretur conditio per declarationem beneplaciti, & ſic in ſuſpenſo fuerat retentus contractus.

Ad

Ad conſil. Neuizan. 91. reſpondeo, quod ipſe, *num.* 5.
circa finem, verſic. & ſic fuit venditio, fatetur, ſuum con-
73 tractum fuiſſe † locationis iunctæ cum venditione, quia
ſcilicet donec ſoluta fuiſſet penſio, manebat locatio per-
petua, & in caſum affrancationis euadebat venditio.
In caſu autem noſtro erat ſimplex contractus vendi-
tionis ſub conditione ſuſpenſiua, quæ defecit, & ſine
translatione dominij, & retentione fructuum, quæ reten-
tio reſoluta conditione impediebat valere in vim alte-
rius contractus.
Sexta reſponſio eſt de qua, *num.* 53. quod contractus
74 poſſit † conferri in voluntatem alterius ex contrahen-
tibus de iure canonico, Guttierez. *de iuram. confirmat.*
75 *cap.* 64. Alfan. *collectan.* 286. & in feudalibus † ceſſante
conſuetudine feudali attenditur ius canonicum, ſi diſcre-
pat à iure ciuili, Schrader. *de feud. parte prima, quæſtione*
ſexta.
Quam vnico verbo replicando deſtruo, vt feci præce-
dentes, quod vbi dicta opinio ſit vera ius canonicum fa-
cit, vt contractus non ſit ipſo iure nullus, ſicuti eſſet de iu-
re ciuili, tamen ſi non declaratur voluntas, & ſic ſi defi-
ciat conditio, quod contractus valere debeat, hoc non
diſponit ipſum ius canonicum.
Secundo reſpondeo, quod licet proprietas ſit feudalis
tamen cum in controuerſiam nunc non deducatur ius
feudale, ſeu qualitas feudalis, nec agatur ex condictione
ex lege feudali, ſeu iure feudi, non debet attendi diſpoſi-
76 tio † particularis circa feudales controuerſias ordina-
ta, vt tradunt ſcribentes omnes, *in cap. cæterum extra de*
iudic. Schradet. *de feud. part.* 10. *ſect.* 2. *num.* 29. & 31. &
ſect. 6. *num.* 40. Intrigliol. *de feud. centur.* 2. *art.* 94. *num.* 78.
& 82. Roſental. *de feud cap.* 12. *concluſ.* 2. *n.* 3. & *ſub nu.* 5.
& alias late dixi pro Illuſtriſſimo D. Comitæ Valentiæ,
fol. 13.
Tranſit Eccellentiſſimus aduocatus contrarius, *n.* 56.
77 ad reſponſionem eius, quod † dicebamus, contractum
iſtum non valuiſſe, eo quia non fuit translatum domi-
nium, dicens primo, imo venditionem ſubſiſtere, licet non
transferratur dominium, per textum apertum, *in l. alie-*
natum 67. *in princ.* vbi Gloſſ. Alciat. & alij, *ff. de verbor.*
obligat. Tiraquel. *de retract. conſang.* §. 1. *Gloſſ.* 2. *num.* 43.
cum ſeq.
Quæ reſponſio facillime tollitur, dicendo, quod illud
procedit, quando ex accidenti non transfertur domi-
78 nium, puta, vel quia res † ſit vendita, & non dum tra-
dita, vt in *d. l. alienatum* 67. *ff. de verb. ſignific.* quæ proce-
dit hoc caſu, vt ibi per Alciat. vel quia vendens illud non
79 habebat, tunc enim valet venditio, quia res † aliena
vendi poteſt. *l. rem alienam, ff. de contrahend. emption.* &
80 ex † ea venditione transfertur facultas præſcribendi,
l. clauſtbus, ff. de contrahend. empt. l. 2. *C. de reb. alien. non*
81 *alienand.* ſed ſi principaliter agatur, ne transferratur †
dominium, tunc nulla eſt venditio, *l. cum manuſata*, §.
fin. ff. de contrah. empt. Io. Harppcht. *in* §. *adeo num.* 142.
82 *Inſtit. de locat. & conduct.* etiam ſi id tacite † tantum
ageretur, Signotol. *conſ.* 22. *ſub num.* 12. *verſic. Præterea*,
licet Crauet. *conſil.* 548. *num.* 14. Cardinal. Mantic. *de*
tacit. & ambiguis, conuention. libro ſecundo titulo 2. *nu-*
mer. 14.
Secundo reſpondetur, *num.* 47. dicto noſtro argumen-
to, quod venditio eſt nulla ex reſeruatione dominij, quã-
83 do † ſimpliciter reſeruatur, ſecus, ſi reſeruatur donec
pretium fuerit ſolutum, Bal. *in rub. C. de contrahend. em-*
ption. qu. 13. *num.* 23. Dec. *conſ.* 440. *ante num.* 1. Afflict.
deciſ. 338. *num.* 7. & 9. Gomez. *variar. reſolut. to.* 2. *cap.* 2.
num. 30 *verſic. Ex quo ſingulariter*, Menoch. *de retinend.*
poſſeſ. remed. 4. *num.* 12. Tiraqu. *de retract. conſanguin.* §. 1.
Gloſſ. 2. *num.* 36. *cum ſeqq.* Galganet. *de condition p.* 2. *c.* 1.
q. 96. *n.* 2.
Huic reſponſioni ego tripliciter replico, primo quod
84 valet † pactum reſeruationi dominij, donec ſoluatur
pretium, tamen interim non valet contractus in vim ven-
ditionis, ſed locationis, vt deduxi in primis allegationi-
bus, in primo *verſic. Et ideo ſi venditor ſibi, &c.*
Secundo dico, quod vbi valeret, valeret ſuſpenſiue, vt
85 per doctores citatos † in oppoſitum, vnde ſi daretur
caſus, quod numquam ſolueretur pretium, uel ſolui non
poſſet irritaretur contractus, Magan. *deciſ. lucens.* 31.
Tertio obiectum procedit, quando certum eſt, pre-
86 tium aliquo tempore ſolutum iri, ſed ſi ſolutio confer-
ratur in uoluntatem emptoris, tunc non poteſt ualere ni-
ſi ſuſpenſiue, donec beneplacitum purificari poteſt, &
eius conditione deſficiente per mortem antequam uo-
luntas declaretur, neceſſe eſt, quod contractus reſoluatur,
ſecundum ſuperius firmata.
Non obſtat, quod reſeruatio fructuum non repugnet
87 † uenditioni, ut dicitur *num.* 59. ex Ruin. *conſ.* 73. *ſub nu.*
6. & 8. *vol.* 1. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent.*
lib. 4. *tit.* 24. *nu.* 23. *tom.* 1. quia hoc repugnat h. s. quæ ſcri-
pſi in tertio fundamento primarum allegationum, dum
demonſtraui, fructus ſpectare ad emptorem, & ea de
cauſa fieri emptiones, ut acquirantur fructus, ſed hoc
pro nunc omiſſo, Dico, quod in feudalibus dicta reſer-
88 uatio † repugnat contractui uenditionis, quia directum
dominium non poteſt transferri, cum ſit penès inueſtien-
tem utile uero conſiſtit in fructibus, ut dicebam in dictis
primis allegationibus, in quarto fundamento, quod ſentit
89 † etiam Riminal. Iun. *conſ.* 285. *num.* 142. & 143. illud ue-
ro, quod dicitur, *num.* 60. locationem poſſe ſtare cum
uenditione, *vt in l. ſicut emptio.* 20. §. *fin. ff. locat.* & tradit
Alex. *conſ.* 121. *num.* 1. *vol.* 5. Mantic. *de tacit. & ambiguis*
conuention. lib. 4. *tit.* 24. *n.* 18. & 19. Boſſ. *de remiſſio. merced.*
num. 102. quod inde etiam patet, quia non obſtante lo-
catione periculum ſpectat ad emptorem facillime re-
mouetur, tum quia eo caſu contractus claudicat, vt em-
90 ptor † quidem obligetur, non autem uenditor, ſi nolit
tradere rem, & eſt caſus ſpecialis, ut per Alex. *d. conſ.* 121.
ſub num. 1. *vol.* 5. quod faceret pro D. Valentibus nolen-
tibus implere contractum.
Præterea illud procedit in uenditione cum locatione
expreſſa rei uenditæ, quæ tolleratur, ſecus in locatione ex
accidenti contingente, eo quia interim uenditio non ua-
leat, ut in caſu noſtro, quia locatio inducitur quoniam
contractus principalis non ſubſiſtit.
Quod uero dicitur, *num.* 61. dominio non dum trans-
91 lato, † periculum eſſe emptoris, *vt in l. quod ſæpe.* §. *ſi res,*
ff. de contrahend. empt. & per Gloſ. *in l. alienatum in princ.*
in verbo dicitur, ff. de verbor. ſignificat. procedit, quando
92 dominium non transfertur ex accidenti, quia † res non
ſit venditoris, vt in locis allegatis in contrarium, aliud au-
tem eſt, quando non transfertur ex conuentione, quia
non valet contractus, *d. l. cum manuſata*, §. *fi. ff. de contra-*
hend. empt.
Vltimum vero obiectum, de quo *num.* 63. quod qui re-
93 ſeruat fructus, cenſetur illos vendere ſingulis † annis, non
autem locare, vt per Pantralchm. *q.* 17. *num.* 97. *verſic. ſin*
autem quis, &c. & *n.* 98. & *ſeq. par.* 1. Cardinal. Mantic. *de*
ambiguis conuent. lib. 4. *tit.* 18. *num.* 19. 20. & 22. & *tit.* 24.
n. 23. non obſtat, quia non infert ad validitatem contra-
ctus venditionis, ſed tantum ad diuerſitatem tituli, quo
gaudet fructibus reſeruatis is, cui conceduntur, an loca-
tionis, an emptionis.

ARGVMENTVM.

Minor agens de nullitate alienationis pro ſe factæ, quæ reſtituere debeat, & ad quid teneatur, vt obtineat.

SVMMARIVM.

1 *Minor volens recuperare rem alienatam debet prius reſtituere id, quod ad eius manus ex eo peruentum eſt.*
2 *Non tamen tenetur, niſi quatenus eſt factus locupletior.*
3 *Minor præſumitur rem alienam conſumpſiſſe, & aduerſario incumbit onus aliter probandi.*

4 *Ad-*

4 *Aduerſarius debet probare, pecuniam vel in rem minoris verſam ſi agatur de nullitate contractus; vel deperditam eſſe, ſi agat ad reſciſsionem.*
5 *Stat. Mant. attento, eſt nulla alienatio ſtabilium facta à minore ſine ſolemnibus ibi requiſitis.*
6 *Inſtrumentum referens non probat, niſi conſtet de relato.*
7 *Stat. Mant. prohibet etiam minori contrahere ſine ſolemnitatibus ibi deſideratis.*

CONTROVERSIA DCCXIII.

MOtiuum eleuatum a M. Illuſtri, & Reuerendiſſimo
Domino Vicario contra Dominum Cæſarem Bruſ-
cum in executione ſententiæ ab eo fauorabiliter obten-
tæ verſatur in hoc, vt cum ipſe recuperare quærat rem
propriam alienatam in minori ætate, ſeu eius pretium te-
neatur ex aduerſo prius reſtituere id, quod ad eius manus
1 peruenit de pecunijs aduerſarij, ne cum alterius † iactu-
ra locupletetur per *l. vnicam, C. de reputationib.*
Sed reſolutio eſt, quod talis reſtitutio fieri non debet,
2 niſi † quatenus minor eſt factus locupletior, vt decla-
rat Baldus, *in d. l. vnica, n. 3.* ipſum autem factum fuiſſe
locupletiorem, & pecunias verſas fuiſſe in illius vtilita-
tem onus probandi incumbit aduerſario, alias præſumi-
3 tur † eas conſumpſiſſe, *l. prædiorum, & l. ſi prædium, C.
de prædijs minorum*, vbi Gloſſa, *in d. l. prædiorum*, quam
ibi Salicet. dicit communiter approbari, diſtinguit, quod
4 aut contractus eſt ipſo iure nullus, & tunc aduerſarius †
debet probare pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem mi-
noris; aut contractus tenet, ſed petitur reſcindi forte
mediante reſtitutione in integrum, in quibus terminis lo-
quitur, *d. l. vnica, C. de reputationib.* & tunc qui petit re-
ſciſſionem debet probare perditam, & dilapidatam
fuiſſe pecuniam, ſequitur Iaſon. Ludou. *de probationibus
concluſ. vnica illatione prima folio mihi 468 colum. ſecun-
da.*
5 Vnde cum † tam de iure communi, quam ex ſtatu-
to patriæ alienatio bonorum ſtabilium minoris ſine ſo-
lemnitatibus ſit ipſo iure nulla, non tenetur Dominus
Cęſar ad reſtitutionem, vel compenſationem aliquarum
pecuniam, niſi ex aduerſo probentur verſæ in eius vtili-
tatem.
Quinimo ex parte Domini Cæſaris videtur probatum
non eſt, fuiſſe verſas in eius vtilitatem, ſaltem reſpectu
quantitatis ſcutorum 93. de quibus in fide, *fol. 4. fac. 1.*
tum quia non conſtat, eos vere ſolutos fuiſſe inſtrumen-
6 tum enim † referens non probatur, niſi conſtar de re-
lato, *Authent. ſi quis in aliqua*, & ibi ſcribentes omnes,
C. de edend. Tum quia aſſeritur eas ſolutas fuiſſe pro de-
bito, & obligatione contracta ab ipſo Domino Cęſare
minore, qui fuiſſet omnino nulla ex diſpoſitione noſtri
ſtatuti, *ſub rubrica de modo, & forma ſeruanda in contra-
ctibus minorum*, quod prohibet, minorem poſſe † face-
re aliquem contractum ſine requiſitis ab eo ſolemnita-
tibus, annullans ipſo iure actum, ſi ſecus fiat; propterea
non poſſent dici verſa in eius vtilitatem ſolutio debiti, ad
quam faciendam de iure cogi non poterat.

ARGVMENTVM.

De actore pro damnis illatis in pecudis. De teſti-
bus variantibus. Excuſatione à pęna; de com-
miſſo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Paſtori competit actio ad damnum paſſum ab extraneo in proprio grege.*
2 *In teſtibus variantibus attenditur magis primum, quam ſecundum dictum.*
3 *Iuſta cauſa, & credulitas licet in ſe eſſentialiter non vera, aut legitima excuſat à dolo, culpa, & pœna.*
4 *Contra contumacem omnia iura clamant; & poteſt ex Stat. Mant. puniri.*
5 *Damnum, quod quis ſua culpa ſenſit, ſibi debet imputare.*
6 *Pecudes non denunciatæ iuxta obligationem cadunt in commiſſum.*

CONTROVERSIA DCCXIV.

ACtio propoſita per Ioannem Siluellum paſtorem
contra Capitaneum ad vetita Riperij pro refectio-
ne aſſerti damni paſſi ab eius officialibus, ob indebitam
retentionem eius pecudum, iuxta tradita per Farinac.
1 *q. 24. nu. 53.* de facili euitabitur, ſi demonſtrauero, † ip-
ſos officiales potuiſſe iuſte, & probabili credulitate eas
retinere, eoſque omni culpa carere, & ſi quæ culpa
conſiderati poteſt, tam totam reſtricti in dictum acto-
tem.
Præſuppoſito autem, quod licet in his delictis pecu-
dum procedere per inquiſitionem, & accuſare etiam,
ſi illæ non reperiantur in flagranti crimine, nec in actu
contrauentionis, vt diſponit proclama editum in hac
materia, ſub die 3. Martij 1599. dico, quod pluribus de
cauſis potuerunt eas retinere; & primo, quia die Sabbati
12. Aprilis 1608. de ſero dictæ pecudes fuerant repertæ
ſuper pratis Domini Valentini Volcæ, vt deponunt Hie-
ronymus Liuorattus, & Franciſcus Michaleus primus,
& ſecundus teſtes examinati Riperij, à quibus potue-
runt hoc intellexiſſe ipſi officiales, quinimo eas ibi ve-
diſſe profitentur in denuncia ijdem officiales, ſed vbi eas
non vidiſſent, iuſtiſſimam cauſam illis præbuiſſent dicti
duo teſtes, qui quidem, & ſi poſtea in repetitionibus de-
poſuerint aliter, id non releuat; tum quia in teſtibus va-
2 riantibus attenditur magis primum † quam ſecundum
dictum Farinac. *qu. 66. num* 124. vbi de communi, tum
quia ſufficit, quod ipſi officiales ab initio ex dicto eorum
teſtium ſufficienti ad talem retentionem, habuerunt iu-
ſtam cauſam, & probabilem credulitatem faciendi,
quod fecerunt, & ſi teſtes tunc dixerunt mendacium,
culpa in eos reijcitur.
Sicuti, nec releuat aſſerta licentia Dominorum Va-
lentini, & Ludouici de Voleis, tum quia ipſis officialibus
de ea tunc non conſtabat, tum etiam quia non apparet
de eius veritate, quia non fuit recognita, nec vxor Sil-
uelli, quæ eam produxit citata ad declarandum an vellet
ea vti, ea pro vera, & bona auſa eſt vnquam facere
hanc declarationem.
Secundo habuerunt iuſtam cauſam detinendi eaſdem
pecudes, quia ipſa die dominicæ, qua retentæ fuerunt, de
mane, pars earum fuerat in quodam prato Domini Co-
mitis Amorotti, vt tunc depoſuerunt Angelus Bottar-
dus, & Peregrinus de Rainerijs, & licet paſtor forſan ha-
buiſſet iuſtam excuſationem, cum illi famæ coactæ au-
fugiſſent in dicto prato contra ſuam voluntatem, & cu-
raſſet eas colligere, tamen hoc potuerūt ignorare officia-
les, & ob id ſicuti ipſi iuſta, & probabili de cauſa ob
vtrunque dictorum delictorum eas retinendo caruerunt
3 omni dolo, & culpa, quia iuſta cauſa, † & credulitas,
licet in ſe eſſentialiter non vera, vel legitima excuſat ob
omni, dolo culpa, & pœna Angel. *in l. Plagij la 2. ſub nu.
2.* & ibi Bald. *verſic. Si autem eſſet iuſtas*, & Albericus,
in fine, Cod. ad leg. Flauiam de Plagiar. Riminal. Iunior.
conſ. 337. num. 18. Oſaſc. *deciſ. 71. num.* 17. cum alijs mul-
tis apud Farinac. *qu. 90. num.* 44. Ita è conuerſo, ipſe Pa-
ſtor fuit in culpa fugiendo, & non comparendo ad iuſti-
ficandum ſua iura, & faciendum ſuas defenſiones, ab
quas pretendebat, ſe liberatum iri, per quam contuma-
ciam, & fugam fecit ſe reum, quia contra contumacem
4 omnia iura † clamant, & per noſtrum ſtatutum, *ſub
rubrica de modo, & forma procedendi in cauſis criminali-
bus*, contumax condemnari poteſt, & propterea iudi-
ces etiam habuerunt iuſtam cauſam habendi eum pro
delinquente, & committendi venditionem pecudum,
5 Damnum autem, quod † quis ſua culpa ſentit ſibi ipſi,
non alijs imputare debet, *cap. damnum, de regul. iur. in 6.*

D. Surd.

Digitized by Google

D. Surd. *deciſ. 62. num. 8. & deciſ. 94. num. 6. & deciſ. 182. nu. 9.*

Tertia probabilis cauſa detinendi has pecudes fuit, quia ipſe Paſtor non habebat mandatum pro diſceſſu è territorio Mantuano, quod neceſſarium fuiſſe, conſtat ex fide Domini Alexandri Morandi. *fol. 37.* & quod ipſe Siluellus non potuit ignorare eſſe neceſſarium, quia ex fide Domini Botturæ, *fol. 23. fac. 2.* conſtat, ipſi factam fuiſſe fidem, quod leuaſſet ſalem ad hoc, vt veniret poſtea ad accipiendum mandatum pro diſceſſu, vt atteſtatur dictus Bottuta.

Et licet ipſe in rei veritate leuaſſet ſal, tamen ſufficit, quod non obſeruauerat formam, & quod deficiente mandato officiales potuerunt probabiliter credere, licitam eſſe retentionem.

Vltima fuit iuſta cauſa retentionis, quia dictæ pecudes, nec in ueniendo, nec in redeundo fuerunt denunciatæ datiario, prout conſtat ex fide D. Florauantis Botturæ nouiſſimè producta, quod tamen neceſſarium erat, tam ex ſtylo, quam ex ſtatuto, *ſub rubrica de datio ſoluendo, & exigendo a conducentibus mercationes aliquas de alieno*, ibi, *item de qualibet beſtia minuta, &c.* ob quam
6 omiſſionem denunciationis pecudes non denunciatæ † ceciderunt in commiſſum, iuxta *lege commiſſa, ff. de publican.*

Ex quibus omnibus, maxime ex prima cauſa, in qua dixi, attendendum eſſe primum dictum teſtium non autem vltimum, & ex hac poſtrema patet, pecudes non debuiſſe reſtitui ipſi Siluello, ſed locum fuiſſe commiſſo, & vbi meruiſſet abſolui, quod negat, tamen Capitaneus non teneretur pro officialibus, cum ipſi non deliquerint, ſed tantum de eo, quod ad ipſum peruenisſet, qui poſtea admittendus eſſet ad probandum caſum, & mortem ipſarum pecudum, cum non deberet teneri, niſi quatenus locupletior factus eſſet.

ARGVMENTVM.

Statutum Ciuitatis dominantis, an, & quando liget alias Ciuitates ſubditas. De Principis in hoc voluntate. De Proclamatum publicatione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loci, vbi caſus euenit, eſt attendendum, cum Ciuitas dominans, & locus ille habeatur ſua particularia ſtatuta.*

2 *Statuti diſpoſitio, vbi prouidet in caſu diſpoſito de iure communi, cenſetur ſublata diſpoſitio, & pœna ipſius iuris.*

3 *Princeps non præſumitur velle, ſuum Edictum eſſe vniuerſale ad totum ſuum dominium, niſi aliud conſtet.*

4 *Proclama publicatum in Ciuitate, non ligat ſubditos caſtrorum ſubiectorum.*

5 *Id eſt præſus verum, cum illa caſtra habeant propria Statuta.*

CONTROVERSIA DCCXV.

IN materia iſta ſunt vulgares, & communes concluſiones, ex quibus breuiter, & facile reſolutum remanebit dubium propoſitum; Nam quando ciuitas dominans, & caſtrum ſubiectum habent particularia ſtatuta diſponentia in materia, de qua contingit diſputari, tunc atten-
1 ditur ſtatutum loci, in quo caſus euenit, † & ſic in propoſita quæſtione attendendum erit ſtatutum Caneti, non autem ſtatutum Mantuæ, Bartol *in leg. 1. quæſtione 36. ſub num. 41. C, quæ ſit longa conſuetud.* Marian. Senior. *conſ. 7. num. 7. volum. 1.* Pariſ. *conſ. 25. num. 42. vol.*
4 Neuizan. *conſ. 58. num. 6.* Roland. *de lucr. dotis, quæſt. 85. numer. 3.* Lancellot. Gallia, *in conſuetud.* Alexand. *in præfatione octau. num. 77.* Cephal. qui diſtinguit plures caſus, *conſ. 41. ſub num. 67. verſic. aliquando, & tertio, &c.* Ioſeph. Ludouic. *in ſuis communib. concluſionibus in meo libro ſub tit. de ſtatutis concluſ. 2. incipiente ſolet multoties, &c. verſic. Quartus caſus,* Franciſ. Guerra, *in ſuo conſilio vnico deciſiuo impreſſo Serraualle de anno 1603. n. 184. & 185.* Morot. *conſ 89. n. 10.*

Et tunc vbi ſtatuti diſpoſitio prouidet in caſu diſpoſi-
2 to de iure communi, ceſſat, † & cenſetur ſublata diſpoſitio, & pœna ipſius iuris communis, & attenditur tantum ſtatutum, Marſil. *conſ. 61. num. 17.* Burſat. de communi totius mundi obſeruantia, *conſ. 94. num. 4. & conſ. 346. num. 22.* Grammatic. *conſil. criminal. 35. nu. 56.* Ceuallus, *in tract. communium opinionum contra communem, q. 626.* vbi de magis communi, æqua, & per totum mundum obſeruata late, qui pro alijs ſufficiat Cabal. *reſolut. crim. 2.*

Neque hoc caſu attendendum eſt proclama editum de anno 1543. quia, & ſi non negarim, principem poſſe vltra particularia ſtatuta ciuitatis dominantis, & caſtrorum ſubiectorum publicare conſtitutiones deſeruientes vniuerſo dominio, vt videmus Mediolani, & in Monte Ferrato, vbi adſunt ſtatuta locorum particularium, & conſtitutiones, ſeu decreta ſeruientia vniuerſo territorio; tamen illud procedit, quando conſtat, & apparet, prin-
3 cipem † voluiſſe eſſe vniuerſales, vel vniuerſalia, Vniuerſalia autem dici non poſſunt, ſed particularia, quando in certo, vel certis locis tantum fuerunt publicata, non autem in omnibus, Proclama enim publicatum in
4 ciuitate non ligat ſubditos † caſtrorum ſubiectorum ipſi ciuitati, niſi ibi quoque fuerit publicatum, Anchar. Region. *quæſt. 59. per totum part. 2.* Laderch. *conſ. 204. colum. 2. ſub verſic. Secundo, & ſi non vigeret,* Randens. *conſ. 59. num. 8. volum. 1.* Riminal. Iunior. *conſ. 108. num. 10.* Mazol. *conſ. 78. ante numer. 21. verſicul. & ſi dicatur,* Bertaz. *conſ. criminal. 392. num. 2.* vbi plus dicit, non ligare etiam in villis ſubiectis, niſi ibi quoque publicetur, & licet contradicat in hoc vltimo Claudius eius filius, *in conſ. 122. in addit. in litt. A. verſic. Ex his illa elicitur,* tamen vltra, quod fatetur diſputabilem eſſe quæſtio-
5 nem, ceſſat obiectum † in caſtris habentibus ſeparata ſtatuta, quia ad ea tollenda, opus eſt notoriorum publicatione.

Præterea ad d. proclama anni 1543. poteſt multipliciter reſponderi, pro vt reſpondi in cauſa Illuſtriſſimi D. Comitis Pompeij Stroccij in ſecundis allegationibus incipientibus, *ad duo delicti genera fol. 15. verſicul. Neque turbat*, vbi ad illud attuli quinque particulares reſponſiones, quas non repeto tum breuitatis cauſa, tum quia dictæ allegationes ſunt in manibus M. Illuſtris Domini Iudicis motiuantis, qui eas videre poteſt, prout eum rogo.

ARGVMENTVM.

De Iudice competenti per Clericum eligendo. Hæres ſi tenet ab eo euinci hæreditatem debet petere cautionem de reſtituendis legatis à legatarijs, &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non poteſt ſine incurſu cenſurarum adire Iudicem laicum, vel eius iuris dictionem prorogare.*

2 *Cum hæres ſcriptus patitur controuerſiam de hæreditate; tunc non tenetur ſoluere legata, niſi præſtita fideiuſſione per legatarios.*

3 *Imo in dolo videtur ipſe eſſe, niſi procuret hanc cautionem.*

4 *Hæres ſi ſimpliciter ea ſolueret, & perderet hæreditatem, non poſſet aliquid pro ipſis retinere, vel ea petere, ſed eius damno cederet.*

CON-

CONTROVERSIA DCCXVI.

Viſo libello tranſmiſſo, nomine Sereniſsimæ Cameræ contra fratres de Mundinis, pro aſserta priuatione hæreditatis Illuſtris q. D. Ludouici de Mundinis prætenſa ab ipſa Camera, Franciſcus alter ex dictis fratribus, cui ſoli facta eſt intimatio, cum D. Hieronymus alter ex eis abſit ab hac Vrbe, & Territorio, præmiſsa proteſtatione, quod per præſentem ſcripturam, nec pro aliqua mea contenta, non intendit conſentire in M. Illuſtrem Magiſtratum Ducalem, cuius auctoritate tranſmiſsus fuit d. libellus, tanquam ſuum Iudicem competentem, non ex eo, quod non maxime confidat de illius optima Iuſtitia, ſed quia tanquam Clericus non poteſt conueniri, niſi coram Iudice Eccleſiaſtico, & patiendo, & conſentiendo in ipſum M. Illuſtrem Magiſtratum poſset in-
1 currere pænas, & cenſuras indictas † contra Clericos
prorogantes iuriſdictionem Iudicis laici, *per cap. ſi diligentis, de foro competenti*, & vbi poſset reſultare aliquis cōſenſus vult, quod præſens actus potius vitietur, quam proteſtatio, & ille, hanc ſcripturam eo tantum caſu, quo poſset ſibi præiudicare, reuocat, & annullat, ita quod pro non producta habeatur; Qua præmiſsa, & repetita proteſtatione, rogat M. Illuſtrem Magiſtratum, vt velit inſtruere Sereniſsimum D. Ducem de infraſcriptis eius iuribus, ex quibus nullam prætendit incurriſse, nec potuiſse incurrere priuationem, Itavt illis intellectus dignetur iubere Sua Celſitudo, ſicuti confidit in optima eius Iuſtitia, & benignitate, ne vlterius amplius ipſi fratres de Mundinis, hac de cauſa moleſtentur.

Prima autem, & potiſsima cauſa eſt, quia ipſi patiũtur controuerſiam in media via iuris, in hac hæreditate ab Illuſtri D. Proſpero Capilupo, vti tutore D. Margaritæ Mundinæ. qui prætendit, teſtamentum, quo ipſi inſtituti fuerunt, eſse nullum, prout illud annullari petijt, vt ex proceſsulo, qui exhibetur, non animo tamen approbandi pro iuſta prætenſione d. D. Capilupi, nec cauſa faciendi illum de his actis, nec conſentiendi in hoc tribunali, nec iudicialiter deducendi ſua iura coram eo, ſed ad effectum tantum inſtruendi extraiudicialiter M. Illuſtres Dominos, vt poſsint de hoc informare Suam Celſitudinem, & non aliter, nec alio modo, & cum præmiſſa proteſtatione, vt potius actus corruat; Quando autem hæres ſcriptus patitur controuerſiam de hæreditate, tũc
2 † non teneatur ſoluere legata, niſi præſtita fideiuſsione
* per legatarios, *l. final.* vbi ſcribentes omnes, maxime Bald. *ſub num. 7. C. de petition. hæredit.* & late proſequitur Achil. Perſonal. *in tractat. de adipiſcend. poſſeſſ. ſub numer. 699 cum plurib. ſeqq.* & Anton. Henring. *in tractat. de fideiuſſ. capitulo quinto, numer. 306.* imo in dolo videtur ta-
3 lis, † niſi procuret hanc cautionem, Maſcard. *concluſ.*
532. num. 82. & ſi ſimpliciter ſolueret, & perderet hæreditatem, tunc remaneret in damno, nec poſset ſibi tan-
4 tumdem retinere † in hæreditate, nec repetere à vero
hærede, *l. ſi poſſeſſor, §. ſed & ſi Senatus, alias eſt in l. item veniunt, ff. de petition. hæredit.* gloſs. *in l. quod ſi poſseſsor, in verb. ſatisfiat, ff. d. tit. de petition. hæredit.* Socin. Iun. *conſil. 150. num. 51. in fine, & ſequ. volum. 1.* Achil. Perſonal. *in d. tract. de adipiſcend. ſub num. 703.*

Vnde præſtita debita fideiuſsione per D. Lauram Legatariam ſicuti ſemper parati fuerunt illi ſatisfacere, ita quoque nunc ſunt prompti, ſicuti ſe offerunt, & hac ratione, vti iuſtiſsima, putant ſe excuſatos a prætenſa priuatione.

Præterea ipſa D. Laura ſæpe vociferauit velle conſequi quartam in bonis mariti, aſserens ſe indotatam, & cum vtrumque habere non poſset legatum, ſcilicet, & quartam, nunquam tamen elegit vtrum conſequi mallet, & ideo prædicti de Mundinis non ſunt in culpa, ſi non ſoluerunt legatum, quatenus firmiter credant, nullam ei deberi quartam.

Et denique nunquam negarunt, ſicuti neque nunc negare ſatisfactionem, neque contrarium vnquam demõſtrabitur; Et ex iſtis credunt, Sereniſſimum D. Ducem mandaturum ipſos non vexari hac de cauſa, prout illum humillime rogant, & vbi Sereniſſima Camera intendat proſequi aſſertam prætenſionem; tunc declinat debita cum reuerentia forum ipſe Reuerendus D. Franciſcus, ea tantum de cauſa, quia non poteſt conſentire in Iudices laicos, & petit conueniri coram ſuo Iudice, coram quo paratus erit ſe tueri, & ſua iura deducere, proteſtã-do de nullitate, ſi ſecus fiat; Et quod amplius verbum non reſpondebit coram aliquo Iudice, & ita deciſum, &c. omni, &c. ſine præiudicio, &c.

---

* Aduerte, quod vbi legata ſunt repetita ab inteſtato, puta per clauſulam codicillarem, tunc quia omni in caſu, a quocumque vincente litem legata debentur, non eſt neceſſaria cautio, Caſtrenſ. *in d. l. fin. ante n. 4 verſic. Prima quod ſi erant repetita*, & ibi hoc ſentit etiam Bart. *ſub numer. 2.* & Salicet *ſub num. 4. verſic. Quem vero quod ſi legata eſſent relicta in codicillis, C. de petition. hæredit.*

ARGVMENTVM.

De diuiſione bonorum, eiuſque effectu, & virtute. De communione poſt eam, & melioramentis compenſandis.

ARGVMENTVM.

1 *Ex aſſignatione rei dotis cauſa fit tranſlatio dominij ipſius.*
2 *Diuiſio ſola ex ſe transfert dominium.*
3 *Ex communione poſt diuiſionem præſumuntur fructus communicati, at non proprietates rerum.*
4 *Fructus compenſantur cum melioramentis prætenſis, ſi ſint eiuſdem valoris, multo magis ſi excedant.*

CONTROVERSIA DCCXVII.

Nella diuiſione, ch'intendono fare Giouanni, & Giacomo, dico, che Giouanni deue hauer la pezza di terra pratiua, che li fu altre volte aſſignata per la dote di ſua moglie, nella diuiſione, che fecero eſſo Giouanni, & Giacomo, con Domenico loro nepote, ancorche hora vaglia aſſai di più detta terra, perche per detta aſſignatione fatta per la dote, fù transferito il dominio,
1 † & coſi fù fatta propria d'eſſo Giouanni, *leg. prædium, C. de euiction. l. eleganter, in princip. ff. de pignoratit. action.* Pariſ. *conſil. 81. num. 32. & 34. in fine, volum. 2.* Surd. *conſ. 243. num. 21. & conſ. 330. num. 4.* ſi come anco la diuiſio-
2 ne ſola per ſe transferiſce † il dominio, eſſendo aliena-
tione, Ruin. *conſil. 117. num. 19. volum. 3.* Surd. *conſ. 308. num. 18.* la quale pezza di terra; poiche vna volta è ſtata aſsignata per detta dote, facendoſi poi noua diuiſione con l'altro fratello, ſi deue detrahere come coſa propria di eſſo Giouanni nello ſtato, che ſi ritroua, benche vaglia aſſai più, Pariſ. in ſpecie, *conſil. 100. num. 26. vol. 2.* perche detti Giouanni, & Giacomo s'intendono eſſer viuuti in communione, & hauer communicato li frutti,
3 ma non le proprietà, † ſtando maſsime, ch'vno haueua
di più dell'altro, Ioſ. Ludou. *de ſocietat. concluſ. vnic. alias eſt concluſ. 53. colum. 15. verſic. Et propterea ad includendam, &c.* Hector. Felic. *de ſocietat. cap. 9. num. 53. & 54.* Alex. *conſ. 45. num. 5. colum. 1. & conſil. 138. num. 5. vol. 5.* Zapat. *tom. 2. fol. 281. colum. 4.*

Per riſpetto poi della pezza di terra Montiua comprata de danari della dote della moglie d'eſſo Giouanni, bonificata da eſſi fratelli, dico, che li frutti goduti in commune, ſi deuono compenſare con li miglioramenti, & coſi, ch'eſſo Giacomo non può pretendere coſa
4 alcuna per detti miglioramenti, † ſtando quello, che
ſi ſuppone, che li frutti cauati in più anni ſono di eguale anzi maggior valore Burſatt. de communi, *conſil. 103. num. 25.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

De Proclamatibus, ſeu cridis ſuper bonis debitoris; quando ſint faciendæ, ne creditorum iuribus fiat præiudicium.

SVMMARIVM.

1 *Ex proclamatibus, ſeu cridis rei alienæ non ſit alieni creditori præiudicium, niſi quoad res deſcriptas in ipſis, & nominatas.*
2 *Si in illis proclamatibus non ſeruetur forma decreti ad vnguem, & præciſe, nemini ſit præiudicium in ſuo iure.*
3 *Damnum creditoribus prætendentibus non generatur, cum res poſitas ad cridas per debitorem ponitur cum ſuis oneribus, ſeruitutibus, &c.*
4 *Mala fides non prodeſt ponenti ad cridas; & impedit damnum iuribus alterius.*
6 *Vt præſcriptio currat, & inducatur debet poſſidere, vel legi rem ſe habere eo ſtatu, in quo poteſt ipſa currere, & induci.*

CONTROVERSIA DCCXVIII.

EXceptio propoſita nomine M. Magnifici D. Innocentij Rugerij pro reijciendis capitulis productis ad inſtãtiam D. Io: Ghidini, & aliorum litis conſortum, quod ſcilicet ſententia generalis lata ſuper iſta petia terræ, ſuper qua prætenditur ſeruitus in iudicio ſecundi decreti bonorum D. Franciſci de Ferrarijs excluſerit iſtos conſortes ab omni ſuo iure prætenſo, ex quo in eo iudicio non comparuerunt, nec illud reſeruari petierunt, vnico verbo deſtruitur, dicendo, quod ſententia prædicta non præiudicauerit iſtis conſortibus, quia non fuerunt proclamata omnia bona d. de Ferrarijs, & in ſpecie in proclamatibus non fuit deſcripta hæc petia terræ, de qua eſt controuerſia, ſed * vnica tantum petiola terræ bubulcarum trium, de qua fuerat capta tenuta à D. Iacobo Panitia, ad cuius inſtantiam ceptum fuit ipſum iudicium, valde diuerſa ab iſta, prout videre eſt in ipſis proclamatibus, quo fit, vt ipſi non fuerint obligati cõparere, cum ignorarent in hoc iudicio agi de aliquo eorum præiudicio, & ordo excludit tantum non deducentes ius ſuum ſuper bonis proclamatis, non autem ſuper omiſsis, quia creditor, vel alter ius habens in re nõ poteſt diuinare, quod agatur de ſuo intereſſe, niſi citetur ſaltem per proclama, & deſcribantur in ea bona, in quibus ius habere prætendit, aliàs enim poteſt ſemper re-
1 plicare ſe non comparuiſſe, quia ſcribat ius ſuum durare, ex quo in proclamatibus non erat nominata † res ſui iuris, vt tradit Plot. ad ſimile decretum de bonis ad cridas ponendis, cuius interpretationem poſuit, *in repertorio repetitionis, l. ſi quando, C. vnd. vi, antiquæ impreſſionis, in verbo Decretum ſub rubrica Decreti Mediolani, ſub rubrica de bonis ad cridas ponendis interpretationes, verſic. vltimo incipiente Decretum, & Cridæ, vbi de iure, &c.*
2 Accedat, † quod ſi in prædictis proclamatibus non ſeruetur præciſe, & ad vnguem forma decreti cum omnibus ſuis qualitatibus etiam in vno minimo iota non præiudicant alicui in ſuo iure Plot. *vbi ſup. in verſ. Decretum volens, quod præiudicent, &c.* Burſatt. *conſil. 66. num.* 4. cum igitur hic requiſitum magis ſubſtantiale fuerit omiſſum vtiq; ceſſat omnis eorum virtus, & vigor.
Rurſus aut debitor ponens ad cridas hæc bona intel-
3 lexit ea ponere cum ſuis oneribus, † & ſeruitutibus: aut non primo caſu, non videtur generatum aliquod præiudicium ius habentibus in illis, Plot. *in d. interpretatione ſimilis decreti, in verſic. penultim. incipiente Decretum, & Cridæ non præiudicant non contradicentibus, vbi ponens, &c.* Secundo vero caſu ſi habuit intentionem non preſeruandi hanc ſeruitutẽ, tunc dicitur fuiſſe in mala fide, quia ſupponitur ipſum de hoc habuiſſe ſcientiam cum, & multo ante, & tempore dicti iudicij, & poſtea ſemper iſti conſortes ea vti præſupponantur, quæ mala fides nõ
4 prodeſt † ponenti ad cridas, atque impedit, ne præiudicatur prætenſioni, & iuri alterius, Plot. *vbi ſup. verſ. Decretum, & cridæ etiam ſi eis non contradicatur non poſſunt, &c.* Burſatt. *d. conſil. 66. num. 7.*
Poſtremo cum aſſignataria non intellexerit habere hanc rem vti liberam ab hac ſeruitute, cum illam ſemper paſſa ſit non potuit induci aliqua præſcriptio ex ſententia generali, quia oportet, vt quis poſsideat, vel in-
5 telligat habere rem † in eo ſtatu, in quo poſſet currere præſcriptio, ad hoc vt præſcriptio inducatur, Rebuff. *conſil. 20. num. 7.* Decian. *conſil. 4. numer. 50. volumine ſecundo.*

* Reſponderetur, quod capta poſſeſſione vnius rei, & modicæ per creditorem dicuntur venire omnia eius bona, & omnium capta cenſetur.

ARGVMENTVM.

An fœmina ſemel excluſa per maſculum ab Emphyteuſi Eccleſiaſtica. Sit perpetuo excluſa, an vero ſolum exiſtente eo; Et quid præcipue cum ea eſt inſtituta in teſtamento per maſculum vltimo defunctum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici Iudices ſemper ſtant pro fœmina excluſione in Emphyteuſi; Laici vero contrariam ſequuntur ſententiam.*
2 *Emphyteuſis ſi eſt conceſſa pro ſe, & hæredibus, intelligitur de hæredibus ſanguinis, & ſic omnibus deſcendentibus.*
3 *Et comprehendit omnes deſcendentes, tam maſculos, quã fœminas, in infinitum.*
4 *Fœminæ ſunt capaces Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, niſi verba ſtipulationis repugnent.*
5 *Stipulatio pro hæredibus eſt promiſcua, apta comprehendere tam maſculos, quam fœminas.*
6 *Sub tali ſtipulatione continentur nepotes, & neptes, ſiue ex maſculo, ſiue ex fœmina.*
7 *Ius quæritur ex prima inueſtitura illi, qui ſunt in ea comprehenſi, vt ſunt perſonę prædictæ.*
8 *Tales perſonæ non egent medio repræſentationis, etſi aliàs ſemper ingrediantur perſonas parentum in ſucceſſione patruorum.*
9 *Fœminæ de iure communi, non diſtinguuntur à maſculis in ſucceſſione Emphyteuſis etiam Eccleſiaſticæ, quoties verba inueſtituræ eas comprehendunt.*
10 *Verba,* Pro ſe, & hæredibus, *ſunt apta comprehendere etiam fœminas.*
11 *Si ex Statuto fœminæ excludantur id non obtinet ex natura contractus, vel ex iure communi.*
12 *Excluſio vigore Statuti obtinet in emphyteuſi hereditaria; non vero ex pacto, & præcedentia.*
13 *Statut.* Mant. *ita excluſiuum non obtinet, niſi ab inteſtato. Et vbi ſolum extant agnati intra quartum gradum, ibid.*
14 *Comprehenſæ fœminæ poſſunt ſine licentia inueſtiri, vt tales ſunt neptes.*
15 *Inſtitutio facta inter comprehenſos non dicitur alienatio, ſed refutatio, quæ eſt licita etiam ſine Domini aſſenſu.*

16 *Sta-*

16 *Statutum generale diſponens comprehendit etiam bona Emphyteutica Eccleſiæ.*
17 *Contrahentes in inueſtitura cenſentur ambo ſe conformare voluiſſe cum Statuto Patriæ.*
18 *Statutum* Mant. *non excludit fæminas perpetuo, & abſolute.*
19 *Fæminæ ſuccedentes dicuntur ſuccedere in hæreditate non in bonis à quibus fuerunt ſemel excluſa.*
20 *Fæmina ſuccedit ad excluſionem Domini directi in inueſtitura; alijs comprehenſis deficientibus.*
21 *Fæmina omni dubio remoto ſemper ſuccedit, cum per maſculum vltimo defunctum inſtitutum in teſtamento in ea inueſtitura.*
22 *Fæmina ſemel excluſa ſemper eſt excluſa, procedit ſemper in feudo, at in emphyteuſi ſolum extantibus agnatis, & cur, & num. 23.*
24 *Quæſtio prædicta debet decidi iuxta eam partem, quæ eſt roborata conſuetudine.*
25 *Vna conſuetudo tollit aliam.*
26 *In dubijs eſt facienda interpretatio ad fauorem Eccleſiæ.*
27 *Stante conſuetudine pro fæmina non debemus fauere Eccleſiæ in eius præiudicium.*

CONTROVERSIA DCCXIX.

SCiſma illud, quod iam diu eſt inter Iudices Fori Eccleſiaſtici, & ſæcularis in hac ciuitate, in ea quæſtione,
1 † An fęmina ſemel excluſa per maſculum ab Emphyteuſi Eccleſiaſtica ſit perpetuo excluſa, an vero eo deficiente ſuccedere poſſit ad excluſionem Domini directi, in qua Iudices Eccleſiaſtici Fori ſemper iudicant pro deuolutione, Senatus vero perpetuo ſtat pro fęmina, eſt valde publicæ vtilitati perniciosum, & cum maximo ſcandalo continuat, & ideo à republica foret, vt vel Iudices conueniunt, cum vnica tantum ſit veritas; & vnum ius, vel articulus perpetua lege decideretur.

Ego, qui ſcio tutiorem eſſe ſententiam, quæ plurium iudicio comprobatur, *cap. prudentiam, verſicul. quippe, de offic. delegat.* ſemper ſecutus ſum opinionem Senatus fęminæ fauorabilem, quæ etiam melioribus rationibus firmari mihi videtur, Et ideo in præſenti cauſa vertente inter M. Reuerendum Collegium SS. Iacobi, & Philippi, & Dominas Annam Mariam, & Margaritam ſorores de Cuchinis, neptes ex ſorore q. D. Io: Baptiſtę de Malateſtis, & eius ex teſtamento hæredes ex vltimo reformandam eſſe ſententiam M. Illuſtr.s, & Reuerendiſſimi Domini Vicarij Epiſcopatus ad fauorem ipſarum ſororum.

In qua controuerſia non paruo verſari difficultatem, quia iſtæ neptes dicantur de comprehenſis in inueſtitura D. Io: Baptiſtæ Senioris earum aui materni, nam cum emphyteuſis iſta fuerit conceſſa pro acquirente, & ſuis
2 hæredibus, intelligitur † de hæredibus ſanguinis, & ſic pro omnibus deſcendentibus, Clar. §. *emphyteuſis, quæſtione vigeſima octaua, numero quinto,* Berous, *conſil. 102. numero ſexto, & octauo, volumine primo, & conſilio nonageſimo quarto, numero primo, eodem volumine primo, & quæſtione decima ſeptima,* Aldobrandinus, *conſilio trigeſimo quinto, numero trigeſimo nono,* Riminaldus Iunior, *conſil. 835. numero decimo ſexto,* Lancellotius Gallia, *conſilio decimo ſecundo, numero decimo primo, & conſilio nonageſimo nono, numero quadrageſimo quarto,* Corbul. *de priuation. ob lineam finitam, ſub numero quinquageſimo primo,* & comprehendit omnes
3 deſcendentes, † tam maſculos, quam fæminas in in-
4 finitum, quia fæminæ ſunt capaces emphyteuſis † Eccleſiaſticæ, niſi verba ſtipulationis repugnent, §. *emphyteuſim in Authentica de non alienandis rebus Eccle-*
5 *ſiæ,* † ſtipulatio autem pro hæredibus eſt promiſcua, & apta comprehendere tam fæminas, quam maſculos, & ob id etiam deſcendentes vtriuſque ſexus dicuntur in ea contineri, & de comprehenſis, Berous de magis communi, *quæſtione decima octaua in principio,* Clarus, § *emphyteuſis, quæſtione trigeſima ſecunda, numero ſecundo,* Burſattus, *conſilio nonageſimo ſecundo, numero vigeſimo quarto,* Anguil. *conſil. 100. numero quadrageſimo,* Dominus Surdus, *conſil. 100. numero decimo quinto, & conſil. 140. numero vigeſimo tertio, & deciſione nonageſima quinta, ſub num. 13.*

Et per conſequens etiam ſub tali ſtipulatione conti-
6 nentur nepotes, † & neptes tam ex fæmina, quam ex maſculo, vt per textum *in leg. ex facto, §. final. ff. ad Trebell.* tradit Vezin. *inſertus in ſyntagm. communium opinionum, libro quarto, titulo quadrageſimo quarto, de iure emphyteutico, numero ſexageſimo quinto, tomo primo, folio. 667.* Corne. *conſil. 263. volumine primo,* Anguil. *conſil. 100. num. 38.*

Cumque dicantur de comprehenſis illis met ex per-
7 ſona propria dicitur † ius quæſitum ex prima inueſtitura, Capicius, *in ſua inueſtitura feudali, in titulo feudorum genera, in quinta concluſione, fol. 211. verſiculo quinta concluſio,* Berous, *conſilio quinquageſimo quinto, ſub numero vigeſimo, volumine ſecundo,* Ioannes Thomas de Magnis, *in tractatu de generibus feudorum, in titulo de feudis ex pacto, & prouidentia antiquo, ſine paterno, numero vigeſimo primo, verſicul. Item feudum antiquum, ſine paternum, folio mihi vigeſimo in magna impreſſione,* Turnia, *in Conſtitutione Regni, ſi aliquem in verbo antiquis, numer. 220.* Intrigliol. *de feudis, centuria prima, quæſtione vigeſima prima, numero 7.* & propterea non egent adminiculo matris, nec opus eſt, quod repręſentãt eius perſonam, quamuis etiam vbi opus eſſet repreſentatione, certum eſt filios, vel filias ingredi perſonas parẽ-
8 tum † in ſucceſſione patruorum, vel auunculorum, *Authent. poſt fratres, C. de legitim. hæredib.* ſicuti igitur, ſi mater viueret, poſſet ſuccedere in hac emphyteuſi non obſtante, quod ſemel fuiſſet excluſa à fratre ſecundum opinionem, quam ſequor, ita quoque, & illæ eius filiæ, & multo magis admittendæ ſunt neptes illæ, quia ipſæ ex propria perſona numquam fuerunt excluſæ.

Hæc volui exharaſſe, quia fuerunt quia mouerunt ſcrupulum filias prædictas non eſſe admittendas, cum earum mater iamdiu ſit prædefuncta, & quod deciſio Senatus fauorabilis fæminis excluſis, de qua infra loquatur in ſororibus vltimi defuncti, non autem in neptibus, nam ex prædictis patet hanc circumſtantiam non mutare ius.

His firmatis, deuenio ad punctum principalis quæſtionis, an hæ neptes admittantur ad hanc emphyteuſim non obſtante, quod D. Io: Baptiſta Iunior excluſerit ſemel earum matrem ab ea.

In qua concludo eas admittendas eſſe, quia vt ſupra dicebam de iure communi fœminæ non diſtinguuntur à maſculis in ſucceſſione Emphyteuſis etiam Eccleſiaſti-
9 cæ quoties verba inueſtituræ † ſunt apta comprehendere vtroſque, *d. §. emphyteuſim in Authent. de non alienandis rebus Eccleſiæ,* cum alijs ſupra allegatis, quibus addo Dom. Surd. *deciſione nonageſima quinta, numero decimo ſecundo, & decimo tertio,* Cephal. *conſil. 361. numero trigeſimo octauo,* Corbul. *de priuation. ob lineam finitam, numero quinquageſimo quarto,* Valaſc. *de iure emphyteutico, quæſtione quadrageſima prima, numero ſe-*
10 *cundo,* vbi aiunt verba † eſſe apta comprehendere tam fæminas, quam maſculos, ſi in inueſtitura concipiatur, *Pro ſe, & hæredibus,* ſicuti in caſu noſtro.

Quapropter, ſi mater harum pupillarum, & ipſæ quoque fuerunt excluſæ à fratre, & auunculo reſpecti-
11 uè id tantum euenit vigore † patrij Statuti excludentis fæminas, non autem ex natura contractus, Bartolus, *in leg. ſi iuſiurandi, §. ſi liberi, ſub numero quinto, verſicul. item prædicta vera, &c. ff. de oper. libert.* Ancharanus, *conſil. 433. ſub numero primo,* Alexander, *conſil. 119. ſub numero ſeptimo, volumine quinto,* Corneus, *conſilio trigeſimo ſeptimo, numero ſecundo, volumine tertio,* Clar. §. *emphyteuſis, quæſtione trigeſima ſecunda, ſub numero quarto,* Valaſcus, *dicta quæſtione quadrageſima prima, pariter ſub numero quarto,* Ancharanus Regienſis, *quæ-*

ſtione

quæſtione ſexageſima quinta, numero decimo, parte ſecunda, Ioſeph Ludouicus, *deciſione Lucenſi vigeſima noua, numero vigeſimo quinto*, Riminaldus Iunior, *conſil.455. num.42.*

12 Quæ excluſio, † vigore Statuti propriè operatur, quando emphyteuſis eſt hæreditaria, vt in caſu iſto nō etiam ſi eſſet ex pacto, & prouidentia, Salicetus, *in lege ſecunda, numero vigeſimo ſexto, in fine, Codice de iure emphyteutico*, Ruinus, *conſil. 162. numero decimo tertio, volumine primo*, Rolandus, *conſilio ſexageſimo octauo, numero vigeſimo primo, volumine primo*, Dominus Surdus, *conſilio nonageſimo quinto, ſub numero nono.*

Quod quidem Statutum, cum habeat tantum locum ab inteſtato, non autem condito teſtamento, vt diſponit, *in verſiculo, Ex teſtamento autem*, & citra præci-
13 ſam diſpoſitionem, ita † etiam eſſet intelligendum, vt de eo ipſo ſcribit Menochius, *libro ſexto, præſumptione trigeſima octaua, numero trigeſimo quarto*, Surdus, *dicta deciſione nonageſima quinta, numero trigeſimo*, nec non habeat tantum locum, vbi extant agnati infra quartum gradum, qui poſſint, & velint ſuccedere, qui in caſu iſto non extant reſpectu huius emphyteuſis, cum nulli alij adſint de comprehenſis, ſequitur, quod iſtæ neptes non prohibeantur ſuccedere in hac emphyteuſi, tanquam inueſtitæ, deficientibus maſculis, vt concludit in terminis Dominus Surdus, *dicta deciſione nonageſima quinta, numero decimo tertio, in fine*, cum non poſſit dici linea finita, & ſic eſſe locum deuolutioni, vbi adeſt aliquis de comprehenſis, idque eo magis, ſtante teſtamento auunculi, qui eas potuit
14 inſtituere etiam ſine licentia, † cum ſint de comprehenſis in inueſtitura, quemadmodum ſcripſere Alexander, *conſ.189. ſub numero decimo ſecundo, volumine ſecundo*, Iaſon. *in lege finali, ſub numero ſeptuageſimo quinto, verſiculo, Dummodo quando eſt, iuncto numero ſeptuageſimo ſexto, ff. de iure emphyteutico*, Bellacomba, *inſertus in ſyntagm. communium opinionum libro quarto, titulo de iure emphyteutico, numer.314. tomo primo, fol.690.* Bertachinus, *in ſuo repertorio, in verbo emphiteuta*, teſtatur Corbula, *de priuation. ob alienationem, limitatione decima quarta*, & ratio eſt, quia iſta inſtitutio facta inter comprehenſos non dicitur alie-
15 natio, † ſed potius reſutatio, quæ licita eſt etiam ſine conſenſu Domini, *capitulo primo, §. ſed & ſi res per quos fiat inueſtitura*, Ripa, *in lege, qui Romæ, §. duo fratres, numero octuageſimo ſeptimo, ff. de verborum obligationibus*, Alexander, *in lege ſi domus, la ſecunda, §. finali, ſub numero ſeptimo, verſiculo, Quia talis, ff. de legatis primo*, Cephalus, *conſil. 262. numero primo.*

Nec dicatur verſari præiudicium Eccleſiæ, eo quia ſemel fuerant excluſæ, vnde non poſſunt amplius ſuccedere, ideo opus fuiſſe licentia, quia ſi conſideremus rationes, quare excludantur, vigore Statuti ab hac emphyteuſi cognoſcemus nullum adeſſe præiudicium Eccleſiæ, duplex enim ſolet reddi ratio, vel quia Statutum generaliter diſponens comprehendat etiam bo-
16 na † emphyteotica Eccleſiæ, vt voluere Ancharanus, *conſ.433. numero primo*, Pariſius, *conſilio vigeſimo primo, numero ſexageſimo, volumine ſecundo*, Vel quia contrahentes in concedenda, & accipienda inueſtitura
17 cenſeantur † noluiſſe ſe conformare diſpoſitione Statuti patriæ, vt per Ancharanum, *dict. conſ.433. numero ſecundo*, Clar. *§. emphyteuſ. quæſtione trigeſima ſecunda, in fine*, Valaſcus, *de iure emphyteutico, quæſtione quadrageſima prima, pariter in fine*, quarum vtraque inſpecta concludendum eſt, conceſſionem cenſeri factam, vt fœminæ intelligantur tantum excluſæ ab inteſtato, non autem ſi ex teſtamento vocarentur, & quando extant agnati, qui eas excludere poſſint à re, de qua agitur,
18 nam fœminas perpetuo, & abſolutè † non excludit noſtrum Statutum, ita in terminis noſtri Statuti, tradit Socinus Iunior, *conſilio ſeptuageſimo nono, ſub numero octauo, volumine quarto*, ſiquidem non dicuntur; tunc

18 ſuccedere † in bonis, à quibus ſemel fuerunt excluſæ, ſed in hæreditate, à qua nemo vnquam eas excluſit, vt declarat Socinus Iunior *conſ.104. ſub numero decimo primo, verſiculo, Aliquando, volumine ſecundo, & conſilio ſeptuageſimo nono, ſub numero ſeptimo, & nono, volumine quarto*, Surdus, *deciſione nonageſima quinta.*

Et in terminis late hanc opinionem, quod fœminæ, ſemel excluſæ ab Emphyteuſi Eccleſiaſtica ſuccedant ad
20 excluſionem Domini directi, quando † non extant alij de comprehenſis, tuetur Dominus Surdus, *deciſione nonageſima quinta*, qui inquit Senatum ſemper ita iudicaſſe, allegans in hanc ſententiam Berous, *conſil. 102. numero vigeſimo quinto, volumine primo, & quæſtione decima octaua per totam*, Crot. *conſil.146. per totum*, Rimmaldus Iunior, *conſilio octuageſimo ſecundo, & conſil.288.* Quibus ego addo in terminis huius noſtri Statuti Maluaſiam, *conſil.116. numero ſeptimo, cum pluribus ſequentibus*, Socinum Iuniorem, *conſilio ſeptuageſimo nono per totum, volumine quarto*, & eiuſdem Socini in fortioribus terminis, *conſilio centeſimo quarto per totum, volum.2.*

Quæ opinio & ſi ſimpliciter vera ſit, tamen vbi fœ-
21 minæ ſunt inſtitutæ in teſtamento per † maſculum vltimo defunctum, tunc ſine dubio procedere admittunt Corneus, *conſilio trigeſimo ſeptimo, numero decimo primo, volumine tertio*, Rubeus, *in leg. Gallus, §. quidam recte, numero centeſimo trigeſimo nono, in fine, ff. de liberis, & poſthumis*, Crot. *dict. conſil.146. ſub numero vigeſimo tertio, & in fine*, Berous, *conſilio nonageſimo tertio, numero trigeſimo octauo, & quadrageſimo ſecundo, volumine primo*, Torniel. & Zanch. quos refert, & ſine aliqua hæſitatione, ſequitur Surd. ex voto totius Senatus, *dicta deciſione nonageſima quinta ante numerum trigeſimum, verſiculo, quæ ſententia, &c.* ita vt nefas videatur recedere ab opinione tantorum virorum, & ſemper approbata in hac patria à Senatu.

22 Cui † non obſtat, *§. quin etiam in titulo Epiſcoporum, vel Abbatum, in vſibus feud.* ex quibus colligitur regula, quod fœmina ſemel excluſa ſemper dicatur excluſa, quia ille loquitur in feudo, nos autem agimus de emphyteuſi, in quibus viget diuerſa ratio; nam in feudo fœmina excluditur ex natura contractus in emphyteuſi vero ex diſpoſitione Statuti, quod procedit, vbi extant agnati, qui poſſint ſuccedere, non autem
23 perpetuo fœminam excludit, vt per Surdum, *dicta deciſione nonageſima quinta, numero vigeſimo quarto, & ante numerum vigeſimum octauum, & ſub dicto numero vigeſimo octauo*, Socin. Iun. *dicto conſilio centeſimo quarto, numero quinto, volumine ſecundo, & conſilio ſeptuageſimo nono, numero decimo primo, volumine quarto*, vltra quod non dicuntur excluſæ ab hæreditate vltimi.

Accedat, quod contractus emphyteuſis eſt multo antiquior iure feudorum, vnde ille *§. quin etiam*, non videtur potuiſſe mutare ius, quod antea ſortita erat emphyteuſis, cum ſtatuat tantum circa feuda, & emphyteuſis antea regularetur ſecundum ius commune.

Non obſtat, quod quæſtio illa controuerſa, an fœmina ſemel excluſa, cenſeatur ſemper excluſa debeat deci-
24 di ſecundum illam partem, quæ † conſuetudine eſt approbata, Roſental. *de feud. capitulo ſeptimo, concluſione quadrageſima quinta, numero decimo quinto*, quæ in patria iſta videtur approbata contra fœminam, teſte Burlatto, *conſilio octuageſimo, numero vigeſimo primo*, nam primo dico, quod Roſental. loquitur in feudo, in cuius terminis poteſt eſſe dubia quæſtio, ſecus in caſu noſtro, vbi excluſio per Statutum non eſt perpetua, ſed ita demum vbi extant agnati, qui poſſint ſuccedere, Secundo dico, quod ſi tunc erat talis conſuetudo; nunc à Senatu erecto citra obtinet alia fœminæ fauorabilis, &
25 vna conſuetudo tollit † aliam, & poſterior attenditur, Pariſius, *conſil.13. numer.20. & conſ.21. numer.17. volum.1.*

Denique non obſtat, quod in quæſtione dubia fa-
26 cienda ſit † interpratatio ad fauorem Eccleſiæ, Magon. *deciſione Lucenſi duodecima, ſub num. decimo tertio*, quia attenta diſpoſitione Statuti, ex qua excluditur fœmina, quam non poteſt dici dubia, cum non excludat eam perpetuo, ſed tantum vbi extant agnati, qui poſſint ſuccedere; vnde, cum ipſæ fœminæ ſint comprehenſæ, non
27 debemus † fauere Eccleſiæ cum earum iniuria, Pariſius, *conſil. 26. num. 71. volum. 2.*

ARGVMENTVM.

Plenius diſquiritur an filius admittatur ad feudum, abſque quo ſoluat debita hæreditaria. Id ventilatur in quauis ipſius feudi ſpecie; Quid ſi fecerit inuentarium, Satisfactio creditoribus an promittatur in ſolis fructibus; an & in re ipſa. Feudum nouum, & antiquum quale dicatur; Et alijs ad rem.

SVMMARIVM.

1 *Si comprehenſi adſint in inueſtitura, ijs ius perfecte acquiritur ex prima inueſtitura, adeo vt non requiratur noua traditio, vel acquiſitio.*
2 *Feudum antiquum, vel paternum non inueſtitura, ſed ſucceſſione quæritur.*
3 *Cum alter habet ius in feudo quæſitum, non poteſt ſubſequi licentia pro alienatione ipſius feudi validanda poſt mortem alienantis ad præiudicium ſucceſſoris, niſi ille denuo conſentiat.*
4 *Licentia obtenta poſt contractum, retrotrahitur quo ad præiudicium Domini concedentis; non vero tertij, cui fuit ius quæſitum.*
5 *Amplia nedum in licentia obligandi feudum antiquum; ſed etiam nouum.*
6 *Filius, ſi vult feudum, tenetur acceptare totam hæreditatem patris, vel totum repudiare.*
7 *Filius facto inuentario non tenetur vltra bona allodialia, ſiue ſit familiare feudum; ſiue mixtum hæreditarium, & num. 8.*
9 *Auctoris opinio in propoſito.*
10 *Mandatum ad agendum realiter in feuda datum creditori durat, & obligat heredes etiam poſt mortem.*
11 *Non dicitur tacite reuocari mandatum in rem propriam.*
12 *Inueſtitus poteſt de conſuetudine Mantuæ valide alienare, & hypothecare quæuis feuda conſenſu, & inuiſis comprehenſis.*
13 *Præceſſor habet facultatem diſponendi ad præiudicium ſucceſſoris.*
14 *Succeſſor tenetur approbare factum defuncti in feudo; etſi veniret ex perſona propria.*
15 *Creditoris prioris hypotheca conditionalis retrotrahitur ad tempus promiſſionis in præiudicium contrahentis, medio tempore; nam origo eius erat radicata ante etiam ſecundum. Amplia in feudo, & numero decimo ſeptimo.*
16 *Hæres indiſtincte tenetur ſeruare factum defuncti.*
18 *Diſpoſitio text.* in cap. vnic. in tit. an agnatus, vel fil. defunct. poſ. ref. feud. *refertur ad verbum.*
19 *Filius non poteſt retinere feudum, quin etiam faciat ſe hæredem, & ſubijciatur omnibus oneribus, & debitis paternis, & num. 20.*
21 *Amplia ſiue feudum ſit antiquum, ſiue etiam nouum, & num. 22.*
23 *Quid in eo ex pacto, & prouidentia, ſiue familiare. Et affirmatur, vt verius, & numero vigeſimo quarto. Et de hoc miratur Gloſſ. ibid.*
25 *In quonis genere feudi filius debet vniuerſam hæreditatem vna cum feudo adire, vel totum ſimiliter repudiare, & numero quinquageſimo ſeptimo.*
26 *Satisfactio creditorum de iure permittitur in ſolis fructibus feudi deficiente reali actione.*
27 *Id tamen non obſeruatur ex Statuto Mantuæ, quo etiam proprietas poteſt obligari, de licentia Domini directi.*
28 *Nec inuentarium tali filio prodeſt ex veriori ſententia. Et probatur, numeris vigeſimo nono, trigeſimo primo, trigeſimo tertio, trigeſimo quarto, trigeſimo quinto, trigeſimo ſexto, 37. & trigeſimo nono, remiſſiue.*
30 *Inuentarium datur cum hæreditas eſt dubia.*
32 *Lex non debet imponi ludibrio.*
38 *Qui poteſt adimere, & non adimit; præſumitur dare.*
40 *A communi ſententia recedimus, cum minus communiter fundatur euidentioribus fundamentis.*
41 *In feudo hæreditario mixto ſine hæſitatione non ſuffragatur filio inuentarium.*
42 *Plurimi Doctores afferuntur id comprobantes, vt communius, & demonſtratur opinio magis communis.*
43 *In feudo hæreditario annexum eſt onus ſatisfaciendi creditoribus.*
44 *Quoduis feudum ſiue mixtum, ſiue hæreditarium venit in petitione hæreditatis.*
45 *Multo magis procedit opinio contra filium; ſi ſtet conſuetudo alienandi feuda in præiudicium comprehenſorum.*
46 *Adhuc multo magis, & ſine hæſitatione id obtinet in feudo nouo, ſcilicet facto in perſona patris debitoris. Et probatur, & n. 47.*
48 *Feudum nouum dicitur reſpectu omnium, qui non trahunt originem à primo acquiſitore. Et non prouenit à linea, vel ſucceſſione progenitoris; & numero quadrageſimo nono. Et quamdiu non tranſit ad deſcendentes, & n. 50.*
51 *Antiquum feudum dicitur, quod à ſtipite procedit.*
52 *In feudis, & rebus alijs acquiſitis in ſolidum portio acquiritur ſocio per ius non decreſcendi.*
53 *Id, quod accreſcit, ſortitur naturam eius, cui accreſcit. Et eſt eiuſdem rationis, conditionis, & prærogatiuæ, & numero quinquageſimo quarto. Et eius qualitatis, cuius eſt portio, cui accreſcit, & numero quinquageſimo quinto.*
56 *Feudum vnum poteſt eſſe nouum, & vetus reſpectu diuerſorum ſuccedentium.*
58 *Reſoluuntur obiecta in propoſito.*

CONTROVERSIA DCCXX.

HÆſitaui quid reſponderem in hac controuerſia, an filij, & hæredes q. Domini Petri Antonij Baſaleæ teneantur de bonis feudalibus ſoluere debita paterna illis creditoribus, quibus hypothecata fuit dicta bona, & conſtituti fuerunt procuratores irreuocabiles in rem propriam ad obtinendam licentiam Illuſtriſſimo Domino directi pro hac obligatione, ſed eam non obtinuerunt, niſi poſt mortem ipſius debitoris.

Nam pro filijs conſiderabam (præſuppoſito, eos eſſe hæredes patris, cum beneficio inuentarij, eo enim omiſſo res eſſet expedita contra illos) quod ſucceſſorib.
1 in feudo, & comprehenſis in prima inueſtitura, dicitur ex ipſa prima inueſtitura ius perfecte quæſitum in ſpe, adeo vt purificata dicta, ſpe non requiratur noua tradi-
2 tio, † vel acquiſitio, aut ſolutio; ſed tantum renouatio inueſtituræ infra annum, & diem vigore recognitionis iuris iam acquiſiti, Capicius *in inueſtitur. feudal. in titulo feudorum genera, in quinta concluſione, fol. 211. verſiculo, Quinta concluſio*, Ioannes Thomas de Marinis, *in tractatu de generibus, & qualitatibus feudorum, in titulo de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, ſiue paterno, numero vigeſimo primo, verſiculo, Item feudum antiquum, ſiue paternum, folio mihi vigeſimo, in magna impreſſione*, Curtia, *in conſtitutione Regni, ſi aliquem,*

Digitized by Google

aliquem, in verbo antiquis, numer. 220. Intrigliol. de feudis, centuria prima, quæſtione vigeſima prima, numero ſeptimo, quia feudum antiquum, vel paternum,
2 non inueſtitura; † ſed ſucceſſione quæritur, capitulo primo de feudo Marchiæ, capitulo primo in fine, de feud. cognit.

Vbi autem alteri ius eſt quæſitum in feudo, & agitur de eius præiudicio, tunc licentia pro conualidatione alienationis, vel obligationis ipſius feudi non poteſt ſub-
3 ſequi, nec obtineri poſt mortem † alienantis, vel obligantis ad præiudicium ſucceſſoris, niſi ille denuo conſentiat Iſernia, in capitulo Imperialem, ſub numero decimo quarto, & numero decimo quinto, de prohibitione feud. alienation. per Federicum, Capicius, in ſua inueſtitura feudali, in titulo feudales aſſenſus, verſiculo primo incipiente forma aſſenſus, & verſiculo, Limita ſecundo, folio ſeptuageſimo ſeptimo, Marinus Freccia, in tractatu de ſubfeud. Baron. libro ſecundo. quæſtione trigeſima, numero nono, folio centeſimo quinquageſimo nono, in antiqua impreſſione, & fol. 219. in noua, Intrigliol. de feud. centuria ſecunda, articulo ſexto, numero centeſimo trigeſimo, folio centeſimo octuageſimo primo, Molina, de primogenijs, libro ſecundo, capitulo ſeptimo, numeris vigeſimo, vigeſimo ſexto, & trigeſimo nono. Et in terminis noſtris de licentia obligandi, Ioannes Vincentius de Anna, allegatione ſexageſima ſexta, numero primo.

Hoc enim eſt tritum, & regulare, quod licentia obtenta poſt contractum retrotrahatur, quo ad præiudicium ipſius Domini eam concedentis, ſecus quo ad
4 præiudicium † tertij, cui medio tempore ius eſt queſitum, prout infinitos allegat, Roſental. de feud. capitulo nono, concluſ. 28. ſub gloſſ. 4.

Quod procedit nedum licentia obligandi feudum antiquum, vel paternum, ſed etiam nouum, Menoch. conſilio centeſimo ſexageſimo primo, Burlattus, conſil. 291. num. 96.

Et ſicuti prædicta videntur procedere, & obſtare ratione actionis realis dirigende, vigore licentiæ contra bona feudalia; Ita quoque videtur ceſſare actio perſonalis, quæ datur contra hæredem etiam in bonis feudalibus, ſeu ſaltem eorum fructibus, quando eſt filius,
6 quia ſi vult feudum cogitur † etiam acceptare vniuerſam hæreditatem patris, & ſubire quoque onera hæreditaria in bonis feudalibus, vel vtrumque repudiare, iuxta textum, in capitulo vnico, an agnatus, vel filius; Nam vbi factum eſt inuentarium à filio, tunc ceſſat diſpoſitio dicti capituli, & non tenetur vltra bona allo-
7 dialia, ſiue † feudum ſit ex pacto, & prouidentia, ſeu, vt alij rectius vocant familiare, vt paucis admodum exceptis firmant communiter ſcribentes, Alexander, conſilio vigeſimo octauo, ſub numero decimo octauo, volumine quinto, Clarus, §. feudum, quæſtione quadrageſima tertia, numero ſecundo, Didacus, libro ſecundo, variarum reſolutionum, capitulo decimo octauo, ſub numero quarto, verſiculo, Octauo infertur, cum multis alijs relatis, tam à Pinellio, in lege prima, parte tertia, ſub numero nonageſimo tertio, Codic. de bonis maternis, quam ab Hartman. Piſtor. parte prima, libri ſecundi, quæſtione ſecunda, numero quadrageſimo tertio, verſiculo, Tertio doctrina noſtra, & Andreas Kol. libro primo exercitation. iugal. prima, numeris decimo ſexto, & decimo ſeptimo, ac Roſental. de feudis capitulo ſeptimo, concluſion. 20. n. 23.
8 Siue † etiam ſit feudum mixtum hæreditarium, Alexander, conſilio centeſimo vigeſimo quarto, ſub numeris ſeptimo, octauo, & nono, volumine quarto, Deci. conſilio centeſimo octuageſimo quinto, aliàs eſt centeſimo octuageſimo quarto, numero quinto, Cravetta, conſilio quingenteſimo primo, ſub numero quinto, verſiculo, Sententiam diuerſam &c. Socinus Iunior, conſilio centeſimo decimo ſecundo, numero decimo tertio, volumine ſecundo, cum alijs apud Piſtor. parte prima, libri ſecundi, quæſtione prima, numero quinquageſimo tertio, Roſental. capitulo ſeptimo, concluſione vigeſima prima, ſub numero decimo ſexto, verſiculo, Sed nos id etiam in feudo, Olaſc. deciſione vltima, numero decimo quarto, Ioannes Baptiſta Surdus, in repetitione capituli vnici, ſub numero vigeſimo ſecundo, verſiculo, Sed quod in feudo, &c. an agnatus, vel filius, in vſibus feudorum.

9 Hæc ſunt, quæ me ancipitem reddebant; Quibus tamen non obſtantibus, poſt maturam conſiderationem, & bene mente reuolutam controuerſiam, in eam deueni ſententiam, vt licentia iſta cum effectu potuerit obtineri poſt mortem debitoris, & quod etiam ceſſante licentia verior ſit illa opinio (licet minus recepta) quæ indiſtincte obligat filium hæredem ad ſoluendum debita paterna de feudo, vel ſaltem de eius fructibus, vbi deficit hypotheca, ſiue feudum ſit antiquum, ſiue nouum, ſiue familiare, & ex pacto, & prouidentia, ſiue mixtum, vel hæreditarium ſimpliciter.

Sed in omnem caſum, non recedendo etiam a receptioribus concluſionibus, quod iſti hæredes ſint obligati non obſtante confectione inuentarij, pro bonis quoque feudalibus, cum ſint hæreditaria mixta, & ſine vlla difficultate pro ea parte feudorum, quæ fuerunt noua in perſona eorum patris.

Deueniendo igitur ad actionem realem indiſtincte afficientem omnia feuda cuiuſcumque generis, vigore licentiæ obtentæ, concludo eam competere illis creditoribus, quia non eſt dubium eos habuiſſe facultatem illam obtinendi, cum fuerint conſtituti ad hoc procuratores per mandatum irreuocabile, & in rem propriam
10 duraturum poſt mortem, valet † enim tale mandatum poſt mortem, & obligat hæredes, leg. ſi vero non remunerandi, § finali, & lege ſequenti, ff. mandati, Socin. conſilio octuageſimo ſeptimo, numero primo, volumine primo, Deci. conſilio quadricenteſimo quadrageſimo primo, numero octauo, Boerius, deciſione treſcenteſima quadrageſima octaua, numero ſexto, Olaſc. deciſione centeſima quinquageſima, ſub numero tertio, ſicuti, & durat poſt mortem, nec dicitur tacite reuocari manda-
11 tum † in rem propriam, Baldus, in lege prima, numero vigeſimo, Codice de actionibus, & obligationibus, Aretinus, conſilio centeſimo vigeſimo quarto, columna prima, verſiculo, Ex tertio autem præſuppoſito, Deci. conſil. 521. n. 9.

Quæ licentia poſt mortem obligantis, vel alienantis feudum licet regulariter, & inſpecto iure ordinario feudorum ſecundum quod procedunt deducta in contrarijs non retrotrahatur in præiudicium tertij, ſeu ſucceſſoris, cui medio tempore ius plene quæſitum eſt, tamen ſtante notoria conſuetudine huius patriæ, alienandi feuda cuiuſcumque generis inſcijs, & inuitis comprehenſis, & in eorum præiudicium, quæ pariter habet locum, e-
12 tiam in facultate hypothecandi eadem † ad eorumdem comprehenſorum damnum, vt quotidie practicatur in facto, & ſcribit Ripa, in lege obligatione generali, numero trigeſimo nono, ff. de pignoribus, Dominus Marentus, in tractatu de iure contractus libellarij, quæſtione prima, pacto nono, numero octauo, & pacto decimo quarto, numeris ſexto, & trigeſimo tertio, talis licentia obtenta poſt mortem obligantis retrotrahitur ad tempus ipſius obligationis, & præiudicat heredi ea ratione, quia
13 præceſſor habuit facultatem † diſponendi ad præiudicium ſucceſſoris ante ius illi quæſitum, ita in terminis huius noſtræ conſuetudinis reſponderunt, Pariſius, conſilio decimo quarto, numeris primo, & quarto, volumine primo, Burlattus, conſilio ſeptuageſimo ſexto, numero quadrageſimo nono, & quinquageſimo primo, Ioannes Baptiſta Coſta, in tractatu de retrotractio. capitulo octauo, caſu decimo, numero decimo ſexto, folio centeſimo decimo ſexto, & hinc à prudentibus, non ignaris huius veritatis introducta eſt illa communis, & vulgaris practica, & clauſula conſtituendi creditores procuratores irreuocabiles duraturos poſt mortem ad accipiendum ſimiles licentias, quam certe non eſt veriſimile habuiſſe originem, niſi bene diſcuſſo, & practicato negotio, quæ corroboratur ex communi ſententia, de qua inferius verba faciam, quod ſine dubio ſucceſſio teneatur indi-

ſtinctè ad ſoluendum debita defuncti, de feudo, quod fuit nouum in perſona debitoris, idque ea ratione, quia acquiſitor de feudo nouo poteſt diſponere ad præiudicium ſucceſſoris, quæ ratio viget etiam, ſtante præfata noſtra conſuetudine, nam eius vigore vaſſallus habet eandem facultatem præiudicandi comprehenſis, quam habet primus acquiſitor in feudo nouo; ex tali enim
14 conſuetudine ſucceſſor tenetur approbare † factum defuncti in feudo, quamuis veniret ex perſona propria, Burſattus, *conſilio quadrageſimo nono, ſub numero quinquageſimo tertio.*

Et iſtud præiudicium, quod infertur ſucceſſui non habetur in conſideratione, quia habet originem radicatam in tempore, quo ius ei quæſitum non erat de præſenti, & quo illi poterat præiudicare à poſſeſſore feudi, ſicuti videmus in ſpecie, quod hypotheca bonorum, ſub conditione caſuali, vel mixta facta à debitore purificata conditione, deinde poſtquam idem creditor pure, medio tempore, eadem bona alteri hypothecauerat retrotrahitur ad tempus obligationis in præiudicium iuris, medio tempore alteri quæſito, & hoc ea ratione, quia origo debiti eius, cuius conditio expoſt purificata fuit,
15 radicata † erat ante ius illi poſteriori quæſitum, ita probant textus, *in leg. qui balneum, & in leg. potior*, & vtrobique declarant Bartolus, Baldus, Angelus, & Salicetus, *ff. qui potiores in pignore habeantur*, Socinus, *conſilio quadrageſimo primo, in principio, volumine quarto*, Neguſantius, *de pignoribus, in quarto membro, ſecunda partis principalis, ſub numero ſeptuageſimo ſeptimo verſiculo, Et ratio eſt.* Riminaldus Iunior, *conſilio vigeſimo tertio, numero treſcenteſimo trigeſimo primo.* Coſta, *de retrotraction. capitulo octauo, caſu trigeſimo primo, fol. 181.*

Et ſicuti hæc licentia retrotrahitur ad præiudicium ſucceſſoris, vigore ſupradictæ conſuetudinis diſponendi ad eius præiudicium, de feudo cuiuſcumque generis, ita quoque retrotrahitur tertius, quando fortius ſunt hæreditaria mixta, vt ſunt hæc de quibus agimus, quia non poſſunt haberi, niſi ab eo, qui ſit hæres, qui propterea
26 † tenetur approbare factum defuncti, provt concludit in terminis, Burſattus, *dicto conſilio ſeptuageſimo ſexto, num. 50.*

17 Et multo † magis debet retrotrahi pro ea parte bonorum, quæ fuerunt noua in perſona debitoris, quia in illis nedum ex conſuetudine huius patriæ; ſed etiam de iure communi, primus acquiſitor præiudicat ſucceſſoribus, & illi obligãtur de tali feudo ſoluere eius debita, quamuis ſe facerent hæredes cum beneficio inuentarij, vt opportuno, & ſuo loco probabo infra ex receptiſſima omnium ſententia, *in verſicul. Verum, vt rem etiam, &c.*

Et hæc quo ad actionem realem.

Quo uero ad perſonalem pariter dico eoſdem hæredes indiſtinctè teneri ſoluere debita patris de bonis feudalibus cuiuſcumque generis etiam antiquis, & etiam ex pacto, & prouidentia, non obſtante beneficio inuentarij.

18 Moueorque per † textum, *in capitulo vnico, in titulo an agnatus, vel filius defuncti poſſit retinere feudum, repudiata hæreditate.*

Cuius verba præciſa ſubijcio.

Si contigerit vaſallum ſine omni prole decedere, agnatus, ad quem vniuerſa hæreditas pertinet, repudiata hæreditate feudum ſi paternum fuerit, retinere poterit, nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur, ſed in fructibus, ſi quis reliquit, vt de eis debitum ſoluatur quo tempore deceſſerit (ſecundum quod ſupra diximus) conſiderabitur. Vbi vero filium reliquit, ipſe non poteſt hæreditatem ſine beneficio repudiare, ſed aut vtrumque retineat, aut vtrumque repudiet, quo repudiato ad agnatos, ſi paternum ſit pertinebit, & licet alterum ſine altero retinere non poſſit agnatis tamen conſentientibus poterit dominus eum, ſi voluerit, quaſi de nouo beneficio inueſtire, quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum tenere, nullo onere ei hæreditario imminente.

Hactenus verba textus.

Ex quo textu expreſſe probatur filium non poſſe reti-
19 nere feudum, † quia etiam faciat ſe hæredẽ cæterorum
omnium bonorum patris, aut vtrumque repudiare debere feudum ſcilicet, & hæreditatem, idque diſponitur, ad hoc, vt faciendo ſe vniuerſalem hæredem obligatur omnibus oneribus hæreditarijs, & ad ſolutionem debitorum patris etiam de feudo, vt probat ille textus, dum inquit agnatum non teneri ad debita hæreditaria de feudo, quia poteſt illud retinere, & repudiare hæreditatem, & inferius dum docet remedium filium qualiter repudiata hæreditate poſſit retinere feudum nullo onere imminente, alias ſupponens omne onus hæreditarium illum obligare etiam in feudo, & quod ita diſponatur,
20 ibi, vt filius ſubijciatur omnibus debitis † paternis,
tradunt ibi ſcribentes, & cæteri in locis mox allegandis, & præcipue Hartman Piſtor. *parte 1. libri ſecundi quæſt. 2. ſub num. 38.* Andreas Kol. *excercitat. legat. 1. ſub nu. 18. fol. 8. colum. 4. in fine.*

Qui textus, ſicuti apud doctores nullam patitur diffi-
21 cultatem, quod † intelligatur de feudo antiquo, tum
quia loquitur expreſſe de feudo paterno, quod omnes ibi accipiunt pro antiquo, tum etiam quia ſi non loquentur de antiquo, agnatus tranſuerſalis non poſſet in eo ſuccedere; Vnde loquendo de feudo tranſitorio ad collaterales neceſſario, ſequitur quod intelligatur
22 de antiquo, & ſi procedit in feudo antiquo multo † ma-
gis habet locum, in nouo prout in vtroque procedere eius diſpoſitionem probat ex multorum auctoritate, Roſental. *cap. 7. concluſ. 21. nu. 9. in gloſ. 9.* poſt Gloſ. *in d. cap. vnico in verbo repudiare, an agnat. cum filius.*

Ita è conuerſo maxima patitur controuerſia, de quo
23 feudo loquatur an ex pacto, & prouidentia † an vero
mixto hæreditario, vel alterius generis, alij enim putant loqui de feudo informi ſine vlla certa ſtipulatione, alij vero de feudo hæreditario mixto, & hi quidem in magna copia aſſerentes etiam hanc eſſe communem opinionem, quorum aliquos recenſet Clarus, §. *feudum, quæſtione ſeptuageſima ſexta, ſub numero tertio*, & multo plures congerit Hartman. Piſtor. *dicta parte prima, libri ſecundi, quæſtione ſecunda, numero ſecundo*, Alij autem verius, & crebrius magis communiter firmant
24 ſæpedictum † textum loqui de feudo ex pacto, &
prouidentia, vt patet ex Couarruuia, *libro ſecundo, variarum reſolutionum, capitulo decimo octauo, numero quarto*, Pinellio, *in lege prima, parte tertia, ſub numero octuageſimo quinto, Codic. de bonis maternis*, Piſtor. *dicta quæſtione ſecunda, numero ſexto, cum pluribus ſequentibus*, vbi ſane diligenti ſtudio infinitos cumulat, & hanc opinionem efficacibus rationibus defendit reſpondendo ſolidè contrarijs, qui omnino videatur, Camil. de Curte, *in ſuo diuerſorio feudali, ſectione incipiente. Nunc de altera feudi ſpecie, &c. numero vigeſimo, folio quinquageſimo octauo*, Roſental. *capitulo ſeptimo, concluſione vigeſima, numero primo, in gloſſa a.*

Si igitur talis diſpoſitio procedit in feudo ex pacto, & prouidentia, in quo tamen maius verſatur dubium cum filius non dicatur habere illud à patre, ſed beneficio, & prouidentia concedentis, adeovt de hac diſpoſitione miretur gloſa, *in dicto capitulo vnico in verbo repudiare an agnatus, vel filius*, illique, & multo fortius habebit locum in cæteris feudi ſpeciebus, puta mixti, vel hæreditarij, provt omnes hoc admittunt nemine diſcrepante.

25 Vnde † ex prædictis inferendo ad quæſtionem noſtram concludo, quod ibi habeamus textum, quod filius in quouis genere feudorum tenetur, vel repudiare feudum, & vniuerſam hæreditatem, & ita ſe liberare à debitis paternis, vel vtrumque acceptare, & etiam de feudo ſatisfacere omnibus oneribus hæreditarijs.

26 Declarando † tamen eo caſu, quo ageretur actione perſonali, & deficeret hypotheca, ſeu licentia pro obligatione, quod ſatisfactio conſequi poſſet tantum in fructibus feudi, non autem in eius proprietate, Afflictus,

Digitized by Google

flictus, *deciſione vigeſima ſexta, & deciſione ducenteſima quadrageſima, numero octauo*, Iacobinus de Sancto Georgio *in tractatu de feud. in verbo, & dicti vaſalli circa finem*, Crauetta, *conſilio centeſimo nonageſimo ſeptimo, numero ſecundo*, Deci. *conſilio quadringenteſimo quadrageſimo quinto, numero vigeſimo nono*, Gail. *libro primo, obſeruatione centeſima decima ſeptima, numeris ſecundo, & quinto, & libro ſecundo, obſeruatione centeſima quadrageſima quinta, numero ſexto*, & ita declarat prædictos omnes, & infinitos alios allegando Andreas Kolerius, *exercuatione legali prima ſub numero decimo*.

27 Quā declarationem † & ſi de iure communi veriſſimam putem, tamen apud me dubia eſt, ſtante conſuetudine, & Statutis huius patriæ, quorum vigore creditores conſequi poſſunt ſatisfactionem, nedum in fructibus, ſed etiam in proprietate feudorum accedente licentia Dominorum directi, vt in Statuto, *longe verſiculo, Et poſſit, &c.*

28 Quamuis autem † prædictam concluſionem, quod filius non poſſet repudiare hæreditatem. & retinere feudum etiam ex pacto, & prouidentia, ſed vtrumque debeat acceptare, & ſe ſubijcere, & ipſum feudum oneribus, & debitoribus hæreditarijs, vel vtrumque repudiare limitent communiter ſcribentes non habere locum, quando filius facit ſe hæredem patris cum beneficio inuentarij; nam tunc præſeruat feudum, vt dicebam ex multorum auctoritate in contrarijs, *ſub verſiculo, Et ſicuti prædicta videntur, &c.* Tamen profecto verior eſt contraria opinio, quod inuentarium non ſuffragetur filio, nec in feudo familiari, & in conuincibilibus rationibus munita, quam ſequuntur, & tuentur Franciſcus Sonsbec. *de feudis, parte nona, circa finem, ſub numero centeſimo ſexageſimo nono, folio mihi trigeſimo nono*, Petrus Liriot. *in titulo de ſucceſſione feudorum*, cui annectit interpretationem, *dicti capituli vnici, an agnatus, vel filius*, Gulielmus Hanetonⁱ. *de feudis, libro ſecundo, capitulo ſexto, circa finem, verſiculo, Sed quid ſi agnatus, &c. folio centeſimo octuageſimo ſecundo*, quam etiam probant, & fortiſſimis rationibus confirmant omnino videndis, Hartman. Piſtor. *parte prima libri ſecundi, quæſtione ſecunda, numero quadrageſimo quinto, vſque ad quadrageſimum ſextum*, & Andreas Kolerius, *exercitatione legali prima, à numero decimo octauo, vſque ad vigeſimum*, qui mouentur.

29 Primo, † quia beneficium inuentarij eo potiſſimum caſu introductum eſt, quando hæres dubitat de damno, vel lucro hæreditatis, vt hoc remedio ſibi prouideat, ne vltra hæreditatem teneatur creditoribus, & ſic habet locum in adeunda hæreditate dubia, & tamen text. *in dicto capitulo vnico, an agnatus, vel filius*, præſuppouit
30 † hæreditatem damnoſam manifeſte, & nihilominus vult vt filius adeat. vt ex feudo debitum perſoluat, vnde detur intelligi nullum locum ſibi vendicare inuentarium, quia vult omnino filium in damnum ſtare.

31 Secundo ſi filius poſſet ſe liberare, † mediante inuentario à diſpoſitione, tam anxiè ſancita, in commodum creditorum, & honorem patris defuncti, v-
32 tique lex, verbis, & ludibrio impoſita eſſet, † contra *leg. 2. Cod. commun. de legat. & capitulo omiſſa, de electio. in 6.*

33 Tertio, † textus ipſe docet in fine remedium, quo filius poſſit ſe exonerare à ſolutione debitorum paternorum, & retinere feudum, ſcilicet, vt impetret conſenſum ab agnatis, vt inueſtiatur à Domino de eo tanquam de feudo nouo, quorſum autem iſtud opus eſſet tam anxie ab agnatis, & Domino exorari, ſi facillimo inuentarij remedio hoc conſequi poſſet.

34 Quarto, † ſi inuentarium liberaret filium, vtique auctor dicti capituli non minus, imo multo magis de eo illum monuiſſet, quam de impetranda noua inueſtitura, cum promptius, & facilius ſit, illudque iſtud remedium, quod cum non fecerit datur intelligi de eo nullam rationem habuiſſe.

35 Quinto, † idem ſuadetur ex ratione, quæ pro intellectu dicti capituli adduci ſolet, videlicet filium cogi adire, vt pater iniuria liberetur, cuius honorem cunctis iuribus debet defendere magis filius, quam extraneus, quæ ratio deſtrueretur, ſi beneficio inuentarij ſe liberare poſſet, & licet eadem eſſet, vbi impetraret nouam inueſtituram feudi, tamen non eſt credibile, quod ita facilè agnati conſentiant, vt feudum fiat nouum in eorum præiudicium.

36 Sexto, † cum textus ille imponat grauem pœnam amiſſionis feudi filio non adeunti hæreditatem, vt ſatisfaciat creditoribus patris, ſignum eſt, quod voluit proſpicere creditoribus, & conſiderauit, quod filius non fuiſſet acceptaturus hæreditatem niſi metu pœnæ, quæ tamen conſideratio foret inepta, vbi filius poſſet adire cum beneficio legali, & eludere dictam diſpoſitionem.

Septimo in dicto Capitulo, ita vnitur feudum cum
37 cæteris † bonis allodialibus, & vniuerſa hæreditate, vt alterum ab altero ſeparari nequeat, & ac ſi totum illud eſſet hæreditarium, donec autem ſupereſt aliquid hæreditarium inuentarium non liberat hæredem, quia de eo ſatisfacere teneatur: Iſtud autem fundamentum maxime confirmatur, ex conſuetudine huius patriæ alienandi feuda in præiudicium ſucceſſorum, quia præceſſores
38 ea † non alienando cenſentur dare illa ſucceſſoribus, & cenſentur eadem conſequi beneficio immediate de-
39 cedentis, quia † qui poteſt adimere, & non adimit dicitur dare late Dominus Surdus, *deciſione ducenteſima ſeptuageſima ſecunda, ſub numeris nono, & decimo*, Peregrinus, *de fideicommiſſ. articulo decimo quarto, numero trigeſimo ſecundo*, & in terminis idem Dominus Surdus, *deciſione ducenteſima trigeſima quinta, ſub numero primo, circa finem, verſiculo & quamuis, &c. & conſilio quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, ſub numero decimo primo, verſiculo, Ideo ſi pater inteſtatus decedit, & numero decimo nono.*

Et ex his, & alijs conſideratis à Domino Andrea Kolerio, *in ipſa exercitatione legali prima, ſub numero decimo octauo*, exiſtimo filium non præſeruare feudum ex pacto, & prouidentia medio beneficij inuentarij quamuis communis opinio ſit in contrarium, quia à com-
40 muni † recedimus quando minus communis fundatur melioribus, & euidentioribus rationibus Corati. *de communi opinione, libro ſecundo, titulo nono, capitulo decimo ſeptimo, numero octuageſimo ſeptima, folio mihi, centeſimo decimo ſeptimo.*

Sed vbi vera eſſet communis opinio, (quæ tamen non eſt, vt patet ex prædictis:) Nihilominus non faceret difficultatem caſui noſtro, quia illa procedit pro vt loqui-
41 tur in feudo ex pacto, † & prouidentia, cuius generis non eſt hoc de quo agimus; Sed in feudo hæreditario mixto, in quo nos verſamur communior, & verior eſt opinio, quod beneficium inuentarij non ſuffragetur filio quin teneatur, de eo ſoluere debita paterna quamuis eſſent antiqua, Iſernia, *in dicto capitulo vnico, ſub numero ſecundo*, & ibi Afflictus, *ſub numero ſecundo, verſiculo, quantumcunque fecerint inuentarium*, & Balzaranus, *ſub numero vigeſimo primo*, Ioannes Baptiſta Surdus, *numero quinquageſimo, in titulo, an agnatus, vel filius*, Ca-
42 merarius, *in capitulo imperialem, in §. Præterea † ducatus, folio mihi, ſeptingenteſimo octuageſimo nono, in parua impreſſionem*, idem, *in repetitione dicti capituli vnici, an agnatus, in ſectione incipiente quæro primo, ſub numero octuageſimo quarto, & ſub numeris nonageſimo quinto, & nonageſimo ſexto, quæ repetitio eſt impreſſa poſt operam Ioannis Thomæ Minadoi*. Marinus Freccia, *in tractatu de ſubfeud. libro tertio. differentia ſeptima, in antiqua impreſſione, folio ducenteſimo quinquageſimo octauo, in noua vero, folio quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo*, Curtius Iunior, *in tractatu de feudis, parte prima, quæſtione octaua, ſub numer decimo nono*, Ioannes Thomas Marinus, *de generibus feudorum, titulo quinto, numero trigeſimo nono, folio octuageſimo ſeptimo, in magna impreſſione, & titulo ſexto, numero octauo, folio*

octuage-

ctuageſimo nono, Couarruuias, libro ſecundo variarum
reſolutionum, capitulo decimo octauo, ſub numero quarto,
verſiculo, Octauo infertur, Canetius, de communi, in
extrauag. Siciliæ volentes, ſectione decima ſeptima, inci-
piente conſequenter, numero trigeſimo quinto, folio qua-
drageſimo octauo, & in extrauaganti ſi aliquem, ſectio-
ne vigeſima octaua, incipiente colligitur etiam, numero ſe-
cundo, folio ducenteſimo octuageſimo nono, Capicius in
ſua inueſtitura, in titulo feudorum executioni, verſiculo
ſucceſſor vaſalli, folio centeſimo nonageſimo ſexto, Mozzi, in
tractatu de feudis, in titulo de diuiſione feudorum, ſub nu-
mero ſexageſimo ſexto, verſiculo, item inuentarium, Pi-
nellius, in lege prima, parte tertia, ſub numero nonageſi-
mo tertio, vbi teſtatur de communi, & magis communi,
& infinitos allegat, Codice de bonis maternis, Intrigliol.
de feudis, centuria prima, quæſtione quinquageſima pri-
ma, numero nonageſimo quinto, Hartman. Piſtor. parte
prima, libri ſecundi, quæſtione prima, numero ſeptuage-
ſimo tertio, & quæſtione decima quarta, numero quadra-
geſimo tertio, & ſequenti, Alexander, conſilio decimo no-
no, ſub numeris quarto, & decimo tertio, & conſilio vi-
geſimo octauo, numero decimo octauo, libro quinto, Lof-
fredus, conſilio primo, numero centeſimo quadrageſimo
quinto, & conſilio decimo quarto, numero quadrageſimo
tertio, & conſilio quadrageſimo ſexto, ſub numero decimo
ſeptimo, Gratianus, conſilio quarto, numero quinquage-
ſimo, & conſilio nono, numero decimo octauo, & conſilio
quinquageſimo quinto, numero trigeſimo quarto, volumi-
ne primo, Curtius Iunior, conſilio primo, ſub numero
decimo ſecundo, & conſilio centeſimo trigeſimo octauo, nu-
mero vigeſimo, & conſilio centeſimo quinquageſimo quin-
to, numeris quinto, & ſexto, Gozadinus, conſilio octa-
uo, numero trigeſimo ſexto, Ruinus, conſilio trigeſimo
octauo, numero decimo quinto, volumine primo, Alcia-
tus, conſilio centeſimo ſexageſimo, Nardus ad Iſerniam,
in titulo qui ſucceſſ. teneantur, in verbo inuentarij, Sil-
uanus, conſilio trigeſimo, numero trigeſimo tertio, vo-
lumine primo, Crauetta, conſilio ducenteſimo quinqua-
geſimo ſexto, ſub numero tertio, Rolandus, conſilio
quadrageſimo quarto, numero octauo, volumine tertio,
Minad. conſilio decimo, numero vigeſimo quarto, Min-
ſyngerius, centuria tertia, obſeruatione ſexageſima ſe-
ptima, numero decimo, Burſattus de receptiſſima in
feudo mixto, conſilio quadrageſimo nono, numero qua-
drageſimo nono, quos fere omnes citat Roſental. capitulo
ſeptimo, quæſtione vigeſima, gloſſa prima, & alios addit,
capitulo nono, concluſione ſeptuageſima ſecunda, gloſſa a.
adeo vt conſtet hanc eſſe magis communem opinionem
quidquid tenuerint allegati in contrarijs, in feudo e-
43 nim † hæreditario annexum eſt onus ſatisfaciendi cre-
ditoribus, vt inquit, Franc. deciſione prima, numer.
25.

Et licet plerique, ex prædictis loquantur in feudo hæ-
reditario, non autem addant qualitatem mixti tamen
patet eos loqui de mixto, quia exemplificant in feudo
conceſſo pro hæredibus, quod intelligitur de liberis, &
ſic mixtum, feudum enim abſolutè hæreditarium eſt il-
lud, quod datur pro hæredibus quibuſcumque præter-
quam quod, ratio quibus mouentur prædicti doctores,
quod id eueniat, quia filius non poſſit habere hoc feu-
dum, niſi ſit hæres, & quia tale feudum, venit in petitio-
ne hæreditatis militat etiam in feudo mixto, & in hoc
44 † non fieri defferentiam, quod ſit hæreditarium, vel
mixtum aduertit Roſental. capitulo ſeptimo, concluſione
vigeſima, ſub numeris decimo ſecundo, & decimo quar-
to.

45 Hæc autem opinio, ſine aliqua difficultate † proce-
dit ſtante conſuetudine alienandi feuda in præiuditium
comprehenſorum, vt aduertit Io. Bapt. Surd. in dicto ca-
pitulo vnico, ſub numero vigeſimo ſecundo, circa finem
in titulo an agnatus, vel filius, vbi inquit, quod vbi alias
inuentarium prodeſſet filio, tamen hoc verum non eſt
in illis locis in quibus poſſeſſor feudi poteſt contrahen-
do præiudicare ſucceſſoribus.

Verum vt rem etiam magis in tuto ponam, dico
46 quod citra omnem controuerſiam, & nemine † pæni-
tus diſcrepante pro ea parte feudorum, quæ fuerunt no-
ua in perſona patris debitoris tenentur iſti filij, ad ſol-
uendum debita defuncti de dictis feudis, non obſtante
beneficio inuentarij, quod ſecundum omnium ſenten-
tiam non prodeſt in feudo nouo cuiuſcunque generis
etiam ſi eſſet ex pacto, & prouidentia, Alexander,
conſilio vigeſimo octauo, ſub numero decimo octauo, ibi,
quamuis ſit paternum, non nouum, vbi in nouo non habet
aliquam difficultatem, volumine quinto, Cephalus,
conſilio ducenteſimo vigeſimo nono, numeris vigeſimo octa-
uo, & vigeſimo nono. Clarus, §. feudum, quæſtione ſe-
ptuageſima ſexta, ſub numero primo, verſiculo, aut ergo
feudum, Mozzius, de feudis, in titulo de naturalibus
feudis, ſub numero ſeptuageſimo primo, verſiculo, Sed
in feudo nouo tene, &c. folio ducenteſimo decimo, Vul-
teius, de feudis, libro primo, capitulo nono, ſub nu-
mero centeſimo decimo quarto, verſiculo, Ex quibus,
47 & † illud, folio quingenteſimo quinquageſimo, Schi-
nar. de feudis, libro primo, diſputatione ſexta, con-
cluſione trigeſima ſeptima, in fine, folio centeſimo ſe-
xageſimo ſeptimo, Borcholten. in tractatu de feudis,
capitulo ſeptimo, ſub numero nonageſimo quarto, folio
quadringenteſimo decimo nono, Andreas Kolerius, e-
xercitatione legali prima, ante numerum vigeſimum ſe-
cundum, verſiculo. Cæterum, quia ſæpius, & om-
nium melius. Thomas Marinus, de generibus feu-
dorum, titulo tertio, numeris decimo nono, & vige-
ſimo, folio ſeptuageſimo primo, & Burſattus, conſi-
lio quadrageſimo nono, ſub numero quadrageſimo no-
no, verſiculo. Quinimo non ſolum in hæreditario mi-
xto inuentarium non operatur aliquid, ſed nec in feu-
do ex pacto, & prouidentia nouo, &c. Camillus de
Curtis, in ſuo diuerſorio feudali, in ſectione incipi-
ente Multoties concedens, &c. numero octuageſimo,
Balzar. in titulo, an Agnatus, vel filius ſub numero
decimo ſeptimo, circa finem, verſiculo, & filius non
tenetur habere ratum, &c. Vulteius, in dicto tra-
ctatu de feudis, libro primo, capitulo decimo primo,
numero nonageſimo quarto, folio ſeptingenteſimo ſexa-
geſimo octauo, Capicius, in inueſtitura feudali, fo-
lio ducenteſimo quadrageſimo, columna prima, ver-
ſiculo, Limita id quod dictum, Intrigliol. in prima
centuria feudali, quæſtione quinquageſima prima, nu-
mero nonageſimo ſeptimo, & centuria ſecunda, arti-
culo trigeſimo primo, numero tertio, Roſental. capi-
tulo nono, concluſione ſeptuageſima prima, ſub nume-
ro decimo nono, gloſſa vltima, mouentur omnes quia
in hoc feudo libera eſt facultas, primo acquirenti di-
ſponendi ad libitum de eo ad præiuditium ſucceſſo-
rum.

In propoſito autem caſu, non ſolum ea pars feu-
dorum fuit noua in Domino Petro Antonio debito-
re, quæ ad eum ſpectabat in feudis ab eo acquiſi-
tis, vna cum Domino Franciſco, eius patrueli par-
tim inſolidum, & partim de pecunijs communibus
eorum viuentium in communione bonorum, ſed e-
tiam pars ipſius Domini Franciſci deuoluta, ad ip-
ſum Dominum Petrum Antonium, ob mortem di-
cti Domini Franciſci ſine filijs, tum quia feudum
48 nouum dicitur, † reſpectu omnium, qui non tra-
hunt originem à primo acquiſitore, capitulo primo,
§. his vero, de ſucceſſione fratris, Schradeius, de
feudis, parte ſecunda, capitulo tertio, ſub numero
quadrageſimo, & quod non prouenit à linea, vel
49 ſucceſſione progenitorum, Deci. conſilio quinquage-
ſimo tertio, numero ſecundo, Gratianus, conſilio
quarto, numero octauo, volumine primo, Intrigliol.
centuria prima feudali, quæſtione vigeſima tertia, nu-
50 mero tertio, & quandiu non tranſit † ad deſcen-
dentes, Gulielmus de Perno, conſilio decimo ſecun-
do, numero tertio, Intrigliol. vbi ſupra, numero ſe-
51 ptimo, ſicuti è contra antiquum † dicitur, quod
à ſtirpe Procedit, Baldus, in capitulo primo, §. hoc
quoque, numero vigeſimo, in fine, de feudorum ſuc-
ceſſio-

ceſſione . Intrigliol. *dicta centuria prima* , *quæſtione vigesima prima* , *numero quarto* , agitur , cum Dominus Petrus Antonius non deſcenderet à Domino Franciſco primo acquiſitore , pars iſta fuit noua in eius perſona .

Tum etiam quia in iſtis feudis acquiſitis in ſolidum , vel in communione bonorum, ſocius dicitur acquirere
52 potius per ius † non decreſcendi , quam accreſcendi , Baldus , *in lege vnica* , *ſub numero trigeſimo ſexto* , *Codice quando non petentium partes* , Alexander , *conſilio trigeſimo ſub numero nono* , *volumine primo* . Schraderus , *de feudis* , *parte ſeptima* , *capitulo primo* , *numero vigeſimo quinto* , Intrigliol. *centuria ſecunda feudali* , *articulo vigeſimo ſeptimo* , *numero trigeſimo quarto* , & ſic totum dicitur cuiuſque , & per conſequens ſicuti pars Domini Petri Antonij erat feudum nouum , ita & altera , quæ ſuæ non decreſcit . Quinimo , ſi diceremus, illam acquiſiuiſſe per ius accreſcendi, idem dicendum eſſet, quia id,
53 quod accreſcit, ſortitur † naturam eius , cui accreſcit , *lege ſi ex toto* , *octaua* , *in principio* , *ff. de legatis primo* , cum alijs iuribus apud Alexandrum , *conſilio vigeſimo* , *ſub numero quarto* , *volumine primo* , & eſt eiuſdem ra-
54 tionis , conditionis , † ac prerogatiuæ , Baldus , *in dicta lege vnica* , *ſub numero vigeſimo ſexto* , *Codic. quando non petent. part.* Vaſqu. *in tractatu de ſucceſſ. progreſſu libro primo in præfation. numero quadrageſimo quinto* , ac dicitur eiuſdem formæ , & naturæ , cuius eſt por-
55 tio , † cui acceſſio contingit ; idem Vaſqu. vbi ſupra, *libro tertio* , *§. vigeſimo tertio* , *numero quinto* , *folio* 274.

Tum denique fuit nouum feudum pars iſta Domini
56 Franciſci , quia feudum vnum poteſt † dici antiquum, vel paternum , reſpectu deſcendentium , & nouum reſpectu collateralium in eo ſuccedentium ex pacto. Roſental. *capitulo ſecundo* , *concluſione nona* , *numero tertio* , Intrigliol. *centuria prima feudali* , *quæſtione vigeſima tertia* , *ſub numero nono* , quæ doctrina non poteſt melius exemplificari , quam in caſu iſto .

57 Et hæc , † quæ longa diſputatione firmaui, dicta ſint quatenus ipſi filij ſint hæredes patris cum beneficio inuentarij ; nam ſi illud non confeciſsent indiſtinctè tenerentur ſoluere debita paterna de feudo cuiuſcumque generis , ſiue antiquo , ſiue nouo , & ſiue familiari , ſiue mixto , vel hæreditario , Peregrinus , *de fideicommiſſ. articulo trigeſimo tertio* , *numero decimo primo* , Ioannes Thomas Marinus , *de generibus feudorum* , *titulo primo* , *ſub numero trigeſimo nono* , *folio ſeptimo* , Menochius , *conſilio quadrigenteſimo trigeſimo nono* , *ſub numero decimo ſecundo* , Roſental. *capitulo ſeptimo* , *concluſione vigeſima* , *ſub numero decimo ſecundo* , Andreas Kolerius , *exercitatione legali prima* , *numero primo* , *cum ſequentibus* .

58 Et † ex prædictis in effectu remanent reſoluta contraria. Nam, quæ dicta ſunt de licentia, procedunt de iure communi , & quando non apparet, creditorem, vel emptorem fuiſſe conſtitutum procuratorem duraturum poſt mortem ad obtinendam licentiam , ſecus , ſtante noſtra conſuetudine diſponendi in præiudicium ſucceſſorum , & mandato procuræ præfato , quo vero ad deducta circa actionem perſonalem , vel abſolute non ſunt vera , vel ſaltem non procedunt in feudo mixto hæreditario , & antiquo , vel ſine vlla difficultate non habent locum in feudo nouo.

F I N I S

Quarti Voluminis.

Digitized by Google

INDEX COPIOSVS RERVM, AC VERBORVM.

Quæ in Controuerſijs huius Quarti Voluminis continentur.

A

Abductio arboris à fundo non probat amiſſionem poſſeſſionis, ad iuris his remanet penes dominum. contr.570.n.10.

Abſenti facta donatio, quæuis ſit, non valet. c.577.n.10.

Valet tamen mediante nuntio, vel epiſtola, ibid. nu.11.

Abſenti vt quæratur actio ex numeratione tertio facta, neceſſe eſt eam fieri nomine ipſius abſentis; & ita accipi ab illo tertio, c.675.n.16.

Abſoluendus eſt reus qui habet fundatam intentionem ſuam, niſi ex aduerſo contrarium probetur, c.594.n.47.

Abſoluto vno ex correis in crimine abſoluendus eſt, & alter. Specifica in adulterio, c.605.n.27.

Abſtineat ab hæreditate non tenetur conferre. controuer.565.n.14.

Abſtinens tamen ab hæreditate poteſt conſ qui legatum. ibid. nu.15.

Abſurdum cum enaſcitur in ſucceſſione, linea debet accipi comprehenſiuè, non effectiuè. c.585. num.5. Sed vid. ibid. nu.15.

Id procedit, & cum tradens alia facti circumſtantiæ. ibidem nu.6.

Abſurdum eſt quem captari ſub auctoritate Iudicis, & verbo Principis. c.624.n.60.

Abſurdum vt excludatur eſt actus interpretatio facienda. c.626.n.38.

Abſurdum vt euitetur, nomine filij comprahendere præſumitur etiam fœminas c.635. & c.638. n.25.

Abſurdum eſt alterum æqua commoda ſentire, alterum incommoda. c.688.n.33.

Accedere poteſt conſecutiuè alicuius rei translatio, in contractu, in quo de ſui natura non transfertur dominium, c.646. n.14. Specifica, ibid. vt n.12.

Acceptare quis tenetur contractum cum omnibus ſuis conditionibus. c.591.n.26.

Acceptare quis tenetur totam rem diuidendam, ſi diuidi commode non poteſt, & refundere pretium pro parte ſocij, vel in re alia, vel in pecunia. c.591.n.27.

Acceptans legatum relictum animo compenſandi fideicomiſſum; ipſi dicitur renunciare. c.6 0.n.9.

Acceptatione, & præſentatione facta litterarum cambij ſtatim acquiſita eſt actio pacti ad excluſionem etiam primi domini, c.675.n.14.

Acceptans rem inferiorem, quam fuit conuentum, remittit dantis culpam, & ſibi præiudicat. contron.682.n.53.

Acquirens rem cum ſuis acceſſibus egreſſibus vijs, vſantijs, & pertinentibus, dicitur acquirere cum vſantijs, etiamſi non cadunt ſub nomine ſeruitutis. c.568. nu.1. Vel tamen clauſ. vt ſuperflua. ib.n.3. Et multo magis ſtante ceſſione omnium, & quorumcumque iurium facta a venditore. ibid.n.4.

Acquiſitione fundi ſeruientis extinguitur omnis ſermo. c.568. nu.5.

Si tamen totus fundus ſit acquiſitus, non ſi pars dumtaxat. quia adhuc durat in ſolidum. ib.n.6.

Acquiſitio liberationis ſtillicidij non fit ex eo quod ſciente domino murum altius conſtruitur. ib.n.11.

Acquiſita bona ſolum veniunt ſub pacto tradendi omnia bona poſt mortem, non etiam bona acquirendi, de ijs enim relinquitur facultas diſponendi. c.651.n.13.

Acquiſitio vel traditio noua non exigitur ſi perſonæ ſunt comprahenſæ ex prima inueſtitura. c.720.n.1.

Acquiritur feudum antiquum vel paternum, non inueſtitura, ſed ſucceſſione. ibid.n.2.

Accreſcens ſortitur naturam eius cui accreſcit. nu. 53. Et eſt eiuſdem naturæ rationis, conditionis & prærogatiuæ. n.53. & 54.

Et eiuſdem qualitatis cuius eſt portio cui accreſcit. c.720. & n.55. vid. ius accreſcendi.

Acta Iudicialia priora in executiuis, & ſummarijs ſtant loco conteſtationis litis. contr.587. num.8.

Acta publica admittunt probationem in contrarium; vt & præſumptiones etiam iuris. cont.602.n.82.

Acta falſificans, cadit à cauſa. c.637.nu.7.

Acta faciunt dignoſci iniuſtitiam, & iniquitatem ſententiæ notorium. c.665.nu.12.

Acta omnia iudicialia facta vigore præſcripti nulli ex ſubreptione, vel obreptione, ſunt pariter nulla. controuerſia 696. num.6.

Actio perſonalis datur ſolummodo conductori, contra locatorem, & non in ſucceſſorem eius, c.553.n.14.

Actio eſt criminalis cum pœna fiſco applicatur.37.controu.554. num.21.

Agens rei vendicatione, vt obtineat, debet probare identitatem rei, & eius dominium verum formiter, & principaliter. c.555. nu.26.

Actio datur ad recuperationem rerum alienatarum, ſtante alienatione inualida ob tranſactionem. ib. n.48.

Actio ad recuperationem rei nulliter alienatæ competit non ſolum pro parte ad ſe ſpectante, ſed & pro parte fratris minoris defuncti, cui agens ſucceſſit. ib.n.56.

Actionem habet in cohæredem cohæres, ſi per ipſum, ſine ſuo priuatus, c.563.n.18.

Sed ſi cohæres ſit pupillus, & priuatus à tutore, eo omiſſo poteſt petere reſtitutionem in integrum, pro præciſa rei recuperatione, ibid.n.19.

Actio, quem tenet de euictione eumdem agentem repelleret exceptio, quod procedit cum contrahens ipſe ageret, ibid n.25. & 26.

In actione reali, nec etiam iuramentum recuſari non poteſt, c.571.n.4.

Actionem ad remiſſionem mercedis, vel ea ſoluta ad repetitionem habet conductor, c.575.n.12.

Agere non valeat, non currit præſcriptio, cont.576.num.30.

Actio perſonalis non poteſt vni contra alium competere, ſi non præceſſit obligatio, & contractus, controuerſ.582. numer.1.

Actiones contrarias inſiſtens, nihil agit, & reus eſt abſoluendus, c.583.n.19.

Actio non datur contrahenti, niſi contra eum, quo contraxit, non contra tertium, etſi eius conſocium, controuerſ. 597. n.25.

Actio datur ſolum ſocio contra conſocium, ibid.n.26.

Actio perſonalis ſolum competit pro cenſu cum pacto de affrancando, ex mente Socini*, contr.598. num.6. Sed vid. ibid. num.7.*

I N D E X.

Digitized by Google

I N D E X.

Clauſul.Codicillaris vigore filius præteritus cogitur reſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis, retenta ſolum legitima; non autem etiam Trebellianica, c.672. num.28. & contr. 673.n.10.

Clauſul.Codicillaris vigore teſtator cenſetur cogitaſſe de filijs in genere, c.677.n.6.

Clauſul. Rebus ſic ſtantibus, *refertur ad caſum, qui præter opinionem poſſet contingere, ſi habet originem ex cauſa ſuperueniente de futuro, non ſi de præſenti, ille enim cenſetur præmiſſus, & incluſus, c.577.n.40.& 46.*

Clauſul. In omnibus, & per omnia, *importat veritatem cum plenario effectu, cont.677.n.58.*

Clauſul.prædicta etſi cautione interpretanda, tamen recipit reſtrictionem ex congruitate, ib.n.56.

ex Clauſul. Promittens omnia, & ſingula obſeruare, nec vlla ratione, &c. contrauenire, &c. *an cenſeatur renunciatum exceptioni facti alieni, ib.*

Negatur, vt ib.num.64.& ſeqq.

Intellectus affertur d. allegatis, c.677.n.67.

Clauſula prædicta, & quæuis alia poſita in executiuis non alterant, nec ampliant perſonalem diſpoſitionem, d.controu. 677.n.65.

Clauſula in executionis inſtrumenti dicantur eſſe poſita, cum ſunt poſt clauſulam, Et omnia, & ſingula, *à qua incipiunt executiua, ib.num 65.*

Clauſul. iuramenti appoſita in conuentione non operatur interpellationem, quando factum fuit permiſſum tunc, cum debitor interpellaretur, c.677.n.68.

Clauſul. Nec aliter, nec alio modo, *annullat actum in contrarium factum, & remouet conſenſum, c.684.n.2.*

Clauſul.Codicillaris ſemper operatur per fideicommiſſum c. 708.n.6.

Clauſul.Conſtituti eſt proprio contractuum, in quibus transfertur dominium, c.711.n.27.

Clauſul.Conſtituti nihil operatur, cum contractus principalis eſt nullus, ib.n.28.

Clauſul.Conſtituti habet effectum conditionalem, ſi contractus ſtat conditionaliter; Etſi quo ad verba eſſet purus, & ſimplex, ib.n.29.& 30.

ex Clauſul. Ad habendum, & quidquid, &c. *transfertur omne ius venditoris, ib.n 34.*

Clericus de conſuetudine eſt procurator pro laico, c.587.n.7.

Clericus ſi ſit procurator, non eſt omnino inhabilis, & opponi ipſi debet ante litem conteſtatam, non etiam poſt, ib.n.8.

Clericus procurator, ſi alium ſubſtituit, ceſſat ratio prohibitionis legis, ſcilicet diſtractionis à diuinis, ib.n.12.

Clericus ſe commiſcens mulieri vxoratæ, & commatri, committit ſacrilegium, adulterium, & inceſtum, c.605.n.1.

in Clerico, & Parocho ceſſat præſumptio fornicaria, in alio iuridica, ib.n.24.

Clericus torqueri non poteſt de delicto, niſi præcedenti infamia, etiamſi mille adeſſent contra eum indicia, ib.n.29.

contra Clericum Laici, & Mulieres non faciunt indicium ad Torturam, ib.n.38.

in Clericis confeſſio extraiudicialis, etſi plenè probata, non facit indicium ad Torturam, ib.n.45.

Clericus poteſt ex communi opinione abſoluere ſuam concubinam, ib.n.58.

Sed melius facit, ſi eam mittat ad alium, ib.n.eod.

Clerico inueſtito pro ſe, & hæredibus, nomine hæredum, non veniunt tranſuerſales, dum non poteſt habere deſcendentes, c.656.n.4.

Clericalem habitum deferens non præſumitur in ſacris Ordinibus, niſi probetur, ib.n.5.

Clerici ligantur Statuto circa ſolemnitates in alienationibus rei minorum, ſiue ipſi Clerici vendant, ſiue emant, cont. 656.n.8.

Clerici quattuor teſtificantes ſtatutum valent, quantum ſex teſtes laici, ib.n.14.

Imo duo Clerici præualent tribus laicis, c.656.n.15.

Clerici, & Laici in teſtificando ſe habent in ſeſquialtera proportione, ib.n.14.

Clerico exemptio ab oneribus dicitur perſonalis, & ſi bona exeunt de Eccleſiæ dominio, exemptio non tranſit ad emptorem, c.687.n.28.

Clericus non poteſt ſine incurſu cenſurarum adire Iudicem laicum, vel eius iuriſdictionem prorogare, controuerſ.716. num.1.

Codicilli ſunt pars teſtamenti, etiam longe poſt ipſum facti, c. 584.num.19.

Codicillis non cenſetur teſtator receſſiſſe à teſtamento, niſi expreſſe eo mutato, ibid.n.20.

Codicillum mutare teſtator numquam præſumitur, nec illi aduerſari, aut corrigere, ib.n.22.

Cogi poſſe promiſſorem exigitur, vt obligatio dici poſſit, & valeat, c.710.n.10.12.& ſeq.

Cogi vt non poſſit promiſſor, conuentio nulla eſt, ib.n.11.

Cogi cum non poteſt reus, idem eſt ac ſi promiſiſſet, ſi nollet, ib. num.13.

Cogi ſi non poteſt aliquo tempore promiſſor, non poteſt habere locum diſtinctio, an executio ſit in poteſtate promiſſoris, nec ne, vid.c.710 n.14.& ſeq.

Cogi ſi non poteſt promiſſor ad contractum, eius deficit ſubſtantia, c.711.n.10.

Cognitio cauſæ non exigitur, cum actus ſit à maiore, cont.559. num.119.

Cohabitatio diuturna facit præſumere communionem, c.560. num.3.

Cohabitatio diuturna decem annorum facit præſumere matrimonium; & illud (præſumptum tamen) probatur per eam non aliàs, c.600.n.2.6. & 27.

Cohabitatio ſola non probat, aliquam eſſe vxorem, niſi dicatur, quod teneat, puta claues mobilium, & alia, curet vti vxor, ib.n.33.

Cohæres priuatus à cohærede iure ſuo, habet in eum actionem c.663.n.18.

Sed ſi cohæres ſit pupillus, & priuatus à tutore, eo omiſſo poteſt petere reſtitutionem in integrum pro præciſa rei recuperatione, ib.n.19.

Cohæredes non tenentur ad æs alienum, niſi pro quota hæreditatis, ib.n.11.

Amplia & ſi alteri ex eis prælegatum eſſet, c.704.n.11.& 12.

Collationem petens venit contra executionem ſententiæ diuiſionis, c.560.n.11.

Collatio non habet locum, nec actiuè, nec paſſiuè inter eos, qui ſunt extranei, de cuius ſucceſſione agitur, c.565.n.13.

Collatio non habet locum inter hæredes, qui ſe abſtinuerunt ab hæreditate, ibid.n.14.

Collatio non eſt facienda à filia de dote, quam pater ſtipulatus eſt ipſi filiæ, ib.n.17.

Collatio non cadit vllo modo inter eos, qui ſunt extranei ei, cui ſucceditur, c.601.n.11.

Etiamſi extranei ſuccedunt cum filijs, ib.n.12.

Collectio fructuum facere, arare, & arbores putare, ſunt actus concludentes poſſeſſionem, c.570.n.7.

Collectiua dicantur eſſe verba, liberorum deſcendentium, *aut* Hæredum, *c.608.n.23.*

Collectiuo nomine vocatus nepos non ſuccedit cum patruo, qui ſit nomine proprio vocatus, c.664.n.7.

Collectiuo nomine facta vocatio, quo comprehendantur plures domini gradus perſonæ, eodem tempore omnes nequeunt concurrere, c.595.n.1.

Collectiuo nomine, Deſcendentium, *facta ſubſtitutio vulgaris expirat, ſemel admiſſis ipſis vocatis, ib.n.7.& 8.*

Colono ſingularis ſucceſſor non tenetur ſtare, maximè ſi facta ſit locatio abſque inſtrumento, controuerſ.553.n.6.& 7.

Sed vid ib.num.35.

Colono ſtare non tenetur, qui ſuccedit in ius ſemiplenum, vt eſt vſufructuarius, d.c.553.n.10.

Colono emptor ſingularis ſtare debet, cum ſcit rem acquiſitam eſſe affectam tali onere, ib.n.21.

Colonia perpetua ius, ſeu conductionis præſcribitur ſpatio 30. annorum, cum penſio fuit vniformis, c.679.n.2.

Aduerſa ſententia plures Doctores afferuntur, ſed demonſtratur minus ſequenda; & cur, ib.n.3.

Sententia amplexata procedit, cum æquitas ſtat pro conductore, ib.n.4.

Coloni, qui ſua impenſa, & incommodo agros ſteriles reddiderunt fertiles, non poſſunt à domini expelli, nec eis penſio augeri, ib.n.5.

Colonus ſi non habuit conductorem ad certum tempus, ſed coloratum prætextum fouet perpetuitatis, poteſt ius ipſius conductionis præſcribere, etiam ex ſententia Doctorum aliàs oppoſitorum, cont.679 n.6.

Coloni adſcriptitij erant, qui fundo debebant incumbere, nec inde ſe eximere, nec eorum filij, ibid. num.9.

Coloni adſcriptitij venditionis ſunt ſimiles colonis extraneis, & conductoribus, ib.n 10.

Coloni adſcriptitij non poſſunt expelli à dominis, ib.n.11.

Colonos hos ſeparare non poſſunt domini à prædijs, legando, vendendo, vel alio modo, ib.n.12.

Coloni adſcriptitij poſt culturam 30. annorum fiebant liberi, non tamen ad alia loca migrare poterant, ibid. num.13.

Coloniam ius teſtamento relinquere, & de eo diſponere inter ſuos liberos poſſunt coloni adſcriptitij, ib. num.14.

Text. in leg. cum ſatis, §. cum autem, Codic. de agric. & cenſit. lib. 11. *habet locum etiam in alijs colonis, quam adſcriptitijs, ib. num.15.*

Coloni Eccleſiarum tenentur pro oneribus perſonæ, reſpectu rei, pro colonica tamen portione, c.687.n.8.

Coloni prædicti ducenies partem ſuam ad Ciuitatem ſoluunt pro ipſa gabellam ad portas, ibid. num.9.

Coloni gaudent immunitate, & priuilegio reali, vt & conductores, c.687.n.19. Sed Vid. num. ſeqq.

Coloni vigore meliorationum in re ſterili non poſſunt priuari re, nec augeri penſio, ib.n.38.

Et ſi conduxiſſet eas colonus cum onere meliorandi, controu. 692, n.40.

Colluſio probatur ex defenſione facta oculariter, c.569 n.20.

Colluſio in teſtibus facit eos, non facere fidem, vt & ſi ſint contrarij, c.616.n.7.

Colluſio ipſa ſolum attenditur, non poſſibilitas colludendi, controu.677.n.42.

in Commiſſum incidunt pecudes non denunciatæ iuxta obligationem, cont.714.num.6.

Commodo publico aliquid introductum cum cauſæ cognitione non debet retractari pro priuata vtilitate, c.576.n.1.

Commodum ſentiens, ſentit & onus, c.576.n.22.

Commodum percipiens ex delicto, ipſemet præſumitur deliquiſſe, c.580. num.12.

Specifica vt, ibid.

Ex commodi participatione ex delicto, præſumitur, quis particeps, & correus, c.580.n.24.

De Commodi participatione ex delicto conuictus, cenſetur etiam particeps delicti, ib.n.31.

Et eſt præſumptio iuris, ib.n.33.

Commodi pars nemo poteſt relinquere hæredi, quam ipſe habeat, c.616.n.43.

Commodum ſi aliunde percipiatur, eius ſcientia habere præſumitur, c.614.n.25.

Commodi exigui, & tenuis cauſa, falſum committi non præſumitur; maximè in viro honorato, c.6 7.n.47.

Commodo, & incommodo alicuius adminiſtrans, ſi ſoluat ex eis pecunijs dicitur ſoluere, c.647 n.15.

Commodum ſentiens ex contractu non poteſt prætendere augmentum monetæ, c.678 n.4.

Commodum ex eo nemo debet ſumere, quod nixus eſt impugnare, c.701 n.1.

Specifica in probationibus, ib.n.2.

Comparatio litterarum in falſi nomine, tamquam atteſtatio de iudicio, non facit nedum plenam probationem, ſed nec etiam indicium ad torturam, c.632.n.12.

Comparatio litterarum facit ſemiplenam, & aliquando, Iudice ſic arbitrante, plenam probationem, c.639.n.22.

Compenſatum cenſetur debitum ex cauſa voluntaria per inſtitutionem, non ſi neceſſarium, puta legis vigore, vel Statuti, vt eſt legitima, &c. c.588.n.22.

Compenſatio fieri poteſt damni hinc inde à partibus paſſi, controu.599 n.3.

Compenſatio fieri præſumitur legati relicti, cum credito prætenſo per legatarium, ſi in legato inſerit teſtator Clauſul. Sit contentus, & tacitus, &c. pro omni, & toto eo, &c. *c.631.n.13. & 14.*

in Compenſatorem legitimè ſi ſit relictum legatum, non poteſt illud obtineri ſimul cum legitima, c.645.n.12.

Compenſatio non fit de debito vnius negocij cum credito alterius, c.647.n.20.

Compenſatio facienda eſt bonorum alienatorum cum bonis hæreditatis, dum hæres non poteſt ea alienata reuocare, c. 663. num.29.

Compenſatio dotis, cum bonis maternis, nõ admittitur per fratrem cum ſorore, ſi eam dotat, vt hæres patris. Quod tamen non videtur præſumi, c.669.n.20.

Compenſatio admittitur culpa creditoris cum mora debitoris, c.682. num. 17.

Compenſatio fructuum cum melioramentis admittitur, ſi ſint eiuſdem valoris. Multo magis ſi excedant, c.717.n.4.

Competens via præcedit in libello illam incompetentem, ſi in eo ambo exiſtant, c. 576.n.8.

Competens inter ſolum conſeruatur ex reſeruatione, controu. 651.n.16.

Competentia iura reſeruans non probat aliquod ius ex ea reſeruatione, niſi probetur, quæ iura re ipſa competant, cont. 666, num 14.

Componens ſe, vel tranſigens, vt ſe redimat à vexatione, non dicitur facere ius aduerſarij, c.639.n.9.

Communio præſumitur ex diuturna cohabitatione, controu. 560.n.3.

Communio parit diſcordias, c.591. num.28.

Communis rei poſſeſſæ renunciatio ab omnibus facta, eſt vnius actus, dum omnes habent in ſingulis partibus idem ius, controu.599.n.77.

Communis res in ſolidum poteſt à ſocio ſolo vendi, controuer. 592. num.2.

Communio poſſeſſionis rei emphyteuticæ cum eo, qui ſtipulatus eſt nomine ſuo, inducit ratificationem ipſius emphyteuſis, c.654.n.71.

Communionem ſi habeat maior cum minore, etiam inæqualis portionis, ſufficit, vt poſſit iuuari remedio ipſius, contr. 664. num. 18.

Communis error facit ius, c.683.n.19.

Communio ſi iubetur à teſtatore intelligitur, vt omnia bona, etiam particularia, vt credita, &c. in communionem ponantur, c.704.n.9.

Communione facta poſt diuiſionem, præſumitur ex ea fructus ſolum eſſe communes, non vero proprietatis, controuerſ.717. num.3.

Communem opinionem non ſequimur, cum alia minus communis habet euidentiora fundamenta, c.720.n.40.

Communitas non tenetur de damno dato, niſi prius probetur, malefactorem ignorari, c.580.n.22.

Communitas an, & quando, ac quomodo reſtituatur aduerſus præſcriptionem, c.687.n 53.

Et quid ſi ſit longiſſimi temporis præſcriptio, remiſſiuè, ibid. numer.54.

Conceſſio ſpecialis emanata in priuilegium certarum perſonarum non tollitur per generalem diſpoſitionem poſteriorem, niſi ſpecialis fiat derogatio, c.554.n.91.

Conceſſio Principis ob merita, & pecuniam eſt conceſſio, & conuentio non reuocanda, vbicumque adhibeat verbum, Indulgemus, *ſapiens gratiam, c.554.n.98. & 104.*

Conceſſio non cenſetur ex noua admiſſione, ius iam admiſſum quod ab illa dependet, c.556.n.14.

Conceſſio noua non affert præiudicium in quæſitis, præcipuè quia ea cenſetur facta cum qualitatibus, & vitijs, quæ habebat, c.556.n.16.

Conceſſio facta immediatè poſt primam, dicitur renouatio, controu.556.n.31.

Conceſſio contraria alteri prius factæ, ex qua ius eſt quæſitum ipſi non præiudicat, & res eius vigore reſtituenda ſemper peti poteſt, ibid.n.41.

Conceſſio reſtitutionis in integrum, etſi ſemel denegata ex noua cauſa fieri debetur, & peti poteſt, c.574.n.1.

Conceſſa remiſſione pupillo adhuc etiam competit reſtitutio in integrum, ibid. num.1.

Conceſſum fuiſſe, quod minus eſt, ſemper cenſetur in dubio, ibid. num. ....

Conceſſio de feudo, quod alius tenet, non valet, niſi de aſſenſu inueſtiti, c.581.n.39.

Conceſſio feudi, viuente alio antiquiore, cenſetur ſolum, cum

per

Digitized by Google

per mortem, & defectum legitimi ſucceſſoris, feudum reuertatur ad dominum, ibid. n. 45.
Conceſſio facta poteſt reuocari per ſuperuenientiam liberorum, ibid. n. 47.
Conceſſio, ſi deceſſerit ſine liberis, eſt conditionalis, ex qua nullum ius queritur, ib. n. 56.
Conceſſionis noua cauſa eſt, quæ exprimitur in inueſtitura, c. 615. n. 14.
Vel eſt facta auctoritate noua conceſſionis, ibid.
Conceſſio facta ob benemerita eſt oneroſa, & tranſit ſub contractu, c. 622. n. 47.
Conceſſio facta per Principem alicui in vim contractus, non poteſt retractari, ib. n. 48.
Conceſſio immunitatis verbis perſonalibus facta continet onera omnia, & grauamina, ad quæ priuilegiatus obligaretur, c. 624. n. 29.
Conceſſio illa cenſetur expreſſa, etiamſi non ſit facta ſpecificamente, cum ex alia conceſſione infertur neceſſario ad illam, ib. n. 31.
Conceſſio dubia declaratur per obſeruantiam ſubſeucam, ibid. num. 32.
Etſi obſeruatio non ſit longo tempore præſcripta, ib. n. 33.
Conceſſio non redditur nulla, quia, cum fieret, fuit habita pro vtili Eccleſiæ, c. 632. n. 40.
Concedens ius in re, quod habet, vigore talis relatiui non cenſetur conceſſum, niſi quod, & quatenus habet, c. 668. n. 10.
Concedentis reſpectu poteſt intelligi verbum, In perpetuum conceſſit, ib. n. 11.
Conceſſio facta ex cauſa oneroſa non amittitur per non vſum, c. 668. n. 5.
Conceſſione rei facta ad tempus aliquod, eo reſoluto, res reuertitur ad dominum, & ab eo poteſt vendicari, c. 683. n. 1.
Conceſſione facta cum diſſentione, & diſcordia, non præſumitur ibi æmulatio interueniſſe, c. 688. n. 46.
Conceſſio gratia facta ne ſit à Principe eſt arbitrio Iudicis relinquendum, c. 690 n. 23.
Concordiæ cauſa ſi facti, & initi ſint contractus, ij perpetuo ſunt obſeruandi, & cuſtodiendi; nec in ipſis eſt de iuris apicibus diſputandum, c. 591. n. 23.
Concordia parum poteſt ſeruari in communione, ib. n. 28.
Concubinam Clerici ipſe poteſt abſoluere ex communi ſententia, c. 605. n. 58.
Sed melius facit ſi actu mittat ad alium, ib.
Condemnationes, mulcta, & conciliationes ſunt fructus iuriſdictionis, c. 580 n. 6.
Et pertinent ad eum, vti loco inueſtientis ſubrogatum, ibid. num. 7.
Condemnandus nemo eſt ex confeſſione dubia, controuerſ. 589. num. 23.
Condemnari debet explorator, ſcilicet qui accuſat extra ſuum officium, liberato per Iudicem ab eis denunciato, cont. 583. num. 30.
Condemnatio vt fiat ex indicijs, ea debent eſſe indubitata, c. 605. n. 11.
Condemnari nemo poteſt ſuper re furtiua, penes tertium ſe inſcio adinuenta, c. 608. n. 9.
Condemnari nemo poteſt, niſi confeſſus, vel ſponte conuictus, c. 637. n. 8.
ad Condemnationem falſi non ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones; ſed debent eſſe probationes neceſſario concludentes, ib. n. 13. 17. & n. 38.
Et multo concludentiores, quam in cæteris criminibus, ibid. num. 14.
Condemnatio ad triremes non eſt cauſa, ex illis 14. legalibus exhæredationis, c. 645. n. 2.
Condemnatus ad triremes non habet teſtamenti factionem, nec actiuam, nec paſſiuam, ib. n. 4.
Intellige ſi ſit damnatus ad vitam, ib. n. 5.
Condictio rei furatæ competit domino, ſi principaliter agatur, vel aliàs officium Iudicis ad æſtimationem, contra rei furatæ poſſeſſorem, c. 609. n. 13.
Conditio indebiti competit poſteriori debitori ſoluenti debitum iam extinctum, c. 628. n. 17.
Et etiam indebitè dumtaxat promittenti, ib. d. 18.
Condicens aliquid tamquam indebitum, debet probare illud, quod ſoluit, fuiſſe indebitum, controu. 634. numer. 37.
Conditionalis eſt actus, in quo adeſt clauſula, nec aliter, nec alio modo, c. 553. n. 25.
Conditione pendente non transfertur nec dominium, nec poſſeſſio, ib. n. 25.
Conditione reſoluta contractus, eſt etiam contractus reſolutus, & tenentur contrahentes adimplere, quod pepigerunt, c. 556. n. 2.
Conditione ſemel purificata, licet & non durauerit, nihilominus res ita conuenta debetur, ib. n. 8.
Conditionalis eſt venditio ad menſuram, c. 570. n. 23.
Conditionalis contractus eſt imperfectus ante conditionem adimpletam, ib. n. 24.
Nec ex eo poteſt transferri dominium, vel poſſeſſio, ibid. numer. 25.
Etſi ſecuta eſſet traditio, ib. n. 26.
Conditionaliter ſubconductor cenſetur acceptare fundum, quem ſcit non poſſe ſublocari, quatenus ſcilicet primus locator conſenſerit. Et ſub tali conditione creditur conceſſiſſe etiam ſublocator, c. 565. n. 7.
Simili affertur in eo, qui emit rem locatam, quo ad expellendum conductorem, ib. n. 8.
Conditionalia ſunt verba, Illis præmortuis, controu. 579. num. 32. & num. 62.
Conditionale Ablatiuum abſolutum facit, ib. n. 33.
ſub Conditione ſubſtitutio vni facta, & defecta, ſtatim expirat, ib. n. 33. & 36.
Conditio non euenit, ſi ſucceſſio admittat, repugnatur voluntati teſtatori, ib. n. 39.
Conditione non impleta, vel deficiente, perit fideicommiſſum, ib. num. 38.
Conditionalis actus ſuſpenſiui, puta poſt alicuius mortem, nullum ius producit, Item cum habet clauſul. Quam noluit ſortiri effectum, niſi, &c. c. 581. n. 41. & 42.
Ideo poteſt à concedente ſemper reuocari; etiam inuito beneficiato, ib. n. 43.
Conditionalis conceſſio, vt ſi deceſſerit ſine liberis, ex qua nullum ius queritur, ib. n. 56.
Conditio poſita in arbitrio non valet in promittente, ſed benè in ſtipulante, c. 692. n. 46.
in Conditione poſiti non dicuntur vocati, ſed ſolum reſeruata eis ſucceſſio, & de communi, c. 606. n. 3.
in Conditione poſiti dicuntur vocati ſi ſunt grauati, ſi ſcilicet eis ſubſtituitur, c. 606. n. 8.
Non tamen vocati dicuntur, ſi ſubſtitutio fiat honoratis, ibid. num. 60.
Et tamſi conditio eſſet facta copulatiuè, non autem alternatiuè, ib. num. 7.
in Conditione ſi plures ſint poſiti, non autem expreſſe vocati, reciproca non eſt ſubſtitutio, ib. n. 10.
Conditione ſubſtitutionis purificata, quo ad aliquos vocatos, cæteri remanent excluſi, ib. n. 12.
ſub Conditione vocatus, ea adueniente, admittitur ad ſucceſſionem, etiam quod alij cohæredes viuerent, controu. 608. num. 6.
Non tamen admittitur cum illis cohæredes ſunt inuicem ſubſtituti, ib. n. 7.
Conditio, ſi alter ſine filijs deceſſerit, ſub qua aliquis eſt vocatus ad ſucceſſionem, exiſtentibus filijs eius, eo ipſo eſt reddita impoſſibilis à parte vocati, qui omnino excluditur, etſi poſtea ſine filijs moriatur, ib. n. 9.
ſub Conditione, ſi ſine liberis, &c. ſubſtitutus ſi ſit quis, non cenſetur vocatus, ſi moriatur cum liberis, dict. controu. 608. num. 10.
Conditio, ſi omnes decedant ſine liberis, non verificatur, ſi aliqui decedant cum ipſis, ib. n. 12.
Conditionalis creditor, conditione tamen non purificata, poſtponitur creditori purè, etſi retrotraheretur, ſi purificaretur, c. 619. n. 7.
Conditionalis contractus cum clauſul. Nec aliter, nec alio modo, eſt nullus ante eam purificatam, ib. n. 8.
in Conditione poſiti per teſtatorem non dicuntur vocati, ſed ſolum reſeruata eis ſucceſſio ab inteſtato. Et eſt magis communis opinio, c. 613. n. 4. & 5. & contr. 617. num. 14. & contr. 635. num. 6.

Amplia

I N D E X.

Amplia, vt contr.621.num.6.Vid.V.Vocati.
Specifica in filijs, ibid.
in Conditione poſiti cenſentur vocati, cum ſunt grauati, ib. num.10.
Secus ſi grauamen ſit impoſitum ſolis honoratis, ibid. num. 11.& n.17.
in Conditione poſiti cenſentur magis prædilecti, quam ſubſtituti,c.627.n.23.
in Conditione poſiti cenſentur vocati in prælegatis, & fideicommiſſis particularibus,ib.n.24.
Et ad excluſionem tranſuerſalium vocatorum,d.contr.627. num.25.
in Conditione poſiti quando cenſentur vocati, id intelligitur quo ad partem patris, non autem heredum, aut collegatariorum,c.635.n.9 & c.653.n.22.
in Conditione poſiti non dicuntur vocati vllo vmquam tempore non ſunt extranei. Illi enim non ſunt vocati,nec cum exiſtunt coniecturæ, ex quibus aliàs id præſumitur, c. 635. n.7.& 8.
Conditione in fideicommiſſo adiecta vocatis, Si ſine filijs,&c. expirat fideicommiſſum,cum ipſi decedunt cum filijs, c. 638.n.8.
Conditio, Si ſine liberis deceſſerint, non purificatur, niſi omnibus vocatis decedentibus ſine liberis,ib.num.9. & n.12.
in conditionibus, & diſpoſitionibus teſtatoris voluntas attenditur; & regit,ac dominatur,c.638.n.20.21.& 22.
Conditionalis fit contractus ob pactum adiectum reſeruationis dominij,c.646.n.3.
de Conditionali contractu non ſoluitur gabella, niſi purificata conditione,ib.n.4.
pro Conditionali iure nemo poteſt agere,c.648.n.2.
in Conditione poſiti, quando cenſeantur vocati, coniecturæ referuntur, quaque ſint vera, nec ne,remiſſiuè, contr.653. num.19.
Conditione purificata in vocato poſteriore reuocatur alienatio facta per anteriorem vocatum,ib.n.25.
Conditionaliter poteſt donatarius acceptare donationem, etiã purè ſibi factam,c.661.n.14.
Conditionalis in diſpoſitione neceſſaria eſt requiſitio, controu. 677.num.13.
Conditionem inducit dies, & tempus incertum in actu, non vero in moram,ibid n.22. Vid. tamen ibid. num.8.
Conditionalis eſt obligatio rei alienæ, etiam cum per ſucceſſionem in eam, fuit illa reconualidata,ib.n.26.
Conditionale tempus eſt, & incertum, cum promiſſio fuit facta etiam ſimpliciter ſine adiectione alterius temporis, controu. 677.n.28.
Niſi probetur vera ſcientia ætatis in promittente, nec ſufficit præſumpta,ib.n.29.
ſub Conditione vna conceſſum cenſetur ademptum ſub ipſa centuria,c.684.n.1.
Conditionem important verba in ablatiuo abſoluto, cont. 689. num.67.
Præcipuè cum dictione, Tametſi, ib.n.68.
Conditio inducit formam,ib.num.76.
Conditionaliter ſi quid ponitur in diſpoſitione,eſt ſignum formæ inductæ,ib.num.77.
Conditio habet vim præcepti, ib.n.78.
Etiamſi vna conditio diuidua eſſet coniuncta alteri indiuidua, nam & ipſa conditio, & vtraque eſſet indiuidua,ib. num.79.
Conditione deficiente in parte, diſpoſitio corruit in totum, ib. num.80.
Conditionem non inducunt verba, Cum hac conditione, quod teneantur,&c. ſed ſolum inducunt modum,cont.694. num.6.
Conditionem inducit Ablatiuum abſolutum, controuerſ.695. num.10.
Conditionem ſimilem inducunt verba, Et illis præmortuis, dum ſunt ſignificatiua qualitatis dependentis ab euentu futuro,ib.n.11.
ſub Conditione ſubſtitutus filius, ſi pater eius præmortuus fuerit tempore conditionis, filius eſt omnino excluſus, ſi adueniente conditione pater eius ſuperuiuat,ib.n.12.
Conſil. Peregrin. 29 num 4. vol.2. laudatur vt deciſiuum, ibidem, numer.13.
Conditio defecta dicitur, ſi ſubſtitutus alicui ſuperuiuenti,& heredi exiſtenti non inueniat,eum eſſe heredes, vel ſuperuiuentem,d.c.695.n.14.
Conditione non adueniente, vel non adimpleta perit fideicommiſſum,ib.n.15.
Conditio ſi non aduenit, dicitur repugnari voluntati teſtatoris ita diſponentis,ib.n.16.
Conditione etiam non impleta, non extinguitur fideicommiſſum,cum vltra talem diſpoſitionem conditionalem adeſt prohibitio alienandi, cum cauſa conſeruationis in familia, ib.num.17.
Verius tamen eſt prohibitionem talem ſubſequentem eſſe acceſſoriam ad tales ſubſtitutiones conditionales,ibid.numer. 18.& 19.
Conditionem inducit dictio, Ad, controu.710.n.23.cont.711. num.46.& ſeq.
Conditionalis ſtipulatio in voluntate promiſſoris eſt nulla, c. 710.num.24.
Conditionalis contractus nullum parit effectum, niſi conditione purificata,c.711.n.31.
Conditio nihil ponit in eſſe; nec poteſt ponere aliquem effectum, niſi ea purificata,ib. n.35.& 36.
Conditionalem actum faciunt verba prolata per ablationem abſolutam,ib.n.37.
Conditione pendente, & non purificata,contractus eſt inutilis, & imperfectus,ib.n.38.
Conditio appoſita contractui nullo impleri non poteſt, nec eſt ſeruanda,ib.n.39.
Conditionem facit dictio, Cum voluerit,contr.711.n.7.
Conditio poteſtatiua deficit morte, dum amplius non poteſt impleri, obligato non viuente,c.712.n.8.& 17.
Præcipuè ſi ſunt de ijs,quæ pendent à mera voluntate, ibid. num.9.
Conditionis poteſtatiuæ implementum non tranſit ad heredem & cenſetur defecta, ſi de eius adimplemento non conſtiterit in viuis,ibid.n.10.11.& 12.
Conditionalis cenſetur contractus ad arbitrium promiſſoris; ſi in vita arbitretur velle, & eo mortuo ſine declaratione, actus eſt nullus,ib.n.13.
Conditionem inducit verbum, Aliter, & quidem ſpecificam; & habet naturam præciſam,ib.n.18.
Conditio, Si voluerit, & Cum voluero, nihil inter ſe differunt,ib.n.33.
Conditio adiecta executioni ſi deficiat, promiſſio vitiatur, ib. num.74.
Conditionem in alterius voluntatem collatam poteſt contrahens cogi adimplere, ſi conuentio illa non habet perpetuam cauſam nullitatis,d.c.712.n.71.
Conditionalis hypotheca prior retrotrahitur ad tempus promiſſionis in præiudicium contrahentis ex poſt, & de ratione,c.720.n.15.
Amplia in feudo,ib.n.17.
in Conductione perſeuerans cenſetur tacitè reconduxiſſe, controu.614 n.16.
Conductioni renunciatio præſumitur qui ante tempus ab ea diſcedit,ib.n.17.
Conductionem aliam nemo renouare cogitur cum Fiſco de bonis ipſius, primo tempore conductoris expleto. Niſi tribus concurrentibus,c.678.n.1.& 2.
Conductoris facta locatio nullo modo præfinito tempore cenſetur facta ad arbitrium locatoris, c.553.n.1.
Conductor quolibet anno a locatore expelli poteſt,d.cont.553. num.2.
Conductor non poteſt cogi perſeuerare, nec ſucceſſor ſingularis inuicto admittere conductionem,ib.n.13.
Intellige vt,ib n.39.
Conductori ſolummodo datur actio perſonalis contra locatorem, & non in ſucceſſorem eius,ib.n.14.
Conductoris perſeuerantia in re conducta,& locatoris in hoc promiſſio faciunt præſumere r locationem & reconductionem,niſi cum nulla alia exigitur ſolemnitas, d.contr 553. num.17.
Conductor ſi ſeminauerit, vel ſi in re vendita alias expenſas fecerit, de æquitate, & conſcientia debet pro eo anno tollerare

I N D E X.

rare in colligendis fructibus, non proſequentibus, d. controu. 553. n. 28.

Maximè ſi fructus ſint pendentes, & proximi collectioni, ib. num. 29.

Conductor habere poteſt aliquibus caſib. ius retentionis, & exceptionem in ſucceſſorem, aliquando actionem in factum ad recuperandam, & detinendam detentionem, ib. n. 40. & num. 41.

Conductores non reſtituentes domum poſt eam expletam expelli poſſunt propria auctoritate, c. 556. n. 4.

Nec tenetur locator illam amplius relocare, ib. n. 5.

Conductori per dominum res melioramenta ſoluenda ſunt, ſine tempore, ſiue culpa conductio finiatur, ib. n. 6.

Niſi aliter ineatur pactum, ib. n. 7.

Conductori ad intereſſe tenetur locans id, quod ſibi non licet, ſi ob id impeditur locatio, c. 575. n. 1.

Et tenetur de lucro etiam ceſſante, in quo continetur lucrum ipſius conductionis, ib. n. 2. & 3.

Imo tenetur etiam ad damna omnium bonorum, quibus durare debebat locatio, ib. n. 4.

Conductor habet tunc actionem ad remiſſionem mercedis, vel ea ſoluta ad repetitionem, ib. n. 12.

Conductor vt obtineat damna prætenſa debet ea probare, Et quidem verè concludenter, & certitudinariè, non per præſumptiones, ib. n. 14. & 15.

Conductor poteſt eſſe Procurator locatoris, & pro tali habetur ſi exhibet mandatum, c. 578. n. 26.

Conductorem expellere non poteſt hæres, ſi à defuncto ſe immiſſus, & contractum reſcindere. c. 645. n. 1.

Conductorem etſi non poſſit hæres expellere non tamen debet amittere ſuos effectus, ib. n. 7.

Conductoribus, & colonis defertur priuilegium reale, contr. 607. n. 19.

Sed vid. ib. nn. ſeqq.

Conductor ſolus obligatur ex locatione facta per locatorem, cum pacto, Si voluerit, &c. non etiam ipſe locator tenetur ad tradendam rem, & contractum perficiendum, c. 710. n. 52.

Confeſſio extraiudicialis non probat, controuerſ. 562. numer. 23.

Confeſſio partis eſt ſtrictior probatio, ib. n. 26.

Confeſſio in iudicio non eſſe domino, etiamſi notoriè diuerſum pateat ſibi confitenti præiudicat; & eſt ſine dubio. cont. 564. num. 10. & 11.

Confeſſio tendens ad liberandum, probat ſolutionem poſt 30. dies, c. 569. n. 21.

Confeſſio cedentis, aut venditoris non obeſt ceſſionario, aut emptori, ib. n. 22.

Et quomodo intellige vt, ib. num. eod.

Confeſſio ſimplex debitoris coactè exacti non probat ſuam ſolutionem in tertij præiudicium, ib. n. 25.

Confeſſio facta capto iam iudicio, ſapit fraudem, & non probat, ib. n. 17.

Simile in alienatione, vel locatione, iudicio pendente, ib. num. 28.

Confitentis præiudicij non tertij reſpectu confeſſus ſe recepiſſe præſumitur ſatisfactus, c. 569. n. 29.

Confeſſus actum prohibitum feciſſe abſque expreſſione qualitatis, puta licentia Principis, poteſt puniri eius vigore, c. 678. num. 1.

Intellige vt, ib. n. 17.

Confeſſio cum adiuncto, ſcilicet feciſſe contra prohibitionem, ſed cum licentia, non poteſt diuidi, ſed debet in totum acceptare, vel reſpici, & ea qualitate, vel adiuncto non acceptato, reus habetur pro non negante, controuerſ. 578. num. 17.

Dubitant de hac ſententia aliqui Doctores, d. cont. 578. n. 18.

Sed procedit eorum ſententia cum nos ſumus in re generaliter prohibita, non aliàs, ib. num. 19.

Confeſſio debet interpretari ad fauorem confitentis contra Fiſcum, c. 583. n. 18.

Confeſſio dubia non ſufficit ad condemnandum, dict. controu. 583. n. 23.

Confeſſio debet accipi cum ſua qualitate, & non diuidi, ibid. num. 24.

Confeſſio ſuper intentione teſtatoris nil releuat, controuer. 584. num. 18.

Confeſſio intereſſe habentis quo ad interpretandam codicillaris mentem contra ſe ſibi præiudicat, dict. controuerſ. 584. num. 77.

Confeſſio vnius non præiudicat tertio, c. 592. n. 27.

Confeſſio extraiudicialis non nocet; niſi fiat parte præſente, & acceptante, ib. n. 30.

Confeſſio expreſſa rei circa ius agentis ad finem tamen illud excludendi non auget aduerſarij, niſi per eum ſit illud plene iuſtificatum, c. 602. n. 1.

Confeſſio tacita multominus præiudicat, quæ reſultat ex productione ſcripturæ, ib. n. 3.

Confeſſio ficta dicitur ea, quæ reſultat ex ſcriptura productione, ib. num. 4.

Confeſſio propria in vno iudicio non obeſt in alio inter diuerſas perſonas, c. 604. n. 8

Confeſſio rei, mendacijs conſpecta, quo ad circumſtantias non grauantes, vel non inferentes ad delictum non nocet proceſſui, c. 605. n. 35.

Confeſſio extraiudicialis debet probari in criminalibus per duos teſtes conteſtes, & integros, ib. n. 37.

Confeſſio extraiudicialis delicti, eſt indicium remotum, ibid. num. 43.

Confeſſio extraiudicialis, etſi plenè probata, in Clerico non facit indicium ad torturam, ib. n. 45.

Confeſſio vnius, quod alter rem ſecum habuerit veneream, non facit indicium ad torturam, alijs non concurrentibus adminiculis, ib. n. 54.

Confeſſio venditoris poſt venditionem, non nocet emptori, nec ciuiliter, nec criminaliter, c. 609. n. 1.

Confeſſio cedentis poſt ceſſionem, non nocet ceſſionario, ib. numer. 3.

Confeſſio partium quo ad creditum ceſſum nil releuat, dum aliàs debet apparere de ipſius realitate, vt ceſſio ſit valida, c. 617. n. 2.

Confeſſiones, & actus diuerſos poteſt probare teſtis ſingularis, ſingularitate diuerſificatiua, c. 623. n. 1.

Confeſſio emiſſa præſente parte facit ſolum ſemiplenam probationem, ib. n. 2.

Confeſſio extraiudicialis non geminata probatur ſemiplena ſolum per duos teſtes, c. 633. n. 4.

pro Confeſſa cenſetur quantitas petita in poſitionibus, ſi reus eis non reſpondet, ib. n. 9.

Conferri debitum cenſetur, qui promittit pro ſatisfactione, vel reponit ad hoc pecuniam, ib. n. 24.

Niſi tamen ſit factum ad lites euitandas generaliter, c. 633. num. 17.

Confiteri non dicitur ius aduerſarij, qui tranſigit ad lites euitandas, c. 634. n. 24. & c. 639. n. 9.

Confeſſio vnius non probat veram numerationem in alterius præiudicium, cum agitur de obligando, ib. n. 26.

Confeſſus quis eſſe debet, vel ſponte conuictus, vt puniri, & condemnari poſſit de delicto, c. 637. n. 8

Confeſſioni qualificatæ ſtandum eſt, quoties qualitas aliunde probatur, vel ſaltem habet pro ſe veriſimiles præſumptiones, c. 637. n. 28.

Confeſſio, ſeu factum venditoris non præiudicat emptori, & ſucceſſori, c. 639. n. 7.

Confeſſio nec etiam cedentis nocet ceſſionario, ib. n. 8.

Confeſſio vbi eſt geminata non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, c. 614. n. 1.

Confeſſio receptionis pecuniæ à tertio, excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ, ib. n. 5.

Confeſſio numerationis iurata, ſecundum plures, excludit exceptionem non numerationis, ib. n. 7.

Confeſſio vna ea quæ ſunt iuris non prodeſt, nec nocet confitenti, c. 663. n. 3. & c. 664. n. 17.

Confeſſio ſola extraiudicialis parte abſente facit præſumere actum ſimulatum, c. 672. n. 6.

Specifica in ceſſione, ib. n. 8.

Confeſſio iuxta non tollitur præſumptiua probatione in contrarium, c. 700. n. 42.

Confinibus duobus ex alteri rei non conuenientibus; probatur identitas fundi, c. 561. n. 23.

Præci-

Digitized by Google

I N D E X.

Præcipuè accedentibus alijs coniecturis,ib.n.24.& 25.

Confirmatio ſupponit ſubiectum confirmandum,c.556.n.28.

Confirmatio æſtimationis, etſi per Iudicem facta, ea debet reuideri ad inſtantiam partis per nouam æſtimationem.c.558.num.2.

Confirmatio actus geſti per errorem non tollit remedium nullitatis ob eum errorem,c.599.n.20.

Confirmatorium ſi ſit priuilegium, nihil dat,ſed diſpoſitum ſolum confirmat,c.687.n.22.

Confirmat actum illud, quod ipſi adijcitur incontinenti,cont.712.n.60.

Confraternitatum bona in emphyteuſim data reputantur laicalia,& tranſeunt ad extraneos,c.684.n.2.

Confuſio actionum heredes,& hereditarum euitatur per beneficium inuentarij,c.663.n.10.

Coniecturis non eſt opus in claris,c.556.n 25.

Coniectura etiam in obligationibus ſufficiunt, deficientibus verbis, nam ea naſcuntur etiam ex tacito conſenſu,c.560.num.44.

Coniectura ſubſtitutionis fideicommiſſaria eſt, quod velit teſtator ex ſubſtitutione filiorum fratris bona permaneant in familia,c.579.n.10.

Sed vid.ib.n.40.vſque ad n.48.

Coniectura per fœminarum excluſionem deſumitur,teſtatorem velle bona conſeruari in agnatione,ib.n.12.

Coniectura ſubſtitutionis reciproca quænam ſint,controu.584.nn.45.& paſſ.Vid.V.Subſtitutio.

Coniectura vrgentes voluntatis excludendi ſubſtitutum poſt mortem plurium ſufficiunt ad fideicommiſſum,controu.584.num.60.

Coniectura tales recenſentur,ib.n.63.64.& 65.

Coniectura proponuntur, quibus cognoſcitur, cuius contemplatione, quid datum ſit,cont.559.n.62.

Coniecturis ſi probetur actus, vt reconciliationis, & matrimonij quaſi poſſeſſio, &c. poteſt quidem contrarijs debilitari,& tolli,c 601.n.41.

Coniectura, quibus dignoſcatur immunitas realis, vel perſonalis, referuntur,c.622.n.34.36.37.& 38.

Coniectura referuntur, quibus nomine filiorum veniunt etiā fœmina in ſubſtitutionibus,& fideicommiſſis, controu.635.n 20.25.26.28.29.& 3 .& ſeq.

Coniecturis ſolis falſitas ſufficienter probatur etiamſi ſint non iuris; ſed hominum præſumptiones,c.637.n.1.

Coniectura falſitatis plures referuntur, ib.n.4.6. & ſeqq.

Coniectura,& præſumptiones non ſufficiunt in criminalibus, ad condemnandum pro falſitate,ib.n.17.

Sed ſolum ad inquirendum, & capturam,ib.n.37.

ex Coniecturis faciliter receditur ab extenſione verbi, filiorum, ad filias, c.638.n.16.& 30.

ex Coniecturis probatio deſumpta dicitur euidens,ib.n.17.

ex Coniecturis reſtringitur ad maſculos etiam verbum indifferens, aptum comprehendere etiam fœminas; vt eſt verbum,deſcendentium,c.638.n.18.

Amplia, ſiue diſpoſitio ſit affirmatiua,ib.n.23.

Siue etiam negatiua,& conditionalis,ib.n.24.

Coniectura comprehendendi ſub filij nomin ſolum maſculos plures referuntur,c.636.n.25.27.38.29.& paſſ.

Coniectura conſeruanda agnationis recenſentur, ib.n.35.36.37.38.39.40.42.& ſeq.

Coniecturis inducitur,& præſumitur renunciatio,contr.641.num.5.

Coniecturis probatur ſimulatio,& quidem ſufficientibus arbitrio Iudicis,c.672.n.4.

Coniecturis aliquando fieri poſſunt probationes arbitrio Iudicis æſtimandis,c.68 .n.18.

Coniecturis mediantibus,quæ ſunt à iure approbata aliquid ſciens, dicitur certo ſcire,c.690.n.22.

Coniuges inuicem poſſunt contrahere viciſſim,c.599.num.110.& 114.

Coniuges inuicem donare non poſſunt, etſi omnes alios contractus viciſſim facere non prohibeantur.ib.n.110.

Coniugum inuicem factam donationem poteſt Princeps validare, etſi de iure nullam. & inſubſiſtentem, ib.n.111.

Coniugum donatio inuicem facta ob cauſam, non eſt prohibita,ib.n.112.

Coniunctiua vim non ſuſcipit Alternatiua, cum ea eſt inter illos, inter quos cadit affectio ordinata,c.669.n.2.

Conſanguineorum præſentia interueniente, adhuc ſi læſio in actu reperiatur, ipſe non ſuſtinetur,c.595.n 48.

Conſanguineorum preſentia, ac matris excludit dolum,ibid.num.121.

Præcipuè ſi iurant ſuper vtilitate actus,& veritate narratæ cauſæ,ib.n.eod.

Item diſpoſitione celebrium virorum teſtium, controu.599 num.122.

Conſanguineus, vel Affinis non præſumitur habere animum fornicandi, vel adulterandi, cont.605.n.23.

Conſanguineis,ſeu coniunctis perſonis ſi legatum rei alienæ fiat, debetur æſtimatio, c.6 1.n.27.

Intellige,vt ib.num.22.

Conſanguineorum præſentia interueniente in contractu præſumitur abeſſe dolus,& fraus,c.700.n.37.

Præcipuè ſi ipſi iurant ſuper his,ib.n.eod.

in Conſcientia non tenetur hæres, vltra vires hæreditatis, etiam non confecto inuentario,c.663.n.6.

Conſenſus eius,cuius non intereſt regulariter non requiritur,c.56. .n.38.

Conſenſus filijfamilias ad donationem cauſa mortis eſt ſufficiens, ſi præſtetur à teſtatore dante rem illi etiam ad diſponendum,c.577.n.6.

Conſenſus patris non exigitur per donationem cauſa mortis bonorum relictorum cum facultate diſponendi, ibidem.num.8.

Conſenſu alicuius interueniente, ille obligare poterit,controu.592.n.7.

ſine Conſenſu alicuius non poteſt contrahi in illius præiudicium.ib.n.18.

Conſenſu communi contrahentium, dumtaxat poteſt recedi a contractu poſt ipſius perfectionem, dict. controuerſ.562.num.59.

Conſenſu deficiente in contractu, ille nullus eſt, & nec iuramentum poteſt ei ſuffragari, cont.594.num.13.& paſſ. Vid.V.Error.

Conſenſus renunciantis exigitur, vt renunciatio reſcindatur ex falſa cauſa, vel aliter,controuerſ.594.n.39.

Conſentiens mulier in venditionem rei ſuæ non habet amplius actionem ad rem, ſed ad pretium, cont.604.n.22.& 23.

Conſenſus exigitur in ratificatione,c.604.n.24.

Conſenſus filijfamil as proxime minoris valet quo ad ſuſtinendam alienationem,ib.n.25.

Maxime cum allenatio tendit ad commodum patriæ, ibid.num.35.

Conſentiente patre poteſt filiusfamilias maior alienare, cont.604.n.36.

Conſentire cenſetur alienationi ille, qui acceptat pretium rei alienatæ, & non contradicit,c.604.num.21.

Conſentire non dicitur, qui errat, cont.6 6.num.8.

Conſentire non dicitur, qui tacet, ſi uerſemur in præiudicialibus,c.629.n.2.

Conſenſus vtriuſque partis exigitur in omnibus obligationibus,c.636.n.2.

Conſenſu, vel præſcriptione ius proprium tollitur, & diſperditur,c.641.n.2.

Conſentiens quis alienationi iam factæ de re ſua, ſibi præiudicat,c.641.n.8.

Conſenſu partium licet donationem vel tollere, vel modificare,c.661.n.15.

Conſenſus ſi deficiat in actu, iuramentum nil ſupplet,dum illud non operatur, niſi in coadiuuando actu, in quo deficiunt ſolemnitates,c.662.n.8.

Conſenſus exigitur alicuius met, ad eum obligandum, c.680.n.19.

Conſenſum vtriuſque partis exigunt locatio,& conductio, ib.num.20.

Conſenſum præbere non tenetur dominus in ſubinfeudatione perſona deteriorem facientis ſuam conditionem vt pauperis vel priuilegiati,ib.n.29.

Conſenſu ipſius in hoc deficiente, nulla eſt obligatio, præcipuè ſtante pacto non alienando, ſine Domini aſſenſu,c.684.num.6.

Conſen-

I N D E X.

Conſenſus in litteris præſumitur non fuiſſe præſtitus, & eſt ab eo approbatus,cont.684.n.10.

Conſeruari ſi non poſſunt res,poteſt deduci in tranſactionem, & quomodolibet alienari ſine decreto Iudicis,controu.591. num.10.

Conſeruandæ agnationis ratio in diſpoſitione habetur pro expreſſa,cum alia non appareat,c.638.n.36.

Conſeruanda bona in familia agnationis cum replicatur cauſa,cenſetur habita ratio agnationis, Et tunc dicitur ratio eſſe explicita,ib.n.39.& 40.

Conſeruatur melius agnatio per diuitias,c.638.n.41.

Conſeruari bona, & tranſire ad aliquem, valde differunt; nam vt tranſeant,ſufficit ea peruenire ad filios proprios,conſeruari autem exigit actum ſucceſſiuum,controuerſ.657.numer.15.

Conſeruatur ſemper in eadem linea res, quæ ad eam peruenit donec adſit de ea, etſi eſſent fœminæ, vbicumque ex alia linea exiſterent maſculi,c.654.n.8.

Conſeruandi iuris ſui cauſa faciens actum,& ſic iuſta de cauſa, non dicitur doloſè facere,c.667.n 3.

Conſeruare curans ius, & poſſeſſionem ſuam, non facit violentiam,ib.n.4.

Conſeruandæ ſunt aquæ, quæ ab antiquo decurrunt per aliquem locum,c.688.n.8.

Conſeruari ſi non poſſunt bona, poſſunt in dotem dari à minore, vel alienari ſine ſolemnibus,& decreto, reſeruata ſibi reſtitutione in integrum,c.689.n.5.& 6.

Conſignatione etiam, ſeu traditione pecuniæ, cum facta per frumenti venditionem eſt in mora, niſi interpelletur ab emptore, cuius perſona exigitur in conſignatione,contron.682. num.9.

Conſignationem rei, vel frumenti fieri,ſi non ſtet per venditorem,emptor tenetur ad ſolutionem totius pretij,ib.n.10.

Conſil. Surdi 248. *& conſil.* 186. *ſunt contra conſilium Auctoris in eadem cauſa,c.566.n.30.*

Eius rationes recolliguntur,ibid.n.31.32.& 33.

Conſilij Surdi *affertur intellectus,ſub num.78.248, ibid.num. 19.& 28.*

Conſilium Decij 207.*reprobatur,c.581.n.38.*

Conſil. Menochij 639. *non fuit approbatum à Rota,nec Bononienſi,nec Romana,ib.n.94.*

Conſil. Cephali 430.*num.32.expenditur,controuerſ.585. numer.13.*

Conſil. Alexand.Riminald.Iun.& Burſatt. *in materia intereſſe debiti,c.586.n.92.*

Conſil. Curt.Sen. *animaduertitur,& declaratur, contr.587. num.25.*

Conſil. Oldrad. 21. *limitatur multipliciter remiſſiuè, c.608. num.11.*

Conſilium Decij 636 *an tutum ſit,ib.n.39.& n.40.*

Conſil. Caſtrenſ. 409.*volum.2.ſignificatur vt notabile circa comprehenſionem fœminæ,ſub nomine filij,controuerſ.638. num.26.*

Conſil. Oldrad. 21.*quando procedat,ib.n.55.*

Conſil. Barbatiæ 61.*volum 1.reprobatur,c.664.n.9.*

*Conſil.*171. Ruin. *num.8.volum.2.perpenditur,& refellitur, ib.n.10.& 11.*

Conſil. Baldi 496.*volum 4. quo ad gabellam laici cum Eccleſia contrahentis affertur intellectus,c.668.n.10.& 11.*

Conſil. Socin Sen. 80.*num.1.volum.3. notatur,c.683.n 8.*

Conſil. Rugger. 30.*volum.1. & conſil.* Anguill. 49.*per totum quoad parum per iura declaratur,c.688.n.53.*

Conſil. Cephal. 130.*num.17.cum ſimili in ea materia pariter declaratur,ib.n.17.*

Conſil. Zaſij 20.*volum.1.declaratur,ib.n.93.*

Conſil. Peregrin. 29.*num.4.volum.2. in materia ſubſtitutionis in filio conditio naliter adimplente, laudatur vt deciſiuum,c.691.n.13.*

Conſil. Burſatt. 11.*init.& num.3. declaratur,c.712.n.72.*

Conſil. Neuizan. 91. *intellectus affertur,ib.n.73.*

Conſilium dum petitur à conſultore, non tenetur ipſe ſui voti reddere rationem,c.551.n.1.

Conſilium vnius Doctoris Excellentis in Ciuitate excuſat à culpa, & temeritate,ib.n.16.

Maximè iuncta aduerſarij calliditate,ib.n.17.

Conſtitutio pœnalis præſupponit dolum in contrafaciente, c.554.n.23.

Nec ſufficit lata culpa,ib.n.24.

Conſtitutum non probat poſſeſſionem conſtitutarij, ſed acquirens ex eo debet probare,ipſum conſtituentem poſſediſſe,controu.604.n.11.

Conſtituens ſe ſoluturum pro alio, quod non debetur, nil facit, etſi ſciat indebitum eſſe,c.626.n.9.

Conſtituti clauſula eſt propria contractuum, in quibus transfertur dominium,c.711.n.27.

Conſtitutum nihil operatur, cum contractus principalis eſt nullus,ib.n.28.

Conſtitutum erit condicionale,ſi talis ſit inibi contractus,ibid. num.29.

Etſi quo ad verba purum, *&* ſimplex. *ib. num.30.*

Conſtitutum non ſufficit ad transferendum dominium in re emphyteutica,ib.n.33.

Conſuetudo inueterata, etſi nulla,iuſtam præbet ignorantiam & excuſationem a pœna,c.554.n 5. & c.508.n.29.

Conſuetudo alienandi feuda derogat iuri feudali non alienãdi,non autem pacto contrahentium,c. 581.n.9.

Conſuetudo talis debet ſemper probari in caſu,de quo agitur, ib.n.10.

de Conſuetudinis natura, quæ ſunt, tacitè inſunt, ac ſi eſſent expreſſa, ib n.16.& 85.

Conſuetudo alienandi feuda habet locum in præiudicium paciſcentium,ib.n.34.

de Conſuetudine atteſtantè Doctori Excellentè, etſi vnico, fides habetur; quo ad ſuum Statum, & Ciuitatem,c.620. n.34.

Conſuetudo faciendi actum prohibitum abſque licentia, excuſat à pœna etiam extraordinaria,c.624.n.57.58.& 59.

ex Conſuetudine ſi competit alicui immunitas,poteſt ea contrario Statuto tolli,c.687.n 60.

Conſuetudine præſumpta ducendi aquam è loco publico,vel vt ea decurrat ad vicinos, non poteſt quis aquam, etſi in ſuis foſſatis detinere,c.688.n.3.& 4.

Conſuetudo ſolita, quo ad onera ſoluenda in omnibus ſeruari debet,c.693.n.9.

ad Conſuetudinem inducendam pro libertate non ſoluendi onera,ſufficiunt decem anni,ib.n.10.

Conſuetudines feudorum non debent obſeruari,& attendi,niſi in iure,& materia feudali,c.712.n 76.

Conſuetudine loci attenta debet recidi quæſtio excluſionis fœminæ,nec ne ab emphyteuſi,c.719.n.24.

Conſuetudo vna tollit altam,ib.n.25.

Conſuetudine ſtante pro fœmina non debemus fauere Eccleſiæ in eius præiudicium,ib.n.27.

Conſumpta re furtiua per emptorem bonæ fidei poſſeſſorem,ipſe ad eius reſtitutionem amplius non tenetur, etſi extantem redditurum deberet,c.609.n.16.

Conſumpta ſi ſit res, non tamen hæredis culpa (quod ab eo eſt probandum) hæres ipſi non tenetur reddere rationem illorum bonorum hæreditatis,ad quam alias teneretur,controu 661.n.24.

Conſumitur facilius ius quærendum, quale eſt illud in bonis viuentis, quam ius quæſitum,c.662.n.26

Conſumpta idem eta·e res, vel nominis obligati, de quo poſterior creditor fuit ſatisfactus, primus non poteſt illam amplius recuperare ab eo poſteriore,c.676.n.8.& 9.

Conſumptio rei præſumitur ex curſu temporis, controu. 685. num.39.

Conſumpta vſu, corrumpuntur periculo vſufructuarij, ibid. num.40.

Conſumpta res ſubiecta reſtitutioni conduenntur per hæredem ab vſufructuario, non per fideicommiſſarium,ibidem, num.eod.

Conſumpſiſſe rem alienam præſumitur minor; & aduerſariũ incumbit onus probandi diuerſum,c.713.n.5.

Contemplatione cuius ſit diſpoſitio facta ſemper attenditur, c.599.n.80.

Contemplatione cuius fuit res data, ſi illa acquiritur; etſi ad eum verba non ſint directa,ib n.81.

Contemplatione cuius quod datum ſit, vt cognoſcatur, afferuntur coniecturæ,ib.n.82.

Talis

I N D E X.

Talis eſt ſi maior ſit amicitia cum vno, quam cum alio, vt ſi id fiat cum vxore, conſ.599.num.83.& ſeq.

Contemplatione cuius facta eſt diſpoſitio, ei dumtaxat quæritur actio, c.653.n.7.

Contractus Deus non ſubijcit Principi; ſed leges; ijs enim ligatur, c.554.n.101.& 102.

Contractus anomalus eſt, & admodum ſimiliſſima Emphyteuſi locatio vſque ad caſualem conditionem, c.556.n.1.

Contractus reſoluta conditione, eſt etiam contractus reſolutus, & tenentur contrahentes adimplere, quod pepigerunt, ib.n.2.

in Contractibus ea ſit interpretatio, vt quis minus obligatus cenſeatur, & res deueniat ad priorem ſtatum, ib.num.38. & 39.

Contractus purè, & liberè factus non eſt ſub conditione, vel lege aliqua ponendus, c.561.n.30.

Contractus ſi ſit validus, ſed ſit læſus minor, adhuc Iudex præferre ſententiam pro minore, c.563 num.5.

Pro Contractu nullo, non debetur euictio, conſ.563.n.27.

Contractu nullo exiſtente reſtituenda res eſt cum omnibus fructibus, ib.num.31.

Contractus conditionalis eſt imperfectus ante conditionem adimpletam, c.570.n.24.

Nec ex eo poteſt transferri dominium, vel poſſeſſio, ibidem, num.25.

Etſi ſecuta eſſet traditio, ib.n.26.

In Contractibus vltro citroque obligatorijs, qui prius agit, debet, vt obtineat probare ex parte ſua adimplementum contractus, c.575.n.13.

Contractus parte aliqua quis grauari non poteſt, ſi aliam partem non adimplet, quæ reſpicit fauorem ſecus contrahentis, c.576.n.17.

Contractus omnes, & donatio, regulariter ſunt ſtricti iuris, c.581.num.2.

Dotali hypotheca non poteſt in ſuū præiudicium mulier renunciare ſi tenetur eam remanere indotatam, dict.contr.641. num.16.

Dos, & cauſa pia pari paſſu ambulant, & æqualia habent priuilegia, ib.n.18.

Dotis ſub conditione deteriorem facere poteſt mulier, & iuſta cauſa, ib.n.19.

pro Dotis reſtitutione, & promiſſione competit hypotheca tacita legalis, c.651.n.2.

Dos non comprehenditur in Statuto generaliter loquente, c. ead.num.4.& 18.

Fallit cum ipſa non eſt ſpecialiter priuilegiata, controu.ead. num.5.

Dos non eſt ſpecialiter priuilegiata circa bona emphyteutica, ib.n.6.

Dotis hypotheca expreſſa iudicium non obtinet, quo ad tacitam, ib.n.7.

Dotis cauſa poteſt à muliere, vel eius hæredibus diminui fideicommiſſum, c.657.n.1.

Non tamen ſi ea, vel pars ſit ſolum confiſcata, controu.ead. num.2.

Vel ſi mulier habuit ſcientiam de fideicommiſſo, contr.ead. num.3.

Aut erit negligens cum vir dilapidabat eius bona, nec dotem exegit, ib.n.4.

Nec non poteſt agere in tertios rei alienatæ poſſeſſores, ib.n.5. & 6.& cur, ib.

Dotem matris poteſt filius retinere vſque quo ea reddat rationes adminiſtrationis bonorum ipſius filij, c.662.n.56.

Dos probatur ex verbis enunciatiuis, c.663.n.17.

Præcipuè renunciatio iuriũ in ea, dict.controuerſ.663.numer.18.

Dotis inſtrumentum confeſſionatum probat veram numerationem, cum præceſſit promiſſio, ib.n.19.

Dotis conſignatio in caſum inopiæ viri, eſt vera reſtitutio, licet adhuc ſtet pro oneribus, c.669.n.4.

Dotis compenſatio cum bonis maternis non admittitur, ſi fiat per fratrem cum ſorore, ſi eam dotat vt hæres patris; quod tamen non videtur, præſumi, ib.n.20.

Dotans mulierem, cuius bona adminiſtrat præſumitur de eius bonis dotare, non de proprijs met, controuerſ.670.numer.10.

Dotari an mulier debeat de bonorum fructibus, ad quæ eſt aliqualiter incapax, ſi alia non exiſtant, controuerſ.ead. n.14.

Reſoluitur affirmatiuè, cum ea eſt omnino pauper, & remaneret indotata, ib n.16.

Dotare tenetur frater ſororem, non tamen ad ratam legitimæ id enim facit vt frater, non vt ſucceſſor, ib.n.18.

Dotari poteſt fœmina de bonis emphyteuticis Eccleſiæ, c.ead. n.23.

de Dote diſponere non poteſt mulier in præiudicium filiorum ex Statuto Mantuæ, c.683.n.13.

Dotes præcipuè vxoris teſtatoris ſunt deducendæ de fideicommiſſo, c.685.n.8.

Dotalis res, ſeu fundus poteſt permutari conſtante matrimonio cum alio, & ex tali ſubrogatione res ea efficitur dotalis, ib.n.9.

Permittitur autem ſi ea ſit vtilis mulieri, non aliàs, ib.n.10. & 11.

Dotalis rei loco facta ſubrogatio, eſt vera aſſignatio non vero hypotheca ſimplex, ib.n.11.

vltra Dotalia bona ſi habuit vir alia propria, præſumitur pecuniam pro dimidia eſſe vxoris, & pro alia viri, ib.n.10.

Secus ſi alia bona non habeat, ib.n.14.

in Dotem dare poteſt minor ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ſine decreto quidem, aut ſolemnitatibus; imo & quomodolibet diſponere reſeruata ſibi reſtitutione in integrum, c. 689.n.5.& 6.

Dotis cauſa non cenſentur aſſignata bona data per vxorem marito poſt mortem eius, ib.n.11.

Dotem primo marito datam non poteſt pater ſecundo marito tradendam minuere; ſi tamen data ſit illi primo; non etiã ſi ſolum promiſſa, ib.n.13.

in Dotis conſtitutione vtile pro inutile non vitiatur, ib.n.22. Vid.ib.n.132.

Dotare ſe non poteſt minor etiam in rebus mobilibus, ſine ſolemnitatibus; niſi ea ſeruando ſeruari non poſſint, ib.n.38.

Multo magis ſi vult dare omnia bona, ib.n.39.

Dotis cauſa an comprehendatur ſub contractu generaliter prohibito, ſine certis ſolemnitatibus, ib.n.40.& 41.

Dotes veniunt ſub prohibitione vxori non obligandi ſua bona ad commodum viri, ib.n.45.& 48.

Dotalis rei æſtimatæ damnum, & periculum, ſeu conſumptio eſt viri, ib.n.50.

Dotalis fundi alienatio eſt prohibita vxori, c.652.n.29.

Si hæc alienatio ita fiat, mortua vxore, & perueniat re ad virum, ita conualidatur, vt omnino debeat eam ſeruare, ib.n.30.

Dotes in diuiſionibus extrahuntur ex omnibus bonis, ac cætera credita, c.704.n.10.

Dotes ſunt deducendæ pro dimidia ſingulorum cohæredum, etſi alter iure prælegati plus obtineret, dict. controu. 704. num.16.

ex Dote reſtituenda creditor, cum ſtabilia ſolum cogatur accipere dum deficit pecunia; in hoc ſubleuatur, vt habeant in bonis optionem, ib.n.18.

Dotem amittit mulier cum breui nubit intra annum luctus, c. 707.n.1.

Et redditur indigna legata ſibi per virum primum relicta ib.n.2.

Amplia etſi vir non dixerit; donec honeſtè vixerit, c.ead. num.4.

Dos ſtipulata ad filiæ voluntatem ea mortua, ſtatim peti poteſt, c.711.n 26.

Idem in contractu emptionis, ib.n.27.

Dubius actus interpretari debet, & trahi ad caſum mortis, c. 560.n.27.

in Dubio eſt facienda interpretatio verborum contra ſe ambiguè obligantem, ib.n.32.

Dubium nunquam dicitur ius liquidum, & obſcurum, dum eſt liquidabile, & clarificabile, nec ſuper eo permittitur tranſactio in præiudicium minoris, c.562.n.16.

Dubietas iuris ſtat pro cauſa decreti, ib.n.39.

Dubia probatio non releuat probantem, cont.566.num.5.& c. 710.n.42.

Dubia in re certaſſi feratur ſentẽtia, & abſolutum detur iudicium ne offendatur veritas, ſatis graue eſt, & indecens, ib. n.7.

Dubio in actu, eſt pro reo iudicandum, controuerſ.583.numer.25.

Dubium producit tranſactio id, quod aliàs tale non eſſet, controu.586.n.17.

in Dubio reſpondendum pro validitate tranſactionis, c.ead. n.27.

Dubia ſuper re tranſigens non dicitur læſus, etſi ius foueat, c. 585.n.42.

Dubium debet eſſe ius & non clarum, vt ſuper eo poſſit ſtare tranſactio, c.591.n.3.

Digitized by Google

Etiamſi lis adeſſet, ſed finis eſſet certus, c.591.n.4.

Dubia præſumitur ſemper fuiſſe prætenſio in tranſactione, niſi ex aduerſo probetur, c.ead.n.15.

in Dubio præſumitur contrahere nomine ſuo, & de re propria, c.592.n.16.

Dubium actum, qui fecit, illum poteſt declarare, c.594.n.34.

Dubia probatio interpretatur contra producentē, c.594.n.54.

Dubio in actu ſemper fit interpretatio in bonam partem, & contra nullitatem, c.599.n.165.

Dubio in caſu, ſemper fit interpretatio pro immunitate, cont. 622.n.10.

Dubia probatio contra Fiſcum eſt reſoluenda in fauorem rei c.637.n.70.

in Dubio iudicandum eſt, datium non deberi, c.646.n.13.

in dubio non eſt capienda interpretatio pro repetitione, cont. 683.n.5.

Dubius ſi ſit læſionis euentus, ipſa læſio non habetur in conſideratione, c.662.n.67.

in Dubio actus ab agentibus geſti cenſentur obligare pro ſua portione, non vero in ſolidum, niſi ita fiat, & id exprimatur, c.663.n.1.

Dubius contractus declaratur ex poſtea geſtis per ipſos contrahentes, c.710.n.49.

Dux Mediolani eſt in ſuis terris Princeps perpetuus cum poteſtate Imperiali, c.552.n.8.

Duci Imperator ſubmittere poteſt, & Baronem, & ſubditos eius cum Vniuerſitate Status, c.ead.n.10.

Duces, & Principes Italiæ ſunt perpetui Vicarij Imperiales, cum eadem auctoritate, & poteſtate, ac ipſe Imperator, controu.ead.n.14.

Ducis Mantuæ Tribunal dicitur Tribunal Imperatoris, c. ead.n.16.

Dux Mantuæ habet omnia iura Imperij, c.687.n.44.

E

ECcleſiaſtica, & Sæcularis poteſtas ſunt diſtracta, nec vnam aliam turbare debet, c.552.n.25.

Eccleſiæ Rector, vel Prælatus locans rem Eccleſiæ, nomine proprio, & ad propriam vtilitatem non tenetur ſtare colono, c.553.n.9 declara, vt c.ead.n.36.

Eccleſia emphyteuta in re alteri pridem locata, non tenetur ſtare colono, c.ead.n.12.

Eccleſia ſi rem duobus vendat, & ſecundo rem tradat, primus eſt præferendus, & cur, c.ead.n.30.

Eccleſiaſticæ rei relocatio non prodeſt à iure (ſi eſt ad longum tempus ſine ſolemnitatibus, c.ead.n.32.

in Eccleſiæ domo obnoxia non poteſt imponi ſeruitus, niſi iuris, quo ea ſtat penes imponentes, c.568.n.25.

Eccleſiaſticæ emphyteuſis bona non includuntur ſub Statuto ſucceſſionis, niſi expreſſe mentio ipſorum fiat, c.615.n.40.

Eccleſiaſticum non eſt vtile dominium emphyteuſis, vel feudi Eccleſiaſtici, c.ead.n.41. ſecus dominium directum, ib.n.42.

Eccleſiaſticæ rei alienatio, vt ſit recte facta exigitur, vt vtilitas ſit euidens, c.632.n.12.

Eccleſiæ bona poſſunt etiam concedi in emphyteuſim pro hæredib. extraneis; dummodo inueſtitura ſins facta cum debitis ſolemnitatibus, ib.n.21.

Eccleſiaſticæ rei conceſſio ad emphyteuſim ſi fiat, detrahi debet ſtatua pars veri valoris ad commodum inueſtiti, pro periculis in ſe ſuſceptis, ib.n.31.

Eccleſiæ obuenturam rem poteſt Rector dare in emphyteuſim, antequam fiat de menſa, ſi ea eſt ſolita ita dari, c.639.n.12.

Eccleſia concedens in emphyteuſim, ſe conformat ſtatutis loci, ita vt fœminã includat, ſi excludatur à ſtatuto, c.645.n.11.

in Eccleſiaſtica emphyteuſi non ſuccedunt, niſi deſcendentes primi inueſtiti, c.656.n.1.

Eccleſia non concedit rem ad liuellum, niſi adſit vtilitas, c. 666.n.1.

Eccleſiæ competit reſtitutio in integrum pro male geſtis, vel non geſtis, c.668.n.6. etiam contra Fiſcum, ib.n.7.

Eccleſiaſtica emphyteuſis bona minùs poſſunt obuenire fœminis, & eorum ſunt capaces, c.671.n.6.

Eccleſia cenſetur diſpoſuiſſe inueſtituram quo ad ſucceſſionẽ fœminæ, iuxta ſtatutum loci, ib.n.7.

Eccleſiæ emphyteutica bona poſſunt dari in dotem fœminæ, ib. n.23.

ab Eccleſiaſticis hiſce bonis fœmina excluditur ex Statuto Mantuæ, non à iure communi, ib.n.24.

Eccleſia, ſeu Monaſterium eſt capax emphyteuſis priuati, & ad eam, vel illud tranſit, c.684.n.11.

Eccleſiaſtica bona ſi transfunduntur in priuatum, perdunt immunitatem, & ſubijciuntur omnibus oneribus, ac laicorum bona, c.687.n.2.

Eccleſiarum coloni tenentur pro oneribus perſonæ, reſpectu rei pro colonia tamen portione, ib.n.8.

Coloni prædicti ducentes partem ſuam ad Ciuitatem ſoluunt pro ipſa gabellam ad portas, ib.n.9.

Eccleſia emphyteuta poteſt collectari per laicos pro vtili dominio, ib.n.10.

Eccleſiæ rei dominium vtile poteſt affici Statuto laici, ſi illud recognitum eſt à laico, vt laicale, ib.n.12.

Eccleſiæ bona ſi exeant de dominio eius, exemptio non tranſit in emptorem, ib.n.28.

Eccleſia, & prophanis ſimul bonis alienatis, ſi non ſubſiſtat quo ad illa Eccleſiæ, valebit quo ad prophana, c.689.n.26.

Eccleſiæ res non poſſunt dari in emphyteuſim pro ſe, hæredib. & extraneis ſine licentia, & placito Pontificis, c.692.n.35.

Eccleſiæ res ſterilis melioramenta tranſeunt ad extraneos, ib. n.37.

Eccleſiæ fauore in dubio eſt reſpondendum, c.719.n.26.

Eccleſiæ non eſt fauendum in præiudicium fœminæ, ib.n.27.

Edicta ligant forenſem, ſi tempore ſui incolatus publicata fuere, c.553.n.17.

Non tamen ſi prohibeant, quod non eſt delictum, præſumitur enim illa ignorare, ib.n.28. & 29.

Edicto nullo exiſtente, eſt etiam eius pœna nulla; quia regulatur à prima, & principali diſpoſitione, c.554.n.75. & 76.

Edicta poſteriora ſunt attendenda, c.580.n.60.

Effectus conſummatus durat etiam remota cauſa, c.556.n.10.

Amplia, etſi ſit dumtaxat initiatus, ib.n.11.

Effectus obiecti non obtinebit in re, ſi obiectum ipſum non quadrat alicui rei, ib.n.27.

ad Effectum vnum inducta, alium operari non debent, c. 577.n.12.

Specifica in teſte, c.604.n.7.

Effectus reſeruationis nullus eſt, cum deficit res reſeruabilis, c.651.n.17.

in Effectu intelligi debent verba diſpoſitionis, contr. 662. n.43.

Effectum accipit verbum ſuperſtites in plurali numero, etiã in vnico ſuperſtite, c.664.n.5.

Effectum cum producit alternatiua, vt ſi verificetur in vna parte, ceſſet alia, ib.n.6.

ob Effectum aliquem ſi inducatur forma, ſufficit ſi effectus ſequatur; & ſic ea ſeruetur per æquipollens, c.689.n.34.

Emens ab eo, qui non poſſidebat probatio poſſeſſionis non prodeſt, c.570.n.19.

Emens rem à perſona prohibita eſt in mala fide, ex quo id non obſeruat, c.604.n.14.

Intellige tamen, vt ib.n.18.

Poteſt enim præſcribere, ib.n.20.

Emens bona fide rem furtiuã, etſi ad rem teneretur, ſi extaret, tamen ea conſumpta non tenetur ad reſtitutionem, controu. 609.n.16.

Emphyteuſis conſtitutio in re ſic ad arbitrium locata, facit ceſſare voluntatem locandi, c.553.n.3.

Emphyteuſis per venditionem transfertur de vno in alium, cum conſenſu domini, c.568.n.26.

Imo tali mutatione cenſetur ea prius refutari in manibus domini, & poteſt emptor inueſtiri, ib.n.27.

Reuerſa domo ſeruiente ad dominum extinguitur ſeruitus, ib.n.28.

Emphyteuſis, & feudum acquiſitum à patre pro ſe, & filijs, nomine proprio ſpecificatis poſſunt alienari in præiudicium ipſorum, c.581.n.8.

Emphyteuſis contractus non facit probationem pro dominio, reſpectu ita concedentis, c.572.n.4.

ad Emphyteuſis deuolutionem ob canonem non ſolutum exigitur ceſſatio à ſolutione per triennium, ib.n.6.

ab Em-

Digitized by Google

I N D E X.

Ab Emphyteuſi minor, qui recidit ob non ſolutionem canonis per triennium eſt ſuccurrendum per reſtitutionem in integrum, c.572.n.7.
In Emphyteuſi inueſtitura non reuocatur ob mortem defuncti, ſecus in feudo, c.ead.n.8.
Emphyteuſis Eccleſiaſtica eſt mulier capax, cum ea eſt conceſſa pro hæredibus, c.615.n.2.
Emphyteuſis conceſſa pro hæredibus non tranſit, niſi ad eum, qui eſt heres, & de comprehenſis, d.c.615 n.10.
Emphyteuſim non poteſt Prælatus de nouo concedere, niſi ſeruatis debitis ſolemnitatibus, c.ead.n.12.
Emphyteuſis cum refutatur in manibus domini, eſt vera alienatio, & de nouo inueſtire eum tenetur, in quem fit tranſlatio, c.ead.n.16.
in Emphyteuſi mixta hereditaria non cadit refutatio, ſed habet locum vera alienatio, d.c.615.n.17.
Emphyteuſis eſt contractus informis, recipiens formam ſolum a partium contractibus, & pactis, c.ead.n.20.
Et eſt ſtricti iuris, c.ead.n.21.
in Emphyteuſi toto comphehenſum aſſerens, id debet probare, c.ead.n.23.
in Emphyteuſi ſit ſtricta interpratatio contra eum, qui ſe prætendit comprehenſum, c.ead.n.32.
Emphyteuſis Eccleſiæ dominium vtile non eſt Eccleſiaſticum ſecus ſi ſit directum, d.c.615.n.41.& 42.
Emphyteuſis eſt contractus informis, recipiens legem a conuentionibus partium, c.632.n.20.
in Emphyteuſi concedi ſolent etiam bona Eccleſiæ pro hæredibus extraneis, c.ead.n.21.
Dummodo inueſtitura ſint facta cum debitis ſolemnitatibus, c.ead.n.22.
Emphyteutæ eſt permiſſa inciſio arborum cum fundus ſit fructuoſior, vel vmbra nociua tollitur; idque procedit, etſi pactum non ſit appoſitum in inueſtitura, c.632.n.22.& 23.
in Emphyteuſi perpetua rei Eccleſiæ eſt detrahenda ſexta pars veri valoris ad commodum inueſtiti, pro periculis in ſe ſusceptis, d.c.632.n.31.
pro Emphyteuſi, actio perſonalis ex leg. Zenonis, C. de iur. emphyteut. *vel alia non poteſt competere, cum non interceſſit negotium, ſeu inueſtitura in re emphyteutica, c.639. num.1.*
in Emphyteuſi pro ſe, & ſuis hæredibus, is qui vult ſuccedere, debet eſſe deſcendens, & hæres vniuerſalis, c.645.numer.8.
Talis ſuccedens debet eſſe heres vltimi defuncti, ex receptiori; non autem ſufficit, ſi ſit primi inueſtiti heres, c.ead. num.9.
in Emphyteuſi etiam Eccleſiæ, de iure communi ſuccedunt ſimul fæmina, & maſculus, c.ead.n.10.
in Emphyteuſim ſi concedat Eccleſia aliqua bona, ſe conformat cum Statutis loci; ita vt fœminam excludat, ſi excludatur a Statuto, d.c.645.n.11.
Emphyteuſis dicitur noua, cum ea prouenit ex noua cauſa, c.651.n.8.
ad Emphyteuſim, exigitur noui Ordinis licentia, cum contractus ipſe nouus eſt, c.ead.n.9.
Emphyteuſis etiam Eccleſiaſtica capax eſt fœmina, c.654. num.4.
Maximè ſi eſt apta comprehendere etiam fœminas, vt ſi ſiat pro heredibus, c.ead.n 5.
Vel pro hæredibus vtriuſque ſexus, vel ſpeciali vocatione fæmina adiecta, c.ead.n.6.
in Emphyteuſi inueſtito vno ex pluribus decedente, fæmina deſcendens excludit maſculos alterius lineæ pro ſua parte, c.ead.n.8.
Emphyteuſis ſtipulata ab vno nomine proprio non ſpectat ad alios præter eum, d.c.654.n.9.
Niſi interueniat ratificatio, vel ſiat renouatio emphyteuſis, c. ead.n.10.
Emphyteuſim ratificare quis dicitur ex ſola poſſeſſione in communi, cum eo qui ſtipulatus eſt nomine ſuo, c.ead.n.11.
Emphyteuſis ratificari dicitur ex ſolutione canonis, c.ead, numer.17.
Et ex lapſu longi temporis, c.ead.n.16.
in Emphyteuſi Eccleſiaſtica non ſuccedunt, niſi deſcendentes primi inueſtiti, c.656.num.1.
Emphyteuſis deuoluitur ad dominum directum, finita linea inueſtiti, c.ead.n.3.
Emphyteuſis nomine non eſt nominandus cenſus reſeruatiuus cum in eo omnia eius requiſita concurrunt, c.683.n.21.
in Emphyteuſi ſuccedere prohibetur omnis, qui deteriorem domini conditionem faceret; vt ſi pauper, vel priuilegiatus, c.685.n.8.
in Emphyteuſis priuati tranſit in Eccleſiam, ſeu Monaſterium, c.ead.n.11.
Emphyteuſim ſecum radicatam ducit emphyteuta migrans ad Monaſterium, & Religionem, quæ tamen etiam cum titulo hæreditario non migraret, c.ead.n.12.
Durat tamen in eo ad eius vitam; non poſt mortem, c.684. n.13.
Emphyteuſis ſi concedatur, vltra quam ſolitum eſt, vitiatur ſolum quo ad exceſſum, c.689.n.27.
Emphyteuſis laicalis eſt tranſitoria ad hæredes, c.690.n.26.
Emphyteuſis, & contractus libelli ſunt vnum, & idem, ſaltem ex communi vſu loquendi, c.692.n.18.
Emphyteuſis Eccleſiaſtica regulariter comprehendit, nomine hæredum deſcendentes, non vero extraneos, c.ead.n.42.
Emphyteuſis laicalis tranſit ad hæredes etiam extraneos, c. ead.n.44.
in Emphyteuſi Eccleſiaſtica aſcendentes non ſuccedunt, dum ea, vt & feudum deſcendit, non aſcendit; c.705. n.7.
in Emphyteuſi Eccleſiaſtica melioramenta ſpectant ad heredes inueſtiti defuncti, c.ead.n.12.
Etſi hæredes eſſent extranei, c.ead.n.17.
in Emphyteuſi, Eccleſiaſtici Iudices ſemper ſtant pro fæminæ excluſione; laici vero contrariam ſequuntur ſententiam c.719.n.1.
Emphyteuſis ſi eſt conceſſa pro ſe, & heredibus, intelligitur de hæredibus ſanguinis; & ſic omnibus deſcendentibus, c. ead.num.2.
Et comprehendit omnes deſcendentes tam maſculos, quam fœminas in infinitum, d.c.719.n.3.
Emphyteuſis Eccleſiaſticæ ſunt capaces fæminæ, niſi verba ſtipulationis repugnent, c.ead.n.4.
in Emphyteuſi ius quæritur ex prima inueſtitura, illis qui ſunt in ea comprehenſi; vt ſunt perſonæ prædictæ, c.ead.n.7.
in Emphyteuſi etiam Eccleſiaſtica fœminæ de iure communi non diſtinguuntur à maſculis, quoties verba inueſtituræ eas comprehendunt, c.ead.n.9.
in Emphyteuſi hæreditaria obtinet excluſio fœminarum, vigore Statuti; non vero ex pacto, & prouidentia, c.ead.n.12.
Statut. Mant. ita excluſiuum non obtinet, niſi ab inteſtato, & vbi ſolum extant agnati intra quartum gradum, d. c.719.n.13.
in Emphyteuſi comprehenſa fæminæ poſſunt inueſtiri, vt tales ſunt neptes, c.ead.n.14.
in Emphyteuticis etiam Eccleſiæ bonis habet locum Statutũ generaliter diſponens, & ea comprehenditur, c.ead.n.16.
in Emphyteuſi regula, ſemel excluſa ſemper excluſa non verificatur, niſi extantibus maſculis, & cur, c.ead. n.23. & 24.
Emphyteuta, vſufructuarius, aut qui ſuccedit in iure non plenum non tenetur ſtare colono, c.556.n.11.
Etiam ſi ſit Eccleſia in re pridem alteri locata, c.ead.n.11.
Emphyteuta, vel vaſſalus alienus, etiam cum rei traditione, ſtante tali cauſa non cadit à iure cum nil dicatur actum, c. 553.n.26.
Emphyteuta, & vaſſalus eſt conſeruandus in poſſeſſione rei, quam ab alio recognoſcit cum nulla eſt declarata contra eũ caducitas, vel iudicium pendet, c.572.n.1.
Emphyteuta poteſt ſibi hæredem inſtituere in re emphyteutica priuata, non tamen Eccleſiaſtica, n.4.c.ead.
Et in tali emphyteuſi ſuccedit etiam hæres extraneus, contr. ead.num.5.
Emphyteutica bona Eccleſiæ non comprehenduntur ſub Statuto ſucceſſionis, niſi ſiat expreſſa mentio, c.615.n.40.
Emphyteutica rei poſſeſſio, ex pacto, & prouidentia, non probat aditionem hæreditatis vt primo defuncti, c.618.n.8.
Emphyteutam expellendi ob deteriorationem, multi DD. pactum iniri poſſe admiſerunt, c.632.n.25.

Digitized by Google

I N D E X.

Emphyteutica bona conceſſa pro heredibus computantur in legitima,c.645.n.14.
Intellige, vt c.ead.n.116.
an Emphyteutica re modica inſtituti conſequuntur etiam legitimam, quia ſuccedunt in ea, quia heredes, non vt heredes, c.ead.n.18.
Emphyteuticorum bonorum reſpectu dos non eſt ſpecialiter priuilegiata,c.651.n.6.
Emphyteuticam rem poſſidens præſumitur ſemper poſſidere titulo inueſtiture,c.654.n.12.
Emphyteutica bona, vel feudalia, an computantur in taxandu legitima filiabus, vel ſororibus,c.671.n.11.
Negatiuam tenentur plures Doctores,c.ead.n.2.
Emphyteutica Eccleſiæ bona poſſunt fœminæ in dotem dari, c. 671 n.23.
ab Emphyteuſi Eccleſiaſtica, fœmina eſt excluſa ſolum ex Statut. Mant. non à iure communi,c.ead.n.24.
Emphyteuta laici nunquam cadit à ſuo iure, ob non ſolutionem ex Statut. Mant.c.683.n.24.
Emphyteutica bona Confraternitatum reputantur laicalia, & tranſeunt ad extraneos,c.684.n.3.
Emphyteuta volens alienare rem in perſonas permiſſas, non tenetur dominus directus conſentire,c.ead.n.9.
Emphyteuta viuens tranſiens ad religionē ducit ſecum emphyteuſim radicatam in eo,c.ead.n.12.& 13.
Emphyteutica bona non veniunt ſub generali bonorum diſpoſitione ſiue ſint Eccleſiaſtica, ſiue laicalia,c.685.n.27.
Emphyteutica bona, an, & quando alienare, vel de eis diſponere poſſit fideicommiſſ eas, remiſſiuè,c.ead.n.28.
Emphyteutico fundo legato debetur ſolum dominium reale, nō etiam directum, ſi illud ex poſt fuerit à domino acquiſitum, c.685.n.33.
Emphyteuta priuatus non poteſt rem emphyteuticam alij concedere irrequiſito primo domino,c.692.n.1.
de Emphyteuticis bonis, ex facultate data inueſtienti poteſt fieri etiam ſub inueſtitura,c.ead.n.2.
Emphyteutica re facta allodiali non attenditur amplius prima qualitas emphyteuſis,c.ead.n.31.
Emphyteuticis in bonis ſemper diuiduntur fructus pro rata temporis, cum emphyteuta moritur, & res deuoluitur ad alios comprehenſos,c.705.n.17.
Emphyteuticis in bonis laicalibus poteſt fieri fideicommiſſum, c.709.n.22.
Emphyteuticæ rei venditor ſi transferret dominium vtile in emptorem, nil ſibi remanet pro recognoſcendo domino,c.710. n.40.
Emphyteutica in re conſtitutum non ſufficit ad transferendum dominium,c.711.n.33.
Emptionis, & taxationis cauſa præſumitur facta æſtimatio, niſi oppoſitum clarè oſtendatur,c.628.n.5.
Et affertur ad id præſumptio,c.ead.n.6.
in Emptione, & venditione rei contractibus nominatis, non eſt locus pœnitentiæ poſtquam perfecti ſunt, niſi conſenſu mutuo vtriuſque partis,c.682.n.1.
Emptionem, & venditionem faciunt conſenſus, res, & pretiū, c.711.n.8.
Emptio, & venditio non poteſt ſtare ſine re, quæ veneat,c.ead. n.14.
Emptoris fructus eſt perfecta venditione,c.583.n.15.
Intellige, vt c.ead.n.42.
Emptor ſingularis debet ſtare colono cum ſic rem acquiſitam eſſe affectam tali onere,c.553.n.21.
Emptor fundi iam locati ab alienante non facit tunc fructus ſuos, ſed ſolum mercedem, & penſionem,c.ead.n.42.
Emptor rei cum ſuis acceſſibus, egreſſibus, vijs, vſantijs, & pertinentijs, dicitur emere cum vſantijs, etiamſi non cadunt ſub nomine ſeruitutis,c.568.n.1.
in Emptorem & actiuè, & paſſiuè tranſit ſeruitus etiam ſuper dictis clauſulis non appoſitis,c.ead.n.2.
Sed vid.c.ead.n.31.& ſeq.
Clauſul. cum ſuis acceſſibus,&c. *eſt ſuperflua,c.ead.n.3.*
Et multo magis ſtante ceſſione omnium, & quorumcumque iurium facta à venditore,c.ead.n.4.
Emptor domus in liberum allodium eam emit nulli ſeruituti ſubiectam,c.568.n.13.
Emptori etiam competit exceptio, dum competit venditori, c. ead.n.4.
Et quis prodeſt vni, prodeſt & alteri,c.569.n.5.
Emptor enim ſuccedit in locum venditoris, & eius vtitur iuribus,c.ead.n.6.
Emptor poteſt ob clauſulam ceſſionis in inſtrumento eſſe procurator in rem propriam, & poteſt agere, & excipere, ac venditor,c.ead.n.7.
Emptor ſcienter rei ſubiectæ fideicommiſſo, ea euicta, non agit ad intereſſe, aut melioramenta, ſed ſolummodo ad purum pretium,c.575.n.11.
Emptor eſt in culpa cum ſciens impedimentum venditoris, adhuc voluit emere,c.586.n.47.
Emptor eſt admonendus per venditorem de impedimento ſibi illas per Statutum prohibens ei acquiſitionem,c.ead.n.51.
Emptor quo ad præiudicium eius, vel quo contrahit nil tenetur, eſſe nimis curioſus,c.ead.n.56.
Emptoris culpa in non inueſtigando eſt minor, quam culpa venditoris in non admonendo,c.ead.n.57.
Emptor non eſt obligatus ſcire ius venditoris,c.ead.n.59.
Emptore ignorante debetur euictio, etſi procedat ex cauſa rei, c.586.n.60.
Emptor poteſt diſponere de re empta lapſo termino ad retrouendendum,c.ead.n.68.
Emptor obligatur ex promiſſione annuæ ſummæ, vſquequo ſoluat pretium rei fructiferæ, & de communi, c.ead n.68.
Emptore ſoluente pretium, venditor tenetur ad vſuras, re non tradita,c.ead.n.89.
Emptor non poteſt agere de euictione ante rem euictam,c.591. n.87.
Emptor non poteſt moleſtari à Domino, ſi ipſe approbat eam venditionem,c.604.n.15.& 16.
Emptor etſi bonæ fidei non petere ſibi offerri pretium rei, quam Dominus à ſe vendicat rei vendicationem, c.604.n.20.
Emptoribus feudi inueſtitis non ſuccedit frater fratri; & minus eorum deſcendentes,c.615.n.34.
Niſi vigore emptionis de pecunia communi, c ead.n.35.
Emptor, vel ceſſionarius non recuperat expenſas; etſi paſſus fuerit litem, vbi res non euincitur, c.634.n.28.
Emptor, vel ceſſionarius, aut ſucceſſor non recipit præiudicium ex confeſſione, vel facto venditoris, cedentiſue, aut ſuorum auctorum,c.639.n.7.& 8.
Emptor ſciens rem emptam eſſe fideicommiſſariam non poteſt agere, niſi ad reſtitutionem pretij,c.652.n.16.
Emptor non gaudet actione euictionis, cum habet ſcientiam de qualitate rei, quod ſit euincibilis,c.666 n.5.
Emptori deſoluitur ius excipiendi ſuper re empta, quod competebat venditori, idque etſi ſucceſſores non ſint in pacto nominati,c.674.n.15.
Emptori ſemper remanet actio ad intereſſe, pro re tradita non libera,c.681.n.4.
Emptor tenetur ad ſolutionem totius pretij, ſi per venditorem non ſtetit, quominus res, vel frumentum conſignaretur, c. 682.n.17.
Emptor non gaudet exemptione bonorum Eccleſiæ, cum ea ſunt in ipſum tranſlata,c.ead.n.28.
Emptore habente ſcientiam de qualitate rei, ob quam aliàs contra venditorem daretur tertio, & eam emit, tunc venditor ad nihilum tenetur; etſi ea qualitas exprimatur in contractu,c.697.n.1.
Emptoris periculo quando ſit res dominio non tranſlato. Vid.c.712.n.91.& 92.
Enunciatiua verba ſcilicet talem rem futuram eſſe alicuius: nullo pro eo ſtipulante, vel acceptante, non obligant, nec aliquid operantur,c 636 n.1.
Epiſcopus alicui directè creatus ſubiacet Archiepiſcopo ſine præiudicio primæ inſtantiæ, quæ ad ipſum pertinet; vti ſecunda ad ſuperiorem,c.552.n.6.
Epiſcopi ſententia lata ſuper funiis ſibi ab Imperatore donatis appellatio deuoluitur ad Imperatorem,c.512.n.4.
Epiſcopo nulla fit iniuria ex tali infeudatione,c.ead.n.18.
Epiſcopi Mantuæ feuda laicalia reputantur,c.ead.n.21.
Epiſcopus Mantuæ iudicat feudales cauſas, vt Princeps, & Comes, non vt Epiſcopus,c.ead.n.23.
Epiſcopis Mantuanis per Imperatorem Inſulæ Reueri, & Su-

Zaria

Digitized by Google

I N D E X.

Zaria donata ſunt, & qua forma, c.552.n.24.
Epiſcopus olim erat Præſul Mantuæ, tanquam caput communis, c.ead.n.30.
Epiſcopi Mantuæ priuilegia conceſſa per Imperatores, remiſſiuè, c.687.n.13.
Errorem allegare poſſe clauſula iuramenti impedit, & reddit actum alias reuocabilem, irreuocabilem, c.564.num.13.& 14.
Errore cenſetur promittere is, qui promittit, quod non debebat, c.586.n.3.
Errore promittens non tenetur, niſi per actorem ſcientia probetur, & valida cauſa, c.ead.n.4.
Erronea tranſactio eſt nulla, etſi talis ſit in parte ſolum, c.eadem, n.5.
Error facit deficere conſenſum acceſſorium in actu, c.590.n.10. & 16.
Amplia etſi decretum Iudicis interueniat, c.ead.n.11.
Error etiam in parte facit deficere contractum in totum, c.eadem, n.13.
Amplia etſi error proueniat ab allegante nullitatem, c.ead.n.14.
Amplia etſi iuramentum interueniſſet, c.ead.n.15.
Error etſi actus aliquis factus, vtcumque poſtea confirmetur, non tollit ob id remedium nullitatis ob eum errorem, c.599.n.20.
Error non præſumitur in contractu, niſi probetur concludenter, c.ead.n.143.
Error non præſumitur in actu geminato, c.ead.n.150.
Errore alienatum nihilominus remanet penes venditorem, ſeu alienantem, c.613.n.13.
Et retractatur, c.ead.n.eod.
Et datur retentio, c.ead.n.14.
Error, & ignorantia differunt inter ſe, & quomodo, c.ead.n.29.
Error præſumitur in veritate contra proteſtationem factam pro ſe, dum quilibet eam obſeruare cenſetur, ſtante maximè præiudicio, quod naſceretur, c.618.n.15.& 16.
Erroris allegatio admittitur etiam in facto proprio, cum agitur de damno vitando, c.ead.n.17.
Error præſumitur in referente, ſi diuerſum appareat in relato, c.ead.n.19.
Error præſumitur, cum aliter aſſeritur, quam fuit diſpoſitum, c.ead.n.20.
Et de prima diſpoſitione fit mentio in actu, in quo contrarium aſſeritur, c.ead.n.20.
Errore facta præſumitur obligatoria quæuis promiſſio, niſi probetur ſcientia, c.626.n.13.& 20.
Errans conſenſiſſe non dicitur, c.ead.n.18.
Error in facto præſumitur in dubijs, c.627.n.31.
Errore ſoluens indebitum poteſt illud repetere, quo ad ſe, etſi non quo ad recipientem, iuxta aliquos Doctores, c.eadem, n.34.
Error eſt tolerabilis, cum eſt in ſe ſolum, vt æquitas prætermittatur, & rigor defendatur, c.628.n.2.
Error non præſumitur in accipiente vnam monetam pro alia debita, c.628.n.44.
Error in Breue Pontificis quomodo colligatur, & corrigatur, remiſſiuè, c.632.n.28.
Error, non dolus præſumitur in falſificatione ſcripturæ, c.637.n.27.& 28.
Error, nec falſitas regulariter præſumitur, c.680.n.3.& 4.
Error communis facit ius, c.683.n.19.
Eſſe aliquid non probatur ex eo, quod contingit abeſſe, c.603.n.3.
Euentus mali non ſunt in conſideratione habendi, nec expectandi, c.599.n.29.
in Euentum mortis alicuius ſi fiat promiſſio, & non tribuit, niſi ius ad rem, c.651.n.1.
Euentus futurus, vel quid eſſe poterat, attenditur; non qui iam euenit, & accidit, c.689.n.29.
de Euictione agi poteſt ſcientia res aliena non obſtante, quando ea promiſſa eſt ab Auctore, c.561.n.27.
Euictionem, & alienationem factam per tutorem, ipſe præſtare tenetur tutorio nomine, c.563.n.24.
de Euictione, quod tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, c.ead.num.25.
Quod procedit cum contrahens ipſe ageret, c.ead.num.25.& 26.
Euictio non debetur pro nullo contractu, c.ead.n.27.
de Euictione non tenetur ille, qui non proprio, ſed alieno nomine contraxit, c.ead.n.28.
Euictio non obtinet pro alienationibus nullis, c.586.n.11.
de Euictione non tenetur actor, niſi ad pretium, cum res euincitur de ſui natura, c.586.n.12.
Nec cum intra iudicium, & de facto res aufertur à Superiore, c.ead.n.13.
Euictio non cenſetur promiſſa in caſu à lege prohibito, c.ead.n.14.
Euictio debetur à venditore etiam venditione nulla, ſi ſit expreſſè promiſſa, c.ead.n.49.
Euictio debetur etiam, quod id procedat ex natura rei, cum emptor id ignoret, c.586.n.60.
Vel cum ea promittitur, qualitercumque, c.ead.n.61.
Vel cum venditor eſt in culpa, c.ead.n.62.
Euictionis actionem poteſt inſtituere venditor, licet non denunciante litem, vel conſtat de bono iure euincentis, & nihil venditor opponere poſſit, c.ead.n.65.
Euicta re venditor tenetur ad intereſſe, c.ead.n.96.
Etiam abſque pactione, c.ead.n.57.
in Euictionis intereſſe creſcit etiam pretium rei euictæ, c.eadem, n.114.
Euictionis, & doli exceptio poteſt opponi principaliter in alio iudicio, etſi in vno fuerint reiectæ, & cur, c.591.n.81.82.& 83.
Euicta re ſolum poteſt emptor agere de euictione, non ante, c.ead.n.87.
Euictione bonorum diuiſorum ſecuta alterum per alterum cōſeruari indemnem pro ſua parte, licitè, & iuridicè paciſci licet, c.599.n.1.
Et ex hoc poteſt agi ſine circuitu contra ſic obligatum de euictione, ſi caſus occurrat, c.ead.n.2.
Euictionis actio non competit contra auctorem auctoris, c.ead.n.90.
de Euictione, quem tenet actio eundem agentem repellit exceptio, c.ead.n.93.
Euictionem patiens ſua culpa non agit pro indemnitate conſequenda, c.619.n.3.
Euictionis actio non competit, ſi interuenit indebita moleſtatio, vel ob propriam culpam prætendentis, c.613.n.14.
Euicta ſi non ſit res, licet emptor, vel ceſſionarius paſſus fuerit litem, tamen non recuperat expenſas, c.634.n.28.
Euictionem rei alienatæ quis præſtare debet, vt hæres, quatenus tamen eſt in hæreditate, etſi vt actor eam recuperare poſſet, c.652.n.24.
de Euictione, & de intereſſe exceptio tranſit ad ſingulares ſucceſſores, c.ead.n.25.
Euictionem ſi patiatur emptor ſua culpa, non poteſt regreſſum habere in venditorem, c.666.n.2.
Euictione rem eſſe ſubiectam ſi ſciat emptor, non poteſt agere de euictione, c.ead.n.5.
Euictio non debetur, cum res de ſui natura euincitur, etſi generaliter, ſit de euictione cautum, c.ead.n.6.
de Euictione agere nequit ceſſionarius euictionis contra auctorem, niſi appareat inſtrumentum ceſſionis, c.666.n.7.
Euictione non præſtat actor, cum renouatio ſubſecuta eſt Principis lege, c.682.n.46.
Nec Princeps tunc tenetur ad recompenſandum, c.ead.num.47.
Euictio non datur vbi res eſt vendita, ſed non tradita, c.711.n.15.
de Euictione poteſt conueniri etiam in locatione, c.ead.num.16.
Euictio eſt nulla cum emptio non poteſt ſubſiſtere, c.eadem, n.23.
Exactione probatur quaſi poſſeſſio iuris exigendi, c.582.num.20.
Exactionem impediens à debitore creditori, tenetur ipſe ad intereſſe, c.586.n.40.
Exactionem allegans, eam debet probare, vt proprium fundamentum, c.610.n.21.

Idem

Digitized by Google

I N D E X.

Idem in allegante ſolutionem,c.610.n.23.

Exigere negligens heres grauatus debita à creditoribus, tenetur de culpa,c.610.n.24.& 26.

Exigere credita non tenetur hæres cum beneficio inuentarij,c.ead.n.26.

Exactio crediti hæreditarij facit præſumere conditionem,c.618.n.18.

Exactio omiſſa per creditorem à debitore principali,dum erat ſoluendo facit fideiuſſorem liberari ab obligatione, c.619.n.5.

Exactio debitoris ceſſi omiſſa negligenter per ceſſionarium ſibi eſt imputanda; & eo effecto non ſoluendo, non datur regreſſus contra cedentem,c.619.n.6.

Exactionem facile crediti,& debitorem fuiſſe ſoluendo, probare debet, qui proponit exceptioni non numeratæ pecuniæ, c.647.n.5.

Exactionem eiuſdem bis, non patitur æquitas, aut bona fides,c.ead.n.6.

Examen teſtium parte non citata, eſt nullum. c.600 n.6.

Examine primo exiſtente nullo, vti ob defectum citationis, teſtes ſecundo examinati non poſſunt ſe remittere ad primum examen, ſed debent extenſè deponere, c.ead.n.7.

Examen factum ſine interrogatorijs partis aduerſæ, nihil operatur in partis præiudicium,c.601.n.19.

in Examine ad perpetuam rei memoriam exigitur partis citatio,c.ead.n.17.

Præcipuè ſi fiat tempore inſtitutæ actionis, vel inſtituendæ, c.ead.n.18.

Examinare non licet teſtes poſt dudicita teſtificata, ſuper iiſdem capitulis, vel directè oppoſitis,c.608.n.1.

Limita ſi velit pars eos examinare pro reprobando teſtes aduerſarij,c.ead.n.2.

Declara cum Imol. *ſed vid.c.ead.n.5.*

Examen teſtium admittitur non obſtante priorum publicatione, cum ſit pro ſuis coadiuuandis, & illis ac abſque non publicatis euertendis,c.ead.n.4.

Examinati teſtes inter alias perſonas, & diuerſo iudicio faciunt ſaltem ſemiplenam probationem contra tertium,ſi illi amplius non poſſunt examinari,c.700.n.1.

Exceptio in vno caſu firmat regulam in alijs non exceptis, c.555.n.6.

Exceptio intentionis deficientis cum non ſit propriè exceptio, ſed defenſio non eſt ſpecialiter probanda à reo, ſed cenſetur ſatis probata cum actor contrarium non probauit, c.566.n.34.

Exceptiones opponendæ ius tranſit in ſingularem ſucceſſionem, ſine ceſſione,c.569.n.1.

Præcipuè ſtantibus ceſſionibus iurium in inſtrumento poſſeſſis, c.ead.n.2.

Procedit in exceptione & reali, & perſonali,c.ead.n.3.

Exceptio competens venditori, competit etiam emptori,c.ead.num.4.

Et quis prodeſt vni, prodeſt & alteri,c.ead.n.5.

Exceptio perſonalis perit in ſingulari ſucceſſore, defuncto auctore,c.ead.n.8.

Exceptionis, & defenſionis competentis ius perſonale tranſit in ſingularem ſucceſſorem,c.ead.n.9.

Non tamen ſi perſonæ cohereat, vt eſt beneficium, ſeu priuilegium,c.ead.n.10.& 11.

Exceptio de iure tertij aliquibus caſibus poteſt allegari,c.ead.n.12.

Videlicet cum opponens eſt in poſſeſſione, c.ead.n.13.

Item cum intereſt opponens opponentis,c.ead.n.14.

Item cum exceptio eſt excluſiua intentionis agentis ipſo iure, c.ead.n.15.

Adhuc & cum opponens habet cauſam à dicto tertio,c.ead.n.16.

Exceptio non numeratæ pecuniæ competit & tertio creditori debitoris, qui aſſerit recepiſſe,c.569.n.26.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non competit elapſo biennio, c.590.n.1.

Exceptio non numeratæ pecuniæ intra tempus oppoſita tranſfundit probationem in eum contra quem excipitur, c.ead.n.4.

Exceptio quauis excepta ea non numerata pecunia eſt ab allegante probanda,c.ead.n.5.

Exceptio ſcriptum non continere veritatem, non obijcit pecuniam, non numeratam,ſed potius ſimulationem, & cauſa falſitatem, quod eſt probandum ab allegante,c.ead.num.6.& 7.

Exceptio non numeratæ pecuniæ eſt formaliter opponenda ipſi libello, & petitione, vt aliquid operetur,c.ead.n.8.

Exceptionis nomen non meretur ſola negatio, & cur,num.10.ibid.

Exceptio non numeratæ pecuniæ in duobus conſiſtit, ſcilicet non fuiſſe numeratam pecuniam, & datam fuiſſe cautionem ſub ſpe talis numerationis,c.ead.n.11.

Declaratur Coſta *in pro. ſ..fi.o,c.ead.n.12.*

Exceptio de iure tertij non poteſt opponi à tertio poſſeſſore, c.591.n.36.& 37.

Exceptio de iure tertij non admittitur, cum tale ius non eſt excluſiuum iuris agentis,c.ead.n.38.

Exceptio ipſo iure excluſiua non dicitur, quæ exigit implementum alicuius rei, per hominis miniſterium,c.ead.n.39.

Exceptio rei iudicatæ obſtat, cum diſcutitur, quod eſt iam deciſum etſi ſit diuerſum, permanet enim ab eodem fonte, c.591.n.76.

Exceptio ea competit ſiue res ſit eadem verè, ſiue interpretatiue,c.ead.n.78.

Excommunicatio ſi ſit in petente principaliter tenuta retroactionem, ille non poteſt ſtare in iudicio,c.566.nu.20.& 21.

Secus ſi per viam exceptionis, ſeu defenſionis, & tanquam reus,c.ead.n.22.

Excuſationes non admittuntur, cum verſamur in prohibitis, c.578.n.7.

Excuſationem non præbet iniuſta cauſa, vt eſt puta licentia, ſibi non competens,c.ead.n.8.

Excuſare non poteſt à delicto cauſa dependens à Principis voluntate,c.ead.n.9.

Excuſans ſe à delicto per cauſam iniuſtam, non euitat ad ſummam pœnam extraordinariam,c.ead.n.11.

Sed vid c.528.n.fin.

Excuſat à pœna in delictis, conſuetudo,c.ead.n.29.

Et auctoritas Iudicis,c.ead.n.30.

Excuſat etiam credulitas, & quæuis, beſtialis etiam cauſa, c.ead.n.31.

Excuſatio non admittitur in prohibitis, ſi eſt fatua, & improbabilis; ſecus ſi probabilis, & iuſta, licet non legitima, c.ead.n.32.

Excuſatio actus ſuſtinetur cum ipſe bene concordat cum eadē, c.605.n.32.

Excuſatur qui mutuo dedit pecuniam ei,quo à fide dignis probus habebatur,c.647.n.11.

Excuſator à damno Officialis, & adminiſtrator, ſubſtituens ſibi quem idoneum, & creditum ab omnibus idoneum,contron.ead.n.10.

Excuſatur cuſtos arcis ſubrogans virum, conditionis communiter probatæ,ſi ille arcem prodidit,c.ead.n.12.

Executio ſententiæ particularis, non afferens præiudicium irreparabile, ſtante ſpe reformationis in ſententia generali, non eſt impedienda,c.561.n.1.

Executionem impedit laudi condemnantis ad ſolutionem, qui patis bona reparari non ſoluat,c.560.n.10.

Executio non poteſt fieri in bonis alterius, quam debitoris,& condemnati,c.ead.n.13.

Executio iudicati eſt facienda in mobilibus pro ſatisfactione, quam in ſtabilibus,c.563.n.23.

Executio contra quem facta fuit ille eſt reus,etſi ſub prætextu defenſionis comparuit, petendo eius reuocationem, c.566.n.25.

Sed vid.c.ead n.29.

Multo magis, qui à primo ad vltimum actum degeſſit, vt reus,c.ead.n.26.

Executione decreta in contradictorio, & viſis videndis,&c. non poteſt etiam data inualiditate, & errore in ordine ſuper ea amplius diſputari,c.597.n.1.

Executionis locus, nec eius Statuta attenduntur in ordinatorijs, ſed ſolum in deciſorijs iudicij,c.ead.n.2.

Executionem ſententiæ petens, ipſam ſententiam approbare, c.655.n.1.

in Exe-

I N D E X.

in Executionem præcedentis tractatus præſumitur fieri actus ſequens,c.661.n.6.
in Executionem actus ſi aliquid fiat, ille dicitur approbari, c.ead.n.7.
Executio ſuſpenditur,cum debitum eſt illiquidum,vtcumque interuenit obligatio Cameralis,c.675.n.3.
Executiuo priuilegio non gaudet liquidationis negocium, ſed ordinario proceſſu expeditur,c.ead.n.4.
Item cum eſt dubium, vel alia noua cauſa ſuperuenit,c.ead. num.5.
Executionem paratam contra ſe habent debitores fiſcales, c. ead.num.7.
Executionem paratam non habet creditum illiquidum,etiam ſi teſtes ſuper eo aſſumpti concludenter illud probent,contr. 685.n.10.
in Executiuis inſtrumenti clauſulæ poſitę non alterant, nec ampliant diſpoſitionem principalem,c.677.n.65.
in Executiuis inſtrumentis eſſe dicitur clauſ. poſt clauſul. Et omnia, ac ſingula, &c. c.ead. n.66.
Executor procedens in via iudicij vigore reſcripti obreptitij, res omnia facit nulla,c.696.n.6.
Executor talis reſcripti puniri debet, ſi exceptiones, & impugnationes ipſius de mendacio vetuerit, & non admiſerit,c.ead.n.7.
Executio obligationis poteſt remitti arbitrio promiſſoris,non vero ipſa obligatio, & diſpoſitio,c.710.n.14.
Executiuis verbis ſi adijciantur facultatiua verba, & ea executiua ſtent loco diſpoſitiuorum, vitiatur contractus,ac ſi apponerentur ipſi diſpoſitioni,c.ead.n.19.
Exemplum extractum è libris publicis per Officiales præſumitur factum ſecundum veritatem,c.680.n.1.
Exemplum extractum è libris etiam publicis non citata parte non probat,c.ead.n.7.
Exemplum non probat, niſi conſtet de originali tenore,contr. ead.n.8.
Exemptus,qui eſt ſpecialiter à Principe non tenetur pro ſe _, nec ſecum contrahens pro parte propria ad gabellam tenetur,c.668 n.1.& 2.
Vid. Immunitas.
Exhæredationis cauſa non eſt ex quatuor decim legalibus, ea quod filius ſit condemnatus ad triremes.
Exhæredari vix poteſt filius crimineſus lege Iulia Maieſtatis, c.645.n.3.
Expenſarum litis moderatio quo ad ordinarij victus deductionem regulariter non fit, quando ex operibus victor ſibi victum quærebat,quas ob litem cogitur intermittere,c.574. n.13.
Expenſæ victus non recuperantur per eum, qui in loco litis eſt ob alias lites, & cauſas,c ead.n.16.
Expenſæ condemnatio facienda eſt pro rata victoria, c. ead. num.17.
in Expenſis taxandis habenda eſt ratio petitionis, c ead.numer.18.
Expenſæ litis ſecundum aliquos non poſſunt excedere duplum rei controuerſæ,c.ead.n.20.
Expenſas cum actor non eſt proſecutus lites pro tempore non debet recuperare,c.ead.n.19.
Expenſæ non ſunt reficiendæ ab appellante (ſi de hoc ſtaret Statutum) niſi id peteret pars,c.583.n.9.
Expenſæ in antea factæ cenſentur benificatæ in ſaldo generali, c.614.n.36.
in Expenſis, & abſolutione vincit reus, cum actor non probat,c.617.n.11.
quod Expenſis, & damnis detractis ſupereſt,lucrum dicitur c.630.n.1.
Expenſas non recuperat emptor, vel ceſſionarius. licet paſſus fuerit litem, vbi res non euincitur,c.634.n.28.
Expenſis ſuis litem facere promittens intelligitur de expenſis ordinarijs, & moderatis, non de extraordinarijs,contr.eu. ead.n.29.
in Expenſis puniendus eſt, qui habuit primam ſententiam contra ſe, tanquam temere litigans, & malæ fidei, c 636. n.17.
Expenſæ litis ſi ſint promiſſæ, debentur vtcumque promiſſor habuerit ſuj.am cauſam litigandi,c.662.n.21.
Expenſæ factæ pro confectione, & publicatione inuentarij detrahuntur aduerſus fideicommiſſarios,c.685.n.19.
Expenſæ, damna, & intereſſe probantur per iuramentum; c.702.n.6.
Experientia, & veriſimilitudine ſtante pro actu illo, ex hoc dicitur ſatis probatus,c.700.n.11.
Expreſſa, quæ non ſunt in contractu,cenſentur omiſſa, contr. 556.n.23.
Et quantum contrahens dixit, tantum dumtaxat voluiſſe creditur,c.ead.n.24.& 34.
Expreſſæ ſeruitutes ſolum excluduntur in venditione, non autem, quæ non ſunt expreſſæ,c.568.n.22.& 23.
Expreſſum dicitur ſpecialiter, quod coniecturis tantum colligitur,c.584.n.61.
Expreſſum plus non poteſt, id quod tacitum eſt. c.602.n.3.
Expreſſa vocatio aliquorum facta per teſtatorem, excludit vocationem aliorum,c.621.n.7.
Expreſſe conceſſum illud dicitur,quod ſequitur, & colligitur neceſſario ex propria ſignificatione verbi prolati, c.622. n. 16.& c.624.n.31.
Expreſſa hypotheca iudicium quæ ad dotem, non obtinet quæ ad tacitam,c.651.n.7.
Expreſſa ſolum cenſetur repetita, & ad ea fieri relatio, non vero ea, quæ tacitè ſubintellectu ſunt,c.653.n 3.
Expreſſum eſt ſufficienter, quod ſequitur ex verbis expreſſis, etſi illud fuiſſet exprimendum pro forma, vel quod venit per relationem,c.665.n.5.
Vtcumque id contineatur verbis generalibus,c.ead.n.6.
Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur,contr.ead. num.7.& c.711.n.72.
Expreſſio facienda in reſcripto ſi ſit omiſſa, ipſum annullat; etſi Princeps alias fuiſſet conceſſurus,c.696.n.3.
Amplia etſi id exprimendum erat modicum,c.ead.n.4.
in Expreſſis ſolum rebus, & deſcriptis in proclamate rei alienæ, fit præiudicium creditori, non alias,c.718.n.1.
Extenſio non datur in pœnis, ſed mitior pars eſt amplectenda,c.554.n.112.& 113.
Extenſionem ad tertium in aliquos pactum initum non facit, c.561.n.29.
Extenſio non datur in fideicommiſſis, de vera re relicta in teſtamento ad aliam in Codicillis,c.653.n.1.
Extinctio ſeruitutis ſtillicidij fieri non dicitur ex eo, quod dominus altius tollat ædificium, c.568.n.8.
Nam ſtillicidium altius tolli poteſt, at non deprimi,& cur,c. ead.n.9.
Extincta ſemel obligatione, ea non poteſt amplius reuiuiſcere,c.647.n.17.
Extincta re corporali, vel incorporali oppignorata extinguitur pignus,c.676.n.5.
Extinguitur nomen debitoris cum ipſe ſoluit debitum. Et tunc creditori creditoris admittitur ius reuocandi,cont.ead. num.6.
Et etiam cum ceſſio eius ſit alteri, etſi nondum ſit exactum, c.ead.n.10.
Extincto officio, cuius vigor quis contrahit, non poteſt amplius agere pro eo,c.ead.n.11.
Finito enim officio finitur obligatio,c ead.n.12.
Extraiudicialis confeſſio non probat,c.562.n.23.
Extraiudicialis denunciatio non afficit, niſi denuncians certioretur de iure, cum facere debeat, vel non,c.624. n.65.
Extranei etiam hæredes ſi ſuccedant cum filijs, non poteſt inter eos cadere collatio,c.565.n.13.& c.607.n.12.
Extraneus eſt ille,cui non debetur legitima, vt eſt patruus,c. ead.n.13.
Et nepotes patre eorum, ſeu filio reſpectiuè de medio non ſublato,c.ead.n 14.
Extraneus in conditione poſitus per teſtatorem nunquam cēſetur vocatus, etiamſi concurrant coniecturæ, ex quibus aliàs id præſumitur,c.635.n.7.& 8.
in Extraneis præcipuè hæreditate qualis eſt ea ſororis, monaſterium excluditur, mortuo Monaco,c.6 0.n.3.& 4.
ad Extraneos ſi bona tranſeunt, veniunt etiam in fideicommiſſo,c.634.n.4.
Extranei excluduntur etiāſi alias eſſent capaces,cū verbo,Hæredibus adiuncta eſt qualitas maſculinitatis,c.691.num.1.

Extra-

I N D E X.

Extraneus non eſt capax emphyteuſis Eccleſiæ, niſi ex diſpenſatione Pontificis, c.692.n.35.
Extraneus poteſt habere melioramenta facta in illa re redacta ad culturam ex ſterilitate, ib.n.37.& 39.
Extranei hæredes veniunt nomine hæredum in materia tranſitoria ad hæredes extraneos, c.ead.41.
Extraneus poteſt ab inueſtiente inueſtiri in ipſis ſolum præiudicium, ib.n.47.
Extraordinem punitur ad minus, qui delictum à ſe patratum excuſat per cauſam iniuſtam, c.578.n.10.
Extraordinem punitur quis pro ſuſpicionibus in crimine falſi c.587.n.59.
Niſi tamen ea deſtruantur contrarijs præſumptionibus, c.eadem, n 60.
Extraordinem nec minus poteſt quis puniri de falſo, cum deficit nocumentum, ſaltem in potentia, ib.n.67.
Extraordinaria, & inſolita non comprehendis renunciatio etiam generalis, c 6(2.n.15.
Extrema non poſſunt coniungi, cum medium eſt inhabile, contron. 99.n.97.
Extremis probatis in remedio Can. Reintegranda poſſeſſione antiqua actoris, & noua rei conuentis, iſte ſuccumbit, cont. 604.n.3.

F

FActum vnius obligat alium in ſocijs omnium bonorum, c.590 n.34.
Factum pupilli, factum tutoris dicitur, c. 563.n.2.
Facere tenetur, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt. cont.568. n.30
Factum negatiuum promittens tenetur nedum ipſe non facere, ſed etiam curare ne alius faciat, c. 92.n.32.
Sed vid ib.n.33.
Factum alterius promittens negatiuè, ſcilicet quod ille aliquid non faciet, non tenetur, etſi promiſerit curare ne ille faciat; niſi tamen habuiſſet imperium in facientem, vt ſi ſit dominus, ib.n.34.
Factum alienum promittens ſimpliciter non tenetur poſtquam ipſe fecit ex ſe quantum potuit, ib.n.35.
Factum præſtare ſi quis ſit obligatus, debet prius interpellari, ib.n.78.
Secus ſecundum aliquos, ib.n.79.
Factum alienum promittens regulariter, & ſimpliciter non obligatur, c 611.n.1.
Factum alienum poteſt ſponte promitti, at non ad illud cogi, ib.n.2.
in Facto proprio etiam admittitur erroris allegatio, cum tamen agitur de damno vitando, c.618.n.17.
Facti prorſus eſt aditio hæreditatis, & id non præſumitur, niſi probetur, c.618.n.3.
Etiam in filio, ib.n.4.
ex Facto producuntur obligationes, & id non cenſentur adeſſe, niſi expreſſa legantur, c.626.n.1.& 2.
Nec omiſſum in eis ſuppletur, ib.n.3.
Facto ſi ſit actus contrarius non attenditur, c.628.n.35.
Factum venditoris non nocet emptori, vt nec illud cedentis, ceſſionario, c.639.n.7.& 8.
Facto ratificatio magis validè fit, quam verbis, c.641.n.12.
Factum ipſum non dicitur eſſe, promiſſio faciendi, cum aliud extrinſecus exigitur, c 661.n.6.
Factum alienum, & ſuum promittens, ſcilicet curare, quod alter ratificabit, an teneatur ad id etiam ſine interpellatione, ne aliàs ve in mora teneatur ad intereſse, c.677.n.1. & 2.
Affirmat Bald. & olim erat communis opinio, at non hodie, ib.n.3.& 4.
Vid.V.Promiſſio.
in Facto momentaneo curando eſt neceſſaria interpellatio, non vero in facto ſucceſſiuo, ib.n.5.
Hæredum appellatione veniunt ſingulares ſucceſſores in facto fauorabilibus, ib.n.11.

Hæres filius poteſt impune alienationes, & actus nullos à patre factos impugnare, c.683.n.15.

Hæredi alias obuenientia, quam à teſtatore, non ſunt reſtituenda fideicommiſſario, c.685.n.2.

ad Hæredem, quæ pertinent non niſi talem, ſed ex alia cauſa, ſimiliter, non ſunt reſtituenda, ib.n.3.

Hæredis bona pariter non veniunt ſub reſtitutione, ib.n.4.

Hæredibus nominatis in renunciatione feudi factum alicui, cenſentur mente reuoluti ſolum hæredes capaces, controu. 681.n.30.

Hæredi, non vere fideicommiſſario datur actio in vſufructuarium ad res reſtituendas per eum conſumptas, ib.n.40.

Hæredi non eſt imputandum, ſi rem ex præcepto teſtatoris alienandam non vendidit iuxta æſtimationem; præſumitur enim per eum non ſtetiſſe quin pluris venderet, ſi potuiſſet, ib.n.42.

ad Hæredes deuoluitur emphyteuſis laicalis, c.690.n.26.

Hæredum, *verbo adiecta qualitas maſculinitatis excludit extraneos alios capaces, c.691.n.1.*

Hæredum nomine veniunt deſcendentes non autem extranei, in materia Emphyteuſis Eccleſiaſtica, c.692.n.42.

Veniunt tamen in Emphyteuſi laicali, ib.n.44.

Hæres quis probatum eſſe ex diuiſione bonorum hæreditatis, c. 695.n.36.

Et ex quo facit actum, qui fieri nequit citra ius, & nomen hæredis, ib n.37.

Hæres venditoris rei reſtituendæ ſibi ex fideicommiſſo, quæ ſit alienata non poteſt contrauenire facto defuncti, cum hæreditas eſt maioris valoris ipſa re, Et probatur, ib.n.38. & 46.

Hæres, & defunctus cenſentur vna, & eadem perſona, c.695. n.39.

Hæredi vniuerſali deuoluuntur actiones omnes actiua, & paſſiua hæreditaria, ib.n.40.

Hæres non debet eſſe melioris conditionis, quam defunctus, ib. num.41.

Hæredis rem poteſt teſtator alienare, & de ea diſponere, ſiue in vltima voluntate, ſiue inter viuos, ib.n.42. & 43.

Hæres adeundo videtur firmare alienationes factas à defuncto, ib.n.45.

Deciſio Grammatic. 93. *& ſuſpecta, & reprobatur, ib.n.47. & 50.*

Hæres venditoris rei grauata onere reſtituendi, non poteſt dicere, da mihi bona vendita, & capias bona hæreditaria, ib. num.48.

Hæres non admittitur ad reſciſſionem contractus, de quo defunctus non fuit conqueſtus, c.700.n.45.

in Hærede ex dolo defuncti non datur iuramentum in litem, ib.n.50.

Hæredum partis æqualiter inſtitutorum debent reduci ad æqualitatem, ſi inæquales videantur, ib.n.43.

Hæredes inſtituti vſque ad poſthumi natiuitatem hæreditate gaudent, ſed poſt debent eam reſtituere iure fideicommiſſi, c.708.n.2.

Hæres quis inſtitui poteſt ex die incerto, ſi tamen alius non ſit

datur

I N D E X.

datus heres ante; aliàs ſecus, ib. num. 3.

Hæradem in totum facit lex eum qui eſt in parte; idque mediante iure accreſcendi, ib. n. 10.

Hæredi vniuerſali ſolummodo pars deficiens accreſcit etiam inuito, ib. n. 11.

Heres idem eſt ac Dominus, ib. n. 12.

Hæredis locum ſubingreditur fideicommiſſarius vniuerſalis, c. 700. n. 2.

Hæredes inueſtiti tenentur, vt & ipſe, ad deſignationem faciendam, & oſtenſionem domino, terrarum conceſſarum, & quidem ad eius requiſitionem, ib. n. 4.

Hæredes tamen præſertim mediati non tenentur ad ipſam, quia habent iuſtam ignorantiæ cauſam, ib. n. 10.

Item ſi aſſerant, ſe eas terras neſcire; præcipuè addito iuramento, ib. n. 11.

Hæredes patris teneantur ſolum de bonis inuentarij ſoluere, ſi tamen illud impetrarunt, ib. n. 21.

Hæredibus etiam ſibique quis contrahens præſumitur proſpicere velle; etſi nominatim non ſit facta expreſſio, cont. 711. num. 70.

Hæredum beneplacitum ſi attenditur, intelligitur de primis hæredibus, ib. n. 75.

Vel ſaltem de iis vſque ad quartum gradum, ib. n. 76.

Hæredum mentio comprehendit omnes in infinitum, ib. n. 77.

de Hæredibus ſi diſpoſitio mentionem faciat, non obtinet in ea diſpoſitio, l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignif. ib. n. 78.

Heres ſcriptus cum patitur controuerſiam de hæreditate, tunc non tenetur ſoluere legata, niſi præſtita fideiuſſione per legatarios, c. 716. n. 2.

Imo in dolo videntur eſſe, niſi procurret ipſo hanc cautionem, ib. n. 3.

Hæres ſi ſimpliciter ea ſolueret, & perderet hæreditatem, non poſſet aliquid pro ipſis retinere, vel ea petere, ſed eius damno cederet, ib. n. 4.

Hæredum verbum in emphyteuſi intelligitur de hæredibus ſanguinis, & ſic omnibus deſcendentibus, c. 720. n. 2.

Et comprehendit omnes deſcendentes, tam maſculos, quam fæminas in infinitum, ib. n. 3.

ad Hæredes tranſit mandatum agendi realiter in feuda etiam poſt mortem creditoris, ib. n. 10.

Heres indiſtinctè, vt & quiuis ſucceſſor debet approbare factum defuncti. Specifica in feudo, etſi veniret ex perſona propria, ib. n. 4 & 16.

Heres etiam eſſe debet, filius, ſi vult retinere feudum, ib. n. 19.

Et ſubijciatur omnibus oneribus, & debitis paternis, ibid. num. 20.

Amplia etſi ſit feudum antiquum, ib. n. 20.

Hæreditas cum eſt dubia, datur inuentarium, d. cont. 720. num. 30.

Honoratus non cadit ab honore ob onus non adimpletum, niſi poſt annum ab interpellatione, & præcepto iudiciali, c. 69. n. 5.

Hypotheca datur ratione furti, c. 567. n. 3.

Hypotheca ſuper aliqua re, perit, ſi extinguatur ius obligantis illam, c. 627. n. 4.

Hypotheca competit in bonis ad ſe peruentis, vigore fideicommiſſi, ib. n. 9.

Hypotheca, & prælatio competit pro alimentis præſtitis animalibus, c. 636. n. 14.

Hypothecata cenſentur bona alimentati pro alimentis ſibi præſtitis, ib. n. 15.

Hypotheca datur in bonis fideicommittentis, contro. 637. num. 30.

Hypotheca generaliter res ſubiecta poteſt particulariter, adhuc hypothecari, c. 649. n. 3.

Hypotheca legalis competit mulieri pro ſua dote, cont. 641. num. 2.

Hypothecis ſuis poteſt mulier renunciare ſiue tacitis, ſiue expreſſis, ib. n. 1.

Excipe ſi timeretur ipſam remanere indotatam, contr. ead. num. 1[illegible].

Vel ſi maritus non eſſet ſoluendo, ib. n. 15.

Hypotheca tacita legalis competit pro dotis reſtitutione, & promiſſione, c. 651. n. 2.

Hypotheca expreſſa iudicium quo ad dotem, non obtinet æqua lance in hypotheca tacita, c. ead. n. 7.

Hypothecaria actio competit pro legato, c. 659. n. 2.

Hypotheca ſpecialis competit ſi ſit fundus deſignatus, c. ead. num. 3.

Generalis vero in omnibus bonis, c. ead. n. eod.

Non obſtantibus oppoſitis, ib. n. 8.

Hypotheca datur pro anniuerſario facto loco pio contra tertium poſſeſſorem bonorum teſtatoris, ib. n. 5.

Hypothecarius creditor poſterior cum licentia præfertur anteriori pariter hypothecario, ſed ſine licentia, cont. 665. num. 1.

Hypotheca, & ſatisfactio in bonis feudalibus non conceditur, niſi in ſubſidium, ib. n. 8.

Hypotecaria actio vtilis non competit creditori, cui fuit obligatum nomen debitoris, ſi illud nomen iam euanuit, cont. 676. n. 8. & 9.

Hypotheca non ampliat diſpoſitionem, ſed ſolum corroborat conuentionem, dum acceſſoriè adijcitur, ib. n. 93.

Hypotheca non eſt, ſed vera aſſignatio, & loco dotalis facta vxori. Et ſubrogatur eius vice, controuerſ. 685. numer. 11.

Hypotheca conditionalis creditoris prioris retrotrahitur ad tempus promiſſionis in præiudicium contrahentis medio tempore; nam origo eius erat radicata à te ipſum ſecundum, c. 720. n. 15.

Amplia in feudo, ib. n. 17.

I

IDentitas perſonæ eſt probanda ab aſſerente, per nomen, & alias demonſtrationes, controuerſ. 554. numer. 77. & 78.

Quod exemplificatur in teſtibus teſtamentariis, contr. ead. num. 79.

Identitas, vt probet non ſufficit nomen genericum, & vna demonſtratio, niſi nomen ſit valde ſingulare, controu. ead. n. 80 & 81.

Identitatem rei agens rei vendicatione, vt obtineat probare debet, & eius dominium verum formiter, & principaliter, c. 555. n. 26.

Identitas fundi probatur ex duobus confinibus alteri rei non conuenientibus, c. 561. n. 23.

Præcipuè accedentibus aliis coniecturis, controu. ead. num. 24. & 25.

Identitas perſonæ probanda eſt ab eo, qui ſe fundat in ea, c. 593. n. 1.

Identitas perſonæ probatur per nomen, & duas alias demonſtrationes, ib. n. 7.

Identitas rei probanda eſt, alias præſumitur diuerſitas, contr. 609. n. 7.

Identitate rei, & perſonæ exiſtente, non poteſt præſumi regulariter pluralitas negocij, controuerſ. 706. numero tertio.

Idoneus ſi ſit adminiſtratoris ſubſtitutus, & ipſe ſit impeditus, damnum cedit domino, non adminiſtratori, c. 647. num. 20.

Secus è contra, c. ead. n. eod.

Idoneitas ad id, quod quis eſt electus res notata ab omnibus excuſat à damno eligentem, dict. controuerſ. 647. num. 11. 12. & ſequ.

Ignorantia præſumitur, niſi ex aduerſo probetur, c. 554. num. 2.

Præcipuè in facto alieno, ib. n. 3.

Ignorans nullam pœnam, etſi pecuniariam debet incurrere, ib. n. 4.

Ignorans nec delinquit, nec culpam, nec dolum, contr. ead. num. 5.

Ignorantem teneri, qui æquiparatur res inanimata inciuile eſt, ib. n. 7.

Ignorans Dominus non obligatur ex facto inſtitoris, ib. n. 11.

Nec Procuratoris, ib. n. 12.

Ignoranti nec dolus, nec culpa poteſt imputari, ib. n. 25.

Ignorantia forenſis poteſt per iuramentum purgari, c. eut. ead. num. 61.

I N D E X.

Ignorantia proclamatis extra Statutorum volumina vagantis poteſt admitti, & alleganti ſcientiam, incumbit onus probandi, c.554.n.85.

Ignorantia etiam, & error etiam iuris ſimiliter excuſat à dolo, ib.n.111.

Ignorantia facti, eſt iuſta cauſa recuſandi iuramentum, controu.571.n.17.

Ignorans, & forenſis non excuſatur à prohibitione generali, vt eſt Grani extractio à Ciuitate, c.578 n.2. ſed vid. ib. an. fin. n. eod.

Ignorante domino contractum eſſe factum à Principe de re ſua, tunc priuilegium ei non competit, controuerſ.582. numer.40.

Ignorante Domino, vt præfertur ſuccurritur per reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ; & de commum, ib. num.41.

Ignorantes, & minores æquiparantur, dict. controuerſ.582. n.42.

Ignoranti datur reſtitutio aduerſus lapſum quadriennij ad petendum pretium vigore, leg. bene a Zenone, C. de quadrienn. poſseſs. c.582.n.50.

Ignorantia prouenienti ex parte alterius nō præiudicat omiſſa inueſtigatio, c.586.n.58.

Ignorantia ſemper præſumitur niſi probetur ſcientia, maximè in facto alieno, controuerſ.644. numer.23. & numer. 24.

Ignorantia non poteſt ratificari, dict. controuerſ.644. num. 26.

Dum deficit conſenſus, ib.n.27.

Ignorantia in heredes tolleratur, & præſumitur, c.614.n.18.

Limita, vt ib.n.28.

Ignorato iuri nemo renunciare cenſetur, controuerſ. ead. num. 19.

contra Ignorantem præſumptio iuris facit eum teneri ad ignorantiam probandam, ib.n.21.

Ignorantiæ allegatio non prodeſt actio, ſed ſolum reo conuento, ib.n.18.

Ignorantia, & error differunt in ſe, & quomodo, ibidem, num.29.

Ignorantia ſi ſit læſus quis iuuatur reſtitutio in integrum, ex clauſula generali, ib.n.30.

Ignorantia iuſtam cauſam habet, qui ſuccedit in ius alterius c.616.n.30.

Ignorante domino caducitatem, ea poteſt declarari per ſucceſſorem, & contra heredes, controuerſ.619. numer. 11.

Ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia, controuerſ. ead. n.12.

Ignorantia iuris excuſat à dolo, controuerſ. 637. numer. 31.

Ignorantia præſumitur in heredibus ſuper promiſſione defuncti, ſi eam non repeterint, controuerſ. 639. num. 26.

Ignorantiæ huius cauſa poteſt heres ipſe reſtitui ex generali clauſula, Si qua mihi, &c. controuerſ. 639. numer. 27.

Ignorans heres vires hæreditatis ſoluendo ſibi non præiudicat, c.663.n.13.

Illegitimitas impedit mutuam ſucceſſionem ab inteſtato, controu.584.n.12.

Illegitimis ſuccedit potius Fiſcus, quam quod ipſi inuicem ſuccedant, ib.n.13.

Immemorabile tempus allegans circa poſſeſſionem aquæ publicæ debet ſe fundare in priuilegio, non in præſcriptione, c.607.n.10.

Immemorabile tempus exigit ſeruitus diſcontinua, ad hoc vt præſcribi poſſit, ib.n.23.

Immemorabile tempus eſt centum annorum iuxtà communem opinionem, ib.n.27.

Immemorabile tempus probatur per teſtes annorum 54. ſi deponant de ſcientia propria, & etiam id à ſenioribus audiuiſſe, qui idem ab alijs retulerant, controuerſ. ead. num. 28.

Immemorabile ſi ſit opus ad aquam recipiendam, vel diuertendam præſumitur eſſe naturale; ſpecifica in fouea, alueo, & huiuſmodi, ib.n.59.

Impedimentum, ſeu difficultas in facto alieno exiſtens de tempore promiſſionis non liberat promiſſorem à pœna, & intereſſe, ib.n.69.

Secus ſi illud accidat ex poſt facto, dict. controuerſ. 607. n 70.

Et reſpondetur obiectis, controuerſ. 677. numer. 71. & 72.

Impeditus facto aduerſarij non dicitur moroſus, c.682. num. 26.

Impedimentis pluribus extantibus, non ſufficit vnum ſolum tollere, c.689.n.125.

Impedimentum non præſtat, quod nullum de iure habet effectum, c.711.n.22.

Impenſa probantur ex natura rei, vt ex ædificio, itinere, &c. c.706.n.8.

Impenſæ poſſunt arbitrio Iudicis probari, & limitari, reſpectu quantitatis, ib.n.9.

Imperator poteſt creare vnum alijs maiorem, ad quem in appellationem recurratur eius vice, controuerſ.552. numer.7.

Imperatoris regalia tranſeunt in Ducem creatum, poſtquam Baro ab ipſo Imperatore infeudatus fuit, controuerſ.552. num.9.

Imperator, dum ſibi aliquod ius reſeruauit, poteſt alij illud concedere, ib.n.12.

Imperator quamuis ius ſibi non reſeruet expreſſe, nihilominus, niſi expreſſe id peteret, non cenſeretur conceſſum, ibid. n.13.

Imperator dum Principes ſeculares inueſtiunt, ipſi habent ſecundam cognitionem, vtpote Imperatoris vicem ſuſtinentes, ib.n.15.

Imperatoris Tribunal, dicitur Tribunal Ducis Mantuæ, ib. n.16.

Imperator nomine Fiſci intelligitur de Fiſco feudatarij, ib. n.17.

Imperatores donarunt Epiſcopis Mantuanis Inſulas Rouerii, & Suzariæ, & qua forma, dict. controuerſ. 552. n.24.

Imperialibus iuribus cauſa Epiſcopus Mantuæ feudales cognita teneri non præiudicans, & cur, dict. controu. 552. n.26.

Imperator, & Papa citatio tolli non poſſunt, quia eſt de iure naturali, ib.n.69. & 70.

Imperatoris priuilegia conceſſa Epiſcopis Mantuæ, remiſſiue c.687 n.13.

Imperator, & alij Principes poſſunt reuocare conceſſiones, & immunitates ex titulo gratioſo ſuperueniente iuſta cauſa, ib.n.45.

Imperij iura ſunt tranſlata in Duces Mantuæ, ibidem, num.44.

Imperium mixtum, & merum obtinens in infeudatione poteſt infligere omnia genera pœnarum, controuerſ. 580. num. 15.

Impoſſibilis dicitur eſſe licentia pendens à Principis voluntate, c.601.n.3.

Impoſſibilis obligatio neminem obligat, controuerſ. 626. numer.28.

ad Impoſſibile nemo tenetur, c.688.n.92.

Impotentia nulla eſt maior ſuccedendi, quam prædecedentia, c.579.n.27.

Impugnans tranſactionem non auditur, niſi prius reſtituat, quod ex ea conſecutus eſt, etſi minor ſit, vel Eccleſia, c.591.n.33.

Impugnare non poteſt contractus, qui eum non obſeruat, cont. 592.n.74.

Impugnans aliquid, eo ſe iuuare non poteſt, controu. 602. n.17.

Impugnare poteſt heres filius actus nulliter factos a patre & quidem impune, controu. 683. numero decimo quinto.

Impugnatum ſi quid fuit hoc non debet ipſi præbere commodum impugnanti, controuerſ. 701. num.1.

Specifica in probationibus, dict. controuerſ. 701. numer.2.

Impu-

Digitized by Google

Imputatio quomodo facienda ſit in bonis maternis, controu. 588.n.26.
Imputari an, & quando debeant feuda in legitimam, & quãdo ea ex illis impinguetur, remiſſiuè, controuerſ.592. num.7.
Imputantur in legitima bona emphyteutica conceſſa pro heredibus, c.645.n.14.
Intellige, vt eb.n.eod.
Imputari non debent in legitimam, quæ capiuntur extra bona paterna, vel materna, ib.n.15.
Imputari non debent nec emphyteutica bona modica, in quibus filius fuit inſtitutus, dum ſuccedit quia hæres, non vt hæres, ib.n.16.
Imputantur in legitimam, & Trebellianicam bona primo alienata per filium, c.652.n.23.
Imputari non debeant in taxanda legitima bona emphyteutica, vel feudalia, c.671.n.1.
Negant aliqui, ib.n.2.
Immunitas poteſt concedi à Principe, dum habet iura Imperij, c.632.n.1.
Specifica in Principe Mantuæ, ib.n.2.
Immunitas perſonalis non egreditur perſonas priuilegiatas, ib.n.3.
Immunitas eſt perſonalis, etiam data res intuitu perſonæ, ib. num.4.
Immuni altero ex duobus contrahentibus, qui non eſt immunis tenetur ad gabellam pro parte ſua, ib.n.5. Vid. ib. n.13. 41. & 42.
pro Immunitate, in dubio eſt facienda interpretatio, ibidem, num.10.
Immunitas conceſſa vni ex contrahentibus prodeſt & alteri, cum ea eſt facta verbis prægnantibus, ibid.num.13. & controu.624.n.....
Immunitas à datijs eſt facilioris remiſſionis, quam alia onera, ib.n.11.
Immunitas augetur, eamque ampliant verba, Volentes talem gaudere omnibus immunitatibus, &c. quibus nos met vtimur, &c. ib.n.18.
cum Immunis contrahentes ſi nunquam ſoluerit datium, ex hoc conijcitur facta conceſſio etiam pro parte datij ad eos ſpectante, ib.n.19.
Id procedit etſi obſeruantia non fuerit præſcriptio, ib.n.20.
Nec tamen multum temporis exigitur ad eam obſeruantiam præſcribendam, ib.n.21.
Immunitates ſeruari, vt antea cum Princeps mandat confirmat ſaltem obſeruantiam immunitatis in totum, ib.n.21.
Immunitas probatur ex libris Datiorum, ſeu officialium, ib. num.35.
Immunitas præſcripta dicitur ex ſolo curſu 40. ann. cum titulo colorato, etiamſi ſit iniuſtus, ib.n.28.
Immunitatis præſcriptio nocet Principi etiam ex ſola ſcientia officialium, ib.n.29.
Immunitatis præſcriptio centenaria multo fortius nocet, quæ nec titulum, nec bonam fidem exigit; nec ſcientiam Aduerſarij, ib.n.30. & 31.
Immunitas realis prodeſt non ſolum primo poſſeſſori; ſed & omnibus ſecum contrahentibus, ib.n.32.
Immunitas an ſit realis, vel perſonalis, probatur coniecturis, & quæ ſint iſtæ, ib num.33.34.36.37. & 38. & contr. 624. num.36.
Immunitas in dubio præſumitur realis, & non perſonalis, c. 622.n.36. & c.634.n.37.
Immunitate reali gaudent bona Principis, & etiam bona eorũ, qui eius loco ſunt poſiti, ib.n.35. & 40. & c.624.n.24.
Immunitas vnius prodeſt etiam contrahenti cum eo, ſi onus gabellæ eſſet annexum contractui; non ſi ſeparatum ſit, ib. n.41.42. & 42.
Immunis eſt, qui contrahit cum Fiſco, ſi cum alio contrahat, ib n.44.
in Immunitate reali res, ad quemcumque tranſeat ducit ſecum ſuum priuilegium, ib.n.45.
Immunitas conceſſa cum clauſula derogatoria, id ſaturã quamuis proclamata, exigit, vt tollatur ſpecificam derogationem, c.624.n.27.
Immunitas conceſſa verbis vniuerſalibus continet onera omnia, & grauamina, ad quæ priuilegiatus obligaretur, ibid. num.29.
Immunis ac ipſe Princeps poteſt facere, quæ ipſe Princeps, ib. num.30.
Immunitatem probat res iudicata, ib.n.34.
Immunitas realis extenditur etiam ad bona acquirenda, ib. num.66.
Immunitas competens Principi, competit & perſonæ, vel rei, quæ eidem adæquatur, c.634.n.3.
Immunitates reales tranſeunt in quoſcumque ſucceſſores, ib. num 8.
Immunitas per contractum meretur latiorem interpretationem, ib.n.11.
Immunitas perditur in bonis Eccleſiæ, cum ea transferuntur in priuatum, & ſit ipſa ſiant obnoxia omnibus oneribus, ac laicorum bona, c.637.n.1.
Immunitas perſonalis non egreditur perſonam immunem, ib. num.6.
Immunitate reali, ſi gaudens prædia, gaudent & eius fructus, ib.n.20.
Immunitates non obtinent, niſi quatenus appareat ex priuilegijs, ib.n.21.
Immunitas conceſſa alicui pro bonis, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, nec etiam cum bonis, dum principaliter perſona fuit contemplata, ib.n.27.
Immunitas conceſſa ob parentes, vel paupertatem, mortuis parentibus, vel ſuperuenientibus diuitijs, ceſſat, ib.n.31.
Et quæ conceſſa eſt ciuibus, non tranſit ad eos, qui non ſunt ciues, ib.n.31.
Immunitatis priuilegium conceſſum poſteris, vel illis de familia, non tranſit in deſcendentes ex fœminis, ib.n.34.
Et illud conceſſum alicui ratio officij, vel artis; durat ſolum quatenus exercetur illud officium, vel ars, ib.n.25.
Et requirit officium, vel artem in actu, ib.n.36.
Immunitatis fundamento ſublato, & ipſa corruit, ib.n.8.
Immunitas, & priuilegium in dubio præſumitur perſonalis, & non realis, ib.n.40.
Immunitatis priuilegium eſt ſtrictè interpretandum, & reſtringendum, ib.n.41.
Afferuntur Rotæ deciſiones in propoſito, ib.n.42.
Immunitates a Superiore conceſſas non poteſt inferior reuocare, ib n.43.
Immunitates ex titulo gratioſo tollere poſſent Imperator, & alij Principes, ſuperueniente iuſta cauſa, d.c. 87.n.45.
Immunitas conceſſa generi, poſteris, & familiæ, trãſit ad omnes eius ſucceſſores, & eſt realis, ib.n.49.
Immunitas ſi competit alicui ex conſuetudine poteſt contrario Statuto tolli, ib.n.60.
Incertum periculum non eſt conſiderandum, c.599.n.15.
Incertum, quod eſt, & pendet, non habetur, quaſi ſit, ibid. num.27.
Incertitudinis ratione, iactis retis per decem, emptio non reſcinditur, etſi piſces valeant centum, c.689.n.52.
Incerti, & certi non eſt eadem ratio, ib.n.55.
Incertum, & modicum æquiparantur; Imo incertum, & nullum, ib.n.53. & 54.
ob Incerta non eſt relinquendum certum, ib.n.56.
Incerto de die poteſt inſtitui hæres, ſi tamen alius ante non ſit inſtitutus, c.708.n.3.
Incidenter veniens ad iudicium, ſe principaliter defendendo habetur pro reo, c.566.n.18. & 20.
Incidenter deductum in iudicio, ſi deciſum ſit, non poteſt deduci iterum principaliter, vel e contra, c.591. n.80.
Incidenter deductum ſi ſit aliquid in iudicio, ſufficit præſumptiua probatio, c.601.n.3.
Limita in Matrimonio, & cur, ib.n.4.
Incontinenti appoſitum, cenſetur rei ineſſe, c.712.n.59.
Et ob id confirmat ipſo iure actionem, ib.
Inconueniens non eſt petere rem, iam alteri particulari iudicio aſſignatam, vt in ſententia generali ſibi iure pereat, contr. c.561.n.26.
Incumbentea per actorem non probata exceptio, cum non ſit propriè exceptio, ſed defenſio non eſt ſpecialiter probanda à reo, ſed cenſetur ſatis probata, cum actor contrarium non probauit, c.566.n.34.

Digitized by Google

I N D E X.

Incluſio vnius eſt excluſio alterius,c.639.n.21.
Indebitum ſcienter promittens,vt fideiuſſor,vel conſtituens, obligatur,quia præſumitur donare,ſecus ſi ſit in dubio, c. 586.n.35.
Indebita eſt vſura,& poteſt ſemper repeti,amplia etiam ſtante iuramento,ib.n.79.
Indebitè ſolutum allegans,grauatur onere illud probandi,cũ non præſumatur,c.614.n.7.
Et ſolutio præiudicat,donec error probetur,ib.n.8.
Indebitè ſoluens hæres partem aſſerti debiti non cogitur ad reliquum,c.627.n.29.
Indebitè ſolutum ignorantem poteſt repetere quo ad ſe, non vero quo ad recipientem ſecundum aliquos Doctores,ibid. num.34.
Indebiti ſolutio ex bono, & æquo introducta, controu. 628. num.3.
Indebitè ſoluens ſcienter videtur donare, contr.ead.num.29. & 30.
Excipe,vt ib.n.31.& ſeq.
Indebitum ſolutum non eſt donatio, cum alter illud recipit tanquam debitum,ib.n.32.
Vel cum ſoluitur illud indebitum ex contractu acceſſorio, vt Conſtituto,fideiuſſione,&c.ib.n.33.
Aut cum colligitur ex coniecturis abfuiſſe donandi animum,ib.n.34.
Indebita promiſſio facta à Procuratore non vertitur in donationem,ib.n.36.
vt Indebitum condicens debet probare illud, quod ſoluit eſſe verè indebitum,c.634.n.37.
Indebitum iure naturali,& ciuili ſolutum per iuris errorem repeti poteſt cum agitur de damno vitando, controu.663. num.4.
Indebita ſolutio quo ad ſolutionem non præiudicat, etſi ſit debita quo ad recipientem,ib.n.7.
Indefinita adiudicatio vniuerſalis creditorum comprehendit penſiones omnes,etſi inexigibiles, & alia huiuſmodi credita,c.557.n.11.
Quod procedit in vniuerſali,ib.n.12.
Indicium faciunt aduerſus eos nominatos contra quos illi examinantur,c.580.n.21.
Sed vid.ib.n.39.
Indicia ob quæ quis condemnatur debent eſſe indubitata, c. 605.n.11.
Indicia mille imperfecta non poſſunt coniungi ad faciendum indicium ſufficiens ad torturam, dict. controuerſ. 605. num.15.
Indicia remota duo, vel plura eſſe debent, non vero vnum ſufficit,ib.n.16.
Et vnumquodque eorum eſt probandum per duos teſtes,ibid. num.17.
Omni exceptione maiores,ib.n.18.
Etiam in atrociſſimis,ibid.n.19.
Indicia proxima probantur per vnicum teſtem, ſed atteſtantem de delicto per ſenſum immediatum, controuerſ.ead. num.20.
Et omni exceptione maiorem,ib.n.21.
Indicium remotum eſt, quod factum ipſum immediatè, & eius veritatem non concernit, ſed ſolum circumſtantias, ib.n.31.
Indicium ad torturam contra Clericum non faciunt laici,aut Mulieres,ib.n.38.
Indicia non poſſunt ſumi ex actu,qui poteſt eſſe, & non eſſe delictum,ib.n.39.
Indicium remotum eſt confeſſio extraiudicialis delicti à reo facta,ib.n.43.
Indicia ad torturam in omnibus delictis, contrarijs indicijs diluuntur,c.637.n.57.
Indicium ad torturam non facit in crimine falſi, ſuſpicio ex vitio viſibili,vt eſt vſus rei falſificatæ,facit bene indicium ad inquirendum,ib.n.54.
Indicia numerationis pecuniæ ſi exiſtant vltra confeſſionem, non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ,c.644.numer.9.
ex Indicijs,& coniecturis ſimul vnitis fit probatio pleniſſima,c.700.n.4.
Indignus fit hæres, quo ad omnia bona defuncti, ſi contrauenit prohibitioni teſtatoris. Etiam ex fideicommiſſo in caſum mortis,c.635.n.26.& 27.
Indiuiduum debet in totum acceptari,vel reſpui, contr.576. num.14.
Indiuidua eſt reſciſſio contractus, vt ſi reſoluatur in parte, reſoluitur in toto,c.599.n.71.
in Indiuiduis beneficium vnius prodeſt alteri, contr. ead. num.78.
in Indiuiduis vtile pro inutile vitiatur,c.689.n.21.
Indiuiduum dicitur, cuius eſſentia vnica,& inſeparabilis,ib. num.23.
Indiuidua ſi ſit vna conditio, facit talem etiam aliam adiunctam,quæ ſit indiuidua,c.689.n.79.
Indiuidua eſt forma,ib.n.84.
Et de genere indiuiduorum,ib.n.85.
Et facit actum indiuiduum,ib.n.86.
Indiuiduus actus, & vnicus reputantur plura vnico contractu,vel contextu facta; immo & modico ſpatio, contr.ead. num.96.
Indiuidui ſunt actus correſpectiui, & vnus ſine altero ſtare non poteſt,ib.n.98.100.& 108.
Indiuidua dicuntur, quorum alterum ſine altero ſtare non poteſt,ib.n.99.& 118.
Nec alter ſine altero poteſt admitti,ib.n.119.
Indiuiduum eſt,vel a natura, vel ratione voluntatis contrahentium,vel ratione dependentiæ,vel ratione formæ, ib.n. 104.& 105.Vel ex intentione partium, ſi ſint ordinata ad aliquod indiuiduum,ib.n.106.
Indiuiduum actum ſubit pecunia ex ſe diuidua, ſi ſit legata pro certo opere, puta faciendo, dict. contr. 689. n. 107.
Vel ſi duo res vno capite comprehendantur, controu. ead. num.108.
Indiuiduæ expreſſionis vim habent verba, Omnia, & Singula,ib.n.109.
Indiuidua eſt diſpoſitio cum res ſeparatim non reddunt tantam vtilitatem, quantam vnita, dict. contr.689. n.109.
Indiuidua eſt diſpoſitio,etſi res ſit diuidua, ſtante actus, vel ſermonis vnitate,ib.n.111.
Indiuidua res dicitur, vbi diuiduam corrumpit diſpoſitionem,ib.n.112.
in Indiuiduis nil actum dicitur quoties aliquid ſupereſt agendum,ib.n.116.
Indiuiduorum natura eſt, vt alter alteri præiudicet, ibidem. n.117.
Indiuiduam diſpoſitionem ita à Principe factam diuidere tentans, facit actum nullum, & inſubſiſtens, ib.n.123.
Indiuiduitas cauſatur ex præſcriptione,c.690.n.7.
Inæqualiter poſſunt ſe habere dos,& donatio propter nuptias, reſpectu ipſorum iugalium,tam quo ad ſummam, quam quo ad lucrum,c.5 1.n.43.
Infamia debet præcedere, adhoc vt Clericus poſſit torqueri; non alias etiamſi mille contra eum ſtarent præſumptiones, & indicia,c.605.n.29.
Inferiores fundi Domini poſſunt agere contra ſuperiores, vt veteres aqueductus reſtituant, c.576.n.12.
Inferior non poteſt reuocare conceſſiones immunitatum factarum à Superiore,c.687.n.43.
Inferiora prædia habent onus aquarum, quæ habent commoda pinguedinum,c.688.n.31.
ad Inferiora defluentem aquam ſi ſit in magna copia nemo tenetur recipere,ib.n.36.
Inferior fundus ex natura loci non dicitur ſeruire, niſi fundo ſuperiori,& ideo ab alio fundi domino prohiberi non poteſt auertere aquam ex ſuo fundo,ib.n.38.ſed vid. ibidem, numer.57.
Inferior ſi obruatur aquis ex opere manufacto, illud poteſt deſtrui,non poteſt cogi recipere aquam a ſuperiori, ibidem, n.39.
Intellige,vt ib.n.59.60.& 61.
ad Inferiora ſolum currere ſolet aquam naturaliter, ibid. num.40.
Inferior fundus tenetur ſuſcipere aquas naturaliter ſolum fluẽtes è fundo ſuperiori;ſiue ſine,ſiue cum opere manufacto, ib.n.41.& 42.50.& 52.

Inferiori

Digitized by Google

I N D E X.

Inferiori non licet vrgere naturalis iſtius ſeruitutis facere aggeros, vel impedimenta ad auertendam aquam, ibid. num.43.

Inhabilis nemo per verbum quacumque excluditur, c.555. num.3.

Inimicitiæ ſunt iuſta cauſa tranſigendi, vt ſcilicet pax, & concordia, c.591, n.21.

Inimicitias fugiens minor, non dicitur lædi, controu. ead. num.22.

Inimicitias parit communio, atque diſcordia, controuerſ.591. n.28.

Inimicitiæ ſi tollantur per tranſactionem, & eſt fauorabilis, ib.n.69.

Inimicus eſt, qui ex eadem familia offenſi eſt, vel offendentis, & repellitur à teſtificando in criminali cauſa, contr.605. n.26.

Inimicitia cum aliquo facilius præſumere diligentias cum ipſo, non fuiſſe omiſſas, c.677.n.45.

Iniuriam nemini facit, qui vtitur iure ſuo, cont.580, n.30.

Iniuria afficit carcer carceratum, c.592.n.12.

Iniuriarum actionem habet carceratus, & æſtimat iniuriam iuramento, ib.n.13.

Iniuria afficitur, præcipue ſi carceratio ſit iniuſta, ibidem, num.14.

Iniuriam facit filijs mater tranſiens ad ſecundas nuptias intra annum luctus, c.705.n.2.

Iniuſta notoriè ſententia eſt cum ex actis ea deprehenditur, vel ſe refert ad actum detegentem iniuſtitiam, c.615.n.12.

Iniuſta notoriè ſententiam non tranſit in iudicatum. ibidem, n.13.

Inquiſitionis modus in procedendo eſt extraordinarius, & regulariter prohibitus, c.555.n.28.

Inquiſitus aliquis dicitur auctore delicti non experto, poteſt puniri, cum ſtat iuris præſumptio contra eum, c.580 n.42.

Inſtantia prima ad Epiſcopum pertinet, vt ſecunda ad Archiepiſcopum, c.5 2.n.6.

Inſtantia cauſæ debet conſtare aliàs, quam per aſſertionem Iudicis, & tuteris, c.562.n.43.

Imo allegare, probare, & de ea apparere debet in actis, & de ipſa apparere in ſcriptura ſeparata, ib.n.44.& 45.

Inſtitores obligant Dominos, quo ad adminiſtrationem licitam, & legitimam eius negotij, c.554.n.9.

Non tamen quo ad pœnam; niſi conſtet de mandato ſpecificè, ib.n.10.

Ex inſtitoris facto dominus ignorans non obligatur, n.11. nec procuratoris, ib n. 12.

Inſtitutio dicitur interpretationem ſubſtitutionum; & illa talis præſumitur eſſe qualis eſt ipſa inſtitutio, c.584.n.70.

Inſtitue ſe facere poteſt quis, & ad id alicere blanditijs non tamen interuenit præiudicium, ib.n.89.

ex Inſtitutis maſculis, & deſcendentibus ab eis, ac dotatis fœminis, præſumitur in ea diſpoſitione excluſas fuiſſe fœminas ſub vocabulo filiorum, c.638.n. 9.

Inſtituens teſtator ſolum maſculis excluſis fœminis, vult nomine filiorum, filias non venire, cons.638.n.41.

Nec tamen coniectura non ſufficit, c.ead.n.eod.

Inſtitutionis iure relinque debet legitima, controuerſ.645. num.1.

Inſtrumentorum plures membranæ non probant amplitudinem patrimonij, c 566.n.82.& 83.

Inſtrumento ſemper ſtandum eſt, niſi aliud probetur, c.588. num.12.& contr.599.num.164.166.& 167.

Inſtrumentum fundat intentionem agentis, controu. 588. num.13.

Inſtrumentum ſemper præſumitur verum, & ſolemne in forma, & in cauſa, c.599.n.105.

Inſtrumentum dotis maternæ, tamquam inter alios factum non probat contra tertium non nominatum in ipſo, c.604. num.3.

Inſtrumenti verba enunciatiua, & non diſpoſitiua non nocent tertio, ib.n.4.

Imo nec probant inter partes, cum principaliter ſuper eo diſceptatur, ib.n.5.

Inſtrumentum publicum exigitur in contractibus ſapientibus perpetuitatem, non vero ſufficit ſcriptura priuata, vel actus iudicialis, c.610.n.8.

Limita in renunciationibus, & actibus ſimilibus, & contra excipientem, c.ead.n.8.

Inſtrumentum publicum poteſt reprobari per teſtes, controu. 613.n.1.

Inſtrumentum vt reprobetur, quot teſtes exigantur, cont.ead. n.2.3.& 4

Inſtrumenti teſtibus numerarijs diſcrepantibus inter ſe, illud vacillat, & non meretur fidem, & cur, cons.613. n.5.& 6.

Inſtrumentum cum à duobus teſtibus directo impugnatur, nemine pro illo deponente dicitur reprobatum, cont. ead. num.7.

Inſtrumenti teſtes ſi hoc patiantur fecerint illud corruere. Quid ſi tales non ſunt teſtes, vid. c.ead.n.8.

Inſtrumentum referens non probat relatum; etſi de eo teſtetur Notarius; niſi aliunde non appareat, controuerſ.615. num.11.

Inſtrumenti clauſul. vid. Clauſul.

Inſtrumentum eſt probatio probata, c.632.n.15.

Habet vim definitionis cauſæ, ib.n.16.

Facit probationem probatam, ib n.17.

Præſumitur verum in forma, & in cauſa, dict.controu.632. num.18.

Inſtrumento publico æquiparatur Breue Pontificium authenticum, c.615.n.14.

Inſtrumentum ſi ſit ſuſpectum de falſo, poſſunt, at non tenentur Iudices ſuſpendere in ferenda ſententia, controu.632. num.19.

Inſtrumento publico aſſicere non probatur, aut valor communis rei, & cur, c.634.n.45.

Inſtrumentum allegans præſumitur ſcire omnia in eo contenta, c.681.n.13.

Inſtrumenti mentio, & relatio facta in aliquo actu, facit præſumere ſcientiam contentorum in illo, controuerſ.666. num.4.

Inſtrumenti publici vim habent litteræ cambij recognitæ, & iuſtificatæ, c.675.n.1.& 2.

in Inſtrumento executionis clauſulæ appoſitæ, non alterant diſpoſitionem principalem, c.677.n.65.

in Inſtrumentis executiuis clauſulæ dicuntur eſſe adiectæ cum ſunt poſt clauſul. Et omnia, ac ſingula, &c. *cons.ead. num.66.*

Inſtrumenta vt probent in antiquis debent eſſe plura; & non ſufficit vnum tantum, c.691.n.32.

Inſtrumentis publicis fides adhibetur, niſi contrarium exaduerſo plene probatur. c.700.n.29.

Inſtrumento ſtatum, aſſerenti ſuper contractu alicuius non videtur, nec dolum interfuiſſe, niſi oppoſitum probetur, ib. num.31.

Inſtrumento ſi inſit cauſa actus, ea ex hoc vera eſſe præſumitur, ib.n.36.

in Inſtrumento eodem contentis non datur prius, vel poſterius, c.712.n.61.

Inſtrumentum referens non probat, niſi conſtet de relato, controu.713.n.6.

Integra ſi ſit res, facultatiuus eſt actus ex verbo, Poteſt, *at vero ex poſt, vertitur in neceſſitatem cauſatiuam, c.689. num.122.*

Intellectus Menoch. & Alexand. conſilij. *controuerſ.553. num.34.*

Intellectus Duen. regul.140. *c.ead.n.37.*

Intellectus text. leg. filius familias, §. cum pater, ff. de legat.1. *affertur, controu.652.numer.15.16.18.19. & 20.*

Intellectus adducitur text. in leg. ſi quando, §. & generaliter, Codic.de inoffic.teſtament. *c.682.n.23.24.29.34. & 38.*

Intellectus, & interpretatio affertur text. leg.hæredes mei, 17.§.final ff.ad S.C.Trebell. *c.664.n 4.*

Intellectus affertur textum, in leg. ſi decem cum petiero, 48. & leg.ſi ita quis promiſerit, 135. ff.de verbor.obligat. *c.677.n.7.& 8.*

Intellectus plures habet text. leg.ſi cum ſtipulatus ſim mihi Procule, ff.de verbor.obligat. *c.ead.n.9.*

I N D E X.

Intellectus Bartoli *affertur ad eum text.ib.num.*11.
Intellectus multiplex affertur text. in leg. Seius Saturninus, 46.ff.ad S C.Trebellian.*c.*677.*n.*25.
Intellectus affertur text. in §. ſi quis alium, Inſt.de inutilib. ſtipulat.*il.n.*58.
Intellectus adducitur deciſ. Surd.287.*c.*689.*n.*43.
Intellectus affertur text. in l.pen. ff.de aqu.pluu.arcend.*c.* 6·8 *a.*54.
Et leg.in ſumma,§ idem labeo. ff.eod. *ib.n.*58.
Intellectus affertur text. in l.fideicommiſſaria libertas, 46. § quamquam.ff.de fideicommiſsar.libertat.*c.*712.*n.*25.
Intellectus affertur, Neuizan.conſil.91.*c.ead.n.*73.
Vid.V.Textus.
*Intellectus ille faciendus eſt in actu vt absurdum prorſus excludatur,c.*628 *n.* 38.
*Intellectus plures ſi habent lex, ea non eſt alleganda, ad deciſionem cauſa,c.*677.*n.*10.
*Intentio actoris deliberatur ex probationibus rei etiam non plenis ad effectum, vt tamquam dubia non releuet, ſed reus liberetur,c.*566.*n.*6.
*Intentionem actoris fundat tranſactio,c.*586.*n.*25.
Intentionem actoris fundat instrumentum, *c.*588.*n.*13.
*pro Intentionis ſua fundamento aliquem allegans, ita & talem probare debet,c.*599.*n.*94.
*Intentionis propria fundamentum eſt à quouis probandum, c.*633.*n.*10. *Maxime ſi ſit actor,ib.n.*11.
*Intentioni debet verba deſeruire, non illa verbis, c.*710.*n.*6.
*Et ijs mens debet preualere,ib.n.*7.
*Interdictum retinenda poſſeſſionis poteſt ſimul, & ſemel intentari in petitorio; diuerſis tamen reſpectibus,c.*561.*n.*21.
*in Interdicto poſſeſſorio retinenda poſſeſſionis, ille obtinet, qui de antiquiori poſſeſſione probat,c.*570.*n.*3.
*in Interdicto retinenda ille obtinet, qui probat de titulo ſolum, ſi ſint vtrumque pares probationes ſuper poſſeſſione, c.*570.*n.*18.*non alias.*
*Interdictum adipiſcenda poſſeſſionis exigit vt prius doceatur de titulo,c.*639 *n.*5.
*Interdictum ſaluianum vtile competit pro legato annuo contra tertios poſſeſſores,c.*659.*n.*1.*& n.*14.
*Intereſſe praſtare debet, qui impedit creditorem ſuum nō exigere a debitore,c.*586.*n.*40.
*Intereſſe, & damna praſtare debet creditor tacendo impedimenta venditionis,ib n.*55.
*Intereſſe ratione, vel damni poſſunt peti vſura recompenſatoria, & ſunt licita.ib.n.*85.
*Intereſſeq; ſuat & non vſura,ib.n.*86.
*Intereſſe debetur pecunia à debitore ſi cum ea emeretur rem fructiferam, & proteſtor etiam de communi, c.*586. *n.*88. 94.*&* 95.
*Intereſſe adhuc poteſt peti à tertio ratione pecunia, pro qua ego vſuras Iudao ſoluere cogor,ib.n.*90.*&* 91.
Conſil. Alex.Rimin.Iun.& Burſatt.*in propoſito*, *ib.n.*92.
*Intereſſe debetur a venditore, re euicta etiam abſque pactione, ib.n.*97.
Intereſſe maximum attenditur, quando percipi potuiſſet,ibid. num 99.
*Intereſſe, & damni nomine veniunt fructus, ib.n.*100.
*Intereſſe lucri ceſſantis non debetur non ſolito negociari,ibid. n.*103.
*Procedit in extrinſeco, ſecus in intrinſeco,ib.n.*104.
*Intereſſe quantitas poteſt, & ab initio peti, & in pactum deduci, cum eſt veriſimilis,ib.n.*108.
*Et ſuſtinetur taxatio poſtea facta, conſtito tantum intereſſe,ib.n.*109.
*in Intereſſe ſolum incerto ratione cambiorum habet locum Bulla Pij V.ib.n.*112.
*Intereſſe euictionis comprehendit etiam augumentum pretij res euicta,ib.n.*114.
*Intereſſe, & ſors peti poſſunt ſtante inualiditate pacti liuellorum,ib.n.*120.
*Intereſſe de iure debitum, non poteſt etiam in actum deduci, c.*587.*n.*1.
*Intereſſe praſtari debet toties, quoties contrauenit quis conuenetur i,c.*592.*n.*31.
*Intereſſe, & damna non poſſunt peti ab aliquo, niſi vel promiſſa ſpecialiter ſint, vel monitio praceſſerit,c.*634.*n.*18.
*Intereſſe, & euictio poteſt allegari à ſucceſſore ſingulari, c.*652.*n.*24.
*Intereſſe non habens dicitur carere actione, c.*653.*n.*8.
*Intereſſe agentis eſt exceptio litis finita,ib.n.*9.
*Et reus poteſt obijcere, quo ad te liberas ædes habeo,ib.n.*10.
*Intereſſe reſpectu tertius poteſt agere pro ſeruitute, licet ſeruitus alij debeatur,c.*667.*n.*25.
*Intereſſe, & vſura non debeatur, nec poſſunt currere ex credito illiquido,c.*672.*a.*1.
*Intereſſe petens debet probare habuiſſe in promptu occaſionē implicandi pecunias, & cum ipſis negociandi, c.*672.*n.*3.
*Intereſſe, & vſuras pecunia ſoluens non debet grauari in moneta augmento,c.*678.*n.*3.
*Intereſſe poteſt petere per actionem emptor pro re tradita, non libera,c.*681.*a.*4.
*Intereſſe ſuccedit loco rei,ib.n.*5.
*Intereſſe, & pretium poteſt petere venditor, ſi per eum non ſteterit,c.*682.*n.*11.12.14.*&* 16.
*ſiue lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis, cum venditor eſt ſolitus negociari,ib.n.*15.
*Intereſſe debetur a die traditionis, n.*13. *Et res tradita dicitur cum per venditorem non ſtat, & emptor ſit in mora, ib.n.*13.
*Intereſſe ſunt recompenſatoria vſura, ſcilicet ratione damni, emergentis, & lucri ceſſantis, & licito peti poſſunt,ib.n.*17.
*Intereſſe, & capitale debetur ceſſionario, ceſſo capitalo, pro quo debetur,ib.n.*22.
*Intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis petens, debet illud certitudinaliter probare,c.*700.*n.*22.
*Intereſſe huiuſmodi probatur iuramento actoris, c.*702. *n.*6.
*Intereſſe lucri ceſſantis dicitur probatum ex eo, quod petens ſit ſolitus negociari: & ex eo ſit ſolitus tale lucrum percipere, ib.n.*8.
Et talem probatum admittit Rota Genuenſis,*ib.n.*9.
*Interpellatio neceſſaria eſt cum quis eſt obligatus ad factum, c.*592.*n.*28.*ſecum ſecundum aliquos,ib.n.*80.
*Interpellat dies pro homine,ib.n.*79.
*Interpellatio, & monitio exigitur, vbi agitur de obligatione alterius, & re magni praiudicij,c.*620.*n.*7. *Pracipuè vbi agitur de amiſſione totius rei,ib.n.*8.
*Interpellatio, & monitio ad ſoluendum, vel reſtituendum, ſi non procedat, nec mora poteſt incurri à reo,c.*633.*n.*25.
*Interpellatio exigitur, vt damna, vel intereſſe peti poſſit, vel etiam, quod ſint promiſſa,c.*634.*a.*18.
*Interpellatio neceſſaria eſt in facto momentaneo curando; nō vero in facto ſucceſſiuo,c.*677.*n.*5.
*Interpellatio an neceſſaria ſit in ratificatione alterius promiſſa per alterum, vt poſſit conſtitui in mora, ib.n.*1.2.3. *& ſeq.*
Vid.V.Factum, & V.Promiſſio.
Interpellatio non exigitur cum adeſt verbum, Statim, *in diſpoſitione, vel actu; non enim aliquam patitur dilationem,ib.n.*17.
*Interpellatione etiam non facta dies vterque incerta inducit moram, cum inter partes id conueniat,ib n.*18.
*Interpellatio exigitur, vt in mora dici poſſit promittens intra menſem poſt maiorem ætatem; adhuc enim viget incertitudo,ib.n.*27. *Declaratur oppoſita,ib.*
*Interpellatio ſemper exigitur in conditionali diſpoſitione, imo & in pura cum tempus eſt incertum, & non deſignatum, ib.a.*13.
*Interpellatio exigitur ex perſona emptoris, adhoc vt venditor frumenti, quem non conſignauit, ſit in mora ob dictam non conſignationem,c.*682.*n.*10.
*Interpellatio, & præceptum iudiciale præcedere debet, & tempus anni poſt eſſe delapſum, adhoc vt honoratus ob non adimpletum onus annexum, cadat ab honore, c.*694.*n.*5.
Vid.V. Requiſitio.
*Interpretatio ex obſeruantia reputatur valida, & ſeruanda, c.*555.*n.*50 51.*&* 52.
*Interpretatio ſemper capienda eſt, qua magis conueniat ſubiecta materia,ib.n.*13.
*Interpretatio, qua fit pro puncto rationis eſt magis neceſſaria vt eſt ea, per quod euitatur delictū, & pœna, ib.n.*14.*&* 15.

Inter-

I N D E X.

Interpratatio in dubio ſacienda pro reo, & poſſidente, c.ead. num.19.

Interpratatio ea ſit in contractibus; vt quis minus obligatus conſetur, & res deueniat ad priorem ſtatum, contron.556. n.38.& 39.

Interpratatio actus debet eſſe ita ne fruſtra geſtus dicatur, c. 560.n.18.

Interpratatio promiſſionis debet eſſe ad finem, ad quem fuit principaliter ordinata, ib.n.22.

Interpratatio actus debet eſſe ita vt quis fruſtra ſibi non proſpexiſſe videatur, ib.n.25.

Interpratatio verborum in dubio eſt facienda, contra ſe ambiguè obligantem.c.560.n.32.

Interpratatio in dubio facienda eſt ad excluſionem fraudis, c. 581.n.61.

Niſi probetur ab allegante, ib.n.62.

Interpratatio in dubio facienda eſt iuxta mentem proferentis, c.683.n.17.

Interpratanda confeſſio eſt ad fauorem confitentis contra Fiſcum, ib.n.18.

Interpratatio fit ad excluſionem delicti, & vt quid factum ſit tempore licito, ſi ex tempore illicito fieri poterat, c.583.n. 22.

Interpratari latè debet tranſactio, cum eſt reciproca, c.691.n. 70.

Interpratatur in dubio contractus contra eum, qui vult ex illo iuuare, c.562.n.20.

Interpratatio ſit potius contra ſtipulationem, quam cõtra promiſſorem, ib.n.21.

Interpratari debet probatio dubia contra producentem, c.594. n.54.

Interpratari debet actus in dubio, in bonam partem, & contra nullitatem, c.599.n.16.

Interpratatio facienda ſemper eſt ad excluſionem delicti. Specifica in crimine falſi, c.637.n.19.& ſeq.

Interpratatio omnis etiam extranea, & impropria facienda eſt vt falſum euitetur, c.637.n.20.21.& 22. cum pluribus ſeqq.

Interpratatio data verbis in inſtitutione debet pariformiter dari in ſubſtitutionibus, c.678.n.6.

Interpratatio latior facienda eſt in immunitate, per contractum, c.674.n.12.

Interpratatio facienda eſt ad excluſionem datiorum, & gabellarum; dum illa ſunt odioſa, ib.n.14. Vid.V.Gabella.

Interpratatio facienda eſt ſemper contra paciſcentem, qui ſibi apertius poterat proſpicere, c.675.n.13.

Interpratatio dubia facienda eſt contra probantem, & producentem.c.682.n.34.

Interpratationem recipit Statutum à iure communi, etſi ſit ſuperfluum. Et declaratur, ampliatur, & limitatur iuxta illud, c.703.n.6.& 7.

Interpratari debet ita Statutum, vt rationabilem ſenſum contineat, ib.n.8.

Interpratationem recipiunt paſſiuam Statuta à iure ipſo communi, c.709 n.12. Etiamſi prohibita eſſet interpratatio ab eodem Statuto, ib.n.13.

Interpratatio in dubijs facienda eſt ad Eccleſiæ fauorem, c. 719.n.27.

Inteſtato patruo ſuccedit nepos ex filio, & patruus æquis partibus, c.654.n.2.

Inteſtato ſi ſuccedat in bona non poteſt, nec poteſt in illis prætendi legitima, c.671.n.3.& 82.

Amplia, vt nu.ſeqq.

ab Inteſtato hæredes cenſentur erogati ex clauſula codicillaris vigore reſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis, retenta vnica quarta ſolum, ſcilicet legitima; Item & legata ſoluere vtcumque caducato teſtamento, vel præſcriptione reddito nullo, c.673.n.4.& 10.

Inualidum teſtamentum de iure, debet ſuſtineri de facto, ſi appareat de mente diſponentis, c.570.n.17.

Inualidè etiam eum faciens quantum in ſe eſt, pro actu conſecutiuo alterius, id ſufficit, ib.n.22.

Inuentarij productione æquiualet probatio hæredis non extare, niſi tot bona ad certam ſummam, c.566.n.53.

Dummodo non probetur dolus in contrarium, ib.n.56.

An tamen exigantur præſumptiones, ib.n.57.& 58.

Inuentario etiam non confecto poteſt hæres quartam ſibi competentem deducere, c.589.n 15.

Inuentarij confectio non prodeſt aliquid in feudis mixtis hæreditarijs, c.594.n.13.

Fallit cum parum, aut nihil eſt in hæreditate, ib.n.14.

Inuentarium non probat nec pro, nec contra tertium, c.610.n. 13.

Inuentarium faciens ex ſe non præſumitur habere ſcientiam contentorum in eo, c.627.n.33.

Inuentarij beneficio, creditum hæredis remanet ſolutum, c. 676.n.17.

Inuentarij defectus in hærede facit eum teneri ad approbandam diſpoſitionem de re ei debita per fideicommiſſum, c. 648.n.1.

Inuentarij defectus facit confundi actiones, & extinguit ipſius hæredis credita, ib.n.3.

Inuentario non deficiente hæres tenetur præſtare factum defuncti ſolummodo quatenus eſt in hæreditate, ib.n.4.

Inuentarij beneficio non tenetur hæres vltra eius vires, ibid. num.6.

Inuentarium ſi confecit hæres, non tenetur niſi quo ad vires hæreditatis, c.660.n.13.

Inuentario etiam non confecto, hæres non tenetur vltra vires hæreditatis in conſcientia, & foro poli, c.663.n.5.

Inuentarium præſeruat actiones hæredum, nec ſinit eas confundi, ib.n.10.

Inuentarij vigore poteſt hæres impetrare ſeparationis beneficium, ib.n.11.

Inuentarij publicati, & confecti expenſa detrahuntur aduerſus fideicommiſſarios, c.685.n.19.

de Inuentarij bonis ſolum ſi illud impetrarunt, hæredes patris tenentur, c.709.n 21.

Inuentario facto per filium, an ipſe tenetur vltra bona allodialia, ſiue ſit familiare feudum, ſiue mixtum hæreditariũ, c.720.n.7.& 8.

Inuentarium tamen non prodeſſe eſt verior ſententia; Et probatur, ib.n.29.31.33.35.36.37.& 39.remiſſiuè.

Inuentarium datur, cum hæreditas eſt dubia, ib.n. 30.

Inuentarium filiorum ſuffragari in feudo hæreditario mixto eſt ſine dubio concludendum. ib.n.41.

Plurimi DD. afferuntur id comprobantes, vt communis, & demonſtratur opinio magis communis, ib.n.42.

Multo magis non iuuatur ex eo filius, cum ſtat conſuetudo alienandi feuda in præiudicium comprehenſorum, ibidem, n.45.

Adhuc multo magis, & ſine hæſitatione id obtinet in feudo nouo, ſcilicet facto in perſona patris debitoris, ib.n.46.

Et probatur, ib.n.47.

Inueſtigatio omiſſa non præiudicat cum ignorantia prouenit ex culpa alterius, c.586.n.58.

Inueſtitura verba dubia interpratantur contra dominum ad fauorem Vaſalli, c.551.n.16.

Contra Prinsipem concedentem, ib.n.17.

Et contra ſe ambiguè obligantur, ib.n.18.

Præcipuè ſi illa cui ſit obligatio non potuit ſibi aptius proſpicere, ib.

Inueſtitura non renouatur ab emphyteuſi ob mortem defuncti, ſecus in feudo, c.572.n.8.

Inueſtituræ renunciationem non obtentam in caſibus, in quibus eſt neceſſaria aduerſus minorem reſtituendus eſt, ib. num.9.

Inueſtiri permittens alium de feudo ad ſe ſpectante ſibi præiudicat, c.581.n.1.

Inueſtitura non probat dominium inueſtientis, contron.581. num 3.

Nec etiam contra tertium, cum quo nullum eſt geſtum negocium, ib.n.6.

Multo minus cum adeſt præſumptio in contrarium, ibidem, num.27.

in Inueſtitura non comprehenſus non poteſt ius prætendere, c.594.n.21.

Inueſtitura recipiens à primo Domino ſubinueſtitus, & eidẽ ſoluens centũ pro re infeudata, facit, vt ſubinueſtiens cõſeruet ſibi aliquod ius reale, & dominij, in ipſa re, c.598.n.14.

Inue-

Digitized by Google

Inueſtiens ſine cauſa non poteſt diſueſtire, ib. n. 9.

Inueſtitura facta per dominum, cenſetur remiſſa caducitas quam ante pr uendere poterat ib. n. 17.

Etiam ſi inueſtitura haberet clauſul. Saluo iure noſtro, ib. num. 17.

in Inueſtitura ſi fiat mentio fratrum inueſtiri, & non eorum heredum, non cenſentur comprehenſi eorum filij, c. 615. n. 18 & 19.

in Inueſtitura inſtrumento ſolent inſpicere cauſa executiuè, à Clauſul. Quam autem inueſtituram, &c. ib. n. 24.

ex Inueſtitura noua, in emptorum puta perſona vnius frater non poteſt alteri ſuccedere, & minus eorum deſcendentes, ib. n. 34.

